

primer... gga dice que le
aora car, que motiuo pudo auer
o la d'los no era hija de el dicho
dola gga, puesto que fue acusada
D. Ana insinuado, si era asi que
los scados que n' era hija del di-
con y si fue mediante dicha amif-
D. Monte ella, o antes, y en que tiem-
re que estrados. Responde que
recho y d'ezir al dicho Don Alonso
D. Ana auia de confessar a la dicha
Edoñe hab, como se auia casado, la ref-
su ovicio hizo tal cõcepto de q'la
Margarita era su hija, que jamas lo ha
spues, antes bien confirmandolo despues
mõstraciones q' ha visto, experimẽtado,
cho, no se acuerda auer jamas en estrado
en ninguna ocasion dicho lo contrario,
os que lleva insinuados, o la persona, o
que sobre esto huiesen puesto zizaña
ho Don Alonso de Rebenga, la leuantarõ
monio, que auiedo estrado el oficio de
Piña Escriuano de Prouincia el pleito de
ia que auia puesto a la dicha Doña Mar-
icho Don Alonso, le dixerõn (aunque de
sabe quien, solo presume q' el dicho Die-

BARRA CUBADO, y fue Doña Ana de Pina de Rebenga
tu hija como siempre lo fue por auerla criado en su
casa algunos años, y no estar todavia satisfechos la
dicha D. Margarita y el dicho Antonio Gonzalez
de Cardena de la amistad de la testigo por auer se cõ-
traido como lleva dicho tã a los principios de auer
buelto con el dho D. Alõ de Rebega su marido, y
hasta que se supo que el dicho pleito lo auia toma-
do del oficio el dicho Don Diego de Rebenga dura-
ron las dichas pesadumbres entre la testigo, y el di-
cho D. Alonso, y tiene por sin duda, que la falta de
re pleito que se supo quien le tenia, se originarõ las
demas zizañas que lleva dichas, y el dho D. Diego
le tuuo guardado hasta q' murio, y se le dexò a la di-
cha D. Ana de Rebega su hija, la qual le tuuo guar-
dado hasta que se casò con el dicho D. Alonso Ofo-
rio, y el susodicho hasta que murio el dicho D. Alõ-
so de Rebenga, que le boluio al oficio de Agustinde
Montova que entiendo succedio en el dicho Piña.

Num. 18.
Fol. 216.

Tachada f. 5.

Num. 39.

Ratificada,

P. 2. 16.

Isabel Fernãdez, muger de Iuan Perez, que tie-
ne casado posadas, dize en las generales criõ vn hi-
jo a la dicha Doña Margarita de Rebega, que se lla-
ma Don Francisco, y en el año de 16 años Don Luis de
Haro siendo viuda la dicha D. Margarita, y
do a los Basiliõs, y se le criò vn año dentro de la mis-
ma casa, y le recibio de nueuez meses, y la testigo ser-
uia



Handwritten notes and a stamp in the top left corner, including the letter 'A' and some illegible text.

R. 2318

218

Handwritten signature or initials, possibly 'H. 31'.



MENOLOGIUM BENEDICTI
num. Sanctorum, Beatorum, atq;
Illustrium Eiusdem Ordinis
Virorū Elegans Illustratum
Cum
Sacraris sive Religijs Benedicti
tino.

Opera et studio
R. P. F.
CAROLAE BUCERII
Monachi Theologi Imperialis
Monasterij Weingartensis Prioris &
Joan. Baptistae in sacris Velatibus
cujus Sacrae Superioris
Cum Privilegio Sacrae Camerae Apostolicae

Augustae Vindelicorum
Typis Joannis Pratory. 1656.

Gulius C. Ponso Invenit.

Caspar Merian fecit.



MENOLOGIUM
BENEDICTINUM
SANCTORVM, BEATORVM

Atque Illustrium Eiusdem Ordinis Virorum
Elogiis Illustratum,

QVO BREVI ATQVE UTILI COMPENDIO, IN DIES SINGVLOS,
*celebriorum aliquot Virorum res gesta, accendendis per domestica exempla animis
celebrantur & sera tantorum Majorum posteritas feliciter ut salubriter
excitatur.*

Accessit huic Operi

SACRARIUM SIVE RELIQUIARIUM
BENEDICTIVM,

In quo magnus SS. Reliquiarum thesaurus describitur, eorum
scilicet Sanctorum,

QVI CVM ORDINIS EJUSDEM NON FUERINT,

Corpore tamen sive integro, sive magna ex parte

In diversis toto terrarum orbe

DIVI PATRIS ET PATRIARCHÆ BENEDICTI
MONASTERIIS

Religiosè coluntur atque asservantur.

Opera & studio

R.P.F. GABRIELIS BUCELINI, MONACHI
THEOLOGI IMPERIALIS MONASTERII WEIN-
GARTTENSIS, PRIORIS S. JOAN. BAPTISTÆ
IN OPPIDO VELDKIRCHII RHÆTIÆ
SUPERIORIS.

Cum facultate superiorum.



Cum Privilegio Sacrae Caesareae Majestatis

VELDKIRCHII,
Apud HENRICVM BILIVM, Bibliopolam.

M. DC. LV.



REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO

DOMINO,

DOMINO BENEDICTO,
ILLUSTRISSIMI SEMPERQUE LIBERI ET EXEM-
pti S. Lamberti in Styria Cænobii, Vigilantissimo & meritissimo Ab-
bati, MARIÆCELLÆ felicissimo Præsidi, Sacræ Cæs. Maj. Consiliario, &c.
Domino meo Gratosissimo, Observan-
dissimo.



Estiunt ad Te occurrere, atq; ultro convolant, Rev^{me} Antistes, quotquot Calendario meo, quotquot Menologio Benedictino producere in theatrum & scenam orbis cælites statui, ut nisi motu proprio ad tantum Meccenatem respexissem semper atque respicerem, tanta me cælo effusa multitudo, velut turbo stipulam raperet, cogeretq; suspicere, quæ in Te cælum ipsum amat & veneratur. Et quo libentius felicissimi illi Benedictinæ Professionis è cælis in terras ferantur animi, quam ad redivivum quasi, & piè piissimi Patris sui æmulum, re, gratia, & nomine *Benedictum*? Quo rapiantur magis, quam ad *Benedictam* illam, *cujus in plenitudine Sanctorum detentio est, DEI Matrem*, quæ sibi apud Te in terris, singulare Gratiarum suarum delegit promptuarium, Cellam Tuam, Cellam Austriæ, Styriæ, imo Germaniæ Univerſæ gratiosissimã, Cellam verè Marianam *Mariæ-Cellam*? Hæc Tui Cænobii, Tuæque Cellæ Materfamilias Augustissima, cum post Divinum Spiritum, Benedictini Ordinis præcipua Institutrix, & *Benedicta Mater* prior ac potior fuerit, quam ipse *Pater Benedictus*; imo hic quantus est, tantus à puero illius institutione evaserit & specialissimo Patrocinio, postquam in Tui semel jura Cænobii ultro concessit, & tanquã Laureto aut Monti-Serrato imigravit, dignissima Cælorum Augustæ liberalitate, magnis quamprimum beneficiis Antecessores Tuos, omnemq; eorum Viciniam beavit, apud Te autem, postquam felicissimis Ejusdem Auspiciis designatus es Abbas, prodiga profus & prodigiosa, tanta nunquam antea, in vivos nõ solum, sed & mortuos effudit, ut Italia, ut Hispania, ut Orbis Christianus universus Tibi atque Austriæ merito invidet, siquidem Invidia, pio quocunq; prætextu ac titulo, locum tali in re habeat, & veniam atque gratiam inveniatur, apud tam profusæ charitatis atque liberalitatis Imperatricem. In Te certè Ipsum adeo profusè liberalis extitit, ut sua in Te effudisse, Tibiq; credidisse viscera videretur! Nihil hic auribus tribuo. Loquantur omnes Tui domestici, loquantur exules omnes & peregrini, loquantur

DEDICATIO.

tur cælo gratissimi, pauperes, pupilli, orphani, vidui viduæq; , omnes omnino *Benedictæ* Matrisfamilias, vere *Benedictum* Dispensatorem experti, cui similem nuspiam vidissent, nuspiam prædicari audiissent. Diffiteri non potes, cum quo habeam Authore scias, sæpè cum in exules atque egenos omnia elargitus Tibi ipse viderè, supervenientibus aliis atque aliis, Tuismet Te oculis, & expertæ primum manusi discredentem, arcas paulo ante visas vacuas, confidentissimum de Dominae Tuæ opibus & gratia, tentasse, nunquam frustratum spe tua, tuoque omnibus subveniendi desiderio, neminem à Te inanem dimisisse. Nec ex eo tempore, qui ab Eleemosynis tantæ Imperatricis esse sub Infulis cœpisti, Tibi ac Tuis quidquam defuit; imo Tuum S. Lamberti Cænobium tale tantumque Te Præsule repentè evasit, ut sui vix simile tota Germania, Italia, atq; Gallia habere videatur. Obstupui totus, cum inter editissima montium Styriæ [imo Veteris Carinthiæ] juga, Religione non minus quam situ, cælis proximum contuitus sum Alceterium, adeo nitore mundum, splendore illustre, mole ingens, structura augustû, dispositione egregium, opus per omnia magnificentum, & planè Regium, ut illico non tam ad *Benedictum* referrem, quam *Benedictam* Matremfamilias, Cui [tanquam terræ non minus atq; Cæli Reginæ] terra prodigioso quasi beneficio, marmora pretiosissima, & quæ tota Europa sumptu maximo exambiat, imo quidquid structioni necessarium, illico è suis effuderit visceribus, eoque ipso loco exporrexerit, ut Architectus, ut operarii, & qui supervenerant universi, nunquam mirarentur satis, omnia ita ad manum affluere, sub manu succedere, qui si, Te imitati, ad cælos potius quam terram, & ad Tuam respexissent Matremfamilias, omnia illa genuflexi suscepissent beneficia, composuissent magna Religione marmora, & sacras ædes construxissent. Et verè Cælorum Augusta tantæ structuræ ipsa præfuit, cum Tu Ejus familiæ & Benedictis *Benedictæ* Tuæ domesticis commoda habitacula, & velut in Thabor monte tabernacula Contemplationis apta studio molireris: quæ cum Tu modesta & Religiosa velles, Ipsa etiam Se digna & Magnifica voluit, ita ut ad splendorem omnia essent, simulq; etiam ad æternitatem. Approbavit nimirum summopere, cum Suæ potius familiæ, quam Tua curares comoda, nec assurgentis à tergo Cænobii vetustissimæ arcis, Tuæ omniumq; Antecessorum habitationis splendorem promotum velles, imo Tibi cum Tuis albæ gallinæ filiis, nidum Sacræ Basilicæ [ante omnes alios conatus à Te nitidissimè excultæ] adjungeres, ex quo ad servitia atq; Obsequia Numinis, ac dein Dominae Tuæ propior occurreres, illa ad invidiam potius esse & scandalû à vana ostentatione & inutili sumptuum profusione, uti hæc æterni amoris, ut & memoriæ, ad omnem posteritatem argumentum, filiis potius quam sibi consuluisse; nihil post se odii, nullam affectati nominis suspicionem, omnia summæ erga creditam sibi à Deo & Deipara familiam dilectionis reliquisse monumenta. Quid in ipsam *Maria-Cellam*, ipso con-

DEDICATIO.

connitente Cæsare, cogente Cælitum Imperatricis amore expendere, cælum novit, Cæsar agnoscit, famulante denuo Sapientiæ Matri, terra ipsa, quæ tales columnarum partus, colore insolenti gemellos, adeo elegantes illi usui edidit, ut tota orbis posteritas non possit non admirari, ejusmodi marmoris raritatem, ad Tuos usque conatus tandem detulisse, mox cum conareris emeruisse, & ut aliunde intelligo, quantum sufficeret, nec supra seu ultra repertum esse. Taceo reliqua, quia sic vis, sic jubes, etsi vix comprimam eluctantes ab imo cordis mei fundo, quas verecundia Tua & modestia nimis averfatur laudes Tuas, dum ea huc usq; solummodo attuli, quæ per vicos & plateas, gratissima Numini ora pauperum celebrant; prædicant longè lateq; per orbis diversas plagas peregrini; prodit quacunq; incedis Tua ipsius flagrantissima omnium dilectio, humanitas & liberalitas; & si hæc omnia conticescerent, effutiret terra, proclamarèt saxa & marmora, cælum resonaret. Inde congeminò, quod olim, S. Aidani Divo Ofvaldo Regi dictum ac prædictum, idem pauperum, exulum, peregrinorum, meum, unum univerforum & concors Votum: *Non computrescat manus Tua in æternum*. Nec satis, Benedicat Tibi Benedicte Abbas, *Benedicta* Materfamilias Tua! Imo communi Ecclesiæ Voto: Te cû prole pia benedicat Virgo *Maria*, nunc & in æternitates sæculorum, Amen. In illius castissimis amoribus, & tantis favoribus ac benedictionibus me Tibi iterum atq; iterum quam devotissime atq; humillime comendo. In Monasterio S. Joannis Baptistæ Veldtkirchii Rhætiæ.

Reverendissima atque Amplissima Dominationis Tuæ

Clens usu atque obsequio perperuis deditissimus

*F. GABRIEL BUCELINVS,
Prior indignus.*

) (4

AD

AD LECTOREM.



Ducissimos ex innumeris recensemus, quos Admirabilis ille re-
 & nomine Benedictus, Pater & Patriarcha Sanctissimus,
 DEO & celo peperit, summoque Militantis Ecclesie bono
 conscribens, Triumphanti illi, superato mortalitatis hujus
 periculossimo praelio, numerum innumerum addidit, verè,
 ut in terris Abraham, sic utrobique ipse, terra caloque Be-
 nedictus; verè, sicut arena maris, sicut stellæ cæli multiplicatus. Sa-
 nè, quantillus hic numerus sit, quantuscunque videatur; quem Calendario hoc
 nostro proponimus, vel ex solo quidem Cænobiorum numero liquet, quem è monu-
 mentis diversissimis, viri eruditissimi in Concilio Basileensi contulere, & ut rem
 immortalis memoria dignam litteris consignare: Ab initio nimirum, constitu-
 tionis Ord. & Reg. S.P.N. Benedicti, ad usque illius Concilii tempora duo &
 octoginta Cænobiorum millia, septingenta insuper triginta duo sexus utriusque,
 unius ejusdemque sacræ familie nostræ constructa & annumerata: quorum mul-
 to maximam jam tunc partem fuisse destructam iidem querebantur. Quorum
 singulis, si vel singulos quidem sanctos adnumeres, tantum haud immerito, sub
 uno Imperatore exercitum admireris; obstupescas autem totus, si uno sepe ex Cæ-
 nobio, non manipulum solum, ut ex Trojano equo, sed justa agmina & legiones
 integras videas prodixisse, quorum unum illud Ord. Archisterium Casinense, Ca-
 nonizatos solos, ut vocamus, supra quinquies mille, ac quingentos constat pro-
 duxisse, ut de longe ampliore eorum numero, qui Sanctorum albo adscripti non
 sunt, sed à conscio occultorum DEO eo uno ex loco calis asserti, facile omine-
 mur.

Et ne unius hanc loci fecunditatem putes, pauca è multis recensemus: quorum
 princeps ferè Cluniacense, uno eodemque tempore, duo, & tria, sanctitatis opinione
 celeberrima aluit. Totidem Banchorensis, totidem Huense, sub unius Abbatis
 magisterio continuit. Floriacense autem longè florentissimum, vel ipso quidem
 S.P.N. post annos à fundatione centum sexaginta, attestante, ad eam usque
 diem, in tanta Monachorum frequentia, omnes omnino, quotquot educauit,
 celo transmisit, unico tunc temporis repudiato Ebroino, quem Regno Gallia-
 rum inhiantem Ordinem quamprimum deserturum prænucciabat. Gemme-
 ticense uno eodemque tempore nongentos, celo attestante, Sanctos Confessores ha-
 buit: idem, alia occasione, nongentos Martyres una oblatione victimas DEO
 consecravit; adeo deinceps etiam perfectioris vitæ æmulis frequens, ut ad an-
 num Christi 1392. Meyerus memoret, bis mille quæringentos uno & eodem
 tempore convixisse, eoque ex numero, mille quingentos, ut vocant Con-
 versos, DEO ibidem servasse. Lirinense, incredibili sanctorum fer-
 tilitate, non unius, sed multorum sæculorum, miraculum fuit. Aga-
 liense in Hispania, totas, ut sileam reliquos, Sanctorum Pontificum cohortes
 protulit. Corbeiense tam Gallicum quam Saxonum, perfectissimis
 viris frequentissima, integros manipulos Apostolorum, in sementem &
 messem

AD LECTOREM.

messem agrum Dominici destinavit. Quot Sanctos Abbates unum Fontanella Cæ-
 nobium meruit? Quot quantosque Cavenense protulit; quorum unicus, tria Mona-
 chorum millia ad Professionem admisit? S. Anselmus Nonantulani Cænobii con-
 ditor, mille centum quadraginta quatuor, primus ipse Abbas numeravit. Quid
 de Luxoviensi dicam? Quid de Bobiensi, Novaliciensi, Miciacensi, Crispiniensi,
 S. Dionisi Parisiensi, S. Martini Majoris Turonensi, S. Victoris Massiliæ, An-
 trensi, Glanofoliensi, Bertinensi, Saltus Vosagi, Theolegiensi, sancti Æmiliani,
 aliisque proferam, quorum plurima, & quidem singula, plures, quam uni-verso
 hoc Calendario ex nomine recensamus, deprehendat Sanctos & perfectionis fa-
 ma celebres germinasse.

Nec Germaniæ quidem nostræ, cætera frigida atque asperæ, fertilitas ejus-
 modi defuit, in quam è Scotia sola, integra sanctorum agmina advolare. Solum
 Divi Galli, ducentos, trecentosque; subinde, sanctitatis nomine spectatos, simul
 semelque protulisse memoratur. Proxima; Hirsaugiense, Fuldense, S. Maximini
 Treverense, S. Petri Salisburgense, Augiense, Einsidense aliaque, tantos Pontifices,
 tantos Doctores quodlibet Imperio dedit, ut ex his, præcipuos suos tutelares, mul-
 ta provincia, & Ecclesiæ in hodiernam usque diem religiosissimè venerentur.
 Et quanta quæso, in supra memorata, tum plurima alia Veingartense, Bibur-
 gense, omnium sanctorum Schaphusense, Sancti Georgii Herciniæ, Sancti Blasii,
 Altaichense, Campidonense Principum procerumque Imperii potentissimorum,
 se agmina abdidere? qui omnes, certè plerique non tam exuisse sæculum, quam
 induisse Christum, ad miraculum usque contestati sunt, spectaculum & Angelis
 & hominibus facti planè admirandum. Unius familie, hac sacra in ambitione
 fervorem & gloriam celeberrimam: Lotharingicæ nimirum longè vetustissima &
 verè Regiæ; ex qua sola viginti septem supra centum sexus utriusque Princi-
 pes, Sanctissimo & Admirabili Archiduci & Patriarchæ nostro nomen dedisse,
 in arbore quadam superioribus annis depinximus, & Serenissima ac Reveren-
 dissimæ Principi Catharinæ à Lotharingia Romarici Montis Abbatissæ Lectissi-
 mæ, pro eximia sua in nos benevolentia & meritis dicavimus, ut de reliquis tan-
 tis tamque multis familiis, cum per Imperium, tum per reliquas orbis universi
 provincias submetiamur, quando indigentioribus etiam nobis, tanta regum co-
 pia affluxit, ut in singulos penè dies Menologii nostri, unius seu plurium memoria
 occurreret, qui posito regio fastu, Christi paupertatem in cucullo nostro amplexi
 essent. Prætereo, numerum omni Calendarii nostri numero longe ampliorem,
 eorum solum qui ob eximiam vitæ perfectionem seu eruditionis laudem ad Ponti-
 ficias cathedras, Cænobis extracti, strenuam Ecclesiæ Catholicæ operam navarunt;
 tantum quidem, ut cum persuntoriè atque obiter computaremus; 6582.
 inveniremus, è quibus non multos sanè observes suæ perfectionis immemores, &
 qui non Cathedras suas vel præstantissima vitæ sanctitate exornare visi sint,
 vel immortalibus beneficiis & præclare gestis studuerint demereri.

Neque apud viros solum ea ob Sanctitatis nomen, gloria constitit; in Sa-
 cris DEO virginibus multo magis eluxit, quarum innumera (ut sic dicam)
 millia, tanto decursu sæculorum, Ordo noster Virginum Sponso consecravit. Cer-
 tè Vnus & Magnus Gregorius noster, in sola Urbe Roma tria, ut ipse fatetur,
 millia,

AD LECTOREM.

millia sustentavit, quibus omnem servata Romæ atque Italiæ, post Deum, salutem adscripsit. Una, ut taceam reliquas, S. Florentina, SS. Leandri, Fulgentii & Isidori nostrorum germana soror, regii generis Virgo, diversis licet Cænobiiis (stupendares!) decem millia Virginum sanctissime instituit, suoque & verbo & exemplo ducens, mirifice expolvit, accendit, & mundum perfecte triumphare docuit, ut de incredibili Cænobiorum diversissimis toto orbe provinciis, numero sileamus, ad quæ tantus subito puellarum, & quidem illustrissimarum concursus fuisse perhibetur, ut de humani generis propagatione, nonnulli inutili & futili anxietate desperarent.

Videns quam pacuos ad Calendarium hoc contulerimus? qui vix 4000. ex nomine recensemus, cum superstes etiamnum Sanctissimus Legislator, multorum millium perfectorum Monachorum generatione Pater verè Admirabilis, à discipulo suo verè Fausto prædicetur; Canonizatorum autem Ordinis, à nonnullis rerum nostrarum peritioribus, quinquaginta quinque millia & septingenti numerentur.

Numeret reliquos quisquis volet, nos numerum, ex iis solum, quæ supra attulimus atque obiter notavimus, nostræ industriæ innumerabilem arbitramur; ut mille semper cuique substituas, si qui de numero hoc unum quempiam subtrahere moliantur. Scio subtrahere nonnullos, Scotiæ atque Hiberniæ Sanctos aliquos, qui primo à S.P.N. Benedicti felici ad supera transitu, sæculo florere, & Sancti Columbanum inprimis ejusdem discipulos, minimè Divi Benedicti sed peculiaribus Regulis vitam instituisse, pro virili contendere; facile manus duros, si oculatis credere testibus malint, & sexcentis Romanorum Pontificum, Regum ac Principum maximorum Diplomatis, manui ac sigillis, quam opinioni & sensui propriis, quibus adeo distinctè ac disertè Divi Benedicti ab Ipsomet Columbano, & discipulis, ipsis conditorum à se & Fundatoribus Cænobiorum primis initiis Regulam, novello Monachorum catui prælectam esse asseritur & demonstratur. Certè in Bonifacii quinti Pontif. Maxim. qui ipsi S. Columbano convixit, & quatuor solummodo annis super-vixit Diplomate Monasterio Bobiensi concesso, expressissimis verbis habetur; in eodem tunc Cænobio: sub Sancti Benedicti & Domini Columbani Regula vixisse Monachos centum & quinquaginta, &c. Similia (ut in nostris ad Regulam Sancti Columbani Annotationibus Christi anno 1641. typo editis produximus,) habet in Bulla eidem Monasterio & S. Bobuleno Columbani discipulo & successori concessa Anno 643. Theodorus Papa. Similia Luxovienfis non unum sed plurima Diplomata, Fossatensis, Alto-villarensis, Dervenfis, Floriacensis, Solemniacensis aliorumque Cænobiorum, coeva discipulis Columbani & Instituto-ribus, Bullæ & monumenta habent, & ut verbo dicam, nullum non conditum ab immigrantibus Germaniæ seu Galliæ Hybernis seu Scotis Monachis, ejusmodi hodiernum usque in diem conservat documenta, quæ omni auro & thesauro chariora, cum nec vitæ parcerent suæ veteres Monachi, inque tot Barbarorum irruptionibus, plurimi suam cum sanguine animam Numini consecrarent, illa tamen in tutiora transtulere, ut totius rei memoriam, Cænobiorum primam originem, Fundatorumque merita, grati animi significatione ad omnem transmittèrent posteritatem. Neque nescimus sub diversissimis olim Institutis, etiam in

Occi-


AD LECTOREM.

Occidente, per Hyberniam inprimis atque Scotiam, pleraque ferè ante Divi Benedicti obitum Cænobii Numini inservisse, nonnulla etiam, postquam Germaniæ immigrarunt seu Galliæ, quæ & in patria Regula Benedictina semel assumpta, cum huic minimè ad-versarentur, adjunxerant, ex consuetudine retinuisse, cum idipsum diversissimas usque hodie amplissimi Ordinis Congregationes in usu habere videamus, imo vix Cænobium ullum in Germaniâ reperias, quod non aliqua veteri consuetudine retineat, dummodo iis quæ in singulis quibusque restituantur multoties, sæpe innovantur, Congregationibus non contrarietur. Tali paucula Sancti Columbanus, maximè ratione Horarum Canoniarum retinuit, cum idipsum S.P.N. Benedictus liberrimè permetteret Superiorum voluntati. Interim nullam uspiam reperias ante Ivonis Carnotensis & Divi Norberti tempora, tam in Conciliis Generalibus, quam tot millium Cænobiorum Foundationibus certè alicujus Regule quam Divi Benedicti mentionem; ne putes à communi Monachorum Nomenclatura, nostris nos accensere, quidquid, diversissimo licet Instituto, tam in Oriente quam Occidente Monachorum celebraretur. Alias ipsos etiam Sancti Basili in Oriente Monachos inter nostros & pro nostris agnoscere deberemus, cum ipse Sanctissimus Patriarcha noster illos agnovisse & Fratrum titulo, ipsum autem Basilium Patris nomine atque observantia coluisse, imo pleraque & potiora Ejus Regule, suæ inseruisse comprobetur. Verum nos alios Menologio nostro non celebramus, quam quos coævorum, collegarum seu discipulorum, in Germaniam si-ve Gallias immigrantes catervæ & nobilissimæ coloniæ, ipsis à se recens conditis Cænobiorum primordiis, litteris publicis, & multorum Principum seu procerum sigillo munitis Benedictinæ professionis se esse contestata sunt, quarum non copia solum sed ipsa Autographa, in plerisque, quæ usque hodie supersunt, Cænobiiis asseruntur. Ceterum si qui essent, qui post annum millesimum, cum plures deinceps Regule, plura emergerent Instituta, eadem in Conciliis Generalibus & à Sede Apostolica approbata, unum vel alterum ex hoc Calendario suis signis accensum vellent, velut Canonici Regulares Anastasium IV. & Adrianum IV. Patres Franciscani S. Torellum, alii alios nonnullos, sciant nostra fide id nos non tradisse, sed cum illorum qui nostris assertos voluerant momenta & rationes nesciremus, ad illos potius contentionem remittere, quam in nos suscipere; tantum abest, ut de Iure suo cuiusvis sacro Ordini quidpiam detractum velimus, ut siquidem de his ipsis, quod parti illorum saveat, certi quidpiam intellecturi simus, promptissimè nos communicaturos; sponte spondeamus. Favemus omnium sacrorum Ordinum gloriæ, & dum nostro consulimus, in alios injurii esse nullo modo volumus. Illud tamen maxime cavimus, ne dum illos (de quibus lis etiamnum eruditos inter necdum dirempta,) temerè excluderemus, eo ipso parti adversariæ accessisse, cessasse jure nostro cuiquam videremur. Execramur contentionis omne genus, quod non ita pridem inter funestissima patriæ bella, nihil calamitosius nobis visum esset, quam cum Religiosi etiam viri in facie orbis, & acrioribus etiam armis, quam milites ipsi, grandi cum scandalo infidelium æque atque fidelium, gravissimè colliderentur. Tantum proin abest, ut tam in his quam aliis libris nostris quidquam pertinaciter assertum velimus, ut etiam opinionem nostram, melius sentienti & solide demonstranti ancillari jubeamus, imo hanc ipsam vix uspiam toto hoc opere prodamus; illud

AD LECTOREM.

illud unum conati, ut quæ alii asseruissent, & diversorum Canobiorum monimenta probassent, in unum illa opus & compendium cogeremus. Sanctos Cistercienses Camaldulenses aliarumque sub Regula S. P. N. Benedicti militantium familiarum, merito ut necessario nostris adjunximus, ne in calum ipsam injuriis essemus, cum sanctissimi eorundem Instructores calumniam & injuriam sibi suisque intolerandam plenis querelarum litteris publicè contestarentur, cum nonnulli novum eosdem instituisse Ordinem, & à S. P. Benedicti Institutis se subduxisse affirmarent, cum Ipsi non nisi solido Benedictinæ Regula, & sanctæ morum Reformationis studio id fecisse, quam sanctissimè assererent. Sed de his prolixè alias. Nunc Deum Opt. Max. per tot Benedictæ Matris, Benedicti Patris filios & domesticos humillimè & devotissimè rogamus, studium hoc nostrum, qualecunq; ipsius misericordissima benedictione & gratiaratâ haberi, ad Sanctorum Sanctarumque gloriâ, Religiosorum Ordinis omnium, & maximè Novitiorum Sacræ militiæ Tyronum utilitatem cedere, quorum omnium ex beneplacito, gustu & fructu, nostræ exiguitati baud minimum lucri ad æternitatis felicissimæ thesauros pollicemur.

MENO.



MENOLOGII NOMENCLATOR.

MENSIS JANUARIUS,

CALENDIS JANVARIII.

I. Ianuarij.



Dilonis Abbatis Cluniacensis, comemorationis omnium fidelium institutoris.
Eugendi Abb. Monast. Iuren-
sis in territorio Lugdunensi.
Clari Abbatis S. Marcelli.
Eugendi Abbatis Condatenfis.
Clari Monachi Selgenstadenfis.
Petri Abbatis Monasterii B. M. V. de Ar-
mentera in Gallæcia.
Frodoberti Abbatis Tricassinenfis.
Guilelmi Abbatis Fiscamnenfis.
Ernani Abbatis Canobii Druim Tu-
menfis.
Ulrici Abbatis Villariensis.
Mochuz Abbatis Ballensis, Icteritiæ pa-
troni.
Ioannis Prioris Corneliensis.
Franchæ Virgin. Ultoniensis, genere il-
lustris.
Alginæ Abbatissæ Anglicæ, regii generis.

QUARTO NONAS IAN.

II. Ianuarii.

Adelhardi Abbatis Corbejenfis, regio
genere orti.
Bernarii Lirinenfis Monachi, illustrissimi
generis.
Maximi Abbatis & Martyris in Galliis
genere illustris.
Badulphi Monachi Bobienfis.
Benedicti Monachi & Martyris in Po-
lonia.
Scutini Monachi in Britannia, regii ge-
neris.
Pafchafii Abbatis Corbejenfis.
Alardi Monachi Lukenfis in Saxonia.
Theobaldi Abbatis Cisterciensis in Gal-
liis.
Wilelmi Episcopi Midenfis in Hispania.
Landbertæ Virginis Brigenfis.
Diethmari Episcopi Pragenfis.

TERTIO NONAS IANVAR.

III. Ianuarii.

Blietmundi Abbatis Ambianensis.
Bertiliæ Virgin. Atrebatensis.
Fintari Abbatis in Britannia.
Hoftradi Abbatis in Gallia.

A.

Coenredi Regis Merciorum & Monachi
in Anglia.
Eustadii Abbatis Divionensis.
Oziliæ Virgin. Namurenfis.
Godiferi, Monachi Fulienfis. Obiit A. C.
1611.

PRIDIE NONAS IANVAR.

IV. Ianuarii.

Lubentii Archiepiscopi Bremensis.
Aidi Regis Hiberniæ & Monachi.
Pharaildis Virgin. in Belgio, illustris pro-
fapiæ.
Richoberti Archiepiscopi Rhemenfis in
Gallia.
Rocherius Abbatis Ellantiensis.
Elisabethæ Tubback, Virg. Vallis Rosa-
rum.
Sergii Monachi Casinenfis.
Cifinandi Monachi Hispaniensis.

NONIS IANVARIII.

V. Ianuarii.

S. Æmilianæ Virgin. Roman.
SS. 900. Martyrum in Monasterio S.
Rincentii ad Fontes Vulturni.
Commemoratio plurimorum SS. Marty-
rum.
Ermendi Abbatis & Martyris.
Alachrini Episcopi Italiæ.
Cyræ Abbatissæ, in Hibernia, sanguinis
regii.
Paulæ Virginis sanctimonialis Florentiæ.
Cythardi Abbatis Floridi Campi.
Anastasij Abbatis Suppentoniensis.
Eduardi, Regis Angliæ.
Andrææ Abbatis, Cafali in Galliis.
Balderici Abbatis Salisburgensis.
Iacobi de Capo, Generalis in Monast.
Montis Oliveti.

OCTAVO IDVS IAN.

VI. Ianuarii.

Ermenoldi Abbatis Brunfeningensis &
Martyris.
Dimani Connerensis Episcopi in Hiber-
nia.
Edilwaldi Monachi in Monasterio Iuri-
pumenfi.
Adentari Abbatis Cluniacensis.
Guarimi Episcopi Sedunensis.

NOMENCLATOR

Adalberti Monachi in Breitenaw, Comitibus.
 Petri Abbatis in Canobio D. Andreae in Anglia.
 Iacobi Monachi in Valle Sancti Lambertae.
 Eudociae Virgin. monial. & Martyris.
 Mariani Monachi Cluniacensis.
 Mauronti Abbatis Duacensis, & Patroni.

VII. IDVS IANVARII.

VII. Ianuarii. G.
 Rainaldi Monachi Germani & Martyris, pestis Patroni.
 Ceddi Episcopi Londini in Anglia & Apostoli.
 Tillonis Abbatis Monasterij Solemniacensis, febricitantium patroni.
 Amadei Episcopi Laufannae.
 Alberti Eremitae Montis Alceti.
 Vitalis Abbatis Savigniaci in Gallia.
 Kentigernae Viduae, monialis in Scotia.
 Hatebrandi Abbatis Groningensis.
 Ludovici Bloisii Abbatis Laetensis.

IDVS IANVARII.

VIII. Ianuarii. A.
 Gudilae Virginis, monialis, illustri genere natae.
 Vulfini Episcopi Schirburnae in Anglia.
 Frodoberti Abbatis Cellensis.
 Vaningi Monachi, die seq.
 Eberhardi Episcopi, & Apostoli Bavariae.
 Pegae Virginis, regio sanguine orta.
 Torbimi Episcopi in territorio Brugensi.
 Morontij Abbatis Glaunensis Canobij.
 Petri Ignei, Cardinalis & Monachi in Monast. Vallis-umbrosae.
 Bernardi Monachi Gallici.
 Garibaldi Episcopi Ratisponensis, Bonifacii discipuli.

QVINTO IDVS IAN.

IX. Ianuarii. B.
 Berthualdi Episcopi Cantuariae in Anglia.
 Waningi Monachi extra Canobium.
 Adriani Abbatis Monasterij Niridani, Apostoli Angliae.
 Finani Episcopi Lindisfarnensis in Britannia.
 Petri monachi Gallici.
 Salomonis poenitentis, monachi.
 Filani Abbatis in Scotia.

Agilfredi Abbatis & Confessor. in Africa.
 Vrracae Monialis & fundatricis Monast. B.M. V. de Barris Arragon. reg. sanguine illustri.
 Adilheidis, Comitissae & monial. Monaster. Zwifaltensis.

IV. IDVS IANVAR.

X. Ianuarii. C.
 Agathonis Papae.
 Guilelmi Episcopi apud Bituricas, Patroni Univerfitatis Parisiensis nati in Franciae.
 Adalrici monachi in monast. Befvensi.
 Ithamari Episcopi in Anglia Civitatis Roffensis.
 Benvicifae Abbatis Canensis.
 Oliverij Monachi Villariensis.
 Aldi Monachi & Eremitae.
 Setridae Virgin. Abbatissae Brigenfis, regij generis.
 Ioannis Fulienfis Vicarij generalis.
 Mariae de Estrouteville Abbatissae Hederefis, ob. 1637.
 Valedictio & Missio sancti Mauri in Gallis.

III. IDVS IANVARII.

XI. Ianuarii. D.
 Anastasij Monachi & socior. Supponensis pro Soracten Canobij.
 Egwini Episcopi Wigorniensis in Anglia.
 Salvij Episcopi Ambiani.
 Blandani Abbatis & Confessoris in Gallia.
 Lohemelli Monachi & Confessoris Rhedonenfis Monast. in Armorica.
 Blandani Abbatis in Britannia.
 Svibnei Abbatis Hienfis & Laidgeani Monachi.
 Petri, ducis Veneti & Monachi, Romualdi discipuli.
 Tatonis Abbatis Samniensis.
 Ealredi Abbatis Eboracensis in Anglia.
 Petri monachi Hemmenrodensis.
 SS. & B. Cisterciensium Comemoratio.

PRIDIE IDVS IANVAR.

XII. Ianuarii. E.
 Sanctorum 42. Monachorum & Martyrum Ephesi.
 Benedicti Abbatis & Confess. in Anglia, Praeceptoris D. Bedae & Concordiae Regularum authoris.
 SS. Monachorum & Martyrum Lindisfarnensium.

MENOLOGII BENEDICTINI.

Victoriani Abbatis & Confessoris Oscae in Hispania.
 Nazarij Abbatis & Confessoris in Hispaniis.
 Cuminiani Episcopi Bobiensis in Italia.
 Guilelmi Abbatis Canob. S. Theodorici in Gallia, pauperum patris.
 Aelredi Abbatis Rievallensis in Anglia.
 Angilbergae Imperatricis & Abbatissae Brixienfis.

IDIBVS IANVARII.

XIII. Ianuarii. F.
 Monachorum & Martyrum Cordubensium.
 Remigij Archiepiscopi & Confessoris, Rhemis in Gallia.
 Bernonis Abbatis Cluniacensis.
 Eutricij Abbatis Monast. Balmensis in Burgundia.
 Eusebij Monachi & Martyris in Monte S. Victoris.
 Leogifoli Abbatis Vergacensis.
 Kentigerni Episcopi Glatcoensis in Scotia.
 Libertini Abbatis Monast. Fundensis.
 Iuettae Reclusae in Territorio Leodiensi.
 Canonici Episcopi in Scotia.
 Henrici Monachi & Eremitae in Germania.

XIX. CAL. FEBRVAR.

XIV. Ianuarii. G.
 Cadeoldi Episcopi apud Viennam Galliae.
 Euticij Abbatis & Confessoris in Burgundia.
 Guilhelmi Abbatis Monast. Fisicanensis.
 Alexandri Scotiae Regis filij, Conversi in Monasterio Fusniacensi.
 Burcardj Monachi Namurcensis.
 Theodemarii monachi Casinensis.
 Blancae Abbatissae in Monaster. Argensolenfi.
 Theodardi Conversi in Monaster. Villariensi.

XVII. CAL. IANVARII.

XV. Ianuarii. A.
 Mauri Abbatis in territorio Andegavensium, discipuli S. Benedicti.
 Boniti Episcopi & Confessoris, Arvernensis in Gallia.
 Bambae Regis Visigothorum & Monachi in Hispania.
 Ceolulphi Angliae Regis & Confessor.
 Isidori Episcopi in Sicilia, discipuli S. Gregorij.

Cunari Abbatis Marganensis in Anglia.
 Idae Virginis & Abbatissae in Hibernia, gentis patroni.
 Godefridi Episcopi Nannetensis.
 Heyleckae Inclusae in Germania.
 Sulpitij Episcopi & Confessoris Biturig. translatio.
 Aegylis Abbatis Fuldenfis.
 Placidi Fulienfis transitus, ob. 1610.

XVII. CAL. FEBRVAR.

XVI. Ianuarii. B.
 Furfei Confessoris in Monast. Peronae, filij Regis Hiberniae & viri Apostolici.
 Honorati Abbatis, Fundis in Campania, S.P.N. discipuli.
 Godefridi de Peronna, Episcopi Nannetensis.
 Dunchadi Abbatis & Confessor. in Hibernia.
 Valerii Abbatis in Monast. Sancti Petri de Monte in Hispania.
 Maelitani Monachi Britanniae Monaster. Bothcovenfis.
 Rolandi Monachi & Confessoris Terriaci.
 Theobaldi mon. Villariensis.
 Ioannae Virgin. & sanctimonialis Balneensis, patronae contra pestem & oppidi Balneensis.
 Inventio corporis S. Foillani Monachi & Martyris.

XVI. CAL. FEBRVAR.

XVII. Ianuarii. C.
 Sulpitij, Episcopi Bituricensis.
 Anthonij, Meruli & Ioannis monachorum Roman.
 Britualdi Episcopi & Confessoris Wiltoniae in Anglia.
 Algoti Episcopi Curienfis in Rhætia.
 Almanni Monachi Casinensis.
 Antonij monachi in monast. Criptarum.
 Canonizatio S. Bernardi. Aliis die seq. Guillelmi à S. Alexio, mon. Fulienfis in Gall. ob. 1623.

Vltani monachi Lindisfarnensis in Britannia.

Virginum plurium. Ordin. Matr. monialium in Hispania.

XV. CAL. FEBRVAR.

XVIII. Ianuarii. D.
 Leobardi monachi Reclusi, Turonis in Gallia, Febricitantium Patroni.

NOMENCLATOR

Deicola Abbatis & Confess. Monaster. Luderensis in Germania.
 Liberata & Faustina Virginum Neucomeniun.
 Michaelis sacerdot. & Martyris in Hispania.
 Paschalis II. Rom. nob. 19. Cal. Septembr.
 Ioannis Monachi Casinensis.
 Beatricis, Estensis Principis & monialis.
 Zachariae Monachi & Eremitae in Sicilia.
 Eneconis Abbatis, in Onniensi Hispaniae Canobio, Translatio.
 Canonizatio S. Bernardi.

XIV. CAL. FEBRVAR.

XIX. Ianuarii. E.
 Wolfstani Episcopi Wigorniensis in Anglia.
 Blathmaici Abbatis & Martyris, Hiberniae Regis filij.
 Launomari Abbatis & Confessor. in Monast. Corbionis in pago Dorcalino.
 Henrici Monachi Clarae vallensis.
 Stephani Monachi Casinensis.
 Beatricis Virgin. in monaster. Spinosi loci in Hannonia.

XIII. CAL. FEBRVAR.

XX. Ianuarii. F.
 Mauri Episcopi Caenae; Patronus Caesennatum.
 Fechini Abbatis & Confessor. in Hibernia.
 Molaci Abbatis in Britannia.
 Danielis Abbatis Monasterij Camberonensis in Hannonia.
 Benedict. Monachi Vallumbrosani in Monast. S. Laurentij.
 Galtherij Abbatis & Confessoris Cisterciensis.
 Quilifinda Monialis Brigenfis.
 Ramiri, Regis Arragonum filij, & Monachi in S. Pontij Canobio.
 Lucidi Episcopi Ficuleni Rom.
 Anastasij Monachi & Confessoris.

XII. CAL. FEBRVAR.

XXI. Ianuarii. G.
 Meinradi Eremitae & martyris in Galliis, Monasterio Augiensi.
 Malcalani Abbatis in Belgio.
 Hugonis Antistodorenfis Episcopi in Monast. Pontiniacensi.
 Michaelis Monachi Camaldulensis in Agro Aretino.

Malcalani Abbatis in Lotharingia Monast. S. Michaelis.
 Gaufridi de Amoyo Abbatis in Gallia.
 Ermenburgis Reginae & Abbatissae apud Esteam Cantiae in Anglia.
 Agnetis Sororis S. Iulianae Cornelienfis.
 Valentini Papae.
 Lutgardis Virginis & Abbatissae Acquiriensis.

XI. CAL. FEBRVAR.

XXII. Ianuarii. F.
 Anastasij Monachi & Martyris Romani.
 Dominici Abbatis Sorae in Campania, perque eam Patroni.
 Waltheri Monachi Hemmenrodenfis.
 Henrici de Weys, Dynastae de Berni, Conversi Monast. Villariensis.
 Colmanni Episcopi Lismorensis.
 Theoritgidae Virginis & monialis Berckingenfis Monast.
 Mederici Abbatis elevatio & translatio.
 Roberti Molismensis & Edmundi Cantuariensis Archiepiscopi.

X. CAL. FEBRVAR.

XXIII. Ianuarii. B.
 Ildephonfi Archiepiscopi Toletani.
 Martyrij Monachi in Provincia Valeriae
 Barnardi Episcopi Viennensis.
 Agili Abbatis & Confessor. Monast. Resbacensis, viri Apostolici.
 Bernardi Episcopi Monast. Mariaefeldensis, genere illustris, Livoniae Apostoli.
 Guidonis Abbatis in Frisia.
 Gibitrudae monial. Brigenfis, discipulae S. Burgundoforae.
 Plurium SS. & BB. Monachorum S. Petri apud Salisburgum.

IX. CAL. FEBRVAR.

XXIV. Ianuarii. C.
 Surani Abbatis & Martyris.
 Marini Abbatis Lirinensis Monast.
 Cadoci Abbatis & Confessor. in Britannia.
 Bretelini Monachi Anachoretae in Caenob. Croylandensi.
 Macarini Abbatis in Monaster. S. Iacob. apud Herbipolin.
 Felicis Episcopi & Confessor. Ossorienfis in Hibernia.

Theo-

MENOLOGII BENEDICTINI.

Theobaldi Abbatis Monast. Eberbacensis in Germani.
 Festum Patrociniij. B.M.V.
 Festum descensionis B.M.V.

V. CAL. FEBRVAR.

XXVIII. Ianuarii. G.
 Ioannis Abbatis Remensis.
 Natalis Abbatis & Confessoris in Hibernia, regio orti genere:
 D. Senulphi Episcopi & Confess. Licheteldiae in Anglia.
 Botonis monachi Clarae vallensis.
 Richardi Abbatis Vallcellensis.
 Clarae Abbatissae in Monte S. Romarici; ex regia Galliar. familia.
 Beneficium S. P. N. Benedicti.
 Annae Abbatissae Rigenfis.

IV. CAL. FEBRVAR.

XXIX. Ianuarii. A.
 Gelasij II. Papae.
 Ayrmanni Monachi & Martyris in Monast. Bessvensi.
 Gildasij Abbatis & Confessor. in Britannia, Apostoli Armoricae.
 Caroli Comitis & Abbatis Monast. Villariensis.
 Himmanae Abbatissae Monast. Salsinae.

III. CAL. FEBRVAR.

XXX. Ianuarii. B.
 Aldegundis Virgin. & Mon. in Malbodio Hannoniae Monast. ex regali Francia Regum profapia.
 Gervadii Monachi & Apostoli Moraviae.
 Amnichadi Mon. Reclusi & Confess. in Buchonia, Monast. Fuldensi.
 Alani Monachi & Doctoris Parisiensis.
 Adelelmi Abbatis, die seq.
 F. Siffridi Monachi Monast. Reinhartsbornensis.
 Egidij Monachi de Bodelo in Flandria.
 Wolfoldi Monachi presbyteri in Monaster. Zwifaltenfi.

PRIDIE CAL. FEBRVAR.

XXXI. Ianuarii. C.
 Stephani IV. Pontif. Max.
 Adelelmi Abbat. & Confessor. Burgis in Hispania.
 Mariae de Pinto Abbatissae in Hispania.
 Ioannis Mon. Pomposiani.
 Petri Conversi Villariensis in Brabantia.
 Caradoci Mon. & Confess. in terris Rotfensfi.

VIII. CAL. FEBRVAR.

XXV. Ianuarii. D.
 Praejecti Episcopi & Marini Viri Dei, Arvernensis Martyr.
 Popponis Abbatis Atrebatensis in Gallia.
 Rachanarij Episcopi Augustoduni & Confess.
 Euchadij Monachi Hienfis, discipuli Columbani & Apostoli.
 Ioannis de Iardin, Conversi in Brabantia.
 Catharinae monialis Cisterciensis.
 Adunalivae Viduae Reclusae, Viriduni.
 Benedicti monachi Cluniacensis.

VII. CAL. FEBRVAR.

XXVI. Ianuarii. E.
 Bathildis Reginae & Monial. in Monast. Calenfi Tutelaris Galliae.
 Gregorij IV. Pontif. Max.
 Mauri Episcopi & Confessoris Aucienfis in Hispania.
 Alberici Abbatis Cisterciensis in Gallia.
 Goberti Monachi & Confessoris in Belgio Monast. Fossis.
 Viboldi Monach. & Conversi in Germania.
 SS. Virgin. Monialium & Martyr. Monasterij Vitaviensis in Polonia.

VI. CAL. FEBRVAR.

XXVII. Ianuarii. F.
 Theodorici Episcopi & Confessoris Aureliani.
 Mauri Abbatis Monaster. Bobacensis.
 Emerij Abbatis apud Gerundam in Hispania.
 Sulpitij Bajonensis Episcopi in Monast. Cellenfi.
 Adjuti Abbatis Aureliani; Carnotens. Monast.
 Lupi Abbatis Cabilonensis.
 Brunonis Monachi Parisiensis.
 Remberti Conversi Villariensis.
 Martini Conversi in Italia.
 SS. Martyr. Attrabentani; Euningi, Griefoldi & Benjamin discipulorum S. Willibaldi.

NOMENCLATOR

MENOLOGII BENEDICTINI.

Valerici Episcopi Augustani Canoniza-
tio.
Albani Roë Martyr. Londin.

Waldetrudis Viduæ & Abbatissæ in Mon-
te Castriloco translatio, Principis mon-
tentium Tutelarîs.

MENSIS FEBRUAR.
CALENDIS FEBRVAR.

I. Februarij. D.
Callisti II. Papæ & Confessoris.
Peregrini Monachi Camaldul. Patavij.
Raymundi Abbatis in Hispan.
Gautridi Carnotensis Episcopi in Gallia.
Verdianæ Reclusæ, in Castro Floren-
tino.
Brigidæ Virgin. sanctimonial. in Italia.
Hattæ Abbatis Monaster. Blandinien-
sis.
Elæ Comitissæ & sanctimonialis, in An-
glia, genere illustri.

PRIDIE NONAS FEBRVAR.
IV. Februarij. G.
Remberti Episcopi Bremensis & Apo-
stoli.
Rhabani Archiepiscopi & Confess. Mo-
guntinensis.
Cuannæ Abbatis & Confessor. in Britan-
nia, regio orti genere.
Lietphardi Archiepiscopi Cantuariensis
& Martyris.
Gilberti Apostolici viri in Anglia.
Christiani Monachi Hemmenroden-
sis.
Simonis Abbatis & Confess. Cænob. Si-
thivensis.

IV. NONAS FEBRVAR.

NONIS FEBRVAR.

II. Februarij. E.
Laurentii Archiepiscopi Cantuariæ in
Anglia, viri Apostolici.
Burcardi Episcopi I. Wirtzburgensis.
Vincentij Episcopi & Confessoris Craco-
viensis in Polonia.
Columbani Junioris Abbatis Gandaven-
sis.
Lyntij Monachi Casinensis.
Bonifacii Conuersi Claravallensis.
Hadelogæ Abbatissæ Monast. Rickin-
gensis.
Ignatij Monachi Morerosæ in Hispania.
Sichariæ Virginis sanctimonialis Aure-
lian.
Dunstani Cantuariens. Archiepisc.
Gertrudis Abbatissæ Elpedianæ.

V. Februarij. A.
Bertulphi Abbatis & Confess. Gandavi
in Monast. Blandinienf.
Indracti Abbatis cum sociis Martyr. no-
vem in Britannia.
Adelheidis Virginis & Abbatissæ in Mo-
naster. Vileccensi, illustrissimi gene-
ris.
Eleutherii Abbat. & Confess. S. Marci in
Urbe Spoletana.
Fingeni Abbat. & Confess. Metensis.
Andreæ Abbatis, Elnone in Belgio, disci-
puli S. Amandi.
Alexandri Abbatis in Gall.
Aleidis Abbatissæ in Westphalia.
Pandulphi S. R. E. Cardinalis, Episcopi
Ostientis.

NONAS FEBRVARII.

VIII. IDVS FEBRVAR.

III. Februarij. F.
Anscharii Bremensis Episcopi & Apo-
stoli.
Hadelini Mon. & Confessor. Stabulensis,
Viri Apostolici.
Laurentij Episcopi & Confessor. Spole-
tani.
Colmanni Abbatis in Hibernia.
Helinandi Monachi in frigido monte.
Petri Prioris Monast. Dunensis.
Werbungæ Virginis & Abbatissæ Cænob.
Cestrensis.
Berfendis Virgin. & Monial. Morfell. il-
lustrissimo natæ genere.

VI. Februarij. B.
Amandi Episcopi Trajectensis, filij Du-
cis Aquitaniæ, viri Apostolici.
Inæ Occidentalium Saxonum Regis,
Monachi & Confess.
Godefridi Comitis & Monachi Hirtlau-
gensis.
Didaci Oxoniensis Episcopi in Hispania,
Viri Apostolici.
Leonis Abbatis Bertinensis.
Arnoldi Abbatis Bonævallensis.
Relindæ Abbatissæ Monast. Eickensis in
territ. Loffensi.
Godefridi, Comitis Palatini, & Abbatis
Zwifaltensis.

VII. IDVS

VII. IDVS FEBRVAR.

IV. IDVS FEBRVAR.

VII. Februarij.
Odonis Archiepiscopi Cantuariensis &
Confess.
Ramualdi Abbatis translatio Fabria-
num.
Amolwini Abbat. & Episcopi Laubien-
sis.
Epponis Abbatis & Confessor. Monast.
non longè à Prufeningen.
Nivardi Abbatis Cisterciens. in Hispan.
Meldani Abbatis in Hibernia.
Rayneri Conuersi Villariensis.
Petri Quirini Camaldulens.
Rictrudis Abbatissæ & Clotfendis & A-
dalfendæ elevatio.

X. Februarii. F.
Scholastica, Virgin. sororis Sanct. Bene-
dicti.
Austrebertæ Virgin. Pauliacens. Cænobij
antistita.
Guilielmi Eremitæ Senensis, die seqq.
Arnaldi Abbatis & Martyr. Patavii.
Peregrini Monachi & Confessor. Placen-
tin.
Cronani Abbatis Glasmorensis.
Godwini Conuersi in Anglia.
Cedmoni Monachi & Confessor. in An-
glia.
Pagani Monachi & Confessor. Catanæ in
Sicilia.
Afiniani Episcopi apud Oriental. Saxo-
nes.

VI. IDVS FEBRVAR.

VIII. Februarii. D.
Pauli Episcopi Virodunensis.
Pelagii II. Papæ.
Gerberti Abbatis & Confess. Fontanel-
lensis.
SS. & BB. Monach. Fontanellensium in
Gallia.
Raynerii alumni Monast. in Monte Ca-
sini.
Pauli Conuersi in Monaster. B. M. V. de
Lucka.
Elfredæ Regis filia, Virgin. & Abbatissæ
in Anglia.
Iodoci Palmerii Monachi & Confess. in
Monast. Mont. Virgin.
Ioannis Conuersi Villariensis.
Visitatio SS. Benedicti & Scholasticae so-
roris.

D. Eusebii Monachi, Venetiis in Monast. S.
Michaëlis.
Baldegundæ Abbatissæ Sanctonenfis.
Iarentonis Abbatis Divionensis in Bur-
gundia.
Gertrudis translatio Nivell.

III. IDVS FEBRVAR.


V. IDVS FEBRVAR.

XI. Februarii. G.
Desiderii Episcopi Viennensis & Mar-
tyr.
Severini abbatis Monast. Agaunensis.
Guilhelmi Ducis & Eremitæ, in Stabulo
Rhodis.
Ehaorni Eremitæ & Martyris Venetens.
Rodolphi Episcopi Olnabrugensis.
Diemonis Prioris Hirtaugiensis.
Henrici abbatis Daciæ, in Schola Vitæ.
Bertradæ Inclusæ in Monast. S. Galli.

IX. Februarii. E.
Altonis Episcopi & Confessoris Wein-
gartens.
Ansberti Episcopi Rotomagens.
Tramuvini Episcopi & Confessor. Pictor.
in Anglia.
Ermenfridi Episcopi & Confess. Virdu-
nens.
Raynaldi Episcopi Nuceria in Um-
bria.
Fursei Abbatis Chonobhersburgens.
BB. Monach. & Martyrum Monast. Cel-
læ Mariæ.
Batherii Abbatis Monaster. Sanct. Co-
lumbæ.
Ermi Generalis Vallis - Vmbrosæ Mo-
naster.
Nicolai Monachi Monaster. Igniacens.

PRIDIE IDVS FEBR.

XII. Eebruarii. A.
Martyrum Cænobii Novaliciensis.
Scriptorum Innumerabilium,
Monachorum & Martyrum per Galliam,
German. aliasque provincias.
Benedicti abbatis anianensis, genere il-
lustris, Concordiæ Regularum scri-
ptoris.
Stephani S. R. E. Cardinalis, Episcopi
Pranestini.
Benedicti Episcopi & Confessoris Albi-
gauni in Italia.
Constantii Comitis & Monach. Brixia
in Cenomanis.
Nicolai Monachi Villatiensis.
Gildæ Virgin. & Abbatissæ in Brabantia.
Domunci abbatis Barragensis.



NOMENCLATOR

IDIBVS FEBRVARII.

XIII. Februarij.

Gregorii II. Papæ.
Stephani Abbatis, Reate.
Stephani Abbatis, Grandimontensium
Institutoris, die seqq.
Wulfridi Monachi Stratæ Floridæ in An-
glia.
Ermenildæ Viduæ, & sanctimonialis in
Britannia, regio ortæ genere.
Petri Episcopi Vercellensis.
Haynonis & Veremundi Conversi. &
Confessorum apud Medan. in terri-
tor. Mediolanens.
Stephani Abbatis Ratenfis Cænobij in
Portugallia.
Aleydis Monial. Cisterc. in German. pœ-
nitentis.
Eustochiæ sanctimonialis Virgin. Pata-
vij.
Bernhardi Montis Sion in Hispania Ge-
neralis, ob. 1606.
Chiliani Episcopi & Martyr. Herbipo-
lensis.
Licinii Episcopi Andegav.

XVI. CALEND. MARTII.

XIV. Februarij.

Antonii Abbatis Surrenti.
Conani Abbatis Helluensis, Viri Aposto-
lici.
Stephani Abbatis Grandimontensis.
Cellaci Episcopi Lichfeldensis Apostoli
Anglofaxonum.
Giberti Abbatis & Martyr. Luxovienf.
Richmiri Abbatis Cenomanensis.
Eufrafiæ & Febronix Virgin. Monial.
Cornelii Poldermans Prioris Zircizæ
apud Zeland. & Martyr.
Guilhelmi Olivetani Cænob. Condito-
ris.

XV. CALEND. MARTII.

XV. Februarij.

Fausti Monach. Casinensis, discipuli S.
Benedicti.
Berecti Abbatis in Britannia.
Quinidini Episcopi & Confessoris Vasio-
nensis.
Ansberti Monachi Vitensis in Nor-
man.
Ethelfredæ, filix Regis, & Monial. Virg.
Monast. Witbientis in Anglia.
Blichdehildis Viduæ & monial. in Gallia,
illustri generis.
Iohannis Episcopi Meldensis.

Gertrudis Reclusæ in Westphalia.
Iohannis Baptistæ, Monachi Fulienfis.

XIV. CAL. MARTII.

XVI. Februarij.

Franconis Episcopi & Martyris, in Civi-
tate Werdenf. Apostoli Germaniæ.
SS. Martyrum Sicilia.
Ioannis Episcopi & Confessoris Salisbur-
gensis.
Ioannis Abbatis Monast. Casæ-Marii in
Hernicis.
Agani Abbatis Monast. S. Gabriel. in Ai-
rola.
Siffridi Monachi Heisterbacensis.
Margaritæ Virgin. Cisterciens. in Etru-
ria.
Fraufmundi Romæ in Vatic. S. Benedicti
discipuli.
Marcouffi Monach. in Gallia.

XIII. CAL. MARTII.

XVII. Februarij.

Silvini Episcopi Tholosani in pago Tar-
vanensi.
Benedicti Episcopi & Confessoris Sardi-
niæ.
Fintani Abbatis & Confessoris in Sco-
tia.
Finani Episcopi & Confessoris Lindisfar-
nensis in Anglia.
Constabilis Abbatis in Monast. S. Trini-
tatis Cavæ.
Odonis Monachi & Pro-Prioris Clara-
vallis.
Galdrici Monachi & Confessoris in Gal-
lia.
Frowini Abbatis monast. Salemitani.
SS. & BB. S. Maximini Trevirensium.

XII. CALEND. MARTII.

XVIII. Februarij.

Helladi Episcopi & Confessoris Tole-
tani.
Gregorij V. Papæ, regio orti genere, Ele-
ctorum Imperii. institutionis.
Angliberti Abbatis Cantulensis, illustri
loco nati.
Lazari Abbatis Ital. prope Spoleterum.
2000. Martyrum in Hispania.
Mangoldi Abbatis & Martyris, in Mo-
nast. S. Georg. Isnensis oppid.
Ioannis Abbatis S. Martini in Atiglia.
Silvani monachi in Gallia, discipuli Sanct.
Bernhardi.

XI. CA-

MENOLOGII BENEDICTINI.

XI. CALEND. MARTII.

XIX. Februarij.

Dagæ Episcopi & Confessor. in Britan-
nia.
Bonifacij Episcopi Laufanensis.
Friderici Abbatis in monte S. Michaelis.
Hieronymi Monachi Montis Coronæ.
Nuadati Episcopi & Confessoris in Hi-
bernia.
Vdalrici Abbatis Monast. Cæsariensis.
Morandi Abbatis in Burgundia.
Agnētis Virgin. & Abbatissæ Monaster.
Balnei in Italia.
Triumphus Carnis S.P.N. B.

X. CALEND. MARTII.

XX. Februarij.

Leonis Episcopi Catenæ in Sicilia, Tau-
maturgi.
Eucherij Episcopi Aurelianensis.
Colgæ Abbatis & Confessoris in Britan-
nia, Alcuini Magistri.
Cymberti Abbatis & Confessoris Mo-
nast. Reodfordensis.
Itenbardi sacristæ Monast. Hemmenro-
densis.
Ioh. Gradenici Mon. Mont. Casinatis.
Vdalrici Anachoretæ in Anglia.
Iohannis Conversi Villariensis.
Catharinæ sanctimon. in monte regali in
Sicilia Poetæ.

IX. CALEND. MARTII.

XXI. Februarij.

Paterij Episcopi Brixæ.
Germani Abbatis & Raudoaldi Monachi.
Martyrum in Germania.
Agathonis Papæ, in Græcia.
Vrsicini Monachi & Confessoris Luxo-
viensis Apostoli Helvetiæ.
Gumberti Archiepiscopi & Confessor.
Senonens.
Fintani Episcopi Cluainfertenfis in Hi-
bernia.
Petri Monach. Clara-vallis in Gal-
lia.
Agnētis Virg. sanctimonial. in Germa-
nia.
Ludolphi Abbatis Corbejæ Saxonum.
Gunthildis Abbatissæ Bilebiensis.

VIII. CAL. MARTII.

XXII. Februarij.

Petri Damiani Faventiæ.

Iohannis Abbatis Lucensis in Italia.
Malbrigidi Episcopi & Confessoris Ar-
chiepiscopi Hiberniæ.
Henrici Monachi Hemmenrodenfis.
Quadrati Abbatis Bonævallis.
Guduali Archiepiscopi & Confessoris
translatio.
Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis
elevatio.
Teclæ Virgin. monial. Conchæ Campo-
rum in Hispania.
Dettæ Abbatissæ Winbrunnensis, Regis
Angliæ fororis.

VII. CAL. MARTII.

XXVIII. Februarij.

Finneni Abbatis & Confessoris in Britan-
nia.
Ioannis Episcopi Apostoli & Martyris,
Mechelburgensis.
Milburgæ Virgin. sanctim. in Anglia, re-
gij generis.
Ordonij Episcopi & Confessoris Asturi-
ensis.
Bartholomæi Abbatis Turonensis.
Cæsarij Monachi & Prioris Villariens.
Nicolai Prioris Genuensis.
Eleonoræ Virginis sanctimonial. in Lusi-
tania.
Villani Monachi S. Iustina de Padua.
Gerhardi Canadinensis in Vngaria Epi-
scopi translatio.

VI. CAL. MARTII.

XXIV. Februarij.

Edilberti Regis Cantiorum, plurium
Monasteriorum fundatoris.
Birnstani Episcopi Wintoniensis.
Bartholomæi Abbatis Catalauniensis.
Cuminei Abbatis & Confessoris in Hi-
bernia.
Desideri Conversi in Mon. Clara-vallis.
discipuli Bernardi.
Dedicatio Ecclesiæ S. Dionysij extra mu-
ros Parisiensis.

V. CAL. MARTII.

XXV. Februarij.

Altrudis Virginis Abbatissæ Malbadien-
sis.
Leopardi Abbatis in Allatia.
Adilhelmi Abbatis & Confessoris in Hel-
vetia.
Valerii Abbatis in Hispania.
Adami Abbatis Ebracensis.
Ianuarij Monachi Cæsariensis, discipuli
S. Gunizonis.

Wal-

NOMENCLATOR

Walpurgæ Virgin. Herforderensis Cæno-
bij.
Methildis Virginis Cisterciens. in Ger-
man.
Burcardi Episcopi & Patroni Herbipo-
lensis.
Fursei Abbatis, Hiberniæ regis filij, trans-
latio.

IV. CALEND. MARTII.

XXVI. Februarij. A.
Victoris Monachi & Confessoris in terri-
torio Archiacensi.
Maurilij Fiscanensis Monachi.
Radconis Monachi & Martyris Besven-
fis.
Milgithæ Virgin. monial. in Anglia.
Talmachi monachi, in Hibernia, disci-
puli S. Brandani.
Guilhelmi Olivetani Cænobij Condito-
ris in Hannonia.
Andræ Monachi & Confessoris Clara-
vallis.
Mechtildis Virgin. Cænob. Spanheimen-
fis.
Theodorici Monach. & Confessor. Mo-
naft. Novocastrensis.
Arnaldi Conversi in Cænob. Stromber-
genfi.
Mechtildis Elpedianæ festum.

III. CALEND. MARTII.

XXVII. Februarij. B.
Leandri Episcopi Hispal. regio orti ge-
nere, Hispaniarum Apostoli.
Ioannis Abbatis Gorziensis in territ. me-
tensi.
Emanuelis Cremonensis in Frisia Episc.
Ioannis Monachi Monast. Vallis Lam-
bertinæ.
Roberti Prioris in Monast. Cisterciens.
Elisabethæ Abbatissæ Monast. Boldro-
nensis.

PRIDIE CAL. MARTII.

XXVIII. Februarij. C.
Romani Abbatis Lugdunensis.
Oswaldi Episcopi & Confessoris Wigor-
niæ in Anglia, contra pestem Patroni.
Ædi Episcopi & Confessoris in Hiber-
nia, genere principis, capite dolentium Patroni.
Herberti Archiepiscopi Turritani in Sar-
dinia.
Sillani Abbatis in Britannia, Cænobij
Benchorensis.

Violentiæ Abbatissæ in Lusitania.
Beatricis Priorissæ in Nazareth transla-
tio.
Theodolphi Abbatis & Confessoris In-
ventio Treveris.
S. Augustini Commemoratio.
Victoris Monachi & Eremitæ in Helve-
tia Monast. S. Galbi.

MENSIS MARTIVS,
CALEND. MARTII.

I. Martij. D.
Suitperti Episcopi apud Civitatem Wer-
dam viri Apostolici.
Siviardi Abbatis Cenomanensis.
Albini Episcopi & Confessoris Andega-
vensis.
Rodofindi Episcopi in Hispania.
Almarici Episcopi Silvanectensis in Gal-
lia.
Davidis Episcopi & Confessoris in Bri-
tannia, regio nati genere.
Hugonis monachi Clara-Vallens. disci-
puli S. Bernardi.
Simplicij monachi in Bona-valle discipu-
li S. Hugonis.
Luçæ Abbatis in Sicilia.
Herculani Episcopi & Martyris Perusiæ
translatio.
Guidonis Generalis Camaldulensis.

VI. NONAS MARTII.

II. Martij. E.
Ceaddæ Episcopi Merciorum & Lindis-
farnorum.
Stephani Archiepiscopi Vpsalensis &
Confessoris in Suecia.
Luçæ Abbatis in Nicosia.
Willeici Abbatis apud Werdam Cæsaris.
Andræ Monachi in Hispania monast.
Rivificci.
Francisci Provincialis Fulienfis.
Arduini, Regis Italiæ & monachi.

V. NONAS MARTII.

III. Martij. F.
Kunegundis Imperatricis & monialis
Bambergensis.
Winwaloci Abbatis Gandavenfis in Cæ-
nob. Blandiniens.
Caluppani Monachi Reclusi Arvernens-
fis.
Anselmi Abbatis Novantulæ in mona-
ster. agri Mutinensis.
Alani Abbatis Monast. Farfensis.

Rupertus

MENOLOGII BENEDICTINI.

Rupertus Abbatis Tuitiensis.
Owini Monachi Lichfeldensis.
Gerlonis Abbatis Glocestriæ in Anglia.
Elisabethæ Monial. Eboræ in Lusitania.

IV. NONAS MARTII.

IV. Martij. G.
Basinij Episcopi Treverensis & Confessor.
Petri Abbatis Cavenfis.
Beraldi Monachi & Martyris, Monast.
Besvenfis.
Thomæ Prioris Cantuariensis.
Burcardi Abbatis Monast. S. Galli.
Hermannii Conversi Monast. Aquirien-
fis.
Fursei Monachi & Confessoris, Hiberniæ
regis filij.
Ioannis Monachi & Eremitæ Casinensis.
Tranquillæ Virgin. & mon. Corduben-
fis.

III. NONAS MARTII.

V. Martij. A.
Virgilij Archiepiscopi & patroni Arela-
tensis.
Petri Abbatis & Martyris Primi Inquisi-
toris, in Villa S. Ægydij.
Rutperti Abbatis Tuitiensis.
Radulphi Archiepiscopi Lugdunensis.
Chineburgæ & Ghineswidæ, regio orta-
rum genere & Sanctimon. in Anglia.
Gerhardi monachi Clara-vallensis, disci-
puli S. Bernardi.
Clementis Abbatis Syracusani.
Raymundi Abbatis Hispani Cænob. Fi-
terensis, translatio.

PRIDIE NONAS MARTII.

VI. Martij. B.
Fridolini Abbaris & Confessoris Seckwi-
gensis in Germania, regio sanguine
orti.
Iudicælis, Regis & Confessoris in Mo-
naft. S. Maini in Britannia.
Pontij Episcopi Clatomontani in Gallia.
Cononis Episcopi Ratisponensis.
Raiderisij monachi Casinensis.
Amadeum Virgin. sanctimonialis apud
Allobroges.
Henrici Monachi Cælestini in Galliis.
Annæ Virgin. & Abbatissæ in Suevoia Mo-
naft. Poundensis.
Noggeri Abbatis, Zwifaltensis Monast.

NONIS MARTII.

VII. Martij. C.
Equitij Abbatis in provincia Valeriæ.

Volckeri Monach. & Martyr. Monast.
Segebergenfis.
Ioannis Abbatis Monast. Blandiniensis,
viri Apostolici.
Easturwini Abbatis Monast. Wirenfis in
Anglia.
Godefcalci Monachi in Valle S. Petri.
Ardonis Presbyteri & Monachi Monast.
Ananianæ.
Petri Monachi Bonævallis in Gallia.
Antonini Conversi, in Sicilia Monast.
Montis Regalis.
Redemptæ Virgin. Monial. Romanæ.
Thomæ Aquinatis Doctoris angelici
Commemoratio.

VIII. IDVS MARTII.

VIII. Martij. D.
Iuliani Archiepiscopi Toletani in Hispania.
Hunfridi Episcopi Tarvanensis.
Veremundi Abbatis & Confessoris in Re-
gno Navarra.
Henrici Prioris Villariensis.
Berengariæ Monial. Cisterciensis in Hi-
spania, generis regij.
Nicolai Fagani, Abbatis Suriensis, viri
Apostolici in Hibernia.
Manfonis Abbatis Casinensis, illustri ge-
nere nati.

VII. IDVS MARTII.

IX. Martij. E.
Franciscæ Viduæ Romanæ.
Cyrilli & Methodij Episcoporum Mora-
viæ.
Monachorum & Martyrum 60. Cister-
ciensium in German.
Gregorij Cardinalis Episcopi Ostiensis &
Confessoris in Regno Navarra.
Reinhardi Abbatis Reinhaufani in Saxo-
nia, Patroni Epilepsia.
Vindrici Abbatis Tullensis.
Mariæ Sanctimonialis, Virgin. Monaster.
Dunewarch. in German.
Henrici Ducis Burgundion. & Monach.
Cisterciens.
Idesbaldi Abbatis Dunensis.

VI. IDVS MARTII.

X. Martij. F.
Attalæ Abbatis monast. Luxoviensis.
Droctovæ Abbatis Pratenf. Cænob. Lu-
tetia Parisiorum.
Stephani Abbatis & Confessoris Obazi-
nensis.
Bolonis Archiepiscopi Eboracensis.

Emi-

NOMENCLATOR

Æmiliani Abbatis Latiniaci in territor. Parifiensi.
Wirntonis Abbatis Formbacensis.
Ioannis Paffei Abbatis Wallensis in Anglia & Martyris.
Andreæ Monachi Monast. Vallis-Vmbrosæ.
Crode Episcopi in Anglia.
Ioannis Mon. & Eremitæ apud Vallem-Vmbrosam.
Gelafii Abbatis in Anglia.
Christinæ Virgin. & sanctimonialis in Nazareth.

V. IDVS MARTII.

XI. Martij. G.
Eulogii Presbyteri Cordubensis & Martyris.
Firmini Abbatis Ambianensis.
Suatacopii Regis Moraviæ, Monachi & Confessoris.
Vincentii Abbatis & Ramiri Monachi, Martyrum in Hispania.
Welfrani monachi monast. Reinhartsbornensis.
SS. & BB. ejusdem monast.
Palumbi monachi monast. Sublacensis.
Mamerti Abbatis & Confessoris monast. S. Petri prope Gumielem.
Iuliani Monachi Claravallensis.
Henrici Episcopi Trecentis, illustri generati.

IV. IDVS MARTII.

XII. Martij. A.
Gregorii Papæ, magni Apostoli.
Petri Diaconi Romani.
Pauli Leonensis Episcopi.
Yldulti monachi & Confessoris Leonensis.
Gregorii Prioris Villariensis.
Edmundi monachi Pontiniaci in Gallia.
Finæ Virgin. morial. in Hetruria.
Heinæ Sanctimonialis in Anglia.

III. IDVS MARTII.

XIII. Martij. B.
Confortiæ Virginis Mon. Cluniacensis.
Pauli Episcopi Leonensis, viri Apostolici.
Leandri Episcopi & Confessoris Hispanensis.
Stephani Abbatis & Martyris Tholosani.
Trebulli Regis & Monachi in Bulgaria.
Aldradi Abbatis Novalitiæ Pedemontaniæ.

Guilhelmi Monachi VVallensis & Martyr. in Anglia.
Eustachii Monachi Trium fontium in Gallia.
Mactesledis Abbatissæ monast. montis Romarici.
Sancia Portugalliæ Regis filiæ & Monialis Cellensis in Lusitania.

PRIDIE IDVS MARTII.

XIV. Martij. C.
Monachorum duorum, discipulorum S. Valentii, & Martyrum in provincia Valeria.
Mathildæ Imperatricis & monialis.
Petri Abbatis Claravallensis, regii generis.
Ioannis Abbatis Casinensis.
Petri Abbatis Cavenensis.
Petri Abbatis Sineronensis.
Georgii Presbyteri & Monachi Augustani.
Caroli à Sanct. Bernhardo Monachi Fulienensis.
Adelheidis, monialis Zwiefaltensis ex Imperatorio sanguine oriundæ.
Translatio Arnaldi Abbatis, Vrii Monachi, Felicitatis Virg. aliorumque Patavij.
Paulinæ Reclusæ.

IDIBVS MARTII.

XV. Martij. D.
Zachariæ Papæ.
Speciosi Monachi Romani, S. Benedicti discipuli.
Raymundi Abbatis Toletani, institutoris militum de Calatrava.
Sisebuti Abbatis Cænob. Caradinensis in Hispania.
Adelberti Abbatis & Confess. in Hispania monast. S. Ioannis de Taranca.
Ioannis Monachi Bonavallensis.
Tranquilli Abbatis Divionensis.
Macoldiæ Virginis sanctimonialis, Astæ in Insabria.

XVII. CALEND. APRIL.

XVI. Martij. E.
Torelli Monachi Conversi & Eremitæ in Italia.
Cyrilli & Methodii Episcoporum in Moravia, viroꝝ Apostolicorum.
Tetrici Episcopi & Martyris Antifiodorensis.
Ioannis Episcopi, mantuani.
Meginbodi Abbatis Bûrbacensis.

Gumari

MENOLOGII BENEDICTINI.

Gumari Monachi Villariensis in Brabantia.
Constantii Conversi Claravallensis.
Læti Monachi VallisVmbrosæ & Abbatissæ.
Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis.

XVI. CALEND. APRIL.

XVII. Martij. F.
Gertrudis Virginis & Abbatissæ Novigelensis.
Colonati Presbyteri & Totuani Diaconi Martyrum Herbipol.
Vrij Monachi & Confessoris; Patavii in Cænob. S. Iustiniæ.
Gertrudis Virginis & Abbatissæ, illustri familia, in Polonia.
Conradi Guelphi, genere illustrissimi; Monachi Claravallensis.
Patricii Olivetani.
Felicis Abbatis Cænobii & Gildæ.
Attelberti Abbatis & Confessoris.
Demuthæ Inclusæ ad S. Galli.

XV. CAL. APRILIS.

XVIII. Martij. G.
Anselmi Episcopi & Confessoris Lucensis.
Ioannis III. Abbatis Sacri Montis, illustri orti genere.
Gordiani, discipuli S. Benedicti, monachi Syracusani.
Constantii Monachi Casinatis, in Italia.
Christiani Archiepiscopi & Primatis Hiiberniæ, viri Apostolici.
Gilduini Episcopi Dolensis & Confessoris.
Eduardi Regis & Martyris Angliæ.
Catharinæ Abbatissæ Mon. S. Spiritus, in Hispania.

XIV. CAL. APRILIS.

XIX. Martij. A.
Ioannis S. Pinnensis.
Martini Episcopi Bracaræ in Hispania, viri Apostolici.
Abundi Monachi Villariensis in Brabantia.
Emeberti Monachi Claravallensis.
Landoaldi S. R. E. Cardinalis.
Idæ Comitissæ & monial. monast. Brigenensis.
Landradæ Virg. & Abbatissæ translatio.

XIII. CAL. APRIL.

XX. Martij. B.
Vigilia S. P. N. B.

Cutberti Episcopi Lindisfarnensis in Britannia.
Wulfrani Episcopi Senonensis.
Martini primi Dumienensis Episcopi.
Hereberti Presbyteri & Eremitæ Eboracensis.
Ebrardi monachi Morimundensis.
Thomæ Monachi Villariensis.
Anonymi Monachi Floriacensis.

XII. CAL. APRIL.

XXI. Martij. C.
Festum S. P. N. B.
Institutio Cisterciensis.
Roberti Abbatis Molismensis.
Lupicini Abbatis Lugdunensis.
Benedicti Monachi Alvastræ in Sveciâ.
Henrici Abbatis Villariensis.
Clementiæ Comitissæ & monialis Sphanheimii.
Liberatæ & Faustinae sororum & virginum sanctimonialium.
Christiani Abbatis Monast. S. Panthaleonis Colonienensis.

XI. CAL. APRIL.

XXII. Martij. D.
Gregorii IX. Papæ.
Lupicini Abbatis Lugdunensis.
Conradi Abbatis & Martyris Cænob. Manseensis.
Bernardi Episcopi Nannetensis in Britannia.
Virginum Monasterii Montis Romarici.
Tolobæi Episcopi & Confessoris in Hispania.
Gentæ Abbatissæ Monast. Vallis Floridæ.
Herlindis & Relindis Virgin. translatio in monast. Eikensii.

X. CAL. APRIL.

XXIII. Martij. E.
Benedicti Monachi in Campania.
Ruandi Episcopi Vennetenensis.
Brunonis Abbatis Hirfaugienensis.
Henrici Abbatis Villariensis.
Felicis Monachi Casinensis.
Odonis Monachi Cavenensis.
SS. & BB. Monachorum Cavensum.
Edilwaldi Monachi & Confess. in Anglia.
Lalibalæ Regis & Monachi Lalibalensis.
Mariæ sanctimonialis Abulæ in Hispania.
Winoci Abbatis, regii generis, elevatio.
Bernardi Commemoratio.

3 (:) (:) (:) IX. CA.

NOMENCLATOR

IX. CAL. APRIL.

XXIV. Martii.

Stephani Abbatis Reatenfis.
Aldemarij Monachi & Confessoris Caf-
finenfis.
Eifonis Abbatis & Confessoris Frifien-
fis.
Michaelis Monachi & Eremitæ Itali.
Ægidii de Roya Abbatis Montis Rega-
lis.
Felicittatis, filia Ottonis II. Imp. Monial.
Papienfis.
Berthæ Abbatiſſæ Cauriglienfis.
Iuſti monachi montis Sion.
Petri Generalis Fulienfis.
Cunonis monachi Zwifaltenfis.

VIII. CAL. APRIL.

XXV. Martii.

Hermelandi Abbatis monaſter. Antren-
fis.
Barontij & Deſiderii Confefſorum.
Humberti Epifcopi & Confefſoris Lau-
dunenſis, viri Apoſtoli.
Alfwoldi Epifcopi & Confefſoris Schi-
renborniæ in Anglia.
Ioannis Abbatis Ciftercienfis.
Thomæ Monachi Camaldulenſis, Her-
mitoſorum Patroni.
Blafij Abbatis Hortenſis in Hiſpania.

VII. CALEND. APRIL.

XXVI. Martij.

Braulij Epifcopi Caſar-Auguſtani, regio
genere.
Ludgeri Epifcopi, viri Apoſtoli.
Pontii Abbatis Avenionenfis.
Petri Marginet Monachi Populeti in Ca-
talonia.
Waltheri Monachi Rievallenſis in An-
glia.
Melioris Converſi Vallis Vmbroſani.
Egberti Regis & Monachi, in Anglia.
Bertilionis Abbatis Divionenfis.
Felicittatis Virginis, monial. Patav.
Vrſmari Epifcopi Lobienſis elevatio.

VI. CAL. APRILIS.

XXVII. Martii.

Ruperti Epifcopi & Confefſoris Salisbur-
genſis.
Andragiſinæ ſanctimonialis Virginis, Bel-
lovaci.
Petri Abbatis Ciftercienfis in Gallia.
Frowini Abbatis, in Helvetia monaſter.
montis Angelorum.

F. Archibaldi Abbatis & Confefſoris in An-
glia.
Euftachii Monachi & Confefſoris.
Faroaldi Ducis & Monachi Fartenſis
Monaf.
Erneſti Comitit, & Monachi Zwifalten-
fis.
Bernhelmi, Abbatis Spanheimenſis.

V. CAL. APRILIS.

XXVIII. Martii.

C. Octava S.P.N. B.
Spei Abbatis apud Nurſiam.
Haymonis Epifcopi Halberſtattenſis,
Alcuini diſcipuli.
Stephani Abbatis Ciftercienfis in Gallia.
Eckberti Abbatis, in Monaf. Schönau-
genſi.
SS. & BB. Villarienfium Monach. & Con-
verſorum.
Agnetiſ Virgin. & monialis Bellopraten-
ſis in Belgio.
Bilberti Comitit & fundatoris Walcio-
dorenſis Cænobij.
Fremundi Monachi Martyris, in Anglia
elevatio.
Baronti, Deſiderii & ſociorum Mona-
chorum Inventio & translatio Piſtorii.
Bathildis Reginæ & ſanctimonialis trans-
lato in Monaf. Calenſi.

IV. CAL. APRIL.

XXIX. Martii.

D. Euftafij Abbatis Luxovienſis, diſcipuli S.
Columbani, viri Apoſtoli.
Stephani IX. Papæ, regia ſtirpe oriundi.
Hugonis Monachi & Confefſoris Vall-
cellenſis.
Waltheri Converſi Villarienfis.
Simplicii & Conſtantini Abbatum, nec-
non Carolomani Regis & Monachi
Inventio in monaſterio Caſinenſi.
Triumphus B.M.V. Camberonenſis.

III. CAL. APRIL.

XXX. Martij.

E. Pattonis Epifcopi & Confefſoris, Wer-
denſis, viri Apoſtoli.
Zofymi Epifcopi & Confefſoris Syracu-
ſani.
Mamertini Abbatis & Confefſoris, Anti-
ſiodori.
Clinij, Monachi & Confefſoris, propè
Aquinum Italiae.
Raynaldi Monachi & Confefſoris, Cla-
ravallenſis.

MENOLOGII BENEDICTINI.

Veronis monachi, Lambecæ in Hanno-
nia.
Caroli Abbatis Villarienfis.
Brunonis Monachi Græci.
Rogeri Abbatis Bellæ-Landiæ.
Childegindis Virginis & Martyris, regio
genere natae.

PRIDIE CAL. APRIL.

XXXI. Martij.

Guidonis Abbatis Pompoſiani.
Ioannis Abbatis Caſinenſi.
Iuſtiniani Monachi & Martyris in An-
glia.
Goſwini Abbatis Ciftercienfis.
Danielis, Converſi, Venetiis in Monaf.
S. Matth. de Muſano.
Ludovici Monachi Heiſterbacenſis.
Godefridi Monachi Villarienfis.
Hoyldis Virgin. mon. Trecentis.
Sapientia Monialis & Prioriſſæ in Monte
Cornelio Leodii.
Benedicti Monachi Campani.
SS. & BB. Pompoſianorum.
Wandregifili Abbatis & Anſberti atque
Wulfrani Epifcoporum Blandinien-
ſium elevatio.

MENSIS APRILIS.

CALEND. APRILIS.

I. Aprilis.

Venantii Archiepiſcopi Toletani & Mar-
tyris in Dalmatia.
Hugonis Epifcopi, Gratianopolitani.
Walerici Abbatis Ambianenſis.
Procopii Abbatis, Cothumæ in Bohe-
mia.
Hugonis Abbatis Bonæ Vallenfis.
Lanzonis Monachi, in Anglia.
Theodorici Monachi & Confefſoris,
Heiſterbacenſis.
Nicolai monachi translatio.

IV. NONAS APRILIS.

II. Aprilis.

Theodori Monachi in Gallæcia.
Bernardi Archiepiſcopi Toletani.
Notgeri Epifcopi Leodiensis.
Drogonis Monachi & Confefſoris, Flo-
riacenſis in Gallia.
Arnulphi Abbatis Villarienfis.
Gerardi Monachi Claræ-vallenſis.
Henrici Incluſi, Bambergenfis.
Vrſmari & Ermini, Abbatum & Epifco-
porum Laubienſium Triumphus.

PRIDIE NONAS APRIL.

III. Aprilis.

B. Burgundoforæ Virginis & Abbatiſſæ, Cæ-
nob. Evoriacenſis, in Gallia.
Thientonis Abbatis & Martyris, Weſſen-
brunnenfis in Bavaria.
Hermannii Converſi Villarienfis.
Attalæ Abbatis & Confefſoris, in Sicilia.
F. Mainardi Monachi & Confefſoris, in Sti-
riæ cremo.
Alphani Monachi Caſinenſis.
Boni Abbatis & Confefſoris, Piſis in Tu-
ſcia.
Giomariæ Virgin. Monial. in Luſitaniæ
Cænob. Lorvanienſi.

PRIDIE NONAS APRIL.

IV. Aprilis.

C. Iſidori Epifcopi Hiſpalenſis, Tutelatis
Hiſpaniæ.
Hildeberti Abbatis & Martyris Ganda-
venſis.
Aleydis, matris S. Bernhadi, ſanctimo-
nial. in Gallia.
Gunzelini Abbatis monaf. Morerolæ in
Hiſpania.
SS. & BB. Laubienſium translatio.

NONIS APRILIS.

G. V. Aprilis.

D. Iulianæ Abbatiſſæ Villarienfis.
Gerardi Abbatis Monaf. Sylvæ Majoris
in Vaſconia.
Andreæ Portatii Clarævallenſis, fratris S.
Bernhadi.
Ioannæ monialis Bellopratenſis in Bel-
gio.
Baruntii Eremitæ.
SS. Virgin. plurium Salfiniæ ad Sabim.
Alberadis Comitiffæ & Converſæ Zwi-
faltenſis.

VIII. IDVS APRILIS.

A. VI. Aprilis.

E. Gallæ Viduæ & mon. Roman.
Winebaudi Abbatis Trecentis.
Ylonis Monachi & Confefſoris, S. Galli
in Helvetia.
Elſtani Epifcopi & Confefſoris, Rames-
beræ in Anglia.
Henrici Monachi Villarienfis.
Martini de Vargas, Congregationis
Montis Sion Inſtitutoris.

3 (:)(:)(: 2 VIII DVVS

NOMENCLATOR

VII. IDVS APRILIS.

VII. Aprilis.
Aiberti Monachi Monaster. Crispinien-
fis.
Eberhardi Comitis, Monachi & Confes-
soris Schaffhuf.
Hermannii Conuersi Hemmenrodenfis.
Walteri Monachi & Confessoris Clunia-
censis.
Tilmani & Giberti Martyrum Luxo-
viens.
Ermentrudæ monialis Montis Cornelii:
Leodiensis territor.

VI. IDVS APRILIS.

VIII. Aprilis.
Victorpi Episcopi & Confessoris, Augu-
stæ Vindelicorum.
Notkeri Balbuli, Monachi & Confesso-
ris, S. Galli in Helvetia.
Guilhelmi Abbatis Claræ-vallensis.
Adamanni Abbatis & Confessoris in An-
glia.
Annæ Baronissæ & monial. in agro Cla-
uium.
Ionati Abbatis & Confessoris Marcia-
nensis Cænob. elevatio.
Redempti Episcopi & Confess. Ferentini
in Hernicis,

V. IDVS APRILIS.

IX. Aprilis.
Waldetrudæ principis transitus, in castro
monte.
Hugonis Episcopi & Confessoris Rotho-
magenfis.
Azonis Monachi & Decani Casinenfis.
Guilhelmi Principis & mon. monaster.
Grandis Sylvæ.
Gislæ & Richtrudæ Virgin. sanctimon.
Cantuariensium.
Arnoldi Conuersi Villariensis.

IV. IDVS APRILIS.

X. Aprilis.
Fulberti Episcopi & Confessoris, Carno-
tenfis.
Eskil Archiepiscopi Lundensis, è stirpe
regia oriundi.
Bedæ Monachi Genuensis.
Paterni Monachi & Confessoris, Pader-
bornensis.
Palladii Episcopi & Confessoris, Antifio-
dorensis.
Bertrandi Abbatis in monast. Firmitatis.
Engelberti Abbatis Monast. S. Blasij, Sty-
riæ Admontensis.

III. IDVS APRILIS.

XI. Aprilis.
Isaaci Monachi & Confessoris Spoletani.
Guthlaci Confessoris in Anglia.
Stephani Abbatis & Hildebrandi Con-
uersi Martyrum in Gallia.
Agerici Abbatis Turonensis.
Reinerij solitarii.
Godobertæ Virginis & sanctimonialis,
Noviomi, patronæ pestis.
Angeli de Victoria, monachi Cistercien-
sis in Hispania.
Theodosij Abbatis & Confessor. in Cam-
pania.
Stanislai Episcopi & Martyris, Cracovi-
ensis.
Boleslai, Regis Polonia, & Conuersi.
Leodegarii Episcopi & Martyris transla-
tio.

PRIDIE IDVS APRILIS.

XII. Aprilis.
Alferii Abbatis Cavenfis.
Erchenbodonis **Morinorum Episcopi &**
Confessoris, viri Apostolici.
Florentini Abbatis & Confessoris, Mon.
S. Crucis, Arelate.
Hugonis Abbatis Novimonasterii in An-
glia.
Helix Abbatis & Confessoris S. Pantha-
leonis Colonia.
Theodorici Monachi Eberbacensis.
Petri Monachi & Eremitæ Montis plani.
Erici Regis Danix & Monachi.

IDIBVS APRILIS.

XIII. Aprilis.
Martii Abbatis & Confess. Arvernens.
Balduini Monachi & Confessoris, Blan-
diniensis.
Hilarii Monachi Bonævallensis.
Iacobi Monachi & Confessoris Camal-
dulensis.
Idæ de Lovanio mon. in monaster. Vallis
Rosarum prope Mechliniam.

XVIII. CAL. MAII.

XIV. Aprilis.
Lantperti Episcopi & Confessoris Lugdu-
nensis.
Villarii Episcopi Viennensis.
Bernardi Abbatis Tyronensis Monast.
Everhardi Abbatis Monast. Salemitani.
Ioannis Monachi Lusitani, discipuli S.
Bernardi.
Frontonis Abbatis Alexandrix.

XVII. CA.

MENOLOGII BENEDICTINI.

XVII. CALEND. MAII.

XV. Aprilis.
Silvestri Monachi & Confessoris Reoma-
gensis Cænobii.
Leonis V. Papæ.
Geraldii Prioris Cænob. Alti-jugi.
SS. & BB. Cluniacensium Commemora-
tio.
Nidgarii Episcopi & Confessoris Augu-
stani.
Petri Cardinalis, Promotoris Pfalterii B.
M. V.
Ingenoci, regii generis, Abbatis & Con-
fessoris Cænobii Bergenfis.
Iacobi Monachi & Confessoris Camal-
dulensis.
Raynaldi Confessoris.
Christinæ Virginis sanctim. In monte S.
Walpurgi.
Oswaldi Episcopi & Confessoris Eboræ-
censis.
Godwini Monachi & Confessor. Claræ-
vallensis.
Othmari Abbatis translatio in Monast.
S. Galli in Helvetia.

XVI. CAL. MAII.

XVI. Aprilis.
Fructuosi Episcopi Bracaræ in Lusitania;
regio sanguine oriundi.
Paterni Episcopi Abrincensis; Apostoli
Neustriæ.
Scubilionis, Paterni Comitis.
Thuribii Episcopi Telenfis in Hispaniis.
Silvani Abbatis Rievallensis.
Plur. SS. Virginum Fiscanensium.
Guarini Archiepiscopi Bituricensis.
Guilhelmi Monachi & Confessor. in Si-
cilia.
Festum de Pietate.

XV. CAL. MAII.

XVII. Aprilis.
Martyrum Cordubensium.
Stephani Abbatis Cisterciensis.
Landrici Episcopi Metensis & Confesso-
ris.
Gervini Abbatis Aldenburgenfis.
Bernardi Monachi Villariensis.
Malfridi Abbatis & Confessoris.
Godefridi Abbatis Bambergensis.

XIV. CAL. MAII.

XVIII. Aprilis.
Perfecti Presbyteri & Martyris, Cordu-
bensis.

Vismari Episcopi Laubiensis, Apostolici
viri.

Rotulphi Monachi & Martyris, Fulden-
fis.
Æyæ Comitissæ & Monial. Castrilocen-
fis.
Iacobi Abbatis Cisterciensis.
Eberhardi Conuersi Hemmenrodenfis.
Bartholomæi Conuersi Vallumbrosani.
Idesbaldi Abbatis Dunensis.
Eleutherii Abbatis Spoletani translatio.

XIII. CAL. MAII.

XIX. Aprilis.
Elphegi Episcopi Cantuariensis.
Leonis IX. Papæ.
Burcardi Abbatis de Balerna.
Bernhardi pœnitentis; Bertinens. Cæ-
nob.
Wernheri Monachi & Confessoris Hem-
menrodenf.
Annæ Cardinalis, obiit 1612.
Florberti Abbatis Blandiniensis.

XII. CAL. MAII.

XX. Aprilis.
Guidonis S. R. E. Cardinalis; Episcopi
prænestini.
Hildegundis Virgin. & monial. Schönau-
gientfis.
Adelarii Episcopi & Martyr. Erfurden-
fis, Apostoli Germaniæ.
Ioannis Episcopi & Confessor. Mithele-
nensis.
Commemoratio Gratix & Glorix S. P. N.
Benèd.
Walderedi Episcopi Cæsaraugustani.

XI. CAL. MAII.

XXI. Aprilis.
Anshelmi Archiepiscopi Cantuariens.
genere illustri nati, festi Concept. B.
M. V. authoris.
Wolbodonis Episcopi Leodiensis, S. Lau-
rentii.
Bodini Episcopi Tribassinenfis.
Fastredi Abbatis, in Gallia.
Henrici Monachi Hemmenrodenfis.
Rodulphi Montis Virginis.
Dedicatio S. Germani à Pratis.

X. CAL. MAII.

XXII. Aprilis.
Alexandri II. Pontificis Maximi.
Wolphelmi Abbatis Brauwilerensis.
Meingosi Abbatis Weingartenfis.
Opottunæ Virginis & Abbatissæ, regalis
profapia, in Anglia.

NOMENCLATOR

Guilhelmi Abbatis Cisterciensis.
Huberij Episcopi Nepensis.
Senorinæ Virgin. & Abbatissæ, in Lusitania.
Antoniz de Orleans, ducissæ & Congregat. B.M.V. & S. Scholasticæ de Calvario Institutricis, ob. 1618.

IX. CAL. MAII.

XXIII. Aprilis. A.
Adalberti Pragensis Episcopi & Martyris viri Apostolici.
Senorinæ virginis, de qua pridie.
Gerardi Abbatis Signiacensis.
Rogerii Abbatis Trium fontium.
Pulinnæ Virginis sanctimonial. monast. Basionensis.

VIII. CAL. MAII.

XXIV. Aprilis. B.
Melliti Episcopi, regni Anglici Apostoli.
Egberti Monachi, viri Apostolici, in Hybernia.
Bonæ & Dodæ Virginum, regii generenatarum, Rhemis.
Roberti Abbatis Cluniacensis.
Brunonis Archiepiscopi Colonienfis.
Deodati Abbatis & Levitæ Blefensis.
Ludgeri Episcopi Werdensis, viri Apostolicelevatio.
Agricoli Episcopi & Confessoris Avenionensis translatio.
Honorati Conversi Claravallensis.
Coronæ Virgin. Benedictinæ in Hispania.
Elisabethæ monialis Cisterciensis propè Coloniam.

VII. CAL. MAII.

XXV. Aprilis. C.
Litaniæ majores Gregorii M.
Ermini Episcopi Laubiensis, viri Apostolici.
Heribaldi Episcopi & Confessoris Antifiodorensis.
Benedicti XII. Papæ.
Marculphi Abbatis & Confessor. Bajoci.
Tarassæ reginæ & virginis monial. in Hispaniis.
Roberti Abbatis & Confessoris Syracusani.
Franchæ Virgin. & Abbatissæ Placentinæ.
Ioannis, Conversi Villariensis.

VI. CAL. MAII.

XXVI. Aprilis. D.
Richarii Abbatis Centulensis, viri Apostolici.

Floriberti Episcopi Legienfis, illustri genere nati.
Radperti Abbatis Corbejenfis.
Ioannis Episcopi Valent. & Confessoris.
Petri Teutonici, monachi & Confessoris Camaldulensis.
Gerardi Monachi Claravallensis.
Aldobrandetæ monialis Senensis.
Walberti Meldensis Episcopi translatio.

V. CAL. MAII.

XXVII. Aprilis. E.
Walpurgis Virginis & Abbatissæ Cænob. Haidenheimensis.
Tutelonis Monachi & Confessoris, S. Galli apud Helvetios, illustri genere nati.
Raynaldi Abbatis Fufniacensis.
Meruvinæ Virginis & Abbatissæ monast. Ramefcienfis in Anglia.
Stephani Abbatis in Oboolma.
Godobertæ Virgin. sanctimonialis translatio.
Theobaldi Archiepiscopi Cantuariensis.

IV. CAL. MAII.

XXVIII. Aprilis. F.
Accæ Episcopi Domnocensis & Confessoris, Apostolici viri.
Balthonis Abbatis & Confess. in monast. Weslenbrunnens.
Bernardi Abbatis monast. de Tarouca in Lusitan.
Stephani Archiepisc. Cantuariensi, & S. R. E. Cardinalis, Biblia in capita distinguentis.
Lamberti Episcopi & martyris translatio.
Amati Archiepiscopi Senonensis & Confessoris.
Guidonis Abbatis Pomposiani translatio.
Ioannis Barrerii Abbatis Fulienfis.

III. CAL. MAII.

XXIX. Aprilis. G.
Hugonis Abbatis & Confessoris Cluniacensis.
Guntberti Martyris.
Adaldagi Episcopi & Confessoris, Bremenfis.
Roberti Abbatis Cisterc.
Roberti de Brugis, Abbatis Dunensis.
Avæ Virgin. & Abbatissæ, illustrissimi generis.
Venerii Monachi Insulæ Palmarię, translatio.

MENOLOGII BENEDICTINI.

PRIDIE CAL. MAII.

XXX. Aprilis.
Erconwaldi Episcopi Londonienfis.
Petri Martyris & Monachi in Hispania.
Foraninani Episcopi & Abbatis Walciodorensis.
Eremberti Episcopi Tolosani.
Adjutoris Monachi & Confessoris Tironens. Cænobii.
Aymonis Monachi Savigniacens. Monaster.
Radulphi Monachi Affligemens. Monaster.
Gualfardi Eremitæ Camaldulensis.
Liutfridi Abbatis Monast. S. Martini in Germani.
Sophiæ, discipulæ S. Mechtildis, in Monast. Spanheim.
Sabinæ Virgin. sanctim. in Monaster. Iotrensi.
Oildis Virgin. sanctimon. Cisterciensis in Gallia.
Ambrosij Monachi Ferrariensis, ob. 1613.

MENSIS MAJUS.

CALENDIS MAII.

I. Maij. B.
Asaphi Episcopi, in Anglia.
Zoerardi & Benedicti, Monach. Confess. & Martyr. in Vngaria.
Theodulphi Presbyteri & Confessoris Rhemenfis.
Theodardi Episcopi Narbonensis.
Vitani Abbatis Fossensis & Confess. Regii generis, & Apostoligentium.
Brioci Episcopi & Confess. in Britannia.
Bernhardi S.R.E. Cardinalis.
Philippi Episcopi Nucerin.
Matthæi Monachi & Prioris Camaldulens.
Berthæ Abbatissæ in Campania.
Sapientiz Monialis Monast. de Rameya in Brabant.
Arnulphi Svefionensis Episcopi elevatio.
Wilibaldi, Wunibaldi & Walpurgæ Reliquiarum translatio.
Walpurgæ Translatio.
Elevatio plurim. SS. in territor. Abrincens.
Ioannæ Camaldulensi translatio.
Amelbergæ Virgin. Blandimienf. translatio.

VI. NONAS MAII.

A. II. Maij. C.
Wiboradæ Virgin. sanctimon. & martyris in Alemannia.
Walberti Abbatis Luxoviensis.
Theodulphi Presbyteri & Monachi Treverensis.
Aiberti Monachi Crispiniensis.
Conradi Monachi Cænob. Montis Angelor. & Martyris.
Guarteri Abbatis Pontifaræ.
Mafaldæ reginæ & monialis Aroquensis.
Bertini Abbatis in monast. Sithiv. elevatio.
SS. Virginum Merbeccæ Elevatio.
Candidi Monachi Nicalensis.

V. NONAS MAII.

III. Maij. D.
Aufridi Episcopi & Confessoris Trajectensis.
Ioannis Episcopi Eugubini & Confessoris.
Waltheri Abbatis & Confessoris Meitroensis, regii generis.
Marculphi Confessoris in pago Laudunensi, frumas curandi gratiam Regibus Galliz impetrantis.
Hildemanni Episcopi & Confessoris, inventio.
Idesbaldi Abbatis Dunensis translatio.

IV. NONAS MAII.

IV. Maij. E.
Gotthardi Comitis Palatini & Episcopi & Patroni Hildesheimensis.
Willerici Episcopi & Confessoris Bremenfis.
Sacerdotis Episcopi & Confessor. in territor. Petragoricensi.
SS. Martyrum in Thabor.
Ethelredi Regis, Monachi & Abbatis Bardonienfis in Anglia.
Alexandri Principis, & Monachi Conversi Fufniacensis.
Catharinæ Iudææ in Parco Dominarum Monast. Brabantiz.
Didaci Donati Cisterciensis, ob. 1601.
Paulini Monachi Sylvestrini.

III. NONAS MAII.

V. Maij. F.
Sacerdotis Episcopi Saguntini.

NOMENCLATOR

| | | |
|--|---|----|
| Mauronti Abbatis & Confessoris, regij generis. | VII. IDVS MAII. | |
| Vitani Abbatis & Confessoris monaster. Fossatenf. | IX. Maij. | C. |
| Waldradæ Virginis & Abbatissæ Metens. Aleydis Abbatissæ in Valle Ducis. Petri Cælestini canonizatio. | Iusti Episcopi Tolerani. Bucillii Monachorum passio in America. Adelgarii Archiepiscopi Bremenfis. Wilfridi Archiepiscopi Eboracensis. Gregorii Cardinalis. Petri, filii regii & monachi. Gerhardi, monachi & Confessoris Villariensis. | |
| PRIDIE NONAS MAII. | | |
| VI. Maij. | G. | |
| Ioannis Damasceni, Doctoris. Benedictinæ Virg. & Monialis Roman. Ioannis Gotthi Episcopi Gerundani. Adulphi Episcopi & Confess. Eboracensis. | Fontis Monachi & Eremitæ, Eugubin. | |
| Petronacis Abbatis & Confessor. Casinensis. | VI. IDVS MAII. | |
| Plurim. SS. Monach. & Martyrum in Gallia. | X. Maij. | D. |
| Petri Prioris de Alvastra. | Hamularii, Archiepiscopi Treverensis & Cardinalis. | |
| Henrici Monachi Camberonensis. | Beatricis, principis & monial. monaster. Gemmulæ. | |
| NONIS MAII. | Alberici Monachi Casinensis. | |
| VII. Maij. | Therefæ Virginis & Abbatissæ, regio genere oriundæ. | |
| Ioannis Episcopi Eboracensis. | tri Conuersi Claræ-vallensis. | |
| Cerenici Abbatis in territor. Sagiens. | Eustadiolæ Abbatissæ Bituricensis. | |
| Benedicti II. Papæ & Confessoris. | Ioannis Currificis Monachi Villariensis. | |
| Stanislai Episcopi Cracoviensis. | V. IDVS MAII. | |
| Cerenici Abbatis, in finib. Cenomanos. | XI. Maij. | E. |
| Gisilæ Reginæ & Abbatissæ Monast. Pavienf. | Majoli, illustri genere nati & monachi Cluniacensis. | |
| Villani Episcopi Eugubini. | Rictrudis abbatissæ Vigilia. | |
| Adami Abbatis monast. S.M. de Trappa. | Fremundi eremitæ & Martyris, regio genere orti, in Anglia. | |
| Euphrosynæ Abbatissæ Aigenfoliensis. | Guidonis Monachi Oeconomi Clarævallens. illustri genere. | |
| Guilhelmi Archiepisc. Bituricensis elevatio. | Eulaliæ Virgin. mon. Cisterciensis. | |
| Gabrielis Archangeli Commemoratio. | Obizonis monachi & Martyris. | |
| Gertrudis, Ducissæ & monial. Zwifaltenfis. | IV. IDVS MAII. | |
| Mastidiæ Virginis sanctim. Inventio. | XII. Maij. | F. |
| VIII. IDVS MAII. | Dominici Monachi & Confessoris Calciatensis. | |
| VIII. Maij. | Rictrudis Viduæ & Abbatissæ, illustri ortæ genere. | |
| Wironis Episcopi in Scotia, Ruræmundensium. | Werrici Prioris Monasterii Alnensis. | |
| Petri Episcopi Terentasiensis. | Ioannis Abbatis Monaster. Montis Virgin. | |
| Ydbergæ Viduæ & sanctimonialis Nivellenfis genere illustri natæ. | Ioannis Conuersi, Monast. Veteris Montis. | |
| Gualterii Conuersi Clarævallensis. | TERTIO IDVS MAII. | |
| Ioannis Abbatis Parmensis translatio. | XIII. Maij. | G. |
| Sergii Monachi Casinensis. | Dedicatio Deipatæ ad Martyres. | |

Hilarij

MENOLOGII BENEDICTINI.

| | |
|---|---|
| Hilarii Abbatis & Olybrii Monachi Ravenn. | Placidi & sociorum translatio. |
| Hermingardis Reginæ & Abbatissæ Brinxinens. | Domnoli Episcopi & Confessoris Cenomanens. |
| Amati Abbatis & Martyris, monast. Habens. | DECIMO SEXTO CAL. IVNII. |
| Thomæ Monachi & Martyris, Dunens. | XVII. Maij. |
| SS. atque BB. Monaster. S. Æmiliani in Hispania. | D. |
| Tilberti & Sociorum elevatio in territor. Eborac. | Pauli Diaconi Monachi Casinat. Musica elementorum Inventoris. |
| Hugonis Abbatis Cluniacensis translatio. | Tethmari, viri Apostolici. |
| Bernhardi lactatio. | Gisilberti Abbatis Hemmenrodens. |
| PRIDIE IDVS MAII. | Waltheri Abbatis & Confess. Noric. |
| XIV. Maij. | Laurentii Abbatis Villariensis. |
| Paschalis I. Papæ. | Montani Monachi & Confessor. translatio. |
| Tutonis Episcopi & Confessoris, Ratisponens. | Romarici & sociorum elevatio. |
| Monachorum & Martyr. Cisterciens. in Bohemia. | Surani Abbatis. |
| Petri Monachi Caduinent. | DECIMO-QUINTO CAL. IVNII. |
| Gerhardi Prioris Clarævallensis. | XVIII. Maij. |
| Lanfranci Archiepiscopi Cantuariens. | E. |
| Erckandrudis Virgin. sanctimonial. Bringenf. | Remigii Episcopi & Confessor. Argentoratens. |
| Hieronymi Pragensis, Camaldulens. Viri Apostolici. | Fastredi Abbatis Camberonensis. |
| IDIBVS MAII. | Quiniberti prioris Monaster. Salesij & Confess. |
| XV. Maij. | Petri Monoculi Abbatis Clarævallens. |
| Adelgarii Archiepisc. Bremenf. & Confess. Apostoli Aquilonis. | Salvii Confessor. in Italia. |
| Berehti Abbatis Inderavudensis in Anglia. | Hugonis Monachi Vallcellens. |
| Alfredi Regis & Confessoris, Mailrosens. | Margaritæ Virgin. sanctimon. in Brabantia. |
| Richardi Cisterciens. in Anglia. | Barckruosthi Monachi Benedict. in Anglia. ob. 1601. |
| Margarethæ Dieterhelst. in Valle Rosar. monial. obiit 1618. | Ascelinæ neptis S. Bernardi, Monast. de Polangero Monial. |
| DECIMO SEPTIMO CAL. IVN. | DECIMO-QUARTO CAL. IVNII. |
| XVI. Maij. | XIX. Maij. |
| Brandani Abbatis in Britannia, Apostoli Canariarum. | F. |
| Moderamni Episcopi Rhedonensis. | Dunstani Episcopi Cantuariens. |
| Fidoli Abbatis Cellensis. | Cælestini V. Papæ. |
| Bernardi Eremitæ, Cisterciens. | Alcuini Abbatis Ferrariens. Magistri Magistrorum. |
| Eustachii Abbatis Hemmenrodens. | Ioachimi Abbatis in Calabria. |
| Raynaldi Abbatis Cisterciens. | Hadulphi Episcopi & Confessor. Arrebatens. |
| Alberti Monachi Vallis Vmbros. | Guilhelmi Abbatis Cisterciens. |
| Adami Abbatis & Confessoris monast. S. Savini. | Patricii & Malachiæ Monach. Canob. Bullens. & Martyr. |
| Algulphi Abbatis & sociorum Martyr. translatio. | Petri Cantoris, Monachi Fontanelens. |
| | DECIMO-TERTIO CAL. IVNII. |
| | XX. Maij. |
| | G. |
| | Austregisili Episcopi Bituricens. |
| | Algeri |

NOMENCLATOR

Algeri Monachi & Confessor. Cluniacens.

Omnium SS. & BB. Cisterciensium. Viviani Abbatis Monast. Altae Columnarum.

Orlandi Conversi Vallis Umbrosae. Alberti Abbatis Vallis Umbr.

Guidonis Cardinalis. Basilissae Virginis & Abbatissae monaster. Horrei apud Trever.

Guduali Episcopi & sociorum Translatio. Dedicatio B. M. V. de Firmitate Ecclesiae.

Geremari Abbatis Monast. Flayacens. DVODECIMO CAL. IVNII.

XXI. Maij. A.

Hospitii Reclusi Niciae in Gallia. Ansvini Monachi Besvens. & Martyr. Godrici Eremitae & Confessoris Dunelmens. monast.

Maurelij Monachi & Confessor. Insulari. Ioannis Abbatis de Albis Petris.

Idabergae, regij generis, Virginis sanctimon. Iacobi de Rupe Mon. Fulienfis.

Ioannis Abbatis Bursfeldens. Florentini Abbatis Arelatens. translatio. VNDECIMO CAL. IVNII.

XXII. Maij. B.

Romani Abbatis Antifiodorens. Acti Episcopi Pistorij. Ioannis Abbatis Parmensis.

Clementis Monachi Claravall. Humilitatis Viduae & Abbatissae Vallumbrosan.

Helfvindic Abbatis Porcetenfis. DECIMO CALEND. IVNII.

XXIII. Maij. C.

Guiberti Monachi & Confessoris, Gemblacens. regio genere oriundi. Siacrij Episcopi Siacrii & Confessor. generis regij.

Guillelmi Monachi & Confess. Claravallens. Angeli Monachi & Confessor. Vallumbrosan.

Tezelini Monachi Claravallens. Ateae Sanctimonialis in Anglia. Nicolai a Pratis mon. B.M.V. Caesertinorum.

NONO CAL. IVNII. XXIV. Maij. D.

Vincentii Presbyteri Lyrinenfis. Monachorum plurimorum Martyrum in Hispania.

Hildeberti Archiepiscopi Moguntini. Froilani Episcopi & Confessor. Viri Apostolici in Hispania.

Atnoci, filii regis, in Britannia monachi. Petri Episcopi Parisiensis, illustri genere nati.

Guillelmi monachi Villariens. Benedicti monachi Casinens. Godwini monachi & Confess. Clarevall.

Ioannis de Montfort. Templarii. OCTAVO CAL. IVNII.

XXV. Maij. E.

Gregorii VII. Papae familia illustri nati. Bonifacii IV. Papae. Adelmi Episcopi Schireburnensis, regio genere orti.

Leonis Abbatis Metuniaci & Confess. Monachorum plurium Martyrum, monast. Sithivens.

Gennadij Asturicensis Episcopi & Confessoris. Gilberti de Hoylandia, Abbatis Suinthentens.

Institutio Festi Corporis Christi. Adelmi Abbatis & Confessoris in Hispania. SEPTIMO CAL. IVNII.

XXVI. Maij. F.

Augustini Episcopi in Anglia, Gregorij M. discipuli. Hildeverti Meldensis Episcopi & Confessoris.

Lamberti Episcopi Venciensis, Epilepticorum patroni. Berengarii Monachi & Confessor.

Henrici Archiepiscopi Rhemensis. Gunizonis Monachi & Confessor. Casinens.

Rolandi monachi Cisterciens. in Lusitania. Reliquiarum Inventio in monte S. Andechs.

Godonis monachi Fontanell. SEXTIO CAL. IVNII.

XXVII. Maij. G.

Bedae Presbyteri in Anglia. Monachorum & Martyrum in Regno Navarrae.

Rodolphi

MENOLOGII BENEDICTINI.

Rodolphi Conversi in Luka. Ioannis Abbatis Bonavall. Seraphinae Abbatissae Monaster. Montis Virgin. Iacobi Monachi, Monast. S. Stephani de Parrano.

Guillelmi Conversi Heisterbacensis. Chinesdradae Virginis & Abbatissae, Regis filiae. Bennonis Miffensis Episcopi & Confess. Canonizatio.

QVINTO CAL. IVNII.

XXVIII. Maij. A.

Germani Episcopi Parisiensis & Confessor. Guillelmi Ducis & Monachi Gellonenf. Godonis Abbatis.

Petri Abbatis Casinens. Monachorum & Martyrum plurim. Monast. Zedelitzensis.

Petri Conversi Dunens. Canob. Vbaldecae Virgin. Monial. Pisan. Elenae Virginis & sanctim. Cisterciens.

Crafftonis Abbatis Spanheimens. QVARTO CAL. IVNII.

XXIX. Maij. B.

Festum Miraculorum Deiparae. Gaudentii Archiepiscopi & Confessor. Gensens. Vngarorum Apostoli.

Cononis Abbatis Lerinens. Ioachimi Prophetae Abbatis Coratij. Gerhardi Episcopi Matisconensis.

Nicolai Abbatis Villariens. Irmentrudis Abbatissae in Deijkirchen. Franciscae Roman. Canonizatio. TERTIO CAL. IVNII.

XXX. Maij. C.

Vibroni Abbatis Magdunens. Gualterij Abbatis Pontifar. Madelgisili Monachi & Confess. Centulens.

Silai Episcopi & Confess. Luceni. Iacobi Monachi Monast. S. Galgani. Lamberti & Berlerii Monachorum Giflen.

Translatio Abbatum 3. Vallcellens. PRIDIE CAL. IVNII.

XXXI. Maij. D.

Festum Miraculorum S.P. Benedicti. Pauli Abbatis & socior. Martyrum. Gisleuari Episcopi & Apostoli Daniae.

Roberti Abbatis Claravallens. Huberti Episcopi in Picardia, Hermannii Abbatis Hemmentodens.

Fulconis Abbatis Duneis.

MENSIS IVNIUS.

CALEND. IVNII. I. Iunii. E.

Simeonis Monachi Canob. Martyr. Sinay. Eneci Abbatis Oniens. Captivorum Patroni.

Theobaldi Abbatis Wandagitae. Iovini Abbatis Pictaviens. Rudolphi Eugubini Episcopi & Confess.

Conradi Monachi in Monast. B. M. Virgin. de Egena. Petri monachi Cisterciens. in Gall.

Alberti Episcopi Rigenf. in Livon. viri Apostolici. Medulphi Monachi Arvernens. QVARTO NONAS IVNII.

II. Iunii. F.

Procopij Abbatis & Confessoris Canonizatio. Monachorum & Martyr. plurim. Sandomitriae in Polon.

Ratrudae Virginis Regiae & monial. Casinens. Odonis Abbatis Bellenf.

Adelgisi Presbyteri & Confess. viri Apostolici. Ioannis Novitij Villariens.

Ludovici de Estrada Monachi Hartens. Vdalrici Comitis & Monachi Zwifaltens. TERTIO NONAS IVNII.

III. Iunii. G.

Iaaci Monachi & Martyris Cordub. Liphardi Abbatis Aurelianens.

Crotildis Reginae & Monial. Canob. S. Martini Turon. Peregrini Monachi Camaldulens.

Morandi Monachi & Confessor. Cluniacens. Lifardi Conversi Hemmenrodens.

Mariae peregrinae in Monast. Lorvantens. Bonizonis Episcopi & Martyr. Placentini. PRI.

NOMENCLATOR

PRIDIE NONAS IVNII.

IV. Iunii.

Festum promissionis Gratiarum à D. O.
M. Ord. S. Bened. factæ.
Leopardi Monachi & Confessor. Bo-
bienf.
Stephani Monachi & Confess. Cafinenf.
SS. & BB. Cafinenf.
Francisci de Altria S. R. E. Cardinalis &
Confessor.
Petri de Bono, Monachi Cluniacensis.
Hilarii Conversi Cisterciens.
Margaritæ Virginis & Abbatissæ Valledu-
centf.
Gualterij Abbatis in Piceno.
Palumbi Monachi Sublacenf.

NONIS IVNII.

V. Iunii.

Bonifacii Episcopi Moguntini, German.
Apostoli, regio genere orti.
Sociorum S. Bonifacii & Martyr.
Felicitis Monachi & Martyr. Frislatiens.
Guilhelmi Truff, Abbatis Fontanensis &
anonymi Abbatis Riveriens.
Falconis Abbatis Cayensis.
Bonifacii Prioris Villariens.
Franci Eremitæ apud Forcon.

OCTAVO IDVS IVNII.

VI. Iunii.

Claudii Archiepiscopi Bisuntini & Con-
fessor.
Gudwali Archiepiscopi & Confessor. in
Britannia.
Aldrici Archiepisc. & Confessor. Seno-
nens.
Mairi Monachi & Martyr. in Angl.
Gundisalvi Abbatis in Gallæcia.
Waltherii Monachi Claravallens.
Iosephi à Sanct. Germano Monachi Fu-
liens.

SEPTIMO IDVS IVNII.

VII. Iunii.

Roberti Abbatis Novi Cænob. in An-
glia.
Deochari Abbatis Hafenrietani.
Guilielmi Abbatis Divionens.
Isidori Hispaler. sis Episcopi triumphus.
Plurimorum Martyrum Cænob. Sede-
litzenf. in Bohemia.
Vracæ Comitissæ & Abbatissæ Monast.
B. M. V. de Cannas in Hispan.

SEXTO IDVS IVNII.

A. VIII. Iunii.

SS. Martyrum Cordubens.
Clodulphi Ducis & Episcopi Meteri-
fis.
Eutropii & Confessoris Sirbitachi.
Disipodi Episcopi.
Syriæ, filia Regis & Virg. sanctimon. cal-
culo laborantium patronæ.
Adalberti Archiepiscopi & Wenceslai
Ducis & Martyrum.
S. Audomari Episcopi & Confessor. trans-
latio.
Petri Abbatis in Anglia.
Medardi Abbatis Monast. **B. M. de Mo-**
ris.
Ioannis Eliensis Episc.
Clanonii Monachi Monferratenf.
Ioannis Rainutii Monachi.

QUARTO IDVS IVNII.

LX. Iunii.

Columbi Presbyteri in Scotia.
Maximiani Episcopi Syracusan.
Sifardi Martyr.
Onuphrii Generalis Cælestin.
Sylvestri Conversi Florentin.
Emergardis Comitissæ & Monial.
Ioannis Abbatis Grandipratenf.

QUARTO IDVS IVNII.

X. Iunii.

Maurini Abbatis & Martyris Coloni-
ens.
Euremundi Abbat. & Confessor. Fonta-
nens.
Bardonis Archiepiscop. Moguntin.
Baboleni Abbatis & Confessor. Bobi-
ens.
Ioannis Monachi Bertinens. in Sithiu.
S. Swiberti Episcopi & Confessor. viri Apo-
stolici, elevatio.
Mariæ Monial. Cisterciens.
Petri Abbatis in Godlandia.

TERTIO IDVS IVNII.

XI. Iunii.

Parisi Confessoris, Monachi Carnadu-
lensis.
Aygulphi Archiepiscopi Bituricens. &
Martyr.
Ragenfredis Virginis & Abbatissæ, gene-
re illustris.

Rem-

MENOLOGII BENEDICTINI.

Remberti Archiepiscopi Bremens.
Euremundi Abbatis Belvacens.
SS. & BB. Nonantulen. Monachorum.
Aleydis Virgin. & Mon. Camerac.
Chrodobaldi Monach. Marcianens.
Hugonis Abbatis Camerac.
Rayneri Prioris Claravallens.
Linthberti Abbat. Hirsaugiens.

PRIDIE IDVS IVNII.

XII. Iunii.

Odulphi Mon. & Confessor. Frisiorum
Apostoli & Patroni.
Adalberonis Episcopi & Confessor. Au-
gust. Vindel.
Leonis III. Pontific.
Mauri Abbatis Massiliens. & Confess.
Guidonis Monachi Claravallens.
Optonis Conversi. Hemmenrodens.

IDIBVS IVNII.

XIII. Iunii.

Fandilæ Presbyteri & Monachi Cordu-
bens.
Genesij Archiepiscopi Lugdunens.
Gerhardi Monach. & Confess. Claræ-
vallens.
SS. & BB. Monach. VVeingartensium.
S. VVenceslai Triumphus.
Nicolai Abbat. & Fundatoris Monaster.
Andreovenf.
Pfamodij Monachi & Confess.

DECIMOCTAVO CALEND. IVLII.

XIV. Iunii.

Martyr. & Monach. Cordubens.
Rigoberti Archiepisc. Rhemens. & Con-
fessor.
Richardi Abbatis S. Vitoni.
Militum Templi Commemoratio.
Pavonij Conversi.
Menciar Virgin. Fundatricis & Abbatissæ
Monast. de Arroyo.

DECIMOSEPTIMO CAL. IVNII.

XV. Iunii.

Landelini Abbatis & viri Apostolici.
Bernhardi Abbatis Messanens.
Maini Abbatis, Confess. & viri Aposto-
lici in Britann.
Eadburgæ Virgin. regis & Monial.
Adalvini Abbat. Blandiniens.
Victoria Adalberti & VVenceslai in Boë-
mia.
Abrahami Abbatis Bateens.
VValtheri Monachi Claravallens.

Agnetis Virgin. Monial. in Monast. Ra-
meyæ.

DECIMOSEXTO CALEND. IVLII.

XVI. Iunii.

Ludgardis Virgin. & Abbatissæ in Bra-
bantia.
Bennonis Episcopi Misnenf. genere illu-
stris, & Apostoli Sclavorum.
Aureliani Episcopi & Confess. Lugdu-
nens.
Similiani Episc. & Confess. Nannetens.
S. Bertini Inventio.
Elevatio SS. Virginum aliquot.
David Episcop. & Confess. in Scotia, ge-
neris regij.
Altmanni Episcopi & Confess. translatio.

DECIMO QVINTO CAL. IVLII.

XVII. Iunii.

Fulconis Archiep. Rhemens. & martyr.
Adulphu Episc. Trajectens. & Confess.
Botulphi Abbatis Higganhoens. Cænob.
Ramuoldi Abbatis Ratispon.
Ferdinandi Princip. & Ordin. Benedict.
Martyr.
Aviti Abbat. Carnotens.
Hervæi Abbat. & Eremitæ in Britannia.
Rathonis Principis & Monachi in Ba-
var.
Tarasie Reginæ & Monialis Lorvaniens.
Vulmari Abbatis translatio.
Christinæ Virgin. elevatio.
Batulphi Abbat. Angli, regio genere orti.

DECIMO QVARTO CAL. IVLII.

XVIII. Iunii.

Elisabethæ Virginis & Abbatissæ Schö-
naugiens.
Festum instituti Pfalterij.
Cincuin Monachi & Confessoris, Lin-
distarn.
SS. & BB. Anglicor. Commemoratio.
Raineri Confessoris, Pisan.
Himerii Episcopi & Confess. Cremon.
Ethelredi Regis & Monachi Angl.
Caducani Episcopi Britann

DECIMOTERTIO CAL. IVLII.

XIX. Iunii.

Bonifacij Archiep. Bosnens. & martyr. vi-
ri Apostol. in Russia.
Deodati Episcopi Nivernens.
Alrunæ Comitissæ & Monia.
Hertyvici Prioris Hemmenrod.
Ioannis Abbatis B. M. V. de Salseda.

4 (:) (:) (:) (:) XV. CA.

NOMENCLATOR

XXV. CALEND. IVLII.

XX. Iunij. C.
Florentiæ Virginis Abbatissæ in Hispan. genereregio nata.
Baini Episcopi & Confessor. Morinens.
Aldegundis Virgin. Regiæ & Monial.
Simeonis monachi & Confess. genere illustri, in Britann.
Odonis Episcopi Cameracensis.
Ioannis Abbatis Pulfanens.
Idbergæ Virgin. Regiæ & Monial.
Helcæ Abbatissæ, Trever.
Silverij Papæ & martyris.
Macarij Conversi Bonævallens.
Benignæ Virgin. Monial. & martyr. in Polon.
Ioannis Abbatis Laudens.

XI. CALENDAS IVLII.

XXI. Iunij. D.

Leutfridi Abbatis Monast. S. Crucis.
Ingelmundi Abbatis, Apostoli Kenemarii.
Agofridi monachi & Confess.
Rudolphi Episcop. Bituricens.
Odilonis Abbatis Cluniacens. elevatio.
Licinij Episcopi & Confess. translatio.
Constantini Conversi Clarevallens.
Eustachij monachi Bodeloensis.
Mevenni Abbatis, in Armor.
Odilonis & aliarum Abbatum Translatio.

X. CALENDAS IVLII.

XXII. Iunij. E.

Confortiæ Virgin. & Monial. Cluniac.
Eberhardi Archiep. Salisburg.
Adami Episcop. Cathanes. & martyr.
Domitiani Confess.
Lamberti Abbat. Monast. S. Bertini.
SS. Virgin. Monast. Elgens. in Britann.
Ortrudis Virgin. & Monial. Cænob. Andelas.
Arnoldi monachi Villariens.

IX. CALENDAS IVLII.

XXIII. Iunij. F.

Ediltrudis Regiæ & Virgin. & Abbatissæ Elingens. Cænob.
Lanfranci Episcop. & Confessor. Papiens.
Mariæ de Oegnies.
Adalberti Abbat. Ratisbonens.
Foliberri Abbat. Papiens.
Felices monachi Cisterciens.
Iacobi Episcopi & Confess. Tullens.
Translationes variorum SS.

VIII. CALEND. IVLII.

XXIV. Iunij. G.
Theodulphi Episcopi Laubiens.
Romulæ Virgin. & monial. Roman.
Rumoldi, Regis filij & Episcopi Dubbinensis viri Apostolici.
Lupicini Reclusi & Confessor. in Galliis.
Ioannis Baptistæ Abbat. Alexandrin.
SS. Martyrum Antrentium.
Mauritij monachi Bonævallens.
Bartholomæi Presbyteri & Eremitæ Lindisfarnens.
Adelmi Monachi & Confess. in Anglia.
Bonifacij Episcopi Laufanensis inventio.
Petri monachi Alcobaciæ Translatio.
Petri Abbatis Casin.

VII. CALEND. IVLII.

XXV. Iunij. A.

Adalberti Confessor. & Apostoli Holland. & Kennemariæ.
Tudvvali Episcopi Trecorens. & Confess. genere regio nati.
Radulphi Archiepiscopi Bituricens. & Confess.
Alberti Monachi Mediolacens.
Probi Monachi & presbyteri Mogunt.
Guilhelmi Abbatis.
Vilhelmi Abbatis Bellæ Laudæ.
Evæ Reclusæ.
Eligii Episcopi & Confessoris Translatio.
Remaclii Episcopi Traiectensis Translatio.
Lebvini & Radbodi Confessorum translatio.
Godefridi Abbatis VVeingart.

VI. CALEND. IVLII.

XXVI. Iunij. B.

Maxentij Abbatis Pictaviens.
Rudolphi Episcopi & Confess. Eugubini.
Sunderoldi Archiepiscopi Moguntini.
Adeodati, Pontificis Max.
Bartholomæi Episcopi Laudunensis.
Baboleni Abbatis Stabulens.
Rudolphi Monachi, presbyteri & Martyris.
Hugonis monachi Hemmenrod.
Victoria Belgarum contra Stadingos.

V. CA.

MENOLOGII BENE DICTINI.

V. CALEND. IVLII.

XXVII. Iunij. C.
Guilhelmi Abbatis, Eremitar. Montis Virgin.
Bertillæ Virginis & Abbatissæ Calensis.
Adelini Confessoris & Viri Apostolici.
Egelrici Episcopi Duclnens.
Danielis Abbatis Schönauigen.
Rodolphi Abbatis de Cantavos.
Agletrudis Virgin. Principis & sanctimon.
Florentii Abbatis & Confessoris translatio.
BB. Congreg. sancti Mauri commemoratio.

IV. CALEND. IVLII.

XXIIX. Iunij. D.

Leonis II. Papæ.
Argymiri monachi & Martyr.
SS. Plurium Aurelianens.
Notkeri Abbatis monast. sanct. Galli in Helvetia prim. Pfalterii in Germanic. linguam Translatoris.
Raynaldi Abbatis in Gall.
Malchi monachi in Hibern.
Pauli Iustiniani Monachi Camaldulens.
Gudæ Conversæ in monast. Hovenes.
Benedictæ Conversæ in monast. de Petra Virgin. sanctim.

III. CALEND. IVLII.

XXIX. Iunij. E.

SS. Petri & Pauli festum.
Alfridi Episcopi & Confess. Hildesheimens.
Arnulphi Abbatis Novaliciæ & Martyris.
Petri Archiepisc. Tarentasiens.
Ebertranni Abbat. S. Quintini.
Cunonis monachi Hemmenrod.
Salome Regiæ Virgin. & Reclusæ Altai-chen.
S. Isidori triumphus.
Theodorici Abbatis Formpacens.

PRIDIE CALEND. IVLII.

XXX. Iunij. F.

S. Pauli Apostoli Commemoratio.
Ostiani Presbyteri & Confess.
Erentrudis Virgin. & Abbatissæ, regio genere orta.
Eberhardi Archiepiscopi Salisburg.
Adiliæ Virgin. & Abbatissæ, Cænob. Montis Sanct. Martini. illustris generis.

Arnulphi Conversi Villarsens.
Clothsendis Virginis & Abbatissæ Monasterii Marcionens. regii generis.
Theobaldi monachi Vicentini.
Fressendis Virgin. & monial. Cisterciens.

MENSIS IULIUS.

CALENDIS IVLII.

I. Iulii. G.

Galli Episcopi Avernenfis, è Regibus Galliarum oriundi, luis Inguinariæ profligatoris.
Eparchii Abbatis genere Illustris.
Theodorici Abbatis in Hor. Gallia, Eberhardi Episcopi Salisburgens. Alii heri.
Carilephi Abbatis Madoalensis.
Rumoldi Archiepiscopi & Martyris, filii Regis Scotorum.
Reginæ Viduæ Dononienfis Monialis, Regii generis.
Domitiani Abbatis Vallis Membranæ.
Theobaldi Monachi Camaldulens.
Elisabethæ de Wans virgin. Aquiriens.
Iacobi Monachi Dunensis.
Venerabilis Ioannis à Sanct. Dionysio monachi Fulienfis anno 1627.
Dedicatio Basilicæ Monasterii Gemmeticens.

SEXTO NONAS IVLII.

II. Iulii. A.

Orthonis Episcopi Bambergens. Comitibus Andechs. Pomeranorum.
Apostoli, Deiparæ addictissimi.
Svithuni Episcopi Wintoniens.
Monegundis Inclusæ Turonensis.
Ioannis Archiepiscopi Vpalsensis Martyris.
Lingdani Abbatis Setiæ Patroni. Alii craftina.
Richæ Virginis Monialis Cladrenfis.
Raymundi Abbatis Institutoris Ord. de Calatrava.
Didaci Monachi Saracenorum Triumphatoris.
Institutio Congr. Montis Coronæ, Camaldul.
Vrsmari & Sociorum Episcoporum & Abbatum translatio.
Ven. Mariæ Conversæ in Nazareth. Obiit anno Christi. 1608.

4 (:) (:) (:) (:) 2

QVIN.

NOMENCLATOR

QUINTO NONAS IVLII.

III. Iulii.

Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis.
Wibrandis & Mechtundis Virginum.
Lingdani Abbatis. Alii heri.
Tatvini mon. discipuli S. Guthlaci.
Sanctorum septem monachorum, martyrum Murbacensium.
Triginta quinque monachorum Hemenrodensium peste absumptorum.
Sylvestri Camald. DEIPARAE addictissimi.
Thomae Prioris Boni-fontis de Taresca.
Ven. Gratiani Concordantiae Canonum Auctoris, monachi Classensis.

QUARTO NONAS IVLII.

IV. Iulii.

Vdalrici Episcopi Augustani Vindelico-
rum Patroni.
Berthae Principis Viduae. Abbatissae Blan-
ciacensis.
Domitii & Dimai discipulorum S. Colubae.
Dustani Abbatis Scoti.
Bertrami monachi B. M. V. de Carixto
DEIPARAE charissimi.
Sagali Abbatis Clari-marefci.
Procopii. Abbatis translatio & Festivitas.

TERTIO NONAS IVLII.

V. Iulii.

Willelmi Abbatis Hirsaugienfis, e Princi-
pibus Boicis.
Modwennae Abbatissae Polliwortensis.
Randisii Comitis, Monachi Casinatis.
Quetrici discipuli S. Neotti.
Walderici Abbatis Antifiodorensis.
Everhardi Silentiarum Conversi Villariensis.
Marthae Virg. mon. B.M.V. in Camera.
Wandelini Conversi S. VVendelini.
Fulberti Novitii Corbeiensis Martyris.

PRIDIE NONAS IVLII.

VI. Iulii.

Goaris Monachi Frigoriensis, Trevero-
rum Apostoli.
Stephani V. Pont. Maximi.
Sexburgae Reginae Cantiorum Abb. Elin-
gensis.
Mathildis Abb. Oetiltettensis, Com.
Andecensis DEIPARAE addictissima.
Guilelmi Episcopi Catalaunensis.
Hermannii mon. Heisterbacensis.
Gudilae Virginis translatio.

NONIS IVLII.

VII. Iulii.

Willibaldi I. Eistettensis Episc. German.
Apostoli, filii Richardi Regis Angli.

B.

Heddae Vintoniensis Episcopi.
Edilburgis Angliae Reginae Abbatissae
Brigenfis.
Roberti Conversi Claravall.
Eracongothae Virg. Abb. Ercomberti
Regis filiae.
Thomae Archiepiscopi. & Mart. Cantuar,
translatio.
Beggae Ducissae viduae. translatio.
Ven. Florentii Turcae conversi.

OCTAVO IDVS IVLII.

IX. Iulii.

Chiliani Episcopi Herbipol. Mart. Fran-
coniae Apostoli & Tutelaris.
Eugenii III. Pont. Max. discipuli S. Pat.
Bernardi.
Dysibodi Episcopi Hiberni.
Landrae Virg. Abb. Belisensis, Priuci-
pe gente.
Grimbaldi postulati Arch. Cantuariensis.
Theobaldi Abb. Baronis de Marly. DEI-
PARAE amantissimi.
Witeburgae Virg. Regis Annae filiae.
Thomae Dunstalli martyris A. C. 1616.
Benedictae Virg. Glascon. Martyris.

SEPTIMO IDVS IVLII.

IX. Iulii.

Octava Visitationis B.M. V. Cluniacensi-
bus & c. solemnis.
Eugenii III. Pont. Max. Alii heri.
Edilburgis Reginae Viduae Monialis Ber-
cking.
Agilolphi Archiepiscopi Colon. & Mart.
Regii generis.
SS. 50. Martyrum DEIPARAE addictorum.
Rodolphi Monachi, Viri Apostolici.
Odae Viduae Ducissae Aquitanae translatio.
Petronillae Virg. mon. Abulensis A. C. 1608.

SEXTO IDVS IVLII.

X. Iulii.

Amelbergae Reginae Virginis Mortialis Be-
lisensis.
Amelbergae Viduae Ducissae Austrasiae.
Vdalrici Comitis de Kyburg monachi
Cluniacensis.
Roberti Conversi Fontis-Mauriniaci
DEIPARAE addicti.
Ethonis Episcopi filii Philtani Regis Hi-
berniae Iserae Apostoli.
Petri Abbatis Perusini.
Agathonis Papae ordinatio.
BB. 45. Monachorum Grandis-silvae pe-
ste absumptorum.

MENOLOGII BENEDICTINI.

V. IDVS IVLII.

XI. Iulii.

Translatio S. P. N. Admirabilis BENEDI-
CTI.
Festum S. P. N. vulgo Metuendum apud
Hispanos.
Hildulphi Principis, Archiepiscopi Tre-
verensis DEIPARAE addictissimi.
Sigisberti Abb. Disertinesis DEIPARAE stu-
diosi.
Placidi mon. Disertin. & Martyris.
Alberici Abb. Savigniacensis.
Ioannis Monachi Molinensis.

IV. IDVS IVLII.

XII. Iulii.

Ioannis Gualberti Abb. Institutoris Val-
lumbrosanorum.
N. Abbatis Novae-Vallis & sociorum mar-
tyrum.
Leonis II. Abbatis Cavensis DEIPARAE cha-
rissimi
Ansbaldi Abbatis Prumiensis.
Ioannis Abbatis Blandiniensis.
Lamberti Abbatis Cistercij.
Desiderij conversi Alcobaziae.
Acti, Pistoriensis Episcopi Inventio.

III. IDVS IVLII.

XIII. Iulii.

Thuriani Archiepiscopi Dolensis, gene-
re Illustris.
Mildrae Virg. mon. in Thanatos Meru-
aldi Regis filiae.
Vvillebadi I. Bremensis Episcopi Trans-
albinorum Apostoli.
Olberti Abbatis Gemelacensis
Verani Venciensis Episcopi.
Mariae Virg. Mon. de Odivelas Dionysij
Lusitanae Regis filiae
Henrici Conversi Villariensis.

PRIDIE IDVS IVLII.

XIV. Iulii.

Henrici III. Imperatoris Aug. DEIPARAE
& S. P. N. addictissimi, voto nostri.
Marcellani mon. Traiect. Transiselanor-
um & c. Apostoli.
Vincentij Com. Hannoniae, Hiberniae
Proregis, mon. Altimontensis.
Liberti Abbatis Vlmensis & Mart. Mech-
liniensium Principis.
Henrici de Marciaco S. R. E. Cardi-
nalis.
Memfridi Prioris Rumbareti.
Petri Inclusi Hoiensis.

IDIVS IVLII.

C. XV. Iulii.

Eginonis Abbatis S. Vdalrici Augustae
Vindelicorum.
DEUSDEDIT Archiepiscopi Cantuarien-
sis.
Plechelmi Episcopi Casae-DET.
Eadgithae Reginae Northumbriae Mon.
Polefberiensis.
Asteri Abbatis & 30. Monachorum mar-
tyrum.
Harruchi Episcopi VVerdensis, Aposto-
li German. & Martyris.
Teresae Reginae Valentiae mon. B.M.V. de
Gratia.

D.

Balduini Abbatis Reatini.
Felicissimi Confessoris Nucerinii, voto
nostri.
Swithuni Episcopi translatio.
Theobaldi mon. Camald. translatio

XVII. CALEND. AVGVSTI.

XVI. Iulii.

Raineldis Principis, Virg. mon. Laubien-
sis, & Martyris.
Sisenandi monachi S. Aciseli, Martyris
Cordub.
Ioannis Abbatis S. Albani.
Leonis Monachi de Avellana.
VVenheri Iunioris Mon. Eberbacensis
DEIPARAE dilecti.
Arnoldi de majorca conversi Claravall-
lis.
SS. & BB. Monasterij S. Trinitatis Ca-
vae.

XVI. CAL. AVGVSTI.

XVII. Iulii.

Leonis IV. Pont. Max. mon. S. Sylvestri
DEIPARAE addictissimi.
Stanislai Abb. montis Calvae & sociorum
Martyrum.
Fredegandi mon. Argentonenfis, viri A-
postolici.

F.

Arnoldi Monachi Hemmenrodensis.
Ioannis abbat. S. Albani, aliis heri.
Benigni Abbatis Vallumbrosani.

XV. CAL. AVGVSTI.

XVIII. Iulii.

Brunonis Episcopi Signiacensis Sacramen-
torum proffigatoris.
Friderici Episcopi Ultraiect. & Martyris,
genere Illustris.
Arnulphi Ducis Austrasiae Episcopi Me-
tensis mon. Lirinensis.
Eadburgae Redualdi Angli. Regis filiae. Virg.
Ailesburiensis.

NOMENCLATOR

Clari Monachi Nortmanni & Martyris.
 Roberti Salentini Mon. Rocca - marici
 DEIPARÆ additissimi.
 Berthæ Principis Abbatissæ Marcheten-
 sis.
 Theodorici Comitis de VVieda, Mon.
 Heisterbac.
 Volquini & Averi discipulorum S. An-
 veri.

DECIMOQUARTO CAL. AVG.

XIX. Iulii. D.
 Auræ Virg. Mon. & Martyris, illustri lo-
 conatæ.
 Hermanni cogn. Contracti, Monachi
 Augiensis, Comitis de Veringen, Au-
 ctoris *Salve Regina &c.* DEIPARÆ dile-
 cti.
 Henrici Abbatissæ Cistercij.
 Gumari ex Rege Sardinia Monachi Cla-
 rævallis.
 Margaritæ Viduæ. Mon. Flinens. è Regib.
 Cyprinatæ.
 Isengeri Episcopi VVerdensis.

DECIMOTERTIO CAL. AVG.

XX. Iulii. E.
 Vulmari Abb. Boloniensis, DEIPARÆ ad-
 ditissimi, genere Illustris.
 Pauli Monachi & Mart. Cordubensis.
 Severæ Abb. Treverensis, Ducissæ Austra-
 siæ.
 Gentæ abbatissæ Vallis Florida.
 Clodesvidæ Ducissæ, Virgin. Abb. meten-
 sis.
 Margaritæ Mon. Silva Benedictæ.
 Mascelini Monachæ Clarævallis.
 Ven. Bernardi S. R. E. Cardinalis.
 Ven. Ioannis Lintzingii Abb. Maulbrun-
 nensis.

DVODECIMO CAL. AVG.

XXI. Iulii. F.
 Arbogasti Episcopi Argentiniensis Alfata-
 rum apostoli.
 Higbaldi Abbatissæ Lincolnensis.
 Danielis Abbatissæ Veneti, familiæ molino-
 rum ill.
 Gabrielis Monachi Nucalensis, DEIPARÆ
 favoribus spectatissimi.
 Volmari abbatissæ Bononiensis.
 Benedicti Monachi Clarævallis.
 Athelæ Monialis Regio genere oriundæ.
 Fausti discipuli S. P. N. BENEDICTI. A-
 lii alii.

VNDECIMO CAL. AVG.

XXII. Augusti. G.
 VVandregisili Abb. Fontanell. Pipini Du-
 cis consobrini DEIPARÆ dilecti.
 Menelei abbatissæ arvernensis, Regio ge-
 nere orti.
 Godefridi Episcopi Lingonensis monac.
 Cl. vall.
 Andreæ Monachi Vallis bonæ.
 Vultani abbatissæ & Confess.
 VValdredi abbat. & Confess.
 Iulianæ Comitissæ de Coll-alto abbatissæ
 Venetæ.
 Neotti monachi & Doct. translatio.

DECIMO CAL. AVG.

XXIII. Iulii. A.
 Festum Fugæ & Conversionis S. P. N. BE-
 NEDICTI.
 Romulæ Redemptæ & Herudinis Virgg.
 monialium.
 Iglatii monachi Lindisfarnensis.
 Beatricis Viduæ Reginæ Vngariæ monia-
 lis Gemmulæ.
 Iacobi de Glymphthis Conuersi Villari-
 ensis.
 Iaquelinæ Comitissæ Abbatissæ Flinen-
 sis.
 SS. & BB. monasterij Huensis monacho-
 rum.
 Bernardi Mariæ & Gratia Regum & mar-
 tyrum elevatio.

NONO CAL. AVG.

XXIV. Iulii. B.
 Valerij Nicienensis Episcopi Mon. Lirinen-
 sis.
 Gerburgis Saxonum Ducissæ Abb. Gän-
 dersheim.
 Cunonis dynastæ de malburg mon. Hem-
 menrodensis.
 Christinæ cognomento mirabilis mon. S.
 Catharinæ in Brabantia.
 Gerardi Abbatissæ Premensis.
 Ioachimi abbatissæ Prophetæ. Alii alii.
 Insignis Commemoratio S. Isidori archi-
 piscopi Hispal.

OCTAVO CAL. AVG.

XXV. Iulii. C.
 Theodorici monachi & Martyris.
 Magnerici Archiepiscopi Treverensis
 Glodesindis Principis abbatissæ metensis
 Virg.
 Gorekini Conuersi Alvastrensis DEIPARÆ
 dilecti.
 Eberulphi abbatissæ Bellovacensis.

Phi-

MENOLOGII BENE DICTINI.

Philippæ Virg. Regio genere oriundæ,
 duorum Regum sororis Mon. Odiu-
 deni.
 Germani Parisiensis Episcopi translatio.
 Iodoci abbatissæ armoricæ Regis transla-
 tio.
 Lebuini Daventriensium Apostoli trans-
 latio.
 Celebris memoria SS. Sacramenti in Her-
 ckenrode.

SEPTIMO CAL. AVG.

XXVI. Iulii. D.
 Ebrulphi Magni abbat. Oximensis, DEI-
 PARÆ additissimi.
 Simonis Monachi Mantuani.
 Viphonis Nericiæ Principis mariti S. Bri-
 gittæ mon. Alvastrensis.
 Bertholdi Abb. Garstensis. Alii cras.
 Effledæ Virginis Reginæ Angl. Nos a-
 lias.
 Arnaldi abbatissæ S. Iustinæ & loc. transla-
 tio.
 Eobani Episcopi & mart. translatio.
 Ven. Garziæ de vera supremi bello Impe-
 toris. Mon. Hortensis.
 Ven. Annæ Bosmans mon. in Nazareth.
 Obiit 1600.

SEXTO CAL. AVG.

XXVII. Iulii. E.
 Triumphus prodigiosus S. P. N. BENEDI-
 CTI de Saracenis.
 Georgij & Sociorum Martyrum Mona-
 chorum
 Bertholdi abbatissæ Garstensis
 Beatricis monialis Lirensis.
 Christiani mon. B. M. V. de Eleemosyna,
 DEIPARÆ chari.
 Matthæi monachi Cisterciensis, Angli.
 Mariani Scoti, inclusi Ratisponensis.
 Beati monachi de Valcanado.

QUINTO CAL. AVG.

XXIIX. Iulii. F.
 Sampsonis I. Archiepiscopi Dolensis, e-
 jusdem Episcopatus Patroni.
 Vrsi abbatissæ & Fundatoris Pontiniacen-
 sis.
 Leobatii abbatissæ Senariensis.
 Guicardi Archiepiscopi Lugdunensis.
 Aegydi de Dion Conuersi Villariensis
 Ven. Berthæ Reclutæ ad S. Galli.
 Revocatio S. Gregorij Magni ab aposto-
 latu in Angliam suscepto.

QUARTO CAL. AVG.

XXIX. Iulii. G.
 Urbani II. Pont. Max. mon. Cluniac. DEI-
 PARÆ additissimi.

Alinardi Archiepiscopi Lugdunensis
 Mon. S. Benigni.
 Offæ Regis Merciorum & monachi.
 Gifilberti abbatissæ Hemmenrodensis.
 Alexandri abbatissæ Cistercij.
 Beatricis mon. Virg. in Nazareth. inter Sē-
 raphin accensæ.
 SS. atque BB. Monasterij Finctuariensis
 Monachorum.

TERTIO CAL. AVG.

XXX. Iulii. A.
 Arnaldi Archiepiscopi Narbonensis, Al-
 bigensium profligatoris DEIPARÆ fa-
 vore Illustrissimi.
 Urbani II. Pont. Max. Nos heri.
 Leofronæ abbatissæ & 1000. sociorum
 Martyrum.
 Tatwini Archiepiscopi Cantuariensis
 Hatebrandi Abb. in Oldenchooster.
 Theodorici de Cellario Mon. Hemmen-
 rodensis.
 Elleginæ Elfredi Anglorum Regis f. Mo-
 nialis.
 Placidi & Sigisberti monachorum Difer-
 tinentium elevatio.

PRIDIE CAL. AVG.

XXXI. Iulii. B.
 Benedicti I. Pont. Max. Veri pauperum
 Patris.
 Fantini abbatissæ Tarvisini.
 Neotti Monachi & Doctoris egregij Aca-
 demia Oxoniensis Institutoris tele-
 berrimi.
 Ioannis & Benigni monachorum Cœno-
 bij mediani.
 Godefridi de Cortebeke monachi Affli-
 gemiensis.
 Mariæ de Statillon Virg. sanctimonialis
 Bellopratensis.
 Adami primi abbatissæ Monasterij Lanck-
 heymensis.
 Erwaldi Monachi Ripensis & Confesso-
 ris.
 Venerabilis Alphani II. Episcopi Salerni-
 tani.

BENEDICTVS DEVS ET PATER
 noster in Sanctis suis.

MENSIS AUGUSTUS.

CALENDIS AVGVSTI.

I. Augusti. C.
 Ethelwoldi Episcopi Wintoniensis,
 Monachi Glasconiensis, DEIPARÆ
 cultu præcipui.

(i) (i) (i) (i) 4

Friat-

NOMENCLATOR

Friardi Reclusi Namurcensis.
Theodorici Abbatis S. Ebrulphi.
Innumera multitudinis SS. monachorum
Martyrum Sicilia.
Ionati Abbat. Marcianensis.
Petri I. Abbatis Morerolæ.
Petri, Olai, & Tordonis Monachorum Al-
vastrensium.
Gereonis Monachi Hemmenrodensis
Deiparæ clari.
Bavonis Monachi Principis Hasbania
translatio.
VVinoci Abbatis translatio.
Ven. Margaritæ Inclusæ ad S. Gallj.
QUARTO NONAS AVG.
II. Augusti. D.
Petri Oximensis Episcopi, de sede sua me-
ritissimi.
Placidi conversi Montis Coronæ.
Ermenburgæ Merciorum Regina abba-
tissæ.
Guillelmi Abbatis Revallensis.
Stephani de Obosina Prioris.
SS. atque BB. Agalliensium Monacho-
rum.
SS. atque BB. Abbatum & Monachorum
S. Iustina Paduæ Canonizatio.
Ven. Adalberti Rugorum Archiepisco-
pi.
TERTIO NONAS AVG.
III. Augusti. E.
Petri Episcopi Anagnani Monachi Saler-
nitani.
Conradi Archiepiscopi Salisburg. Leo-
poldi austria March. filij.
Sigefridi Eboracensis Episcopi, Gothorum
apostoli.
Gregorij Abbatis Nonantulani.
Bartholomæi Prioris Claravallensis.
PRIDIE NONAS AVG.
IV. Augusti. F.
Tadwini Archiepiscopi Cantuariensis
Monachi Britanensis.
Sexaginta monachorum Martyrum Flo-
riacensium.
Etheldrithæ Reclusæ Ethelberti Regis
sponsæ.
Dominici Martinez Abbatis Alcobazæ.
Ercuntrudis Anglæ Virg. Monialis.
SS. & BB. Floriacensium Abb. & Mona-
chorum.
Placidi Abb. & Protomartyris Ordin. In-
ventio.
VValpurgæ Virg. Abbat. Heydenheim.
translatio.
Ven. Remigij Lincolniensis Episcopi.

Ven. Thomæ Lombardi mon. **Superat. a-**
more proximi peste extincti 1600.
NONIS AVGUST.
V. Augusti. G.
Festum Ascensionis B. M. V. Cisterci-
ensium nostris festivissimum.
Humberti S. R. E. Cardinalis, Siculorum
Apostoli, Græcorum & Schismatico-
rum triumphatoris.
Abelis Archiepiscopi mon. Laubiensis Bel-
garum apostoli.
Jacobi Gerij Monachi Camaldulensis.
Hildegundis Virg. Sanctimonialis.
Guillelmi Abb. Villariensis.
Okarij ex Duce Aquitania Monachi in
Tegersee.
OCTAVO IDVS AVG.
VI. Augusti. A.
Festum Transfigurationis Domini, per S.
Urbanum V. Pont. Max.
Hormisdæ Pont. Max. præcipui Ordinis
Propagatoris.
Sancij Abbatis & 200. monachorum mar-
tyrum.
Præcedis Imperatricis **Henrici IV. Imp.**
Conjugis monialis Campensis.
Thomæ Monachi Doveriensis & Marty-
ris.
Gezelini Monachi discipuli S. Bernardi
Abbatis.
Plurimorum monachorum **Confessorum**
in Scardebourg.
Gildesij Abbatis Angli.
Ven. Adalberonis VVormatiensis Epi-
scopi, mon. S. Galli, Rudolphi Alemā-
niæ magni, de in Cæsaris germani.
SEPTIMO IDVS AVG.
VII. Augusti. B.
Stephani IV. Pont. Max. monachi Sancti
Chrylogoni consecratio.
Sigeberti Anglorum Regis & Martyris
mon. Cnobherburgensis.
Valentiniani monachi **Casiniensis, abbat.**
Latetani.
Theuzzi Abbatis de Razzolo.
Ebbonis Archiepiscopi Senonensis, ex
Monacho S. Petri Vivi.
Iordani Abb. S. Benedicti Novelli, familia
Forzzatæ.
Spinuli Abbat. S. †. Volagi.
Antulphi Monachi Claravallensis.
Mafaldæ Castellæ Regina inventio An.
C. 1617.

SEX-

MENOLOGII BENE DICTINI.

SEXTO IDVS AVG.
VIII. Augusti. C.
Altmanni Episcopi Patavienfis, Ducis
Wittinenfis, mon. Magdeburg.
Mommoli Abbatis Floriacensis.
Vltani Monachi S. Petri Lindisfarnensis.
Famiani Monachi SS. Cosmæ & Damia-
ni, Galefiorum præcipui Tutclaris.
Rogerij Prioris Meyrenfis.
Insignis triumphus S. Isidori capta Eme-
rita & Saracenis profligatis,
QUINTO IDVS AVG.
IX. Augusti. D.
Hugonis cognomento Balsami Episcopi
Eliensis.
Symeonis Achaici, Ducis Illustriss. belli
Imp. in Oriente Imperatoris supremi.
Mauritij Rotomagensis Archiepiscopi,
Mon. Fiscanensis.
Ioannis Monachi S. Andrea Romæ.
VValeni Abba. Malcolmii ac Guillelmi
Regum Scotia avunculi.
Vrracæ de Sarmiento Abbatissæ B. M. V.
de Renuzo.
QUARTO IDVS AVG.
X. Augusti. E.
Hugonis Episcopi Antifiodorensis, Mo-
nachi S. Germani, Principis Zamu-
renfis, Deiparæ studiosissimi.
Ceolulphi Northumbria Regis XVII.
Monachi Lindisfarnensis.
Malchi Episcopi Lismorensis, Monachi
VVintoniensis.
Iustiniani Bergomensis, Prioris Montis
Coronæ Deiparæ devotissimi.
Guidonis Episcopi Carcalonensis ex
Mon. Vall. Cernay, Albigenfimo con-
versione meritissimi.
Laurentii Conversi Claravallensis.
Sanctorum 78. Monachorum Vticen-
sium peste abreptorum.
Mederici Abbatis. De quo alii heri.
Institutio Sanctissimæ Congregationis
B. M. V. Redempt. Captivorum.
Agricolæ Episcopi & Tutclaris Avenio-
nensis præcipui translatio.
TERTIO IDVS AVG.
II. Augusti. F.
Equitij Abbatis, Ordinis nostri per Vale-
riam propagatoris præcipui.
Goderanni Episcopi Sanctonensis ex Ab-
bate Malleacensi.
Christianæ Virg. Abb. Eduardi Angli.
Principis filia.
Danielis Monachi Claufrensensis.
Helinandi Abbatis Fontis-frigid.

Festum Coronæ Spineæ à S. Hugone
Abb. Bonevallis institutum.
Findonis Hispaniæ Principis elevatio.
Eucherij Episcopi translatio.
Ven. Ioannis ab Haagen Instit. Congr.
Bursfeld.

PRIDIE ID. AVG.

XII. Augusti. G.
Porcarij Abbat. Lirin. & 500. Mon. Mar-
tyrum.
VVigberti Monachi Frisiorum & Fostes-
landiæ Apostoli & Martyris.
Anguilbertæ Abbatissæ Iortensis è Regi-
bus Gall. oriundæ, Clodovæi II. Regis
cognatæ.
Eberhardi Abbatis Divi Truperti.
Vdevoltæ Monialis in Monte-S. VVal-
purgis.
VValdetrudis Hannoniæ Principis trans-
latio.
Nongentotum BB. Monachorum Cla-
ravallensium celebris & memoranda
elevatio.
Therese Sancij I. Lusitaniæ Regis filia,
Mon. Lorvan. elevatio.

IDIVS AVG.

XIII. Augusti. A.
Radegundis Regina Galliarum. Idolola-
triæ profligatricis, Monialis S. Crucis
Pictavis, Deiparæ addictissima.
VVigberti Abbatis Fritzlaris generis
Illustris.
Columbi Monachi Lirin. & Mart.
Iuniani Abb. & Fund. Mariacensis.
Anthonij I. Abb. Elvacensis Episcopi Lin-
gon.
Eberardi Abbatis & Confessoris.
Bernardi Monachi Vallis-claræ.
Martini de Longronno Mon. & Prioris
Montis Syon.
Edilvvaldi Episcopi Lindisfarnensis.
DECIMONONO CALEND. SEPT.
XIV. Augusti. B.
Athanasia Viduæ Abba. & Fund. Aegi-
nensis, Deiparæ charissima.
Pachalis II. Pont. Max. Alij alias.
VVerenfridi Mon. Batavia, Neomagj,
VVeferfordiæ, &c. Apostoli & Tut-
claris.
Quadragesima II. Martyrum Monacho-
rum Magiensium, Deiparæ etiam post
mortem admirabili cultu. celeberrimorum.
Maynardi Episcopi, Livonia Apostoli.
Simeonis Monachi Vallis-umbrosæ.
Commemoratio præstantissimi favoris
S. Gertrudi à Deiparâ facti.
Ven. Chunonis Comitissæ de Thann, Da-
piferi

NOMENCLATOR

piferi de VValpurg Abbatis VVein-
garttenfis.
DECIMO-OCTAVO CAL. SEPT.
XV. Aug. C.
Assumptio Augustissimæ Cælitum Im-
peratricis Matris Admirabilis Virg.
Benedictæ, cujus auspicijs & favore
Serenissimus Patriarcha noster, tanti
Ordinis Institutor esse meruit,
Dedicatio innumerarum Ordinis Vni-
versis in hon. DEIP. Ecclesiarum, &c.
Arnulphi Episcopi Suefionensis Gallia-
rum Oraculi.
Balsamij Monachi Lemonicensis, nepo-
tis & discipuli S. Balsami Basoli.
Mechtildis Virg. Mon. Elpedianæ DEI-
paræ charæ.
Conradi Conuersi Heisterbacensis.
Mariæ Virg. Monial. Toletanæ, DEIParæ
dilectissimæ.
Anfueri Abbatis & Sociorum Marty-
rum.
DECIMO-SEPTIMO CALEND. AVG.
XVI. Aug. D.
Fulcedis, Sanctæ & Rueffellæ Sororum,
Monialium Pratenfium.
Limbanæ Monialis Genuensis.
Nicardi Abbatis & Confessoris.
Bernvardi Episcopi Hildesheimensis e-
levatio.
Hunfridi Episcopi Morinorum Eleva-
tio.
Arnulphi Episcopi Metensis Festivitas
secunda & Translatio.
Ven. Margaritæ de Villemont, &c. Abb.
Vallis-gratiæ, rari nostræ ætate miracu-
li, DEIParæ addictissimæ.
Hedvvigis Ducissæ Poloniæ elevatio.
Ven. Athanasij de Villâ Gomcz, Mon.
Nucalensis.
DECIMO-SEXTO CALEND. SEPT.
XVII. Aug. Q.
Carolomanni Regis, Pipini Regis Ger-
mani, Caroli Magni patruj, Monachi
Cassinatis.
Michaelis monachi Cluniacensis.
Fronidij Abbatis Novalicenfis.
Amoris Abbatis Amerbacensis.
Benedictæ principis lectissimæ, discipulæ
S. Fructuosi Episcopi.
Richardi VVohitinges & Sociorum mar-
tyrum A.C. 1536.
Ieronis Monachi Scoti, Frisiorum Apo-
stoli, rebus in amissis prodigiosi Pa-
troni.
Centum & 16. Monachorum Glanoso-

liensium S. Mauri discipulorum peste
extinctorum.
Hieronymi Camaldulensis Lituatorum
Apostoli.
Ambrosij à Porticu Monachi Camaldu-
lensis.
Edelhuni Monachi Rathmelfigensis, to-
cii S. Egberti, peste extincti.
Ludonis Conuersi Hemmenrodenfis.
Donati monachi montis Virginis.
Andoveræ Galliarum Reginæ Mon. Ce-
nomanensis & martyris.
Ferdinandi Principis Lusitanæ Ioannis
Regis filij translatio.
Ven. Gabrielis IV. Abb. Montis Virg.
DEIParæ addictissimi.
DECIMO-QUINTO CALEND. SEPT.
XVIII. Aug. F.
Sergij IV. Pont. Max. viri meritissimi.
Adami Episcopi morinorum.
Agibodi monachi Bobiensis.
Leonardi Abbatis Cauensis.
Iacobi Callipeti Prioris Viciacensis DEI-
paræ favore illustrissimi.
Martini monachi Scoti.
Ioannis Simplicis monachi Cisterciensis.
Ven. Luitolphi mon. Zvvifalt. Comitum
Achalmenfis.
Ven. Udalgarthæ reclusæ ad S. Galli.
DECIMO-QUARTO CAL. SEPTEMB.
XIX. Aug. G.
Mariani monachi Bituricensis.
Donati monachi Aurelianensis.
Bertulphi Abb. Bobiensis, regio genere
nati.
Sebaldi monachi B. martini, Regis filij,
Patroni Norimbergensis.
Leonis Abbatis Cavenfis.
Guerrici Abbatis Igniacensis DEIParæ
studiosissimi.
Thomæ Archiepiscopi Cantuar. secun-
dum martyrium.
Triumphus S. Isidori innumeris Sarace-
nis eius ope trucidatis.
TERTIO-DECIMO CAL. SEPTEMB.
XX. Aug. A.
Bernardi Doctoris melliflui, DEIParæ u-
nicè chari, &c.
Philiberti Abbatis Gemmeticensis gene-
re Illustris.
Leovigildi & Christophori monachorum
mart. Cordub.
Egberti Regis Northumbriæ mon. Lin-
disfarn.
Michaelis Florent. mon. Camald. Instit.
Coronæ Domini.

Bernar-

MENOLOGII BENE DICTINI.

Bernardi monachi Vallis Ecclesiarum.
Goberti Monachi Villariensis, Comitum
ab Aspéro-monte.
Burcardi VVormatiensis Episcopi. Nos
craftina.
Bernardi, Mariæ, & Gratia Regum fra-
trum & Mart. Alii alias.
Ven. Petri Pot Fundatoris S. Salvat. Ant-
verpiæ DEIParæ dilecti.
DVODECIMO CAL. SEPT.
XXI. Augusti. B.
Burcardi Wormatiensis Episc. Voluminis
Decretorū Autoris & Wormatiæ Re-
stitutoris.
Sampsonis Abbatis S. Zoili Corduba.
Heydenrici Abb. VValdassensis.
Alberici Trajectensis Episcopi è Regibus
Frisiæ oriundi.
Humbelinæ mon. fororis S. Bern.
Adelini Sagiensis Episcopi.
Ven. Balduini Hierosolymorum Regis.
Ven. Irmingardæ reclusæ ad S. Galli.
VNDECIMO CAL. AVGVSTI.
XXII. Augusti. C.
Octava Assumptionis Matris Admirabi-
lis à S. Leone IV. Instituta.
Gregorii IX. Pont. Max. viri meritissi-
mi. Alii cras.
Bernardi Tolomei Inst. Congr. Oliveta-
næ DEIParæ addictissimi.
Eberhardi Abb. Einsidlenfis è Ducibus
Franconia.
Sigfridi Abbatis VVirensis.
Godefridi Confessarii Virggin. Camera
B.M.V.
Lamberti Abbatis Chesriacensis.
X. CALENDAS SEPTEMBRIS.
XXIII. Augusti. D.
Gregorii IX. Pont. Max. DEIParæ addi-
ctissimi.
Chagnoaldi Landunensis Episcopi mon.
Luxov. Burgundiæ Illustrissimi Prin-
cipis, Regum Gallia cognati.
Plurimorum Germaniæ B.B. monachorū
à Schismaticis exactorum.
Frambaldi Abbatis Gabronicensis.
Bernardi Monachi Populetani Regis
Carletani filij & Martyris.
Mariæ & Gratia Regiarum Virginum
Bernardi fororum & Martyrum.
Ioannis Abbatis VValdassensis.
Richildis inclusæ Summontorienfis.
Helsini Ab. Inst. Festi Cōceptiōis B.M.V.
IX. CALENDAS SEPTEMBRIS.
XXIV. Augusti. E.
Audoeni Episcopi Rothomag. Illust. ge-
neris Monothelitarum proffigatoris.
Georgii Limniotæ Monachi & Mart.
Patricii Abbatis Nivernensis.
Theodorici Abbatis Andainensis.
Ebbæ Virg. Ab. Collinghamensis & loc.
Mart.
Sanderadi Abb. Gladbacensis.
Neptadii Monachi Cervidunensis.
Bartholomæi mon. Cist.
Tudechæ Virg. Abb. in monte Puffio.
Benedicti & monach. Soc. translatio.
IIIX. CALEND. SEPTEMBR.
XXV. Augusti. F.
Gregorii Episc. Traject. Frisiorum, Thu-
ring. &c. Apostoli.
Hunegundis Virg. Mon. Humulariensis
DEIParæ addictissimæ.
Aredii Abbatis Lemovicensis.
Severi Abb. Agathopolitani.
Arnoldi de S. Severino mon. Hemērod.
Pauli mon. Cisterciensis.
Commemoratio S.S. Sacramenti mira-
culosi apud Tuitium.
Ven. Ioannis Marionis mon. Fulienfis.
VII. CALEND. SEPTEMBR.
XXVI. Augusti. G.
Festū Paternitatis S.P.N. BENEDICTI. &c.
Erluini Abbatis Becensis Flandria Ptin-
cipum cognati.
Bregvvini Archiepiscopi Cantuar.
Ebbonis Archiepiscopi Senonensis.
Ioannis Bassandi Prioris Collis-madii
Schismatis compositoris.
Balduini monachi Dunensis.
Siboti Episcopi Augustani mon. Casare-
ensis, Baronis de Gudelfingen.
VWilhelmi mon. Heisterbac. DEIParæ
dilecti.
Chineburgæ Reginæ Northumbr. Abb.
Dormundcastrenfis.
Aredii Abb. Lemovic. alii heri.
Margarethæ Virg. & Abb.
VI. CALEND. SEPTEMBR.
XXVII. Augusti. A.
Alexandri Papæ III. mon. Lombardi de
DEIPara meritissimi.
Gebhardi Episcopi Constant. Comitum
Brigant.
Gerardi Sacristæ Clarevall.
Rapathonis Comitum Abenbergensis Mō.
Fontis-lalutis.
Elisabethæ Abb. in Hovenen.
Emmonis mon. Habensis.
Landebutæ Mon. Brigenfis.
Lamberti Episcopi & Martyris tran-
slatio.

QUINTO

NOMENCLATOR

V. CAL. SEPTEMBRIS.

XXIX. Augusti. B.
Alfrici Archiepiscopi Cantuar. Abb. A-
bingdon.
Hermannide Schoenstein Abb. *MARIE*
montani & Mart.
Eguoardi Episcopi Slesvicensis mon.
Hirsaug.
Adelinæ Abb. Buchon.
Petri Fanensis Montis Virg.
Waltheri Abb. Dunensis.
SS. & BB. Crispiniensium.
SS. Enni & Egritiū monach. Mart.
Ven. Malachia mon. Hortensis, Episco-
pi Vticensis &c. Obiit 1606.

IV. CAL. SEPTEMBRIS.

XXIX. Augusti. C.
Sebbi Regis Angliæ monachi Loudinen-
sis.
Mederici abbatis Eduensis.
Frudulphi monachi ibidem.
Ebbæ Virg. Abbat. Colinghanensis O-
swaldi & Oswi Regum sororis.
Adelphi abbatis Habensis.
Meyneri Prioris Hemmenrod.
Veronæ Ludov. Germanic. Regis filia
mon. Veronhutenfis.
Aleydis Monialis Trebiniacensis filia
Casimiri II. Regis Polonia.
Elevatio S. Mederici abbatis-

III. CAL. SEPTEMBRIS.

XXX. Augusti. D.
Bononii abbatis Locedensis, Ægypti &
Palestinae feri apostoli.
Fiacrii abbatis Brodoliensis, Eugenii IV.
Scotorum Regis filii.
Agili abbatis Resbacensis, viri Illustrissi-
mi in aula.
Eronis abbatis Armentariae, annis 200.
rapti in extasi.
S. S. Virgg. 128. Martyrum in Monast.
Onerenkerken.
Brunonis Comitis Wirtéberg. Abb. Hir-
saug. Elevatio.

PRIDIE CAL. SEPTEMBRIS.

XXXI. Augusti E.
Aidani Episc. Lindisfarn. Northumb. A-
postoli.
Amati Episcopi Nutcensis mon. Mont.
Virg.
Brunonis Episc. Siginen. ab. Casinensis.
Albertini mon. Camaldul.
SS. 200 Mart. mon. Scotia.
Arnulphi Abb. S. Nicasi.
Gertrudis Abb. de Biloka.

Cuthburgis Reginae Northumb. Mon.
Vvinbrunensis.
Oforii Gutierez Comitis Illustrissimi
mon. de Lorécana finitimorū Patroni.
Eanfuidæ Virg. Abb. Folckstonensis E-
adbaldi Cantia Regis filia.
Abbatum & mon. Bobiensiu translatio.
Blandiniensis celeberrimæ Basilicæ so-
lemnisdedicatio.

MENSIS SEPTEMBER.

CALENDIS SEPTEMBRIS.

I. Septembris. F.
Ægidii Abbat. Narbonensis è Regia stir-
pe oriundi.
Iulianæ Comitissæ de Coll-alto abbatis
Venet.
Nivardi Archiepiscopi Remensis.
Elphegi Episcopi Wintoniensis.
Ægidii Abbatis Sanct. Martini de Ca-
itaneda.
Theodardi monachi Cara-sylvensis, DEI-
paræ dilecti.
Hedwigis Poloniae Ducissæ translatio.

QUARTO NONAS SEPTEMBR.

II. Septembris. G.
Nonnosii Abb. in monte Soracte.
Agricolæ Episcopi & Patroni Avenionē-
sis DEI paræ dilecti.
Alberti abbatis Ripensis.
Margaritæ de Lovanio Virg. & Mart.
Chroniaci Scoti monachi conf.
Ragenfredis Virg. Abb. elevatio.
Ven. Clementis Gimenez DEI paræ fa-
vori Illustris.

TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

III. Septembris. A.
Gregorii Magni Ecclesiæ Doctoris so-
lennissima Ordinatio.
Aygulphi Abb. Lirin. & Sociorum mart.
Remachi Traject. Episc. Gallia oraculi,
genere Illustrissimi.
Gualæ Episcopi Bergomensis.
Reoli Archiepisc. Rhem. Comitis Illu-
strissimi.
Burcardi Archiep. Bituricensis.
Euphemie Virg. mon. in Oves, DEI-
paræ dilectæ.
Theodardi mon. Stabulensis.
Wandregisili Abb. & Soc. translatio.
Foillani Mon. & Mart. Philtani Regis fi-
lii translatio.
Antonii & Constantini mon. Casin. ele-
vatio.
Erentrudis V. Abb. regii gēeris trāslatio.
Dedicatio

MENOLOGII BENEDICTINI.

SEPTIMO IDVS SEPTEMB.

Dedicatio celeberr. Glanofolienfis.

PRID. NON. SEPT.

IV. Septemb. B.
Idæ Ducissæ Vid. Mon. Lippiensis Deipa-
ræ addictissimæ.
Insignis Martyrum Casin. Mon. exerci-
tus.
Ioannis Bayardi Prioris de Columbiens.
Irmgardis Virgin. Mon. Comitissæ Zut-
phania.
Thesauri S. R. E. Cardinal. Monach. Val-
humb.
Simonis Abb. Caziacensis.
Wolfi fratris S. Fursei Abb.
Friderici Episcopi. Eistettenfis Landgravii
Leuchtenbergici.
Alperti Abbatis Derthonensis.
Ioannis Episcopi Eugubini.

NONIS SEPTEMB.

V. Septemb.

Bertini Abbatis Sithivensis Deiparæ stu-
diofissimi.
Alberti Abb. de Pontida.
Petri Episcopi Catalaunensis.
Madruynæ Abbatissæ Barcionensis.
Godefridi Abb. Schönaugiensis.
SS. 4. Monachorum Martyrum Berti-
nensium.
Adelmi Abb. Aquiscinetini.
Richardi Conversi ibidem.
SS. & BB. Cænobii Messanensis Mon.
Dedicatio Cavenfis per S. Vrbanum II.
Pont. Max.

OCTAVO ID. SEPT.

VI. Septemb.

Eleutherii Abb. S. Marci Spoletani.
Magni Abbatis Faucensis, è 15 Auxiliato-
ribus Aplici viri.
Chanoaldi Episc. Laudunensis Principis
Burgundionum.
Gerardi Abb. Blandin. Restitutoris Or-
din.
Faufti Abb. Syracusani.
Ioannis Archiep. Lugdun. Com. Alen-
conii, &c.
Michiaëlis Mon. Hemmenrodensis.
Humberti Episcopi, Abbat. Maricolenfis
elevatio.
Clodulphi Episcopi. Metensis transla-
tio.
Petri Archiep. Tarental. elevatio.
Ven. Aluisi Abb. Aquiscinetini.

VII. Septemb.

B. Vigilia Nativitatis B. M. V. per S. Grego-
rium II. instituta.
Ioannis Episcopi Eugubini.
Clodoaldi, Clodomiri Regis filii Mon.
Novigentini.
Alcundi & Gilberti Episcoporum Ha-
gulstadenfium.
Maldebertæ Virg. Abb. Malbod. Princip.
Hannonia.
Plurimorum Germaniæ Principum spon-
te exulum & Monachorum.
Othonis Episc. Frising. Marchionis Au-
stria.
Christiani Heisterbac. Mon. Deiparæ di-
lecti.
Humberti I. Abb. Igniac.
Vthonis I. Abb. Metensis.

SEXTO ID. SEPT.

VIII. Septemb.

F. Sergii I. Pont. Max. de Ecclesia meritissi-
mi.
Corbiniani primi Frisinge Episcopi & Pa-
troni, German. Apostoli.
Agilramni Monachi Gorziensis.
Alphonfi Conversi B. M. V. de Oya.
Felicissimi Mon. Casin. discipuli S. P. N.
Augusto sanguine Anic.
Vdæ inclusæ Namurcensis.
Commem. Sanctiss. Gertrudis Saxonice.
Ven. Francisci de Helfault Abb. Blandi-
niensis.
Solemnissima Dedicatio Basilicæ nostræ
Montis-ferrati.

QUINTO ID. SEPT.

IX. Septemb.

G. Audomari Tarvanensium Apostoli, Epi-
scopi, & Patroni, Deiparæ addictissimi.
Querani Abbatis Scoti.
Boysili Apostolici viri, Præpositi Mailro-
fensis.
Odonis S. R. E. Cardinalis conversione
infidelium celebris.
Bertelini Monachi Stadfordiensis.
Anastasiæ Virg. Abb. Horrei.
Violantiæ de Castro Abbatissæ Araucæ.
Sacros. atq; BB. Montisferrati Monacho-
rum.
Ven. Guillemi de S. Genesefa Fulienfis,
alterius Normaniæ nostræ ætate Apo-
stoli. Obiit A. C. 1624.
Sylvani Monach. Clarevall. Canoniza-
tio.

NOMENCLATOR

QVRRTO IDVS SEPTEMB. Barfanorii Abb. S. Ebroic. Petri Mon. Morerol.

X. Septemb. A. Guntelini Mon. Angli Deiparæ & S.P.N. favoribus beatissimi. Venerii alterius Mon. Camald. Ven. Franconis Abb. Affligemienfis.

Theodardi Episc. Leodiensis & Martyris, claro admodum genere.

Petri Compostellani Episcopi Deiparæ additissimi.

Salvii Albigenfis Episc. bis mortui.

Thomæ I. Abbat. Farfensis Deiparæ dilecti.

Otkeri Mon. Montis S. Petri, Trajectensium Ruremundensium, &c. Patroni.

Serlonis Abbatis Savigniac.

Ogleri Abb. Locedienfis.

Plurimorum Monach. Novacellensium Martyrum.

TERTIO ID. SEPT.

XI. Septemb. B. Vincentii Abb. S. Claudii Ord. nostri in Hispania protomartyris. Venerii Monachi Tyburtini. Adelphi Abbatis Remirmontani è Regibus Gall. orti. Bodonis Tullensis Episcopi Illustris generis. Henrici Borbonii Archiepiscopi Bituricensis Regii generis. Boemundi Abb. de Tarouca. Flobargifi Archiepiscopi Salisburg.

PRIDIE IDVS SEPT.

XII. Septemb. C. Nativitas gloriosi & Adm. P. N. BENEDICTI, &c. Thefauri Abbat. Vallumbr. S. R. E. Cardin. Siffredi Abb. Mafsil. Perpetuæ Abbat. Montis Romarici. Mariæ Vid. Mon. B. M. V. de Arroyo. Walerani I. Abb. Vrficampi. SS. atque BB. Abbatum & Mon. Gemeticensium. Ven. Dominici Nucalensis Mon. mortui A. C. 1606.

IDIBVS SEPTEMB.

XIII. Septemb. D. Amati Archiepiscopi Senonensis Mon. Broylesis. Venerii Abb. Palmar. viri Apostolici. Amati Abb. Remirmontani Deiparæ additissimi. Columbini Abbat. & Conf. Wilfridæ Abbat. Winton. Sponsæ Regiæ. Teutonii Abb. Foffat.

Barfanorii Abb. S. Ebroic. Petri Mon. Morerol. Guntelini Mon. Angli Deiparæ & S.P.N. favoribus beatissimi. Venerii alterius Mon. Camald. Ven. Franconis Abb. Affligemienfis.

XVIII. CAL. OCTOB.

XIV. Septemb. E. Vnni Archiepisc. Bremenf. Daniæ, Sueciæ, Gotth. Apostoli. Lucæ Manzoli S. R. E. Cardin. tit. S. Laurentii. Cornelii Rorichii Abb. & Mart. Stephani Conuersi Grandis-sylvæ. Petri Abb. Morimund. SS. & BB. Montis Virginis. Ansberti Rotomag. Archiep. translatio. Bertiliæ Virg. & Principis translatio. Gudilæ Virg. Mon. Nivell. translatio. Dedicatio miraculosissima Sacelli Deiparæ Einlidlenfis.

XVII. CAL. OCTOB.

XV. Septemb. F. Octava Nativitatis Matris Adm. Virgin. BENEDICTÆ per Innoc. IV. Instituta. Emilæ & Hieremiæ Mon. Mart. Cordub. Aichardi Abb. Gemet. 900. SS. Confess. Patris, Deiparæ additissimi. Gertrudis Monialis Saxonicæ. Radonis Mon. Radolienfis thesauro Regio præfecti genere perillustri. Achardi Mon. Clarævall. alterius Antonii. Ligerii Mon. & Fund. Dunensis. Milonis Mon. S. Amandi. V. Kothelindis inclusæ ad S. Galli.

XVII. CAL. OCTOB.

XVI. Novemb. G. Rogelli Mon. Cordub. & Martyris. Edithæ Virg. Edgari Regis filiæ Monach. Wiltoniensis. Victoris III. Pont. max. mon. Casinatis, Principis Beneventani. Martini Episc. Seguntini. Iuliz III. Horrei Trever. Abbatissæ. Gzelini Abb. S. Solutoris. Milonis Abb. Chalifienfis. Brunonis Abb. Schirensis.

DECIMO-QVINTO CAL. OCT.

XVII. Septemb. A. Lamberti Episcopi & mart. Leod. Patroni, Taxandriæ &c. Apostoli.

Hil-

MENOLOGII BENEDICTINI.

Hildegardis Virg. Prophet. Oraculi Pontificum & Cæsarum. Vincentii Hannoniæ Illustrissimi Principis & Mon. translatio.

Columbæ Virg. & Mart. Cordub. Amandi Gandensium Apostoli elevatio.

Rodingi Episcopi, Abb. Belliloc. annos 121. nati.

XI. CAL. OCTOB.

Casimiri Abb. Olivenfis & Soc. Mart. Stephani Conuersi Clarævall. XXI. Septemb. E. Alpaidis Pœnitentis. Alijs heri. Martini S. R. E. Cardin. & Legati Apostol. Hiltrudis Virg. Lætiensis Wigberti Principis filiæ translatio. Bonifacii Abb. Cisterciensis. Geremari Abb. Flaviacensis. Lamberti Mon. Vallcellensis. Launomari Abb. Corbionensis plurimorum Monach. Patris.

XIV. CAL. OCTOB.

XVIII. Septemb. B. Arnulphi Abb. Novalitiæ & Mart. Bonifacii V. Pont. Max. Deiparæ additissimi. Pauli Capuani Mon. Casinatis. Richardis Imperatricis Mon. Andloviensis. Nicolai Abb. Instit. Festi Præsentationis B. M. V. Lindani Apuli Mon. Casinatis. Landelini Abb. elevatio. Vulchini Abb. Sichemenfis. Walpurgæ Regiæ Virg. & Abb. translatio.

X. CAL. OCTOB.

Hugonis Mon. Curie Dei febricitantium Patroni. XXII. Septemb. F. Stephani Abb. Clarævall. Emmerammi Episc. & Mart. Bojorum Eutitij Abb. & Confessoris. Apostoli & Protectoris. Winoci Abbatis, Regii generis translatio. Salabergæ Sicamborum Principis Vid. Ven. Bertholdi Abbat. Weingartenfis Abb. Deiparæ dilectæ. Cultoris Deiparæ præcipui. Ioannis Abb. Tornodorensis. Ven. Waltrammi Monachi S. Galli. Lutrudis Virgin. Monach. Sanct. Mauritij.

XIII. CAL. OCTOB.

XIX. Septemb. C. Girardi Episcopi Tornacensis. Theodori Archiep. Cantuar. Anglorum Homodei Monachi Vallumbrosani. Apostoli. Mauriti Abb. S. Martini Ghryssipponensis.

NONO CAL. OCTOB.

XXIII. Septemb. G. Pomposæ Virg. Mon. Pinnensis & Mart. Rudolphi Episcopi Aberdonensis. Sequani Abb. Segestrenfis. Siræ Virgin. Mon. Brigenfis, Eugenij IV. Scotorum Regis filiæ. Arnulphi Vapincensis Episcopi. Petri Bartii Prioris Cælest. Nicandri Abb. Messan. & Soc. Plurim. SS. Mart. Cæn. Ofech. Simeonis Monachi Camald. Guidonis Abb. Carolilocensis. Sophiæ Abbat. in Hovenen. Adraldi Abb. Brementensis. Balsami mon. S. Anastasij in Vrbe Deiparæ dilecti. SS. & BB. Monast. Luxovienf.

XX. CAL. OCTOB.

XX. Septemb. D. Ratherij Episc. Veron. & Leod. Com. Illustrissimi Vienensis, Hæresum triumphatoris. Gerardi Mon. erem. prope Coloniam. Ioannis Eustachii Abb. Iardineti. Nicandri Abb. Messan. & soc. alii heri. Franconis de Laken Conuersi Villariensis. Sacro-Sanct. & BB. Hiberniæ Abbat. & Mon.

XXIV. Septemb. A. Gerardi Episcopi Mart. Vngar. Apost. & Protomart. Cultoris Deiparæ mirifici. Innocentii II. Pont. Max. Hermanni Contracti Mon. Augiensis Deiparæ dilecti depositio. Nosalias.

(.) (.) (.) (.) (.) (.) Nico-

NOMENCLATOR

Nicolai Episcop. Roschildensis, genere Principis, professione Monachi.
 Arnaldi Abbat. Cisterciensis.
 Plurimorum Mon. Martyrum Nonantulani Monasterii.
 Mariæ Vela Monialis Abulensis Deiparæ dilectæ.
 Ifarni Abb. S. Viç. Massilia.
 Geremari Abb. Belvac. alij alias.
 SS. Chunaldi & Gifilarii Mon. Apostolicorum.
 Ruperti Episc. I. Salisb. & Apostolici Bajorum translatio.
 Othmari Abb. Sangall. translatio.
 Wunibaldi Abb. filij. S. Richardi Regis translatio.

VII. CAL. OCTOB.

XXV. Septemb. B.
 Ceolfredi Abbat. SS. Petri & Pauli in Anglia.
 Theodorici Abb. Croyland. & soc. Martyrum.
 Andalgifi, alias Grimonis Dagoberti Regis nepotis Mon. Theolog.
 Hermenfredi Abb. Cusantia.
 Cæsarij Prioris Heisterbacensis.
 Balduini de Bocla Mon. Gandav. Deiparæ dilecti.
 Wivinzæ Virg. Abb. translatio.
 Ven. & Sanctiff. Cassiodori Magni V. C. Monachi Castellensis.

VI. CAL. OCTOB.

XXVI. Septemb. C.
 Nili Abbatis & Fund. Crytæ-ferratæ.
 Ioannis Medæ Instit. Sanctiff. Ord. Humiliatorum.
 Meginhardi Abb. Hirsfeldensis.
 Hebbæ Abb. Medeshamstedensis & soc. Mart.
 Luciaz Mon. Calatagironensis.
 Odani Archiepiscopi Armachani.
 Henrici Mon. Cist.
 Flori Principis Monachi Glanofol. alij alias.
 Waltheri Abb. Viconiensis.
 Annæ de Villaroël Monach. Abulensis Obiit 1600.

QVINTO CAL. OCTOB.

XXVII. Septemb. D.
 Hiltrudis Virg. Spontæ Hugonis Burgundiaz Principis Mon. Lætiens.
 Auremundi Abb. Mariacensis.

SS. plurimorum Mart. Mon. Prussia.
 Ætherij Episcopi Oxomensis.
 Ginguriani Conversi Monasterii Sanct. Gildæ.
 Ioanæ Abbat. Cl. font. March. Luxemb. Deiparæ dilectæ.
 Lulli Abb. Illmonaster.
 Hadelogæ Virg. Mon.
 Yuttæ Virg. Abb. Weinbrunnensis.
 Gilberti Monachi Cl. vall.
 Bonfilii Episc. Fulginatis.

QVARTO CAL. OCTOBR.

XXVIII. Septemb. E.
 Wenceslai Ducis Boemorum & Mart. Protectoris Regni.
 Liobæ Virg. Abb. Regii generis S. Bonifacij cognatæ.
 Thiemonis Archiepisc. Salisb. & Mart. è Ducibus Bojorum.
 Laurentij Mon. Dunensis, Deiparæ charissimi.
 Matthæi Mon. Hemmenrod.
 Fulcardi Conversi Cl. vall.
 Dodonis Abbatis Uvaslariensis.

TERTIO CAL. OCTOB.

XXIX. Septemb. F.
 Triumphus S. Michaëlis Archang. & Institutio Ord. nostri de Ala.
 Luthwini Archiepisc. Trever. Ducis Lotharing.
 Lotharij I. Roman. Imper. Monachi Prumiensis.
 Vrsionis Mon. Infulensis.
 Ioannis à Monte-mirabili è Regibus Galloriundi mon.
 Hermanni Abb. Waldassensis.
 Gislens Episc. & Conf. translatio.
 Disibodi Episcopi translatio.

PRIDIE CAL. OCTOB.

XXX. Septemb. G.
 Honorij Archiep. Cantuariensis, viri Apostolici.
 Otthonis Episcop. Bamberg. Pomeran. Apostoli Deiparæ addictissimi.
 Conradi S. R. E. Card. Guelphi Principis Deiparæ studiosissimi.
 Benedicti Monachi morerolæ.
 Simeonis mon. Comitum Veromanduz Illustrissimi.
 Muricherodachi inclusi Ratispon.
 Guillelmi Abb. Clarævall.
 Ven. Marcelli Scoti Monach. Sanct. Gall.

MENOLOGII BENEDICTINI.

MENSIS OCTOBER.

QVARTO NONAS OCTOB.

CALENDIS OCTOBRIS.

I. Octob. A.
 Bavonis Mon. Gandensis Regio genere nati, Comitum Hasbania.
 Eobani Episc. Traject. & Mart.
 Nicetii Episc. Treverensis ex Mon. Sanct. Maximini.
 Michaëlis & 36. Soc. Mart.
 Walnulphi ex Episc. Scotia Monachi S. Cislens viri Apostolici.
 Benedicti Mon. Rothomag. Illustri genere nati.
 Lotharii Imp. Aug. Monachi Prumiensis, alij alias.
 Virili Abb. S. Salvat. Legerensis.
 Montanæ Virg. Abb. Cavensis filia Pipini Ducis.
 Vlrici Mon. Villariensis.
 Neemiaz Episc. Cluanensis.
 Dedicatio Casinensis Basilicæ per Alexand. II. PP.

SEXTO NONAS OCT.

II. Octob. B.
 Leodegarij Principis Episcopi Augustodun. & Mart. Mon. Luxov.
 Theophili Monachi & Martyris.
 Urbani IV. Pontif. Max. Monachi Fossæ novæ, Inst. Festi Corp. Christi.
 Beregisi Abb. Andanensis.
 Godefridi Pachonii Mon. Villar. Deiparæ amplexu beatissimi.
 Theobaldi Campaniæ Principis Mon. Claræ-vall.
 Richarii Abb. Pontin.
 Godefridi alterius Mon. Villar.
 Dedicatio Archimonasterii Rhemensis per S. Leonem X. PP.

QVINTO NONAS OCTOBR.

III. Octob. C.
 Ewaldorum fratrum 2. Mon. Apostolorum German. & Martyrum.
 Gerardi Abb. Broniensis Austrasia Ducis.
 Froilani Episc. Legionensis.
 Vlthonis Abb. Metensis luis Gallicæ profligatoris.
 Geraldus Aurelian. Illustrissimi Comitum voto nostri.
 Irmengardis Abb. Poudensis.
 Godefridi Villar. Deiparæ dilecti.
 Hervæi Abb. Vrsicamp.

IV. Octob. D.
 Auræ Virg. Abb. Paris. Illustr. generis.
 Donati Mon. & Mart. disc. S. P. N. BENEDICTI.
 Guidonis Abb. Balmenf. è Ducibus Burgundia.
 Mimborini Scoti Abb. Colon.
 Ervei Abb. regio genere nati, aliis heri.
 Obizonis Mon. Casinensis.
 Mariæ Virgin. Abb. de Carrizo, regij generis.
 Floriberti Abbatis.
 V. Dionysij cogn. Exigui script. celeberrimi.

TERTIO NON. OCT.

V. Octob. E.
 Placidi Protomart. Ord. disc. S. P. N. Augustissimi generis & loc.
 Attilani Episc. Zamorensis.
 Gallæ Viduæ Symachi V. C. filia.
 Aymardi Abb. Cluniac. Princ. de Angolisme.
 Rixfridi Episc. Ultraject.
 Ioan. Episc. Valentin.
 Sueri Abb. Macenaria.
 Guercwici Abb. Waldassensis.
 Lubentii Abb. & Confess.
 Meinulphi Mon. Paderborn. Deiparæ dilecti.
 Ven. Henrici III. Imper. Aug. voto nostri.

PRIDIE NONAS OCTOB.

VI. Octob. F.
 Modestæ Abb. Treverensis in Horreo.
 Malachi Lestmorensis Episcopi.
 Balduini S. R. E. Cardin. Archiepiscopi Pifani.
 Iunij monachi Lindisfarn.
 Epiphaniæ Virgin. mon. Papiensis, filia Rachis Longobardorum Regis.
 Odonis mon. Cist.
 Galtheri Abb. Stupensis.
 Valentini Abb. Romani.
 SS. & BB. monast. S. Æmiliani.
 Quintiniani Abb. Inventio.

NONIS OCTOB.

VII. Octob. G.
 Osthæ Regina Virgin. conjugis, & Martyris.

NOMENCLATOR

Humberti Prioris Burbacensis.
Virgilii Archiepiscopi Arelat. suæ Vrbis
præcipui Tutelaris.
Walderici Abb. Antifiod.
Ioann. Ravenatis Mon. Casin.
Martini Abb. Vallis Paradisi.
Walparti Mon. S. Galli.
Hanydis Abbat. Clarifontis Principis
Luxemb.

OCT. ID. OCTOB.

VIII. Octob.

Fulgentii Episc. Astigitani Regii generis
Ostrogoth.
Ragenfredis Virg. Abb. Donon. Princi-
pis Illustrissimæ.
Valeriæ & Pollenæ Virgin. Hunonis-cu-
riæ.
Badilonis Abb. Luthofæ.
Beatricis Mon. Inft. Ord. de Conceptio-
ne Beat. Mar. V. favoribus Illustrissi-
mæ.

Compagni Prioris de Porcilia.
Eliæ Abbatis Dunensis.

Arnwalis Mon. viri Apostolici.
SS. & BB. Heisterbacensium.
Eloquii Abb. Walciodor. elevatio.

SEPT. IDVS OCTOBR.

IX. Octob.

Gisleni Archiep. Athenarum, Belgarum
Apostoli Mon. Vrsidungij.
Deusdedit Abb. Casin. & Mart.
Guntheri Mon. Altaich. S. Stephani Re-
gis cognati.

Gofwini Abb. Aquiscinctini.
Alelmi Abb. item Aquiscinct.
Gerardi Abb. Novæ-vallis in Suecia.
Rodofindi Compostell. Episcop. Cano-
nizatio.
Sybillæ de Gagus Aquiriensis Mon. ele-
vatio.

Ven. Ioan. Iacobi Inft. Congregationis S.
Vrsulæ, obiit 1621.

SEXTO IDVS OCT.

X. Octob.

Paulini Archiepisc. Eboracensis Anglo-
rum Apostoli.
Teutechildis Virgin. Abbat. genere Il-
lust.
Venantii Mon. & Martyris.
Aldrici Archiepisc. Senonensis, Principis
Vastinensis.

Gundislavi Abb. Iunienfis.
Iordani Mon. Hemmenrodenfis.
Richardi Abbat. & Conf.
Ven. Henrici Principis Lusit. Ordin. de
Christo. &c.
Dedicatio solemnissima SS. Congr. nost.
Cælest.

QVINTO IDVS OCTOBR.

XI. Octob.

Canici Abb. & Conf. in Scotia.
Edilburgæ Virg. & Abb. Bercking,
Iulianæ Virg. Mon. Rotomag. è Regibus
Gall. oriundæ.
Lotharii I. Abb. Helmenstider.
Henrici Episcopi Winton. Stephani An-
glic. Regis germani.
Roderici Mon. Morerolæ.
Paldonis Abb. Sanvincentini.
SS. & BB. Corbeix Saxonum.
Ven. Anonymi Abb. Boici.

QVARTO IDVS OCTOBR.

XII. Octob.

Wilfridi Archiepisc. Eborac. Austr. Sax.
Apostoli, Regii generis, Deiparæ cul-
tu præcipui.
Eustatij Abbat. Luxoviensis.
Simperti Episcopi August. Mon. Mur-
bac. Ducis Auftraxia.
Harlindis Virg. Abb. Eickenfis.
Eustachii Abbatis de Flay.
Rudolphi Generalis Camaldul.
Gerald Mon. & Conf.
Mariæ Van den taale Priorissæ in Mnyl-
sen.

TERTIO IDVS OCTOBR.

XIII. Octob.

Colmani Monachi Britann. & Martyris.
Venantii Abb. Turonensis.
Chelidonæ Virgin. Abb. apud Sub-
lacum.

Hermann Conuersi Sangallens. & Mart.
Gerald Com. Aurelian. Voto nostri.
Gerardi Abb. Sueffion.
Gerbrandi Abb. Claricampensis.
Gilberti Gilbertinorum Institutoris Ca-
nonizatio.
Maurini Abb. & Mart. inventio.
Lamberti Episcop. & Mart. Tung. com-
mem.
Dedicatio Clarævall. basil.

Dedi-

MENOLOGII BENEDICTINI.

Dedicatio solemn. Dunensis.
V. Bernardi Etuderii Abbat. qui obiit
1608.

PRIDIE IDVS OCTOB.

XIV. Octob.

Burcardi I. Herbipolensium Episcopi &
Patroni, Apostoli Germaniæ.
Dominici Loricati pœnitentium omniū
speculi Flagell. Inft.
Bernardi Monachi Confess.
Cosmæ Maiumensis Episcopi.
Notkeri cogn. Physici Monach. Sanct.
Galli.
Alani Altifiodorensis Episcopi.
Ioannis Abb. Cist.
Gaufredi de Moleduno Sorensis Episco-
pi genere Illust.
Claræ Belloprat. Abbatissæ.
Venantii Abb. S. Mart. Turon.
Ven. Burcardi cogn. Ingeniti Abb. Sanct.
Galli Principis lectissimi.
Ven. Diethmari Abbat. in Weingartten
genere & virtute perillustri.

IDIBVS OCTOBR.

XV. Octob.

Hedwigis Ducissæ Poloniæ Monialis
Trebniac. cultu Deiparæ Illust.
Brunonis Ruthenorum Apostoli Episc.
Mart. & Tutelaris, è Ducibus Saxon.
Theclæ Abbat. Eizingensis.
Aureliæ Gall. Regisfam. Monach. Ra-
tispon. &c.
Richwini Mon. Hemmenrod.
Elisabethæ Abbat. in Hoven.
Galtheri Episc. Altifiod. & Mart.
Otthmari Abb. & Notkeri Mon. S. Galli
translatio. 1628.
Oswaldi Wigorn. Episc. translatio.

DEC. SEPT. CAL. NOVEMB.

XVI. Octob.

Calli Abbatis, Helvetiorum Apostoli Ke-
ternaci Regis filii.
Lulli Archiepisc. Moguntin. genere Illu-
strissimi, Saxonum Apostoli.
Bercharii Abb. Altvillar. & Mart.
Mummoleni Episc. Noviomenfis.
Gordanii Mon. & Eremitæ.
Magnobodi Andegavenfis Episc.
Baldrici Abb. Sigeberti Regis filij Deipa-
ræ additissimi.

Balduini Archiepisc. Cantuar.
Bernardi Episc. Viquensis, viri Aposto-
lici.
Balduini de Bocla. alii alias.
Dedicatio celeberrima S. Petri Rotho-
mag.

XVI. CAL. NOVEMB.

XVI. Octob.

Andræ Cretensis Mon. & Mart. Deipa-
ræ additissimi.
Alberici S. R. E. Cardinalis Sacramenta-
riorum Triumphatoris.
Auftrudis Principis, Virgin. Abbat. Lau-
dun.
Comini Abbatis, disc. Sanct. Colum-
bæ.
Stephani Bernardotti Mon. Cluniac.
Gilberti cogn. Magni, Abb. Cist.
Itani Abb. Britanni.
SS. & BB. Hirsaugiens.
Ven. Chrysofom. à Conceptione nostræ
ætatis speculi.

XV. CAL. NOVEMB.

XVII. Octob.

Commemoratio B. M. V. de Affligemio
Sanct. Bernardum in imagine prodi-
giosè salutantis.
Bennonis Episcopi, Mon. Hamburg.
Wandalorum Apostoli.
Mononis Monachi & Martyris.
Guichardi Mon. Clarævall.
Adalberti Abb. S. Emmérammi.
Insignis Commemoratio gratiæ à Dei-
para S. Ildephonso factæ.
Triumphus prodigiosissimus S. Emilia-
ni, liberata Hispania.
Aleydis vid. translatio.
Translatio S. Brioci.
Ven. Arnoldi Dynastæ de Kuppingeri
abb. Weingart.

XIV. CAL. NOVEMB.

XIX. Octob.

Fredetwindæ Virgin. Mon. Oxonienfis
spontæ Algari Princip. Angliæ.
Ethbini Abb. Tauracensis.
Winwaloci Abb.
Amabilis Abb. & Patroni Arvernensis.
Desiderii Abb. Bituric.
Amadei Dynastæ Albæ Ripæ Mon. Bo-
navall.

NOMENCLATOR

Eutromii Abb. & Confess. Henrici alterius Monach. Villar. Alij
Elisabethæ de Spalbech Virgin. mon. SS. aliàs.
Stigmatibus insignis.
HYMERII EPISC. & PATRON. AMERINI. DECIMO. CAL. NOVEMB.
AMATI EPISC. TRANSLATIO. XXIII. Octob. B.
WILLIBRORDI EPISCOP. FRISIORUM APOSTOLI
translatio. Benedicti Monachi Pictaviensis.
Ven. Brunonis è Ducibus Saxon. Mon. Theodori Monachi, German. Apostoli
Querfurd. focij S. Galli.
Oda Viduæ Mon. Amaniensis, Ducissæ
Aquitaniæ.
XIII. CAL. NOVEMB. Leothadii Aufciorum Archiep. & Popu-
loniæ Primatis.
Romualdi Mon. Montis Coronæ.
XX. Octob. F. Richmundis Virg. Mon. Deiparæ addi-
ctissimæ.
Sindulphi Monachi disc. S. Bafoli. Romualdi Mon. Montis Coronæ.
Irenes Virg. & Monialis Nabanimensis, ac Martyris. Richmundis Virg. Mon. Deiparæ addi-
ctissimæ.
Vitalis Episcopi Salisburg. Viri Aposto- Gauzelini Mon. Clarævall.
lici. Sacro-Sanct. BB. Congreg. Glanofolien-
Wendelini filii Regis Scotiæ, Abbat. To- sis.
leiensis. Amandi Episcopi German. Apost. ele-
Guillelmi Abb. Savigniacensis. vatio.
Elisabeth. Virgin. Mon. Beat. Mar. V. de
Arauca. NONO CAL. NOVEMB.
XII. CAL. NOVEMB. XXIV. Octob. C.
XXI. Octob. G. Maglorii Episc. Dolensis, Dolensium &
Parisiensium Tutelatis.
Wimonis Archiepisc. Bremensis Sueciæ, Martii Eremitæ disc. S. P. N.
Gotth. Daniæ Apostoli. Martini Abbatis Vertanensis, illustri ge-
Condedi Monachi Fontanellensis Deiparæ addictissimi. nere.
Gebizonis Monachi Casinensis. Archandi I. Abbat. SS. Ferreoli & Fer-
Wolfi Turonensis Stylitæ. rutij.
Bertholdi Episcopi, Apostoli, & Martyris Senoch Abbatis prope Turones.
Livoniæ. Modoni & Medani fratrum Scot. Mona-
Alani Monachi de Arauca. chororum.
Bertholdi Conversi Parmensis. Hermenfredi Viridunensis Episcopi.
Audomari Episcop. Tarvanensis eleva- Manucti Mon. Cist.
tio. Bernardi Monachi Grandis-silvæ.
Georgii Mon. Parisiens. translatio. OCTAV. CAL. NOVEMB.
XI. CAL. NOVEMB. XXV. Octob. D.
XXII. Octob. A. Raperti Monachi S. Galli Regii generis
antiq. Saxonum.
Bertharii Abbat. Casin. & societ. Marty- Dulcardi Abb. Ambiliacensis.
rum. Lutgardis de Solernheim Mon. Aquir-
Merovæi Mon. Bobiensis, viri Aposto- riensis.
lici. Offæ Orientalium Saxonum Regis &
Lupentii Abbat. Gaballitani & Mart. Monachi.
Ruandi Episc. Ventensis. Hildemarchæ Abbat. Fiskanensis.
Henrici Conversi Villariensis. Plurimorum SS. Mon. Mart. Serichen-
Wigandi. Prioris Waldassenensis Deiparæ beckensis Carnobii.
& S. Ioan. Evang. studiosissimi. Quadraginta sex Monach. Mart. Cist.
Guinaili Abbat. Comitum Britannia, alij Othmari Abb. Sanct. Galli translatio,
aliàs. Albin Episc. Andegav. translatio.
Ven.

MENOLOGII BENEDICTINI.

Ven. Dionysij de l'Argentier Abb. Clar- Ioannis & Candidi discip. B. Mariani.
vall. qui obiit 1624. Eusebiæ Virg. & Abb. Dononienfis ele-
Cluniacensis basilicæ celeberr. dedicatio vatio.
per Innocent. II. Pont. QVARTO CAL. NOVEMB.
SEPTIMO CAL. NOVEMB. XXIX. Octob. A.
XXVI. Octob. E. Theudarii sive Theodori Abb. Viennien-
Commemoratio Matris Adm. à filiis suis sis.
BENEDICTÆ, &c. Ermelindis Virgin. Mon. Meldricensis,
Albuini Frislaricensis Episcopi, Thuringiæ genere Illustr.
Apostoli. Margaritæ Comit. Spanheim. Priorissæ
Ioannis Alnenfis & focij, Martyrum. Bisingij.
Congani Abbatis Surienfis in Hiber- Elfedæ Virg. Monial. Ramescensis Re-
nia. gij generis.
Bernardi Mauriacensis Episcopi. Regimbaldi Abb. Balmensis.
Dulcardi Abb. Ambiliac. alij heri. Afferis Mon. Bertinensis.
Sacro-S. & BB. Abb. & Mon. Bertinen- Idæ de Leuvis Virgin. de Rameya Mon.
sum. Deiparæ dilectæ.
Amandi Traject. Episc. ordinatio. Petri Catalaunensis Monach. Claræ-
Ermini Laubient. Episc. elevatio. vallis.
Ven. Margaritæ Ducissæ Bavar. Abbat. Gregorii Virg. Mon. Rom.
Neoburgensis. Ven. Ioan. VI. Pont. Max.
SEXTO CAL. NOVEMB. TERTIO CAL. NOVEMB.
XXVII. Octob. F. XXX. Octob. B.
Tetræ Virg. Abb. Weinbrunn. Cuthberti Foillani Episcop. Hannoniæ Apostoli,
Angl. Regis filiz. Martyris & Tutelaris Philtani Hyber-
Werdini Abb. Hydruntini. niæ Regis filij.
Plurim. Sacro-S. Monach. & Monialium Hiberni sive Heberni Archiepiscopi Tu-
Bercking. ronensis.
Mefridi Prioris Everbacensis. Ægelnothi Archiep. Cantuar. Agelmarij
Hemelinx Virg. Mon. Cist. Comitis filij.
Amelbergæ Principis elevatio. Convallani Abb. Scoti.
Eusebiæ & Gertrudis Abbatissarum ele- Petri cogn. Cuculi Mon. Casin.
vatio. Rayneri Monach. Villariens. Deiparæ di-
Amandi Episcop. Tungr. Commemo- lecti.
ratio. Azonis Mon. Casin.
Ven. Ioannis Scoti Monachi. Stephani Episcopi Calatini.
Ven. Lamberti Episc. Brandenburg. V. Theresæ Marchionissæ de Velada
1590.
QVINTO CAL. NOVEMB. Ifani Abb. disc. S. Eltuti.
XXVIII. Octob. G. Ven. Winihardi Mon. S. Galli.
Faronis Episcopi Meldensis, Principis Ven. Hervæi de Villa-pirofa Abb. Majoris
Burgundiæ. Monasterij.
Dodonis Abb. Wasleriensis. PRID. CAL. NOVEMB.
Briolayæ Virgin. Monialis Eboracen- XXXI. Octob. C.
sis. Wolfgangi Ratispon. Episcopi & Patro-
Rainerii Monachi Casinensis & Marty- ni, Vngar. Austriæ, Carinth. Apostoli
ris. Com. Pfulingens. Deiparæ addictissi-
Egberti Conversi Villar. Deiparæ aman- mi.
tissimi. Noitburgis Principis Monial. Coloni.
Mamilani Abb. Hispani. Deiparæ addictissimæ.
Agilbodi Monachi Bobiensis. Foillani

NOMENCLATOR

Foillani Episc. & Martyris Festum Foffis, aliis heri.

Giffæ Mon. dioc. S. Guthlaci.
Libertini Abb. Fundani.
Apollonii Monachi Cist.
Ladislai Conuersi Poloni Deiparæ favore illustrissimi.
Iuttæ Virg. Monialis Bechburenfis.
Ven. Stephani Monachi Santgallenfis.

MENSIS NOVEMBER.

CALENDIS NOVEMBRIS.

I. Novemb. D.

Festum omnium Sanctorum per S. Bonifacium IV. & Gregorium IV.
Vigoris Episcopi Bajocensis.
Florberti Abb. Blandin. Gandensium &c. Apostoli.

Genesij Archiepisc. Lugdunensis.
Severini Monachi Tyburtini.
Hermenegildi Mon. Beat. M. V. de Salzedæ.

Richardi Mon. Paffebornensis.
Spinelæ Mon. in Arauca.
Bernardi Narbonensis Mon. Cluniac.
Bonifacii Archiepiscop. Mogunt. Mart. translatio.

Translatio Reliquiarum in Monte S. Disibodi.

QVRRTO NONAS NOVEMB.

II. Novemb. E.

Commemoratio Omnium Fid. Defunct. instituyente primum S. Odine Abb.

Ambrosij Abb. Agaunensis.
Malachiæ Archiepisc. & Primatis Hiberniæ, contra Pestem Patroni.

Beuoi Monachi Angli.
Bernardi Narbonensis, Mon. Deiparæ dilecti.

Lauteni Abbatis Balmenfis.
Plurimorum SS. Cister. in Gall. commemoratio.

Plurim. SS. Martyrum Cænobii B. M. V. Grumaym.

Petri Dagnimi Prior. Camald.
Theodori Abb. Vionensis.

Amici Mon. Casin. & Eremitæ.
Waldetrudis Principis Hannon. translatio.

Ven. P. Bernardi Catalani de Calatrava, Deiparæ devotissimi. 1606.

TERTIO NONAS NOVEMB.

III. Novemb. F.

Pirminii Episcopi Meldensis German. Apostoli.

Malachiæ Archiepiscopi festiuitas. Heri impedita.

Wenefridæ Principis Virgin. Monach. & Mart.

Guinaili Abb. Corbolienfis.
Amici Mon. Casin.

Pardulphi Abb. Lemovic.
Bertholdi Abb. Engelbergenfis.

Tezelini Monach. Cl. vall. Deiparæ dilecti.

Christiani Episc. Dunensis.
Edithæ Virg. Mon. translatio.

Venerii Abbat. translatio.

PRID. NONAS NOVEMB.

IV. Octob. G.

Modestæ Virgin. Abb. Trever. Deiparæ charæ.

Bertillæ Virgin. Abb. Calensis.
Gerardi Mon. Andegavenfis Deiparæ favore Illustrissimi.

Henrici Monachi S. Blasij Prioris Ochsenhuf.

Gregorij Abbat. Porceti, Nicéph. Constantinop. Imp. filij.

Henrici Conuersi Hemmenrod. Deiparæ chari.

Vdardi Brechinentis Episc.
Hakeri I. Abb. Dunensis.

Valentini Abb. S. Georgij.

NONIS NOVEMB.

V. Novemb. A.

Læti Monachi & Portarii Miciacensis.
Malachiæ Archiepisc. festiuitas, aliis 3. aliis 2.

Salomonis Armoricæ Regis Monachi S. Maiani & Martyris.

Garfiæ S. Abb. Oviensis.
Ailrici Angli disc. S. Godrici.

Ioan. Monachi Casinatis disc. Sanct. Romualdi.

Ruperti Abb. Limburgensis.
Elisabethæ Mon. Aquiriensis.

Paulini & Augustini discip. S.P.N. Inuentio.

Ven. Elisabethæ Cueto Monialis Abulensis A.C. 1603.

OCTA-

MENOLOGII BENEDICTINI.

OCTAVO IDVS NOVEMB.

VI. Novemb. B.

Leonardi Abb. Nobiliacensis Illustri genere nati.

Felicis Monachi Fundani.
Winoci Abbatis Iudaelli Britannicæ min. Regis filij, viri Apostolici.

Gaufridi Virdunensis Mon. Cl. vall.
Rusticj Vallumbr. Abbatis.

Beatricis Monialis Olivensis Deiparæ cultu ferventissimæ.

Columbini Monachi Sublacensis.
Gisleni Episc. translatio.

SEPT. IDVS NOVEMB.

VII. Novemb. C.

Herculani Episc. Perusini & Mart.
Willibrordi Episcop. Traiect. Borealium Regnorum Apostoli.

Florentii Episcopi Argentorat. Alfatarum Apostoli.

Pauli Lamps Mon. Floreff. & Mart.
Vulgisi Monachi Borealium Apostoli.

Guisberti Prioris Bebenhausani.
Ernesti Abb. Zwifalt. & Mart.

Hunegundis Virg. translatio.
Ven. Perthæ reclusæ ad S. Galli.

SEXTO ID. NOVEMB.

VIII. Novemb. D.

Octava Reginæ Martin. & Omnium SS. per S. Bonifacium IV.

Willehadi I. Bremensium Archiepiscopi Magni Frif. & Sax. Apostoli.

Godefridi Episcopi Ambianensis.
Monachorum 126. Martyrum Majoris Monasterii.

Gregorii Abb. Einsident. è Regibus Angliæ.

Hugonis Mon. Sanct. Victoris Mafsilæ.
Egberti Archiepiscopi Eboracensis.

Godefridi Abb. Clarævall.
Ven. Placidi de Luzuriaga. Abb. Ferrar. sing. nostræ æt. tyderis.

QVINTO ID. NOVEMB.

IX. Novemb. E.

Eustoliæ Romanæ, & Sopatræ f. Mauriti Imp. Augusti VV. Mon.

Nongentorum Mon. Martyrum Benchorensum.

Fulcardi Abb. Mont. S. Disibodi.

Godefrid. Episc. Lingonensis.
Nicolai Conuersi opilionis Villar.

Henrici Episc. Lubecensis.
Alberonis Abbat. Dunensis Theodorici Principis Fland. cogn. Elfatii nepotis.

Odoarii Abb. S. Zachariæ.
SS. & BB. S.P.N. BENEDICTI discipulorum primorum.

QVARTO ID. NOVEMB.

X. Novemb. F.

Iusti Archiepiscop. Cantuar. Anglorum Apostoli.

Ioannis Scoti Doctoris eximii & Mart.
Bundolini Episc. Alexandriæ de Palea.

Alquirini Mon. Clarævall.
Ioannis Episcopi, Apostoli & Mart. Melchburgensis.

Andræ I. Abb. Carolilocensis.
SS. & BB. Saltus Vofagi Monach. & Monialium.

TERTIO IDVS NOVEMB.

XI. Novemb. G.

Bartholomæi Abb. Cryptæ ferratæ.
Berthuini Maloniæ Episcop. Martignæ Apostoli Deiparæ studiosissimi.

Sergii Episcopi Damasceni.
Ælfledæ Æthelredi Regis Merciorum sponsæ Virg. Mon. Glaston.

Oziliæ reclusæ Leodiensis.
Henrici Abb. Heisterbac. Deiparæ studiosissimi.

SS. & BB. Camaldulensium.

PRIDIE ID. NOVEMB.

XII. Novembr. A.

Æmiliani Ab. Cogellienfis præcipui Hispan. Patroni post S. Iacobum Apostolum.

Benedicti Matthæi &c. Mon Mart.
Livini Archiep. Flandr. & Brabant. Apostoli, & Martyris.

Lebuini Sicambrorū, Iuliac. Clivenf. &c. Apostoli.

Gertrudis Magnæ Abb. Elpedianæ. De qua alias.

Anastasi Archiepisc. Strigon.
Rudolphi Abb. Vallumbr.

Ioannis Prioris Cl. vall.
Christophori à Christo Martyris.

Hildelid. Abb. alii alias.

IDI-

NOMENCLATOR

IDIB. NOVEMB. Edmundi Archiepisc. Cantuar. Deiparæ sponfi lectissimi.

XIII. Novemb. B. Leoniani Abb. Viennensis. Simeonis Abb. Cavenfis. Benedictæ & Cæcilie Abbatissarum Sweftrenfium. Andreæ Monachi Bonæ-vallis. Martini Novitii Vallis Ecclesiarum Deiparæ charissimi.

DECIMO-OCTAV. CAL. DEC.

XIV. Novemb. C. Laurentii Episc. Dublin. Lageniæ Principis Deiparæ charissimi. Sidonii I. Abb. Rotomagensis. Plur. SS. Virgin. Monialium Eliensium & Martyrum. Vitingi & Hugonis Abbatum & Martyrum. Letaldi Mon. Cist. Eugenio Abb. Aferoënsis & Mart. Elisabethæ Principis Iuliaci, Abb. Burnevicensis. Erconvaldi Episcop. Londin. translatio.

XVII. CAL. DECEMB.

XV. Novemb. D. Machuti five Maclovii Episc. & Patroni Alethenfis Canariarum Apostoli, 133. annos nati. Abbonis abbat. Floriac. & Mart. aliis 13. hujus. Inadoci Mon. Bertin. Iudicælis Armoricæ Regis filij. Catharinæ Perez. Mon. Castrenfis uno SS. vulnerum in pede donatæ. Everhardi Templariorum noft. Magistri Generalis. Henrici Archiepiscopi Rhemensis. Tritelmi Monachi Scoti. Walderici Monachi Montis Falcomi.

XVI. CAL. DECEMB.

XVI. Novemb. E. Othmati Abb. S. Galli Illustri genere nati.

XV. CAL. DECEMB.

XVII. Novembr. F. Gregorij Episcopi Turontensis Sabellianismi &c. Profligatoris. Hildæ Virg. Mon. Streneshalcensis Abbat. Eduini Regis neptis. Ioannis Monachi disc. S. Greg. M. Angli. Apostoli. Garimundi Episc. Altifiodor. Hiltrudis Virg. Mon. Bingenfis Comitiffæ Spanheimensis. Edmundi Monachi Clarævall. Badaucharii Monach. Bobiensis, aliis alias. Gertrudis Saxonice Admirabilis Natalis, alii alias.

XIV. CAL. DECEMB.

XVIII. Novemb. G. Odonis Abb. Cluniac. 2000. Cænobiorum Patris, Deiparæ additissimi. Amandi Abbatis Lirinensis. Eucherii Silvani, Vincentii & Anselmi Abbatum Lirin. Theofredi Aurofionum Principis Abb. Calmeliac. & Mart. Odonis Subprioris Cl. vall. Richardi Abb. Fontanensis. Aniani Conversi Eberbacensis. Mariani Abb. Bituricensis. Nonnoli Abbatis, aliis 2. Sept.

XIII. CAL. DECEMB.

XIX. Novemb. A. Egberti Archiep. Eboracensis, Regis Egberti cognominis germani. Patrocli Abbatis & Fundatoris Columbariensis. Theodomiri Abb. Miciacensis. Mechtildis Mon. Elpedianæ, Baroniffæ, Deiparæ dilectissimæ. Guilhelmi cogn. Senioris Mon. Clarævall.

Elifa-

MENOLOGII BENEDICTINI.

XII. CAL. DECEMB. Wilfetrudis Principis Abb. Nivigell. Virgin.

XX. Novemb. B. Bachildæ Inclusæ ad S. Galli. Bernwardi è Saxon. Princip. & Palat. Episcopus Hildesheim. & Tutelaris. Leonis Abb. Nonantulani. Sabiniani Abbat. Calmeliacensis. Hieronymi Monachi Vallumbr. Eudonis Aurofionum Principis Abbat. Calmeliac. Ioannis Prioris Carolilocensis. Bertrandi Abbatis Grandis-silvæ. Candidi Monachi Fontanell.

XI. CAL. DECEMB.

XXI. Novemb. C. Præsentatio Beat. Mar. Virgin. Mattis Adm. Benedict. à nostris primum instituta, &c. Columbani Abb. præcipui Ordin. nostri propag. Viri Apostolici. Annæ Michaëliæ, è fam. & sanguine S. P. N. & Duc. Venet. &c. Viduæ. Gelasij Oculenam Abbatis & Martyris. Eugenio Omulkeram Mon. & Mart. Venet. Margaritæ Vid. Dominæ de Polastron. &c. monialis Tolosanæ. Ven. Annæ Ducissæ Venetæ & sanctimonialis.

X. CAL. DECEMB.

XXII. Novemb. D. Festum seu Commemor. Patris Extatici &c. Willibrordi Magni Frisæ, Holland. Zee-land. Embricæ, Vlissingæ Clivæ, Geldriæ, Transilælanæ Apostoli consecratio. Columbani cogn. Iunioris Mon. Luxoviensis. Richardi Abb. Glastenbur. & soc. Martini. Gregorii de Cardalaco Oblunæ Abb. Alphonsi I. Lusitan. Regis Ord. nostr. de Ala Instit. & Martyris. SS. atque BB. Monasterii Antrenfis. Romualdi Abb. elevatio.

NONO CAL. DECEMB.

XXIII. Novemb. E. Trudonis Hasbaniorum Apost. & Patroni è Regibus Gall. & Austrasiæ. Congelli Abb. Benchor. multorum milium Monachorum Patris.

OCTAV. CAL. DEC.

XXIV. Novemb. F. Mariæ Virgin. Mon. Cuteclar. & Martyris. Portiani Abb. Arvernensis. Vrsi Participatii Venet. Ducis, Monachi S. Felicis. Antonie Munnez Mon. S. P. N. de Castris Deiparenti dilectæ. Balsami Abb. Cavenfis. Nicolai Monachi Cist. Willigodi disc. S. Dæodati Abb. Ven. Hittonis Baron. de Klingen Mon. S. Galli.

SEPT. CAL. DECEMB.

XXV. Novembr. G. Winoci Abb. fratris S. Iudoci & Iudicælis &c. Regum. Alij alias. Ioannis Francardi Prioris Aquilani. Imminæ Comitiffæ Gisberti Francon. Ducis nept. Mon. Carelburg. Toussani Monachi Cluniac. Guilhelmi Episc. Arelat. & S. R. E. Cardinalis. Conradi Mon. Heisterbac. senis centenarij. Ven. Ansegisi Archiepisc. Senonensis. Triumphus prodigiolus S. Isidori capta Baëtia, Cæsis Saracenis, &c.

SEXTO CAL. DECEMB.

XXVI. Novemb. A. Conradi Episcopi Constantin. Guelphi Principis. Basoli Abb. Mon. Viriziacensis. Leonardi Abb. de Vendopera. Sylvestri Institut. Congr. nostr. Sylvestr. Deiparæ cultu singularis. Gunstani Monachi Cænobii Sanct. Gildæ. Waltheri Prioris Alnensis. Innumerabilium Ordin. nostr. de Christo Martyrum. Adalberti Monachi Altaichenfis.

NOMENCLATOR

QVINTO CAL. DECEMB.

XXVII. Novemb. Severini Monachi Reclusi Parisiensis. Virgili Salisburg. Episc. & Patroni, Carinthiae Apostoli. Billhildis Viduae Deiparae addictissimae, Abb. Mogunt. Apollinaris Abb. Casinensis. Siffredi Episc. Carpentoraetensis. Baltherii Eremitae Angli Mon. Acharij Noviodunensis Episc. Angeli Sinicii Abb. Panhormitani. Faltradi Abbatis Villar. Gertrudis Monialis in M. S. Salvatoris Deiparae studiosissimae. Guilhelmi Abb. S. Albini. SS. atque BB. singulari in Deiparam affectu, ejusdemque vicissim favore praecipue insignium, in Univerfo Ordine & aetate Illustrium devotissima Commemoratio. Ven. Ioannis Gersen de Canabaco, Sanct. Stephani Vercellarum Abbatis, libelli aurei de Imitatione Christi ante annos 400. auctoris.

QVARTO CAL. DECEMB.

XXVIII. Novemb. Gregorii III. Pont. Max. Iconoclastarum Profligatoris acerrimi a quo Regibus Galliarum Christianissimorum titulus. Casimiri I. Regis Poloniae Monachi Cluniac. Siffredi Episcopi. Aljheri. Aegilis abb. Fuldenfis. Edwoldi Mon. Cerneliensis fratris S. Edmundi Regis & Mart. Guilhelmi Abb. Cist. Gunfridi I. Abb. Clarimatisci. Quindecim monachorum in Luka, vulgo Crucifixorum. Ven. Kebeninae Incluae ad S. Galli.

TERTIO CAL. DEC.

XXIX. Novemb. Radbodi Episc. Ultraject. e Regibus Gall. & Frisiorum oriundi, Frisiae Apostoli Deiparae devotissimi. Iosberti Monachi Dolensis Deiparenti dilecti. Idae Monialis de Rameya. Roberti Abbatis Claravallensis.

Vrsionis Monachi Treverensis. Guillelmi Abbatis Villariensis. Siffredi Episc. Carpentoraet. tertio. Waltherici I. Abbatis Murharttenfis.

PRIDIE CAL. DECEMB.

XXX. Novemb. E. Bonifacij Magni Germanorum Apostoli, primi Metropolitae Moguntini tolemissima Ordinatio. Insignis Commemoratio Germaniae per eundem Magnum Apostolum conversae. Haccae Episcopi Hagulstad. Saxon. & Frit. apostoli. Iosfionis Monachi Bertin. Deiparae dilecti. Alberti Abb. Bergomensis. Rufini Abb. Cisterciensis. Iosberti Monachi Dolensis, de quo alij heri.

MENSIS DECEMBER.

CALENDIS DECEMBRIS.

I. Decemb. F. Eligij Noviomensis Episcop. Antuerpiae, Flandriae, &c. Apostoli. Hugonis S.R.E. Card. ex Abb. SS. Vinc. & Anast. Constantii Monachi Gabronicensis. Herefwidae Mon. Calensis, matris Adulphi Angl. Regis. Ioannis Beci Abb. Glocestr. & Mart. Marini Episc. Bojorum Apostoli socij SS. altonis & Virgilij. Theclani disc. S. Virgilij, Apostoli Carinth. Illustris Commemoratio S. Eligij contra luem pestilentem. Ven. Aligerni Abb. Casin. Ven. Marci de Villalba Abbat. Fiteriensis. Obiit 1596. Venet. Haberiliae discipulae Sanct. Galli Abb.

QVARTO NONAS DEC.

II. Decemb. G. Oderisij S.R.E. Cardin. Abb. Casinensis Marforum Comitum. Adamanni Monachi Coludensis. Roberti I. Abbat. de Mattaplana, Patroni contra locustas. Methildis Virg. Cisterc.

Anselmi

MENOLOGII BENEDICTINI.

Anselmi Monachi Hemmenrod, cultu Deiparae Illustris. Benedicti & Ioannis Martyrum Sclavoniae Apostolorum. Berthanii Abbat. Casin. & Mart. translatio. Gertrudis Virg. translatio.

TERTIO NONAS DECEMB.

III. Decemb. A. Birini Episc. Dorcestriensis Angl. & Occid. Sax. Apostoli. Galgani Senensis eremita. Solae Abbat. disc. Sanct. Bonifacij Episcopi. Eloquii Abb. Latiniacensis, viri Apostolici. Alberti Abbat. Beat. Mar. Virg. de Oliva. Sitrudis Abb. B.M. V. Iuffanensis. Gudwali & Bertulphi Confessi. translatio.

PRIDIE NONAS DECEMB.

IV. Decemb. B. Sanct. Pat. Nost. BENEDICTI relatio Casinum. Ejusdem hac ipsa die illatio Floriacum, utrinque celeberrima. Annonis Archiepisc. Colon. Voto & vita nostri. Bernardi de Vbertis Sanct. R.E. Cardinalis. Sigirannis Abb. Longoretensis Dagoberti Regis cognati. Ioannis Damasc. Magni Doct. Ill. Commemoratio. Christiani Episcop. & Apostoli Lubaniae. Finiani Abbatis Hiberni. Ioannae Conversae Bellopratensis.

NONIS DECEMB.

V. Decemb. C. Nicetij Episcopi Treverensis ex Monacho & Abbate S. Maximini. Gerardi Archiepisc. Bracarenfis in Lusitan. Basilissae Virg. & Abb. Horrei. Godefridi Silvanectensis Episcopi. Werrici Prioris Alnensis, alij alias. Lucij Monachi Casinensis.

Luani Abbatis Hibern. Elisabethae Virgin. Monach. in Hoves. Ioannae Balduini Flandri Imper. August. Orient. filiae Monialis Marquet. Pelagij Mon. S. Petri de Ripa. Gerardi S.R.E. Cardin. Episcop. Ostiensis. Ioannis Gradenici disc. Romualdi Instit. Camald.

OCTAV. IDVS DEC.

VI. Decemb. D. Gertrudis Ducissae Viduae Abb. I. Hamaticensis. Sexaginta Monach. Martin. Floriacensium. Gerardi I. Prioris Charitatis, membri Cluniac. Nicolai Abbatis Vallcellensis. Comarci Regis Mumoniae disc. S. Malachiae. Theodemarij Mon. Casinensis. Godefridi Prioris Alnensis. Ven. Clementis VI. Pont. Max. Ven. Nicolai a Prato Caest. Deiparae cultu praecipui.

SEPT. IDVS DECEMB.

VII. Decemb. E. Pharae Virgin. Abbat. Brigenfis, Principis Illustrissimae. Innocentij IV. Pont. Max. Deiparae devotissimi. Caidoci Mon. Centulens. Galliae maritimae Apostoli. Gerardi Abb. Claravall. & Mart. Gnaiferij Monachi Casin. Adegri Mon. Cluniac. Gerardi de Farfa disc. S. Bern. Martini Abb. Sanctonensis.

SEXTO ID. DECEMB.

VIII. Decemb. F. Conceptio Immac. Virgin. Mart. BENEDICTAE Instituentae primum S. Anselmo Archiep. Cantuar. Romarici Abbatis e Regibus Gall. oriundi. Hildemanni Episc. Bellovac. Chunihildis. Abb. Thuring. Ioannae Abbat. S.P.N. de Castris, & Mart. tytis.

NOMENCLATOR

Commemoratio V. Nicolai à Pratis, alii
alias.
Constantini I. Abb. Aureæ vallis.
Ven. Stephani VII. Pontif. Maxim. aliis
VIII.
Ven. Bernardi de Montgaillard Abb. Au-
reæ vallis. Ob. 1628.

QVINTO ID. DECEMB.

IX. Decemb.

Cypriani Abbatis Petragoricensis.
Vulphildis Virg. Abbat. Barcking. Illustri
genere.
Baldæ Principis, Abbat. Iotrensis.
Alefridi Episcop. Hildesheim. Deiparæ
amantissimi.
Bartholomæi Monach. Cl. vall. fratris S.
Bern.
Vintmari Apostoli Daniæ Mon. Cor-
beiensis.
SS. & BB. Mon. Miciacensium.
Ven. Laurentii Gonzalez Abb. Vallis bo-
næ. Obiit 1591.

QVARTO IDVS DECEMB.

X. Decemb.

Sindulphi Monachi disc. S. Basoli.
Solæ Abbatis disc. S. Bonifacii.
Heberti Episcopi Rhedonensis.
Turquilli Monachi Marciacensis.
Sbignæi Abbat. Claræ - provincie & loc.
Martyrum.
Florentii I. Abb. Carraceti.
Georgii Dureij Abbat. Dunfermlemen-
sis.
Theodorici Abb. Sithivensis.
Iolentæ cogn. Pœnitentis Monach. Aquiri-
æ.
Fulgentii I. Abb. Affligemensis.
Venet. Aurei Mastropetri Ducis Venet.
XL.
Venet. Davidis Corgu filij Regis Scotiæ
Mon. Silvest.

TERTIO IDVS DEC.

II. Decemb.

Festum Iubili in utero S. P. N. BENEDI-
CTI.
Ceolulphi Northumbriæ Regis XV. mo-
nach. Lindisfarn.
Vulferii Mon. Tornodorensis Deiparæ
devotissimi.
Humberti Mon. Claræ - vall.

Davidis Mon. Hemmenrodensis.
Idæ de Nivella Mon. Deiparæ favoribus
illust.
Tebredia Abbat. in Scotia vulgo Rattæ.
Talonis Abb. S. Vincentii in Sarnio.
Ven. Rjcherii Abb. Casin.

PRIDIE ID. DECEMB.

XII. Decemb.

Walerici Abbatis Idololatriæ reliquia-
rum profligatoris.
Wicelini Episcop. Aldeburg. Sclavorum,
Wandal & Holfat. Apostoli.
Gregorii S. P. N. discipuli Mon. Casin.
dein Terracin.
Agathæ Monialis Winbrunnensis.
Franconis Mon. Villar. ex nob. Archen-
sium equitum genere.
Evani Abb. Scotiæ & Confess.
Sacro Sanct. & B B. Vallisumbrosæ Mo-
nach.
Ven. Bernardi de Trejur Monach. Beat.
Mar. Virg. de Samaria Martyris Ann.
1606.

IDIBVS DECEMB.

XIII. Decemb.

Autberti Cameracensis & Atrebat. Epi-
scop.
Iudoci Armoricæ Regis, Abbatis Ponti-
nensis.
Otriliæ Virg. & Abb. Altitonensis, Attici
Ducis filia.
Tibbæ Virg. & Mon. Chineburg. ex Re-
gibus Angl.
Tassilonis ultimi Bojorum Regis Con-
versus Laurisheim.
Nicolai Monachi Netini.
Mencis Priorissæ Sanct. BENEDICTI à
Castris.
Venet. Dionysij Donati Mon. Fulienfis
nostræ at.
Lucia monialis Camaldulensis.

DECIMO-NONO CAL. IAN.

XIV. Decemb.

Agnelli Abbatis Neapolitanorum Tutel-
laris & propugnatoris mirifici.
Folquini Morinorum Episcopi è Regib9
Gotthiæ, viri Apostolici.
Odilia Reclusæ Leodiensis.
Sexaginta quatuor Mon. Cist. & Mart.
Werrici Monachi Alnensis.

Ioannes

MENOLOGII BENEDICTINI.

Ioannes Mon. ad Sacra Mcenia.
Gerardi ex nobile equite Conversi Al-
nensis.
Agnæ Imp. Aug. Henrici III. Conju-
gis Mon.
Adami Mon. Casinensis.
Venet. Stephani II. Vngar. Regis, Mon.
Agtrienfis.

XVIII. CAL. IANVAR.

XV. Decemb.

Octava Conceptionis Matris Adm. à Syl-
vestrinis instituta.
Maximini Abb. Miciacensis.
Adonis Principis Monachi Luxon.
Marini Abb. Cavensis.
Margaritæ Sabaudia Ducissæ Mon. Al-
benfis.
Bonaventuræ Eucensis Episcopi.
Philippi de Ottebarcho monach. Bonæ-
vall.
Commem. Nicolai de Pratis.
Ven. Candidi Nucalensis Mon. viri Apo-
stolici.

XVII. CAL. IANVAR.

XVI. Decemb.

Gregorii VIII. Pont. max.
Adelheidis Imp. Aug. Otthonis Magni
conjugis mon. in Sehse.
Sturmionis Abbat. Fuld. Thuring. Sax.
Wederovia Apostoli.
Helinwardi mindensium Episcopi.
Iudicaelis II. Regis Armoricæ, monach.
S. Maini.
Raynardi Abb. Cisterc.
Humberti Sabaudia Principis potentissi-
mi mon. Altæcumbæ.
Adami Episc. Silvanestensis.
Ven. Henrici Com. de Beyenburg. Abb.
Weingarttenfis.

XVI. CAL. IANVARII.

XVII. Decemb.

Beggæ Ducissæ Viduæ Monialis Anden-
nensis.
Vivinæ de Olij Virgin. Monach. Bi-
gard.
Guilhelmi Longolpadæ II. Ducis Nor-
mandiæ & Mart. Voto nostri.
Lamberti Mon. Vallcel.
Henrici mon. Vet. montis Deip. chari.
Rudolphi Conversi Heisterbac.
Sergii Papæ consecratio.
Eustachii Abb. de Flay.

Laurentii Mon. Sublac.
SS. & BB. Ordin. nostri familiarum Equæ-
strium, de Ala, &c.

XV. CAL. IAN.

XVIII. Decemb.

Festum Annunciationis Mat. Ad. hac die
primum à nostris olim institutum.
Festum Expectationis sine O Hispanis so-
lemnissimū à S. Ildephonso institutū.
Triumphus profligata nefanda Hæresi, S.
Ildephonfi, gratulante ipsi, ipsa Deip.
Wunibaldi Abb. Heydenheimensis Re-
gii generis,
Digni, Vrdagisli & Vndonis Monach.
Glandariensium.
Guilhelmi Archiepisc. Eboracensis.
Wicberti Mon. in Nazareth.
Petri Episcopi Atrebat.

XIV. CAL. IAN.

XIX. Decemb.

Adjuti Abbatis Aurelianensis.
Vrbani V. Pont. Max. Mon. Cluniac.
Calixti II. Pont. Maxim. Monach. Clu-
niac.
Berardi Episc. Aprutini.
Mengosi Conversi Hemmenrod.
Fritheberti Episc. Hagulstad.
Ioannis mon. Clarævall.
Mariæ Hispanæ sanctimonialis.

XIII. CAL. IAN.

XX. Decemb.

Gregorii VI. Pont. Maximi.
Dominici Exiliensis Abbatis.
Hogeri Archiepisc. Bremensis viri Apo-
stolici.
Ilduardæ Dominæ de Marende &c. vid.
mon. Cellæ-novæ.

Petri de Mon. de Sardinia Murano.

Christiani Episcopi Tholosani.
Mariæ Bernardez Conversæ Eboraceni-
fis.

Welfridi Comitis de Calw Abb. I. in Ho-
henwiel.

XII. CAL. IAN.

XXI. Decemb.

Gregorii Episc. Traject. Frisiorum Apo-
stoli.
Alexandri IV. Pont. Max.

6 (:) (:) (:) (:) (:) (:) 3

Hart-

NOMENCLATOR

Hartkeri inclusi ad S. Galli.
Pardulphi Abb. Waractensis.
Guillelmi Bardi Mon. Cælestini.
Thomæ Mon. Arnsburg. Deiparæ dilecti.
Macharij Mon. S. Bavonis.
Ioannis Conuersi Grandis. filvæ Deiparæ favoribus Ill.

XI. CAL. IANVARI.

XXII. Decemb.

Roberti Silvanectensis Episcopi.
Segefridi Conuersi Elpediani.
Iuttæ Comit. Spanheim. Mon. Bing.
Amaswindi Abb. de Malega.
Gerungi Mindensis Episcopi.
Hildelitzæ Virg. Abb. Bercking.
Adami Mon. in Lucka Deiparæ familiaris.
Engelberti Conuersi Tulpeti Deiparæ dilecti.
Theobaldi Mon. Bobiensis.
Isidori Hispalensis Episc. translatio.

X. CAL. IANVAR.

XXIII. Decemb.

Hartmanni Episcopi Brixienfis Mon. Salsis.
Agnētis Imp. Aug. Henrici III. conjugis Mon. Fructuar.
Theogeri Metensis Episc. Monach. Hirfaug.
Ventilæ Monachi Orenfis.
Ioannis Ciritæ Abb. de Tarouca.
Godefridi Mon. Heisterbac.
Alberici Mon. Gladbacensis.
Ven. Hildegardæ Lud. Germ. Regis filiz Abb. Tiguri.
Lamberti Tungr. Episc. & Mart. translatio.

IX. CAL. IANVAR.

XXIV. Decemb.

Festum Descensionis Deiparæ per S. Ildephonsum Instit.
Tharfillæ Virg. Mon. amitæ S. Gregorij Magni.
Irminæ Virg. Abb. I. Horrei Dagoberti Regis filie.
Hildebrandi Conuersi Hemmenrod.
Petri Mon. Savigniacensis.
Anastasiæ Virg. Mon. de Rameya & Martiris.

Tunheri Episcopi Lichefeldensis.
Annonis Episcopi Wormatiensis.
Institutio solemnns Sanctiss. Congregationis Turris Speculorum.

OCTAVO CAL. IANVARI.

XXV. Decemb.

Petri cogn. Venerabilis Abbat. Cluniac. Principis Illustrissimi.
F. Marthæi Sanct. R. E. Card. Episcop. Alban.
Flotildæ Virg. Avennac. Deiparæ dilectæ.
Adalfendis Principis Mon. Marcianens.
Bonifacij Episc. Lautan. commem.
Fulconis Episc. Tholosani.
Luciæ Priorissæ Spinosi-loci.
Philiberti Mon. in Herio.
Bernardi Melliflui Doct. Illustris comem.

SEPT. CAL. IAN.

XXVI. Decemb.

Bonifacij V. Pont. Max.
Thiagrini Episcopi Haberstadtensis.
G. Mathildis Angliæ Reginz Monialis Winton.
Stephani Mon. Scalenfis in Sicilia.
Oberti Conuersi Hemmenrodensis, merito Martyris.
Adelhardi Monachi Spanheimensis.
Danielis Monachi & Cellarij Villar.
Alberti Peligni Mon. Casin.
Argentarii Monachi Confessoris.
SS. & BB. Congregationis Humiliatorū.

SEXTO CAL. IANVARI.

XXVII. Decemb.

Theodori & Theophanis Monach. & Martyrum.
Gerardi Monachi S. Galli.
Alviti Episcopi Legionensis.
A. Walichonis Abb. Weingartensis Magno Wilhelmo Hirfaug. simillimi.
Godefridi Prioris Winconiensis.
Ioannis de Christo & 6. Sociorum Martyrum.
Hugonis Mon. Tennenbacensis Deiparæ addictissimi.
Gozwini Abb. de Loco S. Bernardi.
Lutgardis Abb. de Brixmont.
Walthonis Abb. in Wessenbrunnen.
Ven. Fredenandi Hispan. Regis Voto notris.

QVIN-

MENOLOGII BENEDICTINI.

QVINTO CAL. IANVANII.

XXVIII. Decemb.

Eutichii & Florentii Mon. Apostolico labore & fructu Illustrium.
Convoijonis Monachi & Abb. Simoniacæ Hæreseos Profligatoris.
Athelæ Abbatissæ I. Palatioli Dagoberti Regis filiz.
Leonis Amalphitani Monachi Casinatis.
Begæ sanctimonialis Cumberlandiæ.
Margarethæ cogn. Hierosolymitanæ Mon. Cist.
Violantiæ Conuersæ Lusitanæ.
Ioannis Mon. disc. S. Eleutherii.
Gregorii Monachi Casinatis.
Romualdi Abb. Instit. Camald. translatio.

QVARTO CAL. IANVAR.

XXIX. Decemb.

F. Thomæ Archiepiscop. Cantuar. & Mart. Deiparæ dilecti.
Ebrulphi Magni Abbatis Oximensis.
Decumani Angli Monachi & Mart.
Odewaldi Abb. Lindisfarnensis.
Vitalis Abbatis Meyrenfis.
Luciæ Abbatissæ Trever. in Horreo.
Wundi Archiepiscopi Bremen. Apostoli Septentrionis.
Sifintrudis discipulæ S. Faræ.
Hogeri Archiepisc. Bremensis translatio.

TERTIO CAL. IANVARI.

XXX. Decemb.

G. Anastasij Archiepisc. Colecensis & Strigon. Vngar. Apostoli.
Petri Abb. SS. Petri & Pauli in Anglia.
Richardi Monachi de Aldwerd.
Alfredæ Angliæ Reginz, Monialis Sanct. Guthlaci.
Marnochi Monachi Hiberni.
Alberti Abb. Portensis.
Martii Eremitæ disc. S. P. N.
Balduini Abb. S. Eadmundi.
Winoci Abbatis & Regis translatio.

PRIDIE CAL. IANVARI.

XXXI. Decemb.

A. Leopardi disc. S. P. N. Alfatiz Apostoli, Abb.
Columbæ Virg. Mon. & Mart. Cordubensis.
Guntheri Episcopi Ratisponensis.
Alberti Monachi Alahensis.
Petri Abb. Sublacensis & Mart.
Thomæ Mon. Montis-frigidi.
Radulphi Abb. Vallcellensis.
Remigii Conuersi Hemmenrodensis.
Henrici I. Abb. in Breitenauw.
Columbæ inclusæ Cortenbergenfis.
Odilonis Abb. Cluniacensis Deiparæ addictissimi obdormitio, Festum autem depositionis celebratur Calend. Ianuarij.

MENO.




MENOLOGII BENEDICTINI LIBER PRIMVS MENSIS JANVARIVS. CALENDIS JANUARI.

I. Januarii.

A.

S. Odilo.
Abb.



Pud Silviniacum S. Odilonis Abbatis Cluniacensis, qui primus Commemorationem omnium Fidelium defunctorum, prima die post Festum omnium Sanctorum, in suis Monasteriis fieri præcepit: quem ritum postea Vniversalis Ecclesia recipiens comprobavit. *Mart. Rom.* Odilo equestri familia de Mercæur apud Aruernos oriundus, Magnæ Virginum Virginis, Admirabilis Matris, eximium amorem cum lacte imbibit, ejusq; in obsequio perpetuo vitam exegit. Infantulus etiamnum graviter languens, manuum pedumq; destitutus, à nutrice aliquando derelictus, miro tamen impulsu, & corpusculi debillimi vibratione, in Benedictæ Matris Basilicam enixus, ad aram deniq; reptando pervenit, apprehensaq; altaris pala, in oculis omnium, prodigiôsè illico curatus est. Monachum postea Cluniaci professus, quarto post anno, suffragio communi omnium, sanctissimos inter Ascetas dignissimus omnino habitus est, coactusq; ut magno illi innumerabilium prodigiorum patratori Majolo, in Abbatiali honore succederet. Quod quidem ipse munus, digne habita de se existimatione, antios sex & quinquaginta ita gessit, ut rerum gerendarum dexteritate, tot millia Monachorum, imo Cœnobiorum gubernatione, vitæ rarissima sanctitate, & miraculorum magnitudine, toto orbe

admirabilis haberetur. Singulari animi demissione seu humilitate inprimis enituit, qua sæculi hujus favores aspernatus, dignissima generositate Archiepiscopatum Lugdunensem, constantissimè reject. Fuit ferventissima in omnes pauperes charitate, quibus ut subveniret, nec sacris quidem Ecclesiæ ornamentis pepercit, eaq; inter coronam Regiam pretiosissimam, ab Henrico Cæsare sibi oblatam comminuit, inq; eosdem distribuit. Mortuos binos, ex itinere repertos, interulam suam exutus eâ involvit, & pie curatos sepeliit. De animis autem defunctorum, insigni & æterno merito longè meritissimus, solemnem eorum quotannis memoriam, per diffusa toto terrarum orbe Cluniacensium Monasteria instituit, eorumdemque juvenorum singularis curæ & sollicitudinis exemplo, Vniversum accendit, quos inter Benedictum VIII. Pont. Max. è flammis purgatricibus eripuit, qui magno candidatorum stipatus agmine, eidem in Capitulo confidenti, visus gratias agere, tantumq; liberatorem suum demisso profundè capite venerari. Inter miracula ejus, illud insigne, quod in eo quod Romam versus susceperat itinere, ricinum concessuro cum navis deesset sicis pedibus non solum fluctus ipse superaverit, sed suos omnes similiter, multiplici & raro admodum prodigio traduxerit. In vallis aureæ Cœnobio, cum ad mensam sibi aquam afferri curaret, ea prodigiôsè in generosissimum vinum conversa est, iterato etiam, cum aquam repeteret, miraculo.

Archiepiscopatum recusat.


Ejus pietas.

Benedictum VIII. è Purgatorio eripit.

Miracula.

Ad eum para infans curatur.

Fit monachus.



2
 raculo. In Divi Martini Monasterio, quiritantibus super paucitate piscium, ut in manibus discumbentium mirè crescerent, impetravit. Ad Iovini Montis prærupta, cum æstivos inter calores refrigerium pauperes implorarent, ut res quos plenos vino advexerat, in pauperum estuendens solatia, ad mensam postea recumbens, inexhaustos deprehendit. Miraculorum aliorum gloria tantus fuit, ut aqua etiam quæ manus laverat, ab ægrotis expetita, certum remedium morbis afferret. Memorandus ante omnia Virginei viri *Mancipatus*, quo se Virgini Matri religiosissime devovit, à singulis ejusdem cultoribus, tanti viri exemplo, quotidie repetendus. Qui sic habet: *O piffima Virgo & Mater Salvatoris omnium seculorum: ab hodierna die & deinceps me in tuo servitio habebō, atq; in omnibus meis causis misericordiffima Advocatrix mihi semper adesto. Post DEVM enim amodo nihil tibi prepono: & ultroneus me ipsum, tanquam proprium servum tuum, mancipatum trado. Amen.* Suum illud in DEI parentem studium, uti tegere non potuit, sic vel tunc maxime prodidit, cum solemnè inter Canticum *Te DEVM laudamus*, ad insignem illam admirabilis Matris memoriam: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum &c.* nunquam se contulit, quin in terram illico abjectus, pro tantæ Matris electione, supplices DEO in intensissimo affectu gratias ageret. Mortuero Christus ipse adfuit, & infernalem larvam, quæ, ut Magno Martino se objecerat, profigavit. Mortuus, animo atq; vultu ad hilaritatem compositis, ætatis 87. Christi anno 1048. à morte æquè atq; in vita insignibus à DEO miraculis honoratus est. *Ex vita per S. Petrum Damiani, Bibliotheca Cluniacensi, Annal. Baronii. Iepesit. Hugonè Clun. Nicol. Vignerio, Herm. Contr. Petro Equil. Molano, Galefinio, Felicit. Atenardi, Cl. Rob. &c.*

In territorio Lugdunensi Monasterio Iurenfi, S. Eugendi Abbatis, cujus vita virtutibus & miraculis plena refulsit Eugendus S. S. Romani & Lupicini discipulus, septuennis DEO in Cænobio oblati, ex eo ad septuagesimum usq; ætatis annum pedem non extulit: Abbas autem pro vitæ meritis electus, miranda omnino sanctitate exsplenduit, & miraculorum non minus claris gloria, omnis generis ægritudines prodigiosè curavit. Dæmonem solis litteris, ex energumeno, longè positis proscrispsit, & latore illarum vix

medium itineris emetiente, trepidantem jam tunc pessimum infessorem potenter expulit. Prophetiæ spiritu illuminatissimus, ex primo etiam cujusq; congressu meritum ejus, sive, cui subjaceret, vitium agnovit. Apostolorum Principes Petrum & Paulum, nec non Andream ad se invidentes, alloqui meruit. De suorum autem salute sollicitus, consolantem se S. Martinum habuit. Die resolutionis imminente S. S. Romanum & Lupicinum coram se feretrum deponentes vidit, Fratribusq; convocatis, salutis monita impertitus, gravissimos eorundem inter gemitus, hilaris ipse ad gaudia æterna concessit: Claruit sub A. C. 570. *Ex ea que est per discipulum ejusdem, du. rer. Gall. script. Arn. Duac.*

Apud Viennam Gallie S. Clari, Abbatis S. Marcelli, doctrina & sanctitate insignis. Clarus puer ad modum claritatis signa non pauca dedit. Quippe matrem ad S. Ferreoli templum sequutus, atq; inde domum per Rhodanum reversurus, intumescens grandis tempestate undis, ac desperantibus navis, servissimè fluminis impetum, puer hic prodigiosè compescuit & consopivit. Monachum postea in Grimanensi Cænobio professus, magis magisq; enituit, & miraculorum gloria effulsi. Ea inter, Vincam grandine perditam mire restituit, merium raptumq; Rhodani vorticibus fratrem, crucis edito signo ad littus retraxit. Prophetico spiritu eventura Vienna prænunciavit. Triduo ante obitum cælum sibi aperiri, & candidatorum ingentem occurrere conspexit. Sub mortem in Ecclesiam deportatus, Psalterium decantare ipse cœpit, & prosequentibus Fratribus, ultima deniq; inter verba: *Omnis Spiritus laudet Dominum &c.* cælestem inter lucem & miram odoris fragrantiam, felicem animum Creatori transmisit. Comitatus feretrum ipsius cælestis odor, interq; eundem, loculi tactu paralyticus sanatus est, pluribus deinceps prodigiis consequentibus. *Ex vita t. l. S. S. Surii & Annal. nostr. Bened. & Liliis Gall. Bened.*

Eodem die S. Eugendi Abbatis Condatensis, quem nonnulli eundem cum Iurenfi, de quo ante, faciunt, à quibus nos dissentimus. Cæterum ab aliis separatim positum, dum liqueat liquidius res ipsa, & ipsi seposuimus. *Videatur Hugo Menardus.*

In Monasterio Selgenstadenfi, S. Clari monachi, qui eruditione juxta & sanctitate

S. iritus Propheti- cus.

Claruit 570.

S. Clarus Abb.

Mors felix.

S. Eugendus

S. Clarus

Claritate

clitate celebris, in Monasterio S. S. marcellini & Petri prædicto, pro DEI amore inclusus, orationis contemplationisq; studio irremisso diebus ac noctibus vacavit, aliasq; inter concessas à Numine gratias, Prophetiæ spiritu eventura clarè prædixit, claruitq; A. C. 1060. *Ex Chron. Hirsaug. Ioan. Trith.*

In Monasterio B. M. V. de Armentera, in Gallacia, B. Petri Abbatis, Cultoris DEI paræ Virginis eximii, qui insignem ejusdem Tutelaræ suæ honori Ecclesiam construxit, & meritorum cumulo dives cū suis in maxima vitæ sanctitate gloriosissimè præfulsisset, ad Dominum migravit. Post annum 1167. *Ex Menol. Chrysof. Henriq. Ang. Manriq.*

In territorio Tricassino, depositio S. Frodoberti Abbatis, qui inter plurimas præcipuasq; virtutes, tanta gratia simplicitatis enituit, ut ad infantilis innocentie puritatem, beatissima ejus anima pervenire meruerit, de quo fufius 6. Idus Ianuarii ad quam diem Festivitas ejus translata est ab Ecclesia Tricassina, ab Festum circumscriptionis.

Eodem die S. Guilhelmi Abbatis Fiscamniensis, Congregationis Cluniacensis, admirabili vitæ Sanctitate celebris, & monachici Ordinis strenui Reformatoris, cujus similiter memoria transfertur ad diem 22. Ianuarii.

In Hibernia S. Ernani Abbatis & Confessoris, qui cum esset S. Columbæ discipulus, tantoq; magistro per omnia se strenuè comprobaret, ac Pictorum & Scautorum conversionem, cum aliis undecim Fratribus missus, Apostoli cum iisdem gloriosissimum titulum in prædictis Regnis meruit, & cum aliquandiu in conversione populorum plurimum defudasset, ad sacrum contemplationis regressus oritur, Cænobii postea Druim Tuomensis Abbas deligi meruit. Vixit vitam rigidam admodum, severus corporis sui castigatior, visionibus cælestibus recreatus, quas inter, sancti magistri sui animam cælos conscendere vidit, ipse sub A. C. 640. ad cælestis regni beatitudinem assumptus. *Ex script. rer. Britann. Ioan. Colgano.*

Villarii in Brabantia B. Vlrici Abbatis. Hic in Vallcellensi primùm monasterio, ubi septingenti simul Christo militasse feruntur, cucullo se involvens, tantis vitæ meritis è lectissima cohorte ex-

B. Petrus Abb.

S. Frodobertus Abb.

S. Guillemus.

S. Ernanius Abb.

B. Vlricus Abb.

splenduit, ut ad sanctissimi villariensis Cænobii regimen expeteretur. quod cum strenuè aliquandiu gubernasset, ingravescente ætate honore se abdicans, ad Vallcellensem suam rediit cellulam, maiorq; octogenario sancto sine decessit A. C. 1185. *Ex Ioan. Vallcell. Ioan. Camerac.*

In Monasterio Ballensi S. Mochuæ Abbatis. Is Illustri natus genere, ob vitium capitis & defluentes capillos, à parentibus præ aliis liberis neglectus, DEO charior fuit, & ob hoc ipsum S. Congallo commendatus in Benchorensi Cænobio monachum induit. Mox mirè proficiens, eruditione, sanctitate & miraculis exsplenduit. Abbas & Fundator Ballensis, fontem eò prodigiosè ducentem, una secum, loco cæteroquin arenti contulit. Ictericæ sive auriginis prodigiosus medicus, muregidarum gentem communiter tunc omnibus morbo, liberavit, simul semelq; bis mille quingentos à medicis desperatos, incolumitati restituens. Alias grandi item miraculo, devoratum quendam à monstro marino, luci reddidit. Sed & alio tempore, puerum extinctum à morte resuscitavit. Ipse autem meritis locuples, ætatis anno 56. ad supera emigravit sub A. C. 610. *Philip. Oscullevannus, Bearrus, script. rer. Britann.*

S. Mochua Abbas.

Ictericæ patronus.

B. Ioannes Prior.

Leodii B. Ioannis Prioris Corneliensis, admirandæ pietatis & simplicitatis viri, qui hortatu B. Iulianæ, officium proprium Festi Corporis Christi, cum esset juvenis admodum & simplex, non sine miraculo, ante S. Thomam Aquinatem composuit, & plenus meritorum in pace quievit, cum ejus mortem B. Iuliana jam dicta maturè prædixisset. *Ioan. Distem. Miræus, Henriq. Gilleman.*

In Vtonia S. Fancheæ Virginis Sanctimonialis. Hæc Conalli Orgiellæ in Vtonia Principis, & Brigæ Ducissæ Filia, exemplar & speculum puritatis integerrimæ, Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempsit, ut Christo frueretur. Ab Engusio Rege ad connubium exambita, mira constantia Regem ac Regnum respuit, Darenia deinceps sorore Regi sociata. Neque contenta Fanchea solam Regi Regum se emancipare, nisi plures quoque secum Virgines adduceret, condito Ros-oirthreni Cænobio, insigne Virginitatis Collegium

S. Fanchea Virgo

II. IANVARII.

4

legium instruxit, in quo etiam Regum filia servitutem Christi servire omni fortuna praevalere. Inde cum frater eius Endeus, victus amoribus, Virginem peteret, Fanchea consensu Virginis rogato, ut fratrem averteret, huic quam exambierat mortuam ostendit, effecitque ut ipse etiam Christo se in cucullo devoveret, quem postea, hostibus in patriam irrupentibus paululum sui immemorem, & vim adversum illos parantem, tonsurae Monachicae admonuit, & ut in cellula se recondere fecit. Qui cum postea ejusdem suasu in Britanniam abiisset, & Latinate Canobium struxisset, sancta soror ad ipsum strato supra aquas pallio una cum tribus aliis virginibus transfretavit: simili modo re-
 vecta, postquam cum ipso colloquuta esset & si mutuo semet intueri nollent. Mortua est sub Ann. Christi 600. & sepulta in Canobio Cellanensi quod frater ejus Neophytus struxerat, haud sine

Frater
convertit.

Mira navi-
gatio.

obit 600.

miraculo eo deportata, cum de mortuae sacro corpore Laginientes & Midenses decertarent, utrisque sibi visis sacras exuvias deportare, cum illi viderentur tantum sibi, hi reapse ferrent, & fruerentur. Ex rer. Britann. script. Steph. Vito, Colgano.

In Anglia S. Alginæ Alfredi Regis filiae Virginis & Abbatissæ, quæ generosissimo Regiæ sublimitatis & deliciarum contemptu, longè illustrissima, purpuram cucullo posthabens, in eo quod pater, Rex Saxonum Occidentali-um, condiderat, Schaftesburiensi Canobio DEO se consecravit, & Divino servitio addictissima, atque observantissima Regulæ, tenerimum corpusculum, sacro rigore strenuè exercens, cum Abbatiali honore, tum insigni excelluit vitæ sanctitate. sub Ann. Christi 880. Matth. VWestmonast. Polyd. Virgil.

S. Algina
Abb.

IV. NONIS IANVARII.

2. Ianuarii.

B.

IN Monasterio Corbeienfi S. Adelhardi Abbatis. Is regio ortus genere, Pipini nepos, Caroli Magni Imperatoris consobrinus, hujus, postquam Hermingardem Reginam repudiaverat, usque adeo exhorruit offensusque est, ut viginti tunc annos agens, aulae mox validiceret, & Corbeienfe ingressus Canobium, purpuram cucullo mutaret. Illic curare hortum iussus, in sudore vultus sui labores manuum suarum panem manducans suum, obedientia, humilitate, & omni virtutum laude ita profecit, ut admirandus paulo post per Imperium universum, in ore atque oculis omnium versaretur. Sed laudis honorisque impatiens, consilio fugæ iusto, difficillimo itinere Casinum contendens, illic aliquandiu securè delituit. Verum non multo post proditus, Regisque nunciis in patriam vocatus, mortuo dein, an honorem abdicante Nordranno Corbeienfi Abbate, summa omnium gratulatione successor deligitur. Postea Monasterio extractus, moderari cum Cæsarem Maximo, Magno Carolo, Imperium, & amplissimis præesse Regnis coactus, Italiae imprimis atque Gallia mirifi-

S. Adelhardus
Abb.

Fit Abbas.

cè profuit, eâ illius benefaciendi omnibus curâ atque industria ut ad Græcos etiâ n, remotissimasque toto cælo nationes, amor se ejus, meritumque expor-rigeret. *Thesaurarius erat pauperum* (verba B. Paschafii Ratperti sunt) *orphanorum infigne, pater, merentium consolator, brachium infirmiorum &c. Flebat autem diebus singulis, si non amplius, semel & secundo, mane videlicet aut vesperi: cuius rei causam, cum ego exiguis ab eo requirerem: Plango, inquit, fili, plango me. me quid sim considerans plangendo lugeo. Quod si inter mundi discrimina huc illucque pro Ecclesia negotio occupatus esset, instituta tamen Regulæ nunquam deserebat. &c.* Pipinum juvenem, Italiae Regem, Regno formavit, & mira Iustitiæ & sapientiæ laude, Regnum illud diu & feliciter administravit, aliaque inter præclare, cumque immortalis merito gesta, sâdissimum inter Spoletanos & Beneventanos bellum atque odium consopivit atque oppressit. Mortuo Carolo Cæsare, invidorum scelere in exilium pulsus, cum ab omnibus (audi dignos tanto Principi titulos) *Consilius Fons, Iustitia Regula Adelhardus* repeteretur, summo cum honore à Rege revocatus est.

Elogium
ba B. Paschafii
Ratperti sunt)

Fons Consi-
lii.

Apparuit q.

II. IANVARII.

5

*Apparuitque illico, ait Paschafius Ratpertus, nudata insipientia, quia venit Titan, & factus stupor nimius, quis senatum populi, ad tantam ineptiam deduxisset: retractatis omnibusque per Adalhardi absentiam, argumentose, ut eis tunc quidem visum est, tractaverant, Suscepit publicam exin poenitentiam Augustus, nimioque afflictus dolore, quod in virum sanctissimum adeo enormiter deliquisset, in ejus sceleris expiationem, Corbeiam alteram S. Viti Martyris honori in Saxonia condidit, eiq; eundem etiam Adalhardum Abbatem præfecit. Enituit in summa gloria sanctissimi Abbatis, paupertatis absolutissimæ eximium studium, ita ut vix necessaria sibi suisque relervaret; cujus frequens illa & dignissima vox: *Vtinam vel in modico, paupertatis Christi participes efficeremur; Sollicitus autem ne terrenarum rerum cupiditas, Monachorum suorum animos in vaderet seu occuparet, dicebat: Quod multi non solum rectores Ecclesiarum, sed etiam ipsi ibidem DEO degentes, qui seculo renunciaisse videntur, ob id decepti essent, quod rebus nimis abundarent, in tantum, ut seculo denuò servire cogerentur, qui mortui esse mundo debuerant.* Quapropter frequenter repetebant: *Filioli, estote contenti paupertate Christi. Vt quid nos infelices fieri volumus turpissima cupiditatis servi, qui in Christo esse debemus liberi? Et unde miseri, lati esse in possessione cupimus, inde angustiamur in omni opere bono. Et ideo, Fratres mei, nolite, quasi pro pietatis opere, sectando avaritiam, possessionem æternam perdere &c.* Mortuus est felicissimè inter suorum lugubres questus, cum paulo ante adstantem sibi Episcopum alloqueretur: *Ecce Dominus meus IESVS Christus, mihi famulo suo adesse dignatur.* sub Ann. Christi 822. Ex Paschafio Ratperto, Baronio, Lamberto, Mirao, Iepeso, Vita Lud. Pii Imp. *Annal. nostr. & Aquila Bened.**

Ejus pau-
peritas.

Exhortatio

obit 822.

S. Bernar-
di.

In Monasterio Lirinensi, S. Bernardi monachi & Confessoris. Hic illustrissimo natus genere, Bernardi Ducis, fratris Pipini Galliarum Regis filius, Caroli Martelli nepos, Magni patruelis, frater germanus nunc primum memorati S. Adalhardi fuit. In aula Regia educatus, principe apud Carolum Imperatorē loco extitit, ea, qua pauci admodum beatitate felix, quod præter & juxta Adalhardum, Valam insuper fratrem, Gundradam & Theodradam sorores, omnes illos

sanctitatis supremo titulo celebratos habuit, cui tam fortunato quaternioni, quintus ipse, digna omnino conjunctione accessit. Adalhardi autem exemplo, summis post Cæsares honoribus calcatis atque rejectis, sanctissimam vivendi rationem aggressus, mirantibus universis in Lirinensi Canobio cucullum induit, atq; uti olim gloria inter Principes præcipue enituit, sic mira deinceps animi demissione, generosissimaque sui victoria, Cæsaream etiam dignitatem & fortunam longè superavit; tanto majore, ab sanctitate fama, quanto è pluribus, integra nimirum, Lirinensium Sanctorum Legione, & quidem inter potiores effulgit, & meruit celebrari. Decessit felicissima morte, in eodem Sanctissimo Monasterio, vulgo *Insula Sancta* nominato, sub Ann. Christi 830. Ex Chron. Lirinensi. Vinc. Salernit. *Lilius nos. Bened. Gall.*

Contemp-
tus seculi.

Claret 830

In Gallis S. Maximi Abbatis & Martyris. Hic illustri admodum ortus genere Gundeberto & Magnelde parentibus, avo Maxentio, proavo Voberto, qui fuit Eonocii Ducis filius septuennis puer ad Ecclesiam à parentibus profugit, ut illic pietate & litteris institueretur. Redditus parentibus, cum ad dignum genere conjugium ab illis cogeretur, in eremum profugiens, proditus patri à dæmone, capitur denique concitatis in eum canibus, qui omnes, ea ipsa die extincti, corruerunt. Spontalia iussus contrahere, paulo post cum Magnentio quodam, ad eremum se recipit, & ab Angelo Vienne- nam deductus, inde ab eodem ad S. Sampsonis Limonicum Monasterium mittitur. Illic Monasticem professus, eximis virtutibus emicuit, S. Sampsoni mortuo successor subrogatus. Eum Hildeboldus quidam graviter afflixit, & eversum voluit, à cuius ministris ad mortem quaesitus, ultro occurrit, qui cæcitate percussus, cum precibus ejusdem lumen recepissent, quidam nihilominus eorundem ingratus beneficio lancea Abbatem in pectore percutiens, scelus illico luit, totoque mox ipse laucius corpore, vermibus scaturiens, inter triduum absumptus est. Maximum autem mæsti discipuli in cellam detulere, ad quem invisens Angelus, qui ipsum ad Canobium olim deduxerat, *Sanctumque & Martyrem* digna appellatione consalutans, craftina Michaelē Archangelum cum Choris adfore nunciavit.

S. Maxi-
mus Abb.
Mart.

Martyri-
um.

avit, quia nimum ejus è corporis ergastulo effert educturus; voluntate autem Numinis, Magnentium ipsi in Abbatia succellurum. Die proin sequenti calice postulato, & potu sacrato, præbibens suis vale & benedixit, inque amore Charitatis monens bibere ac sibi respondere, signo Crucis præmunitus, inter Angelicos concentus feliciter expiravit Ann. Christi. 625. Ex Monach. Vita ejusdem. Annal. nost. Bened.

Mors 625.

S. Badulphus.

In Monasterio Bobiensi S. Badulphi Monachi & Confessoris. Badulphus, Bladulphus, sive Blidulphus fervente etiamnum primævo fertilissimi Sanctorum Cænobii Bobiensis flore, egregia vitæ sanctitate in primis effloruit, ejusque inter præcipua decora effulsit. Memorabile illud, quod de illo scriptor vetustissimus Ionas refert. Misus Ticinum aliquando à S. Attala Abbate Badulphus, cum in Ariovaldum Regem Arrianum incidisset, Monachis Bobiensibus inimicissimum, quod Hæresim ejus execrarentur. Salutatus per ludibrium à Rege, magna animi constantia Hæreticum reprehendit: Salutem, inquit, o Rex, optarem tuam, si tu seductoribus tuis non faveres, & alienis à veritate Christi doctrinis animum non accommodares. Iustum etenim esset ineffabilem Trinitatem una DEitate confiteri, non tres potestates, sed tres personas, nec unam trium nominum personam, sed tres in veritate Patris & Filii & Spiritus Sancti personas, una voluntate, potestate & essentia. Meruit illico mercedem sancta confessio, cum quiritantem super ministrorum hæc audientium nec ulciscientium vecordia Regem, quidam se obtulit, ad sancti viri prima occasione mactationem, qui nocte ejus iter intercipient, ipsumque lethaliter vulnerans percussum in cerebro, & omni corporis parte collisum pro mortuo reliquit, donec ab amico quæsitus, haud aliter atque à somno excitatus incolumis surrexit; percussor autem à dæmone arreptus, & à Rege, Numinis quoque justum furorem metuente, ad Bobienses Monachos rogaturus veniam destinatus, curatus quidem quamprimum precibus illorum rediit, sed, mox febrium ardore correptus, brevi tempore miserè extinctus vitam deseruit. Quievit Bobii Badul-

Ejus constantia.

Lethaliter vulneratur

phus, cujus sacrum corpus Ann. Christi 1482. cum aliis 18. Sanctorum ejusdem loci exuviis, clero & populo præsentibus ab Episcopo Bobiensi solemniter elevatum est, ultima Augusti. Ex Iona, Baronio, Bollando, Annal. nost. Bened.

Elevatio.

In Polonia S. Benedicti Monachi & Martyris. Is S. Vernheri Episcopi Plocensis in Polonia socius, cum ille Bolestam, virum genere & opibus præstantem, sed suis non contentum alienis inhiantem opibus, & Ecclesiæ incubantem bonis, ob ademptum Plocensi cathedræ agrum pro scelere reprehenderet, uterque sacrilegi hominis jussu, an propria ut nonnulli volunt ejus manu trucidatus, Martyrio coronatus est. Ann. Christi. 1172. Ex Hist. Polon. Martini Cromeri, Annal. nost.

S. Benedictus Mart.

In Britannia S. Scutini Monachi & Confessoris. Scutinus sive Scothinus Regio ortus genere, è Fergusii nepotibus clarus vitæ mirabili sanctitate emicuit. Annos egressus adolescentiæ sæculum protrivit, & S. Davidi Menevensi se jungens, ejus Magisterio, Monasticis institutis plurimum profecit, aliosque inter condiscipulos S. Aidamum habuit, quo cum pio Zelo in virtutum profectu generosè contendit. Inde reversus in patriam in provincia Lageniæ cellulam sibi condidit, in qua mirifico rigore corpus suum Christo confixit. Castitatis purissimo concitatus studio, si vel minimum carnis sentiret motum, in frigidissimas sese immergens aquas, prius non exiit, quam caro omnem libidinis & penè vitalis functionis sensum amitteret. Ipsum magnis miraculis DEVS spectabilem reddidit, quæ inter, sæpius siccis pedibus super mare ambulavit, quem cum taliter quandoque incedentem S. Barra Episcopus navi advectus conspiceret, & quare super mari grade-retur inquireret, respondit Schotinus, floridum esse campum in quo ambularet moxque extendens manum, e medio oceano rubicantium florum manipulum extrahens, in suæ assertionis testimonium in sinum episcopi projecit, qui vicissim exporrecta extra navim in undas manu piscem comprehendit, & ad S. Scotinum projecit. Trajecit & alia vice sine navigio ex Hibernia in Britan-

S. Scutinum

Miraculum castitatis.

Mare ipsi pro prato servit.

Miraculo gatio.

niam super belluæ maximæ dorsum, ad S. Davidem à veneno liberandū quod quidam malignus monachus ei propinare staturabat. Vti autem ad Angelicam vitæ puritatē proxime pervenit, ita & ad naturam Angelorum prope accessit: cum enim quædam Romæ expedienda haberet, mirificè translatus, unā die ex Hibernia Romam pertigit, illisq; negotiis rite peractis, altera mox die in patria denuò comparuit. Obiit sub A. C. 640. cujus nomine Ecclesia ibidem consecrata fuit. Ex Aengussio, Ioan. Colgano, Annal. nost.

ob. 640.

S. Paschasius.

In Monasterio Corbeiz Gallicæ depositio S. Paschasii Abbatis qui gesta S. Adhardi, non tam calamo, quo descripsit, quam vitæ exemplo assequitur est. Ad eadem autem infulas evectus, non monasterium solummodo suum, sed Ecclesiā Christi universam demeruit, & cælesti instructus sapientia, pestilentissimos Bertrami errores profligavit, adversus quem de Sacramento altaris adorando librum insignem edidit, in quo clarè & dilucide corporis & Sanguinis Domini in Eucharistiæ Mysterio veritatem demonstrans, tanti Sacramenti majestatem adversus futuras etiam hæreses tutatus est, merito suo, tanquam propheticus scriptor à posteris habitus, qui Berengarianam Hæresim, ducentis ferè antequam nasceretur annis extinxerit, & Sacramentarium usq; hodie erroress præviderit atq; eluserit. obiit A. C. 851. Sirmund. Car. Sauss. Perronius, Bellarminus, Harleus.

S. S. Sacramentum propugnatur.

ob. 851.

B. Alardus.

Mortem prædicat.

DEI para ipsi apparet simi,

& gloriosa ejus Genitrix cum Angelis, & multitudine Sanctorum illuc venturi sunt, post revertimini cum eis, quia animam meam suscipient. Mira res: illis sacrum facientibus, diserte æger, & qui, & quas ad aras, & circumstantias alias quibuscum sacris operarentur, ministrantibus edixit, & universis demum revertentibus jucundo vultu in hæcerumpens: Ecce Christus cum Matre & Sanctis suis præsens est jamq; suscipient animam meam, nec mihi credatis, si in instanti mortuus non fuero, cum his ipsis verbis immaculatum Spiritum DEO tradidit; mirâ illic cælestis odoris fragrantia ex sacro ejus corpuscule erumpente, cujus antea foetorem atq; hortorem, vermibus inde perpetuo quasi scaturientibus, nemo ferre poterat. Cas. Heisterbac. Ang. Manriq. Henriq.

Mortuus.

In Gallis natalis B. Theobaldi Abbatis Cistercii XXVI. qui morum integritate, & facundia singulari clarissimus, multis virtutum floribus gloriosè refulsit, oves sibi creditas verbo & exemplo suaviter pavit, & tandem bonorum operum plenus ad Christum migravit. sub A. C. 1293. Ang. Manriq. Menol Cist. Henriq.

S. Theobaldus.

In Hispania natalis B. VVillelmi cognomento VValchei Midensis Episcopi, qui pro vitæ meritis Cænobio extractus, Cathedram Pontificiam Sanctitatis fama, & veri pastoris laude mirificè exornavit, & post multa præclare gesta, ad mercedem æternitatis evocatus in pace requievit. Ex Annal. nost. & diversis rer. Mon. script.

B. VVilh. Epif.

In Monasterio Brigenfi B. Landebertæ Virginis. Hæc sanctissimam perfectionis magistram Magnam illam Burgundoforam, vulgo S. Faram, habuit; cujus virtutes strenuè æmulata vitam sanctam perfectissimo fine terminavit, quam in extremis cum morte luctantem Apostolorum Princeps Petrus visitare & consolari dignatus est, quam & ad fortunatissima æternitatis præmia invitavit. Ex Vita S. Burgundoforæ.

B. Landeberta.

Ipsa die Ven. Diethmari primi Pragenis in Bohemiæ Episcopi, qui ex Monasterio Magdeburgensi cum Virtutis atque eruditionis laude celebris esset ad eam evectus Cathedram, Apostolico Zelo & merito Bohemiam demeruit, & sub Ann. Christi. 981. sancto fine decessit. Ioan. Dubravicus & diversa rer. Bohem. script. Annal. nost. Bened. & German.

V. Diethmari Epif.

TERTIO NONAS MARTII.

III. Ianuarii.

S. Blitmundus.

Mira curatur.

In aere ambulat.

Vita Angelica.

Vir Apostolicus 660.

IN territorio Ambianensi S. Blitmundi Abbatis & Confessoris. Blitmundus in Castro quodam Delphinatus ad Isarum fluvium parentibus nobilitate generis præstantibus editus, adolescens gravem in morbum incidit, tantum quidem, ut membris omnibus captus, diuino languore contabesceret. Percrebuerat per Galliam univèrsam S. VValerici VVimacensis ex monacho Luxoviensi Abbatis, ob rarissimam miraculorum virtutem fama, ad quem delatus Blitmundus prodigiosè curatus convaluit. Contecravit quamprimum Numinis servitio receptas prodigio vires gratas juvenis, & Monachum sub VValerici magisterio professus, post mortem ejusdem communi omnium suffragio in honorem succedere coactus, ægrè assentum præbuit. Flagrante autem tunc bellis funestissimis patria, in Italiam secedens, ad S. Attalam, Bobienfis Cænobii Abbatem se contulit, & districtioris denuo disciplina rigorem arripuit. Reverfurus ad Sancti Magistri sui ostra in Picardiam, detentus eo usque ab Attalac est, quoad miraculo hic territus, familiarissimum & charissimum sibi hominem invitus dimitteret. Siquidem orbatus interea membrorum usu, cum à Blitmundo suffultus ad templum deduceretur, visus sibi in aera, trium supra terram pedum altitudine sustolli, cumque Blitmundo tam sublimiter atque prodigiosè incedere. Aestimavit deinceps plaris discipulum, & prohibuisse, quo is intenderat, religioni sibi duxit, dimissusque Blitmundus VVimacense dirutum Cænobium præclare restituit, & cum miraculorum gratia excelleret, plurimis ad ipsum concurrentibus Christoq; nomen dantibus, Abbas denuo electus, vitam planè Angelicam cum discipulis suis in mortali corpore vixit. Sed & præclarissimè de circumjacente provincia meritis, ex eadem antiquæ & sceleratissimæ superstitionis reliquias, cum suis Monachis felicissimè profligavit, & Apostolico Zelo atque exemplo, inanum Deorum stultissima simulchra evertit atque proscripsit. Tandem multis exantlatis laboribus, ad præmia æternitatis evocatus, mortalitatem deseruit. Claruit Ann. Christi 660. vi-

sunturque sacræ ejus Reliquiæ in Monasterio VVimacensi, quod à Magistro ejus, S. VValerici hodie appellatur. *Ex monim. ejusd. Cen. Hugone Menardo, Annal. nost. & Liliis Gall. Bened.*

In Marcolo juxta Atrebatum, depositio S. Bertiliæ Virginis. Fuit hæc nata nobilissimo Francorum genere, patrique nobilitate sponsum Guthlandum, coacta a parentibus ita admisit, ut duplici Virginitatis merito dives, maritum etiam sive sponsum Virginem servaret, suam pariter Virginitatem Numini consecrans, quoad Guthlando mortuo famulatu Divino totam se emancuparet. Beatissimum Calitum Imperatricem Virginum Virginem, cultu præcipuo coluit, ejusque honori ac nomini, rarissimæ eo tempore observantiæ argumento, templum ac Cænobium condidit, neque hæreditatem solùm amplissimam, eidem Augustissimæ Matri, sed & se ipsam, cucullum amplexa, & ejusdem Basilicæ Cellulam quandam ingressa, atque includorum instituto se devovens, obsequio Virginum Virginis se totam addixit. Vitæ denique cursu in jugi orationum & sacri rigoris observantia sanctissimè exacto, feliciter decedens, atque ibidem tumulata, prodigiis à DEO honorata caelestibus, multis qui voti causa advenerant optatam impertita est sanitatem; Atrebatensis populi studio primum A. C. 1181. rursumque anno 1228. festivissima pompa elevata, solemnibus gratiis sive Indulgentiis, in eos qui venerationis ergo confluerent distributis. *Ex Vita, Chron. Camerac. Ferr. Lorrio, Aub. Mirao, Annal. nost. German. & Bened.*

In Britannia S. Fintani Abbatis. Is nobilioris prosapia, filius Pipani & Alinae, in omni vita mirabilis extitit. S. Congallum Magistrum nactus, ejus virtutes strenuè æmulatus multorum & ipse postea Monachorum pater extitit, atque exemplar virtutum omnium omnibus se præbuit. Ipsum stupenda miraculorum gratia Numen commendavit. Ea inter, cum Apostolico succensus Zelo, turba Sanctorum comitum, scilicet Monachorum, stipatus, in provinciâ Calathmagh, causâ verbi DEI prædicandi

C.

S. Bertilia.

DEI para addit.

Est reclusa.

Elevatur.

S. Fintanus Abbas.

Gentes convertit.

endi contenderet, ab impio Rege exclusus, cum hujus jussu messores vias præcluderent & virum DEI irriderent, ipse benedicta aqua eosdem aspergens, mox mirificè terruit, fulgura, fulmina grandinesque ardentis cælo deduxit, quibus tota seges in flammam versa est, & sepimenta exardescencia, cum fumo obcæcatis, tum igne prohibitis fugam præclusere. Proin supplices, dum aqua rursum ab eo benedicta lavant oculos, videnti recepere facultatem, periculisq; erepti, sese ac filios posteritatemq; omnem Fintano emancupavere. Rarius & illud cum panem roganti grandi præberet prodigio fructu projecto quamprimum maturescence, collecto, parato & cocto, ut indigentis subveniret necessitati. Insolentissimum autem istud, cum à quodam cum suis hospitaliter exceptus, intellexisset, unicam quam habebat vaccam, cum vitulo, pro tam charis hospitibus occidisse, & mense apposuisse, fortem postea hominis miserat, numine exorato grande miraculū meruit: vacca & vitulo post occisionem & comestionem vivis atq; integris repertis sed & lacte, quod pridie absumptum videbatur, prodigiosissimè hospiti reddito. Celebre & illud, & ad commendationem Benedictinæ Hospitalitatis: cum occursum hospitem prævidens Fintanus, frumentum ad molendinum ferri quamprimum præciperet, aquam autem molendino deesse intelligeret, mox eodem ipse occurrens, præmissa oratione, molam prodigiosissimè moveri impetra vit, ita ut triduum totum, absq; & aqua, & ullo admiculo hominis moveretur ac moleret. Fuit miti admodum ingenio, ita ut nemo unquã eum iratum, nec commotum, sed neq; mœrentem intueretur. *Vnus idemq; semper, ait vitæ ejus scriptor, caelesti quodammodo vultu letitiam præferens, extra naturam hominis videbatur.* Animi demissione maximus, non solum, ut S. P. N. jubet, hospitum provolutus pedibus calceamenta solvebat, aquam affundebat & lavabat, sed & fratribus similiter uti servorum abjectissimus ministrabat. Vixit annos minimum centum & sexaginta, cui nonnulli 260. tribuerunt: tantus in omni vita, ut præclare gestorum, & miraculorum multitudinem enumerari non posse scriptor vitæ ultro fateatur. Claruit etiamnum A. C. 680, à morte non minus quam in vita miraculorum gloria illustratus. *Ex Vita per Anon.*

Miraculum

Aliud

Item aliud grande.

Hospitalitas merces.

Mentis hilaritas.

Claruit 680.

diu. ver. Britann. script. Arnoguffio, Colgano, qui videatur de pluribus SS. Hiberniæ annos ætatis 160. & 140. attingentibus. Item Annal. nost.

In Gallia B. Hostradi Abbatis, admirandæ simplicitatis & virtutis insolitæ videtur. Is à primæ ætatis annis splendorem sæculi, inter obscurissima reputans, solidam Christi & Nobilem servitutem in cucullo exambit, consequutusq; de virtute in virtutè mirificè profecit: suiq; Cænobii electus Abbas, singulari prudentia Monachos, ad omne opus bonum instruxit. Lepidū planè & solatii plenū, quod sub extremos vitæ dies angustissima cæli Imperatrix, patrona optima clienti amantissimo spectaculum exhibuit. *Die quadam, verba Barnabæ de Montalbo sunt, dum in Refectorio cum ceteris Fratribus ad mensam sederet, Beatissimam DEI Genitricem puerum IESVM gestantem, Refectorium intrare conspexit: qua ad ipsum accedens, latoq; vultu aspiciens, ei filium suum contemplandum exhibebat. Cujus pulchritudine delectatus vir pius, incredibilisq; letitia repletus, partem cibi quo vesceretur obtulit puero, mira simplicitate congemmans: pappapapa (quod est, comede) pulcherrime infans: Cui subridens IESVS respondit: Non ego tuis cibis indigeo, sed potius ego te ad meas epulas invito, & post tres dies, sedebis super mensam meam in Regno meo, ut satieris cum apparuerit gloria mea. His dictis visio evanuit, & ipse sacris se Sacramentis munivit, & die tertio inter manus Monachorum suorum felicissimè expiravit. Ita Montalbo, Bern. Brito, Chrysof. Henriquez. Annal. nost. & Ephemer. Mariano Bened.*

Romæ, venerandæ memoriæ Cæciliæ Merciorum Regis & Monachi. Hic Monachorum in Anglia primævo flore & fervore excitatus, admirabili eorundem amore & studio succensus est, quorum felicitatem, omnium Regum deliciis præferens, Ethelredoq; Regi patri suo, Bardoniensis à se conditi Cænobii monacho felicitatem eam sanctè quasi invidens, cum Regno, teste venerabili Beda nostro, nobilissimè aliquanto tempore (quinque nimirum annis) præfuisse, Romam profectus, ejusdem propositi socium Ven. Offam Orientalium Saxonum Regem habuit: quocum sacram Instituti nostri vestem è manibus Constantini Rom. Pont. accepit, monachusque effectus, vitæ reliquum in perfectionis, verè regio studio, totum posuit: sed neq; redire quide-

A. Hostradus Abbas.

DEI para ipsi adest.

A puero IESVS invitatur.

V. Coenreus Rex.

Fit monachus.

in patriam consensit, verum in sacro vitæ rigore. ad mortem usq; Romæ substitit in cænobio à Constantino Papa ipsi assignato. Claruit A. C. 710. *Ex Ven. Beda, Baron. Polyd. Virgilio, Matth. Westmonast. Nic. Harpsfeld. Eduardo Maibenu, Ant. Iepes.*

S. Eustadius
Abb.

In Monasterio Divionensi S. Eustadii primi Abbatis S. Benigni, qui cum esset B. Gregorii Lingonensis ante Pontificatum filius, patris sancti sequitur vestigia, eam ad gratiæ sublimitatem evasit, ut absoluto Abbatiæ cursu pro conspicuæ sanctitatis honore meruerit in præfata Ecclesia juxta corpus Sancti Tutelaris Benigni sepeliri. *Car. Sauss. Claud. Rob.*

B. Ozilia.

Namurà B. Oziliæ Virg. Hæc S. Iulianæ Cornelienensis socia, cum eadem etiam, omnium rerum adversarum tristes eventus, multiplicesq; pro Christo æumnas ac molestias ad finem usq; perpessa, cum pro Institutione Solemnitatis Corporis Christi strenuò laboraret, pietatis mercedem, exilium meruit, in eoq; feci

consummata morte, honorificum Salfiniæ locum sepulturæ obtinuit. *Ioan Gilleman. Arn. de Raiisse.*

Burdigalæ in Gallia, depositio Pii Patris Godiferi à S. mauro, monachi Fulienfis. Hic incredibili rigore corpus excrucians, in illud solidioris pœnitentiæ studio ita fruebat, ut ad multam usque sanguinis effusionem disciplinas protraheret. Sacris operari prius non consuevit, quam horam integram & amplius, ante crucifixi imaginem prostratus, in contemplatione tanti mysterii affectum accendisset. Ut autem rigidus sibi, in proximos humanus & beneficus existens, ægrotos maximè & agonizantes maxima charitate, & ferventissimis exhortationibus erexit, quibus omnibus, desiderium vitæ æternæ, & dissolutionis è corpore altius impressit. Obiit *obiit 1611.* ætatis nostræ ornamentum Burdigalæ A. C. 1611. *Ex R. P. Phil. Malibayla. Carolo à S. MARIA & Bened. nost. Redivivo.*

PRIDIE NONAS IANVARII.

IV. Ianuarii.

D.

S. Lubentis
Archiep.

Remæ, natalis S. Lubentii ejusdem civitatis Episcopi. Lubentius, Itersfeldensis primùm monachus, postea Abbas, ob conjunctam insigni eruditioni egregiam sanctitatem, Adalago Bremenfi Episcopo præcipuè charus, eo mortuo insigni omnium gratulatione mœrens ipse Cænobio extractus, Archiepiscopus esse jussus, pallium à Ioanne XV. lituum ab otthone III. Imp. accepit. Monachum, quem induit semel, nunquam exiit: quodcumque per negotia posset ad Monasterium reversus, communique ac frugali admodum Fratrum contentus victu, ut suæ immemor prorsus dignitatis esse videretur. Vitæ continentia rara fuit, nec videri quidem à mulieribus paterebatur. tanta insuper abstinentia, ut crebris longisque extenuatus jejuniis, mortuo similior quam viventi appareret. Hospitalis curam, tantus Pontifex ipse suscepit, nequid hospitibus deesse posset, nec minore diligentia ac sollicitudine Infirmariam, sic vocant, Fratrum curavit, quodque in omnia unus ipse non sufficeret, pulcherrimo, ut rarissimo legato atque exemplo, nepoti suo Iuniori Lubentio Xenodochii labores amantissimè commisit: & serio commendavit. Cæterum Apostolico Zelo & merito, convertendarum gentium muneri intentus, legatos ac prædicatores plurimos, ad infideles

Rigor vite.

Vir Apostolicus.

undique destinavit, & ipse quidem assiduis laboribus multum diuque desudans, plurimos Christo animos lucratus, gloriosissimum *Apostoli* nomen longè lateque meruit. Sclavoniam ipse, nulla itinerum victus difficultate sæpius obiit. Suenonem Daniæ Regem, juratum Christiani nominis hostem, emollire omni industria conatus, dum ab ipso rejicitur, consequente quamprimum Numinis vindicta, Rex Regno exterminatur. Piratas quieti provinciarum injurios, cum Anathemate feriret, contemnens quidam in Norvegia, morte illico luit, qui septennio integro cadaveroso habitu ad terrorem cæterorum jacens, computrescere non potuit, donec ab Lubentio absolveretur. Deniq; plurimis præclarissimè gestis, plurimisq; per diversas provincias ordinatis & distributis Episcopis, sanctitatis & miraculorum gloria illustrissimus in cælos emigravit. A. C. 1013. *Ex M. Adami Hist. Eccl. Erpoldi Lindenbr. Alberto Stad. Iepes, Arn. Duac. Annal. nost. Germ. & Bened.*

DEVS ipsū
ulciscitur.

obiit 1013.

In Hibernia B. Aidus ex Rege Monachi. Aidus, Aido, Aedus sive Aedinus regia inter Lagenios ortus profapia, generis nobilitatem sæculi contemptu, & cælestium virtutum splendore mirificè illustravit. Aviti enim culmen honoris adeptus, & Rex Lageniæ creatus, non tam avorum proavorumque studia in

B. Aidus
Rex non.

Regnum
deserit.

obiit 638.

S. Pharaïl-
dis.

Ejus ger-
manus.

Miraculis
claret.

S. Rigober-
ti.

terrestri potuunda imitatus, quam in cælestis regni corona acquirenda superavit. Postquam enim susceptum Regnum aliquandiu administrasset abdicato sceptro, abiectoq; diademate, purpuram raro tunc exemplo cucullo permutavit, Monachūque in Kildariensi professus Cænobio, tales in virtutum studio stadioq; progressus fecit, suiq; contemptu tantum effecit, ut dignissimus omnium haberetur, qui exosos plurimum honores, vel invitus mereretur, proin ex Monacho Abbas, ex Abbate Kildariensis creatus Pontifex, ita utrumq; administravit munus, ut cum Monachi tum populi, de tali sibi patre & pastore plurimum gratularentur. Decessit A. C. 638. Cujus natalem alii, sive memoriam ad X. Maii referunt. *Ex Annal. Dungal. Mar. Germ. Ioan. Colgano, &c.*

In Belgio S. Pharaïldis Virg. Hæc Ducali profapia Illustrissimos parentes habuit, Theodoricum ex Austriæ inferioris Ducibus patrem, Amalbergam matrem, quæ Pipini Galliarum Regis ex sorore neptis fuit. utrumque, non tam generis quam sanctitatis fama celebrem. Sed & fratribus beata, S. Emeberto Cameraensium Pontifice, Rainalde Martyre, & Gudila Bruxellensium magna Patrona, quib⁹ sororem vere geminam seu gemellam, sanctitatis dignissima æmulatione se præstitit. A Diva Gertrude patrina sua, teneris annis in Cænobio instituta, atque inde reluctans extracta, cum impedire non posset, quin à parentibus nuptui daretur, per omne tamen conjugii tempus, illibatam Virginitatem custodivit, tantumq; abest ut monasticen deseruerit, ut ædes etiam proprias Deo consecrarit, & Monachicis institutis se totam dedit. Miraculis & in vita, & à morte plurimis claruit, eaq; inter, cum mileras sive ganges (anseris sive anatis genus est) domum deportaret, mortuam ex illis unam prodigiōse ad vitam revocavit. Sed ut illud rarum quo panes aliquot in lapidem convertit. Mortua est decrepita anno ætatis 90. & insigni fidelium devotione Nigellæ in Ham Brabantia, & in Stein-ockezela apud Vilyordiam colitur. *Ex Ioan. Molano. Aub. Mirao, Officio Gandensi, & diu. Gall. Belg. script.*

Rhemis in Gallia S. Rigoberti Episcopi & Confessoris. Is spectabili profapia, patre Constantino, matre Franca natus, à prime ætatis initiis, totum se cælestium disciplinarum studiis mancipavit. Monachum in Resbacensis Cænobio professus,

ob insignia vitæ merita, Orbacensis Monasterii secundus ordine Abbas instituitur. Inde ad Archiepiscopalem Rhemorum cathedram evehctus, dignissimus Sanctissimo Antecessore Reolo successor, ut loco & tempore, sic proximus eidem sanctitate extitit, tanto quidem omnium in ipsum affectu & studio, ut non minus à malis, quam bonis diligeretur cum tamen rigidus morum censor, vitia labeq; mortalium constantissimo zelo damnaret, & graviter insectari nunquam desineret. Clerum reformare aggressus, miro cum fructu laboravit, canonicè eos vivere compulit, commune ærarium instituit, singulis congruentem sustentationem assignavit, & novi quasi ordinis Fundator esse meruit. In super Ecclesiæ suæ redditus auxit, & sanctissimo vitæ exemplo prædicationi suæ plurimam concilians auctoritatem, multorum prorsus animos Christo lucratus est. Eum Pipinus senior, serio adamavit, & filium Carolum, dictum postea Martellum, sacris lustrandum undis transmisit, cui tamen adultior Carolus impares sanè gratias retulit: Nam cum Pipino mortuo, Martellus cum Ramanfredo de Principatu contenderet, perq; insidias Rhemorum urbem occupare vellet, ejus temeritati vir Sanctus constanter obnixus est, comminante Carolo, se ubi primum victoria potiretur, Rigobertum sede sua ex turbaturum. Ita factum: sanctusq; Pontifex adeo patienter exilium tulit, ut eo etiam benè usus contemplationisq; denuo studiis deditus, ad longè graviore, mortemq; ipsam pro libertate Ecclesiæ subeundam accenderetur. Mortuus est exul sub A. C. 773. in Gremacorte sua, quam dono Pipini Ducis cum adiacente terra, acceperat. Cujus loci, ex quo tempore possessionem ejus adierat, ea deinceps felicitas fuit, ut & æstate (ita vitæ scriptor) & hyeme, latiores segetes & gramina cæteris locis adjacentibus exhiberet, & à tempestatibus grandinisq; scivitia, nunquam grave aliquod damnum acciperet. Claruit insignibus à morte prodigiis, ad cuius tumultum nocturnis horis concentus Angelici exauditi & admirandi splendoris lux emicuit, quæ solis claritatem vincere videretur. *Colvenerius in Elencho Archiep. Rhem. Claud. Rob. qui A. C. 733. mortuum asserit, Flodoard. Sigebert. Hugo Menard. Ioan. Chenu, Lilia nost. Gall. Bened.*

Canonicus
Ord. Fundator.

Sede pellitur.

obiit 773.
al. 733.

Cantus
Angelicus.

B. Rogerium
Abbas.

Ellantii depositio B. Rogerii Abbatis. Hic Monachicen in Monasterio Regiōci professus, & primus Ellantii Abbas constitutus,

stitutus, admirando vitæ rigore, se suosque ibidem exercuit, & locum, cætera ignobilem, horridum atque incultum egregiâ fundatum sanctitate, celebrem reddidit. Claruit rara miraculorum gratia, e quibus multa in vita eorundem recensentur: ut de pisce in fonte invento, de aquâ prodigiosè in vinum conversâ, ob quæ, atque alia plurima, cum ejus fama sanctitatis latius circumfunderetur: *Multi*, inquit vitæ scriptor, *pro salute tam animarum quam corporum, ad eum fideliter confluebant, & remanentes ab eo reportabant antidotum exoptatum.* Claruit & Prophetico spiritu, & à morte in primis admirandis prodigiis à DEO est commendatus: ad cujus tumulum, non solum plurimi à variis infirmitatibus sunt liberati, sed & qui gravibus tentationibus & angustiis obruebantur, mire recreati sunt. *Quis enim*, ait author cit. *ejus consilio, quis auxilio destitutus? non continuo convaleuit, qui ejus Patrocinium fideliter impioravit? &c.* Ut ad tanti viri Patrocinium merito fera etiam posteritas concurrat loci accolarum. *Ex Roberto Rusca, Ang. Manriq. Henriq. Sauss. &c.*

Omnibus adest.

B. Elisabeth Tubbach.

Ejus humilitas.

dientia laboribus impendit. Obiit sub A. C. 1560. maximo sororibus sui relicto desiderio, quibus vivens exemplo præluxerat. Ab ejus morte, cum pro animi ejus salute Psalterium de more legeretur, auditæ sunt, non sine astantium jucunda demiratione, Angelicarum vocum harmoniæ, argumentum utique ipsius animæ cælestium gaudiis jam potenti gratulantium. *Ex Arn. de Raiffe, Chrysof. Henriq. Bened. nost. Rediu.*

caelestium cantuum.

In Monasterio Casinensi, S. Sergii ejusdem Cænobii Monachi patria Amalphitani, qui sub Gerardo Abbate, sanctitate claruit. Is supremum lectulo decumbens, Gregorium ejusdem Cænobii presbyterum oravit ut secum maneret. Ad extrema autem deveniens, quam procul dubio in vita devotius coluit, Augustissimam cæli Imperatricem ad se spectabili forma occurrentem intuitus, mox gaudii plenus, ad eandem manus exporrexerat, & velut luctuæ mortalis oblitus, & ab agone victor: *Domina mea, Domina mea*, exclamavit. rogatusque caulam clamoris ejusmodi à præsentibus: *Nunquid*, respondit, non Beatissimam virginem MARIAM videtis? Hic nempe est; cumque dicto felicem animam in sinum Matris Misericordiæ effudit. *Ex Petro Diac. monim. Casin. Mauro Marchesio.*

S. Sergii mon.

DEI para apparer.

B. Cifnandus.

In Lusitania B. Cifnandi Melliflui Doctoris nostri discipuli, qui ab eo in Occidentales Hispaniæ partes directus sanctitate sua solitudines illas mirabiliter illustravit, celeberrimamque ordinis reformationem ibidem propagans, loco sibi ac sociis cælesti splendore designato, Cænobium Divi Ioan. Bapt. honori condidit, & magnis meritis refulsit. Menol. Cist. Henr. Ang. Manriq.

NONIS IANVARII.

5. Ianuarii.

E.

S. Aemiliana.

Romæ S. Aemilianæ virginis, amita S. Gregori Papæ, quæ vocante Tharsilla sorore, quæ ad DEVM præcesserat, hac ipsa die migravit ad Dominum *Mart. Rom.* Aemiliana Anicii Gregorii V. C. filia. Anicii Gordiani V. C. & S. Tharsilla soror, Magni Gregorii nostri amita, celeberrima tunc Monachici nominis fama, per Admirabilem Patrem nostrum BENEDICTUM toto in occidente, sed & in Oriente, Romæ tamen in primis resti-

tuta, ejusdem studio & amore succensa, fastiditis tanti generis splendore & opibus, cum Tharsilla sorore, se Christo emancipavit, & in ædibus propriis (quod initio ordinis frequentissimum) *sub distributione Regula vivens, quotidianis incrementis in amorem Conditoris sui crevit, & cum solo hic esset corpore ad æterna transit.* Tandem meritis sanctis locupletissima, à S. Tharsilla sorore, quæ prior carnis deposuerat farcinam, evocata: prædicente eadem

Fit monialis.

.V. IANVARII.

Miracula.

SS. 900. Martyres.

dem, ipsa Apparitionis Dominicæ Vigilia, cælo nata felicissimè obdormiit. Quam à se præcipuè dilectâ, miris prodigiis Deus ostendit. Sepulta fuit in æde, à S. Gregor. deinceps cognominata. *Ex libris Dialog. S. Greg. Philippo Ferrar. Petro Equil. Arn. Duac. &c.*

In Monasterio S. Vincentij Martyris ad Fontes Vulturni, illustri Sanctorum Monachorum ejusdem loci & Martyrū Triumphus, qui ab impio atque immani Saracenorum Duce Seodare Cænobium illud invadente & diripiente crudelissimè exagitati, & pro fide excruciat, demum securè percussi, Martyrii laurea coronati sunt. Innumeros, ob insolentem numeri in eodem Cænobio frequentiam, nonnulli hos ipsos, minus recententes appellabant; ex Ioanne tamen ejusdem Cænobii Monacho constat, fuisse Monachos nongentos, qui simul ibidem, gratissimæ Numini victimæ ceciderunt. A. C. 882. *Ex Ioanne cit. Antonio Tepesto, Trithemio, Baronio, Vincent. Anal. nost. Bened.*

Plurimi SS. Mart.

Eodem die commemoratio innumeros aliorum Monachorum Martyrū, qui ab eodem Seodare Tyranno, latius grassante in frequentissimis passim Cænobiis ex ipsa persecutione, ob Fidei Christianæ confessionem, & in odium vitæ Monachicæ, per varia supplicia, & gravissimas injurias & plagas crudelissimè interempti sunt, quorum illustria certamina, tam ob multitudinem, quam ob scriptorum incuriam, ad dies certos referri non poterant, nomina autem scripta sunt in libro vitæ, & Festa ac triumphus eorundem in cælis celebrantur. *Ex diversis rer. Ital. & Gall. script. &c. Caset. Marchesio &c.*

S. Ermenol.

In Germania S. Ermenoldi Abbatis & Martyris. Ita hac die Menardus & alij, nos potiorem sequuti partem die sequenti assignamus.

S. Alachrinus.

In Italia natalis B. Alachrini Episcopi & Confessoris. Alachrinus Cænobii Casæ MARIÆ Monachus ac Prior, vir religione conspicuus, & sacris ac humanioribus litteris eruditissimus, propter multiplicem rerum cognitionem, & in expediendis negotiis dexteritatem Monasterio extractus ab Innoc. III. Pont. Max. in partibus Italiæ, Episcopus ordinatus est. Cōtraixit maximâ cū S. Dominicæ Ordinis Prædicatorum Institute amicitia necessitudinem, ad quâ aliquando cum ex itinere, (ab Honorio III. in Germaniam Legatus) divertisset, & pro familiari consuetudine Dominicus, amico secretiora credere nō

Familiaris S. Domini.

dubitaret, confidentius Alachrino fassus est, sese nihil eousque DEVM orasse, quia exauditum se perentisceret. Subdente autem Episcopo: Pro M. Conrado, celebri tunc nominis Doctore, quem Ordini suo nomen dare Prædicatores summè desiderabant preces funderet. Difficilem rem dixit esse Dominicus, nihilominus ut secum ipse Alachrinus precibus insisteret monuit. Institere, moxque miram mutationem Conradus ille expertus, primo mane occurrens, ut ad ordinem susciperetur instantissimè contendit, & facile impetravit. De Alachrino sic Menologium Henriquezii: *Apostolico zelo plenus, velut alter Elias, falsos prophetas, Hereticos scilicet, in ore gladii, quod est verbum Dei, potenter exterminavit, & Catholicam veritatem stabilivit.* Claruit vir Apostolicus A. C. 1216. *cujus vitæ sanctitas*, ait Philippus Seguinus, *& in gubernanda Domini familia sollicitudo nō modica, usque in hodiernum diem, multis præconiorum titulis apud posteros commendatur.* Ex Barn. de Montalbo. Vincent. Bellonac. Chrysof. Henriq. Phil. Seguino. Annal. nost. Bened. &c.

Zelus Apostolicus.

claret 1216

S. Cyra Virgo.

Res mira.

In Hibernia S. Cyra Virginis & Abbatissæ, Cyra, aliis Chera sive Ciara patre Dubreo è Conarij Regis sanguine oriunda, pietate illustrior multo quam generis nobilitate, vitam Monachicam omnibus mundi illecebris potiore duxit, in qua sanctitatis fama & miraculorum gloria splendidissimè effulsit. Præfuit autem Monasterio à se condito Kilcherensi annis plurimis, in eoque magnum lætissimarum Virginum numerum Virginū sponsa aggregavit, & sanctissimè instituit. Eam maximi fecit S. Brendanus noster, cumque mirabili quandoque incendio è visceribus terræ emergente tota periclitaretur provincia, & ad ipsum incolæ pro ope recurrerent, ille ad Cyram remisit, tanquam digniorem Numinis placatricem. Rememorabile refert vetustissimus scriptor vitæ S. Brendani his verbis: In regione, inquit, Muscraighe Thire, in provincia Mumonia, ignis exortus est è terra fetorem habens pessimum. Cœperuntque homines ignem extinguere aquis, sed nullo modo potuerunt. Vidensque S. Brendanus veniendo illuc, terram ardere, ascenditibus alte flammis, ait hominibus: O miseri homines, ignem infernalem videtis è terra? Rogantibus eum hominibus, ait eis: trium dierum jejunium agite & rogabo DEVM pro vobis. Et post jejunium ait illis: Ite ad sanctam DEI Virgine-

nem Ciaram : sibi enim **dedit** Deus hanc virtutem, ut extinguat illum ignem per orationem suam. Et **orans** Sanctissima Virgo Cera ad **DEUM** contra illum ignem, illico ignis extinctus est radicitus, & nunquam ibi iterum apparuit. Ita cit. author. Ut appareat quantum etiam infirmior Virginum nostrarum Sexus poterit apud omnipotentem, possintque etiam hodie Ancillarum Christo emancipatarum preces. Præfuit etiam deinceps B. Munnæ Cœnobio Syra, cum quotidie ferè confluentium ad ipsam Virginum numerus augetur, cui Sanctissimus Abbas cum Fratribus totum cessit Cœnobium, neque aliud inde eos exportare voluit, quam itineri necessaria. Verum sub extrema vitæ ad priorem reversa locum, post multos vitæ annos, in illibati instituti rigore transactos, annis & meritis plena migravit ad Dominum An. Christi. 679. cujus Festivitas pia populi devotione bis quotannis, quinta nimirum Ianuarij, die nimirum obitus, & 16. Oct. quæ sacrum corpus ipsius translatum est, solemniter celebratur. *Ex diversis rer. Britann. & Hibern. script. Ioan. Calg. Annal. nost. &c.*

B. Paula
Florant.

Florentiæ in Tuscia natalis B. Paulæ Virgin. Sanctimonialis lectissimæ. Quæ ibidem religiosus nata parentibus ab infantia statim **DEI** parenti Virgini ejusque filio totam se consecravit, neque ab imagine Divæ puerum lactantis oculos ferè unquam avertit, totos dies noctesque intenta contemplationi. Meruit eandem cum infantulo spectabili apparentem forma intueri, atque incomparabili prorsus à tantis puero & Matre gratia, ab osculo puerili lactis rorem degustare, à quo inebriata, cum in amorem cœlestium exarsisset, iussu ab eadem Virginum Virginæ ire ad proximum S.S. Angelorum instituti nostri Camaldulensis Cœnobium, ibique Sylvestrum Monachum super instructione cōvenire. Cumque nescire se & Sylvestrum & Cœnobium responderet. Illico mirabili visione, & hoc & illum contempxit. Ab hoc sacro velo amicta, & Paula appellata est, quæ antea Tinga dicebatur. Conclusaque in nostro Virginum S. Margaritæ Cœnobio, altera ejus extitit Margarita. Lachrymarum dono præcipue effulsit, adeo quidem, ut inter meditandum, cui insisteret pavimento inundaret. Mirifice ad panem affecta Eucharisticum, cum sumeret, multis & raris gratis

Lacte ab ore
lesu percipitur.

Fit monialis.

recreabatur. Angelos suavissimos edentes concentus non semel audivit; Alias **Christum** cæruleo indutum paludamento, aureo fulgore chordulas nonnullas illustres ferentem; alio tempore Angelum pallam auream manu stringentem vidit, ex qua suavis harmonia audiretur. Aliquoties **IESVM** cruci affixum, eundem item puerili forma multoties conspexit. Pisanis agrum Florentinum ferro flammæque vastantibus, oranti ne vicina palatia exurerentur, Salvator apparuit, monuitque: *Sineret ea incinerari, que domicilium essent Sathane, in quibus nullum flagitium genus non committeretur.* Exarserunt proin circumcirca omnia, domuncula tantum & vinea Camaldulensium nostrorum illata, pro qua ipsa intercesserat. Florentinis in Pisanos moventibus Victoriæ prædixit cum S. Ioannem Bapt. dextrâ proficiscentibus benedicere aspexisset. Zelo animarum flagrantissima, multos ad meliorem frugem sanctis exhortationibus convertit, plurimosque Monachorum & Sacerdotum cœlestium amore succendit. Quo in virtutum exercitio cum Annos 50. exegisset, hac ipsa die Anno Christi 1368. decessit, ab Archi-Apostolis Petro & Paulo ad gloriam invitata. *Ex vita per August. Fortunium Camald. Anton. Ba. ling. Abr. Bzovio, &c. Ephemer. nost. Mar. Bened.*

In Frisia depositio B. Cythardi primi Abbatis Floridi Campi, qui suos sanctis moribus instruens, plenus bonorum operum ex hac vita discessit An. C. 1192. circ. *Andr. Cornelius in Frisia, Aubertus Miræus in Chron. Chrysof. Henric. &c.*

Eodem die S. Anastasii Suppentoniensis Abbatis, de quo hac die nonnulli, forte ob translationem ejus Reliquiarum, nos 11. Ianuarii.

Ipsa die S. Eduardi Regis Angliæ & Confessoris clarissimi. Qui etsi Monachus professione non esset, à nostro tamen S. Brithualdo Vintoniensi Episcopo, Regno promissus & pronuntiatus, à nostris sanctè institutus, studio, devotione, demissione, obedientia, castitate, pauperum susceptione & familiari consuetudine, Regulari in aula ipsa observantia, Cœnobiorum fundatione, dotatione, frequentatione, ita totus Monachorum factus est, ut qui ipsis in vita omnia accenseri studuerit, merito ab iisdem vicissim inter suos recenseatur. Illis educantibus, docentibus, accendentibus Amorem Virginum Virginis à puero imbibit, ipsiq; se devovens, etiam

visiones eius.

Christum sepe videt.

Prædixit victoriam.

Ex vita
per August. Fortunium Camald. Anton. Ba. 1368.

B. Cythardus.

S. Anastasius.

S. Eduardus Rex.

Virgo coniuux.

conjugem à Regni Principib. coactus ducere, Virginitatem in conjugio illibatam servavit, & Spiritu prophetico & miraculorum clarus gloria, ad Regnum æternū concessit A. C. 1066. *Ex Ingulpho Croyland. Orderico Vitali, Mattheo Westmonast. Henric. Huntindon. Paris. & Annal. nost. Bened. atque Ephemer. Mar. Ben.*

Ipsa die in Gallijs, natalis Ven. viri Andree de Valle Brutiorum. Hic Italus natione, & eruditione, & zelo animarum lucrandarum spectatus, flore ite primævo vigore SS. Instituti nostri Vallumbrosani, Prior facti illius conventus deligi meruit. Inde in Gallias missus & recens structo SS. Cornelij & Cypriani Cœnobio præfectus, primus postea Casali S. BENEDICTI Abbas renunciatus est. Claruit A. C. 1094. & celebre illud Cœnobium primis initiis, egregio sanctionis vitæ exemplo, primus

obiit 1066

B. Andreas

Moriatur
679.

VIII. IDVS JANVARII.

VI. Ianuarii.

S. Ermenoldus
Abb.

Nobilitas generis.

Res digna,

Fuit Abbas Prusening.

IN Monasterio S. Georgii in Brunfeningen (Pruefelingen) S. Ermenoldi Abbatis & Martyris. Hic claro admodum in Suevia ortus genere, cum præter spem omnem divinitus parètib; donatus esset, gratissima eorumdem oblatione, in sanctissimo Hirsaugiensi Cœnobio, deo consecratus est. Vbi magni Abbatis VVilhelmi exemplo tantum profecit, ut summa Henrici V. Imper. voluntate, consensu communi omnium, potentissimo tunc temporis Laurisheimensi Cœnobio sit præfectus. Fratrem germanum habuit Ermenoldus, cum ob generis nobilitatem, tum opum affluentiam in primis spectatū, quem cum amicè interpellaret aliquando Imperator, quidnam sibi in vicem gratiæ illius redhiberet, quod fratrem ejus Ermenoldum Regali Abbatia sublimasset: & is serio rem accipiens, non contemnenda paulo post munera Cæsari obtulisset; offensus ea re tantopere Ermenoldus est, ne vel minima Simonie suspicione laboraret, ut abdicato confestim honore, cum Fratribus amplius quadraginta ad S. VVilhelmum Magistrum suum Hirsaugiam denovo se reciperet, summa ejusdem gratulatione receptus ac habitus. Verum celebri fama denovo proditus, à S. Otthone nostro Bambergensi Episcopo expetitus, recens à se cõdito Prunfeningensi Cœnobio Abbas concessus est. Fuit autem, cum cæterarum virtutum cultissimus ornamentis, tum zelo justitiæ & honorum contemptu

fundavit, & quasi consecravit: quod superiore sæculo novo fervore reaccensum, felices flamas late exporrigens, sacre rigorem disciplinæ, per amplissimas diffudit provincias A. C. 1516. *Order. Vitalis, Carolus Sauff. Iacobus Breulius, Hugo Aenardus, Annal. nostr. Bened. &c.*

Salisburgi depositio Ven. viri Balderici Abbatis S. Petri ibidem, qui A. C. 1147. nō sine opinione sanctitatis ex hac vita discessit, de quo quædam miracula referuntur. *Ex Monim. S. Petri &c.*

In Monasterio Montis oliveti Ven. viri Iacobi de Carpo, ejusdem sacre familiæ nostræ Generalis, qui post multa præclare gesta, nocte Epiphaniæ præeunte, singulari cum religione ad ultimum usque Spiritum in Psalmos effundens mortalitatem exiit A. C. 1493. *Ex Hist. Olive. Secundi Lan-cellotti Perusini &c.*

B. Baldericus.

B. Iacobus.

obiit 1493

F.

admirandus, adeoque præcellens, ut consimili Magni Ecclesiæ Doctoris Ambrosii constantia, Henricum Cæsarem, sui cæteroquin amantissimum, sed à Rōm. Pont. excommunicatum, amicè ad se invisentem, aditu Cœnobij prohibere non timuerit; stupentibus eo facto Palatinis & freudentibus, Augusto tamen ea repulsa terrore ac consternato, suosque à vi inferenda anxie dehortante. Mortem cum ipsi disciplinæ impatientiores nonnulli è Monachis machinarentur, edoctus de infidiis, deque scelere conjuratorum, in eorundem se expectantium conspectum utro se dedit, mirè servatus, miranda vultus ejus & dignitate & gravitate, sed & splendore eximio perterrefactis partidicis. Verum appetente vocationis ejus hora, Nūmine ipsi lauream decernente, ab impio quodam Aaronè Pseudomonacho graviter illiso in caput fuste concidit, & cū sensus expers aliquādiu jacuisset, ad se reversus, hilari sermone suos alloquutus, ad thronū Dei se raptum fuisse, & promissa consolationis plena retulisse exposuit: in eo nimirum loco, cultum divinū nunquā defuturum. Se vero die crastina solemnem inter Angelorum in Missa sacrificio Hymnum *Gloria in excelsis Deo*, ad concupitas felicissime æternitatis sedes migraturum. Ita obiit dignissim⁹ cælo ac triumphante Ecclesia pugil A. C. 1121. insignib. post mortē miraculis à Nūmine illustratus. *Ex vita inssu V. Valerici Abb. conscripta, Matth. Radero, VVig. Hunatio, Annal. nost.*

Alter Ambrosius.

Mirè servatur à morte.

Fit Martyr.

S. Dimani
Episcopus.

In Hibernia S. Dimani Connerensis Episcopi ac Confessoris. Hic illustri admodum ortus profapia patrem Aengussium habuit Carthinnii filium, è celebri Dalcassiorum familia, cui ipse mirifica sanctitate decus supra omnem alium splendorem, immortale addidit. Cucullum deinceps amplexus, perfectionis Monachicæ magistrum S. Colmanellum Abbatem habuit, litterisque non minus atque eruditione singulari, quam vitæ sanctitate proficiens, eidem postea in Abbacia successit; cujus futuram magnitudinem in puero etiamnum idem Colmanellus prævidit ac prædixit: *Erit longævus, inquit, & sapiens, & sanctus DEI, & omnium Ecclesiarum Hiberniæ adjutor & protector &c.* Ipsum Iuniorum etiamnum, cum S. Cronanus exoraret, ut sibi librum Evangeliorum scriberet, & hic se excusans, unum solummodo diem ad ejusmodi laborem offerret: *Scribe, ait Cronanus, sine cessatione, usque dum sol tibi occubuerit.* Res mira, & digna quam ex vetustissimo scriptore audi-

Fit Abbas.

40. diebus
& noctibus
sol ipsi non
occumbit.

amus. *Hoc scriptor promissit. Et constituit ei Sanctus sedem scribendi. Sed gratia S. Gronani divinique virtute ac potentia radium solis quadraginta diebus & 40. noctibus indefinenter in illo loco fecit semper esse; & nec scriptor lassus erat tanto tempore, nec tam continuo labore radium habuit, nec desiderio cibi vel potus, sive somni gravatus est. Putabat enim tempus 40. dierum, & 40. noctium unum diem fuisse; & hoc tempore 4. Evangelia, non tam bona quam veraci littera scripsit, & ipso die sensit noctem & esuriam: perhibentesque ei viri religiosi cum S. Cronano, quia ipse scripserat spatio 40. dierum & noctium sine obscuritate, gratias Christi potentia agit, & alii qui ibi erant. Huc usque scriptor cit. Laboravit plurimum vir Sanctus in revocandis è schismate Hibernis, in celebrando Paschate à Romana Ecclesia dissentientibus, ad quam & nonnullos ejus Regni Episcopos & Abbates ea super re litteras scripsit Ioannes eo nomine IV. Pont. Max. quibus insignis cum fides tum auctoritas atque eruditio Dimani commendatur. *Fuit à pueritia ad ultimam usque senectutem, sui corporis inexorabilis castigator, & assiduus altissimarum virtutum cultor.* Sapientiaque clarus & sanctitate purissimum cælo reddidit spiritum A. C. 656. die 6. Ian. quo ejus natalis in Connerensi, quam feliciter administravit Ecclesia. observatur. *Aengussius, Beda, Colganus & ab hoc citati &c.**

Schisma
profligat.Obiit A. C.
656.

S. Edilwaldus.

In Anglia S. Edilwaldi Monachi & Confessoris. Hic cucullum in Monasterio

Inripumensi amplexus, egregia enituit sanctitate, & ad Sacerdotij promotus dignitatem, insigni in virtutibus profectu sese quotidie ad sublimiora promovit. Probatione autem Monasterij diuturna benè exercitus, contemplationis deniq; majorisq; rigoris studio solitudinem Lindisfar-nensem ingressus, in ea vitæ reliquum sanctissimè traduxit, cui⁹ insigne illud à Ven. Beda nostro celebratur: *Cum videret aliquando navim periclitantem, ipso, in littore flexibus genibus Deum exorante, tempestatem illico prodigiose consopitam, eosque qui nave vchebantur mortis periculo ereptos fuisse. Ex Hist. Eccl. Beda &c.*

Naufragos
liberat.

In Monasterio Cluniacensi. S. Ademari Abbatis. Hic magno Odoni, celeberrimi & sanctissimi in Archisterij regimine pro vitæ meritis succedens, illudque insigni prudentia & sanctitate administrans, prædiorum augmentatione, ac disciplinæ Monachicæ promotione, de eodem æternum meruit. Vt autem Illustrissimo ortus genere, Comitum Engolismensis, (de Angolisme) filius fuit, sic studio innocentissimæ simplicitatis, & simplicissimæ innocentiam admirandus enituit. Amissionem denique temporalis luminis, & quidquid adversitatis occurrere poterat, absque omni murmure patientissimè tolerans, & Deum pro misericordia sua mirè glorificans, honorem Abbatialem hilaris abdicavit A. C. 954. cum annos undecim utilissimè præfuisset. Cumq; vitæ reliquum, cæcitatem solatus, in jucundissimo contemplationis studio, & patientiæ exercitio sanctissimè transegisset, anno demum Christiano 963. 5. Oct. felicissimè decessit, cujus tamen memoria hac die à nonnullis celebratur. *Ex Bibliotheca Cluniac. Andr. Bamberg. Claud. Rob. &c.*

S. Ademari
Abbas.

Fit cæcus.

Obiit 963.

S. Guarinus
Episcopus.

Seduni in Gallia, depositio B. Guarini ejusdem civitatis Episcopi & Confessoris. Guarinus five Garinus insigni vitæ puritate, singulari innocentia ac simplicitate, præcipua denique animi demissione mirè excelluit. Alpenensis Cænobij Abbas electus, celebri reformationis nostræ Cisterciensis fama accensus, decrepita jam ætate sacrum rigorem exambijt, suosque ad sacra amussim Regulæ reformavit; quibus ipse admirabili vitæ exemplo, & ferventissimo sacri rigoris studio, faciem prætulit. Eum Doctor noster Mellissius Bernardus maximi fecit, quem & in faciem laudare, utpote ab omni vanæ gloriæ suspicione alienissimum, nihil veritus, Epistola 253. sic alloquitur: *Nec timendum quod succumbat*

Encomium
hosti,

Item aliud.

Soli com-
paratur.Claruit
1175.S. Adalbertus
mon.

Clar. 1132.

S. Petrus

hosti, qui non cedit etati. Vincit annos animus, & frigente jam corpore, fervet Sanctum in corde desiderium; artubusque fatiscenibus, durat tamen incolumis propositi vigor. *Nec sentit rugosa carnis infirma, spiritus promptus. Nec mirum: Vt quid enim metuat veterani domicilij ruinas, qui fabricam spiritualem videt in sublime consurgere, proficere in aternitatem? &c.* Nec minus illustre illud, dum Alpenes alloquens, ejusdem perfectionis Regulam, superstitem & audientem, & legentem id ipsum Guarinum proponit: *Sequitur inquit, filij patrem, Imitatores ejus estote, sicut & ipse Christi. Dicite: in odorem unguentorum tuorum curremus, siquidè bonus odor Christi est in omni loco &c.* Vt quid ad ejus commendationem, præter aut supra tantum Encomiasten Bernardum, dici possit, non videamus. Quem & postea, nihil prohibente grandi senectæ ad cathedram Sedunensem expetitur, & Cænobio extractum, seniles & debiles humeros Episcopoli immenso oneri supponere coactum, Patris honoras titulo tantus Doctor, etiam Soli comparatur his verbis Epist. 142. ad Alpenes: *Bonus Pater vester, inquit, atque noster, auctore Deo ad altiore gradum assumptus est. Faciamus ergo charissimi quod dicit Propheta: Elevatus est Sol, & luna stetit in ordine suo. Solest ille, per quem Alpenensis Congregatio illustris ubique redditur, tanquam Luna per Solem, &c.* Præfuit Ecclesiæ Sedunensis summa cum utilitate & æterno ejus ornamento, cujus odorem, de quo supra Bernardus, universa Gallia, imo tota Christi Ecclesia sentiens, ejus pietatem agnovit, & sanctitatem venerata est. Effulsit in Pontificatu sub A. C. 1175. neque diu in eodem superstes, varijs sanctitatis & virtutum titulis illustrissimus migravit ad Dominum. *Ang. Manriq. Arnold. Carnot. in Vita Bern. Rob. Rufca, Chrysof. Henriq. & nos in Lib. Gall. Bened. & Annal. Ord. &c.*

In Cænobio Breitenaugiensi S. Adalberti Monachi & Confessoris. Adalbertus Comes de Schœmberg contemptis sæculi rebus & pompis, cum esset potens & opulentissimus, pro Christo factus est pauper Monachus, & in tanta paupertate vixit, ut magnæ sanctitatis vestigia cunctis fratribus reliquerit, miraculorum gloria etiam à Numine commendatus. Monachus professus est in Breitenauw, sub Hærico Abbate, claruitque An. C. 1132. *Ex Chron. Hirsaug. Ioan. Trith. Hug. Menardo, & Annal. nost. &c.*

In Anglia S. Petri Abbatis. Is Romanus

patria è Magni Gregorij discipulis, in Cænobio D. Andreæ Monachum professus, presbyteratu etiam insignis fuit, primosque inter Angliæ Apostolos accensus, S. Augustini nostri adjutor & cooperatore strenuus, primus ab eodem Monasterij S. Petri & Pauli Cantuariæ Abbas constitutus est. Idem ab eodem Augustino cum S. Laurentio Romam missus, ut S. Gregorio referret, quæ in Anglia à se gesta essent, & de quibusdam alijs ipsum consulerent, cum inde redisset, & Monasterio suo sanctissimè præfuisset, alia legatione in Gallias suscepta, facto naufragio in sinu maris Ampleat, sive Amflet, merfus atque ejectus, ignobili sepulturæ ab incolis loci primum traditus, cœlesti postea luce ad tumulum effulgente, quis quâtusque fuisset agnitus, Brononiam postea summo cum honore translatus, & in cathedrali illic Ecclesia collocatus est. *Mart. Angl. Ferrar. Beda, Molanus, Menardus ad 30. Dec. Ita ut hæc dies potius translationis esse videatur.*

Abbas.

Naufragio
perit.Miraculis
claret.

S. Iacobus.

In territorio Laodiensi, natalis B. Iacobi Monachi, qui in valle S. Lambertæ Monachicis disciplinis feliciter instructus, felicissimo fine ad æternam felicitatem migravit. *Ex Chrysof. Henriq. Menologio Cist. & Sacratio Leod. in Catal. SS. Leod. &c.*

Romæ in Monasterio S. Cæcilie Virginis & Martyris natalis S. Eudociæ ejusdem loci monialis, vitæ meritis conspicuæ, de qua Octavius Cajet. in Idea operis SS. Sicilia & Hugo Menard. &c.

S. Eudocia.

Ipse die commemoratio Ven. viri Mariani Cluniacensis Monachi, qui cū Presbyter secularis etiamnum esset, & desolatam vastatamque ab Albigenibus Hæreticis Ecclesiā, Sabatho quodam intrasset, ibidemque in honorem Deiparæ sacris operatus esset, Missa necdum finita ab Hæreticis deprehensus, atque extra Ecclesiā raptatus, lingua radicitus amputata, pietatis mercedem meruit; a socio autem ægre Cluniacum deductus, & à Monachis summa charitate exceptus, cum in nocte Epiphaniæ, tolemnes decantarentur Vigiliæ, & ipse animo erectus, quod voce non poterat, corde conatus, pulsans baculo parietem, à ministris nutu, etsi ægrè impetravit, ut ad Ecclesiā deportaretur. Vbi cum matrem misericordiæ animitus exorasset, illico præsentem vidit, imo præsentissimam expertus est. Carnem quippe linguæ formam habentem, in manu tenens: *Quia restituitur*

Lingua ipsi
exciditur

propter Fidem Filii mei, inquit, & honorem mihi exhibitum lingua tua privatus es, ecce novam tibi restituo; cumque dicto

A Deipara
restituitur.

Virgineis digitis in os ejus immisissis, radici lingue præcisæ carnem illam conjunxit, & disparuit, presbytero quamprimum cum Angelo in laudes Dominæ, *Ave. Maria gratia plena Dominus tecum &c.* ad finem usque erumpente, ac deinceps in eodem sancto Cœnobio Monasticen amplectente. De cujus de cætero erga Deiparam affectu, & vita, facillè sit ominari, etiam cum tot millib⁹ ejus amplissimæ congregationis syderum memorandis, injuria temporum interierit. *Ex Casario libr. 7. cap. 2. & Ant. de Balingh. Ephem. nost. Mar. Benedict. &c.*

S. Maurontus.

Apud Duacum Flandriæ, commemoratio S. Mauronti Abbatis, ejusdem civitatis Patroni, hæc die ob Urbem prodigiose ab ipso servatam, instituta. Solemne erat populo Duaceno, hanc diem prilco more, convivij liberalissimis celebrare. Quod cum minimè ignoraret Gallorum sumus Amiralus Gaspar Colinæus, utendum tempore censuit, ratus facili negotio, somno vinoque sepultos à sese opprimendos. Aggressus per noctis tenebras

urbem, & scandere mœnia conatus est, cū Divus Maurontus noster, Urbis Tutelaris, munere suo probè & prodigiosè functus est. Quippe Custodi Ecclesiæ S. Amati per somnum apparens, periculi admonuit, & negligentem denique etiam coëgit signū campanis dare, Quo territi cives, cum arma corripere, & ad mœnia concurrerent, Maurontum cucullo insignem Monachico, eodè lilijs aureis intersperso, dextramq; Regio armatam scepro mœnia obire, & hostem submovere ac perterrefacere, patulis oculis conspexere. Cujus beneficii gratia, à S. P. Q. Duaceno, Processiones hac die solemnes anniversariæ perpetuo decretæ & institutæ, quib. venerandæ meritissimi Tutelaris Reliquiæ, capsâ argentea reconditæ, maximo in populi concursu applausuque ab Ecclesiæ Canonicis religiosissime circumferuntur. Defensa fuit tali prodigio civitas Duacena. An. Christ. 1556. *Ex Arnoldo VVione & ab eo citatis, nec non Annal. nost. & Benedict. Radivino, &c.*

Duacum servat.

Anniversaria solemnitatis.

VII. IDVS IANVARIII.

VII. Ianuarii.

S. Rainaldus.

IN Germania passio S. Rainaldi Monachi & Martyris. Rainaldus, Reynaldus, Reinardus sive Rainoldus. Illurii Comitū Palatinorum Rheni ortus sanguine, è medio gloriæ cursu pedem atque animū flectens, ad humillimam sese Monachorum vitam demisit; Monachumque in D. Panchaleonis Cœnobio Coloniz professus, inter Fratres Conversos, vilissimis servitiis deputatus, abjectus esse in domo Dei præ omnibus mundi elegit delicijs, jugi carnis maceratione quotidie Numini victimam sese imolans, eximij vicissim à Numine gratijs comendatus. Verum, invidentium virtuti ejus, immani appetitus scelere crudeliter interemptus, & quo securius lateret facinus, in altissimum præcipitatus puteū acmersus est. Sed crebris prodit⁹ miraculis, & revelationibus, atque inde extractis, speciali deinceps dono à S. Annone Colonienfium Archi-præsule Tremonienfibus dono dat⁹, insigni in honorè ej⁹ extructa Basilica, Tutelaris Divus ab iisdè adoptatus est, quibus plurima deinceps beneficia à Numine impetravit. Fuit in vita non min⁹, quam à morte miraculorum miragratia & frequentia, commendatus, quæ inter Christi exemplo, orbam filio matrem miseratus, mortuum vitæ reddidit, atq; in oculis omnium, in columè matri configna-

vit. Luis a pestilentis medicus felicissimus & prodigiosissimus, non unū solum vel alterum epidimia liberavit, neq; uni pago, seu urbi alicui, sed toti provinciæ misericordie profuit, q̄ missa legatione exorat⁹, fufis ad Deum precibus, tanta calamitate & clade absolvi impetravit. Fuit & illud rarius cum Tremonienfibus (Dortmundæ incolas vocat) ab Annone Archiepiscopo supra nominato, Sancti alicujus corpus, quo terra sua reverentior atque securior ab hostibus esset, sibi dari enixius efflagitarent, deliberante super hoc ipso, & cōsultante cū Clericis Pontifice, corpus S. Rainaldi (angelicis proculdubio manibus) ante Ecclesiam expositū in Sarcophago fuisse; cumq; Ecclesiæ iterum atq; iterum inferretur, sapi⁹ id miraculi repetitum esse tandemq; tutelarem, cœlo quasi ipso designate Dortmundæ cōcessum, Colonienfibus per tria miliaria prosequentibus, & applaudentibus, ubi etiam deinceps magnis prodigijs à numine est illustratum. *Ex Hist. Colon. Agripp. Petro Cratepolio, Molano, Bolando Annal. nost. & Germania, nec non Aquila Bened. &c.*

G. Pestis Patronum.

Res mira.

S. Cedd.

Londini in Anglia S. Cetti ejusdem civitatis Episcopi & Confessoris. Hic Lindisfarnensis, reformati tunc à S. VVilfrido Cœnobij Monachus, magni illius & sanctissimi Eboracensis Archiepiscopi Ceadæ,

dæ, nec non SS. Cimbilli & Cealini frater germanus, ob raram sanctioris vitæ dignitatem & famâ Cœnobio extractus, & Lōdinensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus est. Vt a comisso sibi populo insigniter præstitit, sic opib. Ecclesiæ benè usus, celebre illud Lestingahense in Deirorum provincia Cœnobium condidit, cui & ipse prim⁹ Abbas sanctissimè præfuit. Ab Ofvio autem Northumbriæ Rege, ut genti Orientaliū Saxonum verbum annunciarer evocatus, Apostolicum laborem, otio omni & dignitatibus prætulit, strenueq; pro Christi defudans gloria, gloriosissimum provinciarū illarum Apostoli nomen meruit, felicissimoq; rerum successu, ipsos Siberechtum Regē, Siudhelmūq; Sexbaldi Regis filiū Christo lucratus, proprijs manib. baptizavit, & sanctè instituit. Tādēq; bonorum operum, atque ingenti meritorum copia dives, sed & miraculorum illustri gloria, in Domino obdormiit, cum episcopatu, pl⁹ minus, ann. 14. præstitisset, sepultus in suo Lestingensi Cœnobio, an. salutis 664. cu⁹ hac die, solemnior olim ob translationem sacri ejus corporis festivitas fuit, cum aliàs 7. Cal. Novembr. obiisset. Ejus alia inter, memorabilis in primis regularis jejunii observantia fuit, quod ne violaret, evocatus ad Regem, ire recusavit. Similiter cum orationi intentus, ab eodem accerferetur. *Ex vita, Ven. Bedæ, Guith. Malmesbur. Ioan. Colgano, Hugone Menardo. Trithem. Annal. nost. &c.*

Apostolus.

Mortuus.

S. Tillo Abbas.

In Monasterio Solemniacensi S. Tillonis sive Hillonii Abbatis. Hic patriâ Saxoniæ, parentes Arianos habuit. Patria à Pyratibus vastata, ab iisdem navio abductus in Galliam, à Sanctissimo Tornacensium Episcopo Eligio nostro redemptus est, & S. Rymailo Solemniacensi Monacho comendatus, virtutibus atque omnimoda eruditione instructissimus, Eligio remissus est, qui aurifabilem artem qua excellerebat, Tillonem edocuit. Sed in clarescentibus etiam ad incudem meritis, Sacerdotio initiatus, ab eodem paulo post magistro, Solemniacensibus Monachis Abbas præesse iussus est.

Verum mortuo Eligio, honore se abdicans, ut quietius Numini vacaret, solitudinē quæsiit, tantoq; rigore carnē edomuit, ut alter Paulus Eremita haberetur. Confluentium a. ad se undiq; discipulorū precibus evictus, Braggellensi structo Cœnobio, trecentis ibidem paulo post Monachos collegit. Inde Solemniacum monete Angelo reversus, vitam reliquam privatus ex-

egit, insignibus à Deo prodigijs honorat⁹. Ea inter ægros quoscunque calice suo potatos domum sanos & gratulabundos remisit. Mortis suæ præsciens Lemovicensem Episcopum accereri iussit, qui tunc æger lecto affixus, eo nuncio repente cōvaluit, & Solemniacum properans, Tillonē SS. Ecclesiæ Sacramentis ritè communiit, suosque cum Monachis humeros sacræ cadaveris sarcinæ supponens, componensq; suis in tumulo manib. mortuū, fornice imposuit auro & argento bracteata, gemisq; ornatā, aternū receptæ sanitatis, sanctitatisq; Tillonis monumentū. Ceterum sancti confessoris gloria non eo dūtaxat loco requievit, sed & Ilegenij in Flandria vicinisq; locis etiamnum illustre nomen perseverat, ubi nō modo ut Patronus, sed & tract⁹ illius Apostolus ab incolis celebratur & colitur. Mortuus est nonagenarius, Fratrib⁹ pacis osculo supremum salutatis, coliturq; præcipuo honore inter Apostolos Flādiæ, quod Eligio in hujus conversione strenuè collaborasset. Ejus sacrum corpus, prodigiosum stillavit oleum, diverso morborū genere laborantibus, admodum salutare, certusq; in hodiernum usq; diem febricitantium medicus Tillo celebratur, atque invocatur. *Ex vita, Joh. Molano, Aub. Miræo, Galefin. Maurolyco, Felici, VVione. Menar. &c.*

Miracula.

Mortuus.

Febricitantium Patronus.

S. Amadeus Episcopus.

Laufanæ S. Amadei Episcopi & Confessoris Illustri admodū loco, castro Gosta ppe Viennam Allobrogum natus, patrē egregia sanctitate Amadeum habuit, Albæ Ripæ Dominum, qui postea contempto sæculo Monasticen in Bonævallis Cœnobio professus est. Amadæus a. Junior, dignus patre, dignus nomine tanto filius, morum dignitate atq; virtutum decore, stirpis generositatē longè superans, cucullū in Altæcumbæ monasterio cōplexus, tātis postea virtutū progressib. profecit, ut Abbas primum ibidē electus, Laufanensis postea Episcopus creatus sit, utroq; munere strenuè perfunct⁹. Fuit sumis orbis Principib. præcipuè charus, Eugenio III. in primis Pont. Max. Friderico I. & Conrado II. Imp. quorum favore insignia privilegia suæ Ecclesiæ meruit, quæ etiamnum debent eidē Canonici & Episcopi successores. Sed ante omnia, præcipua in Deiparentē dilectione enituit, in cujus laudem Homilias octo conscripsit, tam dicendi suavitate, quam mysteriorum profunditate deliciosas, de Luculentissimis his, ornatissimisque Homilijs, inest tantum energie, tantum fervoris, quantum nemo, nisi Saxeus Lector, *B 4 surda*

Surda potest aure transmississe, quin potius ardentissimas continuo dijudicabit, sentietque in DEI param Virginem ignei amoris faces cordi suo adnotas, atque acutissimos in universum ejus honorem ac reverentiam stimulos experietur, &c. Illas, cum nulli mortalium, latendi Religiosissimo studio, humillimus Pontifex ostendisset, sollicitatus tamen, (Gibbono teste) à sorore sua Virgine sanctimoniali, non prius annuit, quam illa vicissim jucundum quoque à Virgine DEI para munusculum communicasset, Misit continuo illa chyrothecam laneam, quæ in præsentem usque diem in reliquiario B. M. V. visitur, egregijs miraculis illustrata. Ex quo facile conijcere sit, quâ tum uterque mortalem etiamnum apud immortales, & cæli Reginam potuerint. Præfuit Amedeus Lauanensis an. 14. mortuusque est an. 1158. ante altare S. crucis, in æde B. Matris Virginis sepultus. Ipsum Sæctorum albo solènter adscriptum Christophorus de Perales, & Angelus Manrique asseverant. *Ex Richard. Gibbono. Arnol. Caruot. Barn. Montalbo, Joh. Gallerio Manriq. Stumpffio, Henriq. &c.*

S. Albertus.

In territorio Senensi B. Alberti Eremitæ montis Alceti. Is honestis parentibus in Senensi provincia, castello Alceti natus, infans etiamnum, non nisi statis, more ieiunantium horis, matris ubera admisit, adolescentior autem tres hebdomadæ cujusque dies sibi esuriales præstituit, quibus cibos sibi præparatos suis ipse manibus in pauperes distribuit. Ex ephebis cum excessisset peregrinatione in Apuliam suscepta, ad S. Michaelis in Gargano secessit. Inde Venetias ad Divi Marcium in Palesthinam, demum ad S. Iacobi in Gallæciam abiit. Vbi cum moraretur, conspecta sæpius est in dextrum ejus humerum columba advolare rostrumque in autem ejus, quasi quidpiam insulurrans, inferere. Domum cum revertisset, Divino instinctu ad ipsum occurrens S. Anselmus noster Calmadulensis, ipsum sui

Rigor vita.

Ordinis institutis informans & exemplo accendens, domum denique ejus, in religiosam habitationem consecravit. Vixit vitam rigidam admodum, varieque tentatus à cacodæmone, objecta aliquando nobilis matronæ specie, S. P. N. exemplo in spinas se abiciens, sanguine suo libidinis ignes extinxit. Aliàs, varijs illudentem formis inferum felicissime confudit & profligavit. Claruit insigni miraculorum gloria. Quæ inter plures è mortis faucibus eripuit; puerulum in primis morti jam

proximum, matri suæ unicum (quam illa complexa ulnis è fenestra versus cellam S. viri spectante, cum ejusmodi verbis absenti commendabat: O Sancte vir DEI Alberte, si mihi filiolum hunc meum incolumen reddideris, cum mecum perpetuo DEI obsequio devoveo) sanum illico restituerit. Sic moribundum, aqua quam petierat missâ prodigiosè curavit, eadem statim in vinum conversa. Prodigiosum & illud, quo insons quidam missus in vincula, B. Albertum coram intueri & momentem audire visus est: abscederet cum bono DEO jam liber à vinculis, uti revera deprehendit, sed & portas divina virtute referatas exijt, murumque velut planitiem pertransiens, loca emensus incognita, ad cellam Alberti se stitit, & liberatori suo gratias coram retulit. Operarios tota die duodecim vino modico, ita ut nec exhaurirent, mirè refecit. Lepusculum ad se ultro occurrentem, paulo post à Venatoribus concitatum & ad se revertentem manica sua abscondit, donec illis recedentibus, securum dimitteret. Comitem Vbertinum cogn. Spathalongam desperatum à medicis quartana liberavit. Comitem alium febrim similiter liberans, conjugum insuper ejusdem sterili prolem impetravit. Aliàs scædissimi tabem ulceris, in juvene quodam Comite, solo manus tactu momento sanavit; alijsque plurimis miraculis celeberrimus extitit. Rarius illud, & absque ferè exemplo est, quo Tauricellæ montem, ob vim horrificam, quæ illic sæviebat ventorum, eoque à nemine cultum, immunem ab omni ventorum violentia reddidit, adeo, ut deinceps (res mira!) vehementior isthic flatus, nec exauditus quidem sit. Vixit vir sanctus sub A. C. 1181. cumque cellam suam 27. annis sanctè incoluisset, & amplitudinem illam & augustissimam Aulæ cœlestis majestatem evocatus est. *Ex vita per Silvanum Razzi, Annal. Camald. Bollandi, communicatis Mauri Marchesii & Cajetani, &c.*

Miracula.

Memorable miraculum.

Savigniaci in Gallia, B. Vitalis ejusdem Cœnobij Abbatis; qui cum Moritoli Comitis Sacellanus & Canonicus Ecclesiæ S. Ebrulphi esset, calcatis mundi delicijs, ope Radulphi Fulgeriarum Comitis Savigniacense Cœnobium condidit, in eoque S. P. N. Regnum professus, mira vitæ sanctitate enituit. Fuit familiarissimus B. B. Bernardo Abbati Tironensi & Roberto de Abruscillis, præclarissimis Ordin. nostri restauratoribus, & di-

B. Vitalis Abbas.

Reformator

& diversarum congregationum Fundator. rib. quibuscū sanctis. æmulatione contentens, & ipse ad Monch. rigoris conservandam & præmuniendam observantiã, suis cœnobitis certas quasdam constituit, præscripsit, quæ ad similitudinẽ Cisterc. nostrorum proximè accederent. Fuit ea sanctis. viri disciplina non solum in Gall. sed & Angliam præpagata, è cujus cœnobis Bellelandense, quæ maximè celebratum effulsit, fuit acerrimus vitiorum insectator, suisque concionibus. & vitæ exemplo, multos ad contemptum sæculi provocavit permovitque. Tandem emenso 7. Ann. curriculo, in morbum incidens, nihil tamen de rigore remisit: imo cum graviter æger nocturnæ Synaxi de B. Matre Virgine operam daret, & postentia ex more lectori benediceret, respondentibus universis: AMEN, in Deiparæ obsequio, felicè creatori animam comendavit post A. C. 1115. *Ex Orderico Vitali, Guil. Neubrigensi, Hugone Menardo, Bernar. Montalbo &c.*

Mors felicissima.

S. Kentigerna.

In Scotia S. Kentigernæ Viduæ, quæ Kelleno Regii Laginienis sanguinis Principi quondam nupta, magni illius & apostolici viri S. Foillani nostri mater extitit, mortuo a marito cucullum amplexa, in eo mira vitæ sanctitate exsplenduit, cujus præter alias virtutes, eximium cœlorum Augustæ devotius colendæ studium, & Angeli custodis observantia, singulariter celebrantur. *Ex Act. SS. Hyberniæ, Johan. Colgano, Steph. Vito, &c.*

S. Hathebrandus.

Antuerpiæ translatio S. Hathebrandi. Abbatis veteris Monast. in territorio Græningesi (vulgo Olden Closter) Ordin. S. P. N. ppe Appingendū, modo ab hæreticis occupati, cujus sacrū corpus A. C. 1617. opera R. Henr. von der Heyden/Abb. Villariensis Antuerpiæ advectū ibid. in S. Salvatoris Cisterciens. nostrorum Cœnobio est reconditum. *Ex litt. Joh. Malderi Episc. Antuerp. Chrysoft. Henriq. &c.*

Ven. Ludovicus Blossius Abbas.

Eodem die felix obit Ven. viri Ludov. Blossii Abbatis Letiæsis, qui nobili in primis Blossiorū in Hañonia ortus genere, adolescens bonis artibus ac triū linguarum cognitione, Clenardo præceptore, eruditus, in aulâ dein Cæsaris amandatus est. Verū vitæ cælestis desiderio, ac periturorum fastidio salutari tactus, aulam Monasterio Lætiensi in Hannonia commutavit. Cæterum virtus illius diu latere haud potuit: agens enim Lovanii, ut Theologicis studiis vacaret, non multo post ab Aegidio Gippo, jam grandævo Abbate Vicarius communi sodalium suffragio, ætatis anno

22. delectatus est. Biennio post demortui locum excipiens, collapsam apud suos vitam disciplinam præclare restituit, adeo feliciter, ut Lætiense Cœnobium religionis ac pietatis vigore, nulli secundum haberetur, suos primævo quasi Ordinis fervore accendens, quo ipse adeo exarsit, ut mirandus sanè omnibus appareret. Eum brevi, at digno elogio in operum ejus præludio sic Jacobus Froyus exornavit: Fuit, inquit, exacto judicio, moribus integris, in victu sobrius, in cultu frugalis, obvius & expositus etiam infimis, alacer & humanus in excipiendis hospitibus; in egenos omnes, ac eos præcipuè, qui vel religionis, vel eruditionis nomine commendabantur, benignus ac liberalis, sibi perpetuo constans, & in medijs negotiorum undis, adversitatumque procellis, oleo, ut dici solet, tranquillior. In rebus agendis dexter & felix, sagax & prudens in consilijs dandis. Tam verò fuit creber, (ne dicam assiduus) in oratione divinarumque rerum contemplatione, quâ indefessus in lectione studioque Sacrarum literarum, quibus totum ferè tempus, quod à Sacrorum pennis erat vacuum, dare consueverat. Hicce tantis dotibus omnium animos sumamque existimationem sibi longè lateque conciliaverat, ac in primis Carolo V. Imp. sic erat charus, ut ei non semel amplissimos dignitatis gradus, inter quos Cameracensem Archiepiscopatū, obtulerit obtruseritque, quos omnes constanter respuit. Ac nihilominus ejusdem Imp. rogatu, plurimorum sui Ord. reformator Monasteriorū, haud sine magnis laboribus extitit. Fuit familiarissimus magno superioris sæculi syderi S. illi Patrum Soc. Institutori Ignatio ab eodem præcipuè dilectus & frequentioribus litteris interpellatus, cujus utilissimam orbi Christiano sacram familiam plurimum promovit, eoque nomine præclare meruit. Ut autem eruditionis laude fuit præstantissimus, sic Divinæ sapientiæ Spiritum, plurimis ingenii monumentis multo cum fructu prodidit, quæ quidem sæpè memoratus Augustus Carolus, non aliter atque M. Alexander Homeri Iliadem in Narthecio, sic ipse in sinu Imperatorio condidit atque circumtulit. Cæterum innocentissimæ vitæ Blossius annos natus undexaginta in Beatorum sedes commigravit A. C. 1566. cœlo quidem jam pridem maturus, toti vero Belgio multum desideratus. *Ex Elogijs Illust. Belg. Auctario Arnoldi de Raiffe, Jacobo Froyo, Romano Hayo, Joanne Bourghesio, Bolando &c.*

Restituit disciplinam

Elogium viri.

Refusat Archiepiscopatum.

Obit anno 1566.

VI. IDVS IANVARII.

VIII. Ianuarii.

S. Gudila
Virgo.

IN Brabantia S. Gudilæ Virginis. Hæc illustriſſima nata parentibus, patre V Vitgero Comite, Amelberga matre, iisdem Angelicâ promiſſione prænunciata, à cognata ſua, ſanctiſſis Gertruda Nivigellenſi Abbatiffa, è ſacro fonte ſuſcepta eſt. Eidem poſtea à parentibus tradita, ac Deo conſecrata, inſigni vitæ ſanctitate plurimū profecit. Gertrude mortua, nõ ut obediētia ſacro ſe vinculo ſolveret, ſed ſanctiſſimorū parentum exemplo magis excitaretur, ſimulq; parētum ædes cœnobium faceret, ad eosdem reverſa, religioſa illic vitam inſtituit, rariffimis à Deo exculta beneficijs, & miraculis comendata; à morte præcipuè, cujus ad tumulum populus arbor, hyberno tempore prodigioſè vruit, & frondes emiſit. Nec minore prodigio, cum ſacrum ejus corpus Morzellam transferretur, mirè eradicata arbor eadem, & transplantata eſt. Cujus miraculi fama, excitus Magnus Carolus perſpecta rei veritate, inſigne ibidem Virginum cœnobium exædificavit. Mirum & illud, quod idem Carolus ibidem expertus cum uſus à venatoribus in venatione circumdatus, mirè elapſus ad Divæ Gudilæ templum confugit, & pedes SS. Virg. illic Deo famulatiū habens, in earumdem poſtea famulatu & obſequio perſtitit. Meruit & Apoſtolicū hæc eadē Virgo, etiā poſt mortē apud exteras & procul poſitas nationes titulū, vocata per viſionē, ad tumulum ſuū Ethnici cujuſdam & remotiſſimi Regis filia, eademq; inſigni prodigio, à graviſſimo morbo liberata, quo miraculo attonitus Rex barbarus, ſuſcepta & ipſe ad tumulum Gudilæ peregrinatione, cum pluribus Regni procēribus, Chriſtiana ſacra ſuſcepit. Gudilæ deinceps corpus à Carolo Lotharingiæ Duce, Bruxellam translatum, ibidē in Divi Michaelis, cognominata deinceps à ſe Baſilica conditum, ſumma uſq; hodie colitur populi veneratione, adoptantibus eamdem civibus, præcipuam tantæ Urbis Tutelarem. *Ex diverſis rer. Belg. ſcript. Molano, Cratepolio, Miræo, Rayſſe, Menardo, Lippeleo &c.*

Vrſus famulatur.

Translatio.

S. Vulſinus
Epiſcopus.

Schirburnæ in Angliâ S. Vulſini Epiſc. qui quanta in cucullo effloſceret ſanctitate, ex ipſa Magni Dunſtani conſtitit de ipſo exiſtimatione. Vt quem ille maximi ſemper fecerit, ut poſt inſignē VVeſtmonaſterienſis Cœnobij reformationem, ei-

H.

dem tandem illuſtriſſimum ſanctitatis exemplar Abbatem præfecerit. Inde vir ſanctus, ad Schireburnenſem ſive Sarisburi-entem cathedram extractus, perfectiſſimū Epiſcopalis muneris ſtatim, illuſtriſſimis ſummarum virtutū radijs exornavit, & meritum graviſſimorum manipulis, felix ad ſupera conceſſit. Paulo ante quam animam ageret, in feſtiviſſima illa Protomartyris Stephani verba hilari cantu erupens: Video cœlos apertos, & Ieſum ſtatem à dextris Dei. Claruit A. C. 990. & 1000. *Ex Claruit VII. Malmesbur. & Angl. rer. ſcript. Menardo &c.*

In territorio Tricaffino feſtivities glorioſi Cōteſſoris Chriſti Frodoberti Abbatis Cellenſis. Hic parētibus fortunæ mediocriſſimus natus, puer etiamnum infero terribilis viſus eſt, cum ſpectabili forma apparētes caco-dæmones, ſigno crucis potenter elideret, ac velut muſcas abigeret. **Mater** a. jã tunc potentem experta medicum, cum utroq; orba lumine eſſet, & cæcitatem quandoq; tanti filii amplexibus ſolaretur, eodem exorato, ut ſignum crucis ſupra oculos duceret, ab obnitente quantumvis impetrans, viſum illico recepit. Is Lunovii primū profeſſus Monachū, Inſulæ dein Germanicæ, ſive Cellenſis cœnobii conditor & Abbas fuit, miraculorū gratia longè illuſtriſſimus. Ejus in dæmones poteſtas tāta fuit, ut cui-cunq; energumeno manu crucem imprimeret, dæmonem illico exturbaret. Abſtinentia fuit incredibili, liberalitate in egenos & hoſpites admirabili. Cellarium ingreſſus, cum in ſuſum vino ſolum conſpiceret, vitio vaſis fieri ratus, qui vas curaret miſit, ne vinum efflueret, ſed is vinū prodigioſè in vaſe redundare deprehendit, memorabile proſus lucrum & præmium effuſæ in hoſpites Benedictinæ liberalitatis. Ipſū cœleſti concinentium Angelorum muſica honorari in terris & recreari, Teudocarius Abbas audire meruit. Mortem ſuam diſcipulis prædicens, inter Paſſionis Dominicæ lectionem expiravit, quã dum prælegeret Frater Lupellus, cum gravi antea capitis dolore torqueretur, illico convaluit. Claruit exitiis à morte prodigiis, cœlitum cantu etiam ad tumulum ſæpius audito, & luminariſſimis prodigioſis exſplendefcentibus. Sed & in elevatione ſacri corporis, lapide tumuli

S. Frodobert. Abbas.

Miracula claret.

Mors felix.

ultra

Celebritas loci.

ultra devoluto. Idem etiam deinceps ſuo Cœnobio è cœlis prodigioſè conſuluit, opeſque ejusdem & celebritatem auxit, cujus feſtivities ad hodiernum diem ob ſolemnioſiorem Cal. Ianuarijs Circumciſionis Dominicæ memoriã transfertur. *Ex vitaper Monachos Cellenſes, Nicolao Camuzat, Claud. Rob. Annal. noſt. &c.*

S. Vaningus Mon.

Fifcani, S. Vaningi Monachi & Confefſoris. Ita Menardus, nos cum alijs nonnullis die ſequenti.

S. Erhardus Epiſcop.

Ratiſponæ S. Erhardi Epiſcopi & Confefſoris. Is Scotus natione à prima ætate timori Dei ac obediētia affluens, piisque ſtudijs ac moribus honeſtis apprimè excultus, vitia inordinata, deſideria atq; otium iners declinare pro virili ſtudit, quo in genere exercitorum tantum profecit, ut ſummæ humilitatis Monachum profeſſus S. Hildulphum poſtea noſtrum ſequutus ſit, quocum diutius rerum Divinarum cōtemplationi ſeſe totum immerſit. Profectus dein in Bavariam, Apoſtolicum ſanctum munere, Evangelium Chriſti propagavit, atque inde progreſſus in Alſatiam Ethiconis cognomento Adelicæ Alſatiæ atque Alemanniæ Ducis filiam, oculis orbam ex utero matris, in fide inſtructam baptizavit, & virtute crucis Dominicæ videndi facultatē eidem obtinuit, atque Ottiliam appellavit. Tum reverſus in Boicā illic, quem diu deſideraverat diem extremum clauſit, in inferiore Ratiſponæ Monafterio Virginum tumulatus. Cujus ſepulchrum multis illuſtratum miraculis cū Sanctus V Volfgangus ex more viſitaret, apparens quandoque ipſi Erhardus, ſuper diſſolutione Monialium queſtus, locum corporis ſui minus honorari, effecit, ut ferio deinceps Epiſcopus Monafterio invigilaret, & ad ſolertioſam ſanctorum vitæ obſervantiã, Virgines illic comorantes excitaret. Deceſſit ſub A. C. 760. *Ex monim. cius Mon. ſt. Vigul. Hūd. Ioan. Colgano, Andr. Bamberg. Bolando, &c.*

Apoſtolus Bavaria.

Miraculis claret.

obiit 760.

S. Pega.

Romæ deſcriptio S. Pegæ Virginis. Hæc regio Britannia Regum orta ſanguine, Penvaldum patrem, rectā matrem, fratrem S. Guthlacum habuit. Verum Regis Regum in Pegelandiæ Cœnobio adlecta famulatur, purpuram cucullo mutans, Chriſto ſe emancupavit. De ejus poſt obitum Guthlaci Romam profectione, ſic Ingulphus noſter, Abbas Croylandenſis: Sancta verò Pega, ſoror præfati S. P. N. Guthlaci, cito poſt anni primi revolutionem ab obitu ejusdem, relicto prius ibi-

dem in manibus Kenulphi Abbatis flagello S. Bartholomæi, & Pfalterio fratris ſui, *Peregrinatio eius.* cum nonnullis alijs reliquijs, ad cellam ſuam navigio remeavit, ubi completo biennio & tribus menſibus, ad Apoſtolorum Petri & Pauli limina, in rigore & abſtinentia multa peregre profecta eſt. Cūque civitatem Romanam ingrederetur, omnium ſignorum claſſicum repentinum perſonans, per ſpatium unius horæ, ejus meritum univerſis civibus indicavit. Vbi divino ſervitio mancipata in timore Domini dies ſuos demum complevit. Claruit ſub A. C. 780. cujus ſepulchrum multis eſt illuſtratum miraculis. *Ex Ingulpho cit. Guilelmo & Felice Monachis Croylandenſibus, Orderico Vitali, Hug. Menardo &c.*

Claruit An. 780.

In territorio Bruſſenſi S. Torphimi Epiſcopi & Confefſoris. Hic Danus natione ab ineunte adoleſcentia familiæ noſtræ Ciſterciënſi adſcriptus, magna ſanctitatis opinione ſplendidè refulſit. Hamariæ demum in Regno Norvegiæ, creatus Epiſcopus, acerrimum Eccleſiaſtica libertatis propugnaculū ſeſe oſtendit, graviſſimis exantlatis laboribus ſede ſua pulſus, in Cœnobio Flandriæ Doeſtano exulavit, & cum affecto eſſet corpore, ex eo maximè quod in mari naufragium paſſus eſſet, trigefima infirmitatis hebdomade, velut aurum in fornace ignis excoctus, ad bravium æternitatis puriſſimus evolavit, Ann. Chriſt. 1244. cujus ſepulchrum cum poſt centum ab obitu Annos, Abbas quidam loci illius aperire ſtatuiſſet, divinitus prohibitus eſt, atque erumpens è ſepulchro cœleſtis fragrantia templum univerſum implevit, omnesque in magnam vertit admirationem. *Ioan. Molanus, Chryſoſt. Henricq. &c.*

S. Torphimus Epiſc.

Obiit An. 1244.

S. Morontius Abb.

In Cœnobio Glannenſi S. Morontii Abbatis S. Florentii Veteris, ſive Glannenſis Cœnobii, cujus ipſe egregiã vitæ ſanctitate primus ejusdem Antistes fundamenta jecit, & lectiſſimum illic Monachorum agmen cœlo conſcripſit, quibus ſanctiſſimo vitæ exemplo Dux prævit, & lucem prætulit, ſub Annum Chriſti 691. Ejus felicem animum corpore ſolutum S. Hermelandus Antrenſis Cœnobii Abbas illuſtri viſione à SS. Angelis conſpexit in cœlum deportari. *Ex Monim. Glannenſis. Vita S. Hermelandi. Sauſſero, Menardo, &c.*

In Monafterio Vallis-Vmbroſæ deſcriptio S. Petri cognomēto Ignei, S. R. E. Card. Qui in Tuſc. per celebri familia Aldebr-

natus,

S. Petrus
Ignis.

natus, puer adhuc in Monasterio Vallis-Vmbrosæ à S. Ioanne Gualberto in disciplina susceptus, & Monachi habitu indutus, tanto se Magistro insigni sanctitate probavit, ea humilitate atque obedientia, ut pecora pascere, & asellorum curam habere iussus, non erubesceret, sed omnibus mundi honoribus præferret. Inde ad altiora proventus, Priorem Passiniani cœnobii ex agasone agere coactus est. Tum Septemvallis, mox Ficedensis Cœnobii electus Abbas, ad summam deniq; purpuratorum Ecclesiæ Patrum dignitatem cœnobio extractus, & Cardinalis Episcopus Albanensis renunciatus, multis & magnis inter mortales etiamnum agens miraculis à Deo honoratus est. Quorum illud in primis memorabile fuit, quo insigni merito populum Florentinum à gravissima Simoniacæ labis oppressione vindicavit. Cui enim in Monasterio etiamnum Monachus ageret, iussu Abbatis sui Gualberti, ignis examen ex obedientia libens suscepit, atque ingentem succensum rogam, vestimentis uti corpore intactis illæsus pertransiit. Quo miraculo Petrum de Papiæ Episcopum Florentinum simoniacæ Episcopatum in vastissè probavit: inde *Igni Petri* cognomentum consequutus. Extat ea de re Epistola gravissima populi Florentini ad Alexandrum Papam, quo immortale sanctissimi viri meritum prolixè & diffuse describitur, pulcherrimum omnino dignissimi facinoris monumentum. Idem optimus & meritissimus de universa Ecclesia Cardinalis, plurimum in tollendis gravissimi schismatis feminibus laboravit, & in eodem negotio legatione in Germaniam perfunctus, feliciore postea successu

Fit S. R. E.
Cardinalis.Vnde Ignis
dictus.

Merita.

in Galliam legatus, multa præclara in censura Ecclesiasticæ reparationis gessit, & meritorum copia locupletissimus An. C. 1094. sanctissimè vita defunctus est. In suo Vallis-Vmbrosæ Cœnobio sepultus. *Ex Obiit Anno 1094. Blasio Milanese, Raph. Volaterrano, Hieron. Garimb. Bertholdo Constant. Adalberto Incluso, Valeriano S. Salvat. Abb. Frisep. Alph. Ciaccon. Hug. Menardo, Abr. Bzovio, &c.*

In Gallia B. Bernardi, qui post solemne votorum Religionis professionem, à cacodæmone potenter exagitatus, & miserè victus, clam ordinem deseruit, sed à Christo ipso, qui ei profundissima Passionis suæ vulnera exhibere dignatus est, amantissimè revocatus, ad Cœnobium rediit, adco rigidè deinceps pœnitentiæ actus complexus, ut exemplo omnibus & speculo esset, insignibus miraculis, etiam à morte commendatus atque illustratus. *Bern. Brito, Chrysof. Henric. &c.*

Ratisponæ S. Garibaldi sive Gaubaldi Episcopi. Is magni Germanorū Apostoli Bonifacii discipulus, & sanctissimæ vitæ Monachus, Apostolicis assuetus & benè exercitus laboribus ob præclara sibi credita à Domino talenta, primus Ratisponensium Pôtifex designari meruit, sed èq; in S. Emerami Cœnobio figens, Monachus inter Monachos, Pôtificali sanctitate, Majestate, & meritis effulgès, alia inter S. Emerami reliquias elevavit, & ad digniorem locum transtulit, maximis alijs meritis haud imèritum se cõtestatus primùm tam celebris cathedræ atque Ecclesiæ lapidem ac fundamentum, tot sanctorum ejus sedis Pontificum, eodem ex ordine Antesignanum. Decessit sub A. C. 752. *Arnolfus, Othlonus Obiit anno 752. Trithem. Raderus, Hundius, Bollandus, &c.*

Obiit Anno
1094.

B. Bernard.

S. Garibal-
dus Episc.Obiit anno
752.

QVINTO IDVS JANVARII.

IX. Ianuarii.

S. Berth-
aldus Episc.

Cantuarie in Anglia S. Bertualdi Episcopi. Bertualdus, Berechtvaldus, sive Britovvaldus ex Monacho & Abbate Racvulfensi, ob vitæ meritum, & probationem sanctitatis in Cœnobio diuturnâ, ad Archiepiscopalem Doroberniæ, sive Cantuarie cathedram evectus, dignissimum magno Theodoro nostro successorem sese exhibuit, & triginta novem ferè annos, amplissimam provinciam longo labore, æterno merito, strenuè administravit. Ejus insignia admodum & præclarissimè gesta, zelusque in primis Apostolicus plurimum celebrantur. Celebravit,

incomparabili Ecclesiarum & Regni totius fructu Synodos plures, quibus cum idololatriæ reliquias, tum perditissimam Iconoclastarum hæresim potenter profligavit, & tam sanctorum honori, quam crediti sibi gregis utilitati præclare cõsuluit. Fuit cœlitum Imperatrici omni obsequio addictissimus, cujus vultui atq; honori propagando multam operam navavit. Decessit sub A. C. 731. cum præfuisset an. 31. mensibus diebus 14. sanctitatis atq; eruditionis laude, præstantissimis Pontificibus, & de Ecclesia meritissimis merito accensendus. *Ex Ven. Bedæ. Polyd. Virgilio, Antiq. Britann.*

B.

Obiit anno
731.

Ant.

Ant. de Iepes, Eduardo Mayhevv. Hug. Menardo, &c. et si nonnulli velint Idibus Ianuarii decessisse.

S. VVanningus.

In Normannia Monasterio Fiscanensi S. Wanningi Confessoris, qui et si professione solemni Monachus non esset, voto tamen iisdem accensendus inter perfectissimos enituit, exactissimum item speculum Monachorum, pauperum solatio, quorū omnium pater erat, reservatus, quominus quod vel maximè volebat, imo toto susceperat studio, vitæ institutum, solemniter profiteretur. Fuit autem Illustriss. Francorum ortus genere, in territorio Rotomagensi, atq; ut erat locupletissimus, sic omnia sua in construenda Cœnobio, Monachorumque ac pauperum usus expendebat; se ipsum autem totum Dei obsequio consecrans templa ac cœnobio frequentabat. Morbo acuto pressus, & ad extrema penè deductus, raptus in extasim, damnatorum pœnas, felicitatemq; beatarum mentium intueri meruit; intellexitque S. Eulaliæ Martyris Patronæ suæ intercessione prorogatum sibi viginti annorum spatium ad agenda pœnitentiam. Eadè Eulalia ipsi apparens, ut Fiscanense Virginum nostrarum cœnobium conderet præcepit, quod illico exequutus, SS. Audoenum & Vandregisilum accersit, quorum eâ super re consilium audiens, precibus eorumdem morbo quo tenebatur, prodigiosè levatus est. Designata divinitus prima ejusdem Cœnobij Abbatis S. Hildemarcha nostra mox trecentas sexaginta sex CHRISTO sponas ibidem aggregavit. Illustrissimus autem vir VVanningus, filio per manus S. Vandregisili Numini consecrato, ipse se Cœnobij Virginum famulatio addixit, & abjectus esse in domo DEI eligens, Converterum Fratrum munus æmulatus, servitutem hanc suam, omni suo dominio & potentia prætulit. Mortuus est post Annum Christi 730. Plurimis quæ condiderat Cœnobijs, cultu Divino plurimum propagato, tanta, tot in iisdem Sanctorum successione, etiam in terris immortalis. *Ex Vet. Legendario Fiscan. Menard. &c.*

Extra Cœ-
nobium
Monachus.Cœnobii
famulus.S. Adria-
nus Abbas.

Cantuarie in Anglia S. Adriani Abbatis Monasterij Niridani non procul à Neapoli Campaniæ, viri eruditissimi & Ecclesiasticis disciplinis instructissimi. Hic Sancto DEO dedit Angliæ Primate mortuo, petente Oswi Rege, à Vitaliano Papa rogatis Patrum sententijs dignissimus, tanto Pontificatu habitus, solus

pro indignissimo se habuit, & pro viribus summè obnixus; quiritantibus: o, stensurum se dixit & promisit, qui longè dignior summis honoribus esset. *Obiit anno 707. Episcopatus recusat.* Ostendit autem Andream, vicino Virginum Cœnobio præfectum, insigni eruditione & sanctitate virum. Obiecit Andreas, exhausti corpusculi semiextinctas vires, ut in Adrianum vota illico omnium reciderent; cui cum in promptu quod obtenderet non esset deprecatus inducias, Theodorum denique reperit, Monachum item sanctissimum, qui extrema moliente ut ipse absolveretur Adriano, persuasis Patribus, cum frustra obniteretur, admittere tamen tantum honorem coactus est; ea tamen conditione, ne omnino expers oneris Adrianus abiret; sed itineris Comes, quin & socius ac confors laborum atque oneris Pontificij esset; quam ille conditionem, cum honorem solum fugisset neque aliter potuisset effugere, facile admisit, & triginta novem Annos, Apostolico sanè zelo & merito, Anglorum Conversioni indefessus incubuit; tanto quidem rerum successu, ut Ven. Beda affirmante: *Ex quo Britanniam Angeli tenuerunt, felicitiora tempora nunquam fuerint; Adriano præter Apostolicum prædicandi munus, æterno & inæstimabil merito, Scholas publicas Anglis aperiente, & præter sacri & Monachici rigoris regulas, Sacram paginam interpretante, metricam, Astronomiam, Arithmericam profitente, quos insuper Latinis Græcisque litteris adeo instructos eloquentesque reddidit, ut iis non aliter atque patriâ lingua uterentur, è cuius Scholis maximi deinceps orbis Doctores Albinus Abbas, Aldelmus alijque prodire. Mortuus est vir Apostolicus, æternum Ordinis, Italiæ, atque Angliæ decus, summisque dignissimus Cathedris, Anno CHRISTI 707. in sui Cœnobij templo Augustissimæ Ordinis Tutelari Virgini Benedictæ sacro tumulatus, claruitque magnis omnino à morte prodigijs, quæ inter mortuum ad vitam revocavit; nautas nomen suum invocantes ab irruentibus hostibus liberavit, captum à gentilibus Christianum, jamque à quodam trucidandum, momento eripuit, percussore eadem hora interfecto & captivo liberato.*

Fuit autem, uti in Vita erga discipulos mitis admodum totusque amabilis, *Præceptor amabilissimus.*

Episcopatus
recusat.Vr. Apo-
stolicus.Obiit anno
707.Præceptor
amabilissi-
mus.

G. sic

fic post mortem se invocantium, potentissimus, uti misericordissimus & promptissim^o protector, quod illustribus, deinceps exemplis patuit.

Miracula. Cum enim puer quidam Doctoris sui timens verbera, ad Adriani tumbam profugiens adhereret, & invocans Sanctum ictibus nihilominus afficeretur, dum tertio altius dextram magister elevaret, stetit elevatum sublime brachium, plurima dici parte irreflexum, cœlestique virtute retentum, donec Doctor à discipulo puerulo veniam suppliciter peteret, & ipso intercedente brachium solutum & sanum retraheret. Offensus ab alio puero magister cum ad eandem tumbam profugientem conaretur retrahere, & in ejusmodi voces prorumpere non timeret: Nec ipso CHRISTO adveniente impunitum te dimitterem: Ecce illico candidissimam in vertice tumbæ columbam, quæ clementer submissò capite & alis expansis veniam pro puero rogare videbatur, quo territus Doctor, coram Sancto se abiciens & veniam oblationis efflagitans, columbam ad summa Ecclesiæ tecta avolare conspexit, quæ illico ab oculis ejus disparuit.

Visio.

Adrianum, uti in vita erat DEIPARÆ ad dictissimus, vidit Sanct. Dunstanus post plurimos à morte Annos nocte in Ecclesia inter choros Cœlestium, cum ipsa mundi Domina, Numinis laudes celebrantem. *Ex Ven. Beda, Ioan. Capgrave. Nicol. Harpsfeld. Ed. Mayhevv. Trib. Iepes. Molano &c.*

S. Finanus Episc.

In Britannia Sanct. Finani Episcopi & Confessoris, collegæ Sanct. Aidani, qui ex Monacho creatus Lindistarnensium Pontifex, Apostolicis fervore & meritis, in propagatione Evangelij multis laboribus & periculis perfunctus, Anglos mediterraneos ad fidem convertit, & multo nomine de amplissimis provinciis immortaliter meruit, obiitque plenus dierum & bonorum operum Anno Christi 659. *Ex script. rer. Scot. Ioanne Colgano, Steph. Vito, &c.*

B. Petrus mon.

In Gallia depositio Beat. Petri Monachi B. M. V. de Caduino, qui cœlestis gratiæ rore divinitus irrigatus, in tantum profecit, ut unatimiter ab omnibus amaretur, & ob vitæ integerrimæ elegantiam, venerabilis omnibus appareret. Eniuit autem tanta vitæ sanctitate, ut & in ista, & post mortem illustribus à Numine miraculis commendaretur. *Barn.*

de Montalbo, Chrysofom. Henr. Angl. Manrique, &c.

Eodem die depositio Beati Salomonis cognomento Pœnitentis. Hic in Monasterio quodam Ordinis nostri Monachum professus, adeo virtutis imagine quadam, an veritate omnibus satisfecit, ut dignissimum censerent, cui prima post Abbatem ejusdem Cœnobii cura, & Prioris munus demandaretur. Sed agente maligni invidentia, an propria temeritate & sceleris occasione, desertis castitatis & innocentie castris, in regionem abiit dissimilitudinis, pactum facere cum delectationibus suis.

Postea pœnitentia Saucius, celebri tunc Præmonstratensium ab sacro rigore fama, nulla remissioris, sed strictioris vitæ desiderio, ex Monacho factus Regularis Canonicus, à diabolo denovo circumventus, lapsusque, sed divina miseratione serio pœnitens, ad Sancti Patris sui BENEDICTI sinum & amplexum reversus, rigidissimam tunc Ordinis reformationem Cisterciensium in Monasterio Hemmenrodensi exhibuit. Vbi sub armis constantis pœnitentiæ Domino militans, omnibus verè pœnitendi formam reliquit, decursisque sex mensibus, adversa valetudine graviter oppressus, & lecto decumbens, de pœnitentiæ tamen rigore nihil remisit, & DEIPARENTIS maxime misericordiam implorans, Advocatam peccatorum omnium præsentissimam sibi est expertus. Porro, sub vitæ extrema, evocatum ad se Abbatem, his verbis alloquutus à Seguinno memoratur: *Honorande pater, ego peccator & pœnitens, sincera confessionis & pœnitentiæ meæ, te testem mihi apud Altissimum esse cupio; paratus enim sum, qualibet tormenta, quoslibet labores subire, si DEVS clemens & pius, vitæ meæ terminum protelare voluerit. Nihil durum, nihil difficile, nihil impossibile amanti & verè pœnitenti erit.*

Ita verè compunctus & animo confictatus, plurimis ad DEUM precibus fufis, & gratiarum actionibus peractis, sanctitate clarus quievit in pace, cujus animam Monachus quidam, omni candore luceque splendorem, & in sublime tendentem conspexit. *Ita Seguinus. Videantur Casarius Heisterbat. Ang. Manriq. Chrysof. Henriq. &c.*

In Scotia S. Filani Abbatis. Is Feriath patre nobilitatus, matrem eximia vitæ san-

B. Salomon

Pœnitentiæ ejus.

Mors felix.

S. Filanus

Abb.

sanctitate Kentigernam habuit. Monachum dein sub Abbate Mundo professus, magnis miraculis claruit. Sæpè visus, dum noctes totas orando transigeret, cœlesti circumfundi lumine, ita ut sole clarius cellam ipsius illustraret. Sed & cum scriberet & legeret in tenebris, visa sinistra ejus instar facis lucidissimæ exardescere, & dextræ lumen præbere. Abbas effectus, de suis præclare meruit resignansque id munus, ut soli DEO vacaret plenus meritorum post Annum CHRISTI 640. decessit, cujus ope Robertus Brus Rex Scotiæ Anglorum centum & quinquaginta millium exercitum fudit, quinquaginta millibus cæsis, cum ipse non nisi triginta suorum millia numeraret. *Ex rer. Scot. script. Camerar. Heet. Boet. Bollando &c.*

Manus illustris.

Victoria.

B. Vrraca mon.

In Africa S. Agilfredi Abbatis & Confessoris, cujus meminit in Martyrologio suo Galestinus, VVien, Menardus, &c.

In Hispania B. Vrracæ monialis & Fundatricis Monasterij B. M. V. de Bar-

ris, aliàs de Avia Dicecesis Palatinensis. Fuit hæc Arragonum Regum sanguine Illustrissima, Roderico Rodriquezio, præpotenti primùm viro nupta, à cujus morte, abjecta sæcularium vestium pompa, in suo, quod magnæ Matris, unicz Tutelaris suæ DEIPARÆ honori condiderat Cœnobio, cucullum induit, & sacrum Cisterciensium nostrorum amplexa rigorem, in eo, omnium virtutum perfectione enituit. *Ex Philippo Segnim. Menolog. Chrysof. Henriq. &c.*

In Monasterio Zwifaltensi obitus Venerabilis memoriæ Adilheidis Comitissæ de Dilinga & Kyburg, Vdalrici Comitissæ de Gamertingen quondam conjugis, quæ post mariti obitum, triginta annis, inter moniales ejusdem loci sanctè & humiliter vivens, hæc die feliciter in

Domino requievit. *Ex Chron. Zwifalt. Stephan. Bochent. & Constantia nostra Benedict. &c.*

V. Adilheidis.

IV. IDVS JANVARII.

X. Ianuarii.

S. Agatho Papa.

Sanctissimus.

Concilia celebrat.

ROMÆ Sanct. Agathonis Papæ, qui sanctitate & doctrina conspicuus quievit in pace, Agatho Monachus etiamnum sanctitatis fama, & miraculorum gloria adeo celebris fuit, ut Thaumaturgi cognomento appelleretur. Is pro tantis vitæ meritis ex Monasterio S. Hermetis Congregationis Siculæ, ad supremæ Cathedræ Majestatem extractus, decus eidem incomparabile, ipsa sanctitate attulit, dum verè Sanctissimi apud universos nomen obtinuit, & eruditionis juxta laude resplenduit, factus insuper vivum eorum quæ docuerat exemplar, solidioris, comprobata factis doctrinæ, omnibus amplectendæ potentissimum argumentum. Ejus alia inter de re Christiana longè maximum fuit meritum, quo celebratis variis per Italiam, Galliam, Angliam aliasque provincias & regna Synodis, Romano centum viginti quinque Episcoporum ipse præfedit, postea vero, ad Genetale illud sextum, Constantinopolitanum scilicet tertium, longè celeberrimum, animum adjecit, & felicissime ad finem deduxit, quo perniciosissimam orbi terrarum universo Monothelitarum hæresim

damnavit & profligavit, commendatogue sacrarum imaginum cultu, cœlitum honorem gloriosissime asseruit. Idem de Romana sede immortaliter meruit, dum pessimam illam consuetudinem sustulit, quæ pro confirmatione Roman. Pontificis Imperatoribus Constantinopolitanis summa pecuniaria solvebatur, quæ indignitate successores omnes Pontifices feliciter vindicavit. Associatus est immortalibus, quorum tantopere cultum promovit Anno Christi 682. merito ab Ecclesia universa pro tam illustri eximie sanctitatis, tantorumque meritorum titulo, anniversaria memoria celebratus. *Ex Annal. Eccl. Alph. Ciacon. Onuphr. Panvino, Platina, Plato, Iepes, Sigeberto, Genebrardo, Sen. Brinio, Caiet. Vghello &c.*

Apud Bituricas San. Gulielmi Episcopi, quem vitæ sanctitate & miraculorum gloria illustrem, Honorius III. Pont. Max. Sanctorum numero adscripsit Gulielmus Illustrissima profapia Comitum Nivernensium ortus, æternum generis sui, dehinc Ordinis nostri decus extitit. Monachum in Grandimontensi primùm Cœnobio pfell. studio postea exactiore S. Regulæ, ad florissimam Cister. reformationem Carolilocum

Merita ingentia.

Obiit Anno 682.

S. VVilhelmus.

Fit Archiep.
Bituricensis

transiit, ubi ob perspectissimam virtutem Abbas electus, per crebrescente sanctitatis fama Bituricensium Archiepiscopus renunciatus, tantum honorem assumere coactus est. Carnibus perpetuo abstinit, lautissimasque inter epulas, nullis seductus illicitis esurire asuevit, cilicium & cucullum nunquam deposuit; in pauperes, ægros hospites, studio atque affectu verè paternò fuit. Subditorum illi præcipua & perpetua cura, quos suo in primis exemplo instituit. Precando DEUM assiduus, jugibus penè lachrymis defluxit. Humilitati præcipuè studuit, mortis memoriam nunquam deposuit, unde & tristibus spectaculis libenter interfuit, & funera commitatus, in egentium sepulturas expensas ipse præbuit. A congerendis thesauris, & omni opum conquisitione abhorruit, pro Ecclesiastica tamen libertate tuenda, constantissimè sese Regi opposuit, & extrema minitantibus Palatinis, à constantia sua nihil remisit. Sed & Canonicorum suorum injuriis lacessitus, & contumelijs affectus, sanctitate & humilitate persequentiæ malitiam superavit, adeo quidem ut deinceps illum religiosius venerati sint, & (quod plurimum admirationis meretur.) votis omnium, non sine miraculo in id consentientium, jus plenum conferendi sacerdotia sive præbendas, non solum in illum, sed ejus gratia in successores dein Archi-Episcopos transtulerit, quod antea ad totum Collegium pertinuisse noscebatur; quod tamen incommo- do olim Ecclesiæ futurum, ut admitteret persuaderi non potuit. Accessere ad majorem tanti Pontificis commendationem insignia miracula, ita ut sola etiam manuum impositione ægros variis languoribus absolveret, ex quo factum, ut & mirandus & venerandus omnibus appareret. Mortis denique imminentis præcius, factis ad populum verbis, eundem ad inexpectatam mortis horam efficacissimè instruxit. Sacro viatico muniendus, stupentibus univèrsis lectulo exiit, concito gradu obivus processit, totusque in lachrymas resolutus, sæpius terra exurgens, inque genua procidens, prostratus denique postquam prolixè orasset, expansis in crucis formam manibus, cœlesti pane refectus, in pavimento cinere resperso poni voluit, & benedicens Fratribus expiravit. Celebratum ingenti concursu funus, & admirationi omnibus, defuncti

Patentia.

Angelicus vultus fuit, globus etiam igneus supra Ecclesiam apparuit; effulsitque deinceps admirandis prodigijs sacrum corpus, ad quod, præter cæcos, surdos, claudos, hydropicos aliosque curatos, & liberatos dæmoniacos, etiam mortui ad vitam revocati sunt. Fuit deinceps summa in veneratione apud Gallos, Guilielmi nomen, eoque in Sanctorum numerum solemniter relato, celeberrimæ Ecclesiæ ejus festum anniversaria duplici, (ut vocant,) memoria celebrandum suscipere, quem & eminentissima Univer-

Miracula

Felicissimo
moritur.

Patrona Univer-
sitas Parisiensis Nationis Franciæ Patrona Univer-
sitas. Ex Vita per Petrum
Abbatem Carolilocensem, Petro Equil. Franc.
Maurolyco, Divo Antonino, Vincentio, Io-
anne Molano, Chrysostom. Henriqu. Cl. Ro-
bert. Arnaldo Duaceno, Ang. Manrique,
&c.

In Monasterio Beluensi, passio S. A-
dalrici, ejusdem Cœnobii Monachi, qui à Danis Gentilibus captus, & pro fide crudelissimè trucidatus ad palmam Martyrij evolavit Anno Christi 888. Ex monim. Besu. Hugone Menardo, &c.

In Anglia, civitate Roffensi, S. Ithamari ejusdem civitatis Episcopi. Is Anglus natione professione Monachus, ob egregia vitæ merita Cœnobio extractus, ad Roffensis celebrem Pontificatus evectus cathedram, viro Sanctissimo, Paulino nostro succedens, Apostolico non minus quam ille zelo & merito se commendavit. Præfuit insigni cum utilitate Ecclesiæ suæ annis plus minus septendecim, insigni elogio à magno illo & Venerabili Beda nostro commendatus, quo vita juxta atque eruditione præcipuis illis & Sanctissimis Angliæ Pontificibus atque Syderibus Iusto, Paulino, & reliquis adæquatus est. Decessit Anno Christi 671. Obiit Anno 671.

DEO illustratus, cujus hac die, ob ejus sacri corporis translationem, solemnis memoria in Ecclesia Roffensi, ante defectionem, à veteri Apostolorum suorum instituto, Regni illius celebrata est. Ex Nicol. Harpsfeld. Beda & reliqu. Angl. rer. script. Tritheimio item, Menardo, Arnoldo, &c. & Annal. nostr. Benedict. &c.

In Monasterio S. Trinitatis Canæ depositio Beatæ Benicæ Abbatis, qui frequentissimo & fertilissimo Sanctorum Cœnobio, ut præfesset dignissimus habitus, digna

Patrona
Univer-
sitas.S. Adalrici
mon.S. Ithama-
ri Episcopi.Obiit Anno
671.S. Benicæ
Abbatis.

Obiit 1194

S. Oliverius

S. Aldus
mon.

S. Setrida.

B. Ioannes
Fulienfis.

digna tanto honore sanctitate, universos in sui admirationem pertraxit, & de Sicilia Regno multo nomine, sed eo in primis meruit, quo in recens conditum à V. Wilhelmo Rege Montis Regalis Cœnobium, unica at memorabili in primis suorum missione, centum omnino Monachorum lectissimum agmen seu coloniam destinavit, quorum egregijs vitæ exemplis, & sanctioris vitæ fama, excitationis & confluentibus populis, sedesque proximè figentibus, celeberrimus deinceps locus evasit, & Archiepiscopali dignitate ornari meruit. Obijt Abbas sanctissimus An. C. 1194. Ex Thoma Facello, Cl. Mar. Aretio, Mauro Marchesio, Cajetano, Iepesio, Annal. nostr. Benedict. &c.

In Monasterio Villariensi S. Oliverij ejusdem Cœnobii Monachi, qui inter præcipuos patriæ nobiles spectatur, è familia de Sombreffe oriundus fuit; verum nobilitatem sanguinis mundique delicias, paupertate & servitio CHRISTI permutans, cucullum amplexus, in eoque sanctissimè conversatus, sanctorum & illustriorum celeberrimi Cœnobii syderum post mortem syllabo accenseri meruit. E. monim. Villar. Chrysostom. Henriq. &c.

Ticini S. Aldi Monachi & Eremitæ, qui in Monasterio Bobiensi, regularibus institutis ad singularem eremi pignam benè instructus, insigni vitæ sanctitate effulsit, & Ticinensem provinciam demeruit atque illustravit. Ex Phil. Ferrar. Bolando, &c.

Eodem die, natalis S. Setridæ Virginis, quæ illustrissimo nata genere, matrem habuit S. Heresuidam, S. Eduini Regis & Martyris neptim. Missa autem in Gallias, & Brigenfi educata in Cœnobio, tantis virtutibus profecit, ut nihil jam nisi CHRISTO totam se consecrare in mundo exambiret; cui Monachico in cultu se devovens, sanctissimi Cœnobij Abbatis eligi meruit, in quo post vitam Angelica puritate transactam, ad Angelorum & S. S. Virginum in Cœlis consortium vocari meruit. Souffrais, Ferrar. Bollandus, & diversis rer. Angl. script.

Romæ depositio Beatæ memoriæ Ioannis à S. Hieronymo, secundi Fulienfium nostrorum sanctissimæ Reformationis, Generalis Vicarij, qui Gallus natione, Catalaunenensis patria, eximie sanctitatis exemplar postremæ ætatis nostræ

prætulit, zeloque regularis observantiæ, exactiorisque rigoris mirificè effulsit: quam ob causam, suamque in rebus gerendis dexteritatem, primus post ipsum Reformationis celeberrimum Instituto-rem V. P. Ioannem de la Barriere Congregationem felicissimam sub titulo Vicarij Generalis gubernavit. Ejus virtus Taurini præcipuè innotuit, cum pestilenti grassante lue, omnibus ferè Ecclesiasticis diffugientibus, insignia charitatis munia, sponte atque indefessus obiit, & singulari morituris solatio ubique occurrit. Pietate uti eruditione raris eximie excelluit. Officiū Divinum ad ultimum usque diem genuflexus totum recitavit, sed & silentium Regulare ad supremam usque noctem religiosissimè observavit, sacræque unctiois Sacramentum paucis ante obitum horis genuflexus suscepit. Decessit felicissimo sine Romæ Anno Christi 1620. cujus præclara merita, miraculosis signis, omnibus post mortem innotuerunt; vultusque ejus pulchrior, quam ante, & ridenti similis apparuit, populi uti vivum sic mortuū insigni applausu Sanctum proclamante. Apparuit post aliquot annos V. P. Nicolao à S. Aygulpho animam supremam agenti, quam ad participium gloriæ invitasse videbatur. Ex communicatione R. R. P. Fulienfium, Henriqu. Philip. Malabayla, &c.

Eodem die, Anno Christi 1637. migravit ad Virginum Sponsum MARIA de Estouteville Abbatisa Hederensis in agro Parisiensi, quæ alto processum stemmate orta, & Regiam Stirpem sanguine attinens, calcato sæculi, à teneris unguiculis fastu & luxu, sese hostiam incruentam Numini sacravit. Adultiorque cum flo- reret in Religione, donis gratiæ, ad regimen illius Cœnobij evecta, nihil prius habuit, quam solidæ Reformationis jacere fundamenta, ipsa omnis castimonie, abstinentiæ, charitatis, obedientiæ humilitatis & abnegationis perfectæ, Sydus, typus & regula omnibus facta: quæ dominationis impatiens, susceptum Religionis imperium, toties læta deposuit, quoties invita suscepit. Demum post adductas commissas sibi Virgines, ad strictæ Votorum observantiæ rigidius exercitium, moribus non modo ad præscripta Sanct. Regulæ perfecte compositis, sed erectis etiam murorum molibus, amplificata nobiliori ex parte Ecclesiæ, constructis claustris, capitulo & cæteris

Obiit ann.
1620.S. Maria
Abbatis.

Regularibus locis, sacra plurimum cum-
lata supellectili, ipsa omni decore ornata
pietatis, Christi conspectus beatissimi cu-
pida, animam tot foetam meritis, è cella,
(quam modicam semper incoluit) ad cœ-
lum regnumque gloriæ, quod terreno
Principatui ab initio prætulera, felix &
lætabunda emisit. Sepulta in Choro Ec-
clesiæ, lachrymis filiarum ferè inundata

est, quibus perpetuum sui desiderium, &
constantem suæ sanctitatis opinionem re-
liquit. *Ex Menologio Gall. Sanctij.*

Eodem die Valedictio & Missio S. Mau-
ri in Gallias, cum ipsum Sanctissimus Pa-
ter & Patriarcha noster, eo cum focis ab-
legasset, & eventura ipsis disertè prædi-
xisset. *Ex Ben. Hæfftero in addit. ad ca-
pit. 36.*

III. IDVS JANVARI.

II. Ianuarii.

D.

S. Anastasius.

Suppentoniæ apud montem Soracten,
S. Anastasii Monachi & Sociorum, qui
divinitus vocati migraverunt ad Domi-
num, Anastasius S. R. E. primùm Nota-
rius, abdicato honore in Suppentoniensi
prope Soracten Cœnobio cucullum am-
plexus insigni vitæ excelluit sanctitate.
pluresque exemplo suo cœlo lucratus, im-
minente obitus sui die cœlesti voce voca-
tus est: *Anastasi veni.* Quo vocaretur fa-
cilè intellexit, & itineri ad patriam æter-
nam se lætus accinxit. Vocati ad societa-
tem triumphali alij etiam octo è Fratribus,
qui eo etiam ordine statim patrem sequi-
ti sunt morientem, quo ex nomine citati
sunt, ijdem insigni reliquos subsequen-
di desiderio accedentes. Hos autem inter,
quidam minimè vocatus, Anastasii mori-
entis ad volutus pedibus, commori oravit
*Per illum, inquit, ad quem vadis, deprecor, te-
què adjuro, ne septem dies super te in hoc mun-
do vivam.* Impetravit, & ante septimum
Anastasii carne solutus, in societatem bea-
titudinis admitti meruit. *Ex Magno Gregorio,
Petro in Catalogo, Iepesio, Andrea Bamberg.
Vvione, &c.*

vit. De ejus erga Deiparam affectu, ita ve-
tustus vitæ auctor: *Beatissimam MARIAM,*
inquit, *Domini nostri IESU CHRISTI Geni-
tricem, toto affectu & spiritu, toto corde & a-
more amplexabatur, ut nunquā à memoria ejus
excideret, nunquam in verbis ejus deesset. Cu-
jus visitatione & consolatione, DEI seruus sepe
recreatus, omnia que mundi erant omittēbat,
& ea que DE Ierant indefinenter exercebat,
miseris condolebat, pauperes recreabat, esurien-
tes pascebat, & cetera pietatis opera indefinē-
ter adimplebat, &c.* Ita vitæ scriptor. Sed &
à morte visus semel atque iterum Deipa-
ram inter multitudinem cœlestium ad sui
Cœnobij templum deducere, & coram ip-
sa, post decantatas preces matutinas, sa-
cris solemniter operari. Ut non minus
quam Ildephonsum & Bonitum nostros,
Sacellanum Cœlorum Augustæ suspici-
as, ac venereris. Illud quoque in Egwino
singulariter in ipso, etiam post mortem
comprobetur: cum memorabili omnino
ad sacratiorem Deiparæ cujusvis hebdo-
madæ diem respectu, Sabbatho nimirum
Marianus hic Pontifex jam incineratus
magis visus elucescere, in confluentes ad
tumulum suum ægros, præ cæteris diebus,
magis se beneficium exhiberet, ita (ut lo-
quitur idem vitæ scriptor) *ut omni ferè die
Sabbathi, aliqua infirmitate vel molestia detē-
tus, gratiam per ipsum mœdelam æger quispiam
reportare meretur &c.* Illud inter præcipua
Egwini memorandum: delictorum ju-
ventutis ductum pœnitentia, perpetuis
pedes eousque compedibus damnasse,
clavibus compedum in anem abjectis,
donec misericordia Numinis, certo signo
ea sibi dimissa intelligeret. Ita Romam
profectus dum per mare revertitur, in sili-
ens è pelago in navem piscis, retentusque
& exenteratus à nautis, clavem in jecore
retulit, & vinctum Domini absolvit & re-
creavit. Mortuus est lectissimus Pontifex
An.

Vocatio

S. Egwinus
Episc.

VVigornia in Anglia S. Egwini ejus-
dem civitatis Episcopi, doctrina & sancti-
tate conspicui, qui regali ortus profa-
pia, purpuram cucullo in VVigornien-
si mutans Cœnobio, ob sanctitatis atque e-
ruditionis celebrem famam ejusdem no-
minis creatus Episcopus, cucullum hono-
re semper omni multo potius habuit, &
Monachum se esse nunquam non memi-
nit, Monachicis exercitijs. Pontificios la-
bores semper miscendo, atque utiliter at-
temperando. Admirabilis Mattis Virgi-
nis studiosior, singularem ejusdem favo-
rem & alloquium meruit, cujus jussu, ce-
lebre illud Evesheimense Ordinis nostri
Cœnobium condidit, illudque magnæ
Imperatricis honori consecravit, quod ip-
sa gratiosum admodum sibi fore affirma-

Deiparæ
cultor.Obiit Anno
712.

An. C. 712. cum sanctitati illustri fama An-
gliam & orbem impleset, felicissimus à
morte afflictorum & ægrorum auxiliator
vindex autem acerrimus eorum, qui reb⁹
Monasterij sui inhærent, quorum qui-
dam rusticus, cum agrum quendam Cœ-
nobio pro suo usurparet, & jure se posside-
re juraturus super reliquias Sancti manum
exporrigeret, falce quam manu gestabat
mirè cerebro illisa, mortuus repente cor-
ruit, & sacrilegium tristissimo exitu luit.
Alius atate & barba proluxa gravis, hanc
pugno concludens, cum præsentibus ju-
dicibus in hæc verba erumperet (jussus
cæteroquin super Divi Reliquias jurare)
*per istam, inquit, barbam, mea est terra, & ego
eam jure hereditario possidebo.* Etece, cum
verbo barba, ut mento ante inhærebat in-
tegra, & mento & manu in terram exci-
dit, ridiculo, at digno atque metuendo
supplicio, quo vel per ludibrium undique
vulgato, territi deinceps alij, rebus Cœno-
bij abstinerent. *Ex Anonymo per vetusto vi-
ta script. Berthualdo Archiep. VVilhel. Malmes-
bur. Matth. VVestmonast.*

Vindex à
morte.S. Salvius
Episcop.

Ambiani S. Salvii Episcopi, qui Virg. Vir-
ginè religiosissime adamans, eam bono-
rum suorum hæredem scripsit, ejusque ac
Principis Apostolorum honori Monaste-
rium condens, ibidem abjecto sæcularis
militiæ cingulo, Christi militiæ nomen
dedit. Monachus, nihil quod ad Regulam
spectaret prætermisit; humilitatem maxi-
mè coluit, omnibusque Fratribus, uti ab-
jectione dignissimum humillimè se sub-
misit, quorum omnium consensu defun-
cto Abbati suffectus est. Febrium ardore
affixus lectulo dū esset, repentino lumine
cella resplenduit, quæ & mira cœlestis o-
doris fragrantia perfusa est, & coccussa, pidi-
giosè insonuit: quæ inter miracula vir sanct⁹
oculis ac manib⁹ in cœlū sublatis Deo
spiritum reddidit. Altera die sepeliendus
in templum jam delatus, excusso feretri
operculo, velut gravi è somno experrect⁹
revixit, & hæc in verba erupens: *O Domine
misericordissime, cur me in hunc mundum te-
nebrosum & miseris repletum remisisti? Vi-
didisse se DEI gloriam, Angelorum Choros,
& immensam Sanctorum multitudinem
postea confessus est; sed & auditam sibi
vocem, qua redire ad corpus juberetur: eo
quod necessarius (ita vox illa) Ecclesiis esset,
certum tamen te beatitudine & electione
sua, revixisse. Dixit insuper S. Honora-
tum Ambianensium Pontificem diem
tunc quoque suum objisse, quod reapse
comprobatum, & Salvius absens, ab ipso
Numine Pontifex designatus, cum post*

Moriur.

Reviviscit

triduanum Ambianensium jejunium, hæc
ad ipsos vox cœlo delaberetur: *Salvium à
me sciatis electum, & vobis Antistitem da-
tum.* Convolutibus proin ad Monasteri-
um & cellulam ejus universis, summa o-
minum gratulatione applausive abstra-
ctus, & consecratus, multis deinceps mi-
raculis effulsit, cæcos signo crucis illumi-
navit, & paralyticos sanavit. Illud rarius
cum tristissimo Ambianensis vrbs incen-
dio, solum suum opponi ignibus Sudari-
um jussit, eoque flammam prodigiosissime
confopivit. Claruit tempore Theodo-
rici Regis, filii Childeberti, & sepultus in
Ecclesia Deiparæ Virginis, inde postea ad
suum Cœnobium translatus est, quod ab
ipso Sancti Salvij de Monasteriolo (*Saint
Sauve de Monstrevil,*) cognominatur, ubi
deinceps magna miraculorum gloria à
DEO est celebratus. *Ex ejusdem Cœnobij
monim. Hugone Menardo, Vincent. Anton.
Volaterr. Petro de Natal. Surio, Aub. Miros,
Clandio Rob. Sunt tamen qui natalem ejus 29.
Octobr. adstruant.*

Fit Episcop.

Miracula

S. Beanda-
nus Abb.

In Gallia S. Beandani Abbatis & Con-
fessoris, qui patria Hibernus ex parentib⁹
Generosis ortum duxit, & Catholicæ fi-
dei assertor strenuus, insigni magnanimi-
tate Hæreticis Britannis in patria se oppo-
nens ab illis denique ejectus, exul pro
Christo in Gallias se contulit, ubi floren-
tissimæ S. Mauri Glanofoliensi Congre-
gationi cum Socijs se addicens, magna vi-
tæ sanctitate & insigni miraculorum glo-
ria enituit, postque virtutum opimam
messam relictis multis S. Conversationis
imitatoribus, inter altos discipulorum ge-
mitus, ad Beatorum optatam processit
Societatem. *Ex Lilijs Benedict. Gall. Carolo
Sauj. &c.*

S. Lohem-
mellus mo.

In Armorica regione S. Lohemelli
Monachi & Confess. qui in Rhedonen-
si Monasterio Monachum professus, S.
Convoionem magistrum meruit, & exi-
mia virtutum exiplendescens perfectio-
ne, miraculorum gratia à DEO est hono-
ratus. Ea inter celebrius illud, cum Ion-
cunum Cœnobij famulum, plaustrum rotis
à deo attritum, ut brachia & coxæ multis
partibus essent comminuta, orationem
pro ipso fundens, illico prodigiosè cura-
vit, & ipse Iocunus in pedes consistens in-
columis, plaustrum in Cœnobium con-
duxit. Lohemellus autem varijs ærumnis
à DEO probatus, quinquennio toto ante
obitum mutus & paralyticus fuit: cujus
postea funus cum ad tumulum efferte-
tur, tanta inde odoris suavitas eripuit, ut
thuris Sabæi fragrantiam superaret. *Ex*

Miraculū.

Moriur.

monim. Rhedonens. Cl. Rob. Hugone Menardo, Claruit sub Lud. Pio Imp.

S. Beandanus.

In Britannia S. Beandani Abbatis, qui parentibus generosis in Hibernia ortus, mundum deserens, magnis in cucullo Virtutibus effulgit, & pro Romana Ecclesia, contra Britannos Hæreticos strenuè pugnans & triumphans ab ipsa patria pulsus, in Gallia exulavit magnisque signorum prodigijs claruit; ad quem pluri mi confluentes discipuli, ab eodem ad rigorem Regulæ S. P. N. sanctè instituti, plurimum deinceps per Galliam resplenduerunt, quorum inter preces, & commixta lachrymis suspiria Beandanus sanctam efflans animam in Domino requievit. *Ex div. rer. Brit. script. Joanne Coligano & c. ex Annal. nost. Bened.*

Sancti duo.

Eodem die natalis SS. Suibnei Abbatis Hienfis & Laidgeani Monachi, discipuli Sancti Luani, qui multis clari virtutibus, inter præcipuos Hiberniæ Sæctos coli meruere, quorum ille an. 656. hic 660. ex hac miseriarum valle, ad cœlestem patriam post multa & præclara merita evolarunt. *Ex citatis.*

S. Petrus Dux Venet.

In Vasconia, Monasterio S. Michaelis de Cufano, depositio S. Petri Vrfeoli, ex Duce Venetorum gloriosissimo humili mi Monachi, S. Romualdi nostri discipuli, miraculorum gratia celebris, qui, si quis ullus alius de Republ. Veneta meritis, prudentiæ & æquitatis laude apprimè commendatus, egregia ingenij bonitate, ac morum gratia deliciosissimus universis extitit. Basilicam Divi Marci, præcipui Venetorum Tutelaris primus construxit, tabulamque illam sumæ aræ pretiosissimam & artificiosissimam, auro gravem & miranda gemarum varietate distinctam Constantinopoli attulit, & æternum munificentia suæ monumentum, in eodem templo collocavit. Saracenos Barium Apuliæ oppugnantes, felicissimè fudit fugavitq; , & alijs præclarissimè gestis immortalitatem famæ assequutus, ipso gloria contemptu gloriosissimus, ignoto habitu, amantissimis civibus se subduxit, & Regulam S. P. N. sub Camaldulensium nostrorum instituto professus, mira abstinentia & sanctitate effulgit. Nimia quandoque esurie penè confectus, cum grandi esset corpore & delicate nutritus, prostratus Romualdi pedibus, iussus necessitate pandere, quadram deinceps paximatij, ut vocabant, supra dimidium ex obedientia comedit, tantilla refectiuncula postea vitam trahens, omnem sensualitatem deli-

Merita.

catissimæ naturæ exhaustit atque extinxit. Multis & in vita, & post mortem miraculis claruit, prophetiæ imprimis spiritu à Deo illustratus, filio suo eventura, Ducatum Venetum, atque in rebus gerendis felicitatem prædixit. Mortuus est An. C. 997. conversionis 19. & ad æterna translatus palatia, sedulus proculdubio pro patria intercessor. *Ex Andr. Dandolo, Sabellico, August. Florent. Iepesio, Arn. Duac. & Vngue nostro Leonis Veneti & c.*

Miracula.

obiit 997.

In Monasterio S. Vincentij in Samnio ad fontes Vulturni, depositio S. Tatonis Abbatis. Hic nobili genere Beneventi natus, pro Christo omnia deserens, cum Paldone & Tafone fratribus, peregrinatione suscepta, B. Thomam Marlorum Abbatem perfectionis & disciplinæ Monachicæ magistrum meruit, cujus suavis in Samnium delatus, & honore Abbatiali auctus, sumæ in vitæ rigore, & insigni sanctitate diem extremum clausit Ann. C. 729. *Ex Archivio Casin. Caiet. Marchesio, Chron. S. Vicent. Philippo Ferrario. Annal. nost. & c.*

S. Tatonis Abbas.

In pago Eboracensi S. Ealredi Abbatis, qui secundus Rievallensis in Anglia Cœnobij antistitem egit, & tanta sanctitate vitæ refulsit, ut ipsum Nicolaus pervetustus scriptor ipsi Sanctissimo Patriarchæ nostro, alijsque illustrissimis Ordinis nostri syderibus comparare dignissimè duxerit, cujus vitam paucis complexus verbis, ita inquit:

S. Ealredus Abb.

Manus erat maturis moribus, & BENE-DICTVS

Exemplo, similis Bernardo calibe vita Virtutum specimen, vitiorum scopa, decusq; Ordinis, & speculum, via pacis, sibula Legis.

Obijt A. C. 1161. Sanctorumque albo adscriptus memoratur sub Henrico II. Rege Angliæ Hugo tomo I. SS. Chrysostr. Henrig. & c.

obiit ann. 1161.

Eodem die depositio B. Petri de Confluentia Monachi Hemmenrodensis, & Livoniæ Apostoli, crebris revelationibus elari. Hic Confluentinus patria, juvenili ætate jugum Domini, in Monasterio Hemmenrodensi amplexus, cum paulo post coelitem familiaritatem meruit, ut sæpius deinceps Angelorum canentium & psallentium delicatissima musica recreatus sit. Dominicæ Passionis meditationi, cum modico fructu, totum ferè annum, ingenti cum labore impendisset, constantia denique (dum nihilominus Sanctissima Passionis impropria jugiter recitaret & revolveret,) & mira in advertis patientia,

S. Petrus mon.

Lachrymarum donum. tia, secreta illa Christi, quasi violenter intravit, & miram à Numine Contemplationis gratiam, & lachrymarum incomparabile donum promeruit. Cumque vultum Salvatoris sui pro feliciore Sacrae Passionis imaginatione, intueri precibus cōtēderet, & à gravi in super luxuriantis carnis tribulatione liberari postularet, Christum ipsum in cruce pendentem intueri dignus fuit, qui brachia à cruce violenter avellens, Petrum suum amantissimè amplexus, eum ad pectus sacratissimum arctius adstringens, validissimas tentationes, longè potentiore amplexu penitus confopivit, atque profligavit. Quæ quidem visione, an potius, ut videbatur, corporali præsentia, à deo recreatus est, ut licet multas, tam ante, quam postea cœlestes hauserit voluptates, istam tamen cæteras omnes eminentissimè supergressam fateretur. Sed & illud rarum, cum Carolo Villariensi Abbati sacris operaturo minister ipse adesset, & confessione dicta, absolutionem devotissime expectaret, eam è cœlo his verbis delapsam accepisse: *Dimissa sunt omnia peccata tua. Ut ex hoc alii que præmissis, de felicitate sancti juvenis facile ominemur. Tandem cum Theo-*

A crucifixo stringitur

Gratiose absolutio.

PRIDIE IDVS IANVARII.

XII. Ianuarii.

E.

Martyrio coronantur EPHESI passio Sanctorum quadraginta duorum Monachorum, qui ob cultum S. S. imaginum sub Constantino Copronymo sævissimè cruciati, Martyrium cōpleverunt. Hi vinculis ferreis adstricti, verberibusq; crudelem in modum lacerati, præcis naribus, barba picè illita atque exusta, ad extremos Ephesi fines relegati, balnei veteris fornice conclusi, aditu obstructo inedia consumpti sunt; quos inter Paulus spectator, majorem cæteris ad terrorem, duabus tabulis compressus, ferreis pectinibus laceratus, prono demum capite suspensus, lentoq; igne extinctus est. *Ex Andrea Bamberg. Arnaldo Duac. Mosandro. & c.*

S. Benedictus Abb.

In Anglia S. Benedicti Abbatis & Confessoris. Hic nobilibus ibidem natus parentibus, adolescens Romam profectus, nostrorum illectus & tactus exemplo ac consuetudine, illic Monachum professus est, in patriam suam nunquam reversurus, nisi summo Regni Anglici bono, cū S. Theodoro nostro, designato Cantuariæ Archi-

dorico Livoniæ Episcopo, cum incredibili Martyrij desiderio teneretur, in eâ directus provinciam innumerabiles infideles, ad Christi & Matris Ecclesiæ sinum adducens, multis pro Religionē toleratis laboribus, Apostolico gloriose titulo, beatus merito, feliciter in Domino obdormiit. *Barn. de Montalbo, Cesar. Heisterb. Ang. Manriq. Chryf. Henr. & c.*

Apud Cistercienses, lectissimam S. P. SS. & BB. N. familiam, commemoratio omnium ejusdem Sanctissimæ Reformationis & Instituti Episcoporum & Abbatum, Sanctorum atque Beatorum. Quem quidem numerum fuisse maximum, ex eo constat, quod præter eos, quorum memoria in libro vitæ solummodo perennat, Archiepiscopi octingenti, Episcopi mille quadringenti, ex una hac Generis nostri familia à viris eruditissimis ex nomine recensentur, quorum plerique pro solâ ferè perfectionis opinione Cœnobijs extracti, Ecclesiâ universam æterno merito demeruerunt. Vt Abbatum, cæterorumque Præsidentum, facilius ominari sit numerum, quam recensere. *Menolog. nec non Breviar. & Missale Vetust. Cister. Henrig. & c.*

SS. & BB. Cistercii.

Angliaton- suluit.

Concordia
Regularum

zelator fuit eximius. Scripsit alia inter li-
brum quem vocant *Concordiam Regularum*,
in quo reliquorum Patrum Regulas, cum
Sanctissimi P. N. BENEDICTI Regula con-
ferens, omnium aliarum compendium &
succum in hac latere demonstrat, et si li-
brum hunc nos potius ad S. Benedictum
Anianæ Abbatem referamus. Vixit Be-
nedictus Anglus sub A. C. 670. & merito-
rum plenus ad supera emigravit, à Ven.
Beda discipulo egregie commendatus.
*Hist. Angl. Iepes, Trith. Menard. Baron. Suri-
us, Mayhevv. &c.*

SS. Mart.
plurimi.

In Monasterio Lindisfarnensu passio
multorum Monachorum, qui à paganis
cæsi sunt. Passi sunt lectissimi isti Christi
Martyres An. C. 793. cum Danorum ac
Norvagiæ classis in Angliam appulsa,
Lindisfarnense Monasterium invasisset
ac destruxisset, Monachis ibidem pluri-
mis immaniter trucidatis, alijs in mare de-
mersis, plurimis item, post varias contu-
melias, nudis abjectis, quibusdam etiam in-
miserrimam abductis captivitate, de
quibus diversi Angl. rerum Scriptores,
*Alcuinus, Rogerius Huntingdon. Simon Dunel-
mensis, Rogerius de Houeden, Harpsfeld. Ed.
Mayhevv. &c.*

S. Victo-
rianus Abb.

Osca in Hispania S. Victoriani Abbatis
& Confessoris. Hic Italus natione, paren-
tes genere illustres habuit, iuvenilem æta-
tem gravibus moribus coluit, magnis vir-
tutibus exercuit. Adolescentior sacris im-
butus litteris, patrimonium omne in con-
denda Cœnobio & Xenodochia expendit,
Galliam primum, dehinc Hispanias
magnis meritis devinciens. Ascanensis
demum Abbas effectus, felicissimo illo
tempore floruit, quo petentibus Calyguri-
tanis, nobilem suorum coloniam S. P. N.
BENEDICTUS in Hispanias destinavit, &
mox novæ Monachorum legis retibus,
Regnum quæ Christianum erat omne, fe-
licissime conclusit, cum læculares, primæ-
vo Christi fidelium primitivæ Ecclesiæ fer-
vore accendens, tum sacros Numini ho-
mines certe vivendi Regula instituens.
Nec dubium, virum prophetiæ spiritu in-
signem eam Hispaniæ & Galliæ felicita-
tem, in reformandis potētissimorum re-
gnorum Cœnobiis non tam prævidisse,
quam plurimum promovisse; postquam
ipse etiam Magni Monachorum Patriar-
chæ se placitis subiecisset. Claruit ma-
gnis & in vita & post mortem miracu-
lis, eo in primis memorabili, quo Sancto
Regi ejusque filio Petro prodigiose con-
tra Mauros advit, ejus in exercitu reli-

Miraculis
claret.

quies deportatis. Et vere Victorianum se
exhibens, magnæ Victorix post DEVM
author ipsis extitit, cum eo prælio hosti-
um quadraginta millia cæderentur, Osa
urbe expugnata, & quatuor Maurorum
Regibus captis atque interemptis. Illud
æterni meriti est, quo lacris ejus reliquiis
solemni in processione circumlatis, cer-
tum Oscensibus contra ariditatem è cœ-
lo auxilium est: *quoties enim id factum est,*
inquit Vitæ scriptor, *aut omnino in eum fi-
nem prolatum Sancti corpus, semper immensa
vis est imbrium consequuta, ut haud immeri-
to in Veteri ejus Diceceseos Breviario, Vi-
ctorianus, Fons aquæ in tempore neces-
sitate appellatur, &c. Decessit vir Sanctus
A. C. 566. Ex diversis rer. Hispan. script. Hu-
gone, Menardo &c.*

Vere Victo-
rianus.Fons Aqua
appellatur.

Eodem die in Hispaniis, natalis S. Na-
zarii Abbatis & Confessoris. S. Nazarius il-
lustri genere apud Hispanos natus, jam
adultior inspectis mundi per illecebras
fraudibus, grandi ejusdem fastidio conce-
pto, asylum circumspexit, in quod sese ex-
tot periculis proriperet. Itaque Helenen-
sem pervagatus Dicecesim, locum propo-
sito suo peropportunum Monasterium S.
Michaelis Cusanense invenit, in quo cu-
cullum S. Benedicti complexus, miros
quam primum in perfectione Monachica
progressus fecit, magnisque virtutibus e-
nituit. Mirifica in ipso charitas proximo-
rum se prodidit, qua Benedictinæ Hospi-
talis & beneficentiæ munia omnia,
summa industria adimplevit, cujus laudatissi-
ma opera sibi que probatissima Numen,
miraculorum gloria illustravit, quæ inter
stupendum illud, quo furnum exardescē-
tem, habitu suo, eo que ab ignibus prorsus
illæso mirabiliter extinxit, multa que alia
prodigiose patravit. Donec innumeris cu-
mulatus meritis, ad præmia æternitatis
vocaretur 12. Jan. in prædicto Cœnobio
sepultus, cujus anniversaria memoria festi
duplicis celebritate recolitur. *Ant. Vin-
cent. Domenez. Hist. SS. Cathalon. Anton. de
Tep. &c.*

S. Nazari-
us Abbas.Hospitali-
tas.

Moritur

S. Cumi-
nianus.

In Italia S. Cumiani sive Cumini Epi-
scopi; Ibernæ patria, qui cum pro eximia
vitæ sanctitate creatus Episcopus, multo
tempore suis ovibus utilissime præstitisset,
septuaginta octo aënos natus, affectus Mo-
nachorum in Italia studijs renunciens pa-
triæ & Pontificali⁹ infulis, in Cœnobio
Bobienfi cucullo senectam solat⁹, ibidem
magnis virtutibus clarus migravit è vita, an-
te altare Sanctæ Attalæ sepultus. *Ex script.
rer. Hibern. Joan. Colgano, Stephano Vito. &c.*

In

S. Guilel-
mus Abbas.

In Gallia natalis B. Guilielmi Abbatis
& Confessoris, qui Sacratissimæ Clunia-
censium nostrorum Reformationi ab ipsa
juventute adscriptus, in eadem tantis in
perfectionis studio progress⁹ fecit, ut Cæ-
nobij insignis S. Theodorici Abbas deligi
meruit. Quo quidem in munere ita se ges-
sit, ut Regulæ quam professus fuerat, ne-
mo observantior extiterit, ita quidem, *ut
potius vitam perdere, inquit vitæ scriptor,
quam minimum præceptum sciens, deliberat. qd.
voluntate transgredi præoptaret.* Quo ipso
tempore, cum altera quoque Sanctissima
Cisterciensium nostrorum reformatio,
mellifluo Patre Bernardo in primis satagē-
te, cum Cluniacensi Sancto zelo conten-
deret, & præ illa, superstitie maximè Bern-
ardo fervere videretur, in huj⁹ Sancti Do-
ctoris familiaritatem sese insinuans, Guil-
helmus, tantam meruit, ut alter in alterū
immigrasse videretur. Verum cum abdi-
cato Abbatis munere, ut Bernardo jugi-
ter adhereret, Cisterciensibus sese ad-
jungere pararet, ab ipso met prohibet⁹ est,
quod Cœnobio S. Theodorici tam utilē
abesse præfulem indignum existimaret.
Verum à morte Bernardi Signiacum se
contulit, & vitæ ibidem reliquum sanctè
conclusit. Fuit in contemplationis pro-
prio Monachorum studio assiduus, in quo
tanta cum felicitate versabatur, *ut oculis
humis defixis, statim animus, tanta vehemen-
tia, in cœlum raperetur, ut nullus ei sensus liber
permaneret.* In pauperes erat totus pro-
digus, ita ut neque necessaria subinde re-
tineret. Paucillum vini cum superesset,
& iussus flagitanti pauperi dare Oeconom⁹
pretermitteret, quod ad Sacrificij usum
servare statuisset, eaque excusatione etiā
apud pauperem usus esset; re comperta vir
Sanctus egenti quantum sat esset elargit⁹,
reliquum dolii per fenestram effundi præ-
cepit, *Deum non permittere, asseverans, ut
vinum per inobedientiam servatum SS.
Eucharistiæ Sacrificio dedicaretur. Ne-
que defuit Zelo servi sui liberalissimum
Numen, excitato ea ipsa hora, divitis &
proximè habitantis Clerici cujusdam ani-
mo, qui mox equum comætu onustum,
cum vini vasculo in Cœnobium destina-
vit, quod Guilielmus illico Missis dicens
assignans, incredulitatem ministro ex-
pbraavit. Cæterū ipse nimio rigore corpus
suum excrucians, ab eo nunquā, nisi ipsa
nientietate peccatū metueret remisit, quē
pro in maximis animi consolationibus⁹ Nu-
men mirifice refecit & recreavit, atq; mi-
raculorum in super gloria illustrem reddi-*

Abdicare
prohibetur.Pauperum
pater.Recreantur
pauperes.

Rigor vita.

dit. Eum uti Bernardus non semel ab æ-
gritudine liberavit, sic & ipse aliquando
præsentente Guilielmo convaluit, cum de
vita cæteroquin ejus jam esset conclama-
matum. Advit etiam morienti Guilhel-
mus, tantique amici jactura supremum vi-
tæ discrimen adijisse probatur, nisi post
mortem etiam sæpe visus Bernardus ad i-
psū è cœlo occurrere, de constantissimi
sodalitatis officio nihil etiam tunc remisisset,
& mœrentem amicè solatus esset. Dece-
sit felicissima morte Anno Christi 1160.
antequam tumulo inferretur, illustribus
aliquot miraculis à DEO commendatus.
Meruit haut leviter de Ecclesia & posteri-
tate, relictis plurimis præstantissimi inge-
nij monumentis, quæ inter potissimum li-
ber ille commendatur, quo Petri Abailar-
di Hæresiarchæ errores potenter profliga-
vit. *Bern. de Brito, Ang. Manrique, Petr. Calzo-
lar. Cbryf. Henric. &c.*

Obiit Anno
1160.S. Aelredus
Abbas.

In Anglia S. Aelredi Abbatis Rieval-
lensis, sacrarum litterarum sciētia, & mo-
rum integritate conspicui, qui ob eximi-
am vitæ sanctitatem Davidi Scotorum Re-
gi præcipue charus, oblatos varios hono-
res, & Episcopalem etiam dignitatem, ut
ad Divinarum rerum contemplationem
expeditior esset, & Evangelii prædicatio-
ni liberius vacaret, constanter recusavit.
Fuit autem à prima infantia raris DEI fa-
voribus & miraculis gloriosus, cujus etiam
num in cunis facies Archidiacono cui-
dam, solis instar corusca radijs apparuit.
Sed & puerulus, nova per jocum à patre
rogatus, Eboracensis Archiepiscopi mor-
tem denunciavit, quæ post triduum dein
compertissimo nūcio delata, puerum ab-
sentia novisse argumento fuit. Et verè,
prophetico spiritu tantopere claruit, ut
Abbas jam factus, occultissima Fratrum
peccata agnosceret, sed & tempus locum-
que in quo peccaverunt, distinctè ac di-
ferte panderet. Fuit patientiæ miracu-
lum, in motibus & injurijs gravissimis, cum
colica & calculo decennium ante mortē
integrum gravissime laboraret, cumq; fo-
co inter tantos dolores adsidens, caput
penè inter genua demitteret à Monacho
ferociente & in tantum patrem impio in-
ignem, juxta gravissimas innocentissimo
irrogatas injurias conjiceretur, & jam pe-
nè præfocaretur; adeo sui memor semper
tantus patientiæ magister, ut cum super-
venientes Fratres, in destinati sceleris par-
ricidam insurgerent, in hæc digna immor-
talitate verba erumperet: *Nolite quæso, no-
lite filij, patrem vestrum tunica patientiæ spo-
liare.*

Spiritus
PropheticusMira pati-
entia.

Exemplum
rarissimum

liare. Non sum commotus, non sum laesus, turbatus non sum, quia filius meus est, qui me projecit in ignem, & per hoc purgavit, non peremit. Filius meus est, sed infirmus est. Ego quidem in corpore non sum sanus, sed sanavit me in anima infirmus ille, &c. cumque dicto caput furiosi apprehendens, deosculatur, benedicit, amplectitur, dulciter lenire conatus furorem sine causa irascentis.

Familiaris
calitibus.

Fuit proin calitibus dilectus, ita ut cum Angelis haut aliter, quam cum Fratribus colloqueretur, & plurimorum cum ipso loquentium voces etiam ab alijs subinde audirentur. Vitam vixit rigidam admodum, pro alijs etiam peccantibus, in corpus suum injurijs, praesertim cum Novitiorum Magistrum ageret, desertorem suae vocationis mirè lucratus, cum pro ipso flens & deprecans, in aquas se frigidas immergeret, & exquisitis suppliciorum modis, aliena in se scelera ulcisceretur, quo factum ut defertor ille, repente intra septa Cœnobij restitutum se miraretur, & constans deinceps in Religione perduraret. Nec minus quam Virtute & genere, nobilis etiam erat eruditione cujus plurima posteritati scriptis libris reliquit monumenta, quorum insigne illud apud Gibbonum extat elogium:

Elogium
perinsigne.

*Ecquis Aelredum Bernardo invidit & uno
Tam similes calamo credidit esse duos.
Natus ille fuit: Legi monumenta duorum
Lactea, nec potui dicere, scripsit uter.
Fovit utrumq; reor, mellita MARIA clientē
Mel de Virgineo suxit uterq; sinu, &c.
Fuit autem cultor DEIPARAE devotissimus,
de cujus Virginitate librum inte-*

grum concinnavit. Obijt Anno Christi *Obijt Anno*
1220. post mortem Sanctorum albo ad- 1220.
scriptus, cujus nonnulli diem undecimum
Ianuarij contendunt natalem. Vide
Richard. Gibb. cit. Ioan. Capgrau. Petrus Cal-
zol. Sixt. Senens. Esfengrien. Bollandus Ang.
Manriq. Chryf. Henr. &c.

In Monasterio S. Iuliae Brixienfi Ven. *V. Angil-*
Angilbergæ Imperatricis Augustæ, eju- *bergæ Imp.*
dem loci lectissimæ Abbatissæ, Ludovici
II. Imperatoris quondam conjugis & Lu-
dovici Germaniæ Regis filiae, quæ inno-
cens à marito repudiata, in condito à se
Resurrectionis Cœnobio Placentiæ se ad
obitum usque mariti continens, purpu-
ram postea cucullo mutavit, & tantis vir-
tutibus emicuit, ut biennio post Abba-
tissâ eligeretur, inde post novennium,
ad Brixienfis Monasterij regimen expe-
tita.

Præfuit summa cum vigilantia utrique *Fit Abba-*
Cœnobio annis plurimis, generosissimi *tissa.*
animi, summæ demissionis, & mirandæ
patientiae æternum exemplar & specu-
lum. Extant ad eam plures Epistolæ. Io-
an. VIII. Pont. Max. quibus insignis ejus
patientia laudatur & confirmatur, in gra-
vissimis injurijs exilio & ærumnis, quibus
à Carolo III. Imp. indigne habita est & af-
flicta. Evocata ex hac lachrymarum val-
le est optima Imperatrix Ann. Christi 915. *Obijt Anno*
proque reportato talento, lucrum perennitatis *915.*
acquisivit. cum Cœnobio Placentino An-
nis 38. Brixinensi 29. religiosissimè præ-
fuisse. *Felix Passarus, Petr. de Ri-*
pa-alta, Leo Ost. Aimoi-
nus, &c.

IDIBVS IANVARIII.

XIII. Ianuarii.

F.

SS. Marty-
res Cordub.

p. 852.

S. Remigius
Episc.

CORDUBÆ S. S. Martyrum Gumefin-
di presbyteri, & Servidei Monachi.
Servideus Ordinem S. P. N. in Monaste-
rio S. S. Ianuarij Fausti, & Marcelli Cor-
dubæ professus, Martyrij corona cum S.
Gumefindo presbytero donatus, in-
signem de infidelibus triumphum Anno
Christi 852. retulit, sui que agonis Enco-
mias ten dignissimum S. Elogium nostrum
meruit, in Cœnobio S. Christophori Cor-
dubæ sepultus. *Ex lib. S. Elogij Ambr. Moral.*
Villega, Baron. Iopes, VVione &c.

Rhemis in Gallia S. Remigij Episcopi
& Confessoris. Qui etsi professione Mo-
nachus non esset, vita tamen fuit, nec tan-

tum cultor S. P. N. BENE'DICTI singula-
ris, sed promotor Ordinis meritissimus,
atque etiam ante Beatissimum Maurum
ejusdem Instituti in Galliarum Regno
strenuus propagator. Is antequam con-
ciperetur cœlesti oraculo prænunciatus,
& Beatæ Ciliniæ Matri promissus, à tene-
ris unguiculis admirationi omnibus fuit,
& juvenili ætate Inclusionum ex parte in-
stitutum, quibus dein S. P. N. BENE-
DICTVS Regulam præscripsit, sectatus est;
inde vigesimo secundo ætatis Anno, pro-
bata Divinitus electione ad Archi-Epi-
scopalem Rhemorum cathedram extra-
ctus, cum omni modo obniteretur mira-
biliter

Fit Archi-
*Episc.*Merita vi-
ri.Clodoveum
Regem con-
vertit.Obijt Ann.
545.S. Berno
Abb.Meritum
ingens.

biliter inungi se sensit, in cœlestis cujus-
dam radij splendore, sentiens caput suum
totum oleo quodam sacro infundi, ita ut
reclamare deinceps vereretur. Excoluit
Pontificatum innumeris virtutibus, nec
tam Rhemorum provinciam, quam Gal-
liarum Regna universa Apostolicis meri-
tis, mirificè demeruit, inde Francorū post-
ea Apostolus cognominatus; cum Clodo-
veum Regē deinceps Ludovicum appel-
latum sacro baptismi lavacro expiasset, &
Regnum universum convertisset; de quo
S. Hormilda Papa ad ipsum et Remigium:
Vices itaq; nostras, inquit, per omne Regnum
dilecti & spiritualis filij nostri Ludovici, quem
nuper, adminiculante superna gratia, plurimis,
& Apostolorum temporibus equiparandis si-
gnorum miraculis, prædicationem salutiferam
comitantibus, cum gente integra convertisti,
& sacri dono baptismatis consecrasti, &c. præ-
senti auctoritate committimus, &c. Præfuit
pluribus deinceps Synodis & Concilijs
Remigius, & virum per omnia Apostoli-
cum, sanctitate, eruditione, prædicatione
& miraculorum operatione se comproba-
vit, decessitque hac die Anno Christi. 545.
cum 74. annis Rhemensi Ecclesiæ sanctis-
simè præstitisset, magnis etiam post mortē
prodigijs à Numine celebratus. *Ex vita per*
Hincmarum, Gregor. Turon. Fortunato, Trith.
Sigeberto, Adone, de cujus etiam in Pontificatu,
Benedictino Vita instituto, & promotione se-
eum ejusque discipulos Ordinis, plura nobis sug-
gestit & communicavit, eruditissimus Domi-
nus Præpositus S. Geroldi Christ. Hartmannus
Asceta Einsidl.

In Monasterio Cluniacensi depositio
S. Bernonis primi ejus loci Abbatis, ma-
gni sanctitatis viri. Is Illustrissimo Burgun-
diæ Comitum genere oriundus, contem-
ptis mundi favoribus, cucullum in Gigni-
acensi primum Cœnobio induit, ejusdem
postea, ob vitæ merita Abbas effectus. Nec
multo post San. Euticio in recens conditi
Balmenfis Monasterij præfectura subro-
gatus, tanta sanctitatis fama celebrat^o est,
ut Guilielmo Pio Aquitaniæ Duce & Ma-
risconensi Comite Cœnobij longè deinceps
celeberrimi Cluniacensis Fundatio-
nem moliente, ipsi totius rei negotium &
cura demandaretur, eo que constructo,
primus ibidem Abbas ipse constitueretur.
Præfuit insigni cum Monasterij, tum Or-
dinis universi ornamento, & primus ibi-
dem æterno fructu, rarissimæ sanctitatis
fundamenta jecit, tanta quidem, quanta
nulla satis posteritas demiretur; si nullo
alio, (etsi quam plurimis) titulo, hoc sanè

immortaliter meritissimus & felicissimus,
tot millium unius ejusdemque Sancto-
rum Antesignanum extitisse, cujus mo-
nimentum esse illustrius non poterat, quā
Cluniacum ipsum, proximum absque
controversia Casino sanctitate atque di-
gnitate. Cæterum in tanta gloria Berno at-
que æstimatione fuit humillimus, & indi-
gnum prorsus Abbatiali honore se judi-
cans, ultro abdicare voluit, ut quietius ni-
mirum Numini vacaret, decessitque A. C. *Obijt Anno*
926. ibidem post altare S. P. N. sepultus. *Ex 926.*
Bibl. Cluniac. Pl. i. Bergomate, in suppl. Chron.
Glabri Rud. Trith. Iepes, Petro Equil. &c.

In Burgundia, Monasterio Balmenfi, S. *S. Euticius*
Euticij Abbatis, qui ex Palatino Monach^o, *Abbas.*
inter Gigniacensis primum Cœnobij sy-
dera effulgit, postea etiam Abbas Electus,
Balmense Monasterium fundavit, & san-
ctè administravit, ubi magnum discipulo-
rum numerum aggregans, eos inter Ber-
nonem quoq; meruit, quem inde secum
è Gigniaco abduxit. Claruit magnis vir-
tutibus & magnæ opinione sanctitatis.

Proin Ludovico Pio Imperatori præcipue
dilectus, qui ne tanti viri præsentia orba-
retur, cum Euticius summopere Palati-
norum frequentiam excraretur & in-
quitem Palatij, proprium ipsi, seclusissimū-
que à turbis, in aula ipsa Monasterium
extruxit, memorabili prorsus exemplo,
solidæ pietatis, aulam & aulicos pluri-
mum averfantis, sibi & suis concilian-
dæ. Ita Ludovicum deinceps & proce-
res Palatinos Euticius plurimum deme-
ruit, donec ad Palatia Regis æterni voca-
retur. Decurso autem mortalis vitæ sta-
dio, circumstantibus Fratribus repente
Spiritus emisit. Cumque à discipulis o-
mnia ad exequias pararentur, illis artoni-
tis & mirantibus subito revixit; & in
hæc prorumpens: *DE Ogratias*, inquit. *Conjun-*
cti mihi gra-
tia.
Sciatis, quia ex his quadraginta annis (quibus
discipulis lectissimis præfuerat.) unum
tantum diem non memini, me cibum sumpsis-
se, nisi prius flevissem. Hodie autem subla-
to mœrore, consolatus est me Dominus, & in-
ter choros Angelorum tribuit mihi requietio-
nis locum. Quibus dictis denuo in Do-
mino obdormijt. Scripsit æterno cum
merito, eo que ab consequente innume-
ro fructu, merito incomparabili, consue-
tudines & Constitutiones illas, quas po-
stea Cluniacenses, & totus pene per or-
bem universum Ordo noster, (prius-
quam Cistercienses nostri zelo reforma-
tionis illos vincere niterentur,) religio-
fissimè obtervarunt, quod insignè opus
suam
Moritur
denuo vir
sanctus.
D

suum Divus Euticius cum in Aula etiam-
num Ludovici Imper. versaretur, rarissim-
um sanè Aula fructum) in unum volu-
men utilissimè collegerat. Vixit ad An-
num usque Christi nongentesimum, &
maximum sui desiderium, tā suis & Chri-
sti discipulis, quam Palatinis religiosiori-
bus reliquit. *Ex Bibl. Cluniac. Fastis Burg. &
Belg. Aub. Mirai, Ant. de Iepes, Ioan. Mon.
in Vita S. Odonis; ex scriptore item vitæ S. Hu-
nis Abb. S. Martini Augustodun. Hugone, Me-
nardo, &c.*

S. Eusebius
Mon.

In Monte S. Victoris, campo S. Petri
prope oppidum Veldtkirch, passio S. Eu-
sebi Monachi & Martyris. Qui Scotus
patria, genere nobilis, Cœnobii S. Galli in
Helvetia vetustissimi illustrissimiq; Mo-
nachus fuit, Probatione autem Monasterij di-
uturna fraterna ex acie benè instructus, ad sin-
gularem eremi arenam & pugnam prodijt,
deque sui Abbatis licentia, vitam solita-
riam in Divi Victoris per insigni superio-
ris Rhætiae monte instituit, vitæ eximia
sanctitate, & prophetico spiritu longè la-
teque notus, & in sera usque læcula dein-
ceps celebratus. Beati Isonis celeberrimi

Prædictio.

Santgallensium Doctoris matri, quæ sibi
erinaceum utero gestare visa est, neque
leviter perterrefacta: *Filium, prædixit, pa-
riet, quem S. Gallo votabit, qui Doctor erit
magnificus, & multos pueros asper stylis arma-
turus est.* Carolum Calvum Imper. Aug.
de occultis multis, summo cum Imperij
bono, eventurisque edocuit. Carolo
Crasso in primis clarus, & præcipuè cul-
tus, ejus munere, Divi Victoris montem
Cœnobio suo Sangallensi meruit & ob-
tinuit; illumque insigni perfectione mul-
to illustriorem & spectatiorem reddidit.

Martyrio
coronatur.

Denique cum post longum vitæ rigorem
hora remunerationis appeteret, coro-
nam insuper Martyrii à Numine sibi de-
stinatam impetravit, falce scœnaria capite
præciso, cum rustici cujusdam impieta-
tem piè redargueret; quod ipse præcisum,
suismet manibus humo attollens, longis-
simoque intervallo, per subjacentem
monti planitiem, & arduam ascensus dif-
ficultatem ac declivitatem, ad suam cel-
lulam deportans, rarissimo prodigio,
mortuus tumulum sibi ipse quæsiit & desi-
gnavit, cujus sacra ibidem ossa summa fi-
delium veneratione, in condito ibidem
Cœnobio, religiose asservantur. *Ex tr. 2.
Constantia nostra Bened. Iodoco Mezlero,
Mariano Bucelino, Histor. ibid. in S. Vict. de-
scripta &c.*

S. Leogiso.

In territorio Aduensi S. Leogisoli Ab-

batis, cujus hodiè clara & sancta est recor-
datio in Cœnobio Vergacensi ejusdem
Dioeceseos. *Ex Mart. Gall.*

In Scotia S. Kentigerni Episcopi Glas-
coensis. Hic Eugenii III. Scotorum Regis
filius, cucullum Regno omni potius & di-
gnius habuit, prætulitque. E Cœnobio a.
ad Pontificalem Glascoensem extractus
cathedram, cum aliquandiu strenuè cre-
dito sibi populo præfuisset & consuluisset,
insigni denuo honorum contemptu, Põ-
tificatu se abdicans, ad Cœnobium suum,
quod dein S. Asaphi cognominatū est, re-
versus, rursusque ad honores quos fugerat
retractus, Abbas ejusdem Monasterij or-
dinatus, lectissimam sexcentorū sexaginta
Monachorum cohortē, Christo Regum
Regi, sub obedientiæ armis conscriptam
sanctissimè gubernavit, & sanctioris vitæ
exemplo facem omnibus prætulit. Excel-
luit in vita omni tantis miraculis, ut Thau-
maturgum haud immerito possis appella-
re. Puer etiamnum in Monasterio edu-
catus, Servani Magistri aviculam, revul-
so capite occidisse, ab æmulis tyronibus,
(quod ipsi fecerant,) insimulatus, avicu-
lam illico vitæ restituit, sola capitis ad cor-
pusculum applicatione. Sic cum ex offi-
cio, ignem curare cogeret, eorumdem
scelere prunis extinctis, ramum viridiam
signo crucis, prodigiosè accendit. Ser-
vani magistri item jussu in preces effusus,
mortuum Cœnobii cœcum ad vitā revo-
cavit, qui Monachum dein professus, sep-
tennium supervixit. Maturior ætate, ho-
norari fugiens, Mallenam fluvium mira-
biliter transit, eo prodigiosissimè diviso, ut
aque à dextris & à sinistris, quasi pro muro
cõsurgerent, donec vir Dei tránsisset. Cer-
vos non solum aratro juxit, sed eodem in
labore cervo socium lupum adhibuit. Cū
annonam omnem in pauperes erogasset,
arenā vice feminis in terram spargens, tri-
ticum inde probatissimum messuit. Rege
per ludibrium horrea sua offerēte, si ea ex
loco transferret, precibus effusis illico mi-
rè transportari impetravit, exūdatione ni-
mirum repentina fluvii, illa cum frugibus
ad partes Monasterii transvehēte, & quod
magis mirandum, nec una quidem arista
ab aquis madefacta. Episcopus creatus, nõ
minus rigorem Monachicum quā in Cæ-
nobio observavit, cilicio ad nudam carnē
asperrimo indutus, à carnibus & vino per-
petuo abstinens, lectuli vice, saxo usus in
modum tumuli excavato, quod modico
cinere & cilicio intexerat. Psalterium quo-
tidie integrum frigidis se imergens aquis
decan-

ius Abb.

S. Kenti-
gerni Episc.

Puer mira-
culis claret.

Mortuum
resuscitat.

Res mira.

Rigor vita.

decantabat, adeo in eo libidinis fomite
extincto, ut nihil visu, sed nec tactu quo-
cunq; moveretur. Crebro dum lacris ope-
raretur, nubes lucida caput ej' obubravit
aliquoties non ipse stare, sed columna i-
gnea videbatur, quæ suo fulgore astantiū
intuitum obtunderet; multoties columba
nivea rostro aureo effulgens, capiti ipsius
insidebat. Nullis parcens laboribus, ut ju-
varet Ecclesiam, Romā septies abiit, ma-
gnis honoribus ab Anglorum Apostolo
Magno Gregorio exceptus & comenda-
tus. Quacunque ferè pergeret, omnis ge-
neris ægrotos curabat, solo tactu vestimē-
torum ejus, quin & umbra corporis reddi-
ta infirmis sanitate. Nūquam vel à pluvia,
vel à nivibus & grandine vestimenta ejus
maduerunt; quod ipsum qui sequebantur
discipuli in ejus presentia sæpissimè exper-
ti sunt. Mirabile illud: quod structum ab
ipso molendinum, annonam furto subla-
tam minimè moleret, sed neque rota seu
mola post Nonam Sabbathi, nisi comple-
ta Dominica, ulla arte ad usum moveri se
sineret. Morituro cum comori discipuli
optarent, illud ipse à Domino impetravit,
edoctusq; ab Angelo, secū omnes craftina
migraturos pridie denunciavit, & meruit,
sexcentis & plurib. hanc ipsā simul die cum
ipso ad cœlestia comigrantib. Claruit non
minus à morte, q̄ in vitā, miraculis; eoque
in primis rariore: quod multi carnalis vitii
contaminati sceditate, ausi tumulum tam
sanctum non pœnitentes accedere, repen-
tina quādoq; morte, sæpius membris mu-
tilati, sive morbo incurabili tacti, plesterē-
tur, ut de tanti viri apud Numen gratia
nemo non facile possit ominari, & sibi e-
jus patrocinio, magna & gratiosa pollice-
ri. *Ex Joanne Caporavio, & diu. rer. Scot. &
Britan. script. Bollandi, Annal. nost. Bened. &c.*

Gratia sa-
meatum.

Stupenda
res.

Moritur
cum insigni
comitatu.

Sepulchri
honor.

S. Libertini
Abb.

Patientia
exemplar.

In Monasterio Fundensi Natalis S. Li-
bertini Abbat. Is tempore, quo S. P. N. san-
ctissimam Regulam summo Italiae atq; orbis
Christiani bono longè lateq; propagavit,
ipsiusmet summi Magistri disciplinae Re-
gularis vivum exemplar meruit, & Hono-
rato Abbati S. P. N. discipulo, per omnia
perfectissimum discipulum pbavit. Hoc
autem mortuo, nactus iracundi ingenii
Antistitem, patientiæ solidioris factus mi-
rabile exemplar, Magni Doctoris Eccle-
siae Gregorii elogio celebrari dignus fuit:
Namque innocens ab Abbate suo indi-
gnissimè habitus, & graviter percussus,
cum Scabellum suppedaneum in caput
illisum, facies livida ac tumens omnibus
proderet; patienti sumus injuriæ omnis li-

bertinus, causam rogatus, non tantum
questus nemini est, sed culpam Magistri
ut potuit tegens: *Hesternò, inquit, in sero, Excusatio
peccatis exigentibus, in scabello suppedaneum im-
superioris.* *pegi. Sicque, ait Gregorius, nec Abbatis pro-
didit vitium, nec falsitatis incurrit peccatum.*
Fuit autem illustribus miraculis perfectis-
simi hujus Monachi vita comprobata, &
ipsis etiam Fidei hostibus manifestè pro-
dita. Abbas siquidem postea effectus, cum
pro negotio Cœnobii itineri se dedisset, à
Duce quodam Gothorum interceptus,
dum militari licentia satellites ejusdem,
virum Dei equo dejicerent, tantum ab-
fuit, ut impatientius ferret, quin ut flagel-
lum etiam sponte offerret, donec virtute
Divina impediti milites, cum progredi
nulla ratione possunt, equum redderent,
imo, cum caballo opus non habere respõ-
deret, ipsum ipsi equo imponerent. Affi-
ne huic prodigium: cum Bucilino Duce,
alii milites in Cœnobium prædas acturi
irruerent, ipso in orationem effuso, mirè
excæcatos, cum in ipsum etiam impinge-
rent, spe omni frustratos, Monasterium
sponte juxta atq; ægrè deseruisse. *Ex Andr.
Bamberg. Greg. Magno Dial. 1. cap. 2.*

Mirè ser-
vatur.

B. Iuetta
reclusa.

In territorio Leodiensi, natalis B. ma-
tris Iuettæ reclusæ. Hæc nobili primū
viro, familia de Sathanaco junctā, eo or-
bata, decem annis extra muros Hoyenses
leprosis omnia humanitatis & servitutis
officia exhibuit. Sex dein ac triginta apud
Hoyum oppidum reclusa, & Cisterciensium
nostrorum complexa institutum, vi-
tam summo in rigore, ac mira perfectione
transegit, & à Christo, ejusque Admirabi-
li Matre, nec non alijs cœli civibus visitari
meruit, multis ac miris revelationibus cæ-
litus illustrata. Claruit spiritu Prophetico,
fuitque insigni miraculorum gloria à Nu-
mine comendata, cujus vitam Hugo Flo-
retiensis prolixius descripsit. *Joann. Molan.
Aub. Miraus, Ang. Manriq. Chryf. Henriq.*

In Scotia S. Connani Episcopi Manniæ
magistri sanctorum Fiacrij ejusq; fratrum,
qui postea præcipui fuerunt Bened. Ord.
per Galliā & Germaniā promotores. Fuit
Conanus cultor Deiparæ maximus, cujus
intuitu castitatem mentis & corporis so-
lertissimè coluit; decessitq; sub A. C. 684.
Ex rer. Britan. script. &c.

In Germania B. Henrici Monachi & C-
remitæ, qui Cœnobium Anguli in Monte-
Sancto apud Suevos conlitruxit, & ibidem
juxta Cisterc. nostrorum instituta vivens,
sanctissima morte ad imortalia regna emi-
gravit. *Aub. Miraus, Albert. Cranzius &c.*

XIV. Ianuarii.

G.

S. Cadeol-
dus Episc.

APUD Viennam Galliarum depositio San-
Cadeoldi Episcopi & Confessor. ad-
miranda sanctitatis & parsimoniarum viri. Ca-
deoldus, Cadoldus, sive Cadaldus, in Gri-
manensi primū Cœnobio nostro, vitæ
Monachicæ rigore & institutis informatus,
ob illustrem postea virtutum præstantiam,
ejusdem frequentissimi viris illustribus A-
sceterii Abbas delectus est. Sed increbre-
scente sanctitatis de ipso constanti fama,
summis omnium votis pastor expetitus,
in celeberrimam Viennensium Cathedrā
evectus, Archi-Episcopus miro omnium
cōsensu consalutatus est. Quo quidē tāto
honore tantum abest, ut supra se elatus, à
vitæ Monachicæ proposito & instituto a-
lienus, sive alius à seipso fieret, ut memo-
rando sanè fructu, & cōmendando in pri-
mis ad serā posteritatem exemplo, ipsam
penè urbem amplissimam in Cœnobium,
cives in Monachos converteret, tot quidē
conditis, ea sola in Vrbe Monasteriis, ipsiq;
maxima Monachorū & monialiū frequē-
tia oppletis, ut digno planè elogio, Voce
populi, nutu Dei, Monachorū Archiepiscopus,
dici & cognominari meruerit, ut admira-
tione juxta nō minus dignum sit, tāto Mo-
nachorum exercitui gubernādo, unū ho-
minē sufficere, eosq; exēplo maximè suo
felicissima industria, ad sublimitatē perfe-
ctionis, tam constanter prævisse. Insignē
Cœnobiorum in sola Vienna sub Cadeol-
do nostro florentium, author pervetustus
vitæ S. Clari Abbatis describit, & in uno
Monachorū quidem quadringentos, in alio quingētos,
rursusq; in singulis memorandū numerū
recenset, ut facile sit ominari, quantū hæc
perfectorum turba, nō Viennæ solū sed
Galliarum, imò Ecclesiæ Christi universæ fru-
ctus atq; ornamentum attulerit, quantumq; è
cælo gratiæ atq; felicitatis in terras attrax-
erit, tanta gemituum congregatio, con-
tinuatio precum in cælos ipsos prævalen-
tium, quæ merito omnia ad Cadeoldum
Archiepiscopū referenda videantur. Cla-
ruit vir sanctissimus A. C. 608. interfuitq;
Concilio Cabilonensi sub Clodovæo Re-
ge celebrato. Ex Ven. Beda, Auct. cit. Molano.
Chron. Vienn. Claud. Rob. Ioan. Chenu, Annal.
nost. Bened. &c.

S. Euticii.

In Burgundia S. Euticii Abbatis & Con-
fessoris, de quo nos juxta aliorum opinio-
nem die præcedenti.

In Monasterio Fiscanensi S. Guillelmi
Abb. miræ sanctitatis, & magnorū merito-
rū viri. Hic natione Italus, genere illustris,
Rotpertum patrem, Perinzā Longobardā
matrem, avum Vidonem Suevia oriundū
habuit. Eo prægnans mater secundū quie-
tem Dalmatica se, Clericali seu Diaconi
veste indutam vidit, statimq; mamillā suā
dextram solis radio illustratā, ex qua qui-
dam Angelico collucentes vultu, infantē
extraherent, inq; altum eveherent, nimia
claritate circūfusum, se vero nimio pavore
perterritam fassa est, Dei Genetrici infan-
tulum cōmendasse. Natum Ottho Imp.
aug. Guillelmum dici voluit, quem Impē-
ratrix Augusta Otthonis conjux sacro de-
fonte suscepit. Puer etiamnum nugaspue-
riles abhorruit, septuennis a. in Monaste-
rio B. M. V. & S. Michaelis Luciacensi Deo
oblatus, insignes statim in literis ac pietate
pgressus fecit. Ad piam quandam animum
prope Cœnobium habitantē identidē du-
ctus, cum innocentem illa plurimum ama-
ret, & complexa in sinu teneret, pedulæ ejus
& rugosæ præ senio mamillæ illico turgē-
scerent, lactis copiā quā uberrimè fuderūt.
Monachum pfectus, dehinc Scholis præ-
fectus, tanti factus ab omnibus est, ut omni-
um rerum administratio penes ipsum cō-
sisteret. Patrem suum Christo lucratus Mo-
nachum fecit, qui nō multo post felicissi-
ma morte defunctus est. Ad S. Michaelis
Monasteriū in altissimis alpium jugis sitū
cū tenderet, & equū per angusta montiū
habenis traheret, labete pede præcepit ille
in infimam vallem pruit. Proin ingressus
Ecclesiam Guillelmi. absoluta oratione, ser-
vum in vallem, renunciaturum quid de-
quo factū, dimisit; qui equum stantē illic
incolumem reperit. Reformationis studio
S. Majolum Abb. Cluniacum consequutus,
jubente ipso presbyter ordinatus est. Mox
ab eodem ad diversa monasteria reformā-
da missus, Divi Saturnini primū super
Rhodanum, dehinc S. Benigni Lingonēse
præclare restituit, ejusq; meruit Abb. con-
secrari. Mox ab Henrico Duce accersitus,
Verciacenses Monachos Regularib. disci-
plinis imbuit. Inde ad S. Petri supra fontē
Besuz evocatus, Abb. constitutus est. De-
mum à Richardo II. Duce Normaniæ ex-
petitus, Fiscanensi sive Fiscannensi (pulsis
inde Canonicis) cœnobio præficitur. Neq;
mul-

S. Guillel-
mi Abb.

Res mira.

Equum
miraculo
servat.Reformat
MonasteriaAbbas de-
ligitur.1100. Mo-
nachorum
pater.

Miracula.

Regum pe-
ricula.Mortuus
Ann. 1031.B. Alexan-
der filius

B. Burgar-

multo post, ab Adalberone Metensium
Pontifice S. Arnulphi ejusdem Urbis Ab-
bas esse jubetur & cogitur. Fundavit etiā,
celeberrimum illud, & dignum nomine
Fructuariense in Italia Monasterium, Go-
dofredo & Nithardo germanis fratribus, id
maximè urgentibus, & si id faceret, abjecta
sæculi militia, Christo & S. P. N. se nomen
daturus pollicentibus. Fuitq; tantus sacri
rigoris propagator, ut Monasteriis Cellisq;
sive sacris Deo ædibus quadraginta, supra
mille ducentos Monachos sibi subiectos
numeraret, tanta quidem omnium illorū
de Magistro suo opinione, ut cum per di-
versa missi loca iter haberent, eisq; ad versi
quidpiā obtingeret, confidentissima ora-
tione, his illico & solummodo verbis usi: *Do-
mine, in fide Patris VVilhelmi, fac nobis sicut
vis, quibus prolatis, nullus illorum, subsidio
aliquo orbatum seu frustratū se fateretur.*
Apud Romanos Pontifices summo in pre-
tio & gratia fuit, quippe qui libenter pare-
bant ejus monitis, ipso cōfidentissimè quæ
perperam fiebant Romæ, accusante, & ut
corrigerentur cōmonente. Eum Reges &
Principes potentissimi summe venerat sunt,
quos sæpe adversum se, scelere impiorum
conciatos, ubi primum in cōspectum eo-
rum venisset, amicissimos habuit; quorum
etiam salutem solerter consuluit, & statim
sublimis pericula disertissimis verbis de-
texit: *Ego, ait ad Robertum Galli. Regem,
ex ullo hominum gradu nō tam paucissimos sal-
vos futuros existimo, sicut de Regum. Quo mi-
rante: Non audistis, subjecit, sacer Canon quo-
modo refert, vix tres de triginta Regibus bonos
extitisse? Claruit & insigni miraculorum
gloria, quæ inter celebre illud, cum suspē-
dio necatum, prodigiosissimè ad vitam re-
vocavit. Rarius & illud, cum vivens etiam-
num multis per visionem in somnis appa-
ruit, eosque pro peccatis utilissimè corri-
puit, sive de cōmuni animarum salute dili-
genter admonuit. Diem vocationis suæ
divinitus præcognovit, innumerisq; meri-
torum manipulis locuples in cœlum abiit
A. C. 1031. ipsis Calendis Ian. cujus memo-
ria pro opportunitate, ob reverentiā festi
Circumcisionis translata est. Ex Rud. Gla-
bro. VViberto, Hugone Menardo, Claudio Ro-
berto & Annal. nostr. Bened. &c.*

In Monasterio Fufniacensi B. Alexan-
dris filii Regis Scotiarum, qui p amore Christi
exul prædicti Cœnobii Frater conversus,
multo tempore vacas pavit & multo tempore
ejusdem strenuè egit, de quo prolixius, ex
aliorum opinione, 4. Nonas Maij.

Namurci B. Burgardi Monachi, morū

integritate, & vitæ sanctimonia venerandi,
qui diu in Monasterio Salsiniensi Sacrarū
Virginum confessiones audivit, eaq; san-
ctissimis institutionibus, & egregio vivoq;
virtutum exemplo mirè accedens, ad cul-
men perfectionis deducere strenuè alla-
boravit. Quievit in senectute bona, & du-
plicata pro laboribus præmia accepit. Ex
monim. Namurcens. Menol. Chrysof. Hen-
riq. &c.

In Monasterio Casinensi S. Theode-
marij Monachi, eximii vitæ meritis cele-
berrimi. Is Sole clarior, inquit Petrus Dia-
conus, fuit temporibus Henrici III. & Alexij,
Occidentis & Orientis Imperatorum. Fuit
autem Agnetis Imperatricis Augustæ
quondam Sacellanus, tanta loci Casinatis
sanctitate & reverentia tractus, & omnib;
aulæ Cæsareæ favoribus & delicijs renun-
ciaret. Profecit illico magnis in omni vir-
tutum genere progressibus, magna etiam
miraculorum gloria à Numine honorat;
quæ inter, claudi hominis elemosynam
petentis manus arripiens, eundem conse-
stim sanitati restituit. Sic jussu Abbatis,
claudum item puerum de terra levans, ig-
narus ipse rei & miraculi, incolumitati red-
didit, dum manu porrecta diceret: *Surge,*
illo quamprimum prodigiosissimè in pe-
des confurgente. Infernis spiritibus terro-
ri fuit, ita ut aqua, qua manus abluerat en-
ergumenis propinata, cacodæmones ex-
pellerentur. Ejus dum sacro interest ad a-
ram DEIPARÆ facientis Stephanus Capua-
nus, vidit in illius capite coronam aureā,
cœlestibus splendentem margaritis, ac p-
in stupēfactus B. Oderisio Abbati retulit,
non minus alias proditum & manifestum
eximie sanctitatis, & inter celebrandum
miræ devotionis, cum alio tempore sacris
adstantis altaribus dextræ scapulæ, velut
Magni Ecclesiæ Doctoris Gregorii, nivei
coloris columba insidere conspiceretur.
Alias, eidem actis operaturo, dum astare,
seu ministrare negligeret Ebizo Mona-
chus, memorabili postea visione, ad id mi-
nisterii vel maximè exambiendum con-
citus est; cum alia quadam die, ad ho-
norem dilectissimæ suæ & Ordinis Tute-
laris cœlorum Augustæ, Sacrificium DEO
offerenti, duos eidem Angelos adstare,
unum ad dextram, alterum ad sinistram
intuitus est, Angelo Ebizonem, in super
cōmonente & dicente: *Ecce, cui tu ser-
vire contemnis, quomodo ei Angeli serviunt?*
Ex quo deinceps tempore Ebizo didicit,
tanti sacerdotis benedictionem magnè
stimulare. Mortuus est post Ann. Christi
Obiit sub
cir. A. C. 1020

dus mon.

S. Theode-
marius
mon.Miraculis
illustr.Corona
aurea in il-
lius capite.Deiparæ
additus.

Obiit sub
A.C. 1020
S. Blanca
Abb.
Maxima
charitas.

circa 1020. & ad præmia Sacerdotum & Monachorum æterna evolavit. Ex Petro Diac. libro de Ortu & Vita Iustorum Sacramontis Casin. Mauro, Marchesio. Const. Calet. &c.

In Monasterio Argensolensi, B. Blanca, loci ejusdem Abbatissæ meritissimæ, sanctioris vitæ exemplo, & in proximos charitate admirabilis. Hæc in Cœnobio quodam agri Campani Ordinem S. P. N. professa, & pro insignibus meritis Argensolensis Abbatissæ designata, quod Cœnobium non ita pridem Blanca Campaniæ Comitissæ condiderat, singularibus à Numine Virtutibus exulta, & gratiis cumulata; alias inter, rarissimo favore, Divinas Scripturas divinitus edocta, Sanctos Patres, plurima omnium cum admiratione, tum satisfactione atque utilitate interpretata est. Sed præ omnibus sanctè & præclare gestis, stupendum planè & dignum æternitate factum illud, quo mulier imbecillis Heroicum illud Christi: *Majorem*

charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, virili planè ausu aggressa, cum Angelum stricta machæra formidandum, Blancam Cœnobii Fundatricem, incertum quodnam ob scelus, interfecturum intueretur, largoque lachrymarum profuso imbri impensius deprecaretur, ut illi parceret: respondente Angelo fieri non posse, nisi pro illa animam poneret: Annuit (stupenda res!) Abbatissa sanctissima, utque servaret æternum morituram, suam posuit; & mox lecto decumbens, Salvatoris sui exemplo feliciter immortua est, eoque tam illustri & Monachorum in Fundatores ac Benefactores, & horum vicissim in illos studia mirificè accendit atque excitavit. Ex rer. Gall. script. Thoma Cantiprat. Hug. Menardo. Annal. nostr. &c.

Moritur
pro peccatrice quadam

In Monasterio Villariensi, natalis Beat. Theodardi Conversi, virtutibus & revelationibus clari. Ex Menol. Chrysof. Henriq. &c.

B. Theodardum.

XVIII. CAL. FEBRUARI.

XV. Ianuarii,

S. Maurus
Abbas.

S. P. N. cognatus.

Rigor.

In tertio Andegavensi, Beati Mauri Abbat. discipuli S. BENEDICTI, cuius disciplinis ab infantia eruditus, quantum in eis profecerit, inter alia, quæ apud eum positus gessit, (res nova, & post Petrum inusitata,) pedibus super aquas incedens patefecit: in Gallias inde ab eo directus, constructo ibi celebri Monasterio, cui quadraginta annis præfuit, miraculorum gloria clarus, in pace quievit. Ita Mart. Roman. Maurus Euticio Senatore natus, Sanctissimo Patriarchæ nostro, cognato optimo, duodecimo oblatu est; profecitque tantum ejus institutis, ut ipsi etiam magistro admirationi esset, qui illum sæpe veluti Regularis observantiæ, & virtutum omnium exemplar, cæteris discipulis imitandum proponebat. Placidum cognatum, Tertulli Patricii & Faustinae filium, a quis mersum admirabili cæcæ obedientiæ exemplo, iussu eripere, sicis pedibus rapidissimum amnem superavit, illumque ad terram retraxit. Continentiæ tantæ fuit, ut per quadragesimam bis tantum in hebdomade, & quidè parcissimè cibum sumeret; somnum stando, vel cum nimia eum lassitudo compulisset, sedendo super aggestum calcis & sabuli strato cilicio capiebat. Primus Casinensium Præpositus, absente & occupato maxime, in Lateranensis, Vaticanorumque Cœnobiorum

A.

administratione Sanctissimo Legislatore nostro, locum illum mira prudentia & sanctitate gubernavit. Missus denique in Galliam, primum illic Glanofoliense celeberrimum Cœnobium, Congregationis amplissimæ caput, atque inde alia incredibili successu & numero, supra centum nimirum & sexaginta condidit, multo plura autem & vetustiora, S. Martini in primis Turonense, Lirinese, Agaunense, &c. Sanctissimæ Regulæ nostræ institutis reformavit, Angliam, Scotiam, Hiberniâ aliâque Regna & provincias, perfectissimorum discipulorum copia beavit; Admirabilis Matris & Virginis impensiolem cultum, summo studio, incomparabiliq; cum merito mirificè promovit, ejusdemque Psalterij usum, ex instituto Beatissimi Patris nostri, logè lateq; propagavit; innumeros, eosq; inter maximos etiam Principes fluctibus sæculi eripuit, caeloq; in cucullo transcripsit; tanti à Theodoberto Rege factus, ut rex tantus ad ipsum, discipulorumque pedes, lachrymabundè præ devotione & reverentia decumberet, nec nisi elevatus à Mauro surgeret, corundemque precibus quibusvis non parere nefas putaret. Fratris autem communi cum iisdem titulo centeri atq; appellari, sumæ gratiæ loco exambiret & mereretur, nihil nisi Mauri & discipulorum ejus arbitrio ageret; eidem Theobaldum filium Regno in-

Missionem
Galliam.

Psalterium
B. M. V.
propagat.

Regia amor

Alii Reges
quanti faciunt.

Obiit Anno
1583.

S. Bonitus
Episcopus.

Fit Episcopus
Arvernensis.

Deipara
dilectus.

informandum traderet; Principem unice sibi charum Florum aulæ florem, cum filio cucullum amplectentem, non tantum non retraheret, sed & ipse, manibus propriis, manantibus præ religione lachrymis, huic capillos præscinderet. Nec minore reverentia Maurum prosequuti Theobaldus & Clotharius, Theodoberti successores, qui felicissimos se existimarunt, si regni curam ac negotia, cum ipso ac sapientissimis Monachis partirentur, tanta Principum etiâ cæterorum in discipulos Mauri propensione & liberalitate, ut de Mauro, posteris etiam sæculis Carolus IX. affirmaret. Maurum solo Breviario suo plures Monasteriis à se constructis divitias peperisse, quæ Reges ipsi gladio & potentia acquirere poterint. Quippe quorum redditus annui, decies centena aureorum millia confecerint. Præfuit vir Sanctissimus Cœnobio & Congregationi Granofoliensi, ut prædixerat S. P. N. annos quadraginta, & septuagenario major migravit in cœlum A. C. 583. cum biennio ante, & sex mensibus, quo liberius soli Deo vacaret, Abbatis honorem & onus resignasset, admirandis in vita & post mortem miraculis celeberrimus. Ex S. Fausto, S. Odilone, Iepesio, Baronio, M. Ant. Scipione, & div. rer. Gall. script. &c.

Arvernensis in Gallia S. Boniti Episcopi & Confessor. Hic Theodatum patrem, matrem Syagriam habuit, Illustriss. Senatorum Romæ genere oriundos. Adolecens Iuri civili operam dedit, ea ingenii felicitate, ut nomen inde ejus celebre admodum esset. Aulam sequutus Regiam, accepto de manibus Regis annulo, principe apud ipsum loco fuit, & Massiliensis provinciæ præfecturam meruit. Monachi vitam jam tunc egit, vigiliis, jeuniis & oratione, nec non sacro vitæ rigore excoctissimus, cæterum ea in pauperes liberalitate, & captivos benevolentia, ut nemo verbis dignè valeat explicare. Quibus virtutibus id consequutus est, ut S. Avito fratre ejus mortuo, communi omnium voto Arvernensis Pontifex salutareretur. Quem quidem honore, invitatus licet, admittere coactus est, atq; ita gessit, ut & vitæ rarissima sanctitate, & miraculorum gratia admirandus omnibus appareret. Ejus precibus, insignem de hostibus victoriam retulit Aripertus Longobardorum Rex potentissimus, postquam in Romanam Ecclesiam supra modum beneficis, alium Cottiarum patrimonium Divo Petro restituit, Pontificumque Romanorum rationes non modicè iuvit. Boniti super omnia, à summa Cœlitum Im-

peratricis amore ac favore decem æternum est: In Divi Michaelis siquidem æde, cum in preces prolixius incumberet aliquando, visa cœlestem inter Musicam, comitatumque cœlitum, Cœlorum Augusta ipsa templum ingredi. Sciscitantibus Sanctis: quisnam Missam celebraturus esset? Ecce, inquit DEIPARA, adest hic Bonitus, præsul vere bonus, ut bene dignus, cui hoc munus demandetur. Subducere se paranti, columna seu lapis cui Basilica initebatur, ceræ molliem induit, cessitq; durante in hodiernum diem imaginis monumento tam prodigiolo, coactusq; sacris operari Bonitus, ministrantibus ad aram Sanctis, Missa peracta tam solempni, veste candoris eximii, ab intemerata Virgine donatus est, quæ in Arvernensi Ecclesia etiam hodie ostenditur, materia, textura, candore, lenitate atque levitate cœlestibus, ac prodigiolis. Bonitus autem paulo post, sublimioribus studiis sese addicens, quo liberius soli Deo, ac DEIPARENTI Tutelari suæ vacaret, abdicato à se Pontificatu, sanctitatem in cucullo auxit, & in Magnilocensi Cœnobio nostro Monachum professus in vita & post mortem miraculis gloriosissimus refulsit, Biturigibus, Molinis & in Vrbe sua Claromontana insignibus sub nomine Boniti structis basilicis honoratus. Ex Annal. nostr. Benedict. Vitæ script. Petro Damiani. Baronio, Iepesio, Cajetano, Stengelio, &c.

Stupenda
gratia.

Miracula.

S. Bambæ
Rex.

In Hispania Monasterio B. M. V. de Pampliga depositio S. Bambæ Regis Visigothorum, & Monachi, miraculis clari. Hic Lusitanus patria, Regio ortus genere, regis virtutibus amorem populi universi meruit. Recessu viro Rege mortuo, omnium illico animis in Bambam conversis, invitatus, (raro sane in Regibus exemplo) & reluctans Rex salutatus, precibus tandem ac minis cessit, & Regni administrationem summa cum laude, eximie sanctitati vitæ conjunxit, in cujus consecratione seu inunctione, visa è capite ejusdem cum evaporatione quadam, apicula melligera erumpere seu emergere, & ad cœlos universis conspicientibus evolare. Sed indignantibus nonnullis Hispaniæ proceribus, tanti populi studio promotum, Ildeoricus in primis Galliæ Narbonensis præfectus, ac dein Paulus Dux bellicosissimus, qui Regium sibi nomen ac diadema imposuit, Sanctissimum Regem maxima exercituum vi opprimere statuere, qui arma invitatus corripens,

Felix Victoria.

Dignum Rege dictu.

Triumphator.

Hostis dilectio.

Moritur.

S. Ceolulphus Rex.

S. Isidorus Episcopus.

Divino munitus subsidio, Angelis conspicua forma exercitum circumvallentibus, Tyrannos felicissime pfligavit, & captos, victosq; abduxit. Memorandum illud Regibus ad aeternitatem universis Bambæ exemplum, quo ipso in procinctu belli. Heros religiosissimus, milites suos dignè lustravit, & concastigatis singulorum sceleribus, illis etiam qui adulterio se contaminaverant, virilia amputari iussit. *Ecce, inquit, jam iudicium imminet belli, & fornicari licet, ut DEVS ad iracundiam provocetur?* Sed & illud frequens in ore habuit: *Frustra pergit ad bellum, quem iniquitatis comitatur exemplum.* Debellatis Tyrannis, Asturibus & Vasconibus domitis, Ecclesiis consulens, plura quam primum concilia celebrari, summo curè agnorum bono auctor fuit; Cartuam urbem ampliore reddidit, & a se Babiloniam, quasi Bambæ Lunam (corrupti exin Pampilonam) appellavit; Imperii fines propagavit; Episcopatum limites definiit; Patrem Patriæ in omnibus se exhibuit. Dein nova & memorabili victoria à Deo donatus, Saracenos ingenti navium ducentarum septuaginta classe Hispaniam invadentes, maritimo prælio profligavit, universamq; classem incendit. Deniq; reb. plurimis præclarissime gestis, ppinato veneno ab Ervigio Comite, in amentiam incidit, detrususq; in Cænobiū, ac sibi paulo post ope Numinis redditus, stupedo charitatis, in hostem & parricidam juratissimum exemplo, Ervigio non solum perfecte ignovit, sed & Regem ipsum inungi præcepit; ipse a. Regnis omnibus, omniq; Regnorum gloriæ cucillum prætulit, & Monachum in Pampligeni Cænobio pfectus, mira sanctitate & humilitate, duodecim reliquos vitæ años, ibidem sub Monachorum Archiducis legibus sollicitè exigens, carnis tandem solutus ergastulo, ad thronum Regni æterni feliciter assumptus, toto terrarum orbe sanctitatis titulo celebratur. *Ex Juliano Tolet. Valera Tarapha, Moral. Mariana, Iepes, Luca Tudensi, Baron. & Annal. nost. Bened. &c.*

simis Ecclesiæ laboribus humeros adjuvare ac supponere dignum Gregorio discipulum se pbans, de cathedra sua meritis, tantum à Siculis factus est, ut à morte præcipuis Regni utriusq; syderibus accerteretur. *Ex rer. Sicul. script. Idea Sanct. Sicul. Oct. Cajet. Constant. Cajet. Mauro Marchesio, Felici, Arnoldo, Menardo &c.*

In Anglia B. Cunani Abbat. Marganensis. Huius admiranda fuit in pauperes ac peregrinos charitas & liberalitas, tanta quidem, ut ipsum insignibus miraculis Deus commendaret, cum cælesti sapienter beneficio, frumentum quo in pauperes erogabat, esset multiplicatum. Sed & illud mirandum, cum in summa annonæ caritate, quo pauperibus suis subveniret, vix jam quidpiam superaret, eamq; ipsam ob causam, tam ipse quam discipuli haud leviter contristarentur; messe cænobij mensem totam præcocius maturescere, & pauperum fuisse indigentiam mature cõsultum & condolentium votis, prodigiose satisfactum. Nec defuit pietati invidia sceleratorum, cum neque deessent qui Monachorum felicitati inviderent, & quæ pauperibus servabantur, nequiter diriperent; Numine quam primum in injurios sanctis suis aperta prorsus vindicta gravius animadvertente; quos inter protervo ingenio juvenis, horreum frumento plenum ausus ignibus inflammare, ultricibus ipse mox flammis periret, usq; rationis orbatum, ruptis quibus ligabatur vinculis, ad Cænobium pflugus, Monachorum se flammis ustulari & perire factus, miserè vita excessit; quodq; metuentum, ad æterna incendia præcepit. Claruit Cunanus sub A. C. 1219. *Pisæus, Harpsfeldius, Henric. &c.*

In Hibernia S. Idæ Virginis & Abbatissæ. Ida, Itha, sive Mida nobilissimo genere in Hibernia orta, regali prosapia parentes & avos habuit. Infantula ab ipso baptismo, Dei repleta Spiritu, miranda omnibus apparuit, cujus puellæ etiam nutum, visum aliquando in quo agebat cubiculum, flammis totum exardescere, cum plurimi cõspicendo incendio occurrerent, illæsum apparuit, & expergefactæ tunc è somno Idæ vultus, angelico & cælesti splendore apparuit; ut facile unde flammæ eruperint esset ominari. Propositum Virginitatis ejus impugnans pater, postea ultro id suavit, cum ab Angelo juberetur. Relicta proin patria, juvantibus Angelis, velo sacro donata, condito Cænobio, multis sacris Virginibus præfuit. Nimia abstinentia cum corpusculum affligeret, iussa ab Angelo remittere, ab eodem deinceps quotidie refectioem accepit, qui

B. Cunanus Abb.

Pauperum pater.

Viscitur ejus injurias Deus.

Claruit 1219. S. Ida V. Abbat.

Igneæ Virgo.

Miranda prodigia.

SS. Trinitatis cultrix.

Victoriam impetrat.

Genis patrona.

B. Godefridus.

qui hoc ipsum promittens: Tantam, inquit, tibi gratiam Deus contulit, ut usq; ad obitum non nisi cælesti cibo reficiaris. Claruit admirandis sanè prodigiis: quæ inter, tres Nobiles eadem die mortuos, multiplici miraculo, mirè ad vitam revocavit; sed & alio tempore alios mortuos resuscitavit è quibus Beoanum fabrum occisum, capite ad collum coaptato, vitæ reddidit. Absentia non solum novit, sed & arcana mentis prodidit. Dæmonibus terrori fuit, quos facile ab energumenis eiecit. Angelorum alloquio frui quotidie meruit; omnes has tantas gratias, ut ipsa fatebatur, consequuta Divinitus, quod ipsa quotidie, Sanctissimam Trinitatem impensius coluisset, & in ejus meditatione & oratione irremissè perduraret; quod ipsum aliis suadens: *Si quis, inquit, ita fuerit, Dominus cum eo semper erit.* Inde tres aliquando gemmas, in signum amoris quo ad S. Trinitatem ferebatur, dono accepit, quam cum Sanctissimæ vitæ scæmina, diligentius aliquando observare conaretur, eamdem tribus lucidissimis Solibus circumdatam est intuita. Fuit dilecta admodum S. Brandano Abbati, rogata quæ maximè Deo placerent: *Vera credulitas, inquit, corde puro in Deum; simplex vita cum Religione; & largitas cum charitate.* Illud celebre beneficium, quo patriæ suæ patrocinari rogata, cum ab hostibus opprimeretur, memorabilem suis triumphum magno hostium exercitu à paucis cæso, impetravit. Decessit denique Virgo sanctissima, inter choros occurrentium cælitum felicem exhalans animam, maximis etiam deinceps à Deo prodigiis honorata, & Patrona gentis suæ adoptata, cuius festum postea & sepulchrum, magno fidelium concursu celebrata sunt. *Ex divers. rer. Britann. & Hibern. script. Vita ejusdem script. Ioan. Colgano &c.*

In Gallia depositio B. Godefridi de Pe-

rona electi Episcopi Nannetensis, viri eximia sanctitate conspicui, de quo ob festorum concursum die sequenti.

In Germania B. Heyleckæ inclusæ ppe s. Helicæ. Divi Andreæ, quæ diu sub sanctissimo Cisterciensium nostrorum Instituto sanctissime vivens, varijs miraculis claruit, ac tandem cælestibus visitationibus frequenter recreata, cum magna sanctitatis opinione migravit ad Christum. *Ex Casario Hesterbac. Menol. Cist. Henric. &c.*

Biturigis translatio S. Sulpitii Episcopi & Confessoris. De hoc illustri. Regni Gallici sydere prolixius in die ejusdem Natali.

Eodem die commemoratio S. Aegilberti Abbatis Fuldensis, ppinquus S. Sturmionis, cui hac die Sacellum dedicavit Haistulphus Archiepiscopus Moguntinus. *Rader. 1010 2.*

In Monasterio Fulienti, felicissimè transitus venerabilis P. Placidi à S. Mauro. Hic Italus natione multis annis in Abbacia Fulienti curam gessit infirmorum, charitate insigni & pervigili erga Fratres, mansuetudine insuper, & sui dejecti, ad opem Dei propitissimus: Vnde paucis ante obitum horis agonizans, Fratres adstantes ad officium divinum persolvendum invitans, tanquam cygnus quidam moriendo concinens, solene illud: *Deus in adiutorium meum intende, intonuit,* quæ persequentes Fratres, officium ejusmodi circa lectum adimpleverunt. Sacramentum Eucharisticum SS. pviatico, tremebundus, & blandis sermonibus, Christum præsentem alloquutus solusque derepente à lectulo profiliens, cum incredibili humilitate genuflexus adoravit & sumpsit. In primo suæ infirmitatis limine, postremam suæ vitæ horam prædixit, scilicet non visurum se mortem, nisi prius videret finem diei Divi Tutelari suo Mauro sacri. Vbi & contigit, mortuusq; hac ipsa die est A. C. 1610. *Ita Carolus à S. MARIA & Henric. in Menol. &c.*

s. Helicæ.

s. Sulpitium

s. Aegil.

v. Placidus Fulientis.

Obiit Anno 1610.

XVI. Ianuarii.

S. Furseus Regis filius.

In Monasterio Peronæ S. Fursei Confess. Furseus Philtani, sive Fintani, seu Vibeani Hiberniæ Regis filius, etiam ante quam nasceretur, grandi, qualis futurus esset, miraculo proditus, in ipso utero matris loquutus, hujus innocentiam servavit, & jam ad mortem damnatam mire defendit & liberavit. Sacris dein Baptismi undis à S. Bradano nostro avunculo suo ablatus, in omni vita, etiam cum puer esset magnus fuit,

magnis etiam Magistris creditus, quibus omnino per omnia magnitudine respondit, & mature Numini in cucullo se devovens, in Cnobheriburgensi Cænobio Monachum pfectus est, maximarum artium, sed sui ipsius cognitione maximè mirandus. Ope exin parentum insigni condito Cænobio, plurimos è seculi emergentes fluctibus pulcherrimo vitæ exemplo instituit, iisdemq; tanquam illustribus luminaribus, splendidiore de

B.

Beatio

Vir Apo-
stolicus.

Merita tā-
ti viri.

Mortuus
resuscitatus.

Mortuus
Anno 655.

Incorruptio

S. Honora-
tus Abbas.

beatiorē patriam reddidit. Accensus autem ferventissimo animarum, ut vocāt, zelo, conversioni Gentium, animū ac studium irremisso labore impendens, apud Orientales Anglos fidem Christianā, felicissimo successu, inmortali cum merito lōgē lateq; ppagavit, & gloriosissimū Apostoli nomen meruit. Inde in Saxoniam ulteriore transvectus, Divini item Verbi femina, uberrimo cum fructu passim spartit, & ope Regis ac Reginae alterum Cœnobium cōdidit. Demum pfectus in Gallia, à Clodoveo Rege honorificē susceptus, tertii cœnobii, Latiniacensis nimirum, longē celeberrimi, fundamenta jecit, & Christi amore, ac cœlestiū desiderio, universos ad quos devenerat accendit, longē peccandi consuetudine obduratos dexterrimē emollivit, ex obsessis corporib; cacodæmones expulit; pauperes & ægrotos præsentī ope sublevavit, eā à Numine gratia donatus, ut omnes non minus ad sui amorem, quā reverentiā atq; admirationem raperet. Fuit cœlestib; visionibus & miraculorum gloria clarissimus, nec non mortuorum aliquot resuscitatione magnificus, quos inter Haymonis Ducis filium vitæ reddidit, & juvenes duos, cum navigium deesset per mare haud aliter atq; terrestrem semitam transmare misit. Mortuus deniq; inter Clodovei Regis atq; Erchonoaldi Patricii amplexus C. A. 655. admiranda miraculorū gratia etiam à morte cōmendatus, eo insuper, de multis Gallia & Germaniæ pvinciis, Apostolico item titulo meritisissimus, cum quo exporrigere se ipse non poterat Apostolicos eodem viros & prædicatores evocaret ac destinaret. Apparuit post obitum uti vivens pmiserat, Haymoni Duci, qui sacrum ejus funus religiosissimē curavit, quod duo tauri Peronam cōvexere, quatuor post annos repertum incorruptum. *Ex vita apud Surium, Bollandum, Colganum, Ven. Bedam. Aub. Mir. Molan. Baron. Iepes. & Ann. nostr. Bened. &c.*

Fundis in Campania S. Honorati Abb. cujus caligula super defunctum posita illū à mortuis resuscitavit. *Mart. Rom. Honoratus, rustico quidē genere, sed virtutib; illustri extitit, & quod magis mireris, his puer admodū, nullo nisi spiritu Dei magistro in agro instructus, tenella ætate, rigore ferventissimū tunc per Italiam Monachismi imitatus, jejunijs corpusculum edomans, carniū usu sibi interdixit. Irrisus aliquādo inter convivas à parentib; cumq; apposita carnes essent, inferēdos pro Honorati stomacho pisces, jocantib; quorū vix no-*

men eo loci noverant; mirum dictū, deficiente cōvivis aqua, qui haustū jverat, piscem juxta hausit & attulit, qui stupentibus universis Honorato etiam in cœnam suffecit. Is Monachum postea sub S. P. N. <sup>S. P. N. di-
J. i. p. l. u.</sup> testus, inter perfectiores ejus discipulos nituit, quem una cum Felicissimo juvene Monacho idem Magnus Patriarcha post S. Maurum in Gallias missum una cum Epistola & Sanctorum Reliquijs misit, quæque magna cum Sanctitatis reverentia S. Faustus, *beate recordationis virum* appellavit, meritum deinceps Fundensi Cœnobio præfici, in quo ducentos omnino Monachos, in primævo Ordinis fervore Sanctissimē educavit, & ferventissimo ipse exemplo prævit. Claruit magnis virtutibus & miraculis, è quibus insigne illud præaliis memoratur: præcipitem sumo è montis vertice scopulum, inque exterminium Fratrum ac Monasterij formidandissimo lapsu jam ruentem, objecto crucis signo, ita fixisse, ut posteris etiam, non tam admirationi, quam terrori esset, tantam molem solo prodigio, deinceps etiam quasi suspensam intuentibus. *Ex lib. Dial. S. Greg. Petro Equil. Phil. Ferrar. Petr. Diac. Monim. Casim. Cajet. Marches.*

In Gallis depositio B. Godefridi de Perona, electi Episc. Nannetensis, eximia vitæ sanctitate cōspicui. Godefridus de Perona, vir Nobilis, S. Quintini Thesaurarius fuit. Eum mellifluis Doctor noster Bernardus, uno jactu & tactu sacri retis, una cum viginti novem Flandris juvenibus in navem Religionis traxit, & charum præcipue habuit, atque ob rariorem vitæ perfectionem, sanctissimi Cœnobii Claravallentis Priorem constituit. Eo in munere Godefridus ita se habuit, ac si ante acta sua vita & conversatio imperfectionibus scatuisset, cum nimirum tanto rigore se excruciet, ut ab eo desistere à Bernardo cogere-
Rigor vita.
tur: *ne deficientibus viribus præmatura morte periret.* Fama autem sanctitatis latè proditus, Nannetensibus etiam innotuit, qui Episcopo suo mortuo Godefridum elegere. Sola hac in re, inobediens, obedi-
Scopulum præcipitem suspendit.
entissimus cæteroquin Godefridus, neq; Abbati solum suo, sed & summo orbis Pontifici Eugenio III. fuit; nec flecti ulla ratione se passus est: adeo quidem, ut nonnulli vererentur, haud levi peccato, virum cætera perfectissimum sese obstrinxisse. Verum non multo post, supremo correptus morbo, quam nihil sibi ab morte metueret, insigni vultus lætitia prodidit, exultansq; & jubilans, ac hymnos dulcissimos occi-

Sanctè in-
obediens.

Res notatū
digna.

B. Duncha-
dus Abbas.

Passitur ab
Angelis.

S. Sparus.

S. Valerius
Abbas.

B. Mælisani.

S. Rolan-

occinens, animum Creatori suo reddidit. Visus autem familiari cuidam suo à morte, ac de statu suo requisitus, & siquid passus esset pro inobedientia illa sua interrogatus: *Non,* respondit; addiditque: *Si obediens fuisset.* (Verba B. Casarij ponimus) *& Episcopatum illum suscepissem, damnatus essem æternaliter. Subjunctumque verbum valde terribile: Ad hoc, inquit, jam devenit status Ecclesie, ut non sit digna regi, nisi à reprobis Episcopis. Bern. de Brito, Gonz. de Silva, Perales, Manriq. Henriq. &c.*

In Hibernia B. Dunchadi Abbatis & Confessoris, qui cum genere nobilis esset, contemptu generis & nobilitatis factus illustrior, emancipari Numini in Monasterio exambijt, in quo tantis profectibus se commendavit, ut celebris Cluanensis Cœnobij Abbas effici meruerit. Sed resignato postmodum honore, ut quietus Numini vacaret, solitariam lectatus vitam, summis virtutibus emicuit, qui cum juxta Regulæ rigorem carnibus perpetuo abstineret, & fractus vigilijs, jejunijs aliisque laboribus viribus deficeret, nec dispensare, ut vocamus, secum ipse vellet, amantissimū expertus Numen, verè illud Psaltis factò comprobavit: Angelis suis Deus mandavit de te, cum mandato DE I carnes & vinum ipsi ab Angelis procurarentur. Eum magnis gratis omnipotens ornavit & honoravit, ita ut etiā mortuum ad vitam revocaret. Obijt A. C. 87. *Ex rer. Brit. script. Jo. Colgano, & ab eo citatis.* Cabellione in Gallia Narbonensi S. Spuri Abbatis, cujus sacræ exuviae, in majore illius Urbis Ecclesia cū debita reverentia asservantur. *Mart. Gallicum.*

In Monasterio S. Petri de Monte in Hispania, S. Valerij ejusdem loci Abbatis meritisissimi, vitæ sanctitatis celebris, qui S. Fructuoso succedens, haud minore fructu suis præfuit, & tyderib; Hispaniæ accēseri multo nomine meruit, post multos & arduos labores ad requiē vocatus & præmia æternitatis. *Ex monim. S. Petri, div. Hisp. rer. scrip. Catal. Abb. S. Petri, & Annal. nost.*

In partib; Britannia B. Mælisani, qui in Monasterio Bothcoveni litteris institutus & Monachicis disciplinis, insigni & eruditione exsplēduit, & sanctitate. Tandē imminente obitū sui hora, absq; infirmitate ulla in Domino obdormiens ad ejusdem gaudia demerisset relictis plurimis, manu sua descriptis ingenij præstantissimi, & conjunctissimi Deo animi, monumentis. *Ex Joanne Colgano & ab eodem citatis.*

Tereriaci depositio S. Rolandi Monachi

& Cōfess. Hic generis, quā pollebat dignitate, servituti Christi longē posthabuit, & ut nobilitate in mundo, sic virtute in Cœnobio effulset, summaq; in vitæ asperitate, & jugi ad perfectionē cōtentione, eò deniq; pervenit, ut & in vita & post mortē, insignibus à Numine pdigijs honoratus sit. Fuit post obitum Sanctorū numero adscriptus, ad cujus sacrum tumultū, ingens deinceps populi concursus factus, solemnisque ejus memoria, proprio deinceps officio celebrata est, summis Urbis & orbis Pontificibus, peccatorum largam veniam, qui Sanctum coram venerantur, concedentibus. *Ex div. Cisl. nostr. script. Segvino, Manrique, Henriquez, &c.*

In Monasterio Villariensi depositio B. Theobaldi, admirandæ pietatis viri, qui cū divitibus & potentia clarus, strenuus ac nominatissim⁹ miles, Castellanus de Cōtray sive de Cotraço, in sæculo præ multis emineret, omnibus esse in Cœnobio inferior exambijt, donec illud Evangelium exaudiret, *Amice ascende superius,* ad cœnam Agni & epulas æternas invitatus, magnam sanctitatis opinionem posteris derelinquens. *Ex citatis.*

Balnis depositio B. Ioannæ Virginis & sanctimonialis, genere & virtute Illustris. Ioanna ex pago agri Balnensis, qui Fons Clausus appellatur, oriunda, in Monasterio monialium S. Luciae, inter Conversas sorores recipi exambiens, ut magnū id esse in Domo Dei censuit, sic meruit, illic obentia maximè & solida humilitate effulset. Cujus sanctitatem Deus miraculis cōprobavit, & rariore quidē illo, cū vocante Numine diē suam sanctissimè objisset, campanis nimirum illico, nemine pulsante, prodigiosè consonantibus. Quo miraculo cōmoti Clerus & populus Balnensis, sacrum funus, solemni admodum pōpa extulere, & in majore Basilica condidere, insignib; dein miraculis celebratum. Colitur etiamnum summa veneratione, ob gravissimum in primis meritum, quo in patriā suam benefica, eamdem à gravissima, quæ latè grassabatur pestilenti lue liberavit, extantibus eam ob rem illustribus gratæ memoriæ monimentis. Sed nec illud silentio involvendum, quod cum quidam Reliquiarum ejus partem, clam noctu sustulissent, in suam ipsorum patriam transferendam; cum per totā noctem incedentes, longē à Balneo distare se arbitrentur, mane ad Balnensis Ecclesiae januam se consistere mirati, perterrefacti, furtum confessi, brachium quod abstulerant, restituerunt. Obijt Virgo sanctissima A. C. 1105.

Patrona
contra pestem.

Patrona
Oppidi.

XVII. IANVARII.

48

C. 1105. Monim. Baln. Aug. Floren. Phil. Ferr. VVion &c.

ni Monachi & Martyris, fratris S. Furlci, cujus Natalis ultimo Octobr. celebratur. Molsanus, Menard. &c.

S. Foillanus

Eodem die inventio corporis S. Foilla-

XVI. CAL. FEBRUARII.

XVII. Ianuarii.

S. Sulpitius
Episc.

APUD Bituricas depositus S. Sulpitij Episcopi, cognomento Pii, cujus vita & mors pretiosa, gloriosis miraculis comendatur. Sulpitius claris ortus parentibus, in castris regijs educatus, in primo ætatis flore ruptis sæculi laqueis, Monachus in S. Nicetij Cænobio professus est, rigoremque omnem, regijs quibus affueverat delicijs prætulit, illustrissimo generis splendore, Christi paupertatem, ob eximias virtutes Abbas deinceps consalutatus, & cum ob miram vitæ sanctitatem admirationi omnibus esset, ad Archi-Episcopalem Cathedralam Cænobio extractus, quo quidē in munere, nō provinciam solum sibi creditam, sed Galliam, quin & Ecclesiam universam fama implevit, & meritorū magnitudine percussit. Ex his rarius illud, & ad tanti comendationem Pōtificis præcipuū fuit, quando Clotharium, (Gunthramum alij volunt) ingemiscente Regno universo, Regem optimum ē medicis deploratū, mox verso in gaudiū luctu, prodigiose restituit, & ē mortis faucibus retraxit. Quo quidē facto, incredibile dictu est, quantā Pontificio nomini auctoritatem; & apud Reges ac Principes, & apud populum conciliaverit; ut præteream, quātum inde etiā lucri Archiepiscopali sedi, & successorib⁹ Sulpitij, à Rege minimè ingrato obvenerit; ut Sulpitio suo Biturigum sera posteritas, immortaliter omnino sit obligata. Sed & innumeris alijs à Deo comendatus prodigijs, desperatissimis ab ægris, haud leviori miraculo, morbos quoscunq; depulit; imo & mortuos plures stupente Gallia, ad vitā revocavit. Ecclesiasticā libertatē egregiē tutatus, Bituricensem clerum, indigna & gravissima exactione oppressum liberavit, Rege sanctiss. viri cominatione graviter percusso, abjectaq; purpura multis cum lachrymis serio pænitente, nec modo ab exactionib. manus & animū deinceps abstinente, sed & plurimis atq; ampliss. Privilegijs Bituricensiū consulente libertati. Valuit imprimis in durissimæ cervicis hominibus, Iudæis nimirum convertendis, quorū plurimos rara felicitate Ecclesiæ CHRISTI adjuvit, & sacri Baptismatis unda expiavit. Fuit potentissimus in dæmones, quos si-

Regem mirè sanat.

Innumera miracula.

Iudæos convertit.

gno crucis & oratione mirificè sæpius profligavit, populum varie iuvit, incendia, prodigiosè contropivit. Moritur denique vir sanctissim⁹ incredibili Regni universi luctu A. C. 647. cū plurima Cænobia æterno Regnorum Gallix fructu atq; ornamento cōdens Monachorū pro Rege & populo dies noctesq; plallentium & deprecantiū multitudinē mire auxiliaret, & Regno mille modis præclarissimè consulisset, etiā à morte miraculorū gloria illustratus, ē quib. rarius illud, cum lampas ad sepulchrum suspensa, oleo, deinceps inexhausta atq; exuberante, omnib⁹ in super morbis effunderet medicinam. *Ex Vit. e script. Synchrono, Baron. Iepes, Claud. Rob.*

Obiit Anno
647.Miracula
post mortē.

Romæ in Monasterio S. Andreæ Beat. Monachorum Antonij, Meruli, & Ioānis, de quibus scribit S. Gregor. Papa. Fuere hi omnes abtolutissimi Divini Spiritus organa, primævo Ordinis sanctissimi fervore ferventissimi, & quidem Antonius & Merulus, Magni Gregorij nostri, magni utiq; tanto Magistro discipuli, ab eodem comēdati; quorum ille, spiritu seu gratia cōpunctionis eoulque repletus fuit, ut indefinenter lachrymarum fons ab oculis ejus erumperet. Tandē cœlesti vox ex lachrymarum valle ad patriam vocatus, cum anxius nihilomin⁹ de peccatis esset, de remissis illis, iterata voce certus est reddit⁹. Merulus a. cujus os à Divinis laudib. nunq; cessaverat, visus sibi, sero ē floribus candidissimis ē cœlo descendēte coronari, paulo post exultabund⁹ mortalitati valedixit; ē cujus postea sepulchro, mira odoris fragrantia erumpens, ejus meritum fratribus prodidit. Ioannes autem, cum æger decūberet, eo se morbo non moriturum, voce item cœlesti cognovit, & desperatus à medicis mox convaluit; biennio autem post cum oraret ad Fratris cujusdam tumulum, à mortuo invitatus, & dignè præparatus ad æternitatis coronam properavit. *Ex lib. 4. Dial. S. Gregor. M. Petro in Catal. Phil. Ferrar. Trib. Arn. Duac. Menardo, &c.*

E cœlo vocatur.

S. Britual-
dus Episc.

V Viltoniæ in Anglia S. Britualdi Episcopi Confessoris. Hic ē Monasterio Glasconiensi in Anglia, cum insigni floret nomine & sanctitatis opinione, ad

VVil-

Wittoniensem sive Ramesburiensem evocatus cathedram, vocatione sua dignissimum se exhibuit, & populum universum, non tam verbo quam exemplo lucrari aggressus, magna apud omnes in estimatione, plurimum potuit, & profecit, & ad præmia laborum vocatus æterna magnum sui desiderium terris reliquit, cœlis autem meritorum cumulum intulit. Mortuus A. C. 1045. *Ex VVilb. Malmesbur. Matth. VVestmon. Hug. Men.*

S. Algotus
Episc.

Curia in Rhætiâ superiori depositio B. Algoti, ejusdem loci Episcopi, meritis & vitæ sanctitate illustris. Algotus, Adelgotus, sive Analgotus, vulgo Algoz, illustri genere ortus, generoso sæculi contemptu illustrior, in Monasterio Claræ vallis nostris professione solemni accensus est. Hic sub ipso conversionis exordio, assiduis laboribus, vigiliis, orationibus, jejuniis, alijsq; corporis macerationibus operam dedit, nec tamen propter Mariæ contemplantis otium, Marthæ negotium ac sollicitudinem amisit, quo proximis etiam subveniret, adeo ut humani generis hostis, omni hora occupatissimum reperiret. Castitatis perquam studiosus, obedientiæ addictissimus, paupertate & humilitate omnibus exemplo fuit; unde factum, ut verba exhortationis ejus, Spiritum Divinum mirè redolentia, mirifice in cordibus audientium operarentur. Post multos autem labores, ad majores etiam expetitus, à Clero populoq; Curiensi salutat⁹ Pontifex, annuente Votis illorum, ipso Abbate Algoti, Doctore Mellifluo Bernardo, etsi invitatus admodum, assentire coactus est. Quo quidem in munere, sicut dignitate sublimior, ita virtute perfectior evaluit, & Pontificatum suum æternis meritis demeruit; adeo quidem, ut cum quatuor tantum annis præfuisse memoretur, incredibile penè videatur, unum Episcopum, tanta, tamq; excellentia, conficere tantillo tempore potuisse. Fuit totius Duceceos Reformator strenuus, Ecclesiarum & Monasteriorum restaurator munificentissimus, disciplinæ Monachicæ solertissimus restitutor, Cleri speculum, gregis universi exemplum, æternum Pontificis meritissimi monumentum. De S. Lucii imprimis Monasterio præclare meruit, Cænobium in Caczes, sed & Schennis præclare restituit, MARIÆ montanum deniq; in Valle venusta Tirolensis Comitatus plurimum adamans, penè collapsum egregiē extruxit & locuple-

Virtutes eius.

Fit Episcopus.

Reformat Episcopatu.

tavit. In pauperes autem liberalissimus, omnibus non tam pastorem, quam patrem exhibuit. Claruit vir sanctus tempore Friderici I. Imper. & miraculorum gloria post mortem illustratus, in numerum Sanctorum adscribi dignus fuit. *Ex VVern. Com. Zimbr. Guilb. Abb. S. Theodor. Ioan. Gulero Stumpf. Brusch. Fort. Sprech. Cl. Rob. monim. Cur. Aquila nost. Bened. Annal. nost.*

In Monasterio Casinensi Venerabilis viri Almanni ejusdem loci Monachi, qui de Melphia ortus, & in sacratissimo illo & miraculosissimo monte, monasticen professus, quanto loci dignitatem serius ipse expendit, & magis æstimavit, tanto indignitatem ipse suam ferventius detestatus, magno rigore semetipsum confecit, & maximorum exempla imitatus, in sacra illorum vestigia, se totum quasi immergens, juxta Ecclesiam Sancti Andreæ nudus permanens, scoparum ictibus se affligens, Psalmos continuabat. Qui quanti apud DEVM esset meriti post mortem ejus patuit. Nam quo momento ex hac vita excessit, Nicolaus Cellerarius, pro negotiis extra Monasterium manens, mirabiliter de morte edoctus, vidit tectum Cænobii aperiri, & maximum inde globum igneum egredi, atque in cœlos ferri; missosque quamprimum nuncio, ea ipsa hora momento Almannum mortuum intellexit. Ne autem absque teste tantæ visionis esset, idiplum Carbo Casinas Monachus, in Cænobio consistens, intueri meruit. Decessit Almannus sub Anno Christi, 1120. tempore Girardi Abbatis. *Ex mon. Casin. Petro Diac. Mauro Marchesio, Const. Cajet.*

In Monasterio Criptarum, natalis B. Antonij B. Antonij Monachi. Is Rechaneti ortus, in ipso juventutis flore uxorem duxit, quam postea in adulterio depræhensam, ab eodem occisam fama vulgavit. Facti autem pænitens, scelus id suum in seipso ulcisci constanter proposuit, Ordinem proin tertium S. Francisci assumens, non multo post solitariam amplexus vitam, apud Massacium rigidè admodum vixit, & incultam antea vallem, manuum labore assiduo cultam reddidit. Victus ipsi quotidianus decem sicci panis uncia, cum paucis olerum foliis, solo sæpè sale, sine oleo conditis. Cæterum jure orationis, lectionis & laboris studium, ut ne punctum quidem temporis sine fructu

E trans-

Fit Camaldulensis. transire permetteret. Eum Beatus Paulus Iustinianus, cum ad Sanctissimum Camaldulensium nostrorum Institutum invitaret, facile assensit; & exacto probationis anno Antonius inter perfectissimos enituit. Remissus ad Criptas cum Elia socio, dum illic Oratorium moliretur, isque qui sumptus facere promiserat vir nobilis Efinus, stare promissis nollet, vir sanctus, lectuli sui operimentum, & paucos quos habebat libellos vendidit, cumque dimidium pretii non adæquarent, in orationem effusus DEI opem imploravit: & ecce dum ultima operi manus imponitur, reperta est rimula quædam, moneta Anconitana antiquissimæ signaturæ plena, quæ tanta fuit, ut solutis operariis & ad pignora redimenda, & ad paranda oratorii ornamenta abundè sufficeret. Simile penè, quod magnis Paulo atque Antonio primis Eremitis, huic quoque servo DEI evenit, cum socius forte Elias graviter decumberet, & Antonio ministranti panis decilet; dum enim, more suo, auxilium ab alto posceret, oranti corvus adfuit, & panem recentem duarum librarum attulit. Decessit Camalduli sub Anno Christi 1520. cum jam recenti Montis Coronæ Congregationi nomen dedisset, & magno illi vitæ rigori se devovisset. *Ex Hist. Mont. Cor. per Lucam Eremitam, & Annal. nost. ac Benedicto Redivivo.*

Canonizatio S. Bernardi. Anagninæ Canonizatio Mellistui Doctoris Ecclesiæ, Sancti Bernardi Abbat. De qua Henriquez die sequenti.

V. Guibelmus. In Gallia obdormitio pii Patris Guilhelmi à S. Alexio, qui primus contempto sæculo Fuliensem Sanctissimam Reformationem amplexus est. Fuit hic Gallus natione, è minore Britannia oriundus, & Ven. memoria Ioanni de la Barriere Fulienfi Abbati, Reformationem Ordinis maximo animo molienti, anno Salutis 1577. primum se illi obtulit, inque reformandis antiquis Cænobii illius monachis plurimum laboravit. Sed & postea in reformata jam Congregatione, magno eidem adjumento fuit. Guilhelmus enim, sicut primus professione, sic etiam exemplo alios anteibat & accendebat in omni disciplina & observantia Regulari; primusque semper in

Exemplar Virtutis.

Vigiliis, in labore manuum, in jejuniis; in nuditate, paupertate, obedientia & abstinentia extitit. Et licet prioris vitæ rigor à Summis Pontificibus moderatus sit, & ad Regulæ S. P. N. & Constitutionum, quas nunc iidem Patres observant, normam redactus fuerit: attamen ferventem illum spiritum prioris austeritatis retinuit, cum mira simplicitate, humilitate & oratione: ita ut plerumque totas noctes in amplexu Crucis cum lachrymis & gemitu transegerit, sæpèque gelu rigens, ab Ecclesiâ ad infirmitorium à Fratribus apportatus sit. Quo in fervore, sibi præfens semper, ad finem usque vitæ perseveravit. Denique animam sanctam, cum magna jucunditate spiritus, Creatori suo, inter ultimi Sacramenti unctiones reddidit, anno atatis 67. Christi 1623. 17. Ian. Ita ferè ad Verbum Carolus à S. MARIA Fulienfis.

In Britannia S. Vltani Lindisfar-*S. Vltani, nensis Monachi, insignis librorum scrip- monachus.* toris, & vitæ innocentia clarissimi, qui sub Sancto Segino Abbate claruit, cujus anima ab Angelis in cælum deportari visa est, & manus defuncti corporis ægro imposita, ipsum ab infirmitate liberavit. *Ex monim. Lindisf. script. Angl. Ioann. Colg. &c.*

In Hispania ad Tagum fluvium in Plures Vir-*Plures Vir-* finibus Carpentanorum, multarum insignes. gnium Virginum Ordinis nostri Monasterium, quæ cum Anno Christi septingentesimo octuagesimo secundo Mauri gentiles eas regiones ferro & igne vastarent, & jam Cænobio ipsarum imminerent, de jurata Virginum Sponso castitate sollicitæ, ne violarentur ab hostibus enixissimis precibus à DEO consequutæ sunt, ut à terra unâ cum Cænobio absorberentur. Res admiratione plenissima: *Quædam campanula, ait Luitprandus Ticinensis, statis diei horis auditur, qua vocante ad Scapenda preces conveniebant, durante tanto post res.* tam illustri rei memoria, & miraculo per miraculum designato. *De quo consulendus Luitprand. cit. apud Laurent. Ramirez de Prado, cujus item historia meminit Iulianus Archipresb. S. Iustæ in Adversariis n. 550. & Augustinus Barbosa.*

XV. Cal.

XVIII, Januarii.

S. Leobardus.

Tronis in Gallia S. Leobardi reclusi, qui mira abstinentia & humilitate refulsit. Hic ingenuos, & spectata morum probitate parentes habuit, quem pater, ubi primum aptam conjugio ætatem attigit, ne amplissimæ possessiones in aliorum devolverentur manus, liberis procreandis dare operam voluit, & ut annueret conjugem ducere persuasit. Sed patre morte sublato, curato funere, dum nuptiali splendore excultus ad fratrem properat, ab eo temulento, domo exclusus, multisque injuriis appetitus, in vili quodam tugurio pernoctavit. Ibi à Numine tactus, deserendarum opum, & sæculi inanis fugiendi consilium cœpit; & ad S. Martini Turonensis tumultum peregrinatione suscepta, Monachum ibidem proficetur, admirandis paulo post virtutibus, nec non miraculis commendatus. Jejniis, vigiliis, silentio & oratione adeo delectatus est, ut neque ad momentum ab his exercitiis se avelli pateretur. Inter miracula celebratur februm prodigiosa depulsio, quod febricitantes quoscunque, vino cruce signato, mirifice curaret & liberaret. Mortuus est sanctissime eo tempore, quo Divi Martini Cænobium novo fervore arsit, à S. P. N. Mauro ejusque collegis & discipulis noviter institutum. Sepultusque in suo, quod sibi ipsi foderat & sculperat sepulchro, multis sanctissimorum Fratrum lachrymis piè & religiosè curatus. *Ex Greg. Turon. Baron. script. Gall.*

Fit Monachus.

Febricitantium Patronus.

S. Deicola.

In Germania, Monasterio Luderensi, natalis S. Deicolæ Abbatis & Confessoris. Hic Britannus patria, sponte pro Christo exul, S. Columbanum in Gallias sequutus & Germaniæ Luxoniensis primum Cænobii Asceta, pulsus è Burgundia Magistrum dum sequeretur, pedum manuumque doloribus gravissimis impeditus, Abbatis sui pro volutus pedibus, ut illic consistere sibi liceret impetravit. Erras proin in solitudine, & nimia siti exhaustus, fontem precibus suis prodigiosè elicit, & reperta demum, bubulco monstrante, S. Martini Ecclesiâ, quam Clerici aliquot curaverant, prope ipsam sedem figere decrevit. Eum prius quam bubulcus deduceret sollicitus de porcis, ne quem interea proderet, à Sancto securus esse iussus, quod baculum suum custodem vicarium

Baculus custos pecorū.

loco defixisset, ubi revertit, gregem benè pastum, circum Deicolæ lituum accubantem, numerum iniiit, & miraculo obstupuit. Invidere Monacho Clerici frequentem Ecclesiæ aditum, & stulta simul atque impia molitione, pessulis ac repagulis ostium occludere, quod raro prodigio, fremetibus licet illis, viro Dei divina virtute reseratum patuit. Nec territi miraculo improbi abstinere, ostio deinceps vepribus obstructo, illæso nihilominus per spinarum aculeos Deicola in templum penetrante. Domino proin loci dū quererentur, indigno is scelere, virum sanctissimū castrari præcepit, deditque illico dignas sceleris immanitate pœnas, mox per inexplicabiles earundem partium, vesicæ & viscerum dolores, his ipsis ruptis atque effusis horribili morte sublatus. Hujus uxor Berthildis Religiosa fœmina, longè aliter ad virum DEI affecta, & Ecclesiâ illam, & villam suam, perpetua donatione Deicolæ tradidit, ad quam possessionem ineundam ab eadem evocatus, cum præ nimio æstu vestem deposituro, Berthildis ministri eam excepturi occurrerent, renuit id officii, & solari radio, haud aliter, atque periticæ alicui appendit. Mox constructo Lutrensi Cænobio (Luders vulgò) plurimos paulo post ibidem discipulos aggregavit. Locum regia liberalitate auxit Rex Clotharius, cum aprum ferocissimum infectatus fugientem ad Deicolæ pedes feritatis oblitū reperit. Romam profectus Monasterio suo patocinium sedis Apostolicæ conciliavit, reversusque abdicato Abbatis munere, iussuque Columbino discipulo, ipse in cellula inclusus soli cœlestium rerum contemplationi vacavit, ut hoc quietis Monachicæ adjumento, felicius se ad mortem præpararet: qua denique decessit sanctissime 15. Cal. Febr. cum admirandus in omni vita apparuisset. Cænobium autem suum etiam à morte curæ habuit, & prodigiosè defendit, quod necquidquam aliquando Hunni incendere conati sunt. Ipsum Heberardus senior Alsatia Comes postea occupavit; cujus mox filii Heberardus junior, Hugo, & Guntrannus paralyti percussi, sola remanente libera lingua, qua suum, & patris scelus faterentur, qui ad sepulchrū Deicolæ supplices, prodigiosè recepta sanitate, Monasticen ibidem cum patre professi sunt. Hugonis autem

D.

Vltio divi-na.

Monasterium Luders.

Abbatia se abdicat.

Mira ultio cœlestis.

transire permetteret. Eum Beatus Paulus Iustinianus, cum ad Sanctissimum Camaldulensium nostrorum Institutum invitaret, facile assensit; & exacto probationis anno Antonius inter perfectissimos enituit. Remissus ad Criptas cum Elia socio, dum illic Oratorium moliretur, isque qui sumptus facere promiserat vir nobilis Efinus, stare promissis nollit, vir sanctus, lectuli sui operimentum, & paucos quos habebat libellos vendidit, cumque dimidium pretii non adæquarent, in orationem effusus DEI opem imploravit: & ecce dum ultima operi manus imponitur, reperta est rimula quædam, moneta Anconitana antiquissimæ signaturæ plena, quæ tanta fuit, ut solutis operariis & ad pignora redimenda, & ad paranda oratorii ornamenta abundè sufficeret. Simile penè, quod magnis Paulo atque Antonio primis Eremitis, huic quoque servo DEI evenit, cum focus forte Elias graviter decumberet, & Antonio ministranti panis desisset; dum enim, more suo, auxilium ab alto posceret, oranti corvus adfuit, & panem recentem duarum librarum attulit. Decessit Camalduli sub Anno Christi 1520. cum jam recenti Montis Coronæ Congregationi nomen dedisset, & magno illi vitæ rigori se devovisset. *Ex Hist. Mont. Cor. per Lucam Eremitam, & Annal. nost. ac Benedicto Redivivo.*

Canonizatio S. Bernardi. Anagninæ Canonizatio Mellistui Doctoris Ecclesiæ, Sancti Bernardi Abbat. De qua Henriquez die sequenti.

V. Guibelmus. In Gallia obdormitio pii Patris Guilhelmi à S. Alexio, qui primus contempto sæculo Fuliensem Sanctissimam Reformationem amplexus est. Fuit hic Gallus natione, è minore Britannia oriundus, & Ven. memoria Ioanni de la Barriere Fuliensi Abbati, Reformationem Ordinis maximo animo molienti, anno Salutis 1577. primum se illi obtulit, inque reformandis antiquis Cænobii illius monachis plurimum laboravit. Sed & postea in reformata jam Congregatione, magno eidem adjumento fuit. Guilhelmus enim, sicut primus professione, sic etiam exemplo alios anteibat & accendebat in omni disciplina & observantia Regulari; primusque semper in

Exemplar Virtutis.

Vigiliis, in labore manuum, in jejuniis; in nuditate, paupertate, obedientia & abstinentia extitit. Et licet prioris vitæ rigor à Summis Pontificibus moderatus sit, & ad Regulæ S. P. N. & Constitutionum, quas nunc iidem Patres observant, normam redactus fuerit: attamen ferventem illum spiritum prioris austeritatis retinuit, cum mira simplicitate, humilitate & oratione: ita ut plerumque totas noctes in amplexu Crucis cum lachrymis & gemitu transegerit, sæpèque gelu rigens, ab Ecclesiâ ad infirmitorium à Fratribus apportatus sit. Quo in fervore, sibi præsens semper, ad finem usque vitæ perseveravit. Denique animam sanctam, cum magna jucunditate spiritus, Creatori suo, inter ultimi Sacramenti unctiones reddidit, anno ætatis 67. Christi 1623. 17. Ian. Ita ferè ad Verbum Carolus à S. MARIA Fuliensis.

In Britannia S. Vitani Lindisfar-S. Vitani, nensis Monachi, insignis librorum scriptoris, & vitæ innocentia clarissimi, qui sub Sancto Segino Abbate claruit, cujus anima ab Angelis in cælum deportari visa est, & manus defuncti corporis ægro imposita, ipsum ab infirmitate liberavit. *Ex monim. Lindisf. script. Angl. Ioann. Colg. &c.*

In Hispania ad Tagum fluvium in Plures Virginitibus Carpentanorum, multarum insignium Virginum Ordinis nostri Monachium, quæ cum Anno Christi septingentesimo octuagesimo secundo Mauri gentiles eas regiones ferro & igne vastarent, & jam Cænobio ipsarum imminerent, de jurata Virginum Sponso castitate sollicitæ, ne violarentur ab hostibus enixissimis precibus à DEO consequutæ sunt, ut à terra unâ cum Cænobio absorberentur. Res admiratione plenissima: *Quædam campanula, ait Luitprandus Ticinensis, statis diei horis auditur, qua vocante ad preces conveniebant, durante tanto post tam illustri rei memoria, & miraculo per miraculum designato. De quo consulendus Luitprand. cit. apud Laurent. Ramirez de Prado, cujus item historia meminit Iulianus Archiep. S. Iustæ in Adversariis n. 550. & Augustinus Barbosa.*

XV. Cal.

XVIII, Januarii.

S. Leobardus.

TVronis in Gallia S. Leobardi reclusi, qui mira abstinentia & humilitate refulsit. Hic ingenuos, & spectata morum probitate parentes habuit, quem pater, ubi primum aptam conjugio ætatem attigit, ne amplissimæ possessiones in aliorum devolverentur manus, liberis procreandis dare operam voluit, & ut annueret conjugem ducere persuasit. Sed patre morte sublato, curato funere, dum nuptiali splendore excultus ad fratrem properat, ab eo temulento, domo exclusus, multisque injuriis appetitus, in vili quodam tugurio pernoctavit. Ibi à Numine tactus, deserendarum opum, & sæculi inanis fugiendi consilium cœpit; & ad S. Martini Turonensis tumultum peregrinatione suscepta, Monachum ibidem proficitur; admirandis paulo post virtutibus, nec non miraculis commendatus. Jejunii, vigiliis, silentio & oratione adeo delectatus est, ut neque ad momentum ab his exercitiis se avelli pateretur. Inter miracula celebratur febrium prodigiosa depulsio, quod febricitantes quoscunque, vino cruce signato, mirifice curaret & liberaret. Mortuus est sanctissimè eo tempore, quo Divi Martini Cænobium novo fervore arsit, à S. P. N. Mauro ejusque collegis & discipulis noviter institutum. Sepultusque in suo, quod sibi ipsi foderat & sculpsit sepulchro, multis sanctissimorum Fratrum lachrymis piè & religiosè curatus. *Ex Greg. Turon. Baron. script. Gall.*

S. Deicola.

In Germania, Monasterio Luderrensi, natalis S. Deicolæ Abbatis & Confessoris. Hic Britannus patria, sponte pro Christo exul, S. Columbanum in Gallias sequutus & Germaniæ Luxoniensis primum Cænobii Asceta, pulsus è Burgundia Magistrum dum sequeretur, pedum manuumque doloribus gravissimis impeditus, Abbatis sui provolutus pedibus, ut illic consistere sibi liceret impetravit. Erras proin in solitudine, & nimia siti exhaustus, fontem precibus suis prodigiosè elicit, & reperta demum, bubulco monstrante, S. Martini Ecclesia, quam Clerici aliquot curaverant, prope ipsam sedem figere decrevit. Eum prius quam bubulcus deduceret sollicitus de porcis, ne quem interea proderet, à Sancto securus esse iussus, quod baculum suum custodem vicarium

Baculus suos pecorū.

loco defixisset, ubi revertit, gregem benè pastum, circum Deicolæ lituum accubantem, numerum iniiit, & miraculo obstupuit. Invidere Monacho Clerici frequentem Ecclesiæ aditum, & stulta simul atque impia molitione, pessulis ac repagulis ostium occludere, quod raro prodigio, fremetibus licet illis, viro Dei divina virtute reseratum patuit. Nec territi miraculo improbi abstiteret, ostio deinceps vepribus obstructo, illæso nihilominus per spinarum aculeos Deicola in templum penetrante. Domino proin loci dū quererentur, indigno is scelere, virum sanctissimū castrari præcepit, deditque illico dignas sceleris immanitate pœnas, mox per inexplicabiles earundem partium, vesicæ & viscerum dolores, his ipsis ruptis atque effusis horribili morte sublatus. Hujus uxor Berthildis Religiosa fœmina, longè aliter ad virum DEI affecta, & Ecclesiam illam, & villam suam, perpetua donatione Deicolæ tradidit, ad quam possessionem ineundam ab eadem evocatus, cum præ nimio æstu vestem deposituro, Berthildis ministri eam excepturi occurrerent, reniit id officii, & solari radio, haud aliter, atque per tica alicui appendit. Mox constructo Lutrensi Cænobio (Luders vulgò) plurimos paulo post ibidem discipulos aggregavit. Locum regia liberalitate auxit Rex Clotharius, cum aprum ferocissimum insectatus fugientem ad Deicolæ pedes feritatis oblitū reperit. Romam profectus Monasterio suo patocinium sedis Apostolicæ conciliavit, reversusque abdicato Abbatis munere, suffectoque Columbino discipulo, ipse in cellula inclusus soli cœlestium rerum contemplationi vacavit, ut hoc quietis Monachicæ adjumento, feliciter se ad mortem præpararet: qua denique decessit sanctissime 15. Cal. Febr. cum admirandus in omni vita apparuisset. Cænobium autem suum etiam à morte curæ habuit, & prodigiosè defendit, quod necquidquam aliquando Hunni incendere conati sunt. Ipsum Heberardus senior Alfatix Comes postea occupavit; cujus mox filii Heberardus junior, Hugo, & Guntrannus paralyti percussi, sola remanente libera lingua, qua suum, & patris scelus faterentur, qui ad sepulchrū Deicolæ supplices, prodigiosè recepta sanitate, Monasticen ibidem cum patre professi sunt. Hugonis autem

D.

Vltio divi-na.

Monasterium Luders.

Abbatia se abdicat.

Mira natio celestis.

autem uxor Hildegardis Comitissa, muliebri curiositate, cum sancti viri sarcophagum aperire conaretur, repentinus terrae motus aedificia universa concussit; sequuta sunt tonitrua & fulgura, & ipsa, & qui una aderant amentes facti excacatiq; sunt, loco per duas horas densis tenebris obscurato, ut facile appareret, quanta majestate Deus, servi & quem delegerat amici sui, consuleret dignitati, ut de aliis Deicolae prodigiis plura recensere super se deamus. Ex Vita apud Hug. Menard. mon. Cen. Lutrensis & Compendiani, Petro de Nat. Vinc.

SS. Liberata & Faustina.

Neucomi S. Virginum Liberatae & Faustinae, quae patrem Ioannatem habere virum praepotentem, Cutii Dominum (arcis celebris inter Padum & Apenninum agri Placentini) a quo pie educatae, cum quadam die mulierem mariti sui mortem inconsolabili luctu dolentem & flentem exaudissent, a carnali matrimonio abstinere, & immortali se sponso dedicare unanimi consensu decreverunt. Quare in scio patre, Marcello presbytero quodam ducente, pretiosiora quavis muliebria seculi deferentes, patriam deseruere; Comumq; trajecto Pado, tridui itinere pervenere. Ibi oratorio ante Portam civitatis in honore Deiparae condito, magnae Matris addictae obsequio, per hanc Virginum Sponsum ejus filium demereri studuerunt; assiduisq; orationibus, jejuniis, & vigiliis sese multum exercuerunt. Sed ob populi frequentiam inde discedentes, ad Coxiam fluviolum haud procul ab urbe, Ecclesia primum S. Ioanni Baptistae, tum condito juxta Caenobio cucullum complexae, multis DEO sacris Virginibus aggregatis, vitam sanctissimam, sub arctissima Regula observantia ducere aggressae sunt. Eas compertare, frustra avertere, & ad se revocare pater conatus est; quarum constantia victus, & ipse annuit, imo, ut in sancto persisterent proposito, easdem exhortatus est, & multa eidem Caenobio (quod hodie Divae Margaritae nuncupatur) a se empta liberalissime contulit. Illae vero, multis vigiliis coeactae, lampadibus oleo plenis, & lucidissime exardescens, venienti sponso hilares occurrere, Faustina quidem natu minor 18. Cal. Febr. Liberata triduo post sororem, feliciter consumatae. Quarum corpora ibidem condita, postea in majorem urbis basilicam A. C. 1317. translata sunt, earumq; hodie solemnior memoria celebratur. Ex monim. & Breviario Comensi & Plac. Exratq; celebre item harum Virginum nomen apud Veronenses & Mantuanos.

Cenobium condunt.

Moriantur

B. Michael Martyr.

gationis nostrae de Montesia, sub Instituto Cisterciensium nostrorum religiosissimi Sacerdotis, qui postquam seipsum disciplinis, jejuniis, aliisque mortificationibus, superare, carnemque spiritui subicere didicisset, ad majorem perfectionem anhelans, Apostolicis laboribus totum se dedit, & nullis nec laboribus territus, nec extremis vitae periculis, inter fideles libera voce Christum praedicare cepit: a quibus captus, cum nec minis, nec blanditiis a Fidei confessione dimoveri posset, vivus in ignem injectus, gratissima DEO victima & holocaustum, factus in odorem suavitatis, caelo terrisque fragrantiam affudit, ad Martyrum praemia evocatus. Ex Menolog. Cisterc. Chrysostomi Henrici & Annal. nostr. Bened.

Romae depositio B. Paschalis e nomine II. de quo fusi agemus 19. Cal. Sept.

B. Paschal. II.

In sacro monte Calinensi B. Ioannis Veneti, eximia virtute Monachi, patientia, humilitate, & obedientia insignis, qui quanti apud Deum meriti esset, post mortem ejus patuit, cum Frater quidem hernia seu ruptura graviter laborans, ad sepulchrum ejusdem optatam acquireret sanitatem. Ex monim. Casin. Libro de ortu & vita Inst. Petr. Diac. Marchesio.

B. Ioannes monachus.

Ferrariae in Monasterio Monialium S. Antonii, depositio B. Beatricis Atestinae sive Eltenis Principis, quae cum filia esset Azonis, eo nomine IX. potentissimi Ferrariae, Mantuae, Veronae & Anconae Marchionis, ac Galeazio Manfredi, Vincentiae ac Verardini Principi conjugio copulata esset; hoc mortuo, contemptis amplissimis opibus, genere, & honoribus, arctiorem ingressa viam, in Monasterio praedicto a se fundato Deo dicata, aeternum illustri familiae decus, insigni vitae sanctitate attulit, & miraculorum gloria a Deo honorata, supra omnem omnium Majestatem Principum verè illustrissima refulsit, è carcere corporis ad palatia aeternitatis evecta anno Christi 1262.

B. Beatrix mon.

Dccm Alstinorum.

In Sicilia S. Zachariae Monachi & Eremitae, magno vitae rigore, & contemplationis studio celebris. Idea Sanctorum Sicil. Octav. Cajet. Hugo Menard.

S. Zachar.

In Onnienfi Hispaniae Caenobio Diocesibus Burgensis translatio S. Eneconis, ejusdem loci Abbatis, cujus sacrum corpus caelesti odoris fragrantia, & magna miraculorum gloria illustratum, innumeris deinceps prodigiis, fidelium fidei ac devotioni a Numine commendatum est. Ex Martyrol. Hisp. Ioan. Tamay.

Eodem die Canonizatio solemnis Mellisui Ecclesiae Doctoris Divi Bernardi qui

Canonizatio S. Bern.

qui hoc ipso die magno fidelium plausu & gratulatione, ab Alexandro III. Pont. Max. Anagninae in Sanctorum numerum relatus est, A. C. 1164. undecimo post obitum an-

no, de qua solemnitate extant ejusdem Pontificis litterae datae anno insequenti; quibus honor ejusdem toto orbe propagatus est.

XIV. CAL. FEBRVARII.

XIX. Ianuarii.

S. Wolstani Episc.

IN Anglia depositio S. Wolstani Episcopi Wigorniensis, admirandae sanctitatis & patientiae viri. Wolstanus Varevicensis patria; presbyter ante, quam Monachus fuit. Inter Missarum solemnias, assam forte carnem odoratu percipiens, cum appetitum irritari adverteret, & pruritus sentiret, voto quamprimum facto, carnibus perpetuo sibi interdixit. Postea primum in Caenobio nostro Wigornienfi cucullum amplexus, per omnia exercitus munia & officia, Prioratus honorem meruit. Jejunii, vigiliis & orationi perpetuo se dedit, super scamnum in Choro, libro in quo orabat capiti supposito, dormire consuevit; hic lectulus, hoc pulvinar sancto viro satis fuit. Orans de nocte Deum, importune ab apparente spectabili forma cacodamone ad luctam seu duellum provocatus, cum importunior hic insultaret, fatigatissimus licet & exhaustis viribus, superbum tamen luctatorem aggressus, tertium concurrens, tertium in terram dejecit, irrisumque fugere compulit. Mulierem genere nobilem, at ignobiliter lascivientem, & ad lascivos amores provocantem, impacta, ut totis exaudiretur aedibus alapa, abegit. Solitus ferventissimè praedicationi insistere, cum objurgaretur: Pontificum esse praedicare, Monacho autem claustrum & silentium competere; graviter & breviter: Verbum DEI non est alligatum, respondit, is vero, qui reprehenderat, visus ad tribunal aeterni Iudicis rapi, & ad flagra damnari, ne somnium crederet, restitutus sibi, reapse in tergore flagra & livores circumtulit, sed a servo DEI curatus prodigiosè convaluit. Tribus in hebdomade diebus, omni cibo Wolstanus abstinuit; reliquis tribus porros & caules elixos cum pane hordeaceo comedit. Eduardo Rege Anglis imperante Episcopus designatus & a SS. Sedis Apostolicae Legatis ut annueret rogatus, cum decollari malle, quam indignum consentire affirmaret, neque ullo modo persuaderi se fineret, Divino tandem oraculo territus, acquievit. Sed cum Wilhelmus postea Rex, tanquam minus eruditum, eo honore indignum contenderet, & depo-

Cum demone luctatur.

Insigne reponsum.

Abstinencia.

Fit Episcopus.

fitum vellet, atque convocato Concilio S. Lanfrancus Archiepiscopus & Primas Angliae, ab ipso lituum pastoralem reverteret; Wolstanus ad sepulchrum S. Eduardi Regis in ipsa Basilica progressus: Tu scis Domine mi, inquit, quam invitus hoc onus susceperim, quoties subterfugerim, quoties me cum quaererer, absentaverim: Fateor, insipiens factus sum; sed tu me cum Episcopis coegisti. Quibus dictis, elevata paululum manu, baculum lapidi sepulchrali haud aliter atque cera infixit, addens: Accipe Domine mi Rex, & cui libuerit trade illum. Sic abiit, positusque Pontificalibus inter Monachos resedit. Obstupuerunt miraculo omnes, & frustra baculum extrahere conati, ipse etiam Lanfrancus, nec quidem movere potuerunt. Exclamat Rex, profertur ad pedes Sancti ipse Lanfrancus, orant universi, baculum reciperet, veniam daret; cum obnixus ille, indignissimum se contenderet. Victus denique precibus omnium, mox ut baculum manu tetigit, hic sponte sequutus sepulchro defiliit. Miraculorum gloria caeteroquin Wolstanus mirificè refulsit, absens etiam in maris periculo invocatus, miro modo comparuit, & tempestatem sedavit. Beneficentia.

Deponitur.

Restituitur.

Absens in vocatur & subvenit.

Observa disciplina aule.

Mirares!

phetico clarus Spiritu, multis eventura prædixit. Corpore juniis ita exhausto fuit, ut vix cuticula ossibus hæreret, & annulis Pontificalis digito hære non posset, quem tamen, inquit, ut sine ambitu suscepi, inseparabilem, in humum portabo. Dictu mirum! Mortui caro renascens, protuberantibus manuum articulis, omnem inedia maciem supplevit, nec annulus, de quo prædixerat, abstrahi poterat. Sic & sacrum ejus corpus, cum vestimentis, post annos ab obitu centum, repertum incorruptissimum, præter miranda alia prodigia, tribus mortuis ad tumulum ejus deportatis vitam restituit. Obiit Anno Christi 1067. ætatis 87. quem tamen alii 1095. mortuum contendunt, cum Pontificatum sanctissime annis 34. administrasset. *Senat. Braccon. in Vita, Polyd. Virg. Matth. Westmonast. Nic. Harpsfeld. Eduard. Mayhevv. Iepc. Baron. Molan. Galefm. Menard.*

Tres mortuos suscitavit.

S. Blaithmaicus.

In Iona Insula depositio S. Blaithmaici Abbatis & Martyris, cum lociis Martyribus, qui à Danis cæli sunt. Blaithmaicus Hiberniæ Regis filius, contempto fastu regio deliciisque ac opibus, paupertatem Christi, Regnis mundi hujus omnibus prætulit, & patre relicto, ad Monasterium profugiens cucullum induit, in eoque tanta vitæ perfectione enituit, ut etiam Abbas eligi mereretur. Ei futura prædicere à Numine concessum, præ aliis magnis gratiis plurimum celebratur. Martyrii postea incensus desiderio, cum non paucis Monachis Cænobio exiit; sed quod votis frustraretur suis, ad Cænobitas suos reversus est. Secundo monitus à Divino Spiritu ad Insulam Pictorum Ionam devenit, delatusque ad Monasterium Divi Columbæ, cum Danorum prævideret adventum, Monachos, si qui fugere vellent, ne differrent, admonuit. Eos autem qui remanserant ad constantiam exhortatus, irruentibus barbaris, voto denique suo potitus, cum sociis per Martyrium cælos meruit, & lætus conscendit, Regio suo sanguine insulam illam æternum consecrans, & solidior purpuræ tinctura nobilitans. *Ex VValafrido Strabo, Hen. Canif. Hug. Menard.*

Propheta.

Fit Martyr.

S. Lausomarus Abbas.

In Monasterio Corbionis in pago Dorcasino S. Lausomari Abbatis & Confess. Hic parentes, cives Carotenses habuit, puerulus patris greges pavit, & missa alimenta, paucis vivens in pauperes di-

tribuit, ipse ad solis primum occasum frugalissime refectus. Inde ab admirantibus indolem parentibus presbytero cui-dam creditus, mirè in litteris ut pietate profecit. Tum factus & ipse Presbyter, inde eremita, postea Monachus; demum Abbas creatus est, & multorum Monachorum Pater effectus. Carnotensis primum Cænobii, dein conditi à se Corbionensis curam gessit. Soli etiamnum in eremo agenti, necem machinati latrones, sed cum in conspectum ejus venissent, tanto terrore correpti sunt ut ad pedes ejus effusi supplices, reatum faterentur, veniam exorarent, quibus ipse conatus eorundem sibi perspectissimos fuisse prodidit, & serio pœnitentes à se remisit. Claruit mira miraculorum gratia, quæ inter, illatà jam à Fratibus messe formidandum Cænobii incendium signo Crucis extinxit. Lucernam tertio una nocte extinctam à cacodæmone signaculo eodem toties reaccendit. Similiter anno-
Miracula varia.
 fana & ingentem quercum raro prodigio aliorum transtulit, multaq; alia miracula edidit. Rarius illud & inprimis memorandum, ad eos qui varia fortuna, ut ajunt, opulenti facti sunt, exemplum: Cum opem ejus Hermolaus, vir nobilitate gravis & opibus præstans, graviter ægrotus imploraret, & quadraginta solidos dono mitteret, quos cum admittere vir DEI omni modo recusaret, importunis denique ministri precibus, tantum annuit, ut in manus sumeret, & pondus nummi cujusque velut libra appensu, expenderet. Stupendares! Agnovit prodigiosissime nummos singulos, unde quisque comparatus esset illuminatissimus Abbas, & ex iis omnibus, unum solummodo mundum, & non rapina acquisitum deprehendit; quem unum Monasterii reservans usibus, reliquos remisit, cum hoc ad ægrum responso: *O homo! pecunia ista iniqua est, & Divinam non potest mutare sententiam; sed nec peccatorum remissionem impetrare, nam victima impiorum abominabiles sunt Domino.* Retulit rem omnem superstiti etiamnum hero servus, qui paulo post morbo absumptus periit. Launomarus cum non multo ante quam cælos peteret evocasset Malardus Carnutum Pontifex, ut præsentem coleret, præ-nunciata gravi patriæ clade reversus ad cellam, post dies pauculos carne solutus cælum conscendit post annum Christi 650. *Ex Vita, Petro de Natal. Vincentio.*

Latrones conversi.

Miracula varia.

Miracul

Futurapre-

In

B. Henricus monachus.

In Monasterio Claravallensi depositio B. Henrici Monachi, hic nobilis genere, multorum Castrorum quondam dominus, cum Doctor Mellifluus Crucem in Diocesi Constantiensi prædicaret, ejus compunctus sermonibus è vitiorum cœno emerfit. Cum autem Gallicam & Teutonicam calleret, exacto probationis año, collega itinerum à Bernardo adhibitus, & interpretis munere functus, viri sanctissimi convictu, magnus & ipse evasit. Ejus conversionem adeo doluit quidam ex ejus famulis ut in Bernardum illico telum contorqueret, & è medio sublatum vellet, qui cum ipse ulciscente Numine mox ruens morte lueret, Bernardus Henrici flexus precibus, mortuum vitæ reddidit. Vixit Henricus plurimos in ordine annos, ea omnino gratia, ut omnia veri monachi decora in unum confluisse videretur. Charitate in primis mirificè arsit, ut sepe Angelos attraxerit, quin ab Angelorum Rege visitari meruerit. Infirmorum curam habere jussus, omnium se patrem exhibuit. Graviter ægrotum forte considerans, & meliuscule habere existimans, cum ad Matutinas se contulisset, fatigatione ex diurnis laboribus oppressus, non nihil obdormiit. Cui Salvator illico in forma ægri apparuit, & super pectus ejus se reclinans acquievit. Cumq; territus Henricus surgere conaretur: *Bone Henrice,* inquit Christus, *sine me quiescere.* Expergetactus hoc dicto, dum ad ægrum recurrit, cum morte luctantem reperit, quem cum de more ad terram demittere conaretur, supra pectus ejus ille expiravit. Fuit tanti ab ordinis Præsidibus Henricus factus, ut ad Capitulum generale convenientes, ad ipsum pro solatio spirituali recurrere consuescerent. Mortuus est senex decrepitu, membris contractus, unde & Contracti nomem obtinuit A. C. 1211.

A Christo visitatur.

Magni fit.

S. Stephanus Mon.

In monasterio Casinensi, S. Stephani cognomento Veneti ejusdem Cænobii monachi, vitæ sanctitate & gloria miraculorum illustris, quo mortuo Agundia religiosissima scemina columnam igneam è domo infirmorum cælum conscendere vidit, mittensq; qui causam exploraret, ipsa hora Stephanum mortuum intellexit. Cluruit sub A. C. 1080. Ex monim. Casin.

Petro Diac. Annal. nostr. Hugo Menard. In Italia prope Spoletum, felicissimus S. Abundantia virginis, discipulæ S. Majoli Abbatis. Hæc Exuperii & Sigismundi Nobilium parentum filia, supernæ Electionis varia argumenta vix edita in lucem meruit, dum enim baptizaretur, illico lampades cælitus accensæ exarsere, & campanæ seipsis compulsa, omnes in admirationem rapuere. Puellula octuennis diu in Ecclesia DEIPARÀ veneratur puerum Ielum inter brachia complexam, & puerum pro pomodoro aureo interpellat, ipsa porrecta mox manu, pomum donat, quæ domum regressa dum quæ redonaret quæreret, hyberno tempore enatos quam primum flores, Ietulo suo decerptos, largitur. A Sancto Raphael edocta, sibi à Numine custodiendam traditam, ab eodem statim ad S. Majolum Divi Marci prope Spoletum Abbatem adducta, eidem ex parte Dei pro discipula & filia est commendata. Is postea ad terram Sanctam peregrinatione suscepta, discipulam secum duxit. Illic in loco quo B. M. V. filio crucis bajulanti occurrit abundantia uncinis ferreis adeo corpore excarnificavit, ut pene pro mortua haberetur. In spelunca S. Onuphrii totum ferè quinquenium eremiticè exercuit. Spoletum reversa deq; morte imminente à S. Raphael edocta, è manibus S. Majoli sacram synaxim percepit: obiit A. C. 804. companis mirè, & nullius hominis impulsu consonantibus, campis, quâ funus ferebatur illico germinantibus & arboribus, Ianuario mense frondes & fructus producentibus, exaudita Angelorum musica, *Veni Sponsa Christi,* congemnantium. Vivens ipsa mortuum vitæ reddidit, à morte autem variis quam primum agris prodigiosa ope adfuit, multo deinceps concursu fidelium frequentata. *Ex Severino Minervio, Philippo Leoncillo, Ioan. Bapt. Bracescho, Phil. Ferrar.*

In Hannonia, monasterio Spinosi Loci depositio B. Beatricis Virginis, quæ Christi amore capta, & sæculi delicias fastidivens, Cænobium illud inchoavit, & cucullum amplexa, sub sanctantissima ordinis Reformatione Cisterciensi, vitam Sanctè transegit. Decessit A. C. 1220. *Jacob. Guisfianus, Aub. Miraus, Chrysof. Henriq.*

Strapendi fauores.

Peregrinatur in terram Sanctam.

Mors gloriosissima Anno 804.

B. Beatrix.

XIII. CAL. FEBRVARII.

20. Ianuarii.

S. Maurus Episcopus.

COESENÆ, S. Mauri Episcopi, virtutibus & miraculis clari. Maurus (quem Romanum patria, & Ioannis IV. Pontificis Maximi fuisse nepotem ferunt)

F.

ferunt) cum virtutis & prudentiæ laudibus floreret, è Cænobio ad Cælonatem, Cathedram vocatus, adirabili virtutum omnium splendore ita refulsit, ut cum eo postea decedente, lux pariter omnis Cælonatis Ecclesiæ extincta videretur. Is etiã Episcopus de monachorum studio atque exercitiis nihil remisit, & quo facilius atque felicius iisdem operam navaret, in monte quatuor stadiis ab urbe distante, cellulam sibi struxit, in qua sacro in primis Quadragesimæ tempore jejuniis & orationibus strenuè vacaret, & quoties per Ecclesiæ suæ negotia liceret, eo *velut ad dulcissimum epularum convivium*, recurreret. Illic fluente divinæ contemplationis animum recreans, quicquid ex humana conversatione pulveris contraxisset, oratione excussum etiã lachrymis expiabat. Cum autem post pervigilem Ecclesiæ curam, à sæculo migrasset ibique humatus esset, *innumera & admiranda prorsus ad ejus tumulum miracula patrata sunt*, ex quibus pauca promerere libet: Cum terra undique excrecente tumulus tegeretur, ut vix jam saxi sepulchralis summitas appareret, accidit, ut quidam pedem ligulam soluti calceamenti ligaturus, in eo saxo poneret, qui sic illi adhæsit, ut nulla vi retrahere posset, donec ad rei novitatem populo accurrente, parte ea saxi à reliquis ferro abscissa tumulus sancti Episcopi detectus est, ac magnæ cœpit esse venerationi, insigni paulo post extincto Monasterio. Inde frequentiora deinceps miracula, adeo quidem ut qui limaturam solum de sepulchro sumptam poculis miscerent, & inde biberent, variis morbis prodigiosè liberarentur. Quæ propter, & alia, sanctissimi sui Pontificis merita Cælonates, ipsum urbis & Dioceseos Tutelarem seu Protectorem elegerunt, quem & deinceps summis honoribus prosequuti, solemniori quotannis memoria religiosissimè venerantur. Ex monim. Cæs. Petro damiani, Phil. Ferrar.

In Hibernia S. Fechinus Abbas & Confessoris. Fechinum à puero specialius Numine delegisse ac dilexisse miraculum prodidit cum primum in lucem est editus, quando ipsa hora tota in qua natus est villa exaruisse visa est, innocuo tamen igne, & quo splendor infantis atque electio præsignati sunt. Fouarensi in Cænobio professus Monachum, juvenilem quoque ætatem magnis prodigiis commendatam habuit, cū alia inter missus ab Abbate pro quærenda aqua, fontem ex arente solo mire elicit. Iustus pratum Cænobii custodire, nihil indignam se esse sensit, sed velut magnæ di-

gnitatis munus promptissimè suscepit, ex quo prato, cum immissi à Tyranno quodam equi gramen comederent, illico extincti sunt, quos tamen Fechinus, penitente facti Regulo, vitæ restituit. Fuit mira innocentia & simplicitate præditus: & Taurum aliquando pro vacca mulsurus, questus Numini, quod lac ille mulieribus, nec sibi daret, mox mirè meruit, ut lacte turgere & large redderet. Cæterum vitæ sanctitate dignissimus visus, qui aliis præesset. Abbas delectus, trecentos Monachos in omni virtute eximiè instituit, apud quos sancto in primis exemplo plurimum potuit. Hospitum curam cordi plurimum habuit, & cum deessent necessaria iisdem calitus impetravit, eo etiam insigni miraculo, hospitalitatis item procul dubio præmio à Deo honoratus, quod ad molendum ejus aquæ contrario omnino naturæ cursu monte adverso currebant. Instrumenta Fratrum mari merfa, Elisei instar & S. P. Benedicti, mirè e fundo retraxit. Reginam Laginæ defunctam, itemque alium mortuum ad vitam revocavit. Dignus etiam Apostolatu judicatus, ab Angelo ad conversionem cujusdam insulæ destinatus de populis illis immortaliter meruit. Solem quandoque Gedeonis instar consistere grandi miraculo impetravit, cum non speraret ante occasum ejus, cum Fratribus ad Cænobium reverti. Ad preces ejusdem ingens petra terris absorpta est, cum eo loci mortui difficulter sepelirentur. Ejus contemptū mirè & horribiliter ultus est Deus, cum duo ejus contemptores morte quæprimum plecterentur. Fuit vir per omnia magnus & mirandus, claruitque A. C. 670. Ex diversis rer. Britann. script. & vitæ ejusdem, Joan. Colz. Annal. nostr.

In Britannia S. Molaci abbas, magna miraculorum gloria conspicui. Is illustribus natus parentibus, quibus Divinitus promissus est, iisdemque senes & steriles juvenescere visi sunt. Eo nato cum aqua deesset qua baptizaretur, calitus reperta est. Fuit in vita omni virtutum omnium speculum condiditque Monasterium Tulachminense, cujus ipse & lapis angularis, & solidiore sanctitate fundamentum insigni extitit & firmamentum. Demeruit diversa regna & provincias, aliaque inter grandia merita, Regem Dublinensium, jam jamque moriturum, integerrimè restituit sanitati. Sed & Cataldi Regis Mamonæ conjugem puerperio mortuam, ad vitam revocavit. Mirum omnino illud: cum Frater quidam ipsum offendisset, offensam illico morte luisse, qui

Cellula amor.

Innumera miracula.

Patronus Cælonatum.

S. Fechinus Abbas.

Ejus humilitas.

Tauri misericordie mulget.

Hospitalitas mira.

Solem stare facit.

S. Molaci Abbas.

Maxima merita.

qui ab ipso vitæ redditus, cum eidem diei unius servitium, (quasi in recompensationem offensæ) quam religiosissimè impendisset, iterum in Domino, & tunc quidem felicissimè requievit. Fuit potentissimus grafante pestilenti lue, se invocantium apud Numen Patronus, atque insuper ut qui ejus suffragio superstites tantæ cladi manserant fecunditate mira à Numine donarentur, & crescerent in gentem magnam impetravit. Idem peste eadem extinctos septem idololatrias miseratus, fufis precibus vitæ restituit, & in fide instruxit. Claruit & aliis magnis miraculis, & fractæ quoddam maris felicissimè transfretavit. Consuluit plurimum Mumoniæ Regno, cujus Rex totum se viro sancto permisit, ipsumque sibi à confessionibus & conscientia moderanda esse, impetravit. Ad superos emigravit post Ann. Christi. 680. Ex cit. Hib. & Brit. script.

Pestis depulsor.

7. mortuos simul excitat.

S. Daniel.

Regibus dilectus.

Ejus digiti illustres.

In Hannonia, Monasterio Camberonensi, natalis B. Danielis ejusdem loci Abbatis, qui apud Gerardimontium natus, magnum vitæ Monachicæ magistrus, S. Bernardum meruit, à quo Abbas prædicti Cænobii renunciatus, variis virtutibus, & abstinentiæ in primis laude excelluit, ita quidem ut cibus nullis unquam, sed nec pane saturaretur. Humilitatem insuper sanctius coluit, neque Abbatis titulo ut uteretur persuaderi potuit. Fama autem sanctitatis latè cognitus, Regibus & Principibus eo nomine eximiè charus extitit; unde vetus distichon illud Vt Daniel charus Chaldæis Regibus olim Sic nostris charus Regibus iste fuit.

Inde Cænobium redivitibus auctum, cum antea vix necessaria habuisset, Principibus in Daniele suum adeo propensis, ut in ejus gratiam plurima Cænobio conferrent. Illud insigne ejus meritum præ aliis celebratur, quo ad discordiam inter Regem Galliarum & Flandros componendam, in negotio amplissimas concernente provincias strenuam operam navavit. Portentosum rarioris à Numine gratiæ illud fuit, quod dum in studia sera etiam nocte incumberet, lucerna non eguisset memoretur, digitis ejus candelarum instar splendide collucentibus, & lumen prodigiosissimum viro DEI ministrantibus. Claruit vir Sanctus A. C. 1190. Arnold. de Raisse, Jas. Mejer. Fascic. S. S. Cist. & Menol. Henriquez. Ang. Manriq.

In Monasterio S. Laurentii Cultus B. Benedicti boni depositio B. Benedicti, qui in sacra Congregatione nostra vallumbrofana S. P. N. Regulam professus strictioris vitæ observantia, & omnium studio virtutum mirè excelluit. De licentia autem Abbatis sui, solitariam lectatus vitam, in loco haud multum remoto parvulam sibi cellulam condidit, in qua longis vigiliis & incredibili abstinentia macerans carnem, inde nunquam, nisi in Paschate & festis majoribus ad Cænobium revertit. Supremo denique anno, quasi valedicturus Fratribus cum in festo Nativitatis pietati & Religioni in Cænobio enixius vacasset, illic ad testum usque Epiphaniæ perstitit, & prævidens mortem, ne absque verbo exhortationis à Fratribus discederet: *Non debere aliam esse vitam Monachi, quam jugem ad mortem preparationem, dixit.* Reverfusque ad cellulam post paucos dies elevatis in cælum manibus sanctissimè obiit Ann. Christi 1107. Quem quanti apud DEVM meriti esset, mira quamprimum prodidit prodigia, cum felicissimi ejusdem transitus signum, campanæ à nemine impulsæ, ultro consonantes prodidit, nec miraculo, cum arduum admodum iter ob nives & glaciem ad ejus cellulam inter esset, resolutæ quamprimum sponte nives viam sacrum portantibus funus aperuerunt. In cujus ore, post annorum ab obitu ejusdem trecentorum viginti decursum lilium quasi recens natum, nive candidius inventum est, & corpus cælestem fragrantiam redolens, juxta altare majus, cum pompa in elato tumulo est reconditum. Ex monim. Vallumbrof. Arn. Duac. Hug. Menard.

Cistercii B. Galterii Abbatis & Confess. Galtherus sive Waltherus de Ochies, Cisterciensium nostrorum institutum sequutus, ea vitæ probitate se omnibus probavit, ut Longipontis primum Abbas, dehinc sanctissimi & celeberrimi Cisterciensis Archisterii Antistes, totiusque ordinis Generalis eligeretur. Cum ergo egregiarum virtutum suffultus præsidio, gratia singulari Christi gregem pavisset, sanctis operibus plenus migravit ad Dominum. De eo versus hi Cistercii leguntur: *Doctorum splendor, multos superansque coevos*

Galterius veniens confestim transit annos. Ex Angelo Manriq. Menol. Cist. Chrysof. Henriq. & Annal. nost. Bened.

In Gal

Felix mort.

Campanæ ultro sonant.

B. Galtheri Abb.

B. Quilinda. In Gallis, monasterio Brigenfi, B. Quilinda monialis. Hæc perfectionis Magistræ absolutissimam, S. Faram sive Burgundoforam nacta, virtutes ejus insigni æmulata studio, successu felicissimo assequuta est. Eam quanti faceret Numen optimum, non uno argumento ostendit, quam prophetico inprimis spiritu commendavit & illustravit, obitum suum disertè prædixit, & quamvis eousq; rudis & ignara litterarum, integrum tamen Pentateuchum, Evangelium, & Epistolas Pauli memoriter recitavit. Sub mortè ipsam plurimas Cænobii sorores in cælum translata intueri meruit, quibus paulo post associanda, lætum è corporis ergastulo animum transmissit, cælesti Angelorum musica, velut dilectæ Regis suæ sponsæ parentantium imò dormienti ablandientium, exaudita. Claruit A. C. 650. *Ex Iona, vita S. Burgundof. Annal. nost.*

V. Ramirus Rex. In Hispania venerabilis viri Ramiri Regis Aragonum admirando gloriæ contètu & variis meritis celeberrimi. Hic Sanctii primi Aragonum Regis filius, à prima juventutè Monachus in nostro S. Pontii Cænobio professus, deinde SS. Facundi & Primitivi Abbas; mox exigentibus tanti viri meritis Pompelonenfis, tandem Rotæ ac Barabstri Episcopus, Petro & Alpho fratribus Regibus sine mascula prole mortuis, periclitante intestinis tumultibus Regno, sollicitantibus Innocentium II. Pont. max. Aragoniis atq; urgentibus, relicto Pontificatu regnum resumere, & cõjugem ducere coactus est. Proin Oscæ A. C. 1134. Regni sumens insignia, cum Pontificis infulis Regni purpuram ac diademam junxit; idem Rex, conjunx, sacerdos, Pontifex, Monachus & Abbas, mirabili prorsus tot titulorum ut varietate, sic conjunctione. Abdicato proin Pontificis honore, sceptrum pro lituo sumens, provincias amplissimas ab interitu vindicavit, subditisq; præclare consulens, & jura dans subditis, cucullum tamen sub veste regia,

cumq; ista monachum nunquam exuit, & multa vitæ sanctitate Regnū administrans plurimis constructis Cænobiis, relicta hærede filia, abjecto denuo diademate, monasterio se reddidit, & decennio rursus in pœnitentiæ luctu exacto diem suum obiit A. C. 1147. in Monasterio S. Petri tumulatus. *Ex Lucio Marin. Ioan. Vas. Mar. Henninge. Reusu. Iepes &c.*

Romæ depositio venerabilis Lucidi Episcopi Ficuleni. Hic invalescente, temporum decursu, more ut Abbatix plurimæ, iis qui monachi nec re nec voto esset, usurpandæ permitterentur, & ipse Romanum S. Andrea Cænobium, à magno olim gregorio conditum, & prodigiose non semel contra infelices ejusmodi defensū, Abbatis titulo in Comendam, ut vocant, accepit atq; usurpavit. Sed cum innocente admodum vita esset & religiosa, eam à Numine gratiam meruit, ut reapse monachus moretetur; tanta magni Gregorii in ipsum benevolentia, quanta in alios usurpatores severitate. Quippe Ioanni monacho, qui eodem in Cænobio vitam sanctam agebat, & Prophetiæ dono claruerat, ipsū, ut Episcopum de impendente morte doceret, admonuit. Nec distulit Lucidus sibi consulere, moxque cucullū amplexus est, cujus obitum sic describit S. Petrus Damiani: Lucidus, inquit, Ficoclenfis Episcopus, dum propinquum sibi met obitum imminere cognoscit, ad Cænobialis portum convolat ordinis, ac sacerdotalis infulas dignitatis, monachicis mutat induviis. Et ut noveris quid sibi conversio ista contulerit, titulus authentica Registri testatur Historia, sub ipso migrantis obitu Spiritus sancti gratia latissimo relucebat vultu. Cui nimirum & antequam moreretur B. Apostolus Andreas apparuit, & qua hora migraturus esset nunciavit. *Ita Damianus, Ioan. Diac. Hugo Menard.*

Eadem die depositio S. Anastasii Monachi & Confessoris Cænobii S. Solutoris. Ex Mart. Wionis.

XII. CAL. FEBRUARII.

21. Januarii.

S. Meinradus Mart. In Gallis monasterio Augiensi S. Meinradus Eremita à latonibus cæsi. Meinradus sive Meginradus, perillustri Sulgovienfium, Zolleranæ familia, Comitū ortus sanguine, puerili ætate, ad celeberrimum Divitis Augiæ missus monasteriū, Erlebaldo monacho magistro insignes in litteris progressus fecit, eodèq; deinceps loco cuculli amorè imbibit. monachū professus, cū ex-

eximia eruditionis laude præstaret, inter Magistros & Professores Augienses accèptus, litterarū disciplinis juvenutè feliciter instituit, & vitæ juxta sanctioris exemplo, facè discipulis illustrissimam prætulit. quietis postea & cõtèplationis studio solitudine petens: cū inferis multoties infestantibus feliciter conflixit, & Angelico recreatus conspectu atq; solatio, nec loco celsit, nec de-

G.

Dæmones vincit. constan-

constantia & suscepto semel vitæ rigore quidquā remisit. Latrones ad se mactandum venientes, non ignarus quid vellent humaniter excepit, potu ciboq; refecit, & cucullum cum tunica eis tradidit: *Hoc, inquit, de manibus meis percipite; meditato autem opere expleto, potestis qualibet per vos tollere. Interim hoc me quæso beneficio afficite, ut corpusculum meum duabus accensis candelis honoratis.* Cæsus crudelissimè ab iisdem, & strangulatus ab ingratis, mox insignibus à Numine prodigiis honoratus est: mira nimirum cælestis odoris fragrantia, quæ aromatum omnium præstantiam superabat; lumine item quod accendi petierat, prodigiose succenso; cæterū tanto timore latronibus percussis, ut sacra altaris vasa intacta relinquentes, corvis quos nutrierat Sanctus irremisso crocitu & impetu, eo usq; impios persequentibus, quoad prodigiosa corvorū infestatione proditi, suspecti, capti, examinati, confessi, dignas paricidio pœnas crurifragio luerent. Meinradi nomine ob merita miracula apud fideles Christianos per Germaniam religiosissimè perennante, & in Sanctorum postea album relato. Passus est A. C. 860. *Ex nost. Const. Bened. t. 2. Annal. Germ. Chron. Aug. Annal. Einsidl. Vita Ejusd. Mart. Herm. Contracto, Ochernio.*

S. Malcallanus Abb. In Belgio S. Malcallani Abbatis, qui ex partibus Hiberniæ, Zelo lucrandi animas in Germanias concedens, cū magnis polleret virtutibus, humilitatis tamen studio præ aliis excelluit, & cum Magister esse Sanctitatis posset, discipulus esse prælegit. Cumq; de florentissimo Floriacensis in exactiore Regulæ observantia flore & fervore multa inaudisset, eodem cum Sancto Cathroe profectus, uterq; inter Novicios recipi voluerunt, eo ipso facti universis Magistri perfectionis. Claruit malcallanus mirifica vitæ sanctitate, & ab Herfuinda Comitissa monasterio S. Michaelis in sylva Tarascia donatus, nemoris illius obscuritatem Sanctorum splendoribus plurimum illustravit, multasque firmamento Ecclesiæ supremo stellas inseruit. quibus ipse, mortali solutus corpore feliciter insertus est. A. C. 990. *Ex diurer. Britã. script. Steph. Vito, Colga. & ex Vita S. Cathroe.*

In Monasterio Pontiniacensi, S. Hugenis Antisiodorensis Episcopi. Hujus ut mirabilis conversio, sic conversatio angelica fuit. Placet super initio cõversionis S. Wilhelmū Divi Theodorici Abbatè audire, qui Doctoris Melliflui vim colloquiorum describens, inter alia sic inquit: Adjunctus

est ei etiam Dominus Hugo Matisconensis &c. Hic audiens de conversione locii & amici charissimi (Divi Bernardi) flebat quasi perditum, quem sæculo mortuum audiebat. Vbi autem primo data est utriq; facultas mutui colloqui; post dissimiles lachrymas, & gemitus dissimilium dolorū verba verbis cœperunt conferri, & res rebus comparari. Cumq; inter ipsa verba familiaris amicitia, Hugoni infunderetur spiritus veritatis, aliam jam faciem habere cœperunt, verba mutux colloquutionis. Datis itaq; dextris in sodalium novæ vitæ, longè dignius veriusq; facti sunt cor & anima una in Christo, quam in sæculo ante fuissent. Ita Guillelmus. Seductus postea à sociis post dies paucos Hugo à proposito deflectere cœpit quem cum lucrari denuo satageret Bernardus, cumq; sociis in campo confedentem offenderet, omnem illi operam dedere, ut Bernardi verba suis colloquiis diverteret. Cum loquendi facultate adempta ille in preces cū lachrymis effusus, imbrem repente cælo detraxit, diffugientibusq; fociis Hugonè retinens manu; *mecum ait sustinebis hujus pluvia guttas.* Cumq; soli remansissent, ait Guillelmus non fuerunt soli, sed Dominus fuit cum eis, reddens eis continuo & aeris & animi serenitatem. Ibi renovatum est sædus, & propositum confirmatum, quod non potuit deinceps violari. Fecit mirabiles deinceps in cucullo progressus Hugo, & tantos quidem, ut dignissimus postea haberetur, qui primus Pontiniaci Abbas crearetur. Quā dignitatem tanta cum virtutis æstimatione gessit, ut inde ad celeberrimam Antisiodorensis Pontificatus cathedram eveheretur, eamq; Ecclesiam æternis meritis sibi totique ordini obligaret, quæ tanta fuisse memorantur: *ut nullus omnino dies effluxerit, quo non præclara aliqua opera, ad utilitatem ediderit animarum.* Post varios autem in sancta conversatione agones, multosq; pro Ecclesiastica conservanda autoritate exhaustos labores, de exilio vitæ hujus ad cælestem emigrans patriam, insignibus est miraculis honoratus; eoq; inprimis, quod ad postrema hæc supremæ Hæreticorum vesaniæ tempora, sacrum ejus corpus incorruptis simū servavit DEVS, haud aliter atq; si ea ipsa qua inspiciebatur die in domino obdormisset; cum scelestissimo illorum ausu, non sine æterna ipsorummet confusione tumulto extraheretur, & in frustra à barbaris confusionem suam non ferentibus, tanto post obitum temporum decursu concide-

V. Lucidus Episc.

Miracula.

De morte docetur.

Eum lacrat S. Bernardus.

Ejus progressus.

Mortuus.

Incorruptio.

concederetur. *Guillelm. cit. Rob. Montens, Barn. Montalb. Bern. Brito, Ang. Manriq. &c.* Obiit Vir sanctus 1151. 6. Id. Oct. Ejus tamen hâc die memoria recolitur. in Menol. Cist.

B. Michaelis Florent.

Camaldui in agro Aretino, depositio B. Michaelis Florentini Monachi Camaldulensis. Hic egregia nobilitate juvenis Laurentii Medici pincerna fuit, eidem in paucis charus, quem cum pietati addictissimum eerneret, ad Sacerdotium ipse Princeps promovit, quo in munere, tanto dignum se gradu, vitæ sanctitate comprobavit. Eundem Principem Camaldulum aliquando sequutus, amorem ordinis imbibit, sed post susceptam prius ad urbem peregrinationem tunc primum cucullo se vestit, inter illustrissima Camalduli sydera merito habendus. Reclusionem paulo post perpetuam impetrans, totus absorptus in Divina fuit, præsertim dum sacris operaretur, tanquam Cherubin in vultu inflammari visus. Dono lachrymarum mirificè excelluit. Orationis autem studio summoperè delectatus, Dominicam in ore perpetuo habuit, inde Divino monitus oraculo Rosarium Christi, quod coronam Domini, & Camaldulense vocant, immortalis prorsus merito, fidelium perpetuo usui composuit & posteritati commendavit. Quæ corona, omni diademate regio & gemmato

Ejus gratia.

Coronæ Domini.

pterior, ornatis orbiculis, ab ipsomet Michaelē confecta (re cum Majore prius Eremitæ communicata) Leoni X. Pont. Max. tunc Florentiæ agenti oblata, insigni gratulatione ab eodem accepta, confirmata, fidelibus Christi toto terrarum orbe commendata, & Indulgentiis, ut vocant, largissimis exornata, æterno Christianæ Reip. fructu, in hodiernam usque diem religiosissime usurpatur. Claruit Michael Spiritu prophético, aliaq; inter Stephano Eremitæ, Meditationem ab eodem mente formatam, ad verbum describens, quasi tunc capiti ejus insedisset, dono milit, hæc insuper litteris addens: *Ipsæ MARIAE semper Virginis IESVS, semper benedictus Filius, dum manibus venerabilem Eucharistiam contrectarem, cogitatum tuum, quem in eum ipsum ex tota anima jeceram, mihi misericorditer revelavit. &c.* Sic Cardinali Mediceo, qui post Clemens VII. fuit, Pontificatum orbis & urbis dilerte præ-nunciavit. Similiter cum Cardinalis Farnesius, qui post Paulus III. dictus est, sacram Eremitæ inviseret, Bartholomæo Grotto ejus sacellano, qui ritanti quod Cardinali suo gratis serviret, hæc insinua-

vit: *Perge fili, quia aliquando te Pontifici Maximo famulari intelliges, quod audiens Cardinalis ipse Michaelē convenit, & Pontifici, quando hoc futurum esset quæsiit: Post tum Paulo electionem, inquit, duorum magnorum Sacerdotum.* Adrianum nimirum & Clementem, intellexit. Neq; minus sibi ipsi eventura præ-nunciens, cum ultimam celebraret Missam, eam supremam esse præ-dixit. Fuit mirus vitæ ejus rigor, vinum modicum & aqua dilutum die Dominico admisit. A dæmone graviter vexatus, & plagis contusus, tanto majores consolationes quanto plagas acriores, meruit. Claruit & mira miraculorum gratia, è quibus singulare, cum deploranti mortuum bovem rustico, vivum reddidit. Decepsit Ann. Christi 1522. cujus defuncti manum osculatus Ven. Iustinianus Bergomensis mox gravi dentium dolore liberatus est, nihil deinceps morbi ejus perferens. *Ex Vita, Aug. Florentin. Annal. nost. Arn. Duac.*

Moritur.

In Lotharingia Monasterio S. Michaelis, natalis S. Malcalini Abbatis, qui prænotato Monasterio Diocesi Verdunensi, ob præclara sanctitatis signa præ-latus animas sibi commissas sanctis moribus informavit, optimeq; functus suo munere ad paratum sibi præmium à Domino, cui servivit sincero affectu, profectus est. *Ex Mart. Gall. Sarrif.*

In Gallia Natalis B. Gaufridi de Amoyô, diversorum per Europam Monasteriorum Fundatoris, viri omnibus cum corporis, tum animi dotibus præditi, in quo dona DEI naturam, pietas educationem, judicii maturitas & aliæ perfectiones ætatem superasse prædicantur. Is cucullum postea amplexus, ipsumq; Mellifluum Doctorem, magistrum perfectionis nactus, ad tantam paulo post sanctitatem pertigit, ut ejus mentis nitore singularis, & morum integritas planè admirabilis esset, & ob id ipsum à Sancto magistro præcipue dilectus, in Galliam, Angliam, Belgiumque variorum Cænobiorum & Conditore & Abbas dirigeretur. Deniq; post multos pro ordine labores strenuè exantlatos, horam migrationis suæ imminere divinitus agnoscens, in Clara valle, uti Bernardus prædixerat, feliciter in Domino requievit. Cujus mortem, existens tunc in Gallia Bernardus, per visionem cognovit, Gaufridumque avunculum suum, & Gerardum fratrem pridem mortuos, eum ad cæli palatia deducturos conspexit. *Ang. Manriq. Chryf. Henriq.*

B. Gaufridi Abb.

Commendatio insignis.

Apud

S. Ermenburgis Regina.

Apud Estemiam Cantia in Anglia, S. Ermenburgis Reginae & Abbatissæ. Hæc Ermenredi Cantia Principis filia, Earcomberti Regis neptis fuit. Nupta autem Mervaldo Cantia Regi, Vulferii Regis fratri, ex eo Sanctas Milburgam, Milthradam, Milgittham, & Mereficium genuit. In Estemensi deniq; Cænobio, sacro velo amicta, & deinceps Abbatissa creata, egregia vitæ sanctitate refulsit, claruitq; sub A. C. 676. *Matth. Vestmon. Guilh. Malmesb. Arn. VVion.*

B. Agnes.

Salsinae prope Namurcum depositio B. Agnetis sororis S. Julianæ Cornelienfis, quæ ad summum sanctitatis apicem perveniens, post perpeffos labores plurimos pervenit ad requiem. *Arnold. de Raiffe Menol. Cist. Chryf. Henriq.*

V. Valentin. Papa.

Eodem die natalis Beatæ memoriæ Valentini Papæ, qui ex Monacho & S. R. E. Archidiacono ad summum orbis Pontificatum, summo Cleri, Senatus, Popu-

lique Romani consensu evectus, in maximo omnium applausu, maximè tristatus atque obnixus, cum vix quadraginta dies, sive ut volunt nonnulli mensē unicū præfuisset, immatura præreptus morte, inter superum sedes collocatus est. A. C. 827. *Ex Andr. Bamberg. Const. Cajet. Mauro Marchesio.*

Ipsa die insignis commemoratio S. Lutgardis Abbatis. Lutgardis Virg. & Abbatissæ Acquiriensis, quæ cū Festo S. Agnetis Virg. & Mart. hujus ejusdem accentu exemplo, tanto Martyrii exardesceret desiderio, ut vena in corde ejus rumperetur, copiosiq; profuso sanguine deficeret, gratulabundus ei Virginis Filius, sponsus Virginum & Sanguinum Christus Dominus apparere dignatus est, & ingenti sanè promisso, ejusdem Illustrissimæ Virg. & Mart. Agnetis meritum, eidem promisit ac dono dedit. *Ex Vita, & Annal. nostr. Bened. Eodem die S. Boboleni Abb. Fossatenfis.*

XI. CAL. FEBRVARII.

XXII. Januarii.

D.

S. Anastasii Mart.

Roma ad aquas Salvias, S. Anastasii Persæ monachi, qui post plurima tormenta, carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæsarea Palestinae perpeffus fuerat, à Chosroë Persarum Rege multis pœnis affectus, ad ultimum decollatus est, cū prius 70. socios in fluenta demersos ad Martyrium præmisisset. Ejus caput Romanam delatum est, una cum veneranda ejus imagine, cujus aspectu fugari dæmones, morbosq; curari, acta secundi Concilii Nicæni testantur. *Ita Mart. Rom.* Anastasii parentes, magicæ artis scientia celebres fuerunt; ipse autem militari maximè vita delectatus est, à rapinis tamen & fordida præda alienissimus semper extitit. Christiani dein hominis consuetudine, ad sacra nostra affectus, non baptismo solum, sed & Monachatu paulo post Numini sacer factus est. Exin de virtute in virtutē progressus, Martyrii etiam desiderio exarsit, & in Deiparæ Martyrum Reginae templo biduum perseverans, enixissimis illud ipsum precibus impetravit. Digna & memoranda vox ejus inter intensissimos cruciatus: *Sinite, inquit, me, neq; enim opus est, ut volentissimum teneatis. Hoc tantū à nobis enixè contendendo, ut à sacris me vestibus exutum contundatis; ne venerandus Monachorum habitus probro affectus videatur.* Inter inmensos alios cruciatus, ex altera solū manu suspensus

Vox memorabilis.

est, lapide gravissimi ponderis, alteri pedū appenso, ut membra omnia à juncturis suis divellerentur. Defatigati ante Martyrem tortores, suafere deniq; Regi, ne deinceps in Anastasio superando periculum faceret, quod indignum ducerent Imperii ejus magnitudinem, à Monachi unius magnanimitate triumphari. Proin amputato capite victor in cælum animus avolvit, cum id unum ante mortem doleret, membratim & dirisimo concisum cruciatu, vitam terminare non potuisse. *Ex Vita, & Ioan. Trithem. de viris illustr. Ord. Petro in Catal.*

Martyr. u.

Soræ in Campania S. Dominici Abbatis miraculis clari. Mart. Rom. Dominicus Fulginei honestis parentibus natus, Monachis S. Silvestri ibidem litteris instituendus traditur. Sacris initiatus brevi ad Sacerdotium promotus est. Sed majoris cupidus perfectionis, spretis omnibus, in quodam Casinenfis Iuris Cænobio Monachum induit, ubi B. Nonnosum Abbatem, magistrum meruit & habuit, eus postea celeberrimus evasit, sanctitatis. Contemplationis dein studio, proximo in monte condens cellulam, illic aliquamdiu securè latuit, animumq; Divinis totum addixit, supra creata elatus omnia, mentis in Deū effusione. Dehinc cognitus ab Vberto Marchione, rogatusq; ut in ejus ditione

S. Dominici.

Solitudinē quart.

F

Cæno-

Campaniā
demeretur.

Miracula.

Mirè ser-
uatur.

Moritur.

Cænobium strueret, annuit, & ejusdem
piorumq; aliquot ope ac opera, novè alia
in Sabinis, per Apruzium & Romaniam
Monasteria condidit. Cæterum nimio so-
litudinis amore, à negotiis se denuò abri-
piens, cellula in nemore exstructa, asperā
aliquandiu vitam pane & frigida conten-
tus vixit. Cum autē impeditis nive itine-
ribus, panem in singulas hebdomades nō
acciperet, unius septimanæ panis, eidem
ad dies quadraginta sufficit. Trifaltinos
campaniæ populos æterno merito demer-
uit, quos ab illegitimis matrimoniis, aliisq;
erroribus & criminibus, prædicatione sua
felicissimè revocavit. Spiritu prophetico à
Deo illustratus, Dodæ nobilissimæ matro-
næ, ejusq; conjugii, Marforum Comiti, e-
ventura multa discretè prænuñciavit. Cum
Gisetruda Comitissa vinum per famulos
(qui partem vini bibentes vas aqua reple-
verant) illi misisset, Dominicus in spiritu
factum agnoscens, occurrentes corripuit,
& ut admirationem sic pœnitudinē apud
reos ac manifestos peccati concitavit. Cū
alius pisces mitteret, partemq; servi pro se
abscondissent, monuit Dominicus, ne pi-
sces reconditos repeterent, qui abeuntes
loco piscium serpentes repererunt, rever-
siq; ad virum Dei, detestati factum veniam
implorarunt. His aliisq; evulgatis, Amat⁹
Signiæ Comes vehementius apud ipsum
instat, ut sibi Monasteriū construatur, in Co-
mitatu suo pateretur. Apud Soram quoq;
à Soræ Domino multis attributis prædis
ipsum constructum est aliud Monasterium:
cui ab eodem rogatus, triennium præfuit,
ubi & plura miracula edidit. Signulphi vi-
ri Nobilis servus cum eo confugisset, pro-
fugumq; Dn⁹ extraheret, hic subitum om-
nibus exhaustus viribus temeritatem
luit, quem resipiscens Dominicus pro-
digiosè restituit. Presbyter qui famæ Do-
minici detrahebat in amentiam versus, ad
ipsum quem contempserat ductus, statim
curatus est. Amatus quoq; Presbyter & Vi-
carius apud Sublacum, cujus mores Do-
minicus reprehenderat, dum equo cita-
to curtu, virum S. lancea confossurus irru-
eret, factus immobilis, usq; membrorum
omni destitutus, postulat venia, impuni-
tatem & libertatem recipit, & ad meliorē
conversus frugem, & ipse solitudinem pe-
tiit. Arpini Missam celebraturus, concubi-
nas ejici prius è templo jussit, quarum quæ
lapide in ipsum jacto dixerat: *Sic tu, ut lapis
isteredire ad nos possis*, statim oculis capta
est; verum pœnitens facti visum recipit.
Tandem vir Domini A. C. 1031, ætatis ve-

rò 80. exorta in genu ulcere migravit ad
Christum, Soræ sepultus, cum paulo ante
mortem solatus ipsum Angelus esset & ad
præmia invitasset. Celebratur Festum ejus
grandi populorum concursu, accensusq;
est præcipuis Campaniæ Tutelaribus, cu-
jus Patrocinium, magna cum fide ad i-
psum recurrentes accolæ in tempestati-
bus cum primis contopendis & averten-
dis, dehinc in febribus pellendis, & sa-
nando rabidi canis mortu, experiuntur,
cujus honori plurimæ per Campaniam,
Apruzium, & Umbriam Ecclesiæ dedi-
catae sunt, & altaria consecrata, quem in-
numerabilium Patratorum miraculo-
rum Leo Ostiensis appellat. *Ex Alberico S. R. E. Cardin. vitæ scriptore, Lud. Iacobillo, Leone Ost. Cit. Phil. Ferrar. Baronio.*

In Monasterio Hemmenrodensi
natalis B. Waltheri, generis splendore &
sanctitatis titulo celeberrimi. Walthe-
rus Dynasta de Crequy, Bierbaet &c.
Henrici Lovaniensis Ducis consanguineus,
ab incunte ætate, cælorum Augustæ
obsequio deditissimus, jejuniis, elec-
mosynisq; eam colere, & quibuscunque
poterat modis venerari nunquam præ-
termisit, unde & rarissimos ab eadem fa-
vores & gratias plurimas recipere meru-
it. Torneamentorum, quo delectabatur,
Ludo interfuturus, cum ex itinere ad Ec-
clesiam quandam diverteret, Tutelaris il-
lic suæ memor, quiritantibus impediri
fortunam suam comitibus, Missam ni-
hilominus, de B. Ma. Matre sibi cantari cu-
ravit, cum absentis vices Patrona miro
modo supplevit, ita ut cum procul abes-
set ludis tamen interesse palinamque uni-
versis præcipere videretur, & in ore o-
mnium VValtherus esset, cui post Missam
auditam, stupenti tota gratulantium ag-
mina occurrebant, qui fortunam ejus atq;
dexteritatem ad miraculum deprædica-
rent. Alia vice, cum sacris operanti ad-
esset, insolenti planè favore à DEI Matre
honoratus est: cum enim Sacerdos post
consecrationem more solito calicem ele-
vasset, auream sub calice Crucem repe-
rit, schedula his ipsis verbis adjuncta: *Cru-
cem hanc deser ex parte mea, MARIAE scilicet
Matris Christi, Amico meo VValthero mi-
liti prope Bierbaet.* Obstupuit Presbyter,
inquisitio, neque facta, si quis eo nomi-
ne interfuisset Sacro, reperto illi Crucem
cum charta, incomparabile sanè munus
tradidit; quæ tanti fulgoris fuisse perhi-
betur, ut omne aurum in ejus compara-
tione

Multi loci
P. tronm.

B. Walth.

Deipara
mantissi-
mus.Donum
Deipara.Emancipat
se B. M. V.Aqua in vi-
num versa.Fit Mona-
chus.Damoniam
cum liberat

Moritur.

tionē palleceret, quæ diu apud Hem-
menrodenses servata, petēte postea Hol-
landiæ Comitissa, in eam provinciā trans-
lata est. Ob illud, & plura alia collata sibi
Angelorum Reginæ beneficia, adeo eius
amore & studio exarsit Waltherus, ut in
paupere quadam Ecclesia, tantæ tamen
Patronæ consecrata, conscio eius loci Sa-
cerdote, fune in collum iniecto, *servum
glebe*, ut vocant, hominem proprium & e-
mancipatum tantæ se Dominæ super al-
tare offerret, singulisque deinceps annis,
censum de capite suo, qualem mancupa-
tissimi solent, ipse solveret. Neq; multo
post clientem suum, certans quasi cum a-
mante sed longè superans Augustissima
Patrona insigni miraculo recreavit. Cum
enim Vigiliis solemnitatū Deiparæ o-
mnes, sed & Sextas sæpius Ferias ob re-
uerentiam sequentis Sabbathi, ieiunio in
pane & aqua præueniret, aqua aliquando
à ministro porrecta in generosum prodi-
giosè vinum conuersa est. Quod cum mi-
nistri fraude factum crederet, iterato pro-
digio hausta denuo lympha in manibus e-
ius miraculum fuit, vinum fuit, quo hau-
sto vir DEI, silentium perpetuum seruo
imperavit. In Hemmenrode postea cu-
cullum amplexus, quod loci eius incolas
DEIPARÆ singularius obnoxios & devotos
intelligeret, totū deinceps Tutelaris tan-
tæ amoribus se dedit. Cum litteras igno-
raret, Psalterium nihilominus, Hymnos,
Cantica, plurimasq; de Domina nostra o-
rationes memoriæ commendavit. Cum
autem ex ore eius in cassum, nullam exci-
deret verbum, neq; verbis solum, sed & a-
spectu solo, imò odore famæ eius multi
compungerentur, Magister hospitiū
creatus est. Humilitate, obedientia, &
præcipua in omnes charitate mirificè ex-
celluit. Sed & miraculorum gloria à DEO
illustratus est, cū & dæmones ipsi, & bruta
animalia, quin & elementa, venti & ipsum
mare obediret. De ipso quidam à cacode-
mone liberatus: *Si nihil esset amplius Reli-
quiarum*, dicebat, *in Monasterio vestro præter
hunc Sanctum virum, cujus meritis curatus
sum, toti loco sufficere deberet.* Tanquam ab
ipsa quam toto corde dilexerat Cœli Im-
peratrice vocatus, obdormivit in Domi-
no, à morte non minus, quam in vita mi-
raculorum illustratus gloria; cujus sola
calceamentorum applicatione, pedibus
& manibus æger, itemque alius grave la-
borans ulcere, curati sunt. Fuitq; nomen
postea VValtheri Sanctorum albo adscri-
ptum, & sacræ ejus Reliquiæ, populo ve-
nerandæ expositæ. Obiit præcipuus Do-
minæ nostræ cultor Anno Christi 1222.

*Ex Petro de Latheu, Rob. Rufca, Ang. Man-
riq. Cesar. Heisterbac. Chryf. Henriq. &c.*

In Brabantia B. Henrici de VVeys, B. Henricus
Dynastæ de Berni: qui tactus ab alto, ma-
gno terrenorum omnium contempu,
blandimenta omnia mundi & opes asper-
natus humilem Fratrum Conuersorum
habitum, in Cænobio Villariensi ample-
xus, humilitate & sanctitate præclarus, ad
æternā patriam migravit. *Ex Menol. Cist.*

In Hibernia S. Colmanni Lismorensis
Abbatis, qui pro proximis suis dotibus &
sanctitate, ad Cathedram Pontificiam e-
jusdem loci post S. Hierologum extra-
ctus, Ecclesiam suam plurimum demeru-
it, & plurimos virtutum sacrarum æmulos
discipulos, eosque inter B. Theodoricum
ex Rege Dalcastiorum humillimum Mo-
nachum, post se reliquit. Vita excessit. A.
C. 702. *Ex diversis rer. Brit. script. Ioan. Colg.
&c. & Annal. nost.* In Comitatu Essexiæ, S. Theorit-
Monasterio Berckingesi in Anglia S. The-
oritgidæ Virginis, quæ insigni sanctitatis
fama sub Annum Christi 678. claruit. *Ex
Ven. Beda Matth. VVest. Maithew. &c.*

Parisiis elevatio & translatio S. Mede-
rici Abbatis, qua die solemnior ejus trans-
latio ibidem celebratur. De eo nos fusius
agimus die natali 29. Augusti.

Eodem die, quo Festum desponsatio-
nis Virginum Virginis Divinæ Matris, nō-
nullis locis solemniter celebratur, insignis
memoria SS. Roberti Molismensis, & Ed-
mundi Cantuariensis Archiepiscopi, ma-
gnorum Ordinis nostri syderum, propter
mirabilem utriusque & memorabilē cum
eadem DEIPARA desponsationem, è quib.
illum matris etiamnum latentem utero
tanta Imperatrix sponsum sibi delegit atq;
assumpsit, Ermgardem Matrem ipso præ-
gnantem, porrecto annulo sponlatio his
verbis alloquuta: *Volo, quem utero gestas
filium, hoc mihi annulo desponsari.* Ed-
mundus autem, puer etiamnum eandem
exambiens sponfam, conductis pretio du-
obus apud aurifabrum annulis, salutatio-
ne Angelica in scriptis alterum statuæ Ma-
rianæ digito, alterum proprio inseruit, at-
que Virginitatem secum una tantæ Virgi-
ni despondit, uterque maximis deinceps
favoribus à Cælorum Augusta honorat⁹.
Servatur autem, pretiosissimum sane do-
num, verus Annulus Beat. Matris Virginis
pronubus, in Monasterio Burgundiæ Se-
mimurensi, à Religiosissimo ejusdem Fū-
datore Gerardo Rusilonis Comite A. C.
877. ibidem collocatus de quo merito si-
bi, uti speciali pignore Amoris mariani to-
tus ordo noster summopere gratuletur.

S. Colman-
nus Episc.S. Theorit-
gida.Commem-
SS. Roberti
& Edmundi.Annulus B.
M. V. pro-
nubus.

23. Ianuarii.

Toleti S. Ildephonsi Episcopi, qui ob singularem vitæ integritatem suscep- tamq; defensionem adversus Hæreticos Dei Genitricis Virginitatem impugnan- tes, ab eadē candidissima veste donat^o est, ac demum sanctitate celebris ad cælū vo- catus. *Mart. Rom.* Aldephonsus, Alfonso sive Ildefonsus, æternum Hispaniarū de- cus illustrissimo genere editus, prima æta- te magistrum S. Isidorū nostrum meruit, a quo litteris & pietate egregiè institutus, cuculli statim amorem imbibit, Magistri & tot Sanctorum exemplis incitatus, nec quidquam tentantibus omnia parentib^o, ut eam ab huiusmodi proposito deterren- rent. Monachum in celeberrimo nostro, atq; sanctissimo Cænobio Agallienfi pro- fessus est. Eiusdem postea Abbas constitu- tus, mortuo deniq; Eugenio, ob insignia vitæ merita, Archiepiscopus Toleti salu- tatus, cathedram illam admiranda sancti- tate, mirificè exornavit. Maxumæ calitū Imperatricis, a qua utero etiamnum latēs, Ermgardi matri prænunciatus est, puerili- bus añis studiosissimus, ejus deinceps ho- nor em æterno merito felicissimè asseruit, eoq; nomine cælum terramq; sibi plurimū obstrinxit, Eluidiana execranda hæresi, quæ Augustissimæ Matris Virginitatem nequissimè riserat, doctissimis scriptis pro- fligata, & Hispaniis exterminata. Cui, li- brum quē scripserat manu præferens Re- gina gloriæ, gloriosa & gratulabunda, ap- parere, & pro tali opere, gratias ipsi per se ipsam a gere dignata est. Sed & magna mar- tyr & Virgo Toletanorum Tutelaris Leocadia, spectante Rege ipso Recesuintho, ac populo frequenti Ecclesia universo, a- moto prodigiosè ingentis ponderis lapide sepulchro egressa, audientib^o universis & stupentibus Alfonso allocuta, in hæc i- psa erupit: *O Ildephonsè, per te vivit Domina mea, quæ cæli culmina tenet; Præfuleque col- laudato, in tumulo seipsam denuo collo- cavit Ildephonso ipso, in tantæ rei memori- am sempiternam, velaminis Leocadiæ, ar- repto Recesuinthi Regis gladiolo, partē abscondente, & in sacrarium Toletanum inferēte. Accepit & dignum se, atq; amo- re suo munus, vestē nivei candoris ab inte- merata Matre, cum Festo Expectationis, quod in honorem ejusdem instituerat, ad precēs Matutinas nocte in Ecclesiam de- scenderet, ab eadem Virginum Virgine, quæ cathedram ejus Pontificalem insede- rat, mira dignatione ita salutatus: *Propera in occursum serve Dei charissime, accipe munu-**

B. *sculū, quod tibi de thesauris Filii mei attuli &c.* Mortu^o est deniq; A. C. 667. postquam in- gentibus meritis Archiepiscopatum, Hi- spanias, imo Ecclesiam universam mirifi- ce demeruisse, sui; & secutorum sæcu- lorum Hæresibus verbo & scriptis potenti- sime occurrisset, maximis præstatisimi ingenii relictis monumentis, merito a vi- ris maximis, Luca quidem Tudensi, *Luci- fer inter sydera*, a Roderico autem Archie- piscopo, & comuni populi atq; Cleri voce: *Os aureum, & Anchora Fidei*, a Concilii de- mum ad Peñam Fidelem celebrati Patri- bus: *Gloriosæ Virginis Dei Matris Capellanus, & virginitatis Ejusdem specialis Præco* maxi- mis sanè & dignissimis titulis appellatus, *Ex Marco Maximo, Iuliano, Elladio & Rode- rico Archiepisc.* Luca Tud. Lucio Marin, Sic. Mariana, Vasco, Alvaro Gomez, Iepesio, Ca- jetano, Trith. Arnaldo Duac. Hug. Men. *In Provincia Valeria S. Martyrii Monachi, S. Marty- rijus mon:* tyrio memoratu dignius, quod quæ erat in Crucem Dominicam propensione, cum de more panes, antequam in clibanū mit- terentur, quadripartito in formam crucis supernè funderetur, idq; oblitos facere Fra- tres intelligeret, ipse sola benedictione id effecerit, ut nō sine fragore & crepitu pa- nis in fornace jã penè coct^o, signum haud aliter atq; impressum admitteret, & extra- ctus clibano crucis figuram prodigiosè re- ferret. *Ex S. Greg. M. lib. 1. Dial. Joann. Trith. VVione, &c.* *S. Barnar- di.* Viennæ Allobrogum S. Barnardi Episc. Hic Lugdunensis origine, genere nobilif- simus, ex sæculari militia ad sacram se cō- ferens S. VVulferio primū Episcopo adhe- sit. Monachum dein Viennæ pfectus, tāta pietatis & eruditionis emicuit gloria, ut sanctissimo Magistro in Episcopatu succe- dere meruerit, quod mun^o multum relu- ctans suscepit, atq; ita gessit ut sumis san- ctissimisq; Pōtificib. Paschali I. & Eugenio II. admirationi esset, eorumdem præconi- is non semel collaudatus. Infidiis denique æmulorum sede dejectus, tandē restit^o, cum sex & triginta an. Ecclesiam sanctissi- mē rexisset, Ambroniacū in Diocesi Lug- dunensi, Romanumq; Monasteriū ad Ha- ram fluvium condidisset, præclare gestō- rum gloria clarissimus, justitiæq; & patien- tiæ meritis affluens, ad requiem evolavit æternam. Eius officium 3. lectionum ha- betur in Breviario Lugdunensi. *Car. Saus. Mart. Gall. Agoardus. Lil. Ben. Gall.* *B. Agilus Abb.* In Monasterio Resbacensi B. Agili Abb. & Con-

& Confess. Agilus Illustrissimi generis ge- nerosissimum germen, Agnoaldum Pa- trē, Hagnerici Comitis potētissimi fratrē, S. Faronem, Chagnoaldum & Burgundo- foram, omnes contempto Principatu spe- ctatissimos Monachos, patruels habuit. Monachum Luxovii professus, S. Eustasiū magistrum Abbat. meruit, Juvenili etiam- num ætate miraculorū gloria illustrif. ef- fulsit. In festior Luxovien sib. cum Regina Galliarum esset, iisq; impunè viri scelerati insidias struerent, atq; injurias inferrent, VVandelini Ducis nepos juvenis p speciē venationis observas cænobii exitus, egres- sum cænobio Agilum, dum stricto ense in- festior appetit, eo signum crucis efformā- te, lælesti Principis brachiū illico dirigit, manus velut agglutinata capulo adhæsit, nec loco quidē pedem movere miser po- tuit, donec Agili precib^o solutus, æstimare cucullū & Monachos doctus, ipse etiā Lu- xovij Monasticen pferetur. Evolvit q̄- primū ad ipsam Regiam miraculi fama, & ad Agili veniētis pedes pvoluti Rex & Re- gina veniā exorarunt, & faciles deinceps, quæ Luxovienfium causa Agilus petierat annuerunt. Lothario trium Regnorū co- ronis ornato, indicto cōsilio, cū de cōver- sione infidelīū ageretur, Luxovienfes Mo- nachi, comūni Patrū omnium suffragio, Apostolica functioni aptissimi judicati & deputati sunt; principesq; Fidei præcones, voto solemni Agilus & Eustasius designati, qui plurimū tāto in opere desudates, præ- ter tanti laboris eximium meritum, & in- comparabiles fructus, Apostolici nominis gloriosissimum titulum, ad omnē æterni- tatē meruerunt, plurimas pvincias Chri- sto lucrati sunt. Accessit miraculorum in- signis gratia, quæ inter, Agili^o demoniacū verbo curavit, & Salabergæ Virgini lumi- nibus orbæ vilum restituit sed & cum feb- ribus ipse detineretur, sibi ipsi a Numine incolumitatem impetravit. Prope torren- tem Resbach, ceteris in somnum solutis, dum precib. insisteret, fulgidissimā è nu- bibus crucem in aere conspexit, qua velut meridiani solis radiis vicina omnia resplē- duerunt. Sed & per modum crucis triduo integro, pdigioso rore locū signante, ope S. Faronis Principis, patruelis sui, cænobiū ibidem condidit, a torrente præterfluen- te; Resbacense cognominatum, cujus ipse primus Abbas, admiranda vitæ sanctitate illud quasi consecravit. Conspetto aliquā- do ad fores Cænobii paupere, ad Bardoli- num Fratrem conversus, *Eccle. ait, quomodo alijs utilit. aribus occupari tant a negligimus?* Et ad pauperem: *Veni frater, en faciemus tibi*

*quod competit. cumq; is præ vulnerum mul- titudine loco se movere non posse respon- deret ipsum Agilus in humeros sustulit, & absque ullo ponderis alicujus sensu, propè focum (erat enim hyems) in sedili colloca- vit. Sed cum aquam (è sanctissimæ Regule præscripto) manibus ejus affundere para- ret, inter admirandam cælestis odoris fra- grātiā, pauper disparuit. Fratres in agro laborantes inter effusissimam tempestatē, nec guttula quidem madefactos, i digiosè servavit. Dæmonem draconis formā imi- nentem, signo crucis dominicæ pffigavit, atq; alia plurima stupēda gessit, quæ admi- randam ej^o sanctitatem univerfis comen- dabant. Nonagesimum octavū ætatis an- cum ageret, & dissolvi, cumq; Christo esse rogaret, biennio post, se moriturum ab An- gelo edoctus est. Obiit deniq; centenarius A. C. circiter 3. Cal. Sept. cuj^o tamen cele- briorem memoriam nonnulli hâc die re- colunt. Ad cujus obitum cum occurrisset Venerabilis Ado, noctem pervigilē ducēs cum duob. Fratribus, choros Virginū San- ctarum concinentes in aere audiit: *Hodie Insigne E- S. Agilus cū summis laudibus pergit ad præmiū, logium. hodie cum Sanctis in celo coronatus triumphat, felix valde, quia ab infantia servavit castitatē, & Virgo centenarius pergit ad gloriā.* Solo tūc lintei, cui cadaver impositum, contactu, Fratrum quidam febri, alius dentium do- lore liberatus est corpusq; diu post mortē mansit incorruptum. *Ex vita & monim. Lu- xov. Andr. Bamberg. Joann. Trithem. Annal. nostr. Bened. &c.* In Monasterio Mariæfeldensi B. Bern. Episc. Lealhenfis, Livoniæ Apostoli Bern- ardus eo nomine prim^o Lippie Comes, du- ctā primū uxore Sophia, Friderici Belli- colni Arnbergii Comitis filia, cū ex ea filios quatuor genuisset, vergente ad seniū æta- te, cucullum exambit, & in Mariæfeldensi cænobio Monasticen toto corde amplex^o, ibidem paulo post eligi Abb. meruit, san- ctissimoq; vitæ exemplo subditos mire ex- citavit atq; accendit. Cum a peregrinandi p Christo desiderio teneretur, in Livoniā destinatus, ordinatusq; Lealhenfium Epi- scop^o, rara omnino felicitate pater a pprio filio Otthone Trajectensium tunc Episc. Pontifex consecratus, postea cum eodem filio, gerardum alterum filiū Otthōnis fra- trem, Archiepisc. Bremensem cōsecravit. Laboravit plurimum zelo & merito Apo- stolico in cōversione infidelium, & mani- pulis fructuum dives Apostoli fortunatif- simus titulo, cum Evangelium per Liv- oniā mirificè propagasset, sanctissimo fi- ne quievit. Claruit sub Anno Christi 1260.*

Insigne mi- raculum.

Luxovien- sium au- thoritas.

Apostola- rus Agili.

Resbacum condit.

Miracula.

Moritur.

Insigne E- logium.

S. Bernar- dus Episc.

Ex Comite Lippia mo- nachus.

Apostolus Livonie.

Albert. Cranzius, Arn. Duac. Henricq. Annal. nostri &c.

B. Guido.

In Frisia B. Guidonis Abbatis, Hic Floridi cāpi primum prapositus, dein Cænobij S. Bernardi Frisii Abbas, postremo ad regimen prioris Cænobij, omnium suffragijs Monachorum expetitus multa sanctitate resplenduit, ut minima vana visio illa Sanctimonialis cujusdam de Syon cōprobata sit: Siquidem ipsa, geminam ipsi dari virgam conspexit, quarum alteram abiciens, alteram retinuit; cum nimirum postquam electus est Abbas Floridi campi honore quo prius functus fuerat se abdicavit, & tantum post multos labores exanthlotos, ad præmia Regni cælestis concessit. *Ex Casar. Heisterb. Phil. Sequino, Hér. Menol. &c.*

B. Gibitrida.

In Monasterio Brigenfi B. Gibitridis discipulæ S. Burgundoræ Abbatis, cuj⁹ à morte, ex sacratissimo corpusculo, suavissimus Opobalsami odor emerfit, à Sacris

Deo Virginibus, ejusdem fororibus, summa animi consolatione perceptus, cum dies tricesimus, ut vocamus, inter funebres ejus exequias celebraretur. *Ex Iona in Vita S. Burgundor. &c. Hug. Men. &c.*

Comemoratio Sancto. & Beat. S. Petri apud Iuvavium sive Salisburgum, olim Monasticen professorum atq; inde cum ad Salisburgensem, tum diversas Episcopatum Germaniæ cathedras, & ad diversas gentium conversionem vocatorum, quorum ingentem fuisse numerum ex diversis missionib⁹ liquet, & ex veterib. cum ejusdem Cænobij, tum diversarum, quas demerere provinciarum constat, monumentis; & ex eorum liquet numero, qui aliquot sæculis assumpti sunt ad solam S. Ruperti Ecclesiam gubernandam. *Ex Annal. nostr. & Chron. German. nec non divers. commun. & Syllabo Abb. ejusd. Monast. per R. D. Abb. S. Petri Abb. &c.*

Comemoratio plur. SS.

IX. CAL. FEBRUARII.

XXIV. Januarii.

S. Suranus Abbas.

Natalis B. Surani Abbatis, qui tempore Longobardorum sanctitate floruit. Hic nō solū nomine, sed & patria Suran⁹, Cænobij provinciæ ejusdē Abbas dignissim⁹, ea in pauperes & captivos liberalitate fuit, ut nō solum quidquid in penu & hortu, spei & rei esset, libens erogaret, sed suas sibi etiā ac Fratrib. vestes detraheret, ijsq; membra tam chara Christi operiret. Meritus eā charitate, præcipuā à Numine gratiā, pretiosissimā nimirū Martyrij laureā, à Longobardo prædone, qui spe frustratū se sua doluerat, cum vir sanctissim⁹ omnia sua præter vitam & sanguinem in egenos effudisset, crudelissimè trucidatus. Cujus sacrum corp⁹ cum humi concideret, mōs universus cum silva contremuit: *quasi, inquit M. Gregor. fateretur, pondus se tantæ sanctitatis sustinere non posse.* Claruit vir Sanctus sub A. C. 570. *Ex lib. 4. Dial. Petro Equilino Baronio, Trithem. Arn. Duac. &c.*

Fuit Martyr.

S. Marinus Abbas.

In Monasterio Lirinensi S. Marini Abbatis, aliorumq; ejusdem Sacratissimæ insula Abbatum, nec non justis Sancto- rum atq; Beator. Monachorum illic Deo olim tot sæculis servientium exercit⁹, quorum nomina licet temporum injuria, & diuturnitate atatis interciderint, indelebili tamen caractere scripta sunt in libro vitæ. Fuisse autem penè incredibilem Sancto- rum copiam ex illo Cænobio, maxime post reformationem à S. P. N. Mauro inductam ex plurimis vetustissimis juxta atque recentioribus scriptorum liquet mo-

nimentis, colligiturq; facile ex ingenti famulorum Dei illic Monasticen professorum, tanto decursu sæculorum numero numeriq; tam ingētis, perpetuato jugi accessione incremento: adeo quidem, sub sanctissimis Abbatib. fervente Monachorum studio, ut si nō omnes, pleriq; tamen, diversis temporib. & generationibus, perfectionis titulo celebres, etiā vulgo haberentur; certè solus S. Amandus Abbas sub A. C. 700. florēte tunc in primis exactiori SS. Regulæ studio, discipulos simul semelque ibidem conviventes ter mille septingentos numeraret, & tantam Sancto- rum frequentiam, loc⁹ ipse à sanctissimis & celeberrimis viris longè splendidissimis & gloriosissimis titulis celebraretur. Quales sunt è sexcentis pauci: *Instructa prelijs acies, Castra Dei; cohors Sancto- rum; Exercitus Sancto- rum; Gloriosa Civitas; altera Jerusalem; latibula Sancto- rum; illuminatum latibulum; mā- sio in Christo viventium; nutritrix Sancto- rum insula; Ovile Dominicum; Abvearium mellis; Ara Sacrificij; Benedicta terra; fons gratiarum; horreum vitæ; Paradysus terrestris; porta cæli. Religionis exemplar; sinus tranquillissimus; speculum Sanctimonialia, &c.* De quibus aliisque titulis consulendus Vincentius Salernit. in descript. Sanctæ illius Insulæ. Ut haud videas quidquam, ad loci dignissimi celebrationem, posse ampli⁹ seu magnificentius dici & prædicari, unico hoc Cænobio, siquidem comperto cujusque nomine ac natali die ritè distingui possent ac distri-

Innumeri SS. Lirinenses.

Tituli Monasterii Lirinensis.

Res mira.

bui

bui Sancti ac Beati, justissimam locupletissimi Menologij, in singulos anni universi dies, materiam suppeditante. Sed de his alibi.

S. Cadocus Abbas.

In Britannia natalis S. Cadoci five Canonici Abbatis & Confessoris. Hic utroque parente regij sanguinis splendore nobili ortus, patrem Gundlaum habuit Austrarium Britonum Principem, matrem Gladusam haud impari generis celebritate, utrumq; insuper, supra omnem nataliū magnificentiam egregia vitæ celebrem sanctitate. Hos imitatus egregio conatu filius, rerum deniq; omnium abdicatione & perfectissimæ vitæ studio superavit, & juvenili ætate Monasticen professus, proq; meritis dein Abbas effectus, mirabili sanctioris vitæ exemplo discipulos ad perfectionis culmen prævit, & concitavit. Hospitalitatis sectator eximius, cum monachi eo tempore pleriq; in sacris constituti ordinibus non essent, neque nesciret, quanti orbis & Ecclesiæ interesset studia sacra promoveri, centum quotidie clericos pavit, eosq; ad propagandum Divini Numinis cultum instituit. Dein Scholas memorabili cum fructu in Cænobio erexit, earumdemq; curam præcipuam habuit, cumque tunc celebre admodum ob insignē eruditionis famā, nomē S. Gildæ nostri haberetur, ipsū ut scholis præfesset evocavit, & de re litteraria uterq; immortaliter meruit. Ipse etiā abbas, cū doctrina nō min⁹ q̄ sanctitate excelleret, in litteras incubere non prætermisit, & p̄ eximio suo zelo, in sui tēporis exardescēs hæreticos, pro Ecclesiā Dei sacra suscipiens arma contra malè sentientes de immortalitate animæ, librum insignem scripsit, & nostri etiā temporis sectarios prævertens strenuè convicit & refutavit. Ipsum Numen magna miraculorum gloria honoravit, quæ inter, carbones succensos quondam sinu illæto portavit, & duos, de quibus certo constat, mortuos ad vitam revocavit. Claruit eo maxime tempore, cum Hibernia & Scotia nostrorum reformatæ disciplinis & multis ac gravibus liberatæ erroribus, non solum sibi deinceps sufficerent, sed totam penè Europam missis nostrorum colonijs complerent, è quibus non pauci Cadoci & Gildæ discipuli Germaniæ nostræ obtigerūt. Sub A. C. 570. & 590. Fuit idem Lancarvanensis Cænobii conditor, cui ad structionem ejusdem ipsi etiā cervi navantes operam prodigiōse patuerunt & serviverunt. *Ex div. rer. Britann. script. Nic. Harpsfeld. Joan. Colgan. &c.*

Scholas instituit.

Miracula.

Cervi cooperantur.

In Cænobio Croylandensi in Anglia, S. Bettelini Monachi Anachoretæ. Hic perfectissimus Sancti Guthlaci nostri discipulus, probatione Monasterii diuturna benè exercitus, ad singularem pugnam eremi intrepidè progressus est, & annuente Cenulpho Abbate, prope Cænobium Croylandense, cellulæ sese includens, ac soli Spiritui serviens, assiduo contemplationis rerum Divinarum studio, sublimiter evehctus, vitam in terris egit Angelicam, & Angelorum denique post longos labores & difficilia certamina choris fociatus, cum iisdem jugiter Sanctus, Sanctus, Sanctus congeminat. *Ex Ingulpho Croyland. &c.*

In Monasterio S. Iacobi apud Herbi-

polim, depositio S. Macarii Abbatis & Confessoris. Macarius natione Scorus, ab ipsa infantia DEO & S. P. N. BENEDICTO consecratus, de Abbatis sui licentia peregrinus in Germaniam & Franciam venit, conditoque recens ab Emblicone Herbipolensi Episcopo, S. Iacobi Apostoli Monasterio Abbas præfess⁹ est. Fuit in oratione assiduus, mente & corpore Virgineus, ea præditus animi tranquillitate, ut nemo tristem seu turbationi cui- cunque obnoxium deprehenderet. Otii juratus hostis; carnis item propriæ tantus fuit, ut vix quisquam sibi durior; ad mortem usq; & carnis & vini usu, sibi interdicens. Claruit eximiis in vita, ut & post mortem miraculis; ex quibus memorandum maxime illud, cum prohibitis solemnibus in convivio ministris, ne quis, pro more ipsius, aquam sitienti infunderet, ipse vinum Cruce signatum, raro- re miraculo, prodigiōse converti in aquam impetravit, & cum gratiarum actione bibit. Apud Eugenium III. summum Pontificem dum Romæ versaretur, & cum ipso ad mensam consideret, turris cænobii sui in Fræconia casum seu ruinā in spiritu mirè intuit⁹, ac ingemiscens, causā gemitus rogatus, invitus licet, Pōtifici detexit, qui missis herbipolim nunciis ea ipsa hora, id ipsum evenisse intellexit, sumoq; deinceps in pretio Sanctum Abbatem habuit. Mortuus est A. C. 1153 in cujus transitu, cælestes Angelorum concentus auditi sunt, variaq; deinceps sanitatū beneficia, interventu ipsi⁹ ægrotantib. cōcessa, hocq; inter alia præcipuum, inquit Trithemius, à Deo munus, præstandi fidelib⁹ beneficii obtinuit, ut sicut pro Christi amore incendium carnis suæ vincendo superate studuit, ita morbos febricitantium in-

Miracula.

Mortuus.

luge miraculum.

vocatus fideliter,extingueret. ExChron. Herp. & communicatione Rev. Roberti Forbesii Abbatis ibidem.

In Hibernia B. Felicis Episcopi Ossorienfis & Confessoris. Felix, cognomento Odolanus, & Monachum & Pontificē pbatissimum exhibuit. Contemplationis studio inprimis effulfit, inq; precibus suis religione, attentione & assiduitate plena plane admirabilis apparuit. Corpus suum durissimis jejunijs, vigilijs, verberib. alijsq; mortificationibus, ut sacri vocamus, sedulo edomuit, carnemq; spiritui subiecit. Ex quo autem tempore ad Pontificiā assumptus est dignitatem, & Ossorienfis Episcopus ordinatus, summa prudentia & incredibili vigilantia commissum sibi populum rexit, & vitæ inprimis integerrimæ exemplo universis facem lucidissimam pretulit. Vti autem in vita virtutum exercitijs, sic à morte illustribus miraculis, & admirationi & venerationi omnibus fuit. Sepultusq; in Monasterio B. M. V. de Geriponte varia sanitarum beneficia ægrotis diversis contulit. Obiit A. C. 1172. Ex Fascic. SS. & Menol. Henric. &c.

In Monasterio Eberbacensi in Germania depositio B. Theobaldi Abbatis. Fuit hic admiranda pietate & exactiore inprimis SS. Regulæ observantia præcellentissimus, & præditus incredibili penè abstinentiæ studio, ita quidem ut quinquaginta sex annis, quibus in Ordine fuit, carnem non gustaret, nisi semel à Beatæ me-

moriæ Ernfrido Decano S. Andreae conceptus, cum pro rhombo illè Monachis carnes apposuisset. Tandem cum magna opinione sanctitatis, mortalibus valedicens, plenus dierum, & bonorum dives operum ad felicissimam immortalitatem emigravit. Ex Casar. Heisterbac. lib. 5. & 6. & Menol. Henric. &c.

Eodem die Festum sive Comemoratio Feslum Patrocinii Admirabilis Matris, Virginis Benedictine, quo colitur à nonnullis eadē Magna M. V. Ordinis Mater & Tutelaris, simulq; recolitur eiusdem Potentissimum totius Benedictinæ familiæ susceptum Patrocinium, & comprobata innumeris exemplis atque argumentis erga ipsumet Admirabile Patrem omnesque ejusdem filios & posteros affectio atq; inclinatio. Sed & memoria celebratur S. P. N. BENEDICTI eidem tantæ Matri & se & ordinem primùm commendantis atq; offerentis, eo quod minimè ignoraret, in gratiam tantæ suæ Tutelaris, pro suo eximio erga ipsam affectu atq; obsequio, tam Divina Monachica Institutionis, (ut loquitur B. Alanus de Rupe) Autorem se fieri meruisse. Vide Gerard. Belg. p. 1. Opusc. Sac. &c. & Cal. nost. Bened. excusum, &c.

In Hispania Festum Descensionis B. M. V. Toletanæ Ecclesiæ olim solemnissimum, in memoriam S. Hildephonsi, ab ipsa cælorum Augusta cælo descendente tantopere honorati, & veste cælesti ac nivea donati. Ex diversis rer. Hispan. script. Idem alias Festum de Pace appellatur.

Miraculis claret.

B. Theobaldus Abbas.

SS. Projectus & A. Marinus.

Miracula.

VIII. CAL. FEBRUARII.

XXV. Ianuarii.

D.

Ruernis Sanctorum Præjecti Episcopi, & Marini viri Dei, qui à proceribus ejusdem Urbis passi sunt. Præjectus sive Projectus ex Abbate Candidinensi Claromontensium apud Arvernos Episcopus, nobiles parentes Gondolenum seu Gundelinum, & Elidiam habuit, cujus futura sanctitas, etiam antequam nasceretur, prænunciata est, simulq; Martyrium ejusdem præsignatum. Claruit insigni miraculorum gloria, quæ inter celebrius illud cum hominem operarium altissimi muri ruina penitus oppressum, precibus suis prodigiosissime servavit. Sed & illud cum duo nummi, ipso in præces effuso, mire aucti in loculo, in magnam pauperem multitudinem sufficerent. Sancto Marino Abbate jam Episcopus ipse, familiariter admodum usus est, eundem denique focium Martyrij meritum, cum non singulari Numinis dispositi-

one, Episcopo Abbas adesset, cum parricidiali ille scelere ab impijs appeteretur. Sicarios necem Præjecto machinantes, emollire verbis paraverat Amerinus seu Marinus, quem ad ipsos egressum sic retinere Episcopus conatus est: Noli o Pater oblatam Martyrij differre coronam, quasi modo non poteris, nunquam fortasse postea consequeris. Occubuit prior Marinus, Sicarijs Projectum mactare se opinantibus, cum hic occasione Martyrij lætus, abeuntes revocans. Ecce quæ querebatis hic est, à Rodeberto Saxone gladio in pectus adacto confossus, sublatis in cælum oculis, inter Divi Stephani Protomartyris supræma verba: Ignosce illis Domine &c. altero in caput inflicto vulnere, victor gloriose occubuit, sicario ultione numinis, paulo post miseradum in modum à vermibus consumpto. Sacra a Martyrum corpora dignis honoribus à numine illustrata sunt.

Vnde S. P. N. tantum evaserit.

Feslum Descensionis.

Item Projectus.

ta sunt, cū nimirum supra domum in qua cædes patrata erat, prodigiosus stellarum splendor appareret, & insignibus deinceps uterq; miraculis coruscaret. Ex vita apud Sur. Baro. Thuā. Sigeb. Herm. Cont. Arn. Duat.

S. Poppo Abb.

Atrebatu in Galliis S. Poppo equestri natu genere, Tizekino patre militari laude celebratissimo infantulus orbatus est. Ejus postea sequitur studia, juvenili ætate, magnanimitatis fama haud inferior patre futurus videbatur. Dignas genere nuptias dū pararet, prodigiosè à numine illustratus, miranda in itinere, cū equo cui intederat, luce circumfulsus, cum tremefactus circumspiceret, lanceam quæ gerebat, facis in more rutilare intuitus: sistite gradum comilitones mei, inquit, aliam via insistentium est, reversusq; domum, inde è vestigio ad Stabulense Cænobium concessit, & Monachū sub Theodorico patre & Abbate loci sanctissimo profectus, demanda pauperum suscipiendorum cura, obedientia, charitate, & eximia vitæ sanctitate plurimum profecit. Leprosum lectuli sui operimento contegens, fovit non solum, sed illico sanū restituit. Stabulensis postea creatus Abbas, inde Treverim vocatus S. Maximini celeberrimi Asceterii Antistes electus, plurima patienter pertulit, veneno à Monachis propinato nihil læsus, cū diffluentes luxu mores eorumdem, revocare ad officium & Regulam satageret. De Imp. Henrico meritissimus, ab eo maxime factus, Histronicam, qua delectabatur indignè Princeps, ex aula ejus profligavit, & multum Cæsaris minimè reveritus, peccantem constantissimè redarguit, atq; ad poenitentiam provocavit. Nec min⁹ de Conrado Henrici successore meritis, Imp. universum cum amplissimo Galliarum Regno, æternum sibi obstrinxit, cū ambitione Imperii hostes factos Principes, ad sanctissimæ fœdera, summa cū tot gentium subditarum extremè periclitantium gratulatione, felicissimè persuasit & traduxit, Henrico Galliar. Regi ita deinceps charus fuit, ut quidquid vellet solo quasi ab eodem nutu impetraret. A Conrado autem Imp. Argentoratensi Pontificia sublimatus cathedra, cū excusando & deprecando nihil proficeret, Clerici se filium (Abbatis scilicet cujus pridem in spiritu filius & sacra adoptione fuerat) simulavit, adeoque eo gradu arceri cōtendit, à Cæsare postea, re comperta graviter reprehensus, cū tanto genere tantæq; virtutis heroe natum comperisset. Curare dein plurima Cænobia jussu Restitutor disciplina Monachica audivit. Magnis alijs & eximijs meritis celeberrimus. Mortuus deniq; post multos la-

Mira vocatio.

Imperatoris demeretur.

Item Gallie Regem.

Episcopatum reijcit.

bores & ad coronam beatitudinis æternæ assumptus, corpore ad suum Stabulense Cænobium translato, insignibus deinceps prodigijs à Deo honoratus est; mira inprimis odoris cælestis fragrantia totos sex dies, quibus insepultus devotioni fidelium expositus jacuerat, è sacro ejus corpore erumpente, luminaribus præterea, inter ventorum brumali tempore turbines, in ejus translatione inextinctis, Angelis ipsis ad funebres ejus exequias sese ingerentibus. Sed & illud alia inter, dum superstes etiamnum in vivis ageret, rarius prodigium fuit, cum ex itinere videns pastorem è lupo rapi, celeri cursu insequutus, ut vivum eriperet, cum jam suffocatum reperisset, ipse grandi miraculo eundem vitæ restituit, & ad greges remittit. Ex Everhelmo Abb. Altimont. Iapesio, Baron. Molano, Cratopolio, diu. rer. Belg. script. Annal. nost. & Aquila Bened. &c.

Miracula.

Augustoduni S. Rachanacarii Episc. & Confess. Rachanacarius, Rachanari⁹ sive Ranco Luxoviensis primus Monachus S. Eustasii discipulus, ea sanctitatis opinione in monasterio celebratus est, ut dignissimum haberetur, qui in illustrissima Augustodunensi cathedra, viro sanctiss. Siagrius succederet; à qua ad Basileensium postea translatus, vitæ sanctissimæ exemplo utramq; beavit & exornavit, cujus dolendum est acta intercidisse, viri ceteroquin tanti, cujus ob sanctitatem celebre semper nomen fuit, ex qua ipsa facile sit merita æstimare. Claruit sub finem Regni Clotharii & sub initia Dagoberti. Ionas in vita S. Eustasii, Vrftisius, Stumpf. Chron. Basil. &c.

S. Rachanarius Episc.

In Britannis natalis S. Euchadii viri excellentiss. Monachi Hienfis, discipuli S. Colubani, qui zelo succensus Apostolico, post altissimæ contemplationis studia, & fœdum dilectorum in sinu Domini quiescentium evigilans, magnis laboribus, utilem operam Ecclesiæ probavit, & apud Pictorum gentem Evangelium prædicans, gloriosum Apostoli nomen meruit, decessitq; A. C. 587. Ex Brit. rer. script.

S. Euchadius.

Apostolus.

In Brabantia B. Ioan. de Iardin Cöverfi. Hic in prima statim conversione Deiparam præcipuo studio religiosissime coluit, & ab eadem vicissim singulares favores meruit. Fuit rigidus admodum sui corporis castigato, orationi & contemplationi assidue deditus, cujus animi virtutem variis infirmitatibus Deus exercuit, qui tandem podagra oppressus virtutibus & revelationibus insignis in pace quievit. Rarius omnino, imo insolentissimum illud, quod eidem dum in vivis etiamnum ageret obigit: Vt cum Cöverforum

B. Ioannes de Iardin.

rum Villariensium quidam lepra tactus & separatus à Fratrib. necem sibi machinaretur, sive edoctus mirabiliter Ioannes, sive à DEIPARA ad lucrandum desperati animi modo adhibitus, eidem mirabili quodam modo adefset, vi^o eidem una cum cælorū Augusta, sanctisq; Catharina atq; Agnete, ad se solandum invifere, cū obstupefactus tanta visione & gratia, duplici jam liberat^o mortis malo, & jam pœnitens, evocato Ioanni rem ex ordine narraret. Scilicet postea Ioannē: quorsum post illam visionem DEIPARA abiisset, hoc responsi ab ipso met Ioanē extorsit: Ego absens, inquebat corpore, sed præsentī spiritu, omnib^o interfui quæ narraſti. Cum n. B. Virgo à te abiisset, nobis tribus (Ioan. nimirum, cum BB. Catharina atq; Agnete) comitata, statim intravit Chorum Monachor. vigilantibus & cantantibus cōgaudens; dehinc Chorum Converforum, orantibus applaudens, & posthæc Virgo disparuit. Ita Ioannes noster. Ex quo appareat familiaris DEIPARÆ erga ipsum propēſio, & quæ amorē ej^o modi necessario consequitur, gratiæ plenitudo, & singularis prærogativa innocentia & perfectionis. *Chrō. Villar. Chryſ. Henriq. &c.*

De para familiaris.

B. Catharina mon.

Eodem die depositio B. Catharinæ instituti Cisterciens. nostrorum absolutissime sanctimonialis; quæ miraculorum gratia illustris & crebris revelationibus asluefacta, septies aliquando in die extra se raptā, & non semel per viginti integros dies in extasi posita, cœlestia Myſteria contemplari, & inexplicabili, mortali etiamnum agens in corpore exultatione repleti meruit. *Barn. de Montalbo, Chryſoſt. Henriq. &c. Men. Cist.*

B. Adunativa.

Viriduni B. Adunativa Viduæ reclusæ. Hæc nobili orta genere Tezerinum maritum habuit, & familiæ splendore & militari gloria inclutum, cui magnum, de quo hæc ipsa die Popponē genuit Stabulensem postea Abbat. Ordinis Monachici magnum ppagatorem. Huj^o, marito mortuo æmu-

lata propositum & Monachicum complexa institutum, insigni & ipsa postea retulſit sanctitate, cū jam ante conversionē splendoribus illustrata Sanctorum, tanta apud numen gratia eſſet, ut extinctam lucernā, precibus suis prodigiosè reaccendi impetraret. Proin in Religione in virtutibus altius progressa, Sanctorum dein cœlitum confortio etiam in terris frui meruit, & eorundem plenissima solatii apparitione recreari. Deniq; ppe S. Vitoni Cœnobium, rigidissimo Inclusorum nostrorum instituto se devovens, vitæ reliquum orationis & contemplationis Divinæ studio totum exigens, ad amplitudinem Palatiorū æternorum evocata concessit. Claruit sub A. C. 1020. *Ex Vita S. Popponis & Annal. noſt.*

Fit inclusa.

In Monasterio Cluniacensi B. Benedicti Monachi, qui teste S. Petro cognomento venerabili S. P. N. strenuè imitatus, & ut ipse ait, gratia Benedictus & nomine, adeo sacris studiis totum se dedit, ut idem S. Abbas fateatur, in tanto Sactorum collegio, similem non reperisse, sed & tantum ad perfectionis apicem progressus est, ut satis describi ejus præconia nullatenus valeant, humilitate, charitate, patientia, justitiæ zelo, silentii studio, lachrymarū dono incomparabilis. Innumeris confectum supplicii corpus perpetuo cruciabat, adeo orationi & Vigiliis addictus, ut totam fere noctem precando transigeret, brevissimo spatio, nec tam decumberet in lectulo, quam sedendo somnum caperet. Qui cum deniq; pro laboribus ad requiem vocaretur æternam, à cœli civibus ad confortium beatitatis vocatus, infinitam multitudinem ablatorum sibi occurrere & ad se invifere vidit, & paulo post, in comitatu eorumdem ad Creatorem suum è carcere corporis hujus emigravit. Cujus insigne omnino elogium, magno animi sensu S. Petrus ejus Abbas contexit, & recta ad cœlos evolasse contendit. *Ex Bibl. Cluniac. & lib. 1. Petri Abb. Ven. de Mirac.*

B. Benedictus mon.

A calitibus vocatur.

VII. CAL. FEBRUARII.

XXVI. Januarii,

S. Bathildis Regina.

In territorio Parisiensi S. Bathildis Regina, sanctitate & miraculorum gloria illustris. Hæc Beringeri primi Herciniæ, Aſcaniæ & Balenſtedii Principis filia, Virgo forma regia, à Clodoveo II. Galliarū Rege capta, & in Franciam abducta, Fidei Christianæ dogmatibus imbuta, postquam adoleverat, thoro eidem juncta legitimo, æternum Regno amplissimo & regio nominis decus, augustissima vitæ sanctitate

addidit. Eam pro excellentia virtutum, maximi magnus ille Eligius noster fecit, & jam corpore exutus, cœloque receptus, inde sæpe descendens, eidem in terris visus est, ipsamque ad altiora perfectionis studia exhortari non desit, & ab ipsa jam vidua, gemmas & vestem luxumque regium avertit.

Renunciavit paulo post Regno ipsi illecebrisq; ac pompis universis felicissima Regi-

E.

Magni fit à S. Eligia.

Regina, & stupente universo ad tantæ insolentiæ rei, filiis & Regni Principibus suis longè amantissimus valedicens, in Monasterio Calensi à se condito, monasticen professā, S. S. Regulæ nostræ adeo observans fuit, ut ea tanquam lima expolita, ad Angelicam vitæ puritatem mortali etiamnum in corpore pertingeret. Illud egregiè factis consequuta, ut paulo post obitū inter Divos solemniter adscripta, toto in hæc usq; diē orbe celeberrima habeatur, gravissimis à Deo miraculis illustrata, & merito inter præcipuos Regum & Regnicolici Tutelares cooptata. De ea sic Author vitæ æqualis: *Abbatissa obediebat ut matri, omnibusq; sicut sagax ancillula, sancta devotione ministeriū obsequii exhibuit. Ita autem humilitatis magnæ forti animo omnib^o ministrabat exemplar, ut ipsa quoq; in officio coquina ministraret sororibus, ipsa munditias omnes faceret, & quod majus dicam, ipsa purissima margarita, inquinamenta stercoreum propriis manibus mundaret. &c.* Fuit maxumæ illius Cælitum Imperatricis obsequio addictissima, cujus honori ipsum de quo supra illustrissimum Calense monasterium (tot postea Reginarum & Principum Divinæ matri sese emancupantium Gynecæum) de novo construxit atq; dotavit, ad cujus unicissimæ Tutelaris suæ aram, cum paulo ante suprema vitæ in ferventissimas de more preces diligentius incumberet, visa ipsi, ex eodemmet loco sublimi vertice, in cælum usq; scala sese quædam exportigere, ex eoq; Sanctos Angelos sibi occurrere, qui se sumo plausu ad sublimia illa felicissimæ æternitatis præmia deducerent. Occurrit morituræ S. Genesius Lugdunensium quondam Archiepiscopus, Angelorum agminibus stipatus, cubiculo admirandæ lucis radiis prodigiosè illustrato. Præter Calense autem, construxit sanctissima Regina nostra fertilissimum Pontificum sanctissimorum, & virorum Apostolicorum promptuarium, monasterium Corbeienſe in Galliis, nec non celeberrima alia Logiensē, Fontanelensē, Iotrensē & Farenſe &c. Luxoniente autem & longe plura per Regnum universum plus quam regia munificentia dotavit, ditavit atque exornavit, ut inter præcipuos ordinis promotores merito æternum celebretur & dignè à gratis posteris recolatur. Fuit eadem felicissima in pace populis concilandā, & tria Francorum Regna diuturnis atq; gravissimis odiis inter se dissidētia & periculosisimè collissa, solertissime concilians æternū de tot Regnis & gentibus una atqui sanctissima mu-

Tutelaris Gallie.

Mors felix.

Conciliatrix pacis.

lier meruit, imortalisq; merito innumera simul mala à tot mortalium capitibus avertit. Obiit sub A. C. 670. *Ex æquali vitæ script. Aimino, Belforest. Baron. Iepes Trit. div. Gall. script.*

Romæ depositio S. Gregorii IV. Pont. max. qui cum ex monacho Fossæ Novæ ad summum orbis Pontificatum evectus eſſet, post multam super gregem sibi creditum vigilantiam, sanctitate miraculis clar^o migravit ad cælum. Is plurimum eo nomine Gregorium, magnum Ecclesiæ Doctorē, per omnia sibi imitandum proponēs, prima statim electionis die assequi visus est, dum pari submissione summum orbis magistratum pro virili detrectans, non minus quam illa latebras quæreret, vixque ac ne vix quidem retractus à fuga, & coactus tantum honorem admitteret. Cæterum turbata vel maximè tunc Italia. Saracenis eā populantib^o ut occurreret, Ostia tiberina saluberrimo rei Christianæ consilio communiit, & novæ jam urbis conditor Gregoriopolim appellavit. Perniciosissimam Ludovicum inter Imperatorem Regesq; filios ut sopiret dissensionem, difficillimo suscepto itinere, ipse in Gallias contendit. Festum omnium Sanctorum solemne per Ecclesiam universam celebrari præcepit, officioq; ut vocant proprio, quod ipse cōposuit exornavit. Corsicam insulam, ne Saracenis exposita pessum iret, diligentissimè cōmunitam ac custoditam servavit, eoq; nomine Corsos æternū demeruit. Inestimabili de Ecclesia Christi universo merito, Concilia plurima indicens & congregans Pariensē, Compendianum, Metensē, Theodori-villanum, Aquigranense, Lugdunense, Cabilonense, Aquisgranense alterum, Constantinopolitanū, præter conventus solemnes alios quam plures, Reipubl. Christianæ præclare consuluit, Hæreses avertit, vitia excidit, disciplinam Ecclesiasticam mirè promovit & restituit, sanctitate deniq; pulcherrimo nomine & miraculorum in super gloria, summum in terris honorem mirificè exornavit, tantisq; titulis gloriosissimus A. C. 844. ad supera regna emigravit, cum annis 16. sanctissimi atq; utilissimi Pontificis partes strenue explevisset, & urbis Ecclesias variis donariis splendide excoluisset. *Baron. Panvin. Platina. Ciaccon. Bugian. Bunius Vghellus, Iepes Trit hem. Arn. Duac. Annal. noſt.*

S. Gregorius IV.

Instituta.

Concilia.

Obiit 844.

S. Isaurus.

In Hispania S. Isauri Episcopi & Confessoris. Isaurus sive ut alii vocant, Ansurus, ex monacho Auciensis Episcopus, vir, teste Epitaphii ipsius scriptor antiquissimo, per omnia illustrissimus, insigni

in signi cum suo ac subditorum fructu, vitam Monachicam ita Pontificæ majestati junxit, ut simul sese ad minimos quoque demulcendos & fovendos demitteret, & ab eminentia Contemplationis totæ Ecclesiæ communicaret, quæ ipse beneficio Numinis dictata accepisset, omnibus omnia factus, ut omnes Christo lucrifaceret, qui cum sedis suæ utilissimè præstitisset, & multas animas Regum Regi lucratus esset, plenus meritorum ex hac vita migravit, ætate 966. *Ambr. Morales, & Mart. Hisp. script. Arn. Duac. & nos in Annal. nostr. Benedict.*

Moritur.

S. Albericus Abbas.

In Gallia natalis B. Alberici secundi Abbatis Cisterciensis, qui cum B. B. Roberto & Stephano, sanctissimam illam & longe utilissimam ordini atque orbi reformationem inchoavit, quam ipse DEI parentis unicæ Tutelaris nostræ singulari titulo & Patrocinio instituit, à qua vicissim ipse maximas gratias, & magno favore candidam cucullam, tantæ virginis & amoris Mariani candidatus accepit, cuius ejusdem beneficio ipsas etiam Reformationis Constitutiones accepisse memoratur. Eidem aliquando pia suorum protectrix apparens dixit: Ego ordinem istum usque in finem seculi protegam & defendam. Cumque sæpius ab ipsa, & aliis cæli civibus visitaretur, & variis miraculis clarus effulgeret, in morbum incidit, & monachis suis felicissimum Reformationis successum prædicens, symbolum Apostolicum clara voce recitavit, ac cum Litanias inchoans, cum ad illa verba pervenisset *Sancta MARIA ora pro nobis*, facies ejus cœpit quasi divina, solari splendore intermicantes effundere radios, &

DEI pare gratissimus.

Moritur.

S. Theodoricus Episc.

Avrelanis S. Theodoricus Episcopi & Confessoris. Theodoricus Equestris natus familia, in castro Theodoricæ parentis & opibus & potentia præstantes habuit. Litterarum adhibitis studiis, puer etiamnum fastum sæculi, pretiosarum vestium usum, sermonis vanitatem, & quæ Avulici multum curant atque adamant, in vilissimis & se indignissimis habuit, ea in pauperes charitate, & quicquid in manibus esset & potestate, protinus elargitur. Solitudinis postea & quietis Monachicæ appetens, impetrata à parentibus venia, ad Sancti Petri Vivi Senonensis

mox velut in dulcem resolutus somnum, animam efflavit beatissimam, anno partus virginis 1107. cum in decimum usque annum Cisterciensi novello Dominæ gregi, sanctissimè præfuisset. *Ex vita, & monim. Cisterc. S. Anton. Vincent. Ioanne Abb. Casar. Heisterbac. Renato Chopino, Sigeberto, Ang. Manriq. Chrysof. Henr. Barn. Montalbo. &c.*

In Belgio, Monasterio Fossis, S. Goberti monachi & Confessoris, qui provinciam illam insigni vitæ sanctitate multum illustravit, & deprecator assiduus ad Creatorem migrans, inde popularibus suis adesse & potenter suffragari nunquam prætermittit. *Ex diu. rer. Belg. script. Molano.*

S. Gobertus.

In Germania B. Viboldi Converteri veteris Monasterii, qui cum dives & spectatus esset in sæculo, divitiis benè usus, eas Christi pauperibus largè distribuit, & Christi anno. 1233. Aulam DEI, vulgo Novum Monasterium apud Snecam Frisiæ oppidum Cisterciensibus nostris condidit, ipse autem nequid reservasse videtur, seipsum etiam expendit & Numini emancipavit, neque suo & à se condito (ubi Fundator audiret & coleretur) sed in veteri Monasterio cucullum amplexus, humillimè deinceps inter conversos vixit, & pietate ac morum gravitate venerandus ibidem beato fine quievit. *Andr. Cornelius in Annal. Fris. Aub. Miræus. Henriq.*

B. Viboldus.

Fit Converter.

S. S. Mari.

In Polonia passio S. S. Virginum Vitiavensis Monasterii Monialium, quæ pro fide Christi occisæ à barbaris, duplicatam Virginitatis & Martyrii laureolam meruerant. *Etabula quadam Patronorum Polonie, Marebesio, Cajet. Henriq.*

VI. CAL. FEBRUARII.

27. Ianuarii.

F.

Cænobium, cui avunculus ejus Rainaldus præerat, se contulit, ubi insigni paulo post vitæ perfectione inter Ascetas confodales eluxit. Prodit autè celebri ob virtutes fama, è Cænobio ad amplissimam Aurelianensis Pontificatus evedtus cathedrâ, ab Odalrico quodam cum honorem ambiente, armata manu dum consecraretur appetitus est. Sed neque ipso, neque qui ipsum consecrabant eo terrore motis, hostium quoque furor, mirè elanguit. In itinere postea interceptus, lanceis & gladiis eorundem frustra ad mortem qualitus & cæsus, cum humi jacens ac pro mortuo derelictus es-

Fit Episcopus.

ctus es-

ctus esset, paulo post illæsus omnino atque incolumis confurrexit, à quo facti jam pœnitens Odalricus, & veniâ rogans, hæc facile impetravit; ea Theodoricæ in juratissimū & capitalē hostē benevolentia, ut primo post se loco ipsū honorari vellet, sibiq; insuper successorē designaret. Porro Theod. tāto honore sublimis, dignissimū eo se esse præclare gestis, ut egregio sanctissimæ vitæ exemplo demonstravit, & gravissima alia inter merita infandæ Heriberti & Lifoi hæresim felicissimè oppressit, eoq; nomine de Ecclesia universa præcipuè meruit. Infirmos Episcop. ipse adiit, omnesq; tanq̄ verus pater omniū oris sui dignatus osculo, sacra benedictione munivit. Compassione a. vere insuperabilis, pœnitentes omnēs viscerib. complexus suis, sollicitè atq; amantissimè fovit & solatus est. Ab oratione, lectione, sive pio aliquo opere nunquā vacavit. Sibi rigidus, ut facilis aliis, jejuniis semper & cilicio corpus attrivit & afflixit. Deniq; relicto amplissimo Episcopatu, ad suū revertens cænobiū, inter Fratres collegas factus omnium suomet sensu ultim⁹ & minim⁹, vitam reliquā religiosissimè exegit. Mortuus est Tornodori, cū petita licetia, Apostolorum limina veneratus Romam pergeret. Paulo antequam pfectionē institueret, pernoctans in Ecclesia hæc è cœlo voce invitatus est. *Ne timeas Theodore, quia superna mansio te expectat, ubi Martyr S. Sebastian. gloriose triumphet.* Supremū decubēs & morti p̄ximus, cum sollicitè petisset ad suum cænobium post mortem deportari, obfistente Tornodorense Comite Milone cognato suo, Tornodori in Monasterio S. Michaëlis Archangeli, quod Milo extruxerat, sepultus est, quem magna deinceps miraculorum gloria DEUS honorabilem reddidit. Extat ad eum Epistola 62. Fulberti. Claruit autem tempore Benedicti VIII. Pont. Max. & Roberti Pii Francorum Regis sub An. C. 1021. *Ex Vita, & Chron. Senon. Actis S. Petri Vivi, Helgardo, Carolo Saussio, Claud. Robert. Ioan. Chenu. Hug. Menard. Arnol. Duacen. Annal. nostr. &c.*

Hæreses opprimit.

Vox celestis.

Miracula.

S. Maurus.

S. Emerius

rii, Abbatis & Candidæ ejus matris, magna vitæ sanctitate celeberrim.

Abbas.

Emerius Baldi no patre, matre Cādida Nobilitate Generis clari natus est, quem Angelus spectabili forma apparens matri sterili filium p̄misit. Sed & prægnanti prolis electio mirè innotuit, visaque exiens vitis virgula in immensum crescere totamq; terram inumbrare, sub qua columba cælo descendens quiesceret. Vifa etiā Cādide cælorum Augusta ceu gratulabūda occurrere, hisq; paventem verbis affari: *Ne timeas, quia ego rogavi filium meū, ut gigneret prolem.* Nec prælagia adeo magnifica fefellere, cum puer deinceps, nil puerile præferret sæculique illecebras, tanquam toxicū aspernaretur. Ab his sese abrepturus, cum valedicturus patri, graviter offenderet, nō ausus denuo missionem petere, clam profugit, iisque mox sanctitatis radiis late effulsit, ut Regi non solum innotesceret, sed quod hic precibus ejus plurimum nitetur, absque illo ad bella procedere nollet, quæ cum adversum Christianæ fidei hostes suscepta essent, Emerius aliquandiu interesse non dubitavit. Illic magnis prodigiis exsplenduit, aliaque inter, plurimos fame extinctos ad vitā revocavit, aliis pœnes seu comneatum precibus à Numine impetravit, victorias insignes promeruit, suaque erga Deum confidentia, multa potuit, mira effecit, & Christiana arma adversus fidei hostes felicissimè promovit, in Catalonia denique quietis locum deligens, & à Rege amantissimo agrè impetrans, quod ipsum à se abesse ferre nō posset. Annuit tamen Rex, & haud procul à loco, ubi leonem efferatissimum, tanquam agnum cepit, quodq; magnā stragem vicinis intulisset, occidi imperavit, regis sumptibus cænobium condidit, in quo sub Regula S. P. Benedicti vitam sanctissimā instituit, multosq; alumnos attonitos tantis vitæ exemplis aggregavit. Vixit vitam rigidā admodum, nullum alium cibū præter panem, cui aquæ adjunxit poculū, admittens, confluebant ad ipsum languidi, claudi, cæci, surdi, muti, qui ab ipso prodigiosè curabantur, donec nimio sexus utriusque occurfu offensus, ad decem circiter stadia, inde in nemus quoddā, & verticem mōtis cujusdā sese reciperet, illic à dæmone variè tentatus, de quo tamen gloriosissimè triumphavit. Cognitio demū ubi moraretur filius mater vidua, Candida lectissima eodem se contulit, cui ille virga projecta (quam longissimè & prodigiosè proiecerat) locum in quo DEO serviret designavit.

Deipara dono natum.

Mira prodigia.

Victoriosus

Fuga gloria

S. Candida mater.

VII, ubi ipsa vitam sanctissimè exegit. E-
merius autem post multa gloriosè gesta,
vitam felicissimè conclusit, à Numine pro-
tantis meritis æternum coronatus, claruit
sub A. C. 800. *Ioan. Tamay. Ant. Vinc. Dome-
nec. &c.*

S. Sulpitius
Episcop.

In Monasterio Cellensi depositio S. Sul-
pitii Bajonensis Episcopi. Hujus sacrū cor-
pus asservatur in eodem Cellensi Cœno-
bio, quod aliàs S. Gilleni appellatur, & est
antiquissimum in Hannonia. Acta tamen
intercidisse maximè dolendum est, cujus
solū festiva memoria hac die recolitur in
Martyrologio ibidem, his verbis: *Depositio*
S. P. N. Sulpitij Episcopi & Confessoris, cujus
etiam translatio illic celebratur die 27. Ju-
nij. *Agunt de eodem Ioan. Molanus, Petrus Ga-
lesin. Aub. Miræus &c.*

S. Adjutus
Abb.

Aurelianus S. Adjuti Abbatis. Hic Mo-
nachū primò in Mimateni Cœnobio, p-
fessus, Abbas postea Carnotēsis Monaste-
rij, pro eximijs vitæ meritis eligi meruit, &
vitæ sanctioris exemplo discipulis suis uti-
lissime præluxit, ad quē honorē singulari
Dei providentia evocat⁹ est. Ejus tanta san-
ctitas fuit ut, & in ortu & obitu præclaris
Divinæ gratiæ significationibus honorari
mereretur: nam dum mater eum pareret,
cœlestis splendor refulsit in cubiculo, dū
a. suprema vitæ imminerent, de obitu suo
divinitus edoctus est, & decedens Aurelia-
ni sepult⁹. *Supra cuj⁹ corpus fideles postea*
*Ecclesiā extruxere, quā Anniversarij po-
stea Festi ejusdē die populus frequentissi-
mus visitasset, quidam accepto rastro cum*
*in vinea laboraret, correptusq; è prætereū-
tibus, quod nō parī cæteris religione Divū*
coleret, contemptim Adjutum etiā ipsum
*cultorem vineæ fuisse respondisset, teme-
ritatem illico pro meritis luit, retortaq; ad*
tergum facie, spectaculum miserandum
aliquot dies universis de seipso exhibuit,
donec serio pœnitens, confessusq; crimen
*ac detestatus ad tumulum Adjuti hospita-
tem impetraret. Ipsum eundem cum*
*S. Avito Miciacensi Abbate Carolus Sauf-
sejus opinatur, cujus tamen acta, cum illius*
*concordare per omnia, nos minimè vide-
mus. Petrus Equil. Car. Sauss. Maurolycus, Ie-
pes. Arn. Duac. &c.*

Ortus & o-
bitus mirus

S. Lupus

Cabilone in Ædvis depositio S. Lupi
Episcopi, qui primum Monach⁹ & Abbas
S. Petri religiosissimus, S. Grato gratiæ do-
nis & in cathedra succedens, mirificos vir-
tutum omnium splendores, doctrinæque
salutares imbres effudit, & demum multis
meritis cumulat⁹ obdormiivit in Domi-
no. Ejus Festum duplici officii celebratur

in Ecclesia Cabilonensi, effeceruntque ad
corpus venerabile emicantia signa, ut se-
mel ac iterum illud solemniter elevaretur,
condignaq; coleretur à suis oppidanis, qua
etiamnum fruitur reverentia ac venerati-
one. Claruit sub A. C. 660. *Car. Saussetus, Io-
an. Molan. Cluad. Robert. Ioan. Chenn. An-
gna. Illustria fi-
nal. nost. Bened. &c.*

Parisiis depositio B. Brunonis Monachi. B. Bruno
Is Sanctimonialium S. Antonij de Cāpio, *mon.*

patrē & conscientiæ arbitrum, cum aliquā-
diu strenuè egisset, eadē exemplo suo mi-
rificè accendit, & lacra illarum studia insi-
gniter promovit. Pietatis exercitiis sedulo
fuit addictus, noctes frequenter insomnes
duxit, orationibusq; ac gemitibus cor suū
sicut aquam in conspectu Domini effudit.
Mira insuper abstinencia corpus suum spi-
ritui subdidit, otium autem tanquam pul-
vinar diaboli serio detestat⁹, sollicitè fugit,
inq; conquirendo virtutum omniū orna-
tu, eodemq; comparando dies noctelq; la-
boravit. Tandē missus in Græciam, ut ibi
dē Religionem Catholicam ppararet cū *In Græcia*
laborat.

SS. Christi Domini sepulchrum visitasset,
gravi morbo correptus, miro fervore spi-
ritus supremā ingressus luctā, sanctissimè
vitam hanc exiit & terminavit, cujus exi-
miam Sanctimonialiam multis à morte mi-
raculis Deus reverentiæ mortalium com-
mendavit. *Thom. Cantiprat. Phil. Seguinus,
Chrysof. Henriq. &c.*

Villarij depositio B. Remberti Cōversi. B. Rember-
tus.

Hic nobili admodū genere, familia eque-
stri de Reve ortus, contempta sæculi nobi-
litate, servitum Christi prætulit, & inter
conversos Villarienses adscript⁹, vilibusq;
servitijs deputatus, opinione sanctitatis il-
lustrissimus evasit. Moriturum Christus i-
pse, & Dei para Sanctissima deliciosissimo
conspectu suo cum dignati essent, nō mul-
to post, de æterna præparata sibi beatitate
factus certior, hilaris ad præmia Sanctorū
evolavit. *Phil. Seguinus, Chryf. Henriq.*

In Italia, Monasterio S. Iustinæ de Pa-
dua B. Martini cognomento Albini, ejus-
dem Cœnobij Fratris Conversi, magnæ *B. Marti-
nus Cōver-
sus.*

sanctitatis & abstinentiæ viri. Hic multo
tempore, pane fursuraceo, quo canes ve-
scuntur, esuriem pascens, & vitam tolerās,
oratione à Domino impetravit, ut sibi vi-
num amare sceret, sicq; ad mortem usque
vinum semper amarum ipsi sapiebat. Cla-
ruit spiritu prophætico, obiitq; quarto suæ
infirmiatis die, uti Dominum oraverat,
ne ultra quatuor dies infirmaretur. *Ex mo-
nim. ejusd. Cœnobij, Arnoldo VVion &c.*

Ipsa die Commemoratio insignis SS. *ss. Marti-
Attrabentani, Euningi, Grifoldi & Ben-
jamin discipulorum S. VVilibaldi nostri,*

SS. Marti.

Attrabentani, Euningi, Grifoldi & Ben-
jamin discipulorum S. VVilibaldi nostri,
& laboris Apostolici sociorum, qui cum
in conversione Germaniæ immortaliter
cum merito, sudores suos Numini conse-

crassent, sanguinem denique & vitā quo-
que ipsam expenderunt, gratissimæ cœlis
facti hostiæ, gloriosissimo Martyrio con-
summati. *Ex actis S. VVilibaldi & Annal. nost.
German. & Bened.*

V. CAL. FEBRVARI.

XXVIII. Ianuarii,

G.

S. Ioannes
Abb.

IN Monasterio Remensi depositio San-
Ioannis Presbyteri, viri DE I. Ioannes
Rhemensis, ut videtur, patria, nobilis ge-
nere, cucullum, cū maximè floreret resti-
tuta per Gallias Institutore B. Mauro no-
stro disciplina monastica, in Sanctissimo
Lirineni Cœnobio complexus est. Re-
omagense sive Reomense celebre Cœno-
bium ipse condidit, ejusque initia insigni
miraculo nobilitavit & quasi consecravit,
cum puteum eo loci vetustissimum, sed
basilisco infamem atque lethalem, ipse
mundavit, & serpentem prodigosè in-
terfecit, ea deinceps, meritis Ioannis a-
quæ ejus salubritate, ut plurimi ea hausta
febrim pellerent. Claruit & aliis innume-
ris penè miraculis, plurimosque infirmos
missis elogijs, è mortis faucibus liberavit.
Mirabili autem, maximè contra cacodæ-
mones potestate valuit, vel ipsiusmet
quidem pessimi genii confessione, qui so-
lam ejus præsentiam se ferre non posse, fa-
teri coactus est. In pauperes profusissi-
mus, frumentum omne cum erogasset,
rursum ei cælitus ministratum est. Secu-
ribus aliquando in agro relictis, cum re-
versi Fratres, eas ablatas deprehendissent,
viro Sancto questi, lectioni interea sacræ,
pro labore manuum, vacare sunt iussi, i-
pse autem orationi in agro incumbens,
mira quadam virtute furem à fuga retraxit,
reverti, & quod abstulerat reddere co-
egit. *Vixit An.*

Miracula.

Vixit An.
120.

Vir sanctus centum viginti an-
nos, cui nec oculus unquam caliginem
induxit, nec dens motus est, ad cujus tu-
mulum fraticida quidam, suscepta sep-
tem annorum pœnitentia, ferreis adstri-
ctus vinculis, cum sacra loca Romæ invi-
seret, Rhemos contendere iustus est, so-
lutis raro miraculo prodigosè vinculis, qui-
bus se illigaverat, cum ad sacrum Ioannis
corpus preces funderet. Claruit sub A. C.
700. *Ex Ven. Beda, Matth. VVestmon. Arnoldo
Duac, Carolo Sauss. &c.*

S. Natalis
Abb.

In Hibernia depositio S. Natalis Abba-
tis & Confessoris. Hic regio ortus genere
patrem Angustum habuit Momonix Re-
gem, matrem Ethneam Lageniæ Regis
filiam, ipse tanti stemmatis majus orna-

mentum egregia factus vitæ sanctitate, &
ante omnia eminentissimus demississima
animi submissione, cum non minus quam
nomen regium, famam etiam virtutis &
sanctitatis declinare satageret. Ita mor-
tuum resuscitare rogatus noluit, sed ad
Senanum suum discipulum id negotii re-
misit, qui id iustus facere, nec reclamare
ausus, ex obedientia confusus de Dei adju-
torio, & Magistri iussione, illum prodigio-
sissime vitæ reddidit. Cæterum Natalem
illustrare vel invitum Numen non desuit,
& verè illustrissimum reddidit cum quin-
que ejus digiti candelarum instar colluce-
rent. Præfuit Cœnobio multo cum fructu,
in quo centum quinquaginta filios lectis-
simos Christo per sacra exempla genuit, &
plenus bonorum operum ex hac vita mi-
gravit. *Ex rer. Hibern. & Britann. script. Abj-
heri.*

Mira ha-
milita.

Lichefeldiæ in Anglia S. Sexulphi Epi-
scopi & Confessoris. Sexulphus & Mo-
nachus & Episcopus gravissimè meruit,
condito in primis Modeshamstadiensi Mo-
nasterio, cui & primus ipse Abbas sanctis-
sime præfuit, & præclarissima non minus
sanctitatis, quam lapidum ædificii, funda-
menta jecit. Inde ob famam virtutis ad
Cathedram Lichefeldensem extractus, ac
super candelabrum positus, æternum
successoribus suis sanctitatis exemplum
reliquit, & fulgoribus suis, totum Reg-
num illustravit. Claruit autem A. C. 700.
*Ex Ven. Beda, Matth. VVestmonast. Eduardo
Meibeun, &c.*

S. Sexul-
phus Episc.

In Gallia B. Bosonis, eximia vitæ putita-
te Monachi. Bolo & genere & moribus
insignis, unus de primogenitis fuit, quos
mellifluus Ecclesiæ Doctor, S. Bernardus
noster, Christo Domino per Evangelium
genuit. Monachum in Claravallis Cœno-
bio professus, varijs virtutibus, sed mi-
ra maximè lenitate & mansuetudine re-
luxit, & verè *filius pacis*, ita se erga om-
nes exhibuit, ut nullus unquam eum tur-
batum viderit, sed æque inter prospera
que adversa animo constantem, vultu
immutatum. Is cum jam ad decrepi-
tam ætatem pervenisset, & ita viribus
esset

B. Boson.

Filius pacis.

esset destitutus, ut etiam scipioni innixus, difficulter pedes & corpus promoveret, nunquam tamen otio indulgere, nunquam corpori quietem impendere fuit visus, varijs se & laboriosis exercitijs frequenter atterens. Agebat aliquando pius quidam illius Cœnobij religiosus, ultimum supremo in agone spiritum, cui dum interesset vir Sanctus, Beatorum Angelorum choros audit, suavi melodia in aere canentes, atque ipsius defuncti animam ad requiem & gaudia ducentes. Cumque & ipse Beatus senex, post diuturnioris morbi molestiam, ergastulo carnis solutum spiritum creatori tradidisset, tanta gratia tamque mirabili subito refulsit, & tam inuenta mutatione facies ejus glorificata apparuit, ut evidenter circumstantibus constaret, quali gloria bearetur in cœlo Spiritus, cujus corpus tot signis illustraretur in terris. *Ex Menol. Cisterc. Chryf. Henriq. &c.*

Musica celestis.
B. Richardus Abbas. In Belgio B. Richardi Abbatis Vallcellensis, mira animi moderatione, pietate, & Regulari observantia probatissimi. Is Anglus natione, professione Monachus, è Monacho Claravallis Abbas Vallis-Cella constitutus, ab ipso Sancto Bernardo è Galliis in Belgiam adductus fuit, eoque honore dignissimus judicatus. Morum maturitate summò operè excelluit, discretionè insuper præcipuus, hilaris vultu, in colloquio affabilis, statura decorus, temperatus in omnibus, & per omnia laudabilis fuit. Cum igitur propter eximias virtutes, & singularem pietatem omnibus charus esset, mirabilemque Sanctitatis opinionem consequeretur, Congregationis suæ nomen per circumjacentes regiones feliciter dilatavit; ipse autem plenus bonis operibus ex hac vita discessit. Post cujus obitum, tot Sanctitatis signis, cœpit clarescere, ut facta hac de re diligenti inquisitione Concilium Lateranense sub Alexandro III. Papa Romæ celebratum, corpus ipsius elevari præciperet, & populo colendum ac venerandum proponi. *Ex Chron. Vallcell. Arn. de Raiße, Aub. Mir. App. Sigeb. &c.*

S. Clara Abb. In Monte S. Romarici (vulgo Remimont.) S. Clarae sive Cæcilie, quæ olim Gregoberga dicta, ex sublimissima Veterum Galliarum Regum, & vetustissima Austrasie Principum familia oriunda, patrem Illustrissimum juxta & Sanctissimum Romaricum habuit, cujus propositum & exemplum imitata, celeberrimi postea ab ipso conditi & cognominati Virginum

Cœnobii Abbatissa in ordine secunda eligi meruit. Præfuit insigni vitæ sanctitate frequentissimo sacrarum Deo Virginum cœtui, qui tantus numero erat, & septem divisæ in turmas, quæ sibi invicem tam diebus quam noctibus in Chori laboribus succederent, indefinente laude Numini accinerent, & in infirmo sexu, firmissimis tamen profundissimo è corde haustis vocibus & singultibus, magnalia Dei deprædicarent & celebrarent. Fuit Clara orationis & Contemplationis studio addictissima, ita ut noctes etiam diei ea in exercitatione jungens, lachrymis tota deflueret, & in Oratorio S. Crucis, velut ad pedes Domini Magdalena perduraret. Quamobrem cæcitatem incurrens, triginta totos annos oculorum orba lumine, mentis tamen perspicuitate illuminatissima, ea ipsa cæcitatè ex causa Principis vere illustrissima enituit. Administrationem tamen Cœnobii minimè abdicans, de Matris diligentissimæ munere nihil remisit, à cæcitate deinceps Cæcilia, pro Clara nomine appellata. Tandem in fornacis tribulationis benè excocta, meritumque manipulis locupletissima, æternum illustrissimæ familiæ decus, ad lumè & contuitum Divinæ Majestatis evocata, corpusculi sarcinam deposuit. sub A. C.... sepulta est in Sacello quodam sacri môtis, quod ab ipsa deinceps S. Cæcilie nomen meruit, Reliquijs tamen ejus postea in Prioratum Monachorum illis translatis. *Ex monim. Remimont. Vita S. Romarici, Hugone, Menardo, &c.*

Eius studia.
Ipsa die Commemoratio insignis Patrocini dulcissimi & Admirabilis P. N. S. BENEDECTI, quo nimirum recoluntur insignia beneficia ejusdem Beatissimi Patriarchæ, non in filios solum seros, sed & fideles subditos suos & sui Ordinis Cœnobiorum, nec non filiis suis quomodocunque piè obnoxios & bene affectos, quin & in amplissima Regna & provincias, tanto sæculorum decursu collata, eorumdem tamen in belli ac seditionum, quam aliarum calamitatum oppressione ac periculis defensio & protectio amantissimè suscepta, in ipso etiam mortis agone fidelissimè comprobata & impensa. *De qua commemoratione seu Festo consulendus Gerardus Belgæ noster parte 1. Opusc. sacr. deque innumeris ejusdem S. P. N. Beneficij Vita ejusdem S. P. N. à nobis collecta &c. Sauss. Haestem. &c.*

V. Anna Tosthel.
Rigæ in Livonia, commemoratio Ven. s. virginis Annæ Tosthel eisdem loci Abbatissæ lectissimæ, quæ admiranda sanè constantia, fide,

fidè, & patientia; cœlo terrisque se probas, inter juratissimos Romanæ Fidei hostes, DEO promissam Virginitatem constantissimè servans in violatam, innumeris tribulationibus exercita, exemplar solidioris patientiæ plusquàm virile universis exhibuit, insuperabilis inter tot cerberos infernales animi magnanimitate. Quæ cum triumpharet de omnibus insultantibus, à

nemine triumphata, Vetula admodum, à Divino procul dubio Spiritu & Sancto zelo vegetata, anno demum ætatis suæ centesimo ac trigesimo, ad requiem & præmia vocata, juventute Aquilæ renovari meruit, adscripta felicissimè æternitati Anno Christi. 1582. *Ex Vita Ingolstadii typis vulgata, Const. Cajetan. Marbesio, &c.*

Ætatis 130 annor.

IV. CAL. FEBRVARI.

XXIX. Januarii.

A.

B. Gelasius II. P. apa.

Adest Ecclesia.
Senectutis baculus.
IN Monasterio Cluniacensi depositio Beatissimi Gelasii eo nomine II. Pontificis maximi, qui Ioannes antea dictus, ex Illustrissima jam olim familia Cajetana, Crescentio patre in oppido Cajetæ natus, exacta necdum pueritia, nobilissimo servitutis generi, inter Casinates monachos, per vota Religionis, sese addixit. Illic Orderisio Abbate perfectionis Monachicæ fundamenta jecit, & disciplina juxta liberalium studia atque arcana penetravit, insignem doctrinæ copiam sermonis nitore atque elegantia (quod ea tempestate pro miraculo est habitum) exornans. Quare ingenio ac moribus comendatissimus, ab Urbano II. Cardinalis renunciatus est, ut se gravissimo Schismate, inquit Ciaconius, vexatum liberaret. Ea dignitas homini impensè pio ac probo virtutis incitamentum fuit, non desidia fomes, vel consuetæ industriæ remissio, cujus fides in primis eo tempore perspecta est, quo Urbanus à Guiberti Antipapæ factione in insula Tiberina Romæ inter duos pontes obsessus est, scilicet solus Ioannes noster cum Petro Leone viro clarissimo, sanctissimū Pontificem nunquā deseruisset. Ab Urbano postea Apostolicæ sedis Cancellariū creatus, de Romana curia præclarissimè meruit, cujus in conscribendis Diplomatis, stylum negligentia & ignorantia majorum labefactatum, in meliorem atque ornatior formam redegit. Paschalis cujus Registrum fecit, ejus meritum memor ei Diaconiam S. MARIE in Cosmedin opulentam tradidit, quem ipse multis reditibus atque ornamentis auxit. Paschali eidem gratissimus extitit, cujus ipse *Senectutis baculus*, dignissimo sanè elogio appellabatur, quo rogante idem Pontifex, summo cū Ecclesiæ atque orbis universi bono Cardinalium numerum auxit, & ex orbe Christiano, sanctitatis juxta atque eruditionis laude probatissimos quosque delictatos Principes constituit, à quorū exemplis

& prudentissimis consiliis, tota Respublica Christiana, non posset non habere plurimum instructionis, decoris atque emolumenti, quorū plerique tunc fuere perspicua sanctitate Monachi, qui dein operā suā, incomparabili merito, afflictiss. tunc rei Christianæ statu, insigniter pbaverunt S. Matri Ecclesiæ, & toti comendaverunt posteritati. In Pontificis captivitate, idem Ioannes, una cū ipso semper mansit, constantissimè quoque ad potuit Imperatori adversarius fuit. Mortuo Paschale, absens ipse, apud Casinates suos egit, unde à Petro Portuensi Episcopo urbis Vicario accitus, pperere ad urbem rediit, & postridie summo omnium consensu Pontifex salutatus, prima statim electionis die, sanguine suo pontificatū initiavit, à Cincio Frangipane, Henr. Imp. gratia & opibus, inter Romanos præpollente, obrorto collo in terrā dejectus, pugnisque & calcibus percussus atque obritus, & tanquàm brutum animal, acriter calcibus, intra ipsius Ecclesiæ limen, cruentatus, inque carcerē coniectus, quem tamè mox proceres Romani populusque in libertatem vendicarunt. Fuitque memorandum & mirandum profus, religiose moderationis ejus ac patientiæ specimen, maximis ejusdem reb' ac præclarissimè gestis merito accensendum: nihil in Frangepanem, cum vel maximè deinceps pollet, statuisse, quod tam atrocis contumeliæ vindictam, vel tenuem saltem recordationem præferret. Cæterum Urbanus nos tumultus, Cæsaris ipsius furor atque arma excepere, qui Paschalis morte inaudita Romam contendens, deque Gelasii electione itinere intelligens, ea tanquàm amici sui gavisus esse dicitur, electoque scripsit, ut quæ cum Paschale olim fœdera fecerat, (ab oppresso nimirum circumventoque extorserat,) ipse auctoritate sua confirmaret. Renuit constanter Gelasius, omniaque prius subire, quam libertatis Ecclesiasticæ jacturā facere statuens, illum Henrici, cæteroquin Pontificibus

Pontifical semper adest.

Fic Papa.

Crudeliter tractatur.

A Cæsare exagitat.

infestum, nimio opere inflammavit, Romæque ab Augusto obsessus, ac penè oppressus, ægrè denique Cajetam, in patriam suam evasit: ubi per Episcopos (qui frequentes cum adjacentium populorum Regulis convenerant) summa gratulatione ac lætitia inauguratus est. Dehinc ad curam Ecclesiæ universæ gravissimo laborantis Schismate conversus, Capuam subinde commigrans, in Conventu Antistitum, quos undique convocaverat, numerosissimo, Henricum Cæsarem, & Gregorium Pseudo-Pontificem, diro Anathemate perculit. Cujus rei nuncio, ita excaudit Imperator, ut Pontificiæ ditionis oppida in Latio percurrens, tetra armorum tumultu ac maleficiis omnia impleverit. Verum militaris apparatus fama, quem Gelasius, accitis Apuliæ & Capuæ Dynastis, admirabili celeritate contraxerat, exterritus, iter in Germaniam convertit. Simulata dein amicitia à Frangipane, repetito scelere penè oppressus, uno omnium consensu ac sententia in Gallias contendens, Cluniacum divertit, & ne à Christianare, etiam tantas inter calamitates promovenda, quidquam intermitteret, celeberrimum Viennæ Concilium celebravit, in eoque ordinando Ecclesiæ statui per necessaria atque utilissima, immortalium cum merito, instituit ac decrevit. Cluniacum inde ad Monachos regrediens, provido ibidem mentis intuitu rebus Ecclesiæ consulens, peracuto laterum dolore sævissimè cruciatus, inter Religiosorum perfectissimorum gemitus ac preces, excoctissimum tribulationibus & putissimum Spiritum Creatori transmisit Christi Anno III9. à sanctitate, continentia, patientia admiranda & constantia, mirificè commendatus; cujus insigne illud apud Cæsarem Baronium, elogium extat: *Post Martyres, qui suo sanguine Martyrium consummarunt, haud facile inter Romanos Pontifices aliquem quis invenerit, qui breviori vitæ tempore majora sit passus, ob idque præclariori corona donandus, atque celebrioribus fuerit præconijs celebrandus, &c.* Fuit cultor ferventissimus B. M. V. cujus honori præclarissimè consuluit, eamque venerantes gratiis sive Indulgentiis impertivit, S. MARIAE de Pilari, vetustissimo omnium, celeberrimoque cultu Virginis loco decus primævum conciliavit. Eiusdem Cœlitum Reginae Basilicam Romæ ad Monticulum consecravit, festumque Dedicationis solemniter celebrari die Natæ Virginis anniversaria instituit. Verbo: talem

se brevi Pontificatu universæ Ecclesiæ probavit, ut summo orbis Principatu, non solum dignissimus ab omnibus haberetur, sed etiam ad id culminis, propterea à Numine evectus videretur, quo Gelasii virtus & sanctitas, celsissimo in loco constituta, perpetua ærumnarum serie, quasi perenni ventorum vi agitata, multo latius nitidiusque splendoris sui jubar explicaret, Pontificiam Auctoritatem assereret, tueretur majestatem, & pietatem commendaret. *Ex Annal. Eccl. Baron. Marco Ant. Scip. Alph. Ciacon. Onuph. Panvino, Platina, Iepeso, Bisiola, Chron. Cluniac. Ant. de Iepes, & Annal. nostr. Bened. & Aquila &c.*

In Monasterio Besuensi, S. Ayrmanni Monachi & Martyris, qui Danis Monasterium illud vastantibus comprehensus, & à Fidei Christianæ hostibus crudeliter exagitatus, atque interemptus, hostia Christi effici meruit, & palma ac laurea Martyrii donari Anno Christi 888. *Ex Chron. Monast. Bes. Annal. nostr. Hugone Menard. &c.*

In Britannia minori S. Gildasii Abbatis & Confessoris, qui nobili editus genere Nobilitatis ipsius splendor, & ornamentum singulare extitit, & contempta sæculi, solidiorem in paupertate Christi & servitute amplexus nobilitatem, servis Christi paulo post præfici meruit Apostolico autem deinceps succensus zelo, suscepto prædicationis munere, in amplissima regna & provincias se longè extendens, magnos & multos fructuum manipulos horreo Christi intulit. In Armoricam dein ex Scotia delatus, & Rivenfi donatus Cœnobio, egregios sanctioris vitæ æmulos discipulos habuit, & post multos ex æthlatis labores, de obitu suo præmonitus ab Angelo, ad Paradysi gaudia transit, miraculorum gloria, & in vita & post mortem illustratus, relictis insuper ingenij monumentis, etiam in terra immortalis. Claruit Anno Christi 860. *Ex script. rer. Britann. & Gall. Bibliothec. Philosoph. Hugone Menardo, Arn. Duac. Ioann. Colgano, Const. Caiet. &c.*

De eo sic Martyrologium Gallicanum: Gildasius seu Gildarius, regio sanguine in Britannia majore oriundus, adolescens patriam deseruit, ne Pelagianismi erroribus involveretur, & in Armorica omni Christianæ Philosophiæ Theoria imbutus, domum postea reversus, Hæreses & Ethnicam superstitionem necdum penitus evulsam radicitus extirpavit: verbis, *Exemplo Vitæ & miraculorum gloria, confirmatis.*

Ad quem cum plurimi concurrerent, structo Cœnobio aliquamdiu eis præfuit, donec nimio occurso fatigatus, in Galliam se denuo reciperet, ibique vitæ cursum felici agone consummaret. Fuit spiritu prophetico insignis, &c. Cujus sacrum corpus in cognomine cœnobio colitur, & memoria solemniter in majore Ecclesia Venetensi devotissimè celebratur. *Ita Martyr. Gall.*

B. Carolus Abb.

In Monasterio Villariensi, B. Caroli ejusdem loci Abbatis, generis & vitæ dignitate conspicui. Carolus Comes de Seyn, potentioribus Germaniæ Principibus cognatione junctus, nobilitatem sanguinis, Spiritus generositate, & maximis virtutibus mirificè exornavit, multoque illustriorem reddidit. Militari primum excellens gloria, defensorem aliquamdiu Colonienfis Episcopi egit; dehinc mirè convertus abjectis sæculi armis, multos secum commilitones trahens, in Hemenrodenfi Cœnobio, Christo & S. P. N. BENEDICTO sub sacra Cisterciensium reformatione nomen dedit, & vitam verè Angelicam in terris vivens, admirandus omnibus & venerandus, Beato Henrico in primis lectissimo ejusdem Cœnobii converso, apparuit; qui super Novitij etiamnum Caroli caput, columbam speciosissimam è cœlo descendere vidit. Ad fundationem postea Heisterbacensis Cœnobii, petente Archi-Episcopo Colonienfi missus, cum locum illum egregia vitæ sanctitate solide fundasset & consecrasset, ad Villariensis Monasterij regimen postulatus, sumis viribus obnixus est, fugiensque tandem delituit, quosque Generalis capituli sententia, onus suscipere cogeretur. Eum locum tam in temporalibus, quam spiritualibus mirificè promovit, & spectatissimum reddidit. Friderico & Henrico Imperatoribus, Philippo Galliarum Regi, maximisque aliis Principibus præcipuè charus extitit, & ut potens verbo atque o-

pere erat, frequentè discordias eorumdem, in gravissima exaruras bella, felicissimè composuit, eoque nomine de variis provincijs immortaliter meruit, quas ab imminente exitio vindicavit. *Erga Deum pius, erga proximos sollicitus, pauperibus largus, divitibus gratus, orphanorum pater, & viduarum refugium fuit. Humilitatis & paupertatis studiis addictissimus, vilissimis contentus cibus, soli corporis necessitati, non gustui satisfecit. Cum autem à viro quodam nobili rogaretur, quomodo ipse in sæculo lautissimis assuetus convivij, nunc tenui fabarum pisorumque cibo, eoque malè condito vitam toleraret? Ego, inquit, tria pipere grana tibi nostris misceo, quibus eos saporatos reddo: primum est, labor manuum; alterum longa vigilia; tertium, quod saporatioribus tibi apud nos alij expectandi non sint. Carolus denique deposita Prælatu-ræ sarcina, in Monasterio S. Agathæ diem clausit extremum, cujus gloria cuidam sanctæ conversationis sceminæ divinitus fuit ostensa. Claruit A. C. 1190. *Ex Vita. & Fasc. Cist. Henric. Ang. Manriq. Gramaye, Cas. Heist. Rosuv. Mirao, &c.**

In Monasterio Salsinæ B. Himmanæ Abbatis. Hæc Conradi Archiepiscopi Colonienfis, familia de Hoisteden, germana soror, splendore sanguinis, charitatis fervore, & Divini cultus zelo admirabilis, in Cœnobio Salsinensi vitam Monasticam à juventute amplexa, suavissimam suæ famæ fragrantiam latissimè diffudit, & omnium virtutum titulis decorata, sancto sine quievit, postquam Flinense etiam Cœnobium aliquamdiu utilissimè gubernasset. Claruit Anno Christi 1230. & 1260. & à fratre suo Archiepiscopo insignes Monasterio suo Reliquias, & plurimas quidem è Societate S. Vrsulæ impetravit. *Ex Jacobo Meyero, Ioanne Buzelino, Arn. Rayssio, Arn. Duac. Henriq. &c.*

III. CAL. FEBRVARII.

XXX. Ianuarii.

S. Aldu-da.

In Malbodio Hannoniæ Monasterio, S. Aldegundis Virginis, tempore Dagoberti Regis. Hæc Haynoeni in pago ex Regali Franciæ Regum prosapia oriunda, Walbertum Hannoniæ Illustrissimum Comitem patrem habuit, matrem Bertiliam, opibus & potentia spectatissimos. Eam mater digno generis conjugio copulatam cum vellet, constanter obnixam Vir-

go, non alium admitturam se dixit: *quam cujus prædica sint cœlum & terra, & mare, & cujus fundi atque divitiæ nunquam deficient.* Ad Castrilocense postea Cœnobium profecta, Monachicisque disciplinis à sorore Sanctissima VValdetruda instituta, ad Sambram postea & Malbodium Monasterium construxit, & turbam Sacrarum Virginum congregavit, quibus prædica sua

possessionesque quas habuit in territorio suo Haynoensi, Laumenfi, Sueffionensi, Laudunensi, Ostrebanto, Brachbanto, Riboariensi, & aliis locis, publica donatione consignavit; sed & seipsam denique Christo emancipans, & se & sua omnia plenè contradidit, de qua omnium rerum abdicatione Hucbaldus noster agens, cū potentiam ejus subnotasset: *Ex tantis, inquit, nihil reservans, prædialia possessionesque infinitas, ad usus Regi Christo famulantium, publica donatione concessit. Cetera autem universa in usus pauperum delegavit, nihil sibi præter vile reservans indumentum sanctæ Religioni congruum, victumque quotidianum, quocum reliquis ancillis DEI, communiter vivebat &c.* Meruit hac exactissima paupertate Virgo, plenissimam Divinæ liberalitatis largitatem, quam illico ab hac rerum abdicatione experta, Angelicorum spirituum alloquio frequentius recreata, ita ut graviori eam subjacere tristitiæ non paterentur, quin angelicæ mentis Virgini adessent, & quæcunque turbare eam possent expungerent. Sed illud rarius, singularis Angelorum Regina, Virginum Virginis in Virginem sibi dilectissimam argumentum: cum visa illi quædam à cœlesti illo Regum Regis Gynecæo, à *DEI Genitrice se missam affirmans, ut quod vellet postularet.* Respondit alacriter, & nihil dubitans Aldegundis: *id se desiderare, quod Dominus vellet, Christique (Filius) voluntatem in se fieri postulare.* Eam Princeps etiam Apostolorum Petrus invisere dignatus est, suoque alloquio Domini sp̄s̄am recreavit. Quin & Christum ipsum, in figura Regni Dei apparentem sibi, verba Hucbaldi sunt, intueri meruit. Templum subituræ, clausæ aliquando fores, prodigiosè patuere, sedet Angelico ministerio candela ipsi accensa fuit. Vidit non nemo Christum Dominum inter Angelici exercitus comitatum, ante altaris cornu consistere, suamque alloqui Aldegundem. Fractas aliquando corporis vires, fontanæ haustu restauraturæ, aqua subitum in generosissimum vinū miraculo conversa est. Sancti Amandi nostri Traiectensium Pontificis, & multarum Gentium Apostoli mortem in spiritu intuita, monita est ad eandem cœlestis gloriæ coronam se præparare. Cumque afflictionem aliquam, ut plenius in hac vita purgaretur vehementer optaret, cancri, ut vocant, morbo laborare cœpit, quem velut Martyrium suum aut Purgatorium dilexit, quo velut igne excocta, sub mortem denique cœlesti luminis splendore à

Christo sponso honorata ac circumfusa, plena meritorum in Domino obdormiit, sepulta primū in villa seu curte Sora, ubi parens uterq; tumulum habuit, deinceps autem ad suum Malbodiense Cœnobium translata, eximisque miraculis illustrata. *Ex Hucbaldo Elmonesi, Bucherio, Molano, Bucelino, Miræo, Stengelio, Iepesio, Maurolo, Arnoldo, Hugone, & Annal. nostr. &c.*

In Moravia S. Gervadii Scoti, Monachi insignis, viri Apostolici, qui zelo propagandæ fidei, relicta patria, & quietis Monachicæ dulcissimo otio, ad laborem prædicationis conversus, & in partes Germaniæ penetrans, insignes navatæ operæ manipulos, apud Moravos collegit, & Episcopus ad Conversionem Gentium ordinatus, ac super candelabrum positus, longè lateque verbo & exemplo præluxit, gloriosissimum Apostoli nomen & meritum immortale apud eosdem populos consequutus, sub A. C. 80. *Ex Lclsæo, Mor. script. Annal. nostr. &c.*

In Buchonia, Monasterio Fuldensi, depositio S. Amnichi Monachi Reclusi & Confessoris. Is remittente Fuldensium nostrorum primævi rigoris sacro fervore, ab Richardo Abbate cum alijs Monachis, Scotis, ad excutiendum suorum torporè evocatus, cum mira innocentia fama & vitæ sanctitate excelleret, Fuldensibus ad virtutem acerrimos stimulos addidit, & lectissimo Cœnobio plurimum profuit. Confecto autem feliciter, pro quo venerat, negotio, sive vanæ gloriæ metu, sive solitudinis & sanctæ contemplationis studio, ab alijs segregatus, arctissimum denique Inclusorum nostrorum complexus institutum, in cellula quadam vivus quasi seipsum sepeliit, & memorabile carnis verè mortificatæ factus exemplar, vitæ multo rigore exactam, felici agone consummavit An. C. 1043. ad cujus tumulum admiranda & dignissima Musica Angelipfallere auditi sunt, & cœlestia luminaria visa exsplendescere.

In Gallia B. Alani Doctoris egregii & Monachi eximii, contemptu honorum, & humilitatis studio celeberrimi. Alanus cognomento de Insulis, vir omnium scientiarum genere clarus, humanis sacrisque litteris nulli suo tempore secundus, Theologus insignis, Philosophus & Poëta celeberrimus, cum nomen *Doctoris Universalis* obtinisset, & multo tempore summa cum laude Scholis Parisiensibus præfuisset, Mysterium Sacrosanctæ Trinitatis, indicta in crastinum disputatione solemniter,

accuratius expositurus, consimili Magni Aurelii Augustini argumento suæ imbecillitatis commonitus, cum pridie ad ripam fluminis puerulum intueretur, qui parvo cochleari fluvium factæ ad id scrobiculæ infundere atque exhaurire pararet, cui puer, pueriles ridenti conatus: *Hoc citius, inquit, fecero, quam tu propositum tuū adimpleveris.* Obstupuit dicto minime puerili Alanus, reversusque domum, crastina ingenti hominum concursu facta, supple cathedra conscensa in hoc unum prorupit: *Sufficiat vobis Alanum conspexisse, cūque dicto se inde proripiens, occultis itineribus Cistercium contendit, dissimulatoque quisnam esset, inter Conversos admittus, humillimisque servitiis deputatus, oves Cœnobii multo tempore ad pascua deduxit. Cumque diu ignotus latuisset, in celeberrimo tandem Romano milleducentorū octoginta Patrum (quos inter septuaginta Archiepiscopi numerabatur) Concilio, miro Numinis instinctu à seiplo proditus, insignem Ecclesiæ universæ operam navavit. Quod ut præcipuè memorandum, è comūni celeberrimorum scriptorum sententiâ, Matthiæ Bonhomii, simplici quidem stylo scriptis, sed eo fide dignioribus, referre verbis placuit. Sic ergo ait: *Tunc Abbas (Cistercii) pergens Romam, duxit secum Alanum. Adveniente die disputationis (Quo cum versutissimi ingenii Hæresiarcha, in pleno Patrum consensu conflegendum erat.) Abbas voluit intrare locum disputationis, cum quo Alanus voluit intrare. Cui Abbas dixit: Vade ad hospitium, & pensa de equis; quia locum istum non posses intrare, propter custodes & clientes hic existentes, qui non sinunt intrare nisi Prælatos & magnos Clericos, & posses verberari. Cui Alanus dixit: Volo verberari, ut intrem. Et supponens se clamari seu cappa sui Magistrī, intravit dictum locum. Et ipse sedens ad pedes sui Magistrī audivit Disputationem. Hæretici vero proponentes questionem superaverunt & vicerunt. Quod videns Alanus exivit latebras, dicens Magistro suo: Iube Domne benedicere. Et Abbas stupefactus, dixit Alano: Sile miser, quid vis facere? Tunc Alanus iteravit dicens, ut prius: Iube Domne benedicere, usq; ad tertiam vicem. Quod videns Papa permisit eum arguere. Et Alanus recitans questionem per dictos Hæreticos motas, arguit & confudit eos. Quod videns Hæreticus confusus dixit: Tu es Diabolus, aut Alanus. Cui Alanus: Non sum Diabolus, sed Alanus, &c. Ita Bonhomius: ut alterum sui sæculi Anselmum consimili**

eademque defendendæ matris Ecclesiæ occasione & felicitate meritissimum, sera posteritas merito suscipiat celebretque. Fuere autem ex erroribus quos profligavit Alanus: *Non esse corporum resurrectionem, sed neque Paradysum, neque Infernum; Idololatricam esse Sanctorum invocationem, & imaginum adorationem; Iesu Christi corpus non aliter in pane Eucharistico, atque in alio quovis pane existere, &c.* Ex quibus facile appareat, quantum inde in orbem Christianum pestis ppagari potuisset. Dignitates postea oblatas Alanus generosissimo contemptu respuit, idque unum gratiæ petiit & admittit, ut bini sibi Clerici adjungerentur atque alerentur, qui quæ dictaret ipse, calamo exciperent. Supervixit deinceps 79. annis, variis ingenii editis monumentis, quibus de diversis Hæresibus, tam sui, quàm sequutorum sæculorum triumphavit, & Alberici inprimis, dein Albigenis atque Waldensium errores, nec non Iudæorum deliria atque perfidiam doctissime convicit & contutavit. Tandem gravissimis meritorum manipulis locuples, cum tempore vitæ tam diuturnæ, summa in humilitate utilissimè expendisset, & in pugnanda Rom. Ecclesia assiduo labore indefessus deludasset, ad æternitatis mercedem vocatus A. C. 1294. ætatis 116. feliciter in Domino requievit. Epitaphio quod extat etiamnum, sequenti honoratus:

*Alanū brevīs hora, brevi tumulo sepelivit, Elogium.
Qui duo, qui septē; qui totum scibile scrivit.
Labentis sæcli contemptis rebus egens sit
Mille ducenteno nonageno quoq; quarto
Christo devotus mortales exiit artus.
Angelus Manrique, Hartman. Schedelius,
Joan. Triih. Barn. de Montalbo, Aubert. Meræus, Chrysof. Henr. Annal. nost. Bened. & Lilla Bened. Gall. &c.*

Eadem die felix obitus S. Adelmi Abbatibus, de quo sequenti die, quo sacrum ejus corpus in terra depositum magnis deinceps miraculis coruscavit.

In Monasterio Reinhartsbornensi, depositio B. Siffredi Monachi. Hic in memorato sanctissimi nominis cœnobio Monachum professus, tantos in virtutum studio progressus fecit, ut suis omnibus velut facula illustrior præluceret. Orationis, Vigiliarum, & jejunii laboribus, aliisque corporis cruciatibus sese quotidie Christo immolans, jugi facti profectus contentione animum concitavit, & in sublime promovit. Exhortatotis munere ita functus est, ut præter efficaciam & virtutem Divini planè eloquii ex ejus ore resonantis, vitæ in pri-

Paupertas.

Calitibus familiaris.

Deipara chara.

Fores templi ultropatet.

Mor. cur.

Exemplum mirabile.

Fit conversus.

Res miræ.

Ejusclusus

B. Alanus.

Proditur.

Hæreses profligat.

Magnæ meritæ.

Elogium.

S. Adelmi.

B. Siffredi.



in primis exemplo potentissimo convinceret audientes, plurimosque Numini animos lucraretur. Inclusionum denique nostrorum Instituta sequutus, perpetua corporis maculatione, gratissimam celo victimam sese quotidie obtulit. Rogatus supremis vitæ diebus, cum ardentissima febre confictaretur, non nihil de rigore remittere: *Nolite*, inquit, *Fratres mei talia fari, quoniam cum adhuc sanus essem, inter cætera precum mearum libamina, rogavi Dominum meum, ut ante animæ exhalationem dignaretur me habere flagellatum &c. & propterea toto cordis affectu amplector ejus flagellum, sperans post hæc momentanea tormenta, æterna ejus adipisci gaudia, &c.* Decessit paulo post felicissime 3. Cal. Febr. Anno Christi 1215. cujus sacrum corpus profundis cicatrici-

Insignis
vox.

PRID. CAL. FEBRUARIJ.

XXXI. Ianuarii.

C.

ROMÆ S. Stephani Papæ IV. eximiis meritis conspicui. Is Olybrij Rosamirani filius, Syracusanus Siculo Monachum in Divi Chrysogoni Romæ professus, integritate non minus quam eruditione insigniter è cucullo exsplenduit. Cum proin vita ejus atque egregiæ dotes ab omnibus probarentur, à S. Zacharia Papa S. R. E. Cardinalis Presbyter S. Cæcilie creatus, suam eidem operam atque industriam strenuè probavit, tanti deinceps ab eodem, & successoribus Stephano III. & Paulo I. factus, ut cum ob fidem hominis ac probitatem, tum ob felicissimam in rebus gerendis dexteritatem, eum præcipuis Ecclesiæ negotiis adhiberent, & à latere suo nunquam abesse paterentur. Mortuo autem Paulo, quem nunquam nec in extremo quoque agone reliquerat, omnium illico studia in ipsum inclinarunt. Itaque ad Titulum S. Cæcilia profecti, concordivoto acclamârunt Pontificem, faustisque & altis vocibus prosequuti in Lateranum adduxerunt. Qui postridie rebus omnibus ex more ritè peractis consecratus est, & Stephanus IV. appellatus. Neque distulit Magnus Pontifex, magna quamprimum moliri, & ad juvandam illico Ecclesiam, diuturnitate Schismatis pessimè jactatam, toto animo conversus, Legatos ad Francorum Reges aliosque Principes orbis Christiani, pro congregando quam maturimè Concilio destinavit, quod sequenti statim anno, felicissimo successu Romæ celebravit, in eoque gravissimis malis oc-

Fit Pontifex.

bus, varijs multisque catenarum ac nodorum nexibus, repertum est implexissimum, atque exesum. Sepultus est in B. Matris Virg. Basilica, plurimis à morte miraculis illustratus. *Ex monim. Reinhartsb. Andrea Bamberg. Annal. nostr. Germ. & Bened.*

In Flandria B. Ægidij Monachi de Bodelo, viri sanctis moribus, & magno Religionis ardore præditi, qui in vasta illa eremo, Angelicam vitam instituit, & egregijs virtutibus celebris migravit ad Christum. *Ex Menol. Cist. Chrysof. Henriq.*

In Monasterio Zwifaltenfi Ven. viri VVolfoldi Monachi Presbyteri, quem nō nemo eundem omnino putat cum Summontoriano, de quo in Bavaria S. Rader^o. Floruit An. C. 1100. *Ex Chron. Zwifalt. & scriptis R. P. Steph. Bochentaleri Prioris b. &c.*

currit: dum nimirum, abrogatis ante omnia Constantini Pseudo-pontificis Comitijs, omnibus ejus Conciliabuli actibus igni traditis, & ne qua deinceps ejusmodi pestis Romam invaderet, sequuturis quoque sæculis cavens, statuit, ne quis in posterum, nisi Diaconus aut Presbyter Cardinalis, ad Pontificatum assumeretur. Sicque, Baronio teste, *omnibus invasoribus Apostolicæ sedis, oclusus est aditus, veluti alto interjecto pariete, quo profanum esset à sacro divisum, &c.* Neque hic solum vigilantia meritisissimi Pontificis nostri constitit: confirmato etiam eadem in Synodo SS. Imaginum cultu, quem impius Imperator Constantinus iustulerat, quod ipsum significare eidem per litteras non prætermisit, & ut ab errore resipisceret, nihil veritus superbissimum hominis ac ferocissimum ingenium, serio commovit. Nec minori constantia, meritisissimo cæteroquin de Ecclesia Principi, Carolo Magno Galliarum Regi, postea Rom. Imperatori, sequenti anno se opposuit, quando de ejusdem cū Desiderij Longobardorum Regis filia contracto connubio rescians, sub gravissima & sanctissima adjuratione, atque sub Anathemate illud interdixit, prudentissimè rursus Ecclesiæ universæ consulens, ne in ejusdem præjudicium, perfidæ Longobardorum genti, & Romanæ Ecclesiæ infensissimæ, Reges Francorum foederati, animos hostium plus nimio attollerent, & ad opem dein ferendam ipsi segniores fierent. Sed & de Galliarum amplissimo Regno æquè

Magna
merita.

Regibus ob
mittitur.

æquè meritis, sollicitè iisdem cavet, ne præstantissima gens, per perfidam, horridam & foetentem Longobardorum gentem (sic enim appellat Baronius) pollueretur. Mortuus est denique Pontifex dignissimus anno salutis 772. multis profligatis erroribus meritisissimus, constantia insuperabilis, admirabilis vitæ sanctitate. *Ex Annal. Cæs. Bar. Iepes, Anast. Bibl. Hadriano Papa in Epist. Platina, Parvino Hier. Plato, Ciacon. Vghello, Annal. & Aquila nostris &c.*

Mortuus
772.

S. Adelelmus

Burgis in Hispania S. Adelelmi Abbatris & Confessoris. Adelelmus five Alelmus, (Hitpanis San. Lesmes,) Loduni in Gallijs, nobili ortus profapia, primum militiæ sæculari nomen dedit, denique Romam, collatitia stipe vitam sustentans, perfectus est. Inde reversus, S. Roberto Cæs. Dei Abbati se instituendum tradens, magnæ perfectionis paulo post specimen edidit, tati à fratribus factus, ut paulo post Robertum ac Durandum Cœnobij ejusdem Abbas deligeretur. Fama autem Virtutis ejus in Hispanias usque effusa, à Constantia Regina Burgos evocatus, recens ab eodem condito Cœnobio præfectus est. Illic, inquit vitæ scriptor, per eum innumera mirabilia completa sunt miracula. Super nudum solum tam diu orabat, donec cogente natura vim somnus inferret, ibique cum paululum obdormisceret, statim evigilans, ab oratione non cessabat. In cella sua, quam ei dederat Rex, quotidie post Matutinas Missas celebrabat, quibus peractis cum panum cophinis, quos poterat ad ostium cellule, ubi pauperum transitus erat, quotidie sedens, quæcumque habebat, necessitatibus patientibus largiebatur, &c. Mortuus, suos ad perfectionis studium cohortatus, ab Episcopo Pampilonensi SS. Ecclesiæ Sacramentis munitus est, & crucem Dominicam manu præferens, inter verba Psalm. 53. *DEUS in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua libera me*, exauditus pro sua reverentia, intaminatissimum Spiritum suo reddidit Creatori. Claruit à morte, uti in vita, magna miraculorum gloria, & à Burgenfibus, insigni in honorem ejus structa Basilica honoratus, consulere iisdem ac suffragari apud Numen non desinit, quibus Patrocinio suo, ac prodigiosa ope non semel, se pro ipsis in cælo excubare, & plurimum posse, perspectissimis signis comprobavit ac demonstravit. Fuit celebre admodum toto Hispaniarum Regno Adelelmi nomen, adeo quidè, ut si quando Alphonsi Regis, quem ob virtutem ac magnificentiam Imperatorem appellant, effigiem depingerent, Adelelmum plerum-

Eius exercitia.

Mors felix.

Hispanias demeretur.

que adjungerent, quem viventem nimirum tanti Alphonsus fecisset, ejusque indubie precibus, tantam à Numine gratiā meruisset, & fortunam. *Ex divers. rer. Hisp. script. Ant. Iepes. & nostr. Annal.*

In Hispania item depositio B. MARIE de Pinto Abbatissæ. Hæc Monachicum institutum in Cœnobio B. Mariæ Magdalene oppidi Iepensis amplexa, vitam illic primum sanctissimam duxit. Deinde ad construendum Cœnobium novum haud procul Madrito, ad villam Pinto missa, pro singulari suo in Dei param studio, illud ad honorem purissimæ ejusdem Conceptionis construxit, & Abbatissa constituta, Virginibus sibi commendatis pijsimè & prudentissimè præfuit, & tandem virtutibus & miraculis celeberrima ad CHRISTUM migravit. Cujus corpus, in primo suo Monasterio Iepensi, in corruptum magno miraculo, & summa omnium cum admiratione asservatur. Fuit autem appellata MARIA à Matre Dei, ex quo nomine ejus, & tam selecto cognomine, facile de ejusdem in tantam Matrem & Virginem affectu omineris. *Ex Menol. Chrysof. Henriq. & Cultoribus nostr. ac Ephemerid. Marianis, nec non Annal. Bened. &c.*

B. Maria de Pinto.

Incorruptio corporis.

In Monasterio Pomposiano, B. Ioannis, cognomento Angeli, qui vitæ meritis, illustrique sanctitatis exemplo, non tam nomine quam reapse Angelum se esse demonstravit, dignum S. Guidone discipulum, qui tantum Magistrum per omnia æmulatus, post consummatum hujus vitæ agonem, Angelum consortio jungi æternum meruit. *Ex monim. Pompos. & vita S. Guidonis.*

B. Ioannes!

Villarij in Brabantia B. Petri Conversi, qui maximis à Deo beneficijs honorari, & visionibus illustrari meruit. Hic, cum juvenili ætate anno ætatis 15. ad sæculi illecebras deflexisset, & revocante gratiosè Domino, animum reflecteret, varijs artibus à cacodamone tentatus, & à proposito penitentia deterritus, cum aliquandiu fortiter reluctaretur, rarâ Numinis gratia confortatus atque animatus, insigni benevolentia signo voce de cælo lapsa: *Ego te valeducam ad Sancta Sanctorum*, ad majora excitatus est. Ex quo tempore in Divinæ benignitatis admirationem raptus, tantis illico gemitibus & lachrymis, coepit præteritæ vitæ peccata deflere, ut majore dignus effectus consolatione, nova rursus voce exhilaratus, ista cælo lapsa exciperet: *Cur tantò maerore affligeris? Dimissa sunt tibi peccata tua.* Quin paulo post vidit

B. Petrus Conversus.

Vox valeducam ad Sancta Sanctorum.

Insignis fa-
vor.

noctem, sibi velut in baptismo innocenti-
am perditam restitui, Christo ipso myste-
rium baptizantis, super ipsum proficien-
te, & Beatissima Matre Virgine, congru-
enter ad omnia, more assistentium profe-
quentem; cum etiam audire à Domino me-
reretur: *Ecce innocentiam quam planxisti tan-
quam perditam, & in Baptismo prius receptam,
tibi credas restitutam.* Hac visione, tran-
quillitate menti reddita, Monachum Vil-
larij professus, & inter Conversos receptus
est. Rigidissimus, & supra quam credi
potest fuit sui corporis castigator, miroq;
fervore accensus, sibi manus & pedes, cla-
vis ferreis (verè crucifixo Amori suo con-
fixus) perforavit, & candens ferrum, ver-
sus cor immisit, in quo vulnere, ne coale-
scens clauderetur, chordam è pilis equi-
nis contortam immisit. Ieiuniis dein, fla-
gris, cilicij crudeliter in se defævit, & S. P.
N. BENEDICTI exemplo, in vepribus atq;
urticis sæpius se volutavit. Verbo, morti-
ficatæ carnis speculum & miraculum fuit,
longo prorsus Martyrio meritis Marty-
rum lauream & coronam. Inde etiam ma-
ximis à Deo beneficijs honorari & cumu-
lari meruit, & à DEIPARA, ad quam mirè
afficiebatur, ab ipsa vicissim singularissimè
dilectus, insolentissimos prorsus favores
recepit: quæ ipsi aliquando, infantulum
IESUM velut Symeoni Seni inter ulnas ba-
julandum & amplectendum concedidit.
Rarius & illud, quo illum Christus ipse de-
signatus est, cum totum se Divinæ volun-
tati permitteret; ab ipso enim, stupenda
res! quæ tantus olim filius à patre tanto au-
dire meruit: *Data est tibi omnis potestas, im-
petrandi quævis, sive in cælis, sive in terris.* Ita
ut quæ potestate ille, hic Petrus noster,
gratia Numinis haberet & gratuita con-
cessione. Illud denique longè illustrissi-
mum, & memorabile in primis, amoris
Christi & DEIPARÆ argumentum, cum,
postquam aliquando in festo Conceptionis
suz Cælitum Augusta, ipsum ad illud
deinceps anniversaria memoria festivius
& ferventius recolendum (tanquam, ut aje-
bat ipsa, *præ cæteris suum*) spectabili forma
apparens invitaret atque incitaret, & anno
quodam Petrus, die eadem recurrente, to-
tamentis alacritate, ejus rei latageret; *Fa-
ctus in mentis excessu* (vitæ scriptoris placet
verba ipsa ponere) *ductus in presentia IESU
Christi, ac ejus gloriose Matris sistitur. Quem
Dominus, reverentia ac fervoris & devotio-
nis, quam ad Matrem suam habuerat admonēs,
ut debita ei fidelitate perseveraret hortatur; i-
psamq; perpetuo cultu ab eo honorari cupiens, se*

Sacræ Sty-
gmata i-
mitatur.

Gratia eius

Mira res.

Stupendū
omnino.

*Matris honore delectari, inseparabili vinculo
demonstravit: Siquidem ipse Dominus IESUS,
vices Sacerdotis, & morem assumens, Matrem
suam ipsi (ut moris est in facie Ecclesie sponsalia
feri) in perpetuum spiritualis conjugij fœdus
desponsavit, &c.* Ut divinam bonitatem,
& Admirabilis Matris benevolentiam, in
humillimo etiam Fratrum Converterum
nostrorum ordine, nunquam fatis mire-
mur, deprædicemus, & nobis atque illis
gratulemur. Longum esset distinctius
omnes illius raptus, & sublimissimas exta-
ses describere, nedum perfectionis actus
& virtutum omnium exercitia, ac cœlestē
planè mentis illius, Divinis rebus immer-
sissimæ œconomiam verbis exprimere.
Qui denique totus amore Servatoris ac
Divinæ Matris, sed & æternæ gloriæ desi-
derio colliquefcens, ad eam, quam tanto-
pere sitiebat, beatitudinem feliciter tran-
sivit: eximium sane ordinis nostri decus &
ornamentum. *Francisc. de Brivar. Arn. de
Raiffè, Chryf. Henriq. &c. Ioan. de Asygni, &
nos in Annal. Bened. &c.*

Vir extali-
cum.S. Caradi-
cum.

In territorio Roffensi, S. Caradoci Mo-
nachi & Confessoris. Is Anglus notione,
natus in Brechunia, eremiticam primùm
consecratus vitam, Monachum dein in
Roffensi provincia, Monasterio, quod I-
sem dicitur, professus est, in quo etiam
sancto sine decessit sub An. C. 1124. multis
in vita & post obitum clarus miraculis, in-
ter quæ & illud notatum est: quod cum
funus in magna pluviz copia efferretur, om-
nesque qui comitabantur inaduisent,
palla tamen serica qua sacrum corpus te-
gebatur & feretrum, ne guttula quidem
unica madefecerit, è cuius sacro corpore,
cum tentaret aliquando Guilielmus Ma-
lisburiensis, digitum, quem Reliquiarum
loco haberet, auferre, mox vidit omnes
digitos in volam contractos, eoque haud
leviter territus à proposito destitit, & san-
ctum deinceps reverentius coluit. *Ex
Micolao Harpsfeld. Hug. Menardo &c.*

Insigne mi-
raculum.

Eodem die, Romæ Canonizatio S. U-
dalrici Episcopi Augustani, Comitis de
Kyburg & Dilingen, viri sanctissimi & me-
ritissimi, facta Anno Christi 993. à Ioanne
XV. Pont. Max. rogante Luitolpho Epi-
scopo Augustano, ut docet ad Annum
prædictum Cæsar Baronius. *Hugo Menar-
do, &c.*

S. Valtri-
cum.

Londini passio R. P. F. Albani Roë, qui
eodem DEI amore, quo patriam juvenis
reliquit, eandem repetijt, ut vel sanguine
suo, post ingentes labores & pericula
eandem CHRISTO lucraretur. De eo
sic

Martyriū
P. Albani
Roë.Causa mor-
tis.

Martyrium

Reverendissimus P. Clemens Reinerus
Congreg. Anglicanæ Præses Generalis,
felici nuncio Ordinem & Christianum
orbem, vulgatis typo literis beans & ac-
cendens: Benedictus sit, inquit, glorio-
sus Rex Martyrum Iesus Christus, pro
cujus fidei defensione hoc anno currente
1642. die 31. Ian. Londini Martyrium, ge-
neroso, alacri, & excelsò animo subijt R. P.
F. Albanus Roë Congregationis Angli-
canæ Ord. S. BENEDICTI Presbyter &
Monachus Anglus in Monasterio S. Lau-
rentij de Dei custodia, vulgo Dieulewart,
Diocesis Tullenensis professus, ætatis suæ
anno circiter sexagesimo. Causa conde-
mnationis fuit, sincera professio Fidei
Catholicæ Apostolicæ Romanæ, functio
sacerdotalis, & constans exercitium illius
per plurimos annos, in solatium Catholi-
corum dicti Regni. Tenor verò senten-
tiæ, sicut mos est in Anglia, quoties morti
proditores adjudicantur eum ferunt sen-
sum; ut condemnatus viminea crate ma-
jori trahæ imposita, post caudam equinā,
per sordidas, asperas, & inæquales plateas,
ignominiosè ad locum supplicij raptatus,
in majorem cruciatum sub patibulo (pro
facinorosissimorum & infamium homi-
nū justis supplicijs præparato) semitrang-
gularetur laqueo: deinde ut redeunti ad

se amputentur virilia, & igne comburan-
tur: tunc ut cultro aperiatur venter, ac
erutis iliis etiam cor & viscera, spiranti ad-
huc, ac reluctanti, manu carnificis evel-
lantur, & in ignem juxta positum projici-
antur. Denique ut reliquum corpus, in
quatuor partes dissectum, & elixum, ad
varias civitatis partes, in demortui ac con-
sanguineorum perpetuam ignominiam
suspendantur &c. *Ita cit. Clemens Reinerus
noster, & nos in Benedicto nostro red vivo.
Addit autem in suis privatis ad me datis, idem
Reinerus, de aliis nonnullis eandem sententiā
passis, etsi ad executionem non deducta sit, ita
inter aliam Albanum agonem, quam reliquo-
rum è nostris expectationem describens: Acci-
pe, & una mecum oculis præ gaudio lachryman-
ribus, intuerè hunc speciosum botrum, quem vi-
nea Anglo-Benedictina produxit, uberiorem
vindemiam, postquam persecutionis fervor
exteros ramos aequè decoxerit mox datura.
Nam ex nunc plures conjecti sunt in carceres,
ex quibus tres, licet adhuc viventes, eandem
mortis sententiam acceperunt, alii præstolan-
tur &c. quorum etsi aliqui in exilium missi,
alii dimissi sunt, non alia tamen de causa, quam
quod sanguine Martyrum & exemplo ipsimet
heretici metuerent, plures quotidie Romano
Ecclesie lucrandos & aggregandos.*

Plures can-
didati Mar-
tyrij.MENOLOGII BENEDICTINI
LIBER SECVNDVS.MENSIS FEBRUARIUS
CALENDIS FEBR.

I. Februarij.

S. Callistus
PP. II.

Romæ S. Callisti II. Papæ & Confes-
soris. Callistus, olim Guido, regio
Galliæ Regum ortus sanguine, patre Guil-
helmo, Illustrissimo Burgundiæ Comite,
honoribus universis, pauperum Mona-
chorum vitam, & Christi servitium præ-
tulit, atq; in sanctissimo frequentissimoq;
tot millium Sanctorum Cluniacensi Ar-
chisterio, admitti orans, susceptus, & di-
sciplinis Monachicis probè institutus, ta-
lis postea ac tantus evasit, qualem orbis
terrarum suspexit universus, omnis po-
steritas demiratur. Falleritanus exin
Abbas creatus, more ad Archiepiscopa-
tus Viennensis extractus cathedram, ad-
eo Paschali nostro II. Pont. Max. operam
suam & ingenium probavit, ut maximis
quibusque Ecclesie negotiis adhibere-
tur, merito in Annalibus Ecclesiasticis à

Baronio Cardinale: *Magnum tempore Schi-
smatis Catholica Ecclesie propugnaculum, ap-
pellatus.* Mortuo Gelasio, absens electus,
cum sui electionem per visum cognovisset:
conspicua nimirum præpotente qua-
dam persona, quæ proxima futura electio-
ni nocte, sibi lunam sub chlamyde reposi-
tam committeret ac commendaret. Ni-
hilominus Cluniacum adveniens, ubi
major pars Cardinalium congregata erat,
& canonicè electus, rejecit tantum onus,
quantis poterat obluçtatus viribus, donec
victus omnium consensu & precibus, ac-
cedente omnium qui Romæ remanse-
rant suffragio, invitatus admodum electio-
ni adeo concordia assentitur. Fuitque pri-
mum statim Callisti meritum, indictum
tumma cum orbis Christiani utilitate,
Rhemis Concilium, in quo, cum In-
turis

Propugna-
culum Ecclē-
siæ.Concilium
celebrat.

H

turis renunciare Imperator nollet, excommunicatus est. Mox ad Schisma perniciosissimum tollendum toto conversus animo, favente cœptis sanctissimis Numine, Burdinum Pseudopontificem fugavit primum, conclusum dein obsidione coegit, cepitque. Nec minus fideliter Cincium Frangipanem, hominem Sacrilegum, & Libertatis Ecclesiasticæ contemptorem, edomuit, aliosque qui contra Ecclesiam arma sumpserant, obtrivit; Imperatorem terruit, & ut pacem tandem inviolatissimam servare promitteret, compulit. Pro restitutione dehinc Ecclesiasticæ disciplinæ, Generale celeberrimum Concilium Romam convocavit, remissionem insuper peccatorum, ad Sacrum bellum proficiscentibus, amplissimam concessit. Rursus aliud Concilium Wormatiæ indixit, in eoque tandem cor Imperatoris ita emolliit, ut investituris & electionibus Episcoporum renunciatis, Ecclesiis, & aliis ablata restitueret, & plenissima ingenti omnium gaudio, restituta Ecclesiæ pace, Legatos proprios cum Legatis Apostolicæ Sedis, Romam ad Callistum cum muneribus dirigeret. Ad Ecclesias postea particulares conversus, eas mirè juvit atque exornavit; Viennensi in Gallia, super septem amplissimas provincias, Viennensem, Bituricensem, Burdegalensem, Auxitanam, Narbonensem, Aquensem, & Ebredunensem, Primatus dignitatem contulit, eoque nomine de eadem Ecclesia æternum meruit. Pari dignitate Compostellanam in Hispaniis extulit Ecclesiam; pari in omnes nationes animo, & verè paterno fuit, omnibus serio tanquam filiis intendit & invigilavit; summoque studio omnium commoda promovit. Sed & peregrinationem ad Divi Iacobi Apostoli corpus amplissimis concessis gratis promotam voluit, & summo pere fidelibus commendavit; atque eisdem Hispanorum Tutelatis vitam, seu potius miracula, ipse conscripsit. Mortuus est A. C. 1124. paulo ante mortem, gloriosissima suorum de Saracenis Victoria à Deo donatus. Cujus (tanti Pontificis) memoria, inquit Cæsar Baronius, summa cum benedictione, ob Ecclesiam ab Imperatorum Tyrannide in perpetuam libertatem vindicatam, in Ecclesia Catholica perseverat, &c. Fuit DEI parentis Virginis amantissimus, cuius Sacellum in Cœnobio suo Cluniacensi, cum jam Archiepiscopum ageret, ipse dedicare voluit, & A. C. 1118. solemniter consecravit. Eum Sanctus Petrus, cogn. Venerabilis, Verbo & opere Patriarcham Vi-

ennensem appellavit; & Sugerius ille magnus Abbas: *Imperialis & Regiæ Celsitudinis, derivativa consanguinitate generosum, sed multo generosiore moribus, celebrat, qui terrænæ Nobilitatis Celsitudine præcellat, sed cælestium nitore charismatum, pulchrius elucescat.* Nec leviori Elogio, per vetuste ipsum in Laterano pictura & scriptura comendat:

Ecce Callistus Patriæ decus, ac honor Imperialis.

Quas tamen laudes omnes, titulus verè Sanctissimi exsuperavit, ipsa solidioris opinione, & comprobatione Virtutis & Sanctitatis. *Ex monim. Cluniac. Baron. Iepesio, Platina, Ciaconio, Vghello, Marchesio, Cajet. Annal. nost. & Aquila Imp. Bened. &c.*

Patavii in Cœnobio S. P. N. BENEDICTI S. Antonii cognomento Peregrini, Congregationis nostræ Camaldulensis Monachi, qui Patavinus Patria, illustri Manziarum genere parentes habuit; sed cum Ezelinus Tyrannus in Illustriores quosque crudelius grassaretur, è patria profugus, & vita pauperum ac peregrinorum delectatus, totum ferè orbem mendicando obiit, exemplo S. Alexii, ex elemosynis acceptis, pauperes alios nutrens. Ita Romam, Compostellam, Ierosolymam, Coloniam aliaque sacra loca visitans, reversus denique in patriam, cum ignotus omnibus esset, & esse gauderet, instar Alexii & Calybitæ, in Monasterio Porcilæ B. M. N. ubi sorores duas moniales Deo Sacras habuerat, cucullum amplexus & Monachorum omnium quasi ultimus, ad finem usque vitæ nemini cognitus, aliis serviens, seipsum quotidie mortificans, mansit, donec frigore & inedia confectus, aliisque exhaustus mortificationibus, post mortem denique ex suo chyrographo, & quis fuerit, & quare latere voluerit agnosceretur. Claruit magna miraculorum gloria, habuitque sibi dicatum proprium sacellum in Porcilæ Monasterio, postea ab hostibus vastato. Municipaliq; decreto statutum est, ut ejus Natali die solemniter fieret Supplicatio, observatis in Vrbe universis tabernis, ne festum tanti viri negotiis forensibus violaretur. Decessit A. C. 1267. *Ex Bernardino Scardeonio, Hist. Patav. August. Florent. Hist. Camald. Hug. Men. Arn. Duac. &c.*

In Hispania B. Raymundi Abbatis. Raymundus singulare Ordinis nostri decus, in clytæ militiæ Calatravenis Author, Tarracone in Celtiberia natus est. Juvenili ætate literarum adhibitus studiis,

Restitutor disciplina.

Elogium insigne.

Merita.

Aliud Elogium.

Item aliud.

B. Peregrini.

Alter Alexius.

Festum ejus.

B. Raymundi.

115

is absolutis sapientiæ veræ amore succensus, omnes sæculi ridens illecebras, ipso etiam domesticos fugiens, solitudinem adamavit, neque multo post in Monasterio Scalæ DEI Monachum induit. Ob merita deinceps altius promotus, Abbas primus Cœnobij de Fitero creatus est. Saracenis autem Hispanias populantibus, insolentiam atrocitatis barbaricæ non ferens. Calatravæ primum oppidum, asylum constituit, & non sine præsentis Numinis ope, & armis & precibus illud felicissimè propugnans, cum illi quorum intererat & partium fuerat arma expedire metuerent, ipse confusus in DOMINO, concitatis paucis fidelibus primum, majoribus paulo post auctus viribus illustres & admirandas plurimas victorias de Christi hostibus retulit, multas urbes expugnavit, & ad Fidei propagationem longè utilissimo Instituto Ordinem militare de Calatrava instituit, & Liberatoris Patriæ, ac Propugnatoris rei Christianæ gloriosissimos titulos meruit, cujus exempla plures deinceps imitati, cum Ordini illi nomen dederunt, tum plures ejusmodi Sacras militias instituerunt, quibus mirificè Christiani nominis hostium conatus dejecti sunt, & Catholicæ Ecclesiæ Regnum auctum ac stabilitum. Decessit vir sanctus A. C. 1164. postquam Ordinem à se institutum strenuè sex annis gubernasset, insignibus & frequentissimis post mortem miraculis illustratus; quæ inter continuum & perpetuum illud celebratur: quod quacunque imminente tempestate, pulsatis campanis, quarum funes sepulchrum viri Dei pertingunt, subito & magno miraculo, serenitas aëris redire comprobetur. *Ex vita, Roder. Archiepiscop. Tolet. Mariana, Ang. Manriq. Henriq. Marieta, Miræo, VVione, Annal. nost. Bened. &c.*

B. Gaufridus Episc.

Miracula.

Patria pater

Hispanias defendit.

niam denique totam, quæ Anacleto; contra Innocentium verum Pastorem adhæserat, ad Catholicæ Ecclesiæ revocavit unitatem. Fuit admirando paupertatis & humilitatis studio summis in honoribus maximè celebratus; ab ipso met magno Bernardo insigniter commendatus qui de ipso mentionem in scriptis suis facere gestiit, & his ipsis verbis nomen tanti Episcopi posteris commendavit: *Sed o mihi locum suarum, inquit, ubi incidit occasio memorandi & nominandi suarissimi odoris virum, Episcopum loquor Carnotensem, qui Legationem in partibus Aquitaniæ propriis sumptibus administravit, idque annos plures. Rem loquor quam vidi ipse. Eram cum eo in terra illa; cum à quodam Presbytero præsentatus est illi piscis, quem vulgo vocant sturionem. Pertontatus Legatus quanto venierit. Non accipio, inquit, nisi receperis pretium; & resignavit solidos quinque invito & verecundo. Item cum essemus in quodam oppido, Domina illius oppidi obtulit illi pro devotione cum manutergio duas vel tres paropsides pulchras, ligneas tamen, quas aliquamdiu intuens homo scrupulosa conscientia laudavit eas, sed non acquievit accipere. Quando argenteas recepisset, qui ligneas refutavit? Non fuerunt qui possent dicere, ditavimus Abraham, ipse verò cum Samuele libere coniectionabatur ad omnes: Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cuiusquam tulerim aut asinum; si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si demum cuiuspiam munus accepi, & contemniam illud hodie, vobisque illud restituum, &c. Ita Bernardus. Tandem & meritis gravis & ætate, cum magna opinione sanctitatis migravit ad Dominum A. C. 1138. quem insigni Epigrammate Matthæus Vindocemensis in præfatione ad librum I. Regum sic honoravit:*

*Maxime Pontificum; Romana signifer Aula,
Carnotensis apex & pater Urbis Arce
&c.*

Ex Bernardo Bonævall. Baron. Claud. Rob. Nicolao Clarævall. Henriq. &c.

In castro Florentino S. Verdianæ reclusæ. Hæc in castro memorato, loco humili nata, à prima ætate orationis & abstinentiæ studiis dedita, duodennis etiam annis, durius quoddam vitæ genus aggressa, ciliciumque induta, miris à Numine miraculis honorata est. Civi cuidam dum deserviret, in summa annonæ caritate

re pauperum misera, fabas Domini sui, in eosdem erogabat, quas cum herus non reperisset, ita in illam iracundia exarsit, ut ad clamorem vicini occurrerent, cum Verdiana, lachrymis à Deo ope implorata, arcam fabis plenam miraculo mereretur, & Domino ostenderet, qui obstupefactus caram deinceps & in pretio Ancillam tantam habuit. Postea cum mulieribus quibusdam Compostellam, atq; inde Romam ad veneranda Apostolorum limina peregrinata, cum domum revertisset SS. Regulæ nostræ sub strictiore Valumbrosanæ Congregationis nostræ observantia se addixit, in quo Inclusorum rigorem amplexa est, ipsum juventutis florem Domino consecrans, cum vultu minime servili, sed eleganti admodum esset, multis se jejuniis & afflictionibus voluntariis attenuans. Vino perpetuo abstinuit, pavementum pro lectulo habuit, ferreo, cingulo, & cilicio corpus cinxit, in castinum nihil reservans, in pauperes omnia, quæ frugalissimæ mensæ detrudere poterat, erogavit, Lachrymarum dono felix, iis Passionem Dominicam recolendo tota diffudit. A colloquiis hominum ita abhorruit, ut nec vocata responderet. Cum vexari ad Magni Antonii imitationem expeteret, bini serpentes, qui summo horrore tenerrime Virgini essent, per fenestrâ Cellulæ ingressi, ab ea deinceps nunquam, maxime dum mensæ accumberet recesserunt, quin & caudis graviter illâ, flagellabant, nisi & illis cibum porrigeret, aut eodem ex vase pasci sineret. Hos cum Ardingus Episcopus Florentinus expellere vellet, ipsa, ne tali patientiæ exercitio privaretur, exoravit; quæ & absconditas caudas illis restituisse creditur, Crucis Dominicæ signo supra serpentes formato; qui tamen infestiores ipsi dein pro beneficio extitere, donec uno ab incolis interempto, alter deinceps non compareret, ex quo Verdiana diem supremum sibi instare intellexit. Claruit eximia miraculorum virtute, quæ inter aquam prodigiöse in vinum vertit; fracta pueri genu & brachiū illico curavit; cæcam puellam palma imposita videntem reddidit, aliaque plura miraculosè effecit. Demum trigesimo reclusionis anno dum Psalmos Pœnitentiales vulgo dictos recitaret, intaminatissimum Deo spiritum reddidit A.C. 1222. cuius mortem campanis sponte sonantibus memorant patefactam. Concorso proin Cleri populique ad cellulam factò, & muro diruto, sacrum ejus corpus repertum

est in genua erectum sublatis in cælum manibus, & miram efflans odoris cælestis fragrantiam, quod pro confluentium solatio dies sedecim inhumatum, insignibus interea miraculis illustratum fuit. Ipsa a. insigni deinceps, super corpore structa nomini ejus Basilica honorata est, quam, diligenti inquisitione super miraculis habita Clemens VIII. Pont. Max. Officio Ecclesiastico coli constituit. *Ex Vita, Chron. Florent. Silvano Razzi, Attone Picior. Hug. Men. &c.*

In Italia S. Brigidæ Virginis Sanctimonialis, quæ in Scotia nobili orta genere, servire in domo Dei prælegit, quam suspici in sæculo, & cucullum amplexa in eam mira vitæ sanctitate emicuit. Fuit hæc soror germana S. Andree ex Archidiacono Fæsulano, Monachi nostri, qui cum supremum decumbens in Italia, sanctam sororem suam ex Scotia sibi adesse desideraret, desiderium cordis ejus audiens & annuens pius Deus, grandi profus miraculo, fratri sororem præsentissimam stitit, quam tanta re stupentem ac paventem infirmus frater solatus benigne est & animavit, quæ & post obitum fratris, in Italia substitit, & haud procul à Cænobio illo, in spelæo se quodam abdens, solis herbis, radicibus & fructibus agrestibus vixit. Cujus honori & nomini spectata post mortem Basilica est condita, & ea deinceps loca, ex asperis & incultis, illustria & frequentia evasere. *Ex monim. Fæsul. Eccl. Philippo Villiano, Ferrer. Colgano, &c.*

In Monasterio Blandiniensi, depositio Venerabilis viri Hattæ Abbatis qui magnorum Magistrorum BB. Ioannis & Baudemundi discipulus, ex monasterio eodè ad recens conditum S. Vedasti Abbas postulatus, celeberrimo illi Asceterio primò præfuit, & sanctitatis altissima posuit fundamenta. Inde post quindecim annos pro eximio suorum amore, ad gubernacula Blandinii adscitus, huic etiam Sanctorum collegio facem vitæ exemplo prætulit; jure merito, à doctissimo Molano splendissimis Blandinii syderibus accensus. Decessit A.C. 710. cū quinquenniū huic præfuisset. *Ex Ant. Sanderò, Ioan. Molano, Ferrero Loerio, Iacobo Meyero, Monim. Blandin. & Annal. nostr.*

In Anglia B. Elæ Comitissæ & Sanctimonialis, genere & virtute Illustris. Hæc Salisburyensi Comite parente nata, generosissimo generis contemptu, præ ipso genere & splendore majorum omni enituit. Deiparam præcipuo cultu coluit, æternumq;

Reperitur
genus flexa
&c.

S. Brigidæ.

Mire in
Italiam trahit

Ven. Hattæ
Abb.

B. Elæ Comi-
tissæ.

numq; sui amoris monumentum, in signe eidem Virginum Cænobium condidit, quod B.M.V. de Lakok appellavit; in quo cum multas sub sacra Cisterciensium nostrarum Reformatione Christi famulas congregasset, & ipsa cucullum amplexa,

omnibus cum ob morum integritatem, tum sanctitatis opinionem veneranda, virtutibus & signis celebris migravit ad Dominum. Ex rer. Anglic. script. Chrysof. Henriq. Menol. Cist. &c.

IV. NONAS FEBRVARII.

II. Februarij.

E.

S. Laurent.
Archiep.

Cantuariæ in Anglia S. Laurentii Episcopi, qui post S. Augustinum eam Ecclesiam gubernavit, & Regem ipsum, ad fidem convertit. Laurentius S. Andree in Vrbe monachus, tanta morum integritate, regularis vitæ observantia, & eruditionis laude excelluit, ut ipsum Magnus Ecclesiæ Doctor Gregorius, dignissimum judicaret, quem verbo potentem atq; exemplo ad Regnorum Angliæ conversionem destinaret. Adjunctus proin primo Dorobernensium Archiepiscopo & Angliæ Primati S. Augustino nostro, maximi ab ipso, & tanti quidem factus est, ut eum superstes etiamnum successorem sibi designaret. Qui statim ut honore tanto potitus est, ad Apostolicum laborè tota animi contentione conversus, tanto quidem fructu in agro Dominico colendo, & evertenda Gentilium superstitione laboravit, ut gloriosissimum apud Anglos Apostoli nomè meruerit, & Regem deniq; ipsum, cū præcipuis Regni Principibus ad Christiana sacra adduxerit, & S.R.E. aggregaverit. Neq; unius solum Regni finibus contentus, verum longè ulterius progressus, non solum nova (verba ipsa Historiæ Ecclesiasticæ ponimus,) quæ de Anglis collecta erat Ecclesiæ curam habuit, sed & veterum Britannia incolarum, nec non & Scotorum, qui Hibernia insulam Britannia proximam incolunt populis, pastorem impendere sollicitudinem curavit, quos, æterno merito, à Romanæ Ecclesiæ ritu, disciplina & consuetudine, & in Paschatis maximè celebratione aberrantes, ad concordiam revocavit, & in Christianæ Fidei dogmatibus rudiores, paternè instruxit, gravissimisq; erroribus liberavit. Mortuo Ethelberto Rege, cum Edbaldus successisset, puer admodum, patriq; per omnia dissimilis, gravibus procellis jactata Anglia, rem etiam Christianam haud leviter afflixit. Eo siquidem malitiæ progressus Rex, ut uxorem patris demortui ipse concupisceret & duceret, ex in Christianæ legis pertæsus, quod tanta libidini adversaretur, nō multo post sacrum Christi jugum humeris prorsum excussit, & insectari etiam Chri-

fianos, atq; abominari cœpit; populo, ut fieri assolet, Regis ingenium fluxum facile sequente & assequente, quos ut à præcipio revocaret Laurentius, incredibile dictum est, quantos labores exantlarit. Ludi proin operam suam omnem, cum tam à Rege, quam populo cerneret, quin etiam odium illius in Christianos, & sævitiam crescere animadverteret, deserere Britanniam, & Mellitum ac Iustum Episcopos, sedibus jam suis pulsos, consequi in Gallias deliberavit & statuit. Pridie proin antequam proficisci decrevisset, lectum sibi in ipsa SS. Petri & Pauli Ecclesia sterni jubet, in quo postquam recubivisset, multis precibus, suspiriis & lachrymis, Ecclesiam fideliumq; salutem Domino comendavit, obdormiscensq; ab Apostolo Petro corripitur, & flagellis etiam castigari sibi visus est, quod Regnum sibi creditum deserere statuisset. Ergo evigilans, mutata mente ad labores reverlus pristinos, Regis denique animū ita emollit, ut repudiato protinus turpi conjugio, veniam delicti, supplex factus Laurentio peteret, Christianamq; jam serio amplexus Fidem Mellitū & Iustum revocaret, sed & Laurentio in propagatione Verbi Divini adjutor existeret. Emigravit denique Sanctissimus Pontifex ad triumphos æternos, A.C. 621 cum jam relaptos à fide Anglos Sanctæ Matri Ecclesiæ immortalis cum merito reconciliaffet. *Ex Ven. Bedæ, Baron. Iepes, Harpsfeld. & Annal. nostr. &c.*

In Germania apud Herbiopolim, transitus gloriosissimi Francorum Apostoli, & primi Wirzburgenfis Episcopi, S. Burcardi, cujus tamen solemnior memoria, die ipsius Translationis 14. Octobris recolitur, de quo & nos tunc prolixius agemus. *Ex Egilwardo ejus vitæ scriptore.*

In Polonia B. Vincentii Episcopi & Confessoris. Vincentius cognomento Cadlubeus, natione Polonus, parentes & genere & opibus præstantes habuit. Is ad Cracoviensem postea celeberrimam erectus cathedram, magnifici & liberalissimi Principis exemplum successoribus reliquit, & Ecclesiæ atq; Univerfo Canonico-

Apostolicè
labores.

Regem con-
vertit.

S. Burcardus

B. Vincentium
Episc.

rum Collegio præclare consulens, multa de suo contulit, inque distributiones ut vocant sacras quotidianas, decimas quasdam addixit. Pontificatu demum 10. annis egregie gesto, coram omnibus, in Capitulo, ut vocant, congregatis, mitram, annulum & sandalia deponens, frustra adversante Principe, & deprecante Clero, in Andreoviensi Cænobio cucullum indutus, admirandis virtutibus celebris, relictis nonnullis scitissimi ingenii doctissimis monumentis, feliciter in Domino obdormivit, A. C. 1229. *Abraham. Bzovius, Herbert. Segvinius, Cromerus, Henriquez. Annal. nost. &c.*

Abdicat se Pontificatu.

S. Columbanus Junior.

Gandavi depositio S. Columbani Abbat. Hic Monasticen in Hibernia amplexus, ac pro vitæ meritis & exemplo Cænobii cujusdam Abbas electus, honorisne fugiens, an laboris majoris appetens, relicta patria in Germaniam concessit. Prope Gandense autem Cænobium exstructa cellula se condens, qui præesse dignissimus erat, subesse elegit, & Abbatis (prout Regula Inclusorum jubet,) vivens arbitrio, de cætero inter vivos mortuus, biennium in felici illo sepulchro suo sanctissimè exigens, sub A. C. 959. ad felicissimam immortalitatem transit, cujus sacrum corpusculum in crypta B. M. V. ante altare S. Andree, sub arcu lapideo requiescit. *Ex Molano, Natal. Belg.*

V. Lyutius mon.

In Monasterio Casinati Venerabilis viri Lyutii, qui in Collegio illo Iustorum, totque millium Sanctorum felicissimo Alveario, magnarum virtutum pinguisimo favo dives, cum maximo teneretur desiderio, quæ contemplando toties diuaviaflet, loca vestigiis Christi sacra, corporali præsentia venerari, & accuratius inspicere, de licentia superiorum pergens Hierosolymam, postquam sacram illicitum satis pro suo cordis desiderio ac voto proluisset, inde reversus, ac majore Contemplationis accensus studio, prope Salernum in eremum quandam se contulit, ubi aliquandiu Numini soli atque animo suo vacans, Albanetam postea se conferens, structo illic Monasteriolo, triginta Monachis sanctissimè præfuit, & plenus meritorum ex hac mortalitate ad felicem immortalitatem transit, cujus inter alia virtutum decora, eximia humilitas celebrata fuit. *Ex monument. Casinat. Pet. Diason. Const. Cajet. Mauro March. &c.*

Albanetam struit.

In Claravalle B. Bonifacii Conversi: *B. Bonifacii Conversus.* qui ibidem mundo mortuus & CHRISTO confixus, gloriosa trophæa de conculcato hoste reportavit. Hic in extremis constitutus, apertis oculis, cum Angelos sanctos sibi præsentis, assistere lectulo suo intueretur, mirum in modum exhilaratus, quasi triumphata jam morte, ad circumstantes Fratres: *Nunquid non aspicitis, ajebat, Angelos Dei, qui modo advenerunt? Pulsate ergo tabulam* (morituro Fratre aliquo signum intelligit consuetum) *quantocius, quoniam ipsi præstolantur exitum meum.* Vix verba finierat, & mox pretiosam resolutus in mortem, felicem animam expectantibus adjunxit, & ad paradysi gaudia, ac beatorum præmia perrexit. *Bern. de Brito, Barn. de Montalb. Chryf. Henriq. &c.*

In Germania, Monasterio Rickingenfi, B. Hadeloge Abbatis. Hæc Monachicam in celebri Virginum Cænobio Rickingen professâ, ob egregias animi dotes & spectatissimas virtutes, Abbatis hæ honorem meruit, & vitæ innocentia ac sanctitate eminens, demissione tamen animi humillima, quanti apud Deum meriti esset, crebris atque clarissimis indicibus demonstravit. *Ex Ioan. Trith. Hug. Men. &c.*

B. Hadeloga.

Morerosæ in Hispania depositio B. Ignatii Monachi, admirandæ gratiæ, & insolitæ virtutis viri, qui cum multa sanctitate vitam finivit, cui iterum restitutus, cum linteum, quo facies mortui velata erat, removisset, Antiphonam primum: *Regina celi latere &c.* canere cœpit, & admiranda, quæ in cælesti patria conspexerat, indicavit; subjungens: *Heu Patres! Fui inter Angelorum, Martyrum, Confessorum & Virginum Choros. Vidi ipsam Dei Matrem stellis coronatam, & lucidissima veste, & pulchritudine circumdatam, quæ mihi dixit: se nostram esse Patronam, eisq; qui habitu nostro induuntur* (Cisterciensium nostrum vestem candidam, ab ipsamet Reformationi illi mirabiliter datam, imo in choro prodigiosissime è nigro colore in album versam, intelligit,) *adesse & auxiliari. Gaudete Patres, & majoribus vestris obedite, professionem cum perseverantia servate: tantum enim premium, tanta gloria, tantaq; beatitudo vos manet &c.* Quibus dictis, sacrum corpusculum denuo componens, inq; manus Iesu Christi, Admirabilis Matris, S. Patris BENEDICTI, Melliflui Bernardi, ac innumerabilium Sanctorum, qui ipsi visibiliter apparuerunt, purissimam efflavim animam. Fuit ipsi in templo præparatum sepulchrum, *iterum visitur.*

B. Ignatii mon.

Revisitur.

in quod, dum jam sacrum ejus corpus immitendum esset, tantum materiei à pariete, cunctis intuentibus & stupentibus, proruit, ut fossam funeri factam prorsum impleret, locum autem sepulchro perfimilem in muro relinqueret. Quo viso Prior ait: *Certum est, Deum hic operari,* nam & in terris servum suum honorari voluit, qui à nativitate, insigni puritatis & castitatis fulgore resplenduit, ideoq; novum illi sepulchrum, & terram virginem virgini præparavit. Floruit sub A. C. 1586. *Ex Anastasio Lonerare fert Henriquez.*

Sepulchrum mirificum.

S. Scharia.

Aurelianus S. Schariæ Virginis Sanctimonialis; de qua in Martyrologio suo Venerabilis Beda nec non A. D. & Notkerus Leodiensis, cujus res gestas indagare nequivimus. *Hugo Menard. in Martyrologio SS. Ord.*

Commem. S. Dunstani.

Ipsa die insignis commemoratio Sanctissimi Cantuariensis Archipræsulis, cælorum Augustæ dilectissimi, Beati Dunstani nostri, qui cum maternis adhuc clauderetur visceribus, memorabili prodigio, quantus futurus esset, Purificatæ Virginis solennissimo festo in universi populi præsentia proditus est, quando ad solemnem, ut vocant ejus diei, cum luminaribus processionem, derepente omnium omnino in Ecclesia luminaribus extinctis, cum circumspicerent singuli, à quo lumen mutuarentur, è templi superioribus, imo cælo descendens, contuentibus omnibus, lumen ad Dominam Matrem ejus Chinetridam, eo tunc prænantem, delapsus, in oculis omnium ejus cereum accendit; ad quam deinceps, non sine maxima gratulatione, occurrentes universi, à cæ-

Signum electionis.

III. NONAS FEBRUARII.

III. Februarij.

S. Anshar.

Natalis S. Ansharii Bremensis Episcopi, qui Suevos & Danos ad Fidem Christi convertit. Ansharius, sive Ansgarius, maximus totius Septentrionis Apostolus, puerulus etiamnum, Admirabilis Matris, Virginum Virginis cura & favore, sanctitatis & magnitudinis miræ fundamenta posuit, ab ipsamet apparente, tanquam diligentissima Nutrice & Matre sua, cum inter puerulos aliquando pueriliter luderet reprehensus, & sancta ac digna morum gravitate, piè & graviter institutus. Ita ex puero gravissimo, magnus adolescens, in magnam gloriam adolevit, magna statim aggressus; calcatoque sæculo, in celebri Corbeie Cænobio

à B. M. V. instruitur.

lesti illo lumine lumen petiverunt, quo, Dunstani DEIPARÆ servi, splendor cælestis præsignatus est, à quo innumera deinceps mortalium millia lumen accepere, verbo salutis, & vitæ exemplo mirabiliter illuminati. *Ex vita, rer. Angl. script. & Ephemerid. nostr. Mariano Bened. &c.*

Eodem die, commemoratio Magnæ & Sanctissimæ Gertrudis nostræ, Abbatis Elpedianæ, ob insignes hoc ipso festo eadem cum à Domina tum Domina Matre Virgine, exhibitos favores, de quibus uberius agitur in Libello IV. Infin. Divinæ Piet. ex quo pauca exscribimus: Purificationis B. V. festo devoto, dum ad Matutinas audiret primum signum pulsari, gaudens in spiritu, ait ad Dominum: *Ecce cor meum & anima mea salutant te anantissimum Dominum meum, in sonitu istius signi, quæ prænunciatur festum Purificationis tuæ Sanctissimæ Matris.* Cui Dominus dignantissime respondit: *Et omnia viscera pietatis meæ pulsant pro te ad januam Divinæ Misericordiæ meæ, obtinendo tibi plenam remissionem omnium peccatorum.* Ad compulsionem vero Matutinarum Dominus, animæ vicem prioris salutationis recompensans, milleplicitam dixit ei: *Tota Divinitas mea salutat te delectamentum animæ meæ, mittens tibi obviam omnem fructum sanctissimæ Humanitatis meæ, quo placitissimo mihi modo præpareris in Festo Præsenti, &c.* Sed de favoribus DEIPARÆ eidem hac die exhibitis, plenius in Ephemeridibus nostr. Marianobenedictinis; & de omni Gertrudis exercitio, in fine libri, si placet, plura reperies.

Commemoratio S. Gertrudis.

Adiragnatio

F.

Voce cælesti ad Apostolum vocatur.

Olaum Regem convertit.

Item Beronem Regem.

Primas Septentrionis.

Apostolatus.

Merita ingentia.

Vindex honoris eius Deus.

Regna atque amplissima excurrere, Gothia ac finitimis cum Olao Rege ad fidem convertis; in Suecia similiter profectus, incredibili cum fructu atque utilitate sese impendens ac superimpedens omnibus, in Regno illo laboravit, idola evertit, Basilicas condidit, quoad Beronem quoque Regem ad amplectenda Christi dogmata alliceret, quem & in fide instructum, salutari lavacro expiavit & CHRISTO regeneravit. Tum, Pontificis Romani consensu, & Beronis opera, potentissimo ac celeberrimo Vpſalensi Episcopatu instituto, populis plurimum consuluit; & barbariem late profligavit; jure merito deinceps, Cathedra ejusdem, imo Regni universi a morte Patronus & Tutelaridis adoptatus. Dein: Transalbionum civitate Amaburgo, omnibus barbaris nationibus Danorum, Suecorum, Gothorum, Norvagorum, Sclavorum, &c. designata Metropoli, primus ejusdem Archiepiscopus & Primas constitutus, mirum quanta animi demissione eum honorem gesserit, in gelidissimas & asperrimas regiones, etiam pedibus longe lateque excurrere, cum equum, quo ad sublevandos labores utebatur, in captivam mulieris redemptionem expendisset. Compositis denique in Dania rebus, relicto successore Remberto, Hamburgum reversus, mirandum in modum saluti omnium in remotissimis etiam provinciis consuluit, deique venditione Christianorum Nordalbingos correxit. Inde ad Frisios conversus, eosdem Dominicæ diei transgressores acrius correxit; contemnentes autem perantiquo Elisæi, sed rarissimo prodigio, devocato è cælis igne, terribili ultione multavit. Scholas æterna cum Regnorum utilitate erexit, Collegia varia, Nosocomia, Xenodochia, Basilicas alias sacras ædes, per amplissimas regiones, plurima construxit, ut obstupescat totus, qui expendat seu intelligat, ab uno homine, tanta in tam barbaris provinciis, intra tam modicum atque difficile tempus, institui potuisse. Meruit idem sanctissimus Pontifex, ut summo cum provinciarum bono, Bremenſis & Hamburgensis Ecclesiæ unirentur, quarum & ipse primus est Archiepiscopus designatus, & longe amplissima functione, derivato ad posteros fructu & gloria æternis, tam ipse, quam successores Archiepiscopi, Legati & Vicarii sedis Apostolicæ, in omnibus Suecorum, & Sclavorum gentibus renunciati. Fuit non solum venerandus omnibus ob sanctitatem

Ansgarius, sed ob auctoritatem zelumque disciplinæ metuendus, cum ob delicta, maxime cum contemptu admissa, non tam Anſcharius, quam pro Zelote suo Numen ipsum, flagella & tela sua horrida, contorquere videretur. Ita cum mortuis Fidei Christianæ apud Danos fautoribus, Gentiles denuo ac Idololatræ Reges succederent, & populi ad errores priores relapsi, sacræ Fidei & Apostolo suo Anſchario resistere non metuerent, appetente illico DEI vindicta, inter seipſos funestis congressi armis, tanta utrinque cæde corruerunt, ut vulgus omne cæsum ac protritum in prælio occumberet, de stirpe autem Regia, nemo omnino remaneret, præter unum puerum Hericum nomine, qui mox, ut Danorum Regnum suscepit, inquit Adam Bremenſis, ingenti furore super Christi colas, Sacerdotes DEI expulſit, & Ecclesias claudi præcepit. Ad quem Hericum Sanctus Dei confessor Ansgaris venire non trepidavit, comitante gratia Divina, trucem Tyrannum, sic placatum reddidit, ut Christianitatem ipse suscipere, suisque omnibus, ut Christiani fierent, per edictum mandaret, & insuper aliam in portu Regni apud Ripam exstrueret Ecclesiam, in Dania secundam &c. Effulſit, admirandis aliis prodigiis Anſcharius, de quibus prolixè scripsit S. Rembertus ejus discipulus; obiitque æterno cum amplissimorum Regnorum luctu, meritum imensitate quadam locupletissimus, magnus omnino Septentrionis & Aquilonarium Regnorum Apostolus, & præter tot convertos Principes, trium diversorum Regum, Olai, Beronis & Hericici, per sacrum lavacrum regeneratione magnus parens, idem primus Bremenſis, Hamburgensis, & omnium illarum nationum Archiepiscopus, & Sedis Apostolicæ Legatus, a morte autem Septentrionis & Aquilonis Patronus potentissimus, A.C. 865. ad æterna præmia vocatus, cujus vita per S. Rembertum scripta, & a Baronio gravissimisque scriptoribus tanquam perdita esset, deplorata, asservatur MS. in Bibliotheca nostra Weingartensi, eò cum aliis laboribus & libris Veter. Monachorum Cathedralium Constant. deportata. Videantur etiam Crantz. Adam Bremenſ. Baron Iepes. & nos in Aquila nostra Bened. & Annal.

Apud Viſetum, S. Hadelini Confessoris. Is Aquitanus patria, nobili ortus genere, in Stabulensi Monasterio, stabulo dignissimo jumentum CHRISTI, lamp

Mira ultio in Regnum.

Hericum Regem convertit.

Elogium.

Obiit 865.

S. Hadelinus

Inumbratur ab Angelis.

Miracula.

Moritur.

S. Laurentii Episc.

ma animi demissione factus, exactissimum virtutis Magistrum S. Remaclum habuit, talemque habuisse tam scientia scripturarum, quam morum sanctitate, velut stylo, ut vocant, demonstravit. Eum ipse Magister tanti fecit, ut dignum Abbatiali munere judicaverit; ex eo in primis tempore maximi illum æstimans, quo illustri visione illius meritum cognovit; cum itinere aliquando, fatigati uterque conquiescerent, videretque Remaclus, Angelico ipsum obumbramine, contra solis calores præmuniri. Condidit Remaculi postea jussu Canobium prope Letiam fluvium, congregatisque discipulis, eisdem sanctissime præstitit, totumque studium ad corporis macerationem, nocturnas excubias, & orationes assiduas convertit. Ejus fama illectus optimus Princeps Pipinus, uti Regina Saba ad Salomonem, ut ejus sapientiam perciperet, occurrit, Monasteriumque ipsius liberaliter locupletavit. Fuit tanta deinceps loci ipsius dignitas, ut velut SS. Synay montem, nec bruta quidem animantia impunè contingeret. Quod experti viri Nobiles duo, cum illic venationi vacarent, equis postridie & canibus morte sublatis. Messoribus nimia siti affectis, aquam sibi mitti rogantibus, condolens ipse, ne diutius siti conficerentur, fixo in terram baculo fontem elicuit. Mutæ mulieri signo crucis impresso, linguæ usum restituit; eodem signo fores ædium mulieris cujusdam contractas, integras reddidit. Moritura Guiza Nobilis femina, prædium Adelino legavit, moriens antequam vir Sanctus occurreret, Chyrographum manu retinuit, venienti a, stupentibus universis, non aliter atque si viveret, luxatis qui obriguerant manus articulis, literas tradidit. Latere cum primis magnus hic Abbas studuit, & vix in publicum processit. Mortem a, exacta jam ætate imminere sibi præsciens, hos ad perseverantiam exhortatus, sacris ritè sumptis ad Dominum migravit, plurimis etiam a morte miraculis gloriosus. Claruit vir Apostolicus, Doctoris Fidei Titulo à Leodiensibus appellatus A.C. 670. cujus sacrum corpus, ab Adulpho de Marcam Leodiensi Episcopo circa A.C. 1338. translatum, in oppido Viſeto, religioſè admodum honoratur. Ex Ordinario Leodiensi, Notkero Episc. & rer. Belg. script.

Prope Spoletum natalis S. Laurentii ejusdem civitatis Episcopi & Confess. Hic cum adolescens admodum probis moribus & eruditionis laude hæud levi excelleret, a Vigilio Papa in Clericorum numerum adscriptus, ad eam vitam & famam celebri-

tatem pervenit, ut sanctissimo viro Joanni Spoletanorum Archiepiscopo, qui diem suum obierat subrogaretur. Cum a Spoletani venienti portas urbis occlusissent, quod Episcopum civem, non exterum vellent, divinitus, obstupescantibus universis Laurentio portæ patefactæ sunt. Proin mutata mente cives, summo cum plausu eidem obviam effusi sunt. Sica. Episcopatum administravit, ut summa apud omnes esset in veneratione, tanta in singulos benignitate, ut nemo qui pro causa quacunque ipsu convenisset, tristis ab eo recederet. Denique cum annis undecim Ecclesiæ suæ sanctissime præstitisset, curarum humanarum pertæsus, fama S.P.N. BENEDICTI orbem & maxime Italiam implente, abdicato Archiepiscopatu cucillum amplexus, Monasterio viri cujusdam locupletis facultatibus exstructo, multorum postea monachorum pater extitit, insignibus à Deo miraculis celebratus, ætate gravis, & meritis spectatissimus, sancto fine decessit. Cujus sacrum corpus Spoletum translatum in cathedralem Ecclesiam, ibidem quotannis solempni festivitate colitur, et si propter Festum S. Blasii Spoletanorum etiam Patroni ad aliam diem translatum: Ex monim. Eccl. Spol. & Ferr.

In Hibernia S. Colmanni Abbatis, viri maximis virtutibus & miraculorum gloria illustrissimi, de quo nos aliàs prolixius.

In Frigido monte B. Helinandi Monachi, doctrina & sanctitate clari, de quo hæc die Henriquezius, nos ob concursum Festorum alibi.

In Monasterio Duhensi in Flandria B. Petri, magnæ pietatis viri. Petrus cognomento Siis, insigni vitæ sanctitate in Canobio exsplenduit, eam ipsam ob virtutis æstimationem Prior constitutus, sanctissimis documentis & vitæ maxime exemplo creditos sibi Fratres informavit. Cumque diu piis sese operibus exercuisset, cupiens dissolvi & esse cum Christo, diu antequam corpus exueret, horam obitus sui Divina revelatione cognovit. In ipso autem cum morte conflictu, mellifluis verbis Fratres ad omnem pietatem exhortatus, jam se ad æternam patriam migraturum declaravit, & petito, sumptoque in manus cereo, suavissima voce & hilari vultu, in laudes DEI paræ prorumpens, Antiphonam ejusdem O Intemerata &c. cantare occipiens, inter cantandum felicissimam efflavit animam, & Musicis instrumentibus adjungi æternum meruit. Miraculis Butzins in Chron. Duhensi, Barn. de Montalbo. Ang.

Fit Monachus.

S. Colmannus.

B. Helinandus.

B. Petrus Prior.

Moritur cantans.

ho. Ang. Manriq. Chrysof. Henriq. & nos in Germania nostra & Annal. Bened.

S. Verburga Abb.

In Cænobio Cestrensi S. Werburgæ Virginis & Abbatissæ. Hæc Wilferij Merciorum Regis filia, patre defuncto, ipsa defuncta sæculo, in Eliensi Cænobio, ad quod ipsam religiosissima mater Ermenildis Regina duxerat, sub cura S. Etheldredæ materteræ monasticen professâ, insigni vitæ sanctitate effulsit. Cujus fama comperta Etheldredus patruus ejus, qui post patrē regnavit eâ evocans, Monasteriis Virginū Tricingamiensisi, Wedunensi, & Hamburgensi præfecit, quibus illa spectatissimo vitæ exemplo facē prætulit, & immortaliter profuit; mortuâ in Monasterio Tricingamiensi A. C. 783. inde, ut petierat ad Michealbrigense, demum, hæc ut videtur die, ad Cestrense delata & condigno honore tumulata. Rogr. Hoved. Matth. Westman. Tabule S. Vict. &c.

Pluribus præfati, Wedunensi, & Hamburgensi præfecit, quibus illa spectatissimo vitæ exemplo facē prætulit, & immortaliter profuit; mortuâ in Monasterio Tricingamiensi A. C. 783.

S. Remberti Archiep.

IV. Februarij.

Natalis S. Remberti Bremensis Episcopi. Rembertū maximum illū Septentrionis Apostolum S. Ansharius à puero dilexit, educavit, promovit, socium Apostolatus sibi delegit atq; adjunxit, & successorem deniq; in Archiepiscopatu meruit; cum rogatus, quemnam dignissimum eo honore judicaret, æterno sanè elogio Rembertum commendans: magna conscientia securitate, de meritis Remberti pronunciare se, dixit, ipsum Archiepiscopi sede digniorem esse, quam se Diaconi functione. Illud insigne etiam Remberti: eum honorem admittere noluisse, nisi cum Monachicæ vitæ instituto & habitu, quo velut fundamento firmissimo Pontificium munus & honorem stabiliret, ac proin cucullum Corbeiz complexus, disciplinisque Monachicis instructissimus, sollicitus tamen ne ab iis deflecteret, ac diligentissimè sibi cavens, ejusdem Cænobii Fratrem collegam, Adelgarium probatissimæ sanctitatis virum sibi adjunxit, & in omni loco actionum suarum testem habere voluit. Mirandum, & incredibile penè est, quantis laboribus in amplissimorum Regnorum cura, magnus hic Daniorū, Suecorum, Gothorum & Sclavorum Apostolus perfunctus sit, cū vocandis ad gremium S. Matris Ecclesiæ gentibus totum se dederet, impenderet ac super impenderet, & remotissimos populos, fundatasque ab Ansgario Ecclesias, non sine maximis terra mariq; periculis, illud Apostoli

Encomium illustre.

Apostolus magnus.

Apud Merbeccam depositio S. Berlendis Virginis. Hæc Illustrissimo nata genere, Odelardum patrem, Nonam Aquitaniz Principem, S. Amandi nostri sororem, matrem habuit. A patre autem viduo exheredata, patienter id tulit, & Morfellæ sacrum velamen & habitum assumpsit. Ex eo autem Monasterio pauperimo ab Hunnis direpto, cum licentia post patris mortem Merbeccam rediit, & ibidem consenscens, post longos vitæ labores, ad cæleste præmium evocata est. Floruit A. C. 640. à S. Autberto postea pro meritis elevata, & in Collegiatam illic Ecclesiam translata. Ex rer. Belg. script. Arnoldo, &c.

S. Berlendis 640.

In Monte Castriloco, translatio S. Waldetrudis Viduæ, conjugis S. Vincentij Principis, dein Abbatissæ & Principis Montensium Tutelariz. De qua fufius 5. Id. Apr. die ipsius Natali.

S. Waldetrud. 783.

PRIDIE NONAS FEBRUARII.

G.

merito congeminas, nocte & die in profundo maris sui, periculis fluminū, periculis latronū &c. assiduo obiret, & barbaras nationes, humanitate imbueret, & Christi mansuetudine informaret. Fuit insigni in pauperes charitate, ita ut vasa etiam altaris erogare nō dubitaret. Extra Diocēsim a. suâ, ubicunq; ageret, marsupium ad Zonam suspensum habebat, ut absente fortè eo què elemosynis præfererat, ipse dispensaret. Cujus peregregiū illud dictum: Absq; cunctatione egenis tribuendū, quando, quis eorum sit Christus, vel quando ille veniat ad nos, ignoremus. Sed & illud vitæ ejus scriptori dignissimū commendatione visum: quod quantumvis gravissimis perpetuo occupationibus obrueretur, nullā tamen perfectionis Monachicæ jacturam faceret, imo Monachicis inter labores Apostolicos exercitiis, fervorē animi magis magisque accēderet & confoveret. Inter miracula ejus celebre illud habetur, cum Danis atq; Normannis Germaniam vastantib; ab iisdē in agro Nordensi oppressus, paucos qui aderant Christianos, ad arma, victori & numerosissimo hosti inferendā accenderet, ipse autem velut alter Moyses, in collem proximum ascendens, precibus Numen interpellaret, memorabili omnino victoria profligatum hostem & in fugam actum, ferocissimo exercitu prodigosè dissipato, decem millibus trecentis & septuaginta occisus. Notatus postea collis ille, ubi genua

Mira visoria.

genua flexerat Divus, perpetua deinceps viriditate cultissimus, & lapis, in quo inter orandum manus deposuerat, earumdem velut in ceram impressarum, imaginem referre. Sed & illud rarius, cum in Sueoniam frequentius navigans, naufragio imminente, maris fluctus prodigosè confopiret; & Ludovici Pij Imp. Aug. filium Carolum, frustra per varia Sanctorum loca missum, à maligno obsessum genio, incredibili totius Imperii plausu, importuno infessore felicissimè liberaret; ita ut tot Regnorum hæres, tantus postea Imperator illi deberetur. Mortuus est, meritissimus Bremensium atq; Hamburgensium Archiepiscopus, celeberrimus Aquilonis Apostolus A. C. 888. (aliis 889) innumerabilium mortalium ad Christi fidem conversione, sed Erici inprimis Gothorum potentissimi Regis per sacrum lavacrum expiatione felicissimus. Ex Anonymo Synchrono vitæ script. & Mon. Corbei. Baronio, Iepes, Ioanne Magno, Adamo, Bremense, Andr. Brunnero, &c.

Carolus Crassus Imperator. damoniacum liberat.

Obiit 888.

S. Rhabanus Archiep.

Moguntiz S. Rhabani Archiepiscopi & Confessoris. Rhabanus, Maurus cognomine, familia Magnentius, Germanus patria, Fulde nonnullorum opinione, aliis Moguntiz natus, in omni penè vita mirabilis extitit. Novennis lacra Divi BENEDICTI militia, in Monasterio Fuldensi adscriptus, tantillæ ætatis puerulus, omne pro virili studium, ad scientiam scripturarum convertit, & in omni eruditione tam sæcularium quam Divinarum artium, longè doctissimus evasit. Alcuini nostri cum celebre toto terrarum orbe nomen esset, ut ipsum, Romæ tunc profitemem literas, audire liceret, à Rattario Abbate impetravit, sextoq; post anno tot artibus cumulatus reversus est, ut tot eruditorum consensu, quotquot celeberrimæ flore primævo Scholæ Doctores habuerunt & genuerunt, haud immerito Armarium Scientiarū diceretur. Ad quem proin, non diversi solum Abbates, alumnos suos, sed Principes ac proceres terræ, filios charissimos, ejus magisterio instruendos submiserunt. Idem primus Græcas litteras in Germaniam invexit, cum illarum cognitio, nullo tunc interprete seu versione, necessaria admodum esset; longè vero magis de patria meritis, cum merito ut incomparabili, sic immortalis, omnium Liberalium artium studia longè lateq; propagans, spectatissimos æternis sæculis magistros educaret, & rara

Armarium Scientiarum.

felicitate amplissimas beans provincias, è barbaris & incultissimis, cultissimos moribus & studiis Germanos redderet. Emicuit, ait de Rhabano Baronius, ut fulgentissimum sydus, cujus quæ extant scripta, tanquam lucis radij, excellentiam demonstrant Auctoris; ut & iisdem Germania illustrata gloriatur suum haud adeo imparem Magnis habuisse Doctorem, affirmante Trithemio: nec Italiam Rhabano similem, nec Germaniam æqualem vidisse. Is Fuldensium pro meritis Abbas, ac deinceps Archiepiscopus Moguntinus creatus, sedem utramque, ut stupenda eruditionis laude, sic admiranda juxta vitæ sanctitate mirificè exornavit. Sed & præstantissima miraculorū gloria à Deo commendatus, cæcis visum, claudis gressum prodigosè restituit; sæpius dæmones expulit, variisq; aliis prodigiis dignè eluxit. Multa Concilia jam Archiepiscopus celebravit, & immortalis merito pestilentissimam Godescalci Hæresin è Germania profligavit. Commentarios, Ludovici ac Lotharii Imp. precibus, in Vniversam Sacram Scripturam composuit, & præter plurima alia monumenta ingenij præstantissimi, admirandæ artis librum illum de Cruce edidit, decessitq; magno totius Germaniæ luctu A. C. 856. Ex Brovveri Annal. Fuldens. Freculpho, Trith. Baron. Iepes, Bruschio, &c. & Annal. nost. Ben. & Germ.

Ejus discipuli.

Elogium.

Miracula.

Obiit 856.

S. Cuanna Abbas.

In Britannia S. Cuannæ five Cuannæchei Abbatis & Confessoris. Is Regio ortus genere, Midarni filius, qui pronepos Nelli Magni Hiberniæ Regis fuit ex Eunio filio, pomparum tamen omnium ac mundi illecebrarum generosissimo contemptu multo illustrior extitit, & in Admirabile in cucullo proficiens sanctitatem, Lismorensis postea Cænobii Abbas esse meruit. Fuit in omni vita heroicis præditus virtutibus, prodente juxta Numine grandibus miraculis, quanti servum suum faceret, quantosque ejus opera in terris fructus expectaret. E quibus mirabile prorsus illud, cum in hostili quandoque relicto loco, verè expertus curam de se solliciti Numinis, juxta illud Pfaltis Regii, in manibus portabant te mirè per duos Angelos, ipse dormiens, in patriam est translatus. Hoc vero plusquam heroicum: cum propria mater ejus oculos à nimia laudasset pulchritudine ab ipso utrumque manu propria erutum, ne aliis forte esse possent occasio ruinæ. Sed cum inde egressus ter de vita periclitaretur, eosdem quos

Oculos proprios eruit.

eruerat grandi prodigio recipiens, salvus & incolumis singulari Numinis beneficio fuit. Fuit Religionis & disciplinæ Monastica mirificus propagator, non Monachis solum diversorum Cœnobiorum, sed & Clericis, ei quoquomodo subijci exambientibus, ad quem pro confraternitate cum aliquando mille septingenti quadraginta sex Monachi & Clerici concurrerent, iisdem in aëre magna quadam campana apparuit, quo ipse signo Sanctum Furseum nostrum, ipsis similiter jungi volentem, designari dixit, de quo cum sciscitarentur illi: ubinam is ageret? in Gallia Peronæ respondit, ex quo de utriusque tam procul agentis, & mirè correspondentis, gratia & spiritu Prophetico facile omineris. Illud etiam prodigiosum, cum lapide aliquando usus pro nave, lacum quendam mirè enavigavit. Sed & aliis multis ejus sanctitatem DEVS in terra commendavit. Mortuus est sub A. C. 650. cum plurimos Christo filios verbo & exemplo generasset. *Ex diversis rer. Britann. scripti. Ioan. Colz. Annal. nost.*

Confraternitas.

Lapis pro nave.

S. Lietphardus Archiep.

In Hunonis Curia, S. Lietphardi Archiepiscopi Cantuariensis & Martyris, de quo sic hæc die doctissimus Molanus: *Fuit hic Cantuarie in Anglia Archiepiscopus, germanus B. Onastanti Londriarum Praefulus, qui tempore Dagoberti Regis cum Carduele Regis S. Petri beneficia elegit Romam adire, unde exsoluto sua peregrinationis voto rediens, in arida Gammantia nemore est trucidatus, & à ruricolis Trescalti sepultus: sed accedentibus miraculis digniore loco collocatus, &c.* Ita Molanus. Eum quod plerique in nostro Cantuariensium Pontificum catalogo prætereant, brevis temporis quo præfuit fecisse videtur, & fortasse quod Romam, forte pro confirmatione profectus, antequam reverteretur in solo alieno decedens tumulatus fuerit. *Hugo Menard. &c. Molan. cit. &c.*

S. Gilbertus

Præsignatur.

In Anglia Natalis S. Gilberti viri Apostolici, stupendorum miraculorum patris mirifici, Gilbertinæ à se cognominatæ Congregationis meritissimi Instituto. Hic patre Iocelino Normanno, militia clero, matre Angla, in pago Sempringham natus est; ante quam ederetur illustri prodigio præsignatus, cum matri per somnum, luna è caelo delapsa in sinum videretur. Missus in Gallias ad perdiscendas litteras, inde reversus, puellis puellisque instituendis animum adiecit, quibus juxta litteras sanctitatis studia, mira dexteritate propinavit. In au-

la Lincolnensium Episcoporum Roberti, ac dein Alexandri verlati, multumque obnitens presbyter ordinatus, miræ vitæ perfectione enituit, commissumque sibi gregem ita informavit, ut haud multum à Monachorum abesse disciplina viderentur. Ordinem postea, seu Congregationem Virginum in primis Deo sacrum, sub Admirabilis Patris & Patriarchæ BENEDICTI Regula instituit, ac dein viro rû similiter collegia fundavit, quibus mirificè providit, nequid mutua necessitudine periculi subirent seu damni paterentur. Illud Institutum ut tolemni Romani Pontificis auctoritate confirmaretur, ipse Eugenium III. accessit, & connitente juxta S. Bernardo nostro, facile impetravit, cum stupendis, quibus Gilbertum Deus commendaverat, auditis miraculis, nihil magis quereretur Pontifex, quam quod tanti viri notitiam maturius non habuisset, quem ad Archiepiscopatus Eboracensis cathedram, pro meritis fuisset promoturus. Præesse proin sanctissimæ quam fundaverat jussus Congregationi, ea paulo post ejusdem incrementa videre meruit, ut superstes etiamnum Fratres septingentos, sorores mille & centum numeraret. Quo honore postea se abdicans, vitam, quam necdum antea, Monachicam professus est, & Rogero Sempringhamensi, qui proximus ipsi in regimine successerat, velut omnium postremus humillimè se submisit, & per omnia obediit, atque exactissima SS. Regulæ observantia longè cæteros antecessit. In victu omnium continentissimus, à carnibus perpetuo, nisi gravissima pressus aegritudine abstinuit. Olera, legumina, & id genus alia, velut pro deliciis habuit, iisque adeo parce usus est, ut multi admirarentur in tanta abstinentia posse vivere, cilicio, quam occultissimè fieri poterat, corpus domuit; in lecto non jacuit, sed sedit, nec quidquam capiti supponens, illud si somno opprimeretur, pronò vultu versum pectus depressit. Exagitatus miris calumniis & calamitatibus, mira patientia & modestia omnes superavit. Ejus imperio morbi, venti, ignis mirabiliter celsere. Sed & Spiritu prophetico non caruit, maximisque celeberrimus virtutibus è mortali carcere ad immortalium Regna concessit, major centenarius, A. C. 1190. Quem non minus à morte contestatissimis illustrem miraculis, post dignam & solemnem in omnia inquisitionem Innocentius III. Pontif. Maxim. A. C. 1203. Sanctorum albo adscripsit. *Ex Guilielmo Neubrig.*

Institutor nova familia.

Confirmatur eadem.

Rigor vite.

Patientia.

Obiit anno 1190.

Neubrig. Sanderi, Nic. Harpsfeld. & Annal. nost.

B. Christianus.

In Monasterio Heimenrodeni B. Christiani monachi, multis revelationibus & miraculis clari. In hoc, præ cæteris omnibus, admiranda humilitas altissimas radices fixit; ita quidem ut ad amissim præscripti S. P. N. BENEDICTI, omnibus se viliores, non solum lingua sua pronunciarer, sed intimo cordis affectu crederet. Unde si quem Fratrum sibi obvium haberet, complicatis manibus contrahebat se, & ne illum veste tangeret, in partem declinabat. Causam rogatus, in vera simplicitate respondit: *Ego sum peccator, & non sum dignus, ut hos Sanctos viros tangam, vel tangar ab eis.* Meruit & ob hoc ipsum atque alia CHRISTVM ipsum, sæpè etiam Augustissimam cæli Impera-

Mira humilitas.

S. Bertulphus Abbas.

Miraculum.

Ab aquila contraptivias defenditur.

tricem sanctosque Angelos intueri, & eorum familiari colloquio in terris perfrui. Cui gravi infirmitate presso (ò magnam omnino dignationem!) Christus & sanctissima ejus Genitrix candidis induti cucullis adfuerunt, & cum ipso alternatim Horas Canonicas recitarunt, in quorum manus non multo post, felicem animam exhalavit. *Cæs. Heisterb. Ang. Manriq. Barn. Montalb, Henriq.*

Magna gratia.

S. Simon Abbas.

In Cænobio Sithiveni, S. Simonis Abbatis & Confessoris. Fuit Simon XLII. Abbas Bertinensis, vir eruditionis & sanctitatis titulis illustrissimus, animique demissione maximus. Abdicavit à se Abbatis honorem A. C. 1136. & vitæ reliquum sancte exigens, ad præmia beatorum transiit. A. C. 1148. *ex monim. Bertin. Hug. Menardo, Arn. Duac.*

NONIS FEBRUARII.

V. Februarij.

A.

Gandavi in Monasterio Blandiniensi, natalis S. Bertulphi Abbatis Confessoris. Hic, Alemannus patria, patre ac matre gentilibus editus, naturali tantum lege edoctus, mira innocentia & integritate enituit; & gentilitatis errores singulari Numinis gratia detestatus, novus ac quasi redivivus Abraham, relicta possessione, domo & parentibus, Deum ducem sequutus, in Galliam peregrinus abiit, & Wamberti Comitis amicitiam meruit. Ab hoc domesticis & familiaribus adscriptus, Baptismi accepta gratia, amplissima rerum administratione honoratus est. Sua in pauperes liberalitate, res Domini mirè auxit; sed malæ fidei & prodigalitate ob hoc ipsum incusatus, & recenti, atque ut vocant flagranti in facto proditus, dum panem caseum & vinum pauperibus ferret, sciscitante Wamberto, quid rei id esset, aquam & affulas prodigiosâ quamprimum mutatione ostendit. Sed & illud miraculum valde rarum, quo intempesta & pluvia nocte, famulis Domini sui famulari sollicitum, dum in campo excubaret, sciscitante, & anxio propter ipsum Wamberto, & ubi Bertulphus suus esset indagante? miræ cujusdam magnitudinis aquilæ, alis expansis ab imbribus protegi visus ipsimet Berthulpho est; cum & sub velamento illo, lectioni intenderet, caelesti lumine, quasi facem lectori tam industrio præferente, à quo proin filij deinceps loco est habitus. Mortuo Wamberto, & ipse mortuus mundo, cucillum exambiit, neque

multo post Rentiaci condito Divi Dionysij Cænobio, Abbas præfuit, multosque verbo & exemplo Christo alumnos adduxit, quibuscum cum plurimum profuisset, ad superna vocatus præmia, in Domino requievit, gravissimis à morte miraculis illustratus, cujus sacrum corpus, à maximis Principibus maximi loco thesauri re-demptum, religiosissimè asservatum, & summo populorum concursu & plausu Blandinium denique deportatum est. Æterni meriti illud, quo de spectatissima atque amplissima circumjacente provincia mereri etiamnum nunquam desinit, *Solet enim, verba Sanderi sunt, in Blandinio, ut constanti fama apud illos traditur, pulsam velut manibus edere, circa feretrum suum, gravi aliqua imminente Divina ultione. Et sic, tanquam admonere fideles, & precibus & fructibus pœnitentiæ, iram Dei accensam placarent, &c.* Sed & servatam immortalis merito, contra hostium incursionem Bononiæ Urbem mari Morinorum propinquam, Molanus Tutelari huic potentissimo tribuit, ut cætera ejus referre consulto prætermittamus. Claruit A. C. 600. *de quo consulendus Flodoardus. Abb. & div. rer. Belg. script.*

Mortuus.

Æternum beneficium.

In Britannia S. Indracti Abbatis, cum Sociis Martyribus novem. Fuit Indractus, ut eminentissimo genere, Regis nimirum Hiberniæ filius, sic animo excelsissimo, summa tamen prædico & generosissima ad humillima, pro amore Numinis & proximorum, demissione. Regulam S. P. N.

S. Indractus Abbas.

BENEDICTI amplexus, ipse Regula Sanctissimi instituti omnibus factus est, tantus vitæ exemplo, ut ipsos etiam cælos raperet. Ita miraculum mortalibus, immortalibus spectaculum, Deo denique ipsi holocaustum esse meruit. Nec defuere miracula, quibus tantum servum suum, Numen orbi commendaret; quorum haud minimum illud, cum stagnum ipse parvum foderet, cum certo piscium numero, quantum sufficere sibi ac suis crediderat, numero illo neque aucto, neque iminuto. Neque minus illud, cum defixus humi scipio ejusdem in arborem cresceret, sine mora effrondescens in oculis omnium, virorem comprobans ejus sanctitatis. Is post multa egregia facta Romam profectus, veneratusque Apostolorum limina, in reditu cum novem sociis spe pecuniæ interemptus, & in foveam projectus aliquam, columnæ igneæ indicio, In Regi proditus est, quã tribus noctibus conspexerat foveæ illi insidere, cui inventioni, cum & sceleris rei interessent, ab inferis mox obsessi hospitibus, miserè perierunt; insignibus miraculis comprobante Deo fervorum suorum sanctitatē, quorum intuitu plurimi Christiani se legibus subjecerunt. Occumbit cum suis Indractus A.C. 678. Martyris titulo & honore à suis celebratus. *Ex diversis rer. Britann. script. Ioan. Colg. Annal. nostr. Bened. &c.*

In Monasterio Vileccensi S. Adelheidis Virginis & Abbatissæ. Hæc Illustrissimo nata genere, patrē Megengorem habuit Geldriæ Comitē, inter Principes Germaniæ spectatissimū, matrem Gerbirgam Godefridi Ducis filiam. Regulam S.P.N. BENEDICTI in cōdito à parentibus Vileccensi Cænobio professa, eidem prima, Abbatissæ nomine & honore præfici meruit. Vitam vixit longe spectatissimā sanctitatē eximia & meritis gravissimis, quam tanti sanctissimus ille Colonienſium Archiepiscopus Heribertus fecit, ut in rebus Divinis constituendis, libenter ejus consilio uteretur, neque indignum Pontificia duceret auctoritate, mulieris tam sanctæ sententiam rogare, & quæ suaserat adimplere. Claruit insigni miraculorū gloria, quæ inter, insolentiora illa: Si quam è fororibus, ob ineptam Chori laboribus vocem raucam seu dissonam objurgaret, & manu in faciem inflicta modicum cæderet, toto deinceps vitæ reliquæ tempore, sonora atque delectabili voce excelluisse. Similiter, si quas longa ægitudine laborantes, tanquam inutiles Cænobio ac de-

fidiosas reprehenderet, illico prodigiosè restitutas convaluisse. Pauperum diligentissima mater fuit, & famis maximè tempore, iisdem liberalissimè consuluit. Colonienſi postea S. MARIÆ Monasterio præesse coacta duplici Abbatissæ oneri minimè succubuit, honorem solummodo ægrius tulit, tantamque sacris Virginibus curam adhibuit, ut nullam omnino negligeret, verum singularum vultum, habitū, naturam, affectiones acurate dispiceret, & si quid cuiquam deesset, sollicitè expendere atque inquireret. Mortua est Colonia; de qua insigne illud & memorabile prorsus S. Hiberti Archiepiscopi testimonium atque elogium celebratur, cum ab ipso Vileccenses Moniales sacrum Abbatissæ suæ corpus flagitarent: *Equidem, inquebat, si corpus S. Agathe Virginis, cujus* *Elogium mi-*
hac ipsa die Festum agitur, hic jam coram me
haberem, ut mihi Deus testis est, haudquaquam
illud huic corpori anteferrem. Sed prodigio insigni docuit Deus Vileccensibus debere, cum factum funus navi impositum, necdum dispositis remis, contra fluminis cursum atque impetum, sursum, versus Vileccense Monasterium contenderet, prosequente illud ipso Heriberto, & ingenti populi multitudine consequente, quod miris postea prodigiis fidelibus Venerandum, Numen commendavit. *Ex vita ejusdem apud Surium tom. I. SS. Annal. nostr. Chron. Colon. German. nostr. &c.*

Spoleti S. Eleutherii Abbatis & Confessoris. Fuit hic Abbas S. Marci in Vrbe Spoletana, sanctitate & miraculis clarus, summa simplicitate, & ut sacri vocant, compunctione spiritus, præditus; cujus lachrymæ defunctum à morte resuscitarent. Fuit & illud celebre prodigium, cum ex itinere ad sacrum quoddam Virginum Cænobium diverteret, in eoque puerulus quidam à dæmone obsessus, cum viro DEI, rei ignaro, in lectulo eodem de industria locaretur, proscriptum sola Divi præsentia pessimum inessorem atque expulsum, & puerulum prodigiosè liberatum esse. *Ex li. 3. Dial. S. Greg. PP. Andrea. Bamber. &c.*

In Scotia, nec non Metis in Gallia B. Fingeni Abbatis & Confessoris, qui utrobique magnis sanctæ vitæ relictis exemplis æternam meruit memoriam, & cum singulari Numinis impulsu Scoti Monachi ingenti frequentia, patriis finibus, cum honoris fastidio, tum consulendi proximis studio, & Fidei propagandæ zelo, in diversas Europæ provincias sese effunderent, ipse Metas delatus, atque utiliter in-

Stagnum mirabile.

Occiditur.

S. Adelheid. Abb.

Res miranda

Mortitur.

Elogium mi-

S. Eleutherii.

B. Fingeni Abb.

terceptus, ibidem S. Symphoriani Cænobio præfectus est; magnus omnino Abbas, & qui non Fratribus solum suis plurimum profuit, sed latius multo sese extendit benè merendo, ob singularia Numinis dona Adelheidæ Augustæ, & Adalberoni atque Theodorico Metensibus Episcopis plurimum dilectus, atque æstimatus. Claruit A.C. 970. *Ex divers. rer. Brit. script. Ioan. Colg. &c.*

S. Andreas Abbas.

Elnone in Belgio S. Andree Abbatis, discipuli S. Amandi, qui tanto Magistro, dignum se probans auditorem, æmulatorem felicissimum præstitit, & celeberrimo illi Monasterio plurimum consulens, post multos exantlato labores ad Christum migravit. Claruit A.C. 670. cujus vitam plurimi desiderant, ubicunque latentem. *Hugo Menard. in Martyr. Bened. & nos in Germ. nostr. & Senticeto Bened. &c.*

B. Alexandri Abb.

In Gallia B. Alexandri Abbatis, sanctissimæ conversationis viri, qui in partibus Normaniæ vitam agens eremiticam, annuente Henrico Anglorum Rege, cum plurimos congregasset discipulos, ad sanctissimam Cisterciensium nostrorum Reformationem, cum omnibus suis se transferens, in Cænobio, quod Mortuum-mare dicitur, se condidit, & ibidem sub Walerano Abbate Monasticis se subdens disciplinis, insigni animi demissione effulſit, & post egregia sanctitatis data exempla, meritorum dives, choris Sanctorum sociari meruit. *Nic. Harpsfeld. Vint. Belovac. Sequin. Chrysoſt. Henriq. &c.*

B. Aleides Abb.

In Westphalia B. Aleidis Abbatissæ, morum integritate ac monasticæ disciplinæ augmentandæ Zelo, admirandæ. Effulſit hæc variis miraculis, & cælestibus illustrata est. Fuit autem mirè affecta, ad SS. Christi Domini Corporis Sacramentum,

in cujus perceptione, mira dulcedine, & magno quidem atque continuo miraculo fuit recreata, quod B. Casarius breviter refert his verbis: Quotiescunque Corpus Domini à Sacerdote susceperit, non panis soliditatem inter dentes, neque panis saporem intra fauces sensit, sed ipsum Sacramentum quasi favus mellis sine masticatione per guttur ejus in ventrem defluxit, sicut mira suavitate omnia interiora ejus replerentur. Quando autem defuncta est, Dominus Florentius Abbas de Campo S. MARIÆ, qui pater ejus fuerat spiritualis & Confessor, post sepulturam ejus, omnibus qui confluxerant eandem gratiam prædicavit. Ita B. Casarius. Eam autem plenam dierum & bonorum operum, cælestis Virginum sponsus, in gloriæ thalamum, post vitæ præsentis cursum introduxit. *Casar. cit. lib. 9. Chryſ. Henriq. in Menol. &c.*

Insignis gratia.

Romæ Ven. viri Pandulphi ex monacho V. Pandulpho Casinate S.R.E. Cardinalis Episcopi Ostiensis. Is puerili ætate in Sacratissimo Casini Monte, Beatissimo Patri nostro dedicatus, tantis postea Virtutibus ibidem atque eruditione profecit; ut pro eximii vitæ laudibus inter purpuratos Ecclesiæ Cardines inferi meruerit, & sanctissimis Pontificibus Paschali & Innocentio II. aliisque strenuam navarit operam, suaque merita Ecclesiæ plurimum commendavit. Fuit DE parentis Virginis, unicæ Ordinis Matris & Tutelaræ, amantissimus atque observantissimus, ad cujus laudem, aliã inter ingenii monumenta Rithmum insignem composuit, sui que amoris æternum reliquit monumentum. Obiit circa A.C. 1134. *Ex Chron. Casin. Petro. Diac. Alph. Ciac. &c.*

VIII. IDVS FEBRVARII.

VI. Februarij.

S. Amandus Episc.

Natalis S. Amandi Episcopi Trajectensis, cujus vita & mors, pluribus miraculis extitit gloriosa. *Mart. Roman.* Amandus Sereni Aquitaniæ Ducis filius, contempto amplissimo Principatu factus in oculis suis vilis, monachum in Ogiæ insula & Monasterio professus, contentissimo ad apicem perfectionis cursu contendit. Inde Biturigum ad urbem profectus, S. Wandregisili nostri cura atque institutione usus est. Tunc vero primum post diutinam in contemplationis studio exercitationem &

probationem, in infidelium conversionem totus incubuit, tanti meriti assiduo labore factus, ut nulla, tot tantarumque Gentium quas prædicaturus adiit, ullo illud sæculo fatis ac dignè sit deprædicatura. Tungrenſium Pontifex renunciatus, cum vultum Regis minimè reveritus, Pontificali auctoritate Dagobertum Regem acrius pro libidinis icelere corripere, pro pietate exilium meruit; eoque benè usus, arrepta ceu divinitus oblata occasione, cum & sanguinem fundere pro Christo optaret, in Valconiam

Magnus Apostolus.

profectus Gentilibus Evangelium prædicavit, & ad alia atque alia digressus loca, Gandavum pervenit, ubi plurima à barbaris perpeffus, ibidem excitato prodigiosissimè mortuo, eo tam insigni miraculo, plurimos CHRISTO lucrificavit, & sacris aquis abluit. Dein multo longius progressus transito Danubio ad Scavos usque penetravit, ubi cum operæ non responderet fructus, ad proprias deniq; oves rediit, à Dagoberto post octennii exilium revocatus, & summo deinceps in honore habitus, eo ipso etiam nomine de Regnis Galliarum & Germaniæ meritissimus, quod tantum Regem è vitiorum cæno extractum, sanctitatis, pietatis, liberalitatis, omniumq; Regiarum virtutum exemplar, univèrsis terræ Regibus imitandum tam feliciter formaverit, eoque amplissimas provincias verè beatas fecerit. Pœnituit serio Dagobertus, & dimissis concubinis, Amando obsequutus, Regum potentissimus evasit, & ut reverentiam apud omnes, sic apud DEVM gratiam & felicitatem meruit. Siquidem legitima uxore denuo ad thalamum admiffa, illico summa cum Regnorum omnium gratulatione, filio à Numine donatus est; qui ab Amando solemni ritu baptizatus, cum adstantium nemo Pontifici responderet, solutissima insigni miraculo lingua, infans jam minimè infans, auditibus univèrsis, in responsionem solemnè Amen disertissimè prorupit. Condito ex in Argentinensi seu Argentoratenfi potentissimo Præsulatu à Rege impositus vir sanctus, Cænobium illic primum condidit, ad quod sedes paulo post transferente & figente maxima mortaliū multitudine, è veteris Argentinæ ruinis, nova, & longe spectatissima totius superæ Germaniæ Vrbs consurrexit, quæ monachorum cura & institutione, haud aliter atque matris diligentia adolevit, & tanta evasit. Præfuit non multos annos Argentinensi Cathedræ Aman- dus, nihilominus tamen præfectura tam brevi, multum atque æternum, & urbi, & Alsatia universæ consuluit, ac relicto successore, gratia & nomine Iusto, viro sanctissimo, è Valle Divi Gregorii Monacho, ipse non multo post etiam Leodiensi Pontificatu abdicato, munus prædicandi Gentibus, à Martino Papa denuo suscepit, & fructu insigni, invincibili patientia longè lateque Fidem disseminavit, idololatriam profligavit. Tan-

dem imminente felicissimi transitus die, ad quietem Cænobii reverfus, apud Pabulenses in suo Elnovenfi Monasterio, quod ab ipso deinceps *S. Amandi* nomen meruit, vita excessit Anno Christi 662. Tungrorum, Eburonum, Brabantorum, Vasconum, Alfarum aliorumque plurimum *magnus Apostolus* merito appellatus; repertus post decimum sextum à morte annum, adeo incorruptus, ut unguis etiam & barba crescerent, dentibusque duobus ex ore ejus religionis ergo evulsis, sanguis recens efflueret. *Ex Chapeauville, Bucherio, Miræo, Milone mon. Guillimanno, Cratopolio, Bern. Herzog. Chron. Argent. Iod. Coccio, Baronio, Iepesio, Annaub. nost. Aquila Imper. Bened. & Senticeto flor. German. &c.*

Romæ depositio B. Inæ Occidentaliū Saxonum Regis, Monachi Confessoris. Inas Regum sanctissimorum fulgidissimum speculum, *Iustitiam*, inprimis, quæ solam *gentem & regnum exaltat*, Reges commendat, sanctissimè coluit, & quo feliciter suos, ad benè beateque vivendum instrueret, sanctissimas ipse leges condidit, easque duobus libris complexus, subditis maxima cum utilitate composuit imposuitque. Welleiæ Basilicam magnifico apparatu struxit, atque Divo Andree Apostolo dedicavit; in qua æternò merito, dignissima Regibus munificentia sedem Episcopalem instituit, eamque multis postea possessionibus multiplicavit. Similiter Glasconiese celeberrimum Cænobium ædificans, amplissimis prædiis dotavit atque ditavit. Ut autem de matre Ecclesiarum omnium pro dignitate mereretur Romam Christiano 726. ipse se contulit, Regnumque universum spon-te sua Romano Pontifici vestigale fecit; singulis denariis in singulas domos per totum Regnum impositis, è quo tempore, vulgo *Denarij S. Petri* appellati sunt. Cum animadverteret autem Rex optimus, per administrationem publicarum rerum, se à Divinarum cura haud leviter impediri, longè generosissimo opulentissimi ac florentissimi tunc Regni contemptu, abjectis purpura ac diademate cucullum atplexus, monasticumque humile institutum professus, quotidianis virtutum incrementis, ad sublimissimum perfectionis apicem conscendit, & consummatus in brevi, æternum Regnum pro terreno meruit. Cujus ita habet in Ecclesia Glaconienfi Epitaphium:

Totus

Epitaphium.
Totus in affectu Divæ pietatis inhaerens,
Ecclesiæq; juges amplificavit opes.
Melchisedech noster, merito Rex atq;
Sacerdos
Complevit veræ Religionis opus.
Hinc abiens, illic Monachali fulget honore
Hic quoque gestorum laude perennis erit.

Ex rer. Britann. script. diversis Matth. Westmonast. Nic. Harpsfeld. Polyd. Virgilio, Hugone Menardo Arn. Duac. Annal. nostr. Bened.

S. Godefridus Comes.

In Cænobio Hirsaugiensi, S. Godefridi Comitis & Monachi. Hic insigni generis, opū, potentia & gloria contemptu maximè enituit, ex Comite Palatino humillimus sanctissimi Cænobii Asceta, cū prius opes suas in Christi pauperes, & prædictum Monasterium liberalissime profudisset, se ipsum Christo, nequid reservasse in mundo videretur, totum emancupans. Vixit vitam longè religiosissimam, factus exemplar cum Palatinis omnibus tum Monachis, donec posito corporis pondere, ad palatia immortalium evolaret, A. C. 1168. *Ex Chronico Hirsaug. Ioan. Trishemii, &c.*

B. Didacus Episc.

In Hispania B. Didaci Oxomenfis Episcopi, viri Apostolici. Didacus Velazquez Azebedius, insigni generis nobilitate, rara eruditionis laude, summa sanctitatis opinione, Pontificii honoris culmine, & meritorum Apostolicorum celebritate, rarum sæculi sui ornamentum extitit, & tam exquisita præstantissimorum talentorum à Numine concessione atque conjunctione longè felicissimus, humilitate nihilominus, & religiosissima simplicitate mirificè excelluit. Is cum Pontificii honoris onus ac munus dignè expenderet, in eo uno assiduus & totus fuit, qualiter irremisso labore, plurimas Christo animas lucraretur. Canonicis primum suis, specialius sibi & propius, pro Episcopali & Cathedrali Ecclesiæ honore commendatis, superatis plurimis difficultatibus & obloquutionibus, Regulare deniq; institutum persuasit, & ut sæcularibus quibusque exemplo essent, & faciem sanctioris vitæ præferrent author fuit. Idem Sanctissimum Dominicum (qui Prædicatorum deinceps Ordinis Institutor fuit,) ad se pellexit, & Canonicatus honore insignitum suæ Ecclesiæ gremio inseruit, sanctè adamavit, & gravissimis functionibus adhibuit. Legatus ab Alphonso Ca-

Zelus animarum.

stellæ Rege in Marchiam, Dominicum eundem sibi adjunxit, Tolosamque veniens, urbem gravissima hæresi laborantem plurimum doluit, Romamque profectus, memorabili prorsus exemplo, absolvi ab Episcopatu, ut conversioni Hæreticorum liberè intenderet, sollicitè oravit, nec impetravit. Nihilominus Cistercium profectus, cucullum induit, & aliquot inde secum Monachos abduxit, à quibus in Regulari disciplina exactius informaretur, eaque quæ Ordinis sunt cum iisdem perfectè exerceret. Duodecim dehinc ejusdem professionis junctus Abbatibus, ad Albigenfium conversionem ab Innocentio Papa designatis Apostolis, cum splendidiore apparatu eos uti cerneret, & eruditionis suæ fulcro nimium niti cerneret, dignissima instructione nuperrime novitius magistros ipsos instituit, & solidam convertendorum Hæreticorum attem ac rationem lucrandi illorum animas docuit, simulque exemplo prævit: *Non sic*, inquit, Fratres, *non sic arbitror procedendum, mihi enim impossibilem rem moliri videretur, qui solis verbis putet homines istos reduci posse in viam, operibus potius & exemplis revincendi sunt, qui vita sua merita jactant impudenter, &c.* Mox ergo familiam suam, & equitatum, atque apparatus omnem, quem copiosum habebat à se remisit, & ut illi à se remitterent persuasit. Quo facto cum iisdem sine expensis, in voluntaria paupertate Christum pauperem prædicans, summis perfunctus laboribus, pedibus longè lateque discurrens, Hæreticorum animos lucratus, insignem Romanæ Ecclesiæ operam navavit, & æternum Episcoporum æque ac Monachorum exemplar factus, qualiter lucranda sint animæ, & Hæreses evincenda, cum verbo, tum exemplo efficacissime demonstravit. Rarius illud ejus de Sanctissimo Prædicatorum Ordine meritum, quod ipse Beatissimū ejusdem Authorem Dominicum primum promovit, strenuè exercuit, imo, quod per maximum est, Constitutiones sacræ illius familiæ Divo Dominico ipse dictavit, ut eo nomine alter ejusdem lectissimæ familiæ Auctor esse & dici meruerit. Reverlus deniq; cū Monachis suis fociis ad sedem suam, ibidem sancto sine consummatus requievit, & magna post mortem miraculorum gloria illustratus fuit, quæ decepsit, A. C. 1207. *Theod. de Apoldia, Ioan. Marietta, Jordan. Gen. Prædic. Umberto, Petrus Equilinus, Vincent. Annal. nost. Bened. &c.*

Hæreticos convertit.

Paupertatis studium.

Alter Fundator Prædicat.

B. Leo Abbas In Cænobio S. Bertini B. Leonis Abbatis. Leo sive Leonius, vir multæ & eruditionis & religionis, Bertinensi celeberrimo Cænobio tertius & quadragesimus in Ordine Abbas præfuit, atq; eximia integritatis laude suorum omnium studia accendit. Ipsi familiarior Mellifluus Doctor, literis subinde compellavit, cujus res gestas necdum habere meruimus. Obiit A.C. 1165. *Aub. Mir. VII. &c.*

B. Arnoldus Abb. In Diœcesi Carnotensi, B. Arnoldi Abbatis Bonævallis, qui postquam Cænobiū suum magna cum sanctitatis opinione rexisset, morte in conspectu Domini pretiosa requievit. Scripsit alia inter tractatum de verbis septem à Christo Domino in Cruce prolatis, quem edidit Franciscus Titelmannus, ex quo de Contemplationis tanti viri sublimitate omineris. Agunt de eo etiam Robert. Cardin. Bellarmin. Gagnois, Perenottus, Henric. & nos in *Annal. Bened. &c.*

S. Relinda Virgo. In territorio Loffensi juxta villā Maestike, in Monasterio Eickensi depositio S. Relindis sive Renulæ, secundæ ejus loci, post S. Harlindem, sororem suā, Abbatif-

æ. Condidit hæc cum modo dicta sorore sanctissima, celebre illud ipsum Cænobiū ad littus Mosæ fluminis, & sanctissimis Magistris Willibrordo & Bonifacio usa, Sacræ Regulæ nostræ se legibus devovens insigni humilitate & obedientia se plurimū suæmet sorori probari, cui & post mortem in regimine succedere meruit, & miraculorum gloria à Deo commendata refulsit. Claruit A.C. 750. *Ex Molano in Indic. & in Addit. ad Vsuardum, Arn Duac. &c.*

In Monasterio Zwifaltensi, depositio **Beat. mem. Godefridus.** Beatæ memoriæ Godefridi Abbatis. Is illusterrimo Comitum Palatinorum de Calw familia oriundus, Guelphonis Ducis, Principū fortissimi sororius contempto sæculi fastu humillimus Christi servorum factus, Monachum Hirfaugiar professus est. Inde pro vitæ meritis Cænobio Zwifaltensi Abbas datus, quo sancto fastidio purpuram olim rejecit, eodem Abbatialem quoque honorem aspernatus, cum vix biennium præfuisset, Hirfaugiam revertit, ubi post multa bona opera in pace quievit. *Ex Chron. MS. Zwifalt. monim. Hirfaug. Comp. Steph. Bochental. &c.*

VII. IDVS FEBRUARII.

VII. Februarij.

S. Odo Archiepisc. Cantuariæ in Anglia S. Odonis Archiepiscopi & Confessoris. Hic Anglus natione, adhuc sæculo serviens, ad Archiepiscopale Cantuariensis Ecclesiæ evectus Cathedrā, ne morem antiquum violaret, munus Episcopale, prius quam Monachus esset, adire non præsumpsit. Idcirco in Gallias transmittens, S. P. N. BENEDICTI Monasteriū Floriacense adiit, in quo cucullum indutus & disciplinis Monasticis initiatus atque instructus, in Angliam rediit: ubi nullas optimi Pontificis partes prætermisit, & plurimum cum de Ecclesia sua, tum de Regno universo meruit. Fuit autem è nobili Dacorum familia & profapia oriundus, Ethnicis tamen parentibus, apud quos puerili ætate, præcorum Martyrum triumphos æmulatus, multa gravia constanter pertulit, cum illi erga puerum malè affecti, quod Christianis se jungens eorum Conventus frequentaret, post gravissimas injurias, innocentulum hæreditate exuerent, & ut degenerem reproarent. Commendatus ob id ad Eaduardo Regi, præceptoribus traditus, Græcis atque Latinis literis insigniter institutus est. Militiam

postea sequutus, virtutem & industriam suam Regi mirificè probavit. Clero postmodum adscribi voluit, ac deinceps pro meritis Sarisburiensis creatus Pontifex, etiam difficillimis præliis ut interesset, ob admirandam in rebus gerendis dextertatem, exoratus, insignes sua ope atque consilio Regibus Victorias peperit, & de Regno Galliar sæpius immortaliter meruit. Quo nomine Eduardo Seniore, Athelstano, Edmundo (qui invitum atque oblitantem Archiepiscopum renunciavit,) atque Edredo Regibus, aliisque Principibus præcipuè charus, & summo in pretio est habitus. Blandiri autem nescius, horum successorem Edwinum, nihil veritus petulantissimi Regis iracundiam, adulterum graviter reprehendit, concubinas ejus charissimas aditu Ecclesiæ prohibuit, sed & quandam ex his Regi unice dilectā à curia Regis violenter abduxit, candentique notatam ferro, in Hiberniam mittens perpetuo exilio damnavit. Inde cum amens iracundia Rex, extrema omnia moliretur, pertulit constanter demeritissimi juvenis furorem Odo, cum eo etiam progressus esset, ut in Monachos

Fit Episcopus

Archiepiscopus.

Constantia ejus.

Miraculum celebre.

Merita.

Ejus hostis perit.

S. Romualdus Abbas.

omnes tanq̄ juratos suæ libidinis hostes hostilia omnia concerneret, Cænobia invaderet ac popularetur, atq; Dunstanum Monachorum præcipuum, in exilium ejiceret. Æternum illud Odonis meritum, cum in Clero etiam ipso gliscentem Sacramentarium Hæresim, acerrimo conflictu felicissime everteret, & pestem funestissimam insigni industria profligaret; triumphum Sancti Pontificis, insigni & spectatissimo miraculo confirman- te, cum solemnī Festo Sacrum facienti, in frequentia Cleri ac populi universi, singulari Numinis voluntate hoc ipsum obtigit, ut dum sacram frangeret Hostiam, sanguinis quamprimum inde guttæ destillarent. Miraculi novitate perterritis universis atque acclamantibus: *Exora Præsul sanctissime, ut in pristinam formam Sanguis præsens commutetur, ne nos propter infidelitatis errorem Divina ultio sequatur.* Oravit quamprimum Odo, & impetravit. Quo quidem miraculo adeo celebri Magnæ Britanniar Ecclesiis mirificè consultum fuit, & laborantium animi plurimum confirmati sunt. Meruit insuper celeberrima Synodo convocata, qua multa dignissima sanxit, & pravas per Regnum consuetudines sustulit, mores Cleri ac populi pessimos correxit, Religionem accendit. Præfuit plurimis annis sanctissime, & hæc demum die ad æternam patriam commigravit. Cui ut succederet Elsinus Wintoniensis Episcopus à Rege mercatus, eo infantiæ processit, ut super tumulum Odonis equis infectus, gravissimis insuper convitiis mortuum laceraret. Neque impunè, cum Romam pro confirmatione profecturus, in alpi- bus misere oberrans, nimio frigori nihil porro remedii excogitare posset, quam ut equorum exenteratorum adhuc spirantium extis pedes immergeret, quibus sepulchrum sanctissimi Pontificis conculcasset, nihil juvante miserum invento, quo minus, miserando mortis genere pessimè interiret. Claruit Odo sub A. C. 950. De ejus Festo die celebrato VII. Id. Februar. agit *Carolus Saussseus libro 4. Ann. Eccl. Aurel. Vid. Nic. Harpsfeld. & Annal. nostri Bened. &c.*

Fabriani translatio S. Romualdi Abbatis solemnissima, & major ejusdem quam die Natali festivitas quam sub Duplici, ut vocant, officio, totus Ordo noster hodie devotissime celebrat. Romualdus Sergio Patre Nobili Ravennæ natus, juvenili ætate Monachum Classensi in Cænobio

professus est. Multis Sathanæ insidiis & hominum invidia appetitus, de omnibus mira patientia & sacri propositi constantia triumphavit. Assiduis jejuniis & orationibus intentus, dono lachrymarum felicissimus fuit, cæterum animo tranquillissimo, & vultu adeo læto, ut intuentes omnes exhilararet. Martyrii cupidus in Pannoniam proficiscitur, sed morbo quo procedens afflictabatur, levabatur autem recedens, reverti cogitur. Instituit immortalī cum merito Sanctissimum Camaldulensium nostrorum institutum, quod ipsi mirabiliter præsignatum fuit, dum in Sibiria monte apud Fabrianum commoranti, scala inde ad cælos usque pertingens ipsi visa est, per quam homines candida veste ascendentes atque descendentes conspexit. Claruit magna miraculorum gloria, Prophetiæ etiam Spiritu illustratus; quo Otthoni Imperatori eventura prædixit; maximi ab eodem, aliisque Regibus & Principibus factus; adeo testatissimam ejus sanctitatem mirantibus & colentibus universis, ut *nisi ipsemet cohibuisset*, inquit Platus *totus terrarum orbis religiosam disciplinam subiturus videretur.* Decessit A.C. 1027. ætatis centesimo vigesimo, & quinto insuper, ut nonnulli volunt, cum ipsos centum sumo in vitæ rigore, et si summa item alacritate Deo in sacro Religionis habitu devotissime servuisset, cujus sacrum corpus quinq; post obitum annis repertum est incorruptum; hac autem die denuo elevatum est A.C. 1481. & è valle castri Fabrianū transportatum: *Ex Vita; Annal. Baron. Iepes, & nostris, August. Fortunio, Phil. Ferrar. Petr. de Nat. &c.*

Einchiū S. Amolwini Abbatis & Episcopi Laubiensis, de quo ita Trithemius noster: Fuit Abbas Laubiensis, & postmodum ibidem Episcopus, vir scientia & Religione clarissimus, qui fertur sanctitatis & doctrinæ suæ plurima monumenta reliquisse. Fuit enim contemptu mundi fortissimus, & omnibus virtutibus bonorum operum insignis. Ita Trithemius. Enituit autem & generis nobilitate, dignissimus per omnia successor S. Abelis, deque Episcopatu illo & Belgica provincia optimè meritus. Decessit sub A. C. 770. *Trith. Arn. Duac. & nos in Annal. nost.*

In Boica natalis S. Epponis Abbatis & Confessoris. Hic Monasterii cuiusdam haud longè à Prufeningen. Abbas, *cujus*, inquit æqualis fere Biburgensis

Scala mirabilis.

Mortuus 1027.

Incorruptus.

S. Amolwini.

Obiit 770.

S. Eppe Abbatis.

genus Monachus, *vita magna, probitas major, & maxima cum sanctissimo Eberhardo Bamburgensi Abbate, ac dein Salisburgensi Archiepiscopo familiaritas*, de ipsius meritis satis clarè enunciant. Et alias inter gratias, benignissimum Numen, de imminente Ecclesiæ gravissima tempestate, & futuro Schismate multa revelavit. Vidit autem quasi viduam, quam Rex quidam crudelissime impugnabat; neque vero fuisse qui illi opem ferre præsumeret, præterquam Monachum quendam Salisburgo advenientem, Eberhardo jam dicto per omnia simile, quem cum pro vidua pugnantem magno furore Rex invaderet, visus denique mira transmutatione, Monachus in chalybem, Rex in canem transmutari. Intellexit illico mysteriū Eppo, & Eberhardo Salisburgensem Pontificatum disertis verbis prædicens, quanta insuper passurus esset pro Ecclesiæ libertate prænuñciavit. Claruit vir sanctus A.C. 1146. *Ex vita B. Eberh.*

Prædictio
ejus.

B. Nivardus.

In Hispania Natalis B. Nivardi Abbatis, qui germanus frater fuit Doctoris Mellifui, & quidem eum natu minimus esset, puer mores pueriles iudicio & spiritu supergressus, cum fratres reliqui Bernardi omnes propositum sequerentur, & Guido puerum in platea sic compellaret: *Eja, inquit, frater Nivarde, ad te solum respicit omnis terra possessionis nostræ*, mox sagacissimus puer: *Vobis ergo, ait, cælum, mihi terra? Non ex æquo divisio hæc facta est.* Quo dicto, abeuntibus illis, tunc quidem domi cum patre mansit, sed paulo post consequutus fratres, nec à patre, nec à propinquis retineri potuit. In Hispanias postea à Bernardo missus, celeberrimum illic Spinæ Monasterium construxit, & sanctissimam reformationem Cisterciensem latissime propagavit, postque vitam in omni sanctitate transactam cum Regina illa & Ordinem mirè illustrasset, meritis gravissimis locuples in cælum abiit. *Ex vita S. Bern. Ang. Manriq. Barn. Montalbo, Henriq. &c.*

Mittitur in
Hispanias.

S. Meldanus
Abbas.

In Hibernia S. Meldani, Magistri quondam S. Furci Peronæ in Gallia Ab-

batis, qui pro maximis vitæ meritis, atque eximiis animi dotibus, ex Abbate creatus Lochoirbensis Episcopus, Divini verbi prædicandi gratia & efficacia plurimum effulsit, sub A. C. 600. cujus Reliquias S. Furseus in Gallias magno sibi solatio tulit, easque miro studio & religione coluit, & noctibus coram iisdem excubans, spiritum Magistri sui in se resuscitari impetravit. *Ex vita ejusdem, & Ioanne Colgano, nec non Annal. nostris.*

Villarii in Brabantia depositio B. Rayneri converfi. Hic in seculo etiamnum non secundum sæculum vivens, sanctissimos filios è sancta conjugè suscepit. Quæ ex hac vita ad imortalem subtracta, ipse in Villario Converterorum habitum induit, & sanctissime conversatus, continuis ferè lachrymis diffluit, jejuniis, flagellationibus, aliisque suppliciis voluntariis corpus crudeliter habuit, & cum magna demum sanctitatis opinione felicissime obiit, & absque Purgatorio ut vocant, igne seu pœna quacunque recta in cælum introduci meruit, quod ipsum eo adhuc superstite, Beato Reynero Iuniori, ejus filio, revelatum fuit. *Ex Menol. Cisterc. Chrysoft. Henriq. &c.*

B. Raynerus.

Ipsa die obitus Ven. viri Petri Quirini, Illustrissima & Patricia apud Venetos familia editi, qui B. Paulo Justiniano Francisci filio sacratissimæ Camaldulensis familiæ novam reformationem molienti, socium se adjungens, etsi juvenis etiamnum delicatissimus summum tamen vitæ rigorem aggressus, cum Hebraicam, Græcam & Latinam apprimè calleret, eruditione singulari excelleret, atque haud vulgaribus Legationibus publicis perfunctus esset, ignorantissimus tamen omnium & ultimus videri gestiit, & magno relicto sanctioris vitæ specimine, A. C. 1514. ex hac miseriarum valle excessit. *Ex August. Florent. Ann. Bened. &c.*

V. Petrus
Quirinus.

Marcianis, elevatio corporis S. Rictrudis Abbatissæ, quocum elevata simul sunt corpora Sanctarum Clotsendis & Adalsendæ filiarum ejus. *Molan. in Indic. & in Addit. ad Vsuardum.*

S. Rictrudis.

VI. IDVS FEBRVARII.

IX. Februarij.

D.

Viroduni in Gallia S. Pauli Episcopi miraculorum gloria illustris. Paulus

Galliâ Belgicâ patriâ, parentes genere illustres, magnū illū Parisiorum Tutelarem & Pon-

S. Paulus
Episc.

& Pontificem Germanū, fratrem habuit, cui pari sanctitate, ejusdem ante Pontificatum Ordinis professione, Episcopali dein munere, atque per omnia virtutum exercitia pia æmulatione assimilari meruit. Illud animo volvens, ac sollicitè secum ipse expendens, quod Abrahamo dictum erat: *Exi de terra tua & cognatione tua &c.* mirè accensus, relicto parentibus ac domo, nesciens quo pergeret, ad Vosagi montis deserta, & sanctissimū Theologienſe Cænobiū devenit, ab Abbate & Fratribus pèramanter exceptus atque habitus. Cumque ductus Domini Spiritu videretur, juxta magni Patriarchæ BENEDICTI consilium ac legem, etiam, *ut staret*, interpellatus est. Verum amore solitudinis magis se trahi passus, ab Abbate demum firmis persuasus rationibus; Monachicam claustralem disciplinam Anachoreticam securiorem, sed & majoris obedientiam meriti, ita deniq; convictus est, ut toto corpore humi prostratus, totū se in manus Abbatis resignaret. Monasticis proin disciplinis informatus, & S. P. N. Regulam professus, sanctioris paulo post vitæ opinione celebris, evasit, & miraculorum gloria mirum in modum enituit. Ea inter rarius illud, & miræ juxta simplicitatis argumentū; nam cum in pistrini cura atque officio occupatus, metueret aliquando, ne Fratribus hora constituta panis deesset, ejecto raptim igne, clibanum æstu ferventissimum ingressus, eū cucullo pro scopis expurgavit atque extersit, & minime adustus sive ipse, sive vestimentum, panes aptè composuit, ac bene curavit. Abbas postea ejusdem felicissimi Monasterii electus, non aliter atque sol meridianus longè, latè, & clarissime illuxit, suorumque discipulorum animos mirifice illustravit; cujus exemplum in omni virtutum genere potentissimum extitit, & felici incendio quoscunque intuentes inflammavit. Fama autem tanti viri latius percrebescente, plurimi deinceps ejus se magisterio subdiderunt; è quibus, opibus, potentia, & dignitate sublimes multi, quos inter Grimò Dagoberthi Regis nepos, qui dignissima æmulatione magistri exemplum sequuti & assequuti sunt. Virdunensem denique ad Cathedrā evehctus, & Cænobio extractus honorem illum invitatus admisit, & æterno ejusdem Pontificatus cum ornamento, sanctissime præfuit, verbo prædicationis & exemplo operis admiranda effecit, fructumque uberrimum collegit, consuetu-

Fit monachus

Clibanum
ardentem
purgat.

Fit Abbas.

Episcopus.

dines pravas exterminavit, pauperum pater, orphanorum refugiū, ægrotantium solatium, reductor errantium extitit, & post multos denique pro Ecclesia exantlatos labores, senio confectus, relicto æterno sui desiderio, ad coronam & præmia æternitatis evolavit, inter Principes Diceseos Tutelares à Virdunensibus merito cooptatus. Præfuit annis 27. decessitque A. C. 648. sub cujus honore & nomine insignis extra Urbem Basilica & Abbatia est condita. *Ex Chron. Virdun. Iepes, Baron. Cl. Rob. Ioan. Chenu, vita apud Sur. Tritbem. Menard. &c. Sauff. &c.*

Moritur.

Romæ depositio S. Pelagii Papæ II. qui ex Monacho perfecto, absolutissimus Orbis Christiani Pontifex, summo Sacerdotio dignè se gessit, & Romæ grassante morbo Inguinario extinctus, ad cælos evolavit. De hoc prolixius agimus 3. Id. Novembr.

S. Pelagius
II.

In Gallia, Monasterio Fontanellensi, S. Gerberti Abbatis & Confessoris. Is Anachoreticam primum vitam sectatus, ad castra dein Monachorum Cænobitarum transit, Regulamque S. P. N. in Fontanellæ Cænobio professus, ejusdem postea pro insignibus vitæ meritis Abbas deligi meruit, filiosque sibi creditos admirando sanctitatis exemplo prævit. Fuit autè individuus comes S. Maurilii Rothomagensis Archiepiscopi, ex quo de dotibus, & profectu sancti viri facile omineris. Obiit A. C. 1089 *Ex rer. Gallic. script. diu. Cl. Roberto, Hugone Menardi, Lilius nostr. Gall. Bened. &c.*

S. Gerbertus
Abbas.

Eodem die commemoratio omnium ejusdem celeberrimi Fontanellensis in Gallia, diocesi Rotomagensi, Monasterii Sanctorum atque Beatorum, qui ibidem sæculo mortui, & Christo per professionē Monachicam regenerati, gravissimis meritis Ecclesiam cumularunt, & triumphatis carne, mundo & dæmone, triumphis æternis adscribi meruerunt. Fuisse autem incredibilem penè eorundem numerum, ex ejusdem Cænobii monumentis, & ex tanto sæculorum decursu perpetuā Monachorum ibidem grandi numero frequentia, exque tanta inde postulatorum ad diversas cathedras Pontificum multitudine, facile vel leviter rem examinanti apparet. Nos pro rara ejusdem Cænobii felicitate, & pro integro tanti exercitus Nomenclatore syllabo, sola sacra hujus militiæ antesignanorum sive Abbatum, insigni sanctitate præ cæteris illustriorum nomina recensebimus, ex quorum gubernandi dexteritate, & disciplina studio, credi-

SS. Fontanella.

SS. Abbates
Fontanella.

creditorum iisdem militum fortunam submetiri liceat, & partos de hoste infero triumphos ac spolia aestimare: Præfuere autem lectissimo huic Asceterio, compertiore sanctitate viri sequentes: S. Wandregisilus primus Abbas, S. Lambertus Abbas II. anno 665. S. Ansbertus Abb. 3. anno 676. S. Hilebertus 694. S. Baynus, anno 699. S. Benignus 707. S. Hugo anno 723. S. Laudo 731. S. Wauda Abbas XII. anno 742. S. Austrulphus Abbas XIII. an. 747. S. Gerwoldus Abbas XV. anno 787. S. Trafarus Abbas XVI. anno 805. S. Hildebertus Abbas XVII. an. 815. S. Hemardus Abbas XVIII. an. 820. circiter. S. Ansigisilus Abbas XIX. anno. 822. S. Fulco Abbas XXI. anno 833. S. Girardus Abbas XXVII. an. 1008. S. Gradulphus Abbas XXVIII. anno 1031. S. Gilbertus de Alemannia Abbas XXX. anno 1063. usque 1089. S. Galtherus Abbas XXXIV. anno 1138. usq; ad annum 1150. Ut præter tot alios, virtutis summa opinione spectatissimos ex Abbatibus solis tantum numerum, nemo unquam satis demiretur, in aestimatione autem totius sacri totæculorum gregis, stupore defixi hæreamus, & cum singulos commemorare non liceat, nedum acta eorum & obitus ad diem certam referre, merito simul omnes hodie, tanquam Patres Fratres nostros professione & affectione religiosius veneremur. *Ex ejusdem Canobij monumentis, Claud. Rob. &c.*

V. Rainerius.

In monte Casino Venerabilis Rainerii ejusdem sacratissimi Monasterii alumni; qui S. Patri nostro ibidem se devovens, etsi juvenis ætate, grandævus tamen moribus, præcipuè humilitatis, singularisque obedientiæ fuisse perhibetur, qui quanti meriti apud DEVM appareret post mortem ejusdem universis constitit, cum pro obedientia ad fines Theatinos missus & à latunculis Comitibus Oederis interemptus, multis deinceps miraculis sacrum ejus corpus illustraretur, & gloriosam in conspectu Domini mortem ejus fuisse ipsa prodigia commendarent. *Ex monim. Casin. Petro Diac. Mauro Marchese, &c.*

P. Paulus
conversus.

In Monasterio B. M. V. de Luka, B. Pauli Conversi. Paulus Belga, natione Friso, patriam propriam & parentes deferens, in partibus Saxoniz, monasterio prædicto monachicum amplexus institutum, Fratrum Conversorum accensus ordini, abjectis sese operibus, cum

magna superiorum consolatione, humilissime atque hilariter exercens, ad summum perfectionis apicem, juvante DEO feliciter conscendit, & consummatus in brevi explens tempora multa, juvenili ætate, lethali morbo correptus est. Suprema autem vitæ hora, cum ultimum jam ageret spiritum, in risum jucundissimè resolutus, circumstantibus, qui insolitam in moribundo exultationem mirabantur, dixit: *Cur non riderem? cur non exultarem? Ecce Domina nostra præritur. sens est, & jam animam meam suscipiet.* Dixit, cumq; dicto animam exhalavit. De quo juvene B. Cæsarius: *Videtur, inquit, mihi, in isto versiculus Poëta impletus:*

Incipe parve puer, risu cognoscere Matrem.

Puer erat virtute idem Conversus, quia simplex & parvus, quia humilis & mansuetus. Haud dubium quin Beata Virgo morienti maternos exhibuerit gestus, quia non risum sed timorem excitat vultus severus. &c. Ita Cæsarius, de eodem agunt Barn. de Montalbo, Ang. Manriq. Chrysofom. Henriq. &c.

In Anglia S. Elsflæ Virginis & Abbatissæ. Elsflæ sive Elsflæ Ofvii Northumbrorum Regis filia, cum esset ætatis anni unius, à patre religiosissimo, in Monasterio Heortheu (quod Insulam Cervi significat) DEO oblata, sub S. Hilda Abbatissa, in omni pietate & religione educata est, tantis deinceps in omni virtute progressibus clara, ut quæ sanctissimæ Matri in Canobii regimine succederet dignissima haberetur. Obiit sub A. C. 715. cujus sacrum corpus una cum Reliquiis SS. Trumuvini Episcopi & Osuvii Regis patris sui in monasterio Streneshalcenti repertum, una cum illis in digniore locum elevatum est. *Ex Ven. Beda. Guilhelmo Malmesbur. Hugone Menardo, Eduardo Matheru.*

In Monasterio Montis Virginis depositio B. Iodoci Palmerii Monachi & Confessoris. Is ab aliis Iordanus Dodius Palmerius appellatur, vir ab eximia vitæ sanctitate celebratissimus, & præcipuis ejus Instituti, nec non superioris seculi Syderibus accensus, cujusdam res gestas, necdum videre meruimus. Obiit anno Christi 1553. *Ex monumentis Mont. Virg. Vvione Hugone Menardo, Benedicto nostro Redivivo & Annal. &c.*

In Monasterio Villariensi, B. Ioannis cogn-

Ridens Mo-

non exultarem?

Ecce Domina nostra præ-

ritur.

sensus est,

& jam animam meam suscipiet.

Dixit, cumq;

dicto animam exhalavit.

De quo juvene B. Cæsarius:

Videtur, in-

quit, mihi, in isto versiculus Poëta imple-

tus:

Incipe parve puer,

risu cognoscere Ma-

trem.

Puer erat virtute idem Conversus,

quia simplex & parvus,

quia humilis & mansuetus.

Haud dubium quin Beata Virgo morienti maternos exhibuerit gestus,

quia non risum sed timorem excitat vultus severus.

&c. Ita Cæsarius, de eodem agunt Barn.

de Montalbo, Ang. Manriq. Chrysofom.

Henriq. &c.

In Anglia S. Elsflæ Virginis & Abbatissæ.

Elsflæ sive Elsflæ Ofvii Northumbrorum Regis filia,

cum esset ætatis anni unius,

à patre religiosissimo, in Monasterio Heortheu (quod Insulam Cervi significat) DEO oblata,

sub S. Hilda Abbatissa, in omni pietate & religione educata est, tantis deinceps in omni virtute progressibus clara, ut quæ sanctissimæ Matri in Canobii regimine succederet dignissima haberetur. Obiit sub A. C. 715. cujus sacrum corpus una cum Reliquiis SS. Trumuvini Episcopi & Osuvii Regis patris sui in monasterio Streneshalcenti repertum, una cum illis in digniore locum elevatum est. Ex Ven. Beda. Guilhelmo Malmesbur. Hugone Menardo, Eduardo Matheru.

S. Elsflæ
Regis filia.

Obiit 715.

B. Iodocum.

B. Ioannes.

gnomento de Saline; qui ibidem Conversorum eligens vitæ, post multos labores, humiliter & alacriter perpeffos, meritis religiosus opulentus, ad æternam requiem migravit. *Ex Chron. Villar. Chrysof. Henriq. &c.*

Visitatio SS.
Benedicti, &
Scholast.

Hæc die Sanctissimum fratrem suum, Patrem & Patriarcham nostrum sanctissi-

num, visitavit lectissima soror ejusdem S. Scholastica, & præter anni tempus grandissimam cum tonitru tempestatem cum mira inundatione, singulari prodigio, ut fratrem retineret, impetravit, noctemque insequentem totam cum eodem inter colloquia Divina transegit. *De quo S. Greg. Magn. lib. 2. Dial. Hassienus, &c.*

V. IDVS FEBRVARII.

IX. Februarij.

E.

S. Alto.

IN Germania superiore haud longe ab Acronio seu Potamo, Monasterio, Weingarteni, festivas S. Altonis Episcopi & Confessoris. Alto è Regibus Scotiæ & Hiberniæ oriundus, parentes, avos, fratres, nepotes, sceptro omnes ac diademate insignes, plus quam Regia magnanimitate & generositate transgressus, puerili ætate altum, sed non secundum carnem sapiens, terrena omnia, opes, delicias, honores, pompas, ipsum patris diadema, matris amorem, favorem populi ac studia, inter abjectissima habuit. Unde factum, ut ætatem moribus transiens, admirationi omnibus esset, animosque omnium singulari expectatione attonitos redderet. Verum ipse longe alia spectans, superi nimirum Regni delicias, supremi Regis familiam, religiosæ vitæ quietem, & inexhausta spiritus solatia, prius non conquievit, quam voto hoc suo plenè potiretur. Meritus paulo post tam sollicitè exambitum Magni Numinis favorem, visione cœlesti recreatus est, & cum Principe Patriarchatum Abraham, singulari vocatione electus, utq; terram suam & cognationem suam desereret, iussus, in longinquam, barbaram, & infidelitatis errore obscurissimam Germaniam nostram profectus, illic cum summo incolarum bono, æterno patriæ nostræ ornamento sedem fixit, & quaqua versum se verteret, amplissimas provincias beavit, & luce fidei, splendoribus Sanctorum illustravit. Episcopusne ante suum in Germaniam adventum fuerit, incertum, an ad conversionem Gentium ordinatus, magno Germanorū apostolo Bonifacio, & socio peregrinationis Virgilio strenuè collaboras, Lycatorum & Ambronum Apostoli titulum meruit, atque æternis meritis Germaniam sibi obstrictiorè reddidit. Condito dein ope Pipini Ducis, Galliarum postea Regis, Monasterio, ab ipso Altonis deinceps (Altomunster) cognominato, Monachicæ vitæ rigorem strenuè propa-

Genus Regiū

Divinitus
vocatur.Condit Ca-
nobium.

gavit, & post labores longos conquiescens, dulci contemplationis studio in sublime elatus, admirandis virtutibus mirificè excelluit; sed & miraculorum gloria à Numine honoratus refulsit. Rarius illud, cum in annoso nemore, ubi Canobium struebatur, excindendo atque subruendo, Fratres plurimum desudarent, & ob densitatem, crassitiem & molem arborum, secures & ascia parum proficerent, Alto deniq; discipulorum tam arduos labores miseratus, cultellum quo utebatur adhibuit, & levi ductu quercus grandævans, ceu ratura quadam circumscribens, ut pro libitu quocunq; veissent prodigiosè succisas atq; avulsas, facilimè impellerent effecit. Similiter, cum aqua decfleret, Moysis exemplo, impacto in aridam baculo, fontem illico elicuit. Canobium ac templum pro voto absolutum, Magnus Germanorum Apostolus Bonifacio, visione Divina, ut eo celeriter contenderet, & consecrationis munus impenderet iustus, solemniter consecravit. Effulsit in Altone summa humilitas, talis quidem, ut non solum regias manus vilissimis laboribus adhiberet, sed & eodem manuum labore viveret, suisq; discipulis exemplo esset, otium tanquam malorum omnium fomitem serio detestari. Qui demum virtutibus & miraculis illustrissimus, exacta ætate, fructu uberrimo dives, cœleste Regnum gloriose subiit, sub annum Christi 760. Cujus æternum illud de Weingartenibus suis meritum celebratur, cum Canobium à ministris Palatinis Principum, sacrilegè oppressum, juribusque ac rebus spoliatum, mirè vindicavit, & Guelphoni II. tertia vice cœlo descendens, extrema minatus, nisi ablata à ministris restitueret, adeo deinceps ipsū monachorū reverentia ac studio ascendit, ut filiorū loco haberet, & cū sedem ad avita majorum Palatia Altorffū, transferret, id unū sedulo oraret, ut ipsi quoq; cū Abbate atq; universa familia eodem secum

Insigne mi-
raculum.

S. Bonifac.

Mors.

Vindex suo-
rum.

Vindex suo-
rum.

secum commigrarent. Quibus, pro illis quæ deseruerant, abunde satisfecit, & æquissima lance Pipini Regis donationes expendens, amplissimaq; insuper dona & immunitates conferens. Secundi Weingartensium Fundatoris, sive potius Dotatoris titulum meruit. *Ex MSS. monim. Canobij utriusq; VVeingart. & Altomonasteriensis, Chronicis nostris, vita & Breviario antiquo, & Constantia nostra tomo I. &c.*

S. Ansbertus
Archiep.

In Monasterio Fontanellæ, S. Ansberti Rotomagensis Episcopi. Ansbertus sive Austrebertus, puer etiam nū avita majorum stemmata, honores, delicias, divitias, ut inania risit, & exhorruit. Literis feliciter instructus, ac dein factus adultior, Angadrifinam Rotperti filiam, à patre ducere coactus, pari generis & virtutis præstantia spectatissimā, invitatus tamen duxit. Verum pari uterq; proposito, Virginitatem Christo intaminatam servantes, uterque paulo post cucullum amplexi, in eo mirā sanctitate sumo opere exsplenduerunt.

Ex Cancellario Regni
Monachus.

Ansbertus quidem ex magno Regni Gallici Cancellario, humillimus Fontanellensis Cænobii Tyro factus, exacto digne Tyrocinii aŕo, professus monachum, tantis deinceps in virtute progressibus profecit, ut qui Sancto Lantberto in cura Abbatiali succederet, concordibus omnium votis expetere-
tur. Coactus pro in onus admisit, & non paucis annis summa cum Cænobii utilitate sustinuit, discipulis ad exactissimā SS. Regulæ observantiam perfectissimè institutis. Verum inde etiam reluctans, extractus & ad Archiepisc. Rotomagensis Ecclesiæ cathedram evehctus, de ista nō solū, totaq; provincia, sed Regno meruit univervo, celebrato in primis Rotomagi Concilio, cui summa cum auctoritate ipse præfuit, cumq; cæteris coepiscopis & Abbatibus, plurima cum Regno, tum Reipubl. Christianæ universæ profutura instituit. Æmulorum dehinc scelere apud Pipinum delatus, indigno prorsus exilio innocens plectitur, in quo tamen recreatus potius, quam offensus, in Altovillarensi Monasterio, gratissima sibi Monastica vitæ exercitia summo gustu ac fructu reassumpsit; exemploque suo monachis illic præclare consulēs, ad virtutem omnem illis stimulos addidit.

Fit Archiep.

Restitutus deniq; Sedi suæ, cum aliquamdiū utilissimè præfuisset, animū, ab omnium rerum mundi hujus affectu impollutum Creatori reddidit, translatus ad suum, uti vivens petierat, Fontanellense Asceterium, cujus sanctissimum corpus, septendecim post obitum diebus, repertum est incorruptum, mira insuper cælestis odoris

Mortuus.

fragrantia, & insigni miraculorum gloria à Deo honoratum; quod cum ad Cænobium Fontanellæ transferretur, visum est tertio oculos aperuisse, in cujus nudo petore prodigiosa rosei coloris crux apparuit. Claruit præstantissimus Pontifex spiritu Prophetico, quo Theodorico Principi Regnum prædixit; in cujus à se prolata veritatis signū, in agro Theodorici hyemis tempore herbā illico virentem produxit, quæ usq; in præsens, ait vitæ ipsius scriptor, ibidem perpetua viriditate conspicitur. Fuit verus pauperum pater, sive potius pauperum famulus, maximè cum Archiepiscopo ageret, quibus ad mensam confidentibus velut Christo & Angelis, sollicitus & humilis minister adstitit, & ejusmodi servitio Pontificiam dignitatem minimè dehonestavit, sed veri pastoris & patris affectum comprobavit. Decepsit sub A. C. 690. *Ex rer. Gall. script. vita apud Surium, Baron. Iepes, Annal. nostr. Bened. &c.*

In Anglia S. Trumuvini Episcopi & Confessoris. Hic à magno illo Theodoro nostro Cantuariensium Archiepiscopo magnifac-tus, & Pictorum in Anglia Episcopus ordinatus est, atq; ex Cænobio Ebercarnensi ad eam dignitatē extractus. Sed honoris impatiēs, an Episcopalis muneris arduum nimis & periculosum laborem accuratius expēdens, lituo projecto, ad Monachicæ securissimæ vitæ se portū recepit, & in Strehaneshalenfi Monasterio conclusus, vitæ reliquum in omni sanctitate atq; obedientia humillimè trans-
egit. *Ven. Beda, Henr. Hunt. Nic. Harpsf. &c.*

S. Trumuvini
Episcopus

Viroduni S. Eemenfridi Episcopi & Confessoris, qui S. Columbani Abbatis pia voce ad famulatū Christi invitatus, atque sub eo in Luxoviensi Monasterio Monachum professus, cū sapientia & sanctitate præstaret, ad insulas Viridunenses evehctus, cathedram illam virtutibus implevit, & mirum sui desiderium relinquens, cū annis 12. præfuisset, sancto fine decepsit 8. Dec. cujus tamen hęc die memoria, antiquo illius Ecclesiæ more recolitur. *Martyrol. Gall. Carol. Sauff. &c.*

S. Ermenfridi
Episcopus

Nucerinæ in Vmbria natalis S. Raynaldi Episcopi. Hic illustri admodum natus genere Mainardi Viechi Comitis de Napolione &c. Alemanni (qui beneficio Cætaris magna Vmbriæ parte donatus est) fili⁹, ab ineunte ætate, humanis & sacris literis eruditus, sæculi hujus divitiis & pompis contemptis, in Fontis Avellanæ Cænobio cucullo se devovit, ubi vigiliis, jejunii & orationibus aliquandiu strenuè exercitus, ad eam spiritualis vitæ perfectionem

S. Raynaldus
Episcopus.

nem pervenit, ut Vgone Nucernino Episcopo defuncto, illi, licet invitatus successerit. Maxima fuit in pauperes, viduas & pupillos benignitate, quibus omnia ad vitæ necessaria ministrabat. In ijs puerum alebat, quem sibi & Clericis secum accumbentibus, eleemosynam quotidie petere jussit, quo sic magis pauperum recordaretur. Sibi rigidissimus, cum aliis pius & compatiens omnino esset, corpus suum hostiliter affligebat. Somnū, eo correptus, modicum, super nudo pavimento capiebat, victu parvissimo usus, cum tamen tota die, infirmos visitando, per dicecesim discurrendo, & quæ veri Episcopi & pastoris sunt agendo, plurimū se fatigaret. Fuit in superabilis ej⁹ charitas, insigni aliquando confirmata miraculo, cū gravius ægrotantis leprosi cujusdā ulcera propria lingua lamberet, & signo crucis impresso prodigiosè curaret. Celebraturus festo solempni, dum pauperi suā ipse exut vestem donat, coemptaq; à diacono curtam admodum, sibiq; minimè congruam togā induitur, corpus Dominicum inter Missæ solēnia elevans, nudis apparentibus brachiis, in oculis frequentis populi, visi Angeli manicis auro atq; argento pretiosas aptare, super cujus caput etiam globus igneus apparuit. In cella sua sæpius audit⁹ est, cum cælestibus spiritibus colloqui, ad quem sæpius invisere S. Apostoli Petrus & Paulus, SS. Thecla & Agnes, ipsaq; cælorum Augusta, aliique cœlites dignati sunt. Ab equitibus quibusdā, quod ad illius apparitionem, equi turbati eos dejecissent, percussus, cum illi imobiles ligati Divinitus constitissent, ab eundi facultatem illis impetravit. Multos à demonibus obsessos liberavit. Per preces non semel populum, à peste, bello, fame, liberavit. Friderici II. Imp. exercitum Nucernæ iminentē, prædicatione avertit. Fuit amicissimus Seraphico Francisco, in mutua visitatione nō solum, sed & per litteras sese confovendo.

Obiit 1222.

Obiit hac die A. C. 1222. Electus decreto publico perpetuus Protector & Patronus Nucernæ, cujus Festum quotannis, cum octava, ut vocant, celebratur, & magna cū celebritate, sacrum ejus corpus ostenditur, insignibus à Numine prodigiis illustratum; cujus nomini & honori templum Cathedrale, in quo & requiescit consecratum est. *Ex Vita, Proprio Off. Eccl. Nucern. Ludov. Jacobillo, Philipp. Ferrariens. &c.*

S. Fursus
Abb.

Ipsa die Festum sive comemoratio S. Fursi Abatis Chnobersburgensis, La-

Bim ex-
cisia.Lambis ul-
cera leprosi.Calites ipsi
familiares.

Calites ipsi familiares. S. Ap. Petrus & Paulus, SS. Thecla & Agnes, ipsaq; cælorum Augusta, aliique cœlites dignati sunt. Ab equitibus quibusdā, quod ad illius apparitionem, equi turbati eos dejecissent, percussus, cum illi imobiles ligati Divinitus constitissent, ab eundi facultatem illis impetravit. Multos à demonibus obsessos liberavit. Per preces non semel populum, à peste, bello, fame, liberavit. Friderici II. Imp. exercitum Nucernæ iminentē, prædicatione avertit. Fuit amicissimus Seraphico Francisco, in mutua visitatione nō solum, sed & per litteras sese confovendo.

quem sæpius invisere S. Ap. Petrus & Paulus, SS. Thecla & Agnes, ipsaq; cælorum Augusta, aliique cœlites dignati sunt. Ab equitibus quibusdā, quod ad illius apparitionem, equi turbati eos dejecissent, percussus, cum illi imobiles ligati Divinitus constitissent, ab eundi facultatem illis impetravit. Multos à demonibus obsessos liberavit. Per preces non semel populum, à peste, bello, fame, liberavit. Friderici II. Imp. exercitum Nucernæ iminentē, prædicatione avertit. Fuit amicissimus Seraphico Francisco, in mutua visitatione nō solum, sed & per litteras sese confovendo.

quem sæpius invisere S. Ap. Petrus & Paulus, SS. Thecla & Agnes, ipsaq; cælorum Augusta, aliique cœlites dignati sunt. Ab equitibus quibusdā, quod ad illius apparitionem, equi turbati eos dejecissent, percussus, cum illi imobiles ligati Divinitus constitissent, ab eundi facultatem illis impetravit. Multos à demonibus obsessos liberavit. Per preces non semel populum, à peste, bello, fame, liberavit. Friderici II. Imp. exercitum Nucernæ iminentē, prædicatione avertit. Fuit amicissimus Seraphico Francisco, in mutua visitatione nō solum, sed & per litteras sese confovendo.

Ipsa die Festum sive comemoratio S. Fursi Abatis Chnobersburgensis, La-

iniaci conditoris Peronæ sepulti, de quo alij 16. Januarij. Fasti tamen Scotici hęc die. Fuit admirandæ omnino sanctitatis, & summa miraculorum gloria illustris, è quibus rarius illud: cum campana ipsi deesset, qua Fratres ad Ecclesiam convocaret, ob idiplum præcibus Numen sollicitantem, ministerio Angelico campanam accepisse, qua pulsata aliquando, juvenis quidam mortuus jam jam sepeliendus in oculis omnium prodigiosè revixit, & ibidem deinceps Monasticam professus, vitam sanctissimè transegit. Claruit & alijs admirandis signis, quæ inter Haymonis Ducis filium extinctum ad vitam revocavit; victos sibi negatos mirè solvit & liberavit, fontem de loco uno ad alterum transfudit, persequitorem arreptum à dæmone liberavit, frumentum ferens, rarissimo miraculo intra triduum ad maturitatem è semine excrescens, mesuit. *De quo partim egimus 16. Januarij, partim alijs in Annal. nostr. & Diurnali Hist. or. Bened. &c.*

Mortuum
& alijs
resuscitatus.

In Monasterio Cellæ MARIÆ, passio Plures SS. B. B. Monachorum, qui ab Huffitis ob confessionem Fidei immaniter excruciat, manibus pedibusque præcis, illustrem Martyrii coronam meriti ad triumphos æternos evolarunt, sub Annum Christ. 1430. *Joan. Cochleus, Chrysof. Henr. rig. &c.*

Plures SS.
Mart.

In Monasterio S. Columbæ, B. Batharii sive Baltherii Abbatis, ejusdem Columbæ lectissimi discipuli, qui plurimorum egregia vitæ sanctitate Monachorum & ipse Magister factus, Ordinis Monachici haud minimus propagator celebratur, sub Ann. Christ. 600. *Leslaus, Merard. &c.*

B. Batharii
us.

In Monasterio Vallis-Vmbrosæ B. Ericii discipuli B. Joannis Gualberti, qui Florentinus patria, primus Vallumbrosanæ Congregationis, nostræ alumnus extitit, pro meritis plurimi ab ipso sanctissimo Institutore factus, & Decanus Monasterii designatus. Demum Ordinis universi creatus Generalis, uti muneris, sic & vitæ sanctioris dignitate præstitit, & virtutum omnium exemplar creditis sibi fratribus reapse se exhibens, cum Annum unum menses penè undecim præfuisset, beatissimo fine requievit. An. C. 1094. *Ex Monim. Vall. Vmbros. Cajetan. Marches. &c.*

B. Ericius

In Gallia Monasterio Igniacensi, B. Nicolai Monachi. Fuit Nicolaus spectatissimè perfectionis lucidissimū speculū, cujus

B. Nicolai

alia inter illud præcipuè celebratur. Cum demortuo sui Cœnobii Abbate, pro successore tantæ moli solidè apto Deû anxie rogaret, voce cœlo delapsa solari meritû, hæc ipsa audisse: Nicolae exaudita est deprecatio tua, de nomine in super ejusdem similiter edoctus. Fuit Nicolaus, in vigiliis, jejuniis, & oratione indefessus, cujus præ-

clara merita, gloriosis & continuis miraculis Dominus comprobavit, & post felicem agonem, cum corona charitatis æternæ redimivit in cœlis. Philippus Seguinus Chryf. Henrig. Menol. Cist. &c.

Ipsa die apud Cluniacenses & Cistercienses nostros celebratur octava Festi Purificationis B.M.V.

IV. IDVS FEBRUARII.

X. Februarii.

S. Scholastica.

A pud Nonem Casinum S. Scholastica Virginis sororis S. BENEDICTI Abbatis, qui ejus animam instar columbe migratam corpore in cœlum ascendere vidit. Scholastica Augusti. Aniciorû genere, patre Anicio Eutropio Probo, Anicii Iustini. V. C. filio, Imper. exercitus & Coloniæ Principis, Matre

Eius genus.

Claudia Abundantia, Claudii Honorati Nursiæ Domini, ex familia Augustorum Octavia editi, lectissima filia, Magni Monachorum Archiducis soror (minime tamen, ut nonnullis placuit eodem partu edita) gemella autem vitæ proposito atq; emulatione, Archiducissa deinceps sacrarû

Colloquiû cum fratre.

Deo Virginum extitit. Hæc fratrem quotannis semel invisere solita, ut illius institutione & ferventissimis colloquiis, cœlestium, quo alias fervebat, desiderio, magis succenderetur, suprema deniq; visitatione, cum grâdi miraculo detracta cœlis mirifica inundatione fratrem vel invitum retinisset, ultimo colloquio ita demum exarsit, ut triduo post, exhaustis sacro amore viribus, tota deflagraret, visa absenti, & e cellula sua de nocte cœlum consideranti Sanctiss. Patriarchæ fratri suo, niveæ columbæ specie, volatu rectissimo cœlum petere, & penitiora ejus penetrare. Qui insolenti planè pietate, minimè in luctu, sed plausu illi parentans, in hymnis & laudibus, verba Magni Greg. sunt Deo gratias reddes, eiusq; obitum Fratribus denuncians, eos protinus misit, ut eius corpus ad Monasteriû deferrent, atq; in sepulchro, quod sibi ipsi (quadragesimo post ipsam die moritur) paraverat ponerent. Quo facto contigit, ut quorum una

Moritur.

semper mēs in Deo fuerat, eorû quoq; corpora nec sepultura separaret. Fuit à morte admirandis à numine illustrata prodigiis, cujus sacratissimoformum ossium contactu, spectante ingenti populi frequentia & obstupescente, cadaver puellæ mortuæ adhibitum, prodigiosissime in oculis omnium revixit. Ex Chron. Aurelian. & Floriac. Sauss. Annal. no-

Sepelitur.

stris, Greg. Magno, Phil. Ferrar. Marchesio, Caset. & Luna nostra Benedictina.

S. Austre-

berta virgo. In pago Rotomagensi S. Austrebertæ

Virginis miraculis celebris. Austreberta Tarvanensis patria, patrem Badefridum Palatinum Comitè antiquo Regum Gallia sanguine, Framchildem matrem parinobilitate Regum Alemannia, oriundos habuit, ea in super vitæ sanctitate illustres, ut miraculorum etiam gloria celebrarentur. Matri ab Angelo promissa fore, ut quâ paritura esset, virtutis exemplo plurimos à peccati servitute vindicaret, tenerius deinceps

F.

Fluviû miretransi.

educata, dilecta & curata est. Adultiori cû magnificas tantoq; dignas genere nuptias pararent optimi parentes, incerta quo tederet Austreberta, puerulo fratre secum abducto, clam iniit fugam, & stupendo sanè miraculo, superato siccis pedibus rapidissimo flumine, qui tunc nimium inundans pontem ipsum meraserat, in ulteriore ripam, nihil hæsitans evasit. Ad S. Audomarum nostrum delata, ejusq; provoluta pedibus, summa precum contentione sacrû velamen petiit, & ab ipso impetrans optima deinceps religiosissimorum parentem voluntate Porcente Virginû ingressa cœnobium, eidem dein etiam præfici meruit, & admirabili sanctioris vitæ exemplo his prælucēs, miraculis in super gloriosa refulsit. Ejus inter præclare & religiosè facta, illud maxime à multis celebratur, cû revolutis ex more Sanctissimæ Regulæ vicib; hebdomadaria, ut vocamus, ipsa, coquendis panibus operam daret, & scopis forte exustis, longiore mora panib; metueret, crucis signo munitam, perq; medos ardentissimæ fornacis calores ingressam, clibanû absq; læsione ulla mundasse & perpurgasse. Pauliacensis demû cœnobii Antistita creata, cû severiore disciplina fluxos Virginû mores cõpesceret, gravissimis insidiis & odiis appetita, Amelberto quodam stricto ense in innocentissimâ irruente, inclinato ipsa vultu, intrepide cervicè exporrigens, virû virago deterruit, ita ut ejus magnanimitate percussor trepidaret atq; obstupesceret, & reducto gladio, maximi deinceps tantâ Antistitem faceret. Austreberta a calamitatum mole in superabilis reformato

Clibanum ardentem purgat.

Moritur 680.

postea

postea Cœnobio, amorem omnium meruit plurimisq; annis utilissime præfuit. Denique sancto sine consumata, innumeris etiam à morte prodigiis coruscavit, & dæmonibus præcipuè metuenda, eos ex obfessorum corporibus potentissime profligavit. Mortua est A. C. 680. Ex Vita, Ferreola Locrio, Petro Equil. Aub. Miræo, Iepesio, Baronio, Molano &c.

S. Guilielmus.

In Stabulo Rhodis, in territorio Senensi, S. Guilielmi Eremitæ. De quo alii, & nos die sequenti, ob concursum Festorum, nimirum S. Matris Scholasticæ.

S. Arnaldus Abbas.

Patavii S. Arnaldi Abbat. S. Iustinae, & Martyris. Hic ex nobili familia Catanea, & regia stirpe Comitû Limina editus, cõtempta sæculi gloria pauperem Christum sequutus, cucullum & sacrum vitæ rigorè complexus est. Abbas a. postea ob vitæ meritû electus, ab impio illo Ezelino Tyrano, cum fratre captus, in carcerib. mortuus est, anno ætatis 70. Christi 1255. ab intamantissimo virginitatis flore comendatissimo. Visa cum extremam ageret animâ, signa duo ignea prodigiosa supra carcerem, quæ facularum instar tandiu colluxere, quoad sanctus corporis vinculis; solutus animus, sydereas pergeret ad mansiones. Cum a. quinquaginta ab obitu ejus transissent dies Fratres Minores, apud quos sepultus primum fuerat, dum corpus transferre velent, in sepulchrum decentius, corp; ejus, præter quandam ad palpebras oculorum lanuginem in corruptum reperere, convocatisq; ad id miraculi omnibus in Dei laudes prorupere. Bernardin. Scardeonius Cavac. Cajet. Marches. Annal. nostr. Bened. &c.

Incorruptus.

S. Peregrinus.

Placentiæ in S. Savini Natalis S. Peregrini Monachi & Confessoris, qui in fertili quondam ejusdem loci cœnobio monasticen professus, tantis virtutib; in vita emicuit, ut à morte inter præcipuos illic cœlestes venerationem mereretur; cujus corp; novissimè à Fabricio Placentino Episcopo recognitum, in decentiorem locum una cum corporib; SS. Gelasii, Victoris, & Domini A. C. 1481. trãslatum est. Ex mon. eiusdem loci. Marchesio, Cajet. &c. Phil. Ferrar.

S. Cronanus.

In Hibernia gloriosus natalis & Cronani Abbat. Glasmorensis, qui post labores Monasticos, & varias cum carne, mûdo, & cacodamone triumphos, ad agonem quoq; & lauream Martyrum vocari meruit, & à Christianæ fidei hostibus Danis Britannia invadentib; & Monasticum in primis ordinem execrantibus deprehensus, crudeliterque interemptus, sub A. C. 636. gratissima cœlo victima cecidit. Ex rer. Brit. script. & Joan. Colmano &c.

In Anglia depositio B. Goduvini Conversi, qui postquã diu inter cœnobitas nostros Cistercienses, sanctis operib; strenuè invigilasset, ad singularem eremi pugnam anhelans, obtenta superiorû licentia rem arduâ feliciter aggressus, in vasta quadam & horrida solitudine vitæ reliquum traduxit, & magno rigore carnem macerans, ej; demum solutus pondere in cœlum evolvit, cujus animum miro splendore & candore egredientem corpore S. Godricus intueri meruit. Henrig. Menol.

B. Goduvinus.

In eodem Angliæ Regno, S. Cedmoni monachi & Confess. Cedmonus Streaneshalensis cœnobii & ipse Frater Conversus, simplicis ingenii vir, sed Deo gratissimus, cum jumentorum curâ in Monasterio ageret, omniumq; literarum liberalisq; ingenii cultum ignoraret, Divinitus edoctus, repente, scite atq; eleganter carmina Anglicè cecinit, eaque è sacris petita literis omnibus audientib; gratiosa admodû atq; miranda, quib; multi ad amorem Divinû & vitæ emendationem rapiebatur. Is levi demum tentat; morbo, sibi tamen instare mortem prædicens, deferri sibi sacrû viaticum voluit, deprecatusq; ab adstantibus veniã, cum nulla suspicio mortis esset, neque lethale aliq; signum appareret, cruce se signans, paululumq; obdormiens, summa animi corporisq; tranquillitate mortalitatem exiit, in Domino requievit, quem illustrib; post mortem miraculis numen comendavit. Ex Ven. Beda. Guilhel. Malmesbur. Nic. Harpsfeld. Eduardo Maibeum, Menard. &c.

S. Cedmonus.

Miracula.

Catanæ in Sicilia depositio B. Pagani Monachi & Confessoris, cuius vitam necdum habere licuit. Mentionem ejus facit Orator. Cajetan. in Idea SS. Sicilia, Menard. &c. & Marchesius.

S. Paganus.

Apud Orientales Saxones Venerabilis Afniani Episcopi, qui pro illustri eruditionis & integritatis fama cœnobio extractus, & Orientalium Saxonum declaratus Episcopus, Apostolico labore apud eosdem strenuè defudavit, & Monasterium Legitense, ope Regis ejusdem provinciæ construens, pestilenti demum lue grassante, inter pia Fratrum solaria religiosissime decessit. Ex script. Angl.

S. Afnianus.

Venetis in Monasterio S. Michaelis de Murano depositio B. Eusebii Hispani, genere & virtute nobilis, qui cum Philippi Regis A. C. 1497. orator apud Serenissimâ Remp. Venetâ ageret, & sapius ad lectissimum S. Michaelis Camaldulensium nostrorû cœnobii inviseret, sub sacro ibidè aliquãdo cœlesti quadã vocatione invitatus, mox hospitii ibidè rogatus, & super polito

B. Eusebii.

Orator Regis.

posito suo Regem informat. Abesse sibi graviter passus virum tantum Philippus, misso quamprimum alio Oratore ipsum revocat, eoq; sibi singulariter opus esse edocens, nihil tamen efficit, ipso constanti in sacro proposito permanente, que frustra ipse etiam Serenif. Reip. Princeps. pceresq; cu Veneti tu Hispani avertere conati sunt. Expleto pin sacri Tyrocini probationis anno, Monasticen professus mox Venetias & Hispanias splendorib. sanctitatis percussit, & magister creatus Novitioru, charitate, patientia & sollicitudine, non mino se Novitiis, quam illi se magistro pbavit, exemplo omnibus atq; incitamento fuit, ut vel maximè tunc pulcherrimum & felicissimum canobium, juventute renovatu aquilæ in pullis tam pbata generositatis, Venetias adornaret. Animi dimissione maximus, nihil tantopere, qviliora exambiit, & in culina fervire voluit, sapius cum ex obedientia ad pceres occurrere jussus, ut erat præcinctus linteo occurreret. Fuit rigidus sui corporis castigator, quod multa inedia, usu cilicii aliisq; afflictionib carnis strenuè edomuit. Fractus denique laboribus stomachi laborans morbo, accedente febrili, sexdecim totos ante obitum dies, nihil prsum edens seu bibens, in Dei laudibus permanfit. Perceptis demum SS. Ecclesiæ Sacramentis præ gaudio effusus in lachrymas, præq; dulcedine societatis Angeloru, erectis in celum manib moritur, A. C. 1501. cum paulo ante mortè, tota spectante Venetiarum urbe flama è cœlis su-

Eius humilitas.

Moritur A. C. 1501.

S. Desiderius Episc.

Martyrio afficitur.

per Cœnobium in quo decumbebat decendere videretur. Claruit à morte miraculorum gloria & sepultus ibidem ab Alto Manutio hocce elogio ornatus est.

*Vir undecunq, qui fuit doctissimus
Nostra vitæ exemplar admirabile*

*Ex August. Florent. & monim. ejusdem cœnobii
ib. à me descriptis, & Bened. nost. Redivivo.*

Eodem die S. Baldegundis sive Waldegundis Abbatissæ Sanctonensis in Gallia, quæ virginitatem suâ Numini cōsecrans, insigni sanctitatis exemplo multis consuluit, & meritorum copia dives ad sp̄sum migravit. *Ex Molano in App. & Annal. nostr.*

S. Baldegunda.

In Burgundia depositio B. memoriæ Iarento Abbatis S. Benigni Divionensis, Hugonis Burgundiæ Ducis, ac dein Cluniacensis humilis Monachi, institutoris sanctissimi, qui pietate, prudentia, cœlesti facundia & omni virtutum laude cultissimus, Deoq; & hominibus gratissim, post emensum feliciter mortalis palestræ tramitem, ad cœlestem donativum properavit A. C. 1105. sepultus in suo quod rexerat cœnobio, cum hoc Epitaphio.

V. Iarento Abbas.

*Dormit Iarento veneradu in hoc monumento
Qui tibi tam dignè servivit Sancte Benigne.*

Eum Claudius Robertus profundum consilio, rotundum eloquio, de cœnobio optimè meritum prædicat, ut què Principes plurimum coluerint, inque eius gratiam Monasterium ornarint & auxerint. *Ex Martyrol. Gallic. Car. Sauff. & c.*

Nivellæ translatio S. Gertrudis Abbatissæ, de qua hac die Molanus.

S. Gertrudis

III. IDVS FEBRUARII.

XI. Februarii.

Vgduni S. Desiderii Episcopi Viennensis. Fuit desiderius Luxoviensis primùm canobii perfectissimus Monachus, à vero antecessore Diaconus ordinatus, ac post ipsum ad Archiepiscopalem cathedram evectus, qv egregia vitæ sanctitate mirificè exornavit. In zelo quo fervebat Apostolico, cu in vitia regno excludèda, generosè incumberet, neq; in Regibus ipsis eadè pbarer, & Palatinis ob id ipsum invisus esset, sceleratorum scelere in exilium miss, & plurimis injuriis à Theodor. Rege affectus atq; exagitatus, in territorio demum Lugdunensi, ad fluvium Calaronâ in Villa Prisciniaco, Brunichildæ impiæ Reginae persuasû, & Aridii Lugdunensis consilio, lapidib obrutus, illustrem Martyrii coronâ pmeruerit 10. Cal. Junii A. C. 612. Cuj sacrum corp hac die Viennâ translatum, & egregius Pastor & Christi Martyr Sanctorum albo adscriptus, anniversaria deinceps memoria solemniter honoratus est.

Ei scripsit Magnus Ecclesiæ Doctor Greg. lib. 9. Epist. 40. *Ex Monim. Vienn. Sigeberto, Adonis Append. Severii Chron. Lugdun. Baron. Cl. Rob. Chenu & c.*

In Castro Mantoniensi, S. Severini Abbatissæ Monasterii Agaunensis, cujus precibus cultor Dei Rex Clodoveus à diutina infirmitate liberatus est. Severinus parentes habuit generis nobilitate conspicuos, quâ ille virtutib probare solidissimis in omni vita conatus est. Monachum professus, sacri rigoris observatissimus extitit, & lachrymarum largissimo dono plurimum enituit. Miraculorum gratia celeberrimus, Eulalium Nivernensem Episcop. totum animum lecto affixum, & surdum mutumq; effectum, invitens, incolumem pdigiosè reddidit, solis his ipsum verbis cōpellans: *Loquere, oro, mecû sacerdos Domini: cû illico exaudiens Episcopus, in hac erumperet. Sit nomen Domini benedictû in secula, qui per te me miserus est. Et Severin. porrigens ei manum*

S. Severinus Abbas

Insigne miraculum.

manum: *Surge, ait, Serve Dei, in nomine Domini & c. hodie enim mecum in altari sacrificabis, & populo benedictionem largieris.* Ita restituit Ecclesiæ Episcop, populis in laudè Dei alte succlamantibus. Ad Clodoveum Regem invitatus, Lutetiæ ad urbis portam ipsum obvium, sputo suo & osculo mirè curavit. Clodoveum a. Regè, imposita casula, in qua sacrum fecerat, repete sanavit. Mox concurrentibus tã ex aula, quã urbe universa infirmis, sanitatis beneficia universis impertitus, dimissis in gratiam ejus a Rege captivis omnib, ex urbe discedens, nò multo post, apud castru Nantonienf, uti ab Angelo edoctus discipulis prædixerat, inter admiradæ lucis splendore extinct, ad cœlos victorè spiritû transmisit, insignibus deinceps pdigiis ad tumulum ejus merita celebrantib. *Claruit S. Mauro nostro, & ante hunc Romano S. P. N. discipulis Gallie Cœnobiar reformantibus, Agaunensi è primis, Regulâ novâ cōplectente, & magna deinceps Sanctorum copia affluente Ioan. Trib. Vincent. Belovac. Molanus. Annal. nost. Bened. & c.*

Clodoveum Regè sanat

S. Guilielmus Dux.

V. Vilhelmus Dux descriptus.

In Stabulo Rhodis, S. Guilielmi Eremitæ. Guilielmus, potentissimus Aquitaniæ Dux, Comes Pictavoru, quantis primùm icelerib. orbi notus, tantis postea virtutib celo ipsi admirandus, Numini gratissimus extitit. *Genus claru, inquit, vitæ eius scriptor, corpus aptu forma elegans, juvenilis decor, prædialia, palatia, immensa supellex & infula dignitatu, carni in eo, non spiritui militabant. Proceritas corporis tãta erat, quod magis videbatur gigantea, quã humana. Vix ei in uno prandio sufficiebant cibaria, quanta alijs octo juvenibus fortissimis erant alimenta. Nusquã se per totam provinciam absentavit à prælio, quãdiu in armis fuit: sed affectu pugna, armigeroru destitutus auxilio, armatus multoties incedebat, & cû nollet dimicare, traherebat vel invitos ad certamen. Diceres redivivû Belis idolu in edendo & bibendo, crederes ipsum Nimrod potentè & robustu, venatorè corâ Domino in præliando. Extraneis malus, suis peior, pessimus sibi, & c.* Ita auctor cit. Scelera explicare non lubet, libet illud unu notare: in libidinis voragine merissimû, triennium totu fratris germani conjugè sceleratissime deperisse. Eum schismatis detestandi præcipuû fautorem, Ecclesiæ Rom. hostè juratissimum, cum nemo præsumeret aggredi, Mellifluus deniq; Doctor, Bernar. noster Clarevallensis Abbas triumphavit: quem plato sacratissimo Christi corpore, gravissimis verbis alloquitur ita terruit, ut prolapsus in terrâ, etiã à ministris sublevatus denuo collaberetur; & ut stupenda, sic repentina mutatione, verus è Saulo Paulus, tantum mutatus

ab illo, conturgeret. Seria a. deinceps menditatus pœnitentiã, & ab eremita quodam religiosissimo instructus, toto animo ad DEUM conversus est, loricamq; ad nudâ carnè, indutus ferreã, decè in super carenis cingitur ferreis, & asperrimo superinjuncto cilicio, ne caput sine supplicio esset, galea ferrea, quæ semel imposita, facile dein solvi non posset, mirè ac miserè toro obarmatur. Erogatis postea in pauperes, omnibus quæ habere ad manus poterat, nudipes, & hoc modo armatus, Româ ad Eug. III. pificiscitur, peccata publicè confitetur, simplex veniã precatur, & à Põtifice ceu illud minus benignè acceptus, atq; ad Patriarchâ Hierosolymitanum destinatus, difficillimo itinere Ierolymâ pggreditur, & cum gaudio susceptus, in proposito pœnitentiæ confirmatur & instruitur. Cum a. Patriarcha, ut secum remaneret, enixi cõtenderet, nò nisi in vilissimo atrii ej tuguriolo habitare acquievit. Vbi novè continuis anis sese recludens, corp suum durissimè affligit, & generosissimè edomuit. Sed vitæ scriptorè audiam. Ipse a. nihil noverat nisi tuguriu suum, in quo claudebatur, & tegumentu (de quo supra) quo operiebatur, & panè atrum, aquamq; brevem, quib. reficiebatur. Domus erat cella, potus aqua, cibus panis nigerrimus, habitus ferreus & asperimus, lecto antru, culcitra solû, capitale saxum, coopertorium tectu & c. Degebat pauper in cella, dives in cõscientia, thesaurizãs in celo, & nihil habens in mûdo & c. Votis & devotis precib. cœlos cumulabat, lachrymis genas rigabat, manib pectus, genib. pavementu tundebat, gemitib. & suspiriis tuguriu rugiebat. His & aliis similib. exercitationib. assuetus, cœpit Angeloru erudiri visitationib. comoneri suggestionib, sedulitate cõsolari & c. Ita præfatus Author. Requisitus interea à cognatis, sumisq; machinis ad revisendâ patriam concitatus, victor pstitit, & fuga demum sibi consuluit. In Tusciã deveniens, cum in expugnatione castru cujusdã frustra laborantes Lucenses deprehenderet, propositi non nihil oblitus, dum in expugnando operã pollicetur, cœcitate percussus resipuit, repetitisq; votis ac precibus fufis, ex insperato lumen amissum recepit. Reversus in ad Patriarchâ suam, notumq; tugurium, cum denuo molestiores eousq; amici cõvolarent, in Tusciã rediit, inq; Pisanoru partib, silva, quæ Livallia dicitur, horridæ sese cuidã speluncæ inclusit, & discipulos aliquot congregavit, quibus ob nimiu rigorem exosus, inde ad montem de Pruno appellatu se contulit, & à dæmonibus, magni

Pœnitentiã

Mirus visa rigor.

In Italia sedem figit.

gni Antonii instar, horribiliter exagitatus, totis eorum exercitibus, unus cum Divini Numinis gratia feliciter restitit, neque etiam ad mortem usque ab iisdem concisus, de animo quidquam remisit, quam postea Coelitem Imperatrix suis dignata praesentia & alloquio, amantissime solata, pretioso perunctum unguento, prodigiose sanavit. Denique ad vallem, quem stabulum Rhodis appellatur secedens, loco incultissimo, & pleno horroris, ad supremum usque diem confidens, tanta innocentia & simplicitate vitam exegit, ut volucres caeli cum illo vescerentur, & bestiae ferocissimae deposita quodammodo rabie naturali, mansuetae redderentur, cumque reverita, sacra ejus vestigia, humi prostrata deoscularentur ac lambere. Decessit denique maximus sui ipsius triumphator, Spiritu Prophetico à DEO donatus, cum sanctissimum à se cognominatum Ordinem seu Congregationem Guilhelmitarum sub Regula S. P. N. BENEDICTI instituisse, eoque de Republica Christiana plurimum & immortaliter meruisse, quem postea Ordinem sub eadem Regula, varij Pontifices Romae, Innocentius IV. Urbanus IV. Alexander IV. & Clemens IV. aliique, quorum extant Diplomata, solemniter confirmarunt & promoverunt. Fuit autem VVilhelmo supremus vitae annus, Christi 1156. cujus à morte squalor, in gratissimum colorem mutatus est, ita, ut tunc primum vivere videretur, cujus eximiam sanctitatem insignibus deinceps miraculis DEUS commendavit. *Ex Vita, Ang. Maurique Hugone Menardo, diversis rer. Gall. script. Sampsonis Haio, Annal. nostr. Benedict. Ephemerid. Mariano Benedict. & Chronologia Benedictino-Mariana nostris, &c.*

S. Ehaornus.

In Cœnobio S. Gildæ Diocesis Venetensis S. Ehaornus Eremitæ & Martyris. Hic Monasterij S. Gildæ in Aremonica Monachus, in solitudine Cœnobio proxima, edomationi carnis, & contemplationi totum se consecrans, deinceps per Martyrium Christi hostia effici meruit, à latronibus spe prædæ accensis crudeliter interemptus, sub Ann. Christ. 1008. *Ex Biblioth. Floriac. Ioann. à Bosco, Hugone Menardo &c.*

B. Adolphus Episc.

In Germania B. Adolphi Olnaburgensis Episcopi. Hic insignem generis nobilitatem, virtutibus maximè commendavit. Cum autem celeberrimæ Coloniensis Ecclesiae Canonicus esset, ad Monasterium forte Campense Cisterciensis In-

stituti divertens, cum hilaritatem ac propituitudinem, tam juvenum quam senum, in disciplinis, ut vocamus, suscipiendis conspiceret, ibidem conversus cucullum induit. Inde demum ad Cathedram Olnaburgensem extractus, mira sanctitate, & gravibus meritis ipsam demeruit, & in cura egentium ac leproforum, maxima se charitate exercens, verè pastorem & patrem se omnibus esse comprobavit. *Ex Cratepolio, Casario Heisterb. Mirac. &c.*

B. Diemo Prior.

In Cœnobio Hirsaugienfi, B. Diemo Prioris ejusdem loci, qui Monachum illic professus, sub Brunone & Volmaro Abbatibus, insigni vitae sanctitate excelluit; meritis ea ipsa, celeberrimi illius Sanctorum Collegij Prior designari. Fuit autem mortali etiamnum in corpore, Divinis revelationibus & consolationibus frequenter recreatus, multaque eventura Prophetico Spiritu prænuñciavit, quorum veritatè certus dein eventus docuit. Obijt Anno Christi 1140. sepultusque est in capella B. M. V. cujus depositioni non casu, sed Divina, ut creditur, ordinatione, S. Henricus Breitenaugiensis Abbas interfuit, qui moerentes nimium, super tanti Patris amissione, animos solaretur. *Ex Chron. Hirsaug. M. S. &c.*

B. Henricus Abb.

In Dacia natalis B. Henrici primi Abbatiss in Schola Vitæ. Is lectissimus S. Bernardi nostri discipulus, dignum tanto magistro sese exhibuit, & secundum ejusdem vaticinium in remotissimis partibus, florentissimam Ordinis Reformationem summa cum utilitate propagavit. Fuit autem morum honestate, & consilii maturitate venerabilis, ob quas, aliasque virtutes, Magister primum Novitorum, quorum tunc, nonaginta circiter erant, in Claravallis Cœnobio constitutus, exin Abbas primus Scholæ vitæ in Dacia creatus, utrobique plurimum profuit. Fuit in orationibus assiduus, in vigilijs & jejunijs indefessus, in sacro rigore promovendo, exquisitus. Quem decurso vitæ termino, gloriosa morte Deus beavit, & insignibus miraculis merita ejus commendavit. *Ang. Manriq. Phil. Sequin. Henric. &c.*

V. Bertrada.

In Monasterio S. Galli, Ven. Bertrada, quæ ibidem verè sæculo mortua, & viva sepulchro illata, in cellula haud multo comodiore, quam tumulo, carnem mortificans, rigidissimo Inclusorum instituto ad finem usque vitæ se continens, promissa iisdem præmia meruit. *Ex monim. S. Gall. Iod. Lezlero, Mariano Bucelino &c.*

PRI-

XII. Februarii.

A.

SS. Innum. Mart.

IN Cœnobio Novaliciensi, viris sanctissimis frequentissimo, passio innumerabilium SS. Monachorum, irruentibus Barbaris Saracenis Anno Christi 906. vario mortis genere crudelissime trucidatorum, qui postquam sanctioris vitæ exemplis, orationum instantia, doctrinæ celebritate, & relictis sive ingenij, sive pietatis varijs momimentis, Ecclesiae & posteritati omni præclarissimè consuluerunt, Martyrij insuper gloriosissimam laureolam indepti sunt. De unius ejusdem Cœnobii Bibliotheca, eo ipso triumpho Martyrum tam illustrium felicissimo juxta & objecturam tantam tristissimo anno, libris, qui tunc Manuscripti solum habebantur, in catalogum relatis, reperta volumina 7700. ut inde labores perfectissimorum virorum facile æstimes, atque quid uni huic solum Cœnobio, nedum tot millibus debeat orbis universus, ob tantos posteritati, tanto labore, sumptu atque industria asservatos thesauros facile omineris. *Anton. de Tapes Pingon. in Augusta Tarvan. & nos in Annal. nostr. Bened. &c.*

SS. Innum. oneri laborum scriptores.

Ipsa die, insignis commemoratio insignium ex Ordine scriptorum innumerabilium, eorum maximè, quorum ad certos dies relata memoria non habetur, qui sanctitate simul atque eruditione, relictis cum sanctioris vitæ exemplis, tum illustrati divinitus ingenij momimentis, orbem & posteritatem omnè demeruerunt. Quorum infinitos penè fuisse, ex eo liquet, quod ex iis solummodo, qui ad cognitionem hominum venere, & ex sola Abbarum dignitate, scriptorum quindecim millia recensentur, qui varijs, & quidè aliqui, ingenti numero scriptis profundioris ingenij dictatis, & voluminibus, posteris sæculis ad æternitatem consultum voluere. Vt de iis absque comparatione multo pluribus taceamus, qui multa scribentes, nemini innotuere, sive quorum nomina cum infinitis libris, tanto decursu sæculorum, simul periire, lucebunt tamen ipsi sicut stellæ in firmamento, ut qui ad justitiam plurimos erudierint, inserti in libro vitæ, indelebili nomine ad omnem æternitatem; digni tamen, quorum etiam pro tam pijs conatibus, anniversaria à gratis posteris memoria recolatur; uti & eorum, qui absque numero, in tot Cœnobiorum millibus,

Merita incomparabilia.

solo manuum tam utili labore, tot egregia aliorum scriptorum & Sanctorum Patrum, peritura certò aliàs monumenta, toties arduo studio transcribere, & tantas tamque prægnantes tantis thesauris Bibliothecas, seræ posteritati incōparabili merito transmissere, è quibus multo millia, labores eosdè cum admirabili vitæ sanctitate conjungentes, dupliciter coronati, honorari etiam in terris meruerunt. *Ex Annal. nostr. Bened.*

Cōmemoratio pl. Mart.

Eodem die cōmemoratio innumera-bilium item, per Galliam, Germaniam, aliasque amplissimas provincias, Martyrum Monachorum, qui Normannis, Vngaris, Saracenis, supra memorato anno 906. latè grassantibus, & orbem Christianum flagellantibus, igne, ferro, omnia pessumdantibus, diversissimo tormentorum genere, alii quidem repente oppressi, alii ipsorum hostium consulentes salutem, eosque ab immanitate dehortantes, & ad gremium Ecclesiae invitantes, longis & gravibus suppliciis affecti, pietatis mercedè acceperunt. *Ex div. rer. Gall. & Germ. script. Annal. nostr. &c.*

S. Benedicti Abb.

In Septimania S. Benedicti Abbatis Anianensis, viri maximis meritis conspicui. Hic vetustissimo antiquorum Gotthorum sanguine, patrem Megalonensem Comitem habuit, virtute bellica, ut genere illustrissimum, qui Vascones sæpè victricibus armis, à Francorum finibus gloriosissimè propulsavit. Ab hoc Pipino Regi commendatus, educatusque à Regina ejusdè conjugè, Pincerna postea regius constitutus est. Sequutus dein Magnum Carolum, aulæ demum fastidio cucullum exambuit, quod priusquam amplecteretur, triennium totum abstinentia & vigilijs semel exercuit. Monachum in S. Sequani Cœnobio professus, fundamentum perfectioris vitæ profundissimum & firmissimum posuit, pane & aqua solis, per biennium & sex menses contentus, mortem potius, quam inedia depulit, vinum cane pejus & angue odit, brevi usus somno, totas penè noctes in glaciali nudis pedibus persistens pavimento, in preces effusus ferventissimas, frigus triumphavit. Peccata quotidie largo lachrymarum imbri deplanxit, dormientibus Fratribus calcamenta purgavit; à quibus indignè ha-

Fit Monachus.

Insignis
Cellerarius

Fis Abbas.

Haresu ex-
tirpat.Concordia
Regularum
scribit.

Miracula.

bitus, cum tanquam malè sani cerebri illudentes, caligas ad caput ej⁹ jactarent, patientissimè pertulit. Vilissimis contentus, laciniis & pannos viliores pretiosis antetulit. Cellerarius postea Cœnobii creatus, ad amissim Regulæ se conformavit, & effusa in omnes charitate, toti congregationi sicut patrem se exhibuit. Abbas cum eligeretur, è monasterio profugit, latensque aliquandiu, confluentibus discipulis Anianæ Cœnobium condidit, multoque in vitæ rigore, & summa paupertatis perfectione suos educavit. Cum autem Felicianæ Harescos pestilentissimū virus, per Septimaniam latè serperet, plurimos, non infimæ solum, sive etiam mediæ sortis homines, sed etiam Prætules, summo cum rei Christianæ periculo in gravissimos errores prolapsos seu inclinatos, ad fidem orthodoxam reduxit, & de provincia illa, Apostolico labore immortaliter meruit. Plurima passim fidelium ope atque opera, Monasteria ædificavit, & restituit, sanctissimumque ordinem nostrum, per amplissimum Galliarum Regnū præclare reformavit. Ejus, inviti quantumvis & reluctantis, opera & consilio ad Imperij administrationem, Ludovicus Pius Imp. utilissimè usus est. Fuit afflictorum omnium unicum asylum & solatium, cuius manicas & mappulam contrectare solitus erat Ludovicus Cæsar, in quibus supplices semper libellos latere pernovisset. Præfectus universis Gothiæ, Aquitaniæ, & Franciæ Cœnobiis, omne suum studium in sanctissimæ Regulæ observantiam contulit, omnesque ejusdem peritiores undique conquistos seu interpellatos, de usu & praxi, nec non genuino legis perfectissimæ sensu, perquisivit. Librum dein scripsit, quem *Concordiam Regularum* appellavit, quo irreformatis & contentiosis, sensuque proprio abundantibus Monachis, nulla trivola seu cassâ præcepta, à B. N. P. BENEDECTO edita esse, sed Sanctifimorum virorum auctoritate non solum, sed & praxi fundatissimam Regulam nostram, evidentissimè demonstravit. Miraculorum gloria eximie refulsit, quibus incendium non semel miraculosè consopivit, locustarum item vim grandè evertit; vinum mirabiliter auxit; Fratrem quandam inter latronum insidias & conatus absens servavit. Fuit adeo miti ingenio, ut nec contritari quidem hostes vellent, furem cum equo, quem Monasterio abstulerat, occurrentem, & à socio cognitū, cum hic equum repetere vellet, prohi-

buit, id unum veritus, ne faciem furis confunderet. Furem alium, in flagranti deprehensum scelere, & à vicinis malè multatum, multisque vulneribus concisum, suis ipse expensis, chyrurgis curandum comendavit. Comendarum, ut vocant, juratus hostis, cum Clerici Monasteria usurparent & emerent, constanter se opponens, auctoritate Imperatoria interpellata iisdem acriter obstitit, & scelus ac temeritatem eorundem compefcuit. Senectute confectus aliisque morbis & laboribus fractus, de pristino vitæ rigore nihil remisit. In oratione assiduus, dum meditationi vacaret, erectis in cœlum manibus, seu humi prostratus, totus lacrymis defluebat. Invalescens morbo ipsum Imperator invisit, deque valetudine ejus anxius admodum fuit. Postea ad Monasterium Indæ deductus est; ad què illico Aulæ Magnates, & diversi Pontifices convolarunt, è quibus Stabelo Magolensis Episcopus de obitu ejusdem divinitus edoctus est. Rogatus ab Helicafare Abbate quomodo haberet? *Bene*, respondit, subiunxitque se inter choros sanctoctorum coram Domino adstitisse. Obiit septuagenarius Anno Christi 821. passus paulo ante mortem Fratribus, se quadraginta annis, quibus Monachum egit, non ante cibum sumpsisse, quam lacrymas coram Deo funderet. Ejus insigne etiam illud, quod de sanctissima Regula nostra, eam observare ad amissim tergiverfantibus ingerere consuevit, ipso nimirū Magno Legumlatore attestante: *Leve solum initium conversationis Monachicæ, totam Regulam esse, adeo nihil ardui in eâ, nedum impossibile quidquam contineri.* Ex vita ejusdem, per *Anselmum Rolle apud Hug. Menardum, Aymoio, Leidrado Lugdun. Claud. Rob. Clar. Sauffeio & Annal. nostr. Bened. &c.*

In Gallia depositio S. Stephani S. R. E. Cardinalis Episcopi Prænestini. Hic à juventute, contemptis sæculi pompis, sacre Cisterciensi Reformationi nostræ nomen dedit, & corpus suum, vigiliis, jejuniis ac verberibus affligens, insignem paulo post vitæ perfectionem assequutus est. Ob quam, ab ubere consolationis avulsus, & laboribus Ecclesiæ gravissimis addictus, rubeo galero insignitus est, & S. R. E. Cardinalis Episcopus Prænestinus ordinatus. Quo eminentissimi nominis honore, nõ ad pompam luxumque abusus, igne ferventissimæ charitatis succensissimus, nihil magis, quam salutem animarum curavit, & incredibili sollicitudine onus sibi intui-

Rigor.

Dignū ob-
servatioe.S. Stephan.
Cardin.

intui-

Paupertatis
studium.S. Benedi-
ctum Episc.Innumeros
convertit.

Miraculū.

injunctum expediens, in munere Cardinalis explendo, & manibus & pedibus, humerisque & animo totus fuit. Nullus animi demissione magis excelluit, nullus munificentiam eius in pauperes superavit; quorum ipse & focus, & facer, uti fovere omnes studuit, sic paupertati ipse etiam in purpura strenuè sectatus est. De Monachicis exercitiis, quantum permittebant negotia Ecclesiæ, nihil remisit, Monachumque se esse nunquā non meminit & demonstravit. Tandem post plurimos labores pro salute animarum exantillatos, ad felicem requiem & patriam pervenit A. C. 1150 circiter, quem *totius gloriæ virum* Ciaconius appellat; Vghellus autem: *gradum illum*, supremi in Ecclesiæ post Rom. Pont. ordinis, *tanta modestia & gravitate decorasse*, ait, *ut aureum planè seculum cum eo redisse videretur. Barn. de Montalbo, Ang. Manriq. Ciacon. Vghellus &c.*

Albigauni in Italia S. Benedicti Episcopi & Confessoris. Hic extra moenia Tabicenis oppidi, inter Ingaunos Ligures natus, parentes ex celebri Revellorum familia habuit. Monachum in Albigaunensi Cœnobia professus, non fervore novitio, Sed monitu S. P. N. probatione Monasterij diuturna, ad singularem eremi pugnam instructus, in Gallinariam concedens insulam, illic solitarius aliquandiu latuit, donec prodentibus virtutibus, mortuo Albigauni Episcopo, ad sedem vacantem invitatus raperetur. Eo in munere nihil prætermisit, quo commissum gregem, sectatorem bonorum operum, ac proin DEO acceptabilem redderet, cum suos præter vitæ exemplum efficax, adeo potens etiam verbo, magna quadam persuadendi vi lucraretur, ut *innumerales Christo animas reconciliasse* celebretur. Ejus vero sanctitatis fama, ita vulgata erat, ut cum Genuæ sive propinquo aliquo loco mortuus esset, & domestici in navicula Sanctum corpus Albigaunum deveharent, Genuenses triremen ad insequendos illos, pro sacro corpore sibi comparando immitterent. Sed eodem momento temporis triremis ab adverso vento repulsa, quo navicula à prospero Albigaunum appulsa fuit. Ibi sacrum cadaver currui impositum, solemnè supplicatione ad Cathedralem Ecclesiam, ubi Episcopus resederat delectum est. Verum ubi ante januam Ecclesiæ, in qua cum alijs Monachis vitam egerat currus pervenit, juveni ad eam conversi supplicantium more in genua procciderunt. Cumque nulla ratione assurge-

re posse viderentur, in ea deponendum esse sacrum illud pignus omnes intellexerunt, & mox tantum thesaurum illic condiderunt, A. C. 900. ipso, perpetuo deinceps Urbis Protectore consalutato, cujus festum solemniter quotannis ibidè peragitur. Claruit magna miraculorum gloria, ut Epitaphium ibidè loquitur: *Aegris quasunque Salutes concedebat &c.* fuitq; solemniter translatum sacrum ejus corpus A. C. 1409. Nonis Decembr. Ex Re. D. P. Philippo Malabayla Visit. Gener. Fuliens. &c. Philippo Ferrar. &c.

Elevatur.

Brixia in Cenomanis Venet. S. Costantij Comitis. qui militiæ primum operam dedit, cum autem divitijs afflueret, ac ea Redemptoris: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia &c.* audiens perpenderet, tanquam sibi dicta accipiens, bona sua temporalia omnia ad sacros usus infumit, & primum Cœnobiū Virginum Conchese apud Triumphinos ad honorem B. M. V. condidit. In qua ædificatione illud memorabile contigit, quod dum carpentarij ligna caderent, columba minutissimas lignorum assulas rostro acceptas ijs locis quibus Ecclesiæ fundamenta jacienda essent deponebat. Dein Constantius alias viginti quatuor Ecclesias diversis locis excitavit, & nequid minus leipso daret, Sanctissimo Humiliatorum nostrorum accensus Ordini, post egregia sanctitatis in terris exempla ad æternæ beatitatis præmia evocatus est post A. C. 1150. *Ex Vita, & Brevariario antiquo Humiliatorum, Capredolo in Annal. Brixia, Philippo Ferrar. Auberto Arnoldo Duaceno, qui ipsum denique Brixiensem fuisse Episcopum opinatur.*

S. Constantij Comit.

24. Eccle-
sias condidit.

In Monasterio Villariensi. B. Nicolai de Gemblaco, qui Monachum Prius in Gemblacensi professus Cœnobia mirabiles in sancta religione progressus fecit. Ad maiorem autem perfectionem anhelans, effervescente sanctissima ordinis reformatione Cisterciensi, eidem dare nomen constituit, ipsamque Villarij complexus, sanctissimis demum operibus plenus, ibidem felicissimo transitu ad gaudia cælitum abiit. *Ex annal. Villar. & Menologio Cisterc. Chrysol. Henriq. &c.*

S. Nicolano

In Brabantia depositio DEO dilectæ Virginis Gildæ, quæ in loco de Peñebeke Cœnobiū Virginum, quod postea Cæmera B. M. V. nuncupatum est, multis superatis laboribus struxit, ibique sanctissime præfuit. Et vero licet humilitatis studio Abbatissæ honorem fugeret, & constantissime detrectaret, imo aliam Abbatissæ

Gildæ

tiffam ipsa constitueret, laborem tamen ipsam minime detrectans, omnium in se, tanquam piissima mater, onera suscepit, & rigoris Monachici omnibus facta exemplat, sanctè demum in domino obdormivit.

Aubert. Miræus. Chrysof. Henric. &c.

Eodem die depositio Beati Domūci S. Domini Abbatis Barragenfis. *de quo præter nomen eius nihil porro reperit, notis per hosce tumultus patriæ dissipatis & perditis.*

IDIBVS FEBRUARII.

XIII. Februarii.

B.

S. Gregorius II. Papa.

ROMÆ S. Gregorij Papæ II. qui Leonis Isaurici impietati acerrime restitit, & S. Bonifacium ad prædicandum Evangelium in Germaniam misit. Gregorius II. primi & Magni egregie æmulus, ex Monacho humili Pontifex verè maximus, etiam ante collatum sumæ potestatis honorem, de Ecclesia universa meritissimus, Constantinopolim usque Constantinū Pontificem Maximum comitatus, cum ibidem acriter super rebus Fidei disputaretur, adeo doctè atque acutè Græcis respondit, ut omnibus ingenij sui atque eruditionis admirationem inijceret, & gloriosissimo Romanæ Ecclesiæ triumpho, de perniciosissimis Schismaticorum erroribus, in ipsa Orientalis Ecclesiæ facie triumpharet. Vix adito Pontificatu, de Vrbe illico atq; orbe mereri studuit, restauratisq; quamprimum Romæ muris & bonis Ecclesiæ e manibus hostium vindicatis, dehinc Monachis atque Monasterijs passim reformatis, & Ecclesijs per Urbem præclare restitutis, Postea converso ad iuvandum totum Christianum orbem studio, tria Rome Concilia coëgit, piissimumq; SS. Imaginum cultum religiosissimè asseruit, & contra Orientales acerrime defendit, Leonemque Imperatorem Iconomachum pro scelere constantissimè corripuit, & comminanti exilium ac fortunam Martini Papæ, his ipsis, alia inter verba, rescripsit: *Atque utinam DEI munæ nobis contingat, ut per Martini viam incedamus, tametsi ob plebis utilitatem vivere volumus & supervivere &c. Verumtamen per Dominum te obsecramus, à juvenilibus & puerilibus factis avertere. &c.* Alijs item litteris datis, sed & legatis missis, eundem ad obedientiam adducere conatus, nihil profecit, Legatis etiam ad carceres damnatis & mori compulsis. Luitprandum Longobardorum Regem, qui suadente Leone in necem ipsius cum Exarcho conspiraverat, & jam cum exercitu in campo Neronis confederat, pari qua Leo Magnus Papa Atulæ Regi occurrerat constantia,

eidem ultro obviis, adeo flexit commovitque ut ad ejus se pedes non modo prosterneret, & neminem à se lædendum pmitteret, verum quæ indutus fuerat arma & ornamenta, ante corpus Apostoli poneret, & ex archo veniam impetraret, eam non solum facillè concedente Gregorio, sed juratissimum hostem, auxiliariis etiam copijs juvante. Contumacem exin Isauricum jmp. & Hæreticum, Anathemate execratus, Romanos Italosq; quos eousque in officio pessime de se meriti Imperatoris continuerat, ab ejus obedientia absolvit & ab eodem recedere fecit. Multa præclare instituit, eaque inter, illicita cum primis conjugia toto orbe proscriptis; & tandem meritis gravissimis ditissimus in caelos evolavit A. C. 731. cujus sanctissimum nomen, anniversariæ memoriae cultu in ecclesia perseverat: *Cujus scripta, inquit Card. Baronius, extarent, resque ab eo gesta, diligentius scriptis mandata essent, Gregorio magno, haud minorem estimares &c. Ex Anastasio Biblioth. Platina, Panvino Hieronimo, Plato, Trithemio, Iepesio, Cajet. Marchesio, Corn. Margarino, Baronio, Bisciol. Ciacon &c.*

Reate S. Stephani Abbatis miræ patientiæ viri in cuius transitu ut refert S. Gregorius Papa, Sancti Angeli, cæteris etiam videntibus, adfuerunt. *Mart. Rom. Stephanus alias inter virtutes, rerum in primis omnium generosissimo contemptu excelluit, paupertatis incredibili studio, & rarissimo patientiæ exemplo præstantissimus. Cuius insigne illud, cum invidiæ spiritu agente, Scelestus quidam Fratrum horreum statim post messem injectis ignibus inflammasset, spemque totius anni evertere hora una ausus esset, adeo Stephanus suo fratrumque suorum tanto damno motus non est ut solum incendiarij peccatum deservisse memoretur. Ex libro 4. Dial. S. Greg. Petro de Natal. &c.*

Eodem die depositio S. Stephani Abbatis, Grandimontensium Institutoris. *de quo ob concursum festorū diē sequenti.*

In

S. Vulfridus monachus.

In Anglia B. Vulfridi Monachi. Is in Strata florida floridissimo Cisterciensiu nostrorum Monasterio, S. P. N. Regulæ se devovens, maximis progressib⁹ ad apicem perfectionis enixus, raris atque admirandis à Numine gratijs illustratus est; adeo ut absentia non solum, quasi præses intueretur, verum intimas etiam aliorum cogitationes, nec non tam vigilantibus, quam dormientibus immixtas tentationes perspiceret & distincte recensens, remedia insuper, quibus eadem dissiparentur ministraret; ita quidem, ut multi è fratribus, purioris vitæ sanctimoniam exhortationis ejus provocati potentia æmularentur. Eventura multa prædixit, varijsque ac jucundis revelationibus frui meruit. Versum solemnis Cantici Benedicti &c. *Benedicamus Patrem & filium cum Sancto Spiritu &c.* insigni quadam cum pietate ac devotione recitanti, visus Angelus carbonem ardentissimum ac lucidissimum duobus digitis è thuribulo tollere, inque os ejus anhelitum attrahentis inijcere, qui per totum corpus ejus descendens, omnia interiora ejus suavissimo ardore succendit; ita ut ex scientia dicere posset cum Propheta: *De excelsis misit Dominus ignem in ossibus meis. Qui proin ardorem carbonis desolatorij, in eo vitia consumentis ferre non valens, pallidus & exsanguis in terram corrui, indeque delatus in infirmitorium, tribus diebus ibidè five voce ac motu, tanquam mortuus permanfit. Fuit, uti Angelis familiaris, sic dæmonibus formidabilis, & tandem meritorum insignium præstantia & copia locuples, ad præmia æternitatis transivit. Barn. de Montalbo, Hist. Eccl. Angl. Chrysof. Henric. Annal. nostr. Bened. &c.*

Mira Visio.

Angelis familiaris.

S. Ermenilda R.

In Britannia S. Ermenildæ Viduæ, sanctimonialis lectissimæ. Hæc Regio orta genere, genus ipsum longè spectatiore sanctitate illustravit. Patrem habuit Ercobertum, matrem Sexburgam Cantia Reges, à quibus Wilferio Merciorum Regi copulata, post mortem mariti, ad nuptias longe digniores aspiravit, & fastidito terreno Regno cæleste exambit; Ordinem S. P. N. in Eligeni Cænobio professa, ubi matris suæ Sexburgæ faminae sanctissimæ ejusdem loci Abbatissæ, novo partu & jam gemino filia, sanctitatis & propositi æmula, eidem postea in regimine Cænobii succedere meruit, parique felicitate Verburga item filia, novo similiter partu regeneratâ, plena sanctitatis hæc demum die ad supera emigrans, sanctorum postea al-

bo adscripta est. *Ex div. rer. Angl. script. & Annal. nost. &c.*

Vercellis in Insubria S. Petri Episcopi eo nomine secundi, Hic Vercellensis patria, & pro meritis creatus Episcopus, etfi Monasticen professus non sit, ipso tamen in Episcopatu Monachum gessit, cor unum & anima una cum S. Bononio nostro Abbate Locediensi. Hic Petrum in peregrinatione Hierosolymitana à Saracenis captum, & miserè habitum, cum pro sua charitate eximia in afflictos omnes, liberasset, Petrus reversus in patriam prius non acquievit quam Bononium Hierosolymis accersitum penes se haberet, quocum deinceps ita vitam instituit, ut quantum à Pontificio munere vacaret, tantum temporis Bononio tribueret, cumque ipso in sacris exercitijs & Colloquijs assiduè versaretur. *Ex Offic. Eccl. Vercell. Car. Sigonio. Phil. Ferrar. &c.*

Apud Medam in territorio Mediolanensi SS. Haymonis & Veremundi Confessorum. Hoc nobile par fratrum, patre illustri Turbigij Comite, è familia celebri Coriorum ortum, cum inter venadum à duobus apris, in supremum vitæ discrimè adducti, haud procul à templo quodam S. Victoris Mart. in lauros evaderet, apri vero arbores suffoderent, ad vota conversi, sub nomine Divi ejusdem Monasterium condere promiserunt, apris quamprimum inde se proripientibus. Proin voti rei, illustre ibidem Virginum sub Regula S. P. N. Cænobium costruxerunt, quin & se quoque ipsos Numini sacantes, servitio illius Ecclesiæ addixerunt, divitiisque suis partim in pauperes, partim Monasterio illi attributis, Converterum Fratrum æmulati institutum, ibidem mira humilitate, sed & vitæ rigore sese quotidie Domino hostias immolarunt, jejuniis inprimis & orationis studio addicti, præter quotidianam victus parsimoniam tribus in hebdomade diebus pane tantummodo & aqua contenti, humi cubantes, & cilicio induti, donec denique post tot vitæ hujus labores ad quietem patriæ æternam vocarentur, sub A. C. 790. in eadem Ecclesia tumulati, quorum merita miraculis quoque comprobata sunt, Abbatissa à medicis desperata, & altera quadam moniali apoplexiâ prodigiose liberatis; infante item immature in lucem edito, atque mortuo ad vitam revocato, cui ob id ipsum in Baptismo Veremundi nomen fuit impositum. *Ex officio illorum, Phil. Ferrar. Annales nost. &c.*

Apud

S. Stephani Apud Ratenſe Cænobium, prope Braccaram Auguſtam Portugalliæ Metropoliſ. S. Stephani Abbatis, qui cum S. P. Benedicti cucullum induiſſet, & in ipſo Monasterij clauſtro vitam conſummaſſet mirabilem, poſt Abbatialia onera, & aſſiſtentia in Concilio Toletano tertio honorè, plenus facinoribus in clytis, & admirabili Virtutum dives farcina, ad gloriam diu deſideratam properavit. *Mart. Hiſp. S. M. Maxim. &c.*

B. Aleydis. In Germania B. Aleydis cognomento Pœnitentis, quæ poſt inhoneſtam vitam quam in ſæculo duxerat, ad Chriſtum converſa, rigidiffimam, & verè pœnitentem vitam inſtituit, & S. P. N. BENEDICTO ſub Cifterciensium Reformatione in Monasterio Lanckuvade nomen conſecrans, glorioſiſſimas de communi hoſte, qui eam horrendis apparitionibus, à pio propoſito revocare nitebatur, victorias obtinuit. & præmium perſeverantibus promiſſum aſſequuta eſt in felici æternitate. *Ex B. Caſar. Heiſterb. Menolo. Ciſt. Henriq. &c.*

S. Eufochii. Patavii apud S. Proſdocimum obitus B. Eufochiæ ſanctimonialis, quæ ex Monachæ ſacrilego partu, ut roſa ex ſpinis effloruit. cæterum etſi in cucullo vitam quam ſanctiſſimè inſtitueret, permiſſione tamen optimi Numinis, ad illuſtre patientiæ exercitium, à peſſimo dæmonio ad extremum uſque vitæ diem, miſere fatigata, invicta animi æquitate, conſuſionem & ærumnas omnes conſtantiffime ſuperavit. Tantus in hac Virgine mundi contèptus fuiſſe legitur ut cum audiret Venetiis Regias nuptias Cathariæ Cornelie, vulgo Cornariæ, fororis Regiæ Cypri tanto apparatu & ſplendore, quanto vix quiſquam meminerit, inſtitui; ſubridens dixerit: *Aerumnas luctumque meum, & dolores quibus aſſidue premor, omnibus illis gaudiis & voluptatibus non commutare, pro certo aſſerens, ſe in vita hac malle cum Chriſto & pro Chriſto, anguſtiſſimis corporis cruciatibus, quam immenſis huius cæmоди mundi gaudiis brevi, cum aliquo animæ detrimento potiri. Mortua eſt feliciffimè A. C. 1469. è cuius tumulo limpidiſſima aqua ſtatis quibuſdam diebus ſcaturrere cernitur, qua hauſta innumeri pene mortales, à graviffimis ægritudinibus liberati, prodigioſe convaleſcunt. *Ex Arn. Duac & Anna. noſt. Bened.**

Energumena uſque ad obitum.

Obijt.

Aqua prodigioſa.

In Hiſpania, obitus Ven. Patris Bernardi de Eſcobar Abbatis Montis Sion, qui viſionibus & ſanctitatis ſignis celebris in Domino requiuit. Hic Toletanus Patria, Iuris Canonici & Theologiæ Doctor, Hebræi & Græci idiomatis callentiſſimus, Arithmeticus inſignis, aliſque naturæ & ingenij dotibus inſtructiſſimus fuit. Monachum in Regio B. M. V. de Bona valle Cænobio profeſſus, omni virtutum genere, ſed manuſuetudine in primis atque affabilitate adeo enituit, ut charum ejus nomen univerſis eſſet, ſed & tantum exemplo ipſe efficeret, quantum potentiſſimus verbo nunquam effeciſſet. Abbas Montis Sion, & ſanctiſſimæ illius Congregationis Viſitator Generalis creatus, munere ſuo præclare functus, plurimum de univerſis meruit, exemplar ipſe omnis Religionis & diſciplinæ Cænobialis. Exacta ætate ſenex tanto labore exſolvi petens & Chori onere liberari, ad Bonæ vallis monaſterium miſſus eſt; in quo velut ſolitudine vivens, adeo ſolis animi negotijs ſe totum addixit, ut carnis plane oblitus videretur. Mortuus eſt A. C. 1606. hac i pſa die; cū poſtridie ad templum deduci & conſeſſione peccatorum peracta ibidem Sacroſancto Chriſti corpore reſcificatiſſet. Apparuit non multo poſt obitum Ven. P. Juſto Matienço eximia pietatis Monacho eumque ad cæleſtem gloriam invitavit. *Ex Faſtic. Sanct. Ciſt. & Menol. Chryſoſt. Henriq. ac Benedicto noſtro Redivivo &c.*

Herbipolis S. Chiliani Episcopi & Martyris, cujus Martyrium 8. Julij plenus recolitur. Meminit autem ejus hæc die Galeſinius, forte ob quandam Sacri ejus corporis elevationem. Arnoldus VVion &c.

Andegavis, S. Licinij Episcopi Venerabilis ſanctitatis viri, qui è Monasterio pro vitæ meritis extractus ad Cathedram poſt Audoënum inſigne Eccleſiæ illi ornamentum egregia vitæ ſanctitate addidit, & poſt multa Virtutū exempla populo præbita ex hæc vita migravit A. C. 631. *Ioan. de Bourdigne, Claud. Rob. Hugo Menardus &c. quem fruſtra Baronius è numero Episcoporum Andegavensium expungit, & cum Licinio Turonensi, qui anno 50. claruit, commiſcet, imo eundem facit.*

XVI. CA

XIV. Februarii.

S. Antoninus.

Apud Surrentum S. Antonini Abbatis, qui Monasterio Caſſinenſi à Longobardis devaſtato, in Solitudinem ejusdem urbis decedens, ibidem ſanctitate celebris obdormivit in Domino: cujus corpus multis quotidie miraculis, & præfertim in liberandis energumenis effulget. *Mart. Rom.* Antoninus in Picentinis ortus, Monasterium Caſſini amplexus eſt. Inde verſo à Longobardis Cænobio Stabias venit, ubi acceptus perhumaniter à Catello Episcopo, eum ita deinceps ſplendore ſanctitatis attinuit, ut cum diſcedere pararet, & verò etiam diſcederet, Episcopus non ſolum officij cauſa abeuntem proſequeretur ſed & cohabitare eidem in ſolitudine dulce haberet, ubi Divo Michaeli Archangelo, qui utrique apparuerat, Sacellum in quo ſacris operarentur uterque ædificarunt. Antoninus poſtea Surrenti Abbas poſtulat, admirabili prorſus ſanctitate omnes percelluit, & mirifico vitæ exemplo, multos Chriſto lucratus, provinciam demeruit. Struxit ibidem templum S. Martino Caſinatium Tutelari Turonenſi Episcopo ſacrum, in quo æternum manuū ſuarum monimentum Paſſionem Dominicam ſuammet arte in marmore exſculptam reliquit. Obijt A. C. 625. innumeris deinceps clarus miraculis, quæ inter furem in ſua Eccleſia mirè retinuit, cum tota nocte per illam errans, exitum non reperiret. *Ex moni. Caſinatium Cajet. Marches. Phil. Ferrar.*

S. Michael apparet.

Obijt 625.

S. Conanus.

Vir Apolliticus.

S. Stephanus Abbas.

Mureti oppidi Dominum (à quo uſque hodie celebris familia Mureta.) qui duodennem etiamnum filiolum, S. Miloni noſtro Beneventi, Archiepiscopo comendavit, à quo puer Monachicis diſciplinis, ac liberalibus artibus adeo excoltus eſt, ut admirationi omnibus eſſet, & puerili ætate magna aggreſſus, inedia orationis magnarumque virtutum exercitijs exercitatiſſimus haberetur. Mox Monachicæ vitæ etiam eremiticam conjungens, in vicinam Benevento ſolitudinem ſeceſſit, & corpusculum ſuum duriter habuit. Inde in Aquitaniam deveniēs, in Mureto monte conſedit, ibi DEO ſe ſervitutum omni tempore ſpouondit, & tugurio è virgulis conſtructo, DEO ac DEI parenti ſe devovens, rigidiffimum corpori bellū indixit, quod novus jam Chriſti miles, lorica ad nudum ferrea obarmavit. Panis ei obſonium, potus aqua, lectulus nudæ tabulæ, veſtes viles & levēs, quas nullo calore minuebat, nullo frigore augebat. Contèplationis atque orationis ſtudio ita rapiebat, ut vix ab eo avocari poſſet, ejuſque dulcedine quaſi extra ſe factus, frequenter biduum ſeu triduum, omni cibo corporali prorſū abſtineret. Conſtuentibus poſtea multis, qui ejus Magiſterium exambibant, quam rigidus ſibi, tam facilis aliis extitit, quos non tam verbo quam exemplo, ad ſtudiū perfectionis efficaciffime concitavit. Fuit potentiſſima, & ſtupenda plane vis orationis ejus, qua multos, in vitos licet ac reluctantes, è profundiffimo vitiorum cœno vindicavit, & ejurato in ſuper ſæculo, Monachos effecit. Tulit indignius miram ſociorum converſionem, miles quidè genere nobilis, ſed abiectiſſimus vita, qui tamen indigno nimis metu, idipſum ſibi metuens, ne converteretur, omnia malle atque aggredi auſus, ad humilia & ſceleratiſſima converſus vota, pudèda flagitatione Stephanum ipſū pertentare nõ veritus, virum ſanctiſſimum ſic compellavit: *Obſecro te ſerve Dei, noli pro me DEVM deprecari, nam quoddam peccatum in tantum diligo, quod nullatenus illud velodiſſe, vel relinquere volo, quia ſi pro me rogaſſeris, ne hoc mihi contingat timeo. Tuis ergo orationibus aliis auxiliare, mihi vero minime.* Doluit tanto magis dementiam hominis Stephanus, & proin cum ſuis in preces magis effuſus quam primum, & ſupplex pro obſtinato Numinis clementiæ, diſcedentem illum

Ejus vita rigor.

Vis orationis stupenda.

Impia oratio cujusdam.

L & jam

& jam digressum, adeo potenter evicit atque emolliit, ut reversus ad Monasteriū, & ad pedes Stephani provolutus, terram lachrymis rigans, cælū suspirijs penetrās, stultitiam suā fateretur, peccati enormitatem deplorans, & à quo priusquam divelli se pateretur mori decreverat, in conspectu omnium illud ipsum detestatus, se se deinceps dimissurū atque execraturum ultro polliceretur. Neque minus ex eo quod subijcimus, prodigiola precum ejusdem virtus ac potentia deprehenditur: cum in spiritu cognoscens, quendam Cænobii sui amicum & fautorem præcipuū, à prædonibus quibusdā per insidias captum, fusis ad DEI parentem precibus, stupedo miraculo illud effecisset, ut qui captus fuerat, solutissimus; ii autem, qui ipsū ceperant, una cū proditore, vinculis prodigiōse ligati, mira quadā virtute, ad portam Cænobii sisterentur. Quod prodigiū cū à Fratре Cænobii Portario, discipulos tunc instituenti Stephano nunciaretur, adeo nihil mutationis vultu præ se tulit, ut insuper, dissimulato quod tam prodigiōse agebatur, etiam sermonem continuaret, & ad tantæ rei insolentiam non prius, quā asueverat, sermoni finem imponderet; postea autem amico gratulatus libertatē, reos sic vincōs manu propria solveret, & serio pœnitentes domum remitteret. Continuum ac perpetuum illud miraculū fuit quo omnes quicumque cum viro DEI familiare colloquium instituisent, admirandam cælestis odoris fragrantiam è sacro ejus corpore emergere atque nares afflare perciperent; ita quidē ut in animos ipsos influens, mire ad imitationem tanti magistri universos accenderet. Fuit paupertatis præcipue studiosus, ejus amorē suis quam diligentissimè inculcabat. Vnde cū jam moriturum anxii interpellarent: *Sanctissime Pater, quamdiu tecū fuimus, nobis pro amore tuo necessaria prestitit DEVS, sed post mortem tuā quomodo vivere poterimus?* Digno sermone pusillamines solatus, ita respondit: *DEUM solum vobis relinquo, cuius sunt univēsa, cuius etiam amore cūctā pariter, & vosmet ipsos reliquistis. Si amando paupertatem Christo adhaeseritis, ipse prudentia qua gubernat omnia vobis largietur, quod nouerit expedire. Si vero, quod absit, amando temporalia ab eius amore recesseritis, noto vobis, unde ad ipsum expugnādum exurgatis, relinquere, &c.* Humilitatis insuper studio tantopere excelluit, ut cū tot Monachorū pater & magister existeret, Presbyteratus tamē ordinē minime admittere consentiret. Decel-

Prodigiola precum vis.

Stupenda res.

Continuum miraculum

Legatum felix.

fit octogenarius, cum totos 30. in monte Mureti exegisset, quo ipso tempore mors ejus & gloria, multis, mirabili modo est revelata. Cū a Religiosi D. Augustin. statim post obitum ejus, quæstionē discipulis de monte Mureti moverent, & ad se pertinere audentius contenderent, illi autem ei-ci quā contendere mallent, re Numini cōmendata, inter solēnia eam ipsam ob causam sacra, cælesti voce admoniti: *In Grandimonte, in Crandimonte, in Grandimonte, ad eū illico locum cum Sanctiss. Patriarchæ sui corpore demigrarunt.* Claruit deinceps Stephan. admiranda miraculorū gratia, & tanta quidem, ut successor ab nimio concursu mortalium, inquietem nimiam Cænobio metuēs, accedens ad sepulchrū S. Patris his verbis illum affari non vereretur, quæ ipsa pro rei raritate ex ipso met vitæ auctore transcribim: *Serue Dei, inquit, tu ostendisti nobis paupertatis viam, & toto conamine docuisti nos per eam incedere. Nunc vero arcta via ad latam & spaciosam tuam nos vis miraculis revocare? Et qui prædicasti solitudinem, nunc in solitudine fora & nundinas vis congregare? Non curiositate ducimur, ut miracula videre velimus. Sanctitati tue satis credimus. Carveas igitur, ne de cætero ea miracula facias, quæ tuam extollant sanctitatem, & nostram humilitatem destituant. Non sic tua Prohibitum provideas laudi, ut nostræ sis immemor salutis. facere mirabilia quæ tibi promisimus, constanter asserimus, ossa tua hinc extrahemus & in flumen spargemus &c.* Mira prorsus interpellatio! sed multo magis miranda tanti Magistri, exhibita discipulo obedientia & reverentia. Partit, & ex eo tempore edere miracula desit, magnoque occurso & inquiete Cænobium liberavit. Fuit amantissimus Admirabilis Matris, cujus ope nixus nonnullos à peccati consuetudine liberavit adeo deditus orationi cum incredibili sui humiliatione, ut genuflexiones innumera- biles per diem & noctem faciendo, terræque deolculando, manibus ac genibus callos in modum cameli contraxerit, nasumque etiam in obliquum curvaverit. Vir per omnia admirandus. Obijt A. Ch. 1126. *Ex monim. Grandimont. & Vita ejusdē. Obijt. 1126. Item ex Carolo Saufs. Iepeso, Iac. de Vitriaco, Anton. Florent. Breviario Monast. Arn. Duac. Hug. Men. Ephemerid. nost. Marianobened. & Annal. Ord. &c. Notandum autem ex Bernardi Guidonis Chron. S. M. & Appendice Fuldensis ad Martinum Polonium, multo serius Stephanum vixisse, quam nonnulli contendunt, & saculo primum undecimo vita excessisse, quod*

Vox cælestis

Obijt. 1126

quod nimis quam redditur manifestum, si ritè totam ejus vitā expendamus, quem nonnullis nimis mature succulerunt, quos nos olim sequuti fuimus.

S. Cellacus Episcopus

In Hibernia natalis S. Cellaci Episcopi & Confessoris, magnæ sanctitatis viri qui post probationem Cænobii diuturnā, & parendo & imperando probatissimus, ab Abbatiali lituo ad insulas Pōtificias assumptus, ad Conversionem gentiū toto animo conversus, & Merciorum atque Lichefeldensis Episcopus ordinatus, fidelem atque industriam operam suam toti Ecclesiæ comprobavit, & longè lateque excurrens, memorabilique laborans Zelo & fructu Anglo-Saxonum Apostolus celebrari meruit. Claruitque anno Salut. 660. *Ex divers. rer. Britann. scripto. Annal. nost. Benedict. &c.*

Apostolus.

S. Gibertus Abb.

In Monasterio Luxoviensi S. Giberti Abbatis & Martyris. De hoc ita Trithemius: Gilbertus (aliis Gibertus.) Abbas Luxoviensis Cænobii, vir Deo devotus & multum religiosus, post diuturna monasticæ palestræ certamina, ut cū multimoda laude veniret ad Dominū à paganis occisus, Martyr transiit gloriosus ad vitam. *Ex libr. Illust. Ord. &c.*

S. Richmirus Abb.

Cenomanis S. Richmiri Abbatis magnæ sanctitatis viri. Hic è pago Turonico non mediocris notæ parentibus natus est. Monasterium prope Incondita cum struxisset, & nonnullos sub S. Regula nostra Monachos congregasset, Egilberti Cenomanensiu postea Episcopi fama illectus, ad ipsum se cōtulit & ab eo locū cōdendo cænobio alium expetiit. Locupletē cum ille offerret, studio paupertatis recusavit, quo permotus Egilbertus, & copiam loci cuiuslibet eligendi fecit, & sacerdotem ipsū ordinans, facultatem insuper verbi Divini prædicandi concessit. Igitur prope fluvii Lid piscibus fertilem, alterum Cænobiū struxit. Postea tertium prope fluvii Gundridum exædificavit, ad cujus adventum fōs vicinus solito largius cœpit fluere. Eo loco Monachos 40. paulo post cōgregavit, quos ad SS. Regulæ præscriptum vivere, non tam verbo, quam exemplo docuit. Claruit frequentibus miraculis: cæcū signo crucis illuminavit; pastorem à vipera læsum mortis periculo eripuit; Silvanum Monachum biennio quartana laborantē, & penè desperatū prodigiōse sanavit; Dodonem item Monachum oculis captum reddita vidēdi facultate mirè curavit. Ad urbem Cenomanicam veniens, cum carceres præteriret, stupemque captivi rogarent, signo Crucis feras & cōpedes rupit,

Cænobium non vult opulentum.

Miracula

& libertati vincōs reddidit. Clā in dē reverti cum conaretur, ab Urbis Episcopo retentus, S. Albini Cænobio præfectus, & Sacras Virgines curare iussus & coactus est; ubi sanctimoniam ob gravem pustulam à medicis deploratam, solo salivæ cōtactu liberavit. Fuit laboris amantissimus & observantissimus sacri rigoris, vili cibo ac vestitu contentus, claruitque ut vivus sic mortuus plurimis miraculis. Floruit sub Theodorico Rege Clodovæi II. filio. sub A. C. 665. circ. Ex lib. 2. observ. Hug. Menardi &c.

SS. Eufra- sia & Febronia.

Papiz SS. Eufraziæ & Febroniz Virginum. Hæ Aistulphi potentissimi Longobardorum Regis in Italia filiz, fastiditis sæculi pompis ac deliciis, uno ardore conversæ in Cænobio SS. Omnium Papiz, quod hodie S. Marini dicitur, quodque in ipsarum gratiam Rex pater construxerat, eodem inspectante, & stupente populo, regalia ornamenta abjecerunt, & cucullū indutæ humillimas se Christo ancillulas devoverunt; in quo sumæ demissionis rarissimo exemplo, & sanctitatis cumulatæ meritis, ad Regū Regis amplexus & thalamum evocatæ sunt post an. circiter 756. 756. quarū Sacræ Reliquiæ ibidē religiose asservantur. *Iac. Guala &c. Ziriczeæ apud B. Cornelia*

Mortua. 756.

B. Cornelia us Mart.

Zelandos passio B. Corn. Poldermās, Prioris ibidē; qui ab Hæreticis gravissimas perpeffus injurias, ac demū interemptus coronā Martyrii promeruit. Is Monachū prius in S. Salvatoris Antverpiæ professus inde Ziriczeā missus & Prior ordinatus, singulari pietate & prudentiā Monachis præfuit. Collapsa autē in partibus illis Religione orthodoxa, & Ecclesiastica auctoritate in præceptu ruente, Mōachis fere omnibus, vel occisus, vel inde proffigatis, Cornelius nihil furore hostium territus, mirabili cōstantia in suo Monasterio perseveravit, & mori potius, quam Religionem mutare, seu locum deferere constituit. Quare Hæretici in furorem versi, præferoci impetu in ipsum irruentes, ipsa S. Valentini Martyris die insignem Christi pugilem immaniter mactarunt A. C. 1572. *Arnold. de Rayffe, Aub. Miræus, Easfic, SS. Cist. Henrig. &c.*

Occisus. 1572.

B. Guilielm. Olivet.

In Hañonia depositio B. Guilielmi Olivetani Cænobii Cōditoris, qui Angelica admonitione edoctus, eremū adiit, ubi à Christo, & gloriosa ejus Genitrice, nec non Sanctis Angelis frequenter visitatus, ad sumam perfectionē ascendit & dæmōnes, à quibus importune vexabatur cōfufos & victos fugavit. Evocatis demū Sacræ Cisterciensis Reformationis Virginitibus,

Cænobium de oliva ipsis condidit, seque Regulæ nostræ Legibus subdens, & vitæ rara sanctitate, & miraculorum illustris

XV. CAL. MARTII.

XV. Februarii.

S. Faustus *disc. S.P.N.* IN Monasterio Casinensi, natalis S. Faustus, discipuli S.P.N. BENEDICTI, qui inter primos Magni Patris filios, maximorum prodigiorum, & admirandarum virtutum inspector, sacro vitæ rigore, & primævo sanctissimi Instituti fervore benè excoctus, ob probatissimam animi puritatem, & inculpatam morum sanctitatē, Admirabili Patriarchæ plurimum charus extitit. Fuisse autem è celebri Faustorum Aniciorū familia, haud vero absimile est, & ex iis ipsis, de quorū parentibus scribit magnus Gregorius; *Cæpere etiam tunc ad eum Romana Urbis nobiles & religiosi occurrere &c.* et si Faustus ipse dum oblationis suæ meminisset, Nobilitatis mentionem minime faciat. Ipsūmet audiam⁹: Cum à parentibus meis omnipotentis DEI servitio nutriendus secundum Regularis normā Institutionis, leptennis B. BENEDICTO, in ejus sanctissimo Cænobio &c. traditus fuissē &c. postquam annos puerilis ætatis emensus sum & uti jam liberæ facultatis cœpi permissiōne, ex integro me pro viribus & scire, Monasticæ mancipavi observationi, adeo, ut ne momento quidem à visione Beatissimi ac Sanctissimi BENEDICTI dissociari ullo modo vellem, sed sēper ejus Deo placita & hominibus imitanda instrui doctrina, ac radiantib⁹ ædificari exemplis, ardentissimo desiderabam amore, Cernens itaque Beatissimus Pater me per omnia salutis propriæ & regulari institutioni operā dare, multis sēpissimè argumentationibus, propositum animi mei nisus est experiri, etiam de his quæ ipse homini impossibilia ac importabilia esse sciebat. Sed ubi per gratiam omnipotentis DEI, me paratissimum atque promptissimum ad omne, quidquid illud erat aggrendendum ac tentandum, sive etiam perferendum esse pervidit illico specialius præ cæteris, obsequiorum meorum uti servitiis cœpit, meque arcanis quibusque & nulli pene ab eo, ut assererat ante prorsus creditis, paternò affectu instruere. Unde factum est, ut cum Beatissimo Mauro, me ad partes dirigeret Galliarum, quo illi aliquod solarium mea præberet cohabitatio &c. Hucusque Faustus ipse, ex quo satis æstimes, tanti ab ipsomet Archiduce nostro æstimatum, tantopere per omnia

gloria, ibidem sancto sine decessit. *Arn. Rais. qui tamen 10 Febr. meminit & Chrysof. Henr. hac die. alii. & nos prolixius 4. C. Mart.*

probatum, tantum tanti Abbatis Mauri solatium & adminiculum. A morte autem Mauri, cum B. Bertulpho ejus successori fideliter adstitisset, eo quoque mortuo ad Casinates suos Romam & ad Laterani Cænobium concedens, eorumdē rogatu vitam S. Mauri accurate descripsit, *& tam Orientis quam Occidentis Monachis dedicavit. Romæ autem, omnium S.P.N. discipulorum ultimus, quin & Orbi superstes, ad decrepitam usque ætatem & spectaculo fuit & admirationi, Magno etiam Ecclesiæ Doctore familiaris, cujus ipse Faustus ejusque Dialogorum in scriptis suis meminit. Produxit autem ætatem ad usque Bonifacii IV. tempora, cui exemplar Vitæ S. Mauri obtulit, & ut annis grædævus, sic meritis maximus, in Lateranēsi Cænobio sanctissime obiit & sepultus fuit. Ex ipsomet Fausto. Andrea Bamberg. Iri-them. Iepesio, Const. Cajet. Mauro Marchesio &c.*

In Britannia Natalis S. Berachi sive Berechi Abbatis, qui sub initia illatæ in Hiberniam & Scotiam Sanctissimæ Regulæ, & mox admirabili Religiosorum plausu & gratulatione susceptæ, ac dein per Hibernos & Scotos tota Germania & Gallia mirifice propagatæ, inter spectatissima sydera floruit; & cum de Ordine nostro, tum de amplissimis provinciis plurimum meruit. Is genere nobilis, ab ipsa infantia, Numinis præventus gratia, quantum cætera futurus ætate erat, prodidit, ipso, quo natus est loco cælitus illustrato, cū globus de super igneus appareret. Professus Monasticen sub S. Cœmgino Abbate, S. Dagæum deinceps Magistrum meruit, quibus ita se probavit, ut à magnis magni fieret, Præpositus Cænobii esse jussus, in quo nihil non imitandum aliis cernere-tur. Claruit ab ipsa iuventute prodigiosissimis miraculis, quæ inter multiplex illud, cum ab Abbate propter occurrentes hospites ad molendinum missus, à muliere quadam repellatur, ipse nihilominus tantam obedientiæ filius frumentū quod attulerat molæ injiceret. Injecit & grana sua mulier, ut innocentulo litem intenderet, quæ tamen grandi prodigio, commiseri non potuere, sed separatim altera ab alteris effluxere. Non tulit tamen impune

D.

Orientis
Monachi
nostriS. Berechi
Abbas.à juventute
miraculis
claret.

impune mulier tentatam juvenis innocentiam, cum interea filiolus ejus aquis mergeretur, ipsa ad nuncium seu spectaculum tam triste, simul etiam extincta, cuius necis causam dum qui intervenire Berecto imputarent, & ipsi luentes, loco movere se nequeunt. Sed supplex sancto molitor solvi istos, illos ad vitam revocari impetrat. ut nemo non etiam hodie tantam juvenis gratiam totus stupens admiratur; certè Dominus molendini miracula audiens, illud dein Monasterio donum dedit, illustre utique rei tam memorabilis monumentum. Quæ vero cætera ætate gessit, ut multa, sic rara etiam fuere miracula ipsa admirabilitate. Ejus imperio terra arida acidulas fudit, & salices poma produxere. Fuitque æternum deinceps idem eo loco miraculum, ut salices poma generarent, tranplantatæ ab illa arbore, ex qua Berectus, puero nobili ægrotanti discipulo suo poma miraculo impetravit. Giraldus Cambrensis oculatus est festis tanto post è salicibus illis poma se vidisse; albertia non nihil, & oblonga, non tam sapida quam salutaria, atque ideo ab ægris plurimum expetita. Idem Lageniæ Regis filium, à Noverca sagis evocatis per incantationes graviter impetum & jam periturum liberat, terra Reginam cum maleficis deglutiente. Iussus divinitus quædoque cervum qui obvius venerat sequi, ipso tanquam famulo utitur & sarcinulas imponit; ad locum autem quendā delatus, ubi paulo ante duo Regum filii in certamine occubuerant, hos simulque sedecim alios, qui una ceciderant, à mortuis resuscitat. Sic & Fratrem custodem pecorum à nonnullis occisum vitæ reddidit, iis qui occiderant ne effugerent mirè ligatis, ac dein cum poeniterent solutis. Rariora & illa: cum grandem arborem à loco ad locum repente transportaret, & ex fuffans in nives eas accenderet, tanti à Numine ipso factus, ut nemini impune esset ipsum contemnere, nedum malum illi intentare; ita contemptus à pueris regiis, cum hi loco se movere amplius non possent, rogatus ab aliis, ipsis facile ignovit, & libertati eosdem reddidit. Verum qui occidere ipsum statuerant, vivia terra absorpti graviter & horribiliter luerunt. Illud insignè beneficium, & vix cuiquam mortali concessum, quod Regulo cuidam Breffenenfium meritis tanti viri obtigit; qui cum præter nomen & genus Regiū, cætera pusillus corpore ac deformis esset,

rogans remedium, & cucullum viri sancti indutus, dum in gremio ejusdem somnum capit, horam interea totam pro ipso DEV Morante Berecto, mirè mutatur, & evigilans pro cætero corpore & regia elegans forma consurgit, non minus seipsum miratus, quam famuli, Dominum minime agnoscentes suum, donec miraculum intelligerent, & reapse deprehenderēt. Claruit vir sanctus sub A.C. 560. & 580. magnus omnino, & patrocinio suo etiam possit plurimum, si ritè colatur atque invocetur. *Ex Vita, Joann. Colgano. Stepha. Vito, diversis rer. Britann. scriptor. & Annal. nostr. Bened. &c. Hugo Menardus ponit 24. Febr.*

Vasione in Gallia S. Quindii Episcopi & Confessoris, qui Monasticen in sanctissimo illo Lirienfi Cænobio professus, inde ob vitæ merita ad Vasionensis Cathedralæ speculam evectus est, cui æternum honorem egregia vitæ sanctitate concilians, gloriosis denique meritis locuples in cælum evolavit. Ejus mortem pretiosam in conspectu Domini, crebra deinceps ad tumultum atque invocationem ejus miracula contestata sunt. Claruit Anno Christi. 560. *Hugo Menard. Claud Rob. Joann. Chenn. &c.*

In Normannia S. Ansberti Monachi & Confessoris. Is in celebri Vticensi Monasterio cucullum amplexus, magnum illum tot mirabilium patratores, mortuorum resuscitatore S. Ebrulphum magistrum habuit. Decessit Ansbertus, juvenili etiamnum ætate cælo maturus, attamen per absentiam ejusdem Sancti Abbatis sui, sacro, ut vocamus viatico non præmunitus, quem domum reverlus Ebrulphus, ad vitam prodigiosissime revocavit, itque sacra Synaxi refici expetens, mox ut voto potitus est suo, felicissime denuo obdormiens, ad desideratissimas cælestis patriæ delicias, & gaudia sempiterna emigavit. *Ex Orderico Vitali & aliis rer. Anglic. script. &c.*

In Anglia, Monasterio Vitbiensi S. Ethelfredæ Virginis. Hæc Osuvii Northumbriæ Regis filia, mira generositate blanditias sæculi, aulæ regiæ & paternæ pompas ac delicias aspernata, rigore Monachicum omnibus antetulit, inque Cænobio vitbiensi, quod Rex pater ejus cōdiderat Deo se consecrans sanctissimæ vitæ perfectissimum magistrum S. Congyldam Abbatissam habuit, cujus magisterio tantum profecit, ut S. Elfredæ forori suæ

Rarum miraculum.

Obiit 600

S. Quindii

S. Ansbertus.

S. Ethelfreda.

Streaneshalcensis Cœnobij Abbatissæ, uti germana carne erat sic & spiritu ac perfectione gemella appareret. Claruit An. C. 760. *Hist. Angl. Polyd. Virg. Arn. Duac. &c.*

S. Blichdehildes.

In Gallia depositio S. Blichdehildis Viduæ. Hæc Illustrissimo nata genere, S. Pharaonem Meldensium postea Episcopum, inter Principes Regni spectatissimum, maritum habuit, quocum insigni & admirando sane plausus mundani contemptu, sæculum deferens, cucullum amplexa, non minus quam ille egregia sanctitate enituit. Cujus alia inter præclarissimum factum memoratur: quando Illustrissimo conjugis pulcherrimi vultus contuendi desiderio denuo succensus Faro, paulum propositi in memoriam, à prudentissima femina pie delusus, cum usque tertio eam adduci imperasset, eo vultus ac vestitum exquisito squalore ipsi se stitit, ut ejus primum horrore, mox delicti agnitione Faro penè contabesceret, ac deinceps multo majore studio desideria sua observaret, suspecta haberet, & voluntatem edomaret. Eo & multo alio nomine meruit plurimum Blichdehildes, & tandem meritis dives ad æternitatis beatissimæ Regnum evocata conscendit. *Ex div. rer. Gall. script. Andr. Bamberg. & Liliis nost. Bened. Gall. &c.*

S. Ioannes Episc.

In civitate Meldensi B. Ioannis ejusdem loci Episcopi, qui ex Monasterio Ioyaci Dicecesis Senonensis extractus, & ad Cathedrali Pontificiam Meldorum extractus, uti Monasterium strenuè & multa cum laude rexit, sic sanctis moribus, excellenti doctrina, atque egregiarum Vir-

tutum exemplo, Ecclesiam suam Episcopus ornavit, & amplissimæ provincie dignissimè consuluit, tandemque magno sui relicto desiderio ex hac vita migravit. *Phil. Sequin. & Lilia cit.*

In Westphalia B. Gertrudis Reclusæ, B. Gertrudis sanctitate & Religione celeberrimæ, quæ Deum præclaris & frequentibus revelationibus illustravit, & virtutibus, ac multis meritis ornata, in cœlestem Ierusalē introduxit. *Casar. Heisterbac. Barn. de Montalbo, Chryf. Henriq. &c.*

In Monte S. Silvestri depositio Ven. Patris Ioannis Baptistæ Monachi Fulienfis, à S. Bernardo dicti. Is genere Nobilis, ortus ex Romandiola, ex Clerico Imolenfis sacræ familiæ nostræ Fulienfis adscriptus, in ea Angelicam omnino vitam duxit. Cujus humilitas, patientia in infirmitatibus corporis, & varijs eventibus, insignis præterea obedientia & sui contemptus, cunctis admirationi fuit. In nocte obitus sui, visionem aliquam è cœlo habuisse haud obscurè significavit, unde & eadem nocte mons ille S. Silvestri (ubi Monasterium in quo obiit situm est, distatque ab Vrbe 20. circiter milliaribus) insolite & prodigiosè longè lateque resplenduit; adeo, ut etiam peregrini, qui ad pedem montis transibant, pergentes ad sacram adem Lauretanam, magno cum stupore ad Monasterium occurrerent, causam tam novæ media nocte lucis, indagantes. Ita novissima hæc ætate nostra, nova etiamnum sydera cœlis inferuntur. *Phil. Sequin. Chryf. Henriq. &c.*

V. Ioan. Bapt. Fulienf.

Splendor mirus.

XIV. CAL. MARTII.

XVI. Februarii.

E.

S. Tanco Episc. Mart.

In civitate Werdensi S. Tanconis Episcopi & Martyris. Is genere Nobilis, Nobilitatis ad servitutem Christi demissione nobilior, inter nobilissimam Scotiæ tydera plurimum emicuit. Contempto proin sæculo, Sanctissimæ Regulæ nostræ institutis nomen in Amarbaricensi (alijs Armachamenfi) Cœnobio consecrans, tantum paulo post vitæ merito & exemplo profecit, ut celeberrimo eidem Monachorum collegio Abbas præesse dignissimus haberetur, & summa quidem Cœnobij utilitate ligeretur. Estimavit, ut debuit, onus humeris impositum meritisissimus Abbas, & strenuè pro comisso sibi grege defudans, laboribus instantopere Numen demeruit, ut ad gratiam longè sublimissimam, Apostolatam scilicet in gentibus, & Martyrij

demum lauream vocaretur. Hujus autem desiderio vehementissimo accentus, relicta patria in Saxoniam, Gentilitatis etiamnū tenebris obfuscata contendens, Apostolico zelo, infanientis populi stultissimos errores redarguit, & ad Christiana sacra tam verbo quam exemplo barbaros invitare non destitit. Latius dein longiusque sese exporrigens, in inferiorem delatus Germaniam, apud Flandros similiter laboravit; quin & ad Clivenfes ac finitimos conversus Apostoli gloriosissimum titulum multo nomine meruit, munus strenuè implevit. Ad Cathedrali postea Werdensem evectus, metendum Episcopalis honoris onus, cum tremore excipiens, filios sibi à DEO creditos, minimè alienis nutricibus

Apostolus German.

Eius sedulitas.

leu Vicariis commendavit, sed unctio-nis Pontificalis sublimi gratia minimè abusus, omnibus omnia factus, in convertendis infidelibus & peccatoribus, inque consolandis & juvandis fidelibus omnia sua & seipsum totum impendit atque superimpedit; infirmorum, pauperum, mœrentium, oppressorum, alylum, solatium, & levantum exoptatissimum se præbuit, omnibus & singulis noctes dieque expositus, pro omnium salute patuit, sed & ipse longè lateque discurrendo, in necessitates omnium sollicitè inquisivit; inque labore, non honore; in fructu subditorum, non commodo proprio, honoris Pontificij rationem collocavit. Post longos autem atque irremissos labores, appetente remunerationis hora, uti in vita Cathedrali suam mira sanctitate, sic in morte gloriosissima sanguinis sui purpura nobilitavit: cum nimirum vitia atque errores Gentilium gravi oratione perstringere, & peccati foeditatem suis coloribus depingere, nullis territus periculis assiduè pergeret, immani eorumdem furore crudeliter interemptus. Anno Christi 815. five, ut nonnulli volunt, 820. *Cammerarius, Lesleus, Dempsterus, Cranzius, Bruchsius, Demochares, Colganus, Arn. Duac. &c.*

Martyrio coronatur

Ob. 815.

SS. Mart. Siculi.

In Regno Siciliæ passio innumerabilium SS. Martyrum Monachorum, qui consecratâ primum atque initiatâ Protomartyris Placidi sanguine felicissimâ Insulâ, singulari deinceps Regni ejusdem, ob Martyrum nostrorum incredibilem copiam, felicitate, irruentibus diversissimo tempore in feracissimum Monachorum agrum barbaris, tam in Messanæ frequentissimo Martyribus Cœnobio, quam aliis amplissimæ Congregationis Siculæ Monasteriis, ingenti & soli Numini cognito numero, crudelissimè & varie perempti, justum triumphanti illi Ecclesiæ exercitum addiderunt. *Ex Constant. & Octavio Caietanus, diversisque alijs rer. Sicul. script. & Annal. nostr.*

S. Ioannes Episc.

Salisburgi S. Ioannis Episcopi, & Confessoris, sanctitate atque eruditione conspicui. Ioannes, magni illius Alcuini, sive Flacci Albini nostri frater Germanus, & Sancti Bonifacij Germaniæ nostræ maximi Apostoli Comes, Apostoliceque honoris collega & meriti, Monachus Vintschellensis, non longè à Cicestria, florentissimi Cœnobij, propagandæ fidei causa, ut insignis erat

Evangelicæ veritatis præco, patriam deseruit, superatisque longi itineris difficultatibus, longè majora pro CHRISTO subiturus discrimina, in Germaniam venit, & maximo proximorum amore, quoque fervebat fidei zelo, impium Cadæmonum cultum & quidquid antiquæ superstitionis erat, ex majorum nostrorum animis exculpere laborans, de fera etiam eorumdem posteritate æternum meruit. Monasterio postea S. Petri Salisburgensi præfectus, inde post Flobargitum ad Cathedrali ejusdem Ecclesiæ apicem extractus eam mira vitæ sanctitate gubernavit atque exornavit. Extat ad Monachos discipulos Ioannis, Alcuini dignissima Epistola, qua ipsos ad sacræ lectionis studium & obedientiam maximè exhortatur, fratrem autem suum Ioannem idem Alcuinus, pro se, in mundi denuo vertices abrepto, inque Aulis & Urbibus versari coacto, DEVM sedulo orare efflagitat: *Tu*

Abbas S. Petri.

Listera Alcuini.

meam, inquit, fraterna diligentia socordiam castiga, vel tua sanctitatis precibus jacentem releva, ut fraterna dextra ducatu, non lassescat in via veritatis, qui hucusque in seculo se volvebat luto, &c. Fuit Ioannes cognomento dictus Aquila, idem ab Othlono, magna virtutum vir, appellatus. Claruit Anno Christi. 755. Præfuitque Episcopatu Annis 20. *Ex Metrop. Salisb. Hundij, Hen. Canif. Matth. Vveiff. Othlono, Chron. Salisb. &c. Item alio Manuscripto. Chron. Annal. nost. German. & Bened.*

Clar. 755.

In Hernicis prope Verulas, Monasterio Casæ-Marij Beati Ioannis ejusdem loci Abbatis Melliflui Doctoris discipuli, divinis revelationibus, cœlestibus visitationibus, & Prophetico spiritu clari. Fuit hic pius pater, ut habet vitæ ejus Author, virtutum omnium meritis præstantissimus, utpote qui indefesso studio, ad Divinam mentem attendebat, nihilque magis sibi proponebat, quam quomodo se totum ad CHRISTI imitationem accommodaret; unde egregios laborum suorum fructus consequi meruit, cum propter sanctitatem suam DEO gratus, & hominibus acceptissimus existeret, qui ipsum incredibili honore prosequerentur conversationem ejus Angelicam admirantes: *Contemplabantur omnes in ipso egregium quoddam sanctitatis decus, vitæ Monastica exemplar, & totius perfectionis Prototypon. &c.* Viguit nihilominus mira in ipso animi demissio, studium

B. Ioannes Abbas.

Exemplar sanctitatis

diumque singulare solitudinis atque silentii, quibus accepta à Numine donaueretur. Sanctissimo Bernardo ipse obitum prædixit, eumque mœrentem, quod expeditio Hierosolymitana malè cessisset, & ob id detrahentium linguis pessimè agitaretur, datis ad ipsum litteris solatus est, in quibus alia inter, gratiam sibi à Numine concessam, ad majus ejusdem certiusque solatium, falsus, sic, inquit: *quasi patri meo spiritali in confessione aperio, quod Patroni loci nostri BB. Ioannes & Paulus læpius nos visitare dignati sunt, &c.* Tandem, cum multo tempore, *admiranda sanctitatis opinione & stupendis rerum factis*, Abbatiam illam administrasset, præclara virtutum corona redimitus, ex hac vita migravit, non multo post mortem Divi Bernardi. *Ex monim. Cister. Barn. de Mont. Ang. Manriq. Chryf. Henriq. &c.*

Familiaris
calitibus.

B. Aganus
abbas.

In Monasterio S. Gabrielis in Airola, B. Agani ejusdem loci Abbatis, qui quanti esset apud DEUM meriti, universis quandoque ejus loci incolis, è cœlo ipso manifestum evasit. Cum enim vir Sanctus, humilitatis cæteroquin custos diligentissimus, grassante aliquando vehementius peste, & horum filiorum, & populi maximam stragem miseratus, processionem & supplicationem solemnem placando Numini promulgari fecisset, & ipse insignem inter populi frequentiam, inter sacra cantica & Psalmos agmen duceret, & per campos circumjacentes plenam trepidationis plebeculam duceret, audientibus universis, clarissima è cœlis vox sanctum Abbatem his verbis compellavit. *Agane, age, age, quia exauditus es, & cessavit plaga.* Veritatem rei, mox eventus comprobavit, ea magna deinceps in opinione Aganus fuit, & provincia liberata Anniversaria deinceps solemnitate gratias Numini reddidit. Mortuus est Aganus sub An. C. 1106. cujus sacrum corpus An. C. 1608. repertum, inquisitione solemnè habita, à Congregatione SS. Rituum, colendum præcipitur. *Ex monim. Bibl. Caietan. Secundo Lancelloto, & Annal. nostr.*

Eius meriti
pestis
pulsa.

XIII. CAL. MARTII.

XVII. Februarii.

S. Silvinus
Episc.

In pago Tarvanensi, S. Silvini Episcopi Tholosani. Silvinus Tolosam patriam, nobilitate parentis habuit. Ex Monacho Cœnobij S. Bertini in pago Audomariensi, ad Cathedram Tholosanâ pro meritis erectus, dignissime tanto honore se

In Monasterio Heisterbacensi, B. Siffredi Monachi religiosissimi, qui ad decrepitam usque ætatem, DEO ibidem devotissime servijt, magnisq; se commendans meritis, Prophetico illustris spiritu effulset, qui Beatissimæ Matris Virginis dulcissima visione perfrui meruit, & plenus sanctitate ad superum gaudia translatus est. *Ex Menol. Cist. &c.*

B. Siffredus
mon.

In Etruria B. Margaritæ Virginis sanctissimæ, quæ Cisterciensium nostrorum amplexa Institutum, vitam suam in exercitio sanctarum virtutum implevit, & post multa & admiranda pietatis signa ad meliorem patriam excessit. *Chrysol. Henriq. Abr. Bzovius &c.*

B. Margarita.

Romæ in Vaticano depositio Venerabilis viri Trantmundi S. P. N. BENEDICTI discipuli, qui cum ex primis lectissimi Patriarchæ alumnis esset, eidem cum vitæ integritate, tum eruditione, & in rebus gerendis dexteritate tantopere pbatus est, ut dignum judicaret, quem Romanæ Majestati pro sui Ordinis & Regularis vitæ singulari exhiberet exemplari, ac proin primo juxta Vaticanum à se opera Rō. Pont. & procerum excitato Cœnobio, secundum à seipso præesse juberet, & Præpositum constitueret, quo etiam in munere, postquam plurimis annis egregia sanctitate vrbi plurimum consulisset, ibidem extinctus, cœlo exortus est, cujus dolendum est aetate perisse, solo ferè nomine & munere transmissio ad posteritatem. *Ex monim. Casim. Mauro Marchesio, Const. Cajetan. & Annal. nostr. Bened. &c.*

V. Trantmundus S.
P. N. discip.

In Gallia Venerabilis Patris Marcoussii Cælestini, eximia vitæ puritate Monachi, cultoris DEI parentis Virginis singularis, quæ eidem supremum decumbenti, adesse & videri dignata, diem & horam felicissimi transitus dilectissimo clienti suo designavit. Fuit is Monachus Cœnobij de Marcoussii, cujus nomen cum exciderit, placuit à loco professionis, dum nomen & res gestæ distinctius prodeant, appellari. *Ex monim. PP. Cælest. Hugo Men. in Append. &c.*

V. Marcoussius.

F.

habuit, & verum pastorem se esse, assidua Ecclesiæ pauperumq; cura, sed & prædicationis, orationis, absolutissimeq; perfectionis studio irremisso ostendens, laudatissima vitæ sanctitate, cathedræ suæ decus æternam conciliavit. Fuit autem immortaliter de Mori-

Tarvanen-
sum Apo-
stolus.

Morinensium & Tarvanensium regione meritis, cuius populos, assidua verbi Divini prædicatione, ab insano idolorum ac demōnū cultu avocavit, & repudiatis fœdissimis erroribus, eosdem ad honestatis & virtutis studia invitavit atq; adduxit. Accessere prædicationi crebra miracula, quibus omne morborum genus felicissime depulit, iisque uti admiratione apud omnes maximam concitavit, sic auctoritatem plurimam meruit, & ingentem passim fructum peperit. Fuit ditius admodum sui corporis carnifex, præterq; alia voluntaria supplicia cruciatuq; susceptos, carnem rigido domans cilio, ferreis vinculis constringebat. Cum aetiam inter sumos labores, inque summa Pontificii honoris eminentia Monachum se esse nunquam non meminisset, & dulcissimum olim contemplationis assuetus otio, illud nunquam non desideraret, appetere denique felicissimi transitus hora, voto satisfactus fuit, ad Alciacense cœnobium se contulit, & vocantem Dominum, inter Fratrum Monachorum suffragia expectans, bene paratus eidem occurrit A. C. 715. cum paulo ante obitum conspexit, qui ipsum excepturi erant, Angelis, in has voces hilaris eruperet: *Ecce Angeli Dei ad nos, ecce Angeli DEI ad nos*, cumque his termino felici vitam concluderet. *Ex divers. Gall. script. & Ioan. Molano, Cl. Rob. &c.*

Inter Mo-
nachos mo-
ritur 715.

S. Benedi-
ctus Episc.

In Insula Sardinia S. Benedicti Episc. & Confessoris. Hic in promptuario Sanctorum lectissimo Monasterio Casinate Monastice professus, cum magnis ingenij & naturæ dotibus optimè instructus, summa in super virtutis laude excelleret, Costantino Sardorum Regi & Abbate suo missus est; & pro proximis vitæ meritis, ibidem creatus Episcopus, toti Regno egregio sanctitatis exemplo plurimum præfuit, & ornamento æterno fuit. Cujus alia inter memorabile illud, cum Ecclesiâ ipsius cathedrali, magna passerum multitudo nimum infestaret, & stercorebus sædè conspurcasset, Benedictus, qua insigni erat in Deum fiducia, eisdem quandoq; in nomine Domini præcepit, ut inde se abriperet, neq; deinceps redire, & domum Dei vastare præsumerent. Res mira! volucres, quasi rationis usu præditæ imperantis Pontificis iussa intellexissent, inde evolantes, nunquam eodem postea reversæ sunt: quod ad sua usq; tempora observatum fuisse, Petrus Diaconus commemorat. Sub hoc eodem Pontifice Sardiniam hostiliter invadentes Saraceni, Benedictum in medio Basilicæ orantem, invenire non potuerunt, dum

Passeres
pellit.

etiam in ipsum impingerent; Deo tam utilem Ecclesiæ suæ pastorem protegente, & insigni beneficio ipsum Regni illius & populi solatio & utilitati, reservante. Decessit denique Benedictus, cum immortaliter Insulam illam demerisset, ad præmia fidelis servitij æterna evocatus. *Ex monim. Casim. Petro Diac. Const. Cajet. Marchesio, &c.*

Ab hostibus
mirè ser-
vatur.

In Scotia S. Fintani Monachi Presbyteri & Confessoris Fintanus à puerili ætate integritatem animi & corporis intamantissimam fervans, in utero jam specialius deligens à Numine visus est, cum mater eo prægnans, ab Angelo ad solitudinem dirigeretur: *Recede, inquit, in locum secretum donec parias, qui erit sanctus & magnus coram DEO & hominibus.* Mansit proin septem diebus sub ardore quadam felix genitrix, illic angelico ministerio refecta, ex quo de electione tanti infantis facile omineris. Fuitque non minus miranda puerilis Fintani ætas, cum jam prophetico spiritu ipsum illustratum appareret. Is à teneris annis, liberalibus artium studiis, & Monachicis totum se dedit, Philosophicis deinceps clarissimus, ut nihil dicamus de mira ejus cognitione Divinarum litterarum. Cumq; miris & ingenij dotibus, & virtutum polleret ornamentis, humilitatis, tamen atq; obedientiæ studio accensissimus, exactissimos sibi magistros, eosq; inter S. Columbam Abbatem sumis votis, in hiantissime expectabat. Cognovit in spiritu juvenis desiderium Columbæ, & morti jam proximus, hæc dignissima æternitate, de Fintano pronuntiavit: *Statim post transitum meum, (sic Batheneum successorem suum alloquitur) quidam de Scotia Frater nomine Fintanus ad te perveniens, humiliter postulabit, ut ipsum suscipiens inter ceteros adnumereres Monachos; sed hoc ei in Dei præscientia prædestinatum non est, ut ipse alicuius fieret Monachus, sed ut Monachorum Abbas, & Dux animarum ad cæleste Regnum, olim à Deo electus est. Quæ ei intimans ad Scotiam remittes, ut in Laginensium finibus, Monasterium construat, & ibidem Christi ovium pascens greges, innumeras ad patrem cælestem animas perducas.* Ita factum, & ob ingentia merita de terris, fructuq; uberrimi manipulos illatos cælis, celeberrimum deinceps Fintani nomen fuit, cujus exemplo totus cælo exercitus transcriptus est, & per Scotiam non solum & Hiberniam, sed per Gallias, Germaniasq; inter ætæ ac superam latissime diffusus, totam ferè deinceps, magna provinciarum felicitate Europam occupavit. Claruit magna miraculorum gloria Fin-

S. Fintanus
Abbas.

Sanctæ pu-
eritia.

Elogium il-
lustre.

Magnus
Abbas.

Fintanus, quæ inter fœdum incendium, signo crucis Dominicæ extinxit, Cormacū Diarmadæ Regis filium, à Colum rege Lageniensi captum, mirè liberavit; cū solo adventu Fintani, vincula captivi prodigiosè dissolverentur, quo viso tremebund⁹ Rex supplex ad pedes S. accidit, & omnes insuper captivos, eidē donans, libertati reddidit. Sed cū Comarcum, alius quidā in itinere occidere vellet, non solum prohibuit potenter Fintanus, sed scelus molienti, intra mensem obventurā mortē, Comarco autem Regnum diuturnum, & sanctū vitæ terminum, prædixit, quæ omnia eventu ipso comprobata sunt; & Comarc⁹ deniq; ex Rege Monachus, vitam in Cœnobio sanctissimè cōclusit. Rarius istud: Erat parverè nobile fratrum germanorū in Fintani Cœnobio, quos planè gemellos, ppositū idem, conatus & studia eadem, & pura insuper ac sancta dilectio fecerat, quorū altero extincto, dū alter in silva abesset, hic reversus, adeo tam chari sibi Fratris morte doluit, ut ad Abbatem occurrens, id sibi maximè in votis esse, ut fratri comoreretur, indicaret. Approbavit votū sanctè diligentis Fintanus: *Benè*, inquit, accedensq; ad funus fratris, mortuū quā primum gradū prodigio ad vitā revocat. Hic vero refutatus, fratrem felici nuncio recreans: *Mi frater, ait, quia benedictionem Abbatis habes, idē calites, qui occursum animæ meæ venerūt, reversi mecum, tibi occurrūt.* Stupenda res! Composuit quā primum se alter juxta alterum, & muniti benedictione Abbatis tā sancti, simul uterq; carnis soluti vinculis, ad felicē æternitatem, cum expectate cælitum cohorte beatissima imigrarunt. Memorabili illud Fintani ejusdē, & S. Canici, qui tunc simul cum ipso erat responsum, multis multo solatio futurum, hisce adjungere placuit: Nam cum hoc Frater quidā interrogaret: Et quid prodesset mortuis, juxta Sanctos sepeliri? *Nos credimus*, inquit, & *confidimus in Domino, quod isti homines, in die judicij nō cruciabuntur, propter meritā, & honorem Sanctorū huius loci, qui hic jacuunt, & rogabunt viventes pro animab. eorū qui hic sepelientur, & inde clementiā speramus eis.* Ita hi sancti. Cæterum cum rigidā admodum vitā instituisset Fintan⁹, jussus ab Angelo de rigore remittere; aliis quidem, non item sibi ipsi remisit, cui quandoq; p Fratribus cibi à Deo missi sunt, & multa alia beneficia ejus meritis alijs cōcessa. Claruit sub A. C. 560. & moriturus, postquam sacris ritè munitus esset, Fratribus & paulo benedicēs, felicissimè ex hac lachrymarū valle ad æternæ patriæ gaudia transit. *Ex*

rer. Scot. & Hib. script. Vita ejusdem apud Hen. Canisium, Steph. Vito, Ioan. Colgano, & ab hoc cit. nec non Annal. nostr. Bened. &c.

In Anglia natalis S. Finani sive Finiani Episcopi & Confessoris, qui in Scotia nat⁹, & in Hienfi frequentissimo Sanct. cœnobio monachum pfectus, pro eximia sanctitatis fama Lindisfarnensium creatus Episcop⁹, maximis meritis Mediterraneos Anglos demeruit, & Apostolico succensissim⁹ zelo, laboribus & difficultatibus quibuscūq; insuperabilis, magnam illius populi partē ad Christi fidem convertit; & Peadā, Pendæ Regis filium, cum multis magnis Comitibus & Toparchis Regni Merciorum, Bervici sacris Baptismi undis expiavit. *De hoc alii 7. Junii, alii 10. Janu. &c. Ex Mart. Anglic. & divers. rer. Angl. & Scot. script. Ioann. Colgano aliisque.*

In Monasterio S. Trinitatis Cavæ, depositio S. Constabilis Abbatis, miraculis clari. Hic Lucanus patria, ab adolescentia sua jugo Domini atuevit, & sanctissimis vitæ magistris, S. Leone primū, dehinc successore ejus S. Petro ulus, huic ob insignē eruditionis & virtutis opinionem succedere meruit. Enituit eo in honore, summa animi demissione, eximia mansuetudine, & in omnibus charitate, qua omnium excusans seu operiens delicta, vulgo *operimentum Fratrum* appellari consueverat. Vita dum viveret latere studuit, sic eximiis à morte miraculis pditus, Cayensis cœnobii singularē etiam deinceps curā sibi demandatā & ipse fact⁹ est, & factis non semel strenuè cōprobavit. Tempestatem horribilē visus sedare, naufragii metu, suos liberavit, etiam Fratrum navē è Pyratarum manib⁹ vindicavit, piratas deterruit; Fratribus in Africam navigantibus (*ubi multa superstite etiamnum S. P. N. BENEDICTO, nostri loca occupaverāt*) secundos ventos subministravit; ab alto cadentem Monachum prodigiosè servavit; alios miraculosè curavit; alios ab rectitudine Regulæ aberrantes, revocavit, seu corripuit, & paternè instruxit. Illud etiā rari⁹, ut frequentius; cum urceolum vino plenu (pro Missæ ut videtur sacrificio,) super sepulchro suo positū, sepe cadentē, non servaret tantū integrū, sed nequid unq; vini effunderetur, in oculis omnium mirè cōtineret. Quod idē, vitrea aliquādō cadente lampade, prodigiosè effecit, lampadē servavit, oleum continuit. Præcipuè autem energumenos juvit, cum multi ab immundis spiritibus oppressi, sed & alii variis languoribus afflicti ad ejus tumulum delati, prodigiosam opem experirentur, & liberarentur. Obiit Abbas præstantissimus A. C.

S. Finani Episc.

Apostolus Merciorum

S. Constabilis Abbas.

Operimentum Fratrum

Insignia miracula,

Anno Christi 1121. sive 22. *Ex MSa Vita per Monachum Carvensem, Alexand. Neap. Chron. Carvensi MS. Iepesio, Ferrar. VVione, Hug. Menardo, Annal. nostr. &c.*

B. Odo.

Apud Claram Vallam depositio B. Odonis Monachi & Pro-Prioris ibidem, qui tanti ab ipso Mellifluo Doctore factus est, ut defuncti pedes solo ipse prostratus, nō sine multa lachrymarū effusione osculatus sit, cujus alias inter gratias illa celebrata est non minima, quod quoties sacris operaretur, visus sibi sit, instar Simeonis senis illius Evangelii, puero I E s u potiri, ipsū intueri, amplecti eique ab blandiri. Claruit A. C. 1140. *Hugo Menar. Ang. Manriq. Henriq. &c.*

B. Galdricus mon.

In Gallia B. Galdrici Monachi & Confessoris. Hic genere nobilis, militari illustris gloria, Divi Bernardi avunculus, nepotem charissimum abrenunciantem sæculo, primus omnium sequutus est, & illustri contemptarum opum (erat Dominus Castri Tuillij, & in territorio Eduensi admodum celebris) exemplo plurimos alios accedit, eodemq; quo præverat invitavit atque attraxit. In Claram Vallem postea missus, pietatis operibus indefesso animo incubuit, & corpus suum rigidissimè castigans, vigilijs, disciplinis, alijsq; ejusmodi

carnis afflictionibus plurimum attrivit. Post aliquot dein años, infirmitate correptus, dum ultimum ageret spiritum, Apostolum Principem Petrum sibi adstantem conspexit, & à se dæmones undique pfigantem, quocum exultans ad æternā patriam migravit, & nepoti Sanctiss. non semel gloriosus, & cælitum stipatus agmine apparuit. *Gonzal. de Silva, Bern. Bristo, Guilh. Abb. S. Theod. Arn. Duac. Barn. de Montalbo, Ang. Manriq. Chrysof. Henriq. &c.*

S. Petrus ei adest.

In Monasterio Salemitano, B. Frowini primi ejusdem loci Abbatis, viri verè Apostoli, qui oves sibi creditas immaculato vitæ exemplo fideliter pavit, & Monasterium illud tam in temporalibus, quam in spiritualibus, mirabiliter promovit & auxit, cui cum per 28. annos sanctissimè præfuisset, meritorum dives obiit An. C. 1165. *Menolog. Cist. Henriq. ex monim. ejusd. Cen. Bruschio. Crusio &c.*

B. Frowini.

In Monasterio S. Maximini Treveris commemoratio omnium Sanct. & Beat. ejusdē lectissimi cœnobii Ascetarum, eorum maximè, quorū cum nomina, cum res gestæ, tanto decursu sæculorū interciderunt, qui tamē scripti in libro vitæ, nō desinunt Fratribus ejus consulere in terris, & patriæ suæ potenter patrocinari.

SS. Trever.

XII. CALMARTII.

XVIII. Februarii.

G.

S. Helladius Episc.

Toleti S. Helladii Episcopi & Confessoris. De Helladio sic magnus ille Ildephonus noster ejusdem in Archiepiscopali sede successor: Helladius cum Regiæ aulæ illustrissim⁹, publicarumq; rector existeret rerum, sub sæculari habitu, votum Monachi explebat, & opus. Nam ad Monasterium illud meum Agaliense, cujus me susceptio Monachum tenuit, cum sæpe discursantium negotiorum ductus itinere perveniret, remota clientum, sæcularisque pompa decoris, adeo Monachorum peculiaritatibus inhærebat, ut turmis junctus eorum, stipularum fasciculos ad clibanum deportaret. Cumq; inter decorem insolentiāq; sæculi, solitudinis & amaret & scetaretur arcana, celeri fuga relicta omnib⁹ quæ esse noverat mundi, adit S. Monasterium, quod frequētarat voto, venit permansurus optati voto usu. Ibi factus Monachus, pariter meritis & studiis sanctis, vitam Monachorum debite rexit. Ex hoc fessis penè senio artubus, ad Pontificatus apicē evocatur: & quia vocaretur victus pariter & invitus, illic majorum vir-

tutum exempla quæ monachus dedit &c. Hucusq; Ildephonus. Præfuit celeberrimæ illi Toletanæ Ecclesiæ Princeps sanctiss. insigni cum subditarum, pvinciarum utilitate, & admiranda vitæ sanctitate, ornamentum Hispaniæ & Ecclesiæ addidit universæ, cujus merito nomen inter illustrissima Imperii ac Regni Catholici numeratur & celebratur. Claruit A. C. 608. *Ex S. Ildeph. Ambr. Moral. Roder. Vit. Alph. de Villegar. Valao, Mariana aliisque rer. Hisp. script. &c.*

Claruit A. C. 608.

Romæ depositio S. Greg. V. Pont. Max. Greg. Regio ortus genere, Otthonē Sueviæ ac Bavariæ Ducem patrem, matrē Judithā Lotharingiæ Principē, Ludolphum avum, Magnum Otthonem Imperatorē proavum habuit, quā tanti generis nobilitatem præ virtute nihil duxit, & honoribus universis cucillum prætulit, quod in celeberrimo S. Viti Corbeiensi Saxonum Cœnobio amplexus, pro vitæ postea meritis inde extractus, ac Werdenensis Ecclesiæ cōstitut⁹ Pōtifex, deniq; urbis & orbis Pastor universalis salutat⁹, insignib. beneficijs seram

S. Greg. V. Papa.

In aula Monachus.

Illustria miracula.

Stupenda res.

Insigne dictum.

Claruit 560.

teram sibi posteritatem, & orbem terrarum universum immortaliter obligavit. Romanorum agitata seditione in Germaniam profugit, & ab Othone III. cognato Cæsare in Urbem reductus, beneficii accepti memor eundem solemniter inunctum, diademate Imperiali redimivit, Germaniæ dein patriæ & Imperio universo consulens, constitutione & lege lata de Imperatore eligendo, penes solos Germanos, perpetuum eligendi jus esse voluit & decrevit, deputatis Electoribus Ecclesiasticis tribus, Moguntino, Colonienfi, & Treverensi Archiepiscopis: secularibus totidē, Marchione Brandeburgi, Comite Rheni Palatino & Saxonum Duce, quibus ad tollendam discordiā Bohemiæ Rex Electorum septimus dein additus est, durante etiamnum apud Germanos beneficii tanti grata memoria, & Greg. Germani Pontificis nomine apud posteros gratiosissimo & Sacrosancto. Fuit Gregorius verus pauperum pater, ob largissimas eleemosynas & eximias virtutes, præstantissimo sane titulo, ob primi illius & Magni Gregorii reverentiam, ipse *Minor Gregorius* appellatus. Qui demum Sanctis operibus plenus, maximo omnium, Germanorum præcipue & pauperum luctu, ex hac vita migravit 12. Calen. Martii. Anno Christi 998. *Baron. Ciacon. Onuph. Platina, Piagonius, Crantzius, Bellarmin. Trithemius, & nos in Annal. Bened. & Aquila Imp. Bened. &c.*

In Monasterio Centulæ S. Angilberti Abbatis. Hic illustri admodum loco natus, eruditionis item laude effulfit. Aulam Pipini Regis sequutus, præmatura morum gravitate, admirationi Palatinis omnibus fuit Parentum & Principum consilio Clero adscriptus, à Magno Carolo, qui unice ipsum dilexerat, Archi-Capellanus, (qui tunc honor maximus) renunciatus, & paulo post, ad Metropolitanam cujusdam Ecclesiæ fastigium evehendus, & honorem illum respuit, & à sacro ordine ad carnales nuptias transiit. Ducta Bertha Caroli filia, gener Imperatoris factus, magnæ Franciæ parti circa oram maritimam præfectus est. Fuit forma Principe dignissima spectatissimus, cum eximia oris venustate, tum totius corporis lepore ac palæstra, ut vitæ loquitur author, in se omnium oculos convertens, Genuit filios, Harnidum & Nithardum, quos in omni pietate educavit. Solitus autem ad Centulense Monasterium orationis causa frequenter invisere, & ad S. Richarii Abbatis tumulū, solo prostra-

tus preces fundere, cum postea gravi ex morbo laboraret, & vitæ jam spes nulla superesset, Monachum se fore ubi primum promisit ac fovit, incolumitatem prodigiosè meruit & recepit. Cum autem Dani infestis armis Galliæ incumberent, rogata ad Divi Richardi tumulum cum lachrymis venia, & contra hostes ope, hanc prodigiosam cælo latam reapse expertus est, hostibus ipso in conflictu, magna vi grandinis, cælo horrendum detonante & pro Angilberto pugnante, ad internecionem deletis. Victor demum reversus Bertham quoque conjugem, ut cucullum amplecteretur induxit; ipse delicias aulae oblitus, aspera quævis & vilia amplexus, à deo vitæ sanctitate cæteris præstitit, ut defuncto Abbate, omnium votis & suffragiis, præesse coactus sit. Proin ad Cænobii institutionem illico animum adjecit Ecclesiā exornavit, monachosque ad districtiorem vitæ rationem induxit, quos tripartito dividens, altera & perpetua successione laudes Deo canere iussit. Marmoreas columnas, ad majorē basilicæ splendorē cum erigi curaret, quādā illarū collapsa & confracta, cum is cilicium indutus, ciboque ac potu abstiniens, pernox orationi incuberet Angelus, eximium inter fulgorem cælo descendens columnam tagere visus, integritati restituit, quā operarij, cum ad opus manerent, non integrā solum, sed loco quo volebant repositā, stantem admirati sunt. Mortuus est A. C. 814. 12. Cal. Martii. Cujus corpus post multos annos diu conquistum, cum Geruvinus Abbas reperisset, mira cælestis odoris fragrantia, omni suavior balsamo inde erumpens totā Ecclesiā implevit, ad cujus deinceps tumulū multum prodigiosè curati beneficia sanitatis retulere. *Ex monim, Centul. Nithardo Hugone Menardo & Annal. nostr. &c.*

In Italia prope Spoletum natalis S. Lazari Abbatis. Hic natus Ierosolymis Christi Anno 516. in Italiam venit, cum S. Ioanne cognato suo, quocum in spelæo quodam, quinquaginta novem annis, vitā admodum rigidā vixit; Ioanne autem extincto, cum tristis admodum, solatium à Numine per Tutelaris, Apostolorum Principis Petri, suffragia imploraret, prodigiosum è cælo meruit, Angelo ad ipsum occurrente, & amantissimè consolante. Apparuit eodem tempore S. Petrus Faroaldo primo Spoleti Duci, iussitque ut suo honori ac Nomini Cænobium conderet & ad id gubernandū, Lazarum è spelæo evocaret. Proin Lazarus, refragari Patrono non

Eius victoria.

Insigne miraculum.

Obiit. 814.

S. Lazarus Abb.

ausus, congregatis discipulis S. P. N. BENEDICTI decrepita jam ætate complexus Regulam, ex Eremita Cænobita & Cænobiarcha, insigni studio, exactissimam inter suos induxit disciplinam, quibus admirabili vitæ sanctioris exemplo præluces cum iisdem sex ferè annis utilissimè præstitisset, plenus dierum & meritorum ex hac vita abiit A. C. 580. circiter, cujus sacrum corpus servatur supra altare majus dicti Cænobii S. Petri, una cum corporibus S. Ioannis olim Collegæ, & S. Jacobi, sui in Abbatia successoris. Monasterium autem hoc S. Petri de Ferentillo appellatur. *Ex Ludovico Iacobillo, & Annal. nostr. Marchesio &c.*

In Hispania SS. Martyrum bis millium familiæ & Instituti nostri de Calatrava, qui sub Iuaso Saracenorum Rege, Christi nomen liberè confitentes, & impia Mahometis dogmata execrantes, variis suppliciorum generibus occisi, ad triumphos æternos evolarunt; quorum corpora iussu Maurorum in agro sepulta sunt, ubi postea Sacellum, titulo B. M. V. ad Martyres conditum est, quod pro excitanda erga hos Martyres devotione Leo X. Pontifex Max. insignibus gratiis sive indulgentiis nobilitavit. *Aug. Manriq. Franc. Rades de Andradra, Aub. Mirans, Barn. Montal. Henr. &c.*

In Monasterio S. Georgii oppidi Inensis S. Mangoldi Abbatis & Martyris. Is cum Monachos suos in omni vitæ sanctitate instrueret & sub Regularis vitæ rigore coerceret, ab impio & ingrato quodā discipulo, paternas monitiones aspernante, crudeliter occisus, illustrem Martyrii coronam promeruit, A. C. 1110. *Bertholdus*

Moritur 580.

SS. Martyres bis mille.

S. Mangoldus.

S. Dagaus Episc.

Mortuos resuscitat.

Constant. Gaspar Brusch. Crusius, & nos in Constantia nos. Bened. &c.

In Anglia depositio S. Ioannis Abbatis S. Martini cognomento Archi-Cantoris, qui à S. Agathone Papa in Britanniam cum B. Benedicto Biscopio directus fuit, & præter sanctitatis exempla, Cantum imprimis per Ecclesias Britannicæ insigni cum merito reformavit atque introduxit. *Ex Ven. Beda, Andr. Bamberg. script. Angl. &c.*

In Gallia B. Silvani monachi, discipuli S. Bernardi. Hic ob eximiam perfectionem multis à Deo gratis nobilitatus, singulari imprimis Deiparæ dilectione beatissimus fuit, à qua singulares etiam favores accepit. Memoratur alia inter: quod cum quadam die ob continuas Vigiliis & orationes, ex capite & pectore laboraret, Cælitum Regina sereno eidem vultu apparuerit, & sacris ipsum manibus suis tangendo debiliè membra pristino vigori restituerit, ejusdem reciprocos favores, his dictis, quasi exambiendo: *Redi in te, fili favor. mi Silvane, & gratificare novis operibus meritoris, favorem hunc quem tibi exhibeo.* Fuit autem miraculorum patrator mirificus, adeo ut solo amplexu, puerum membrorum dissolutione & imbecillitate corruptum & contractum prodigiosè curaret, & multa alia mirè operaretur, cujus facies sole clarior, & vestimenta ut nix dealbata atque lucentia apparuerunt, dum sacram Communionem acciperet. Quem virtutibus & signis admirandum, Cælestinus Papa III. in Sanctorum numerum retulit. *Bern. Brito, Ang. Manriq. Ioan. Molan. Phil. Segu. Chrysof. Henriq. &c.*

S. Ioannes Abbas.

B. Silvanus mon.

DEIPARA

Canonizatus.

XI. CAL. MARTII.

XIX. Februarij.

A.

In Britannia S. Dagæi Episcopi & Confessoris. Is eo imprimis tempore floruit, quo Britannicæ sive Scotiæ atque Hibernicæ Veteres Monachi, restitutam à S. P. N. BENEDICTO disciplinam Monachicam, summo plausu complexi, eandem deinceps in remotissimas etiā orbis provincias longè lateque extulerunt. Clauditque Dagæus eo sanctitatis nomine & virtutis apud omnes opinione, ut Pontificalibus etiam dignus insulis haberetur, cujus merita illusterrimis commendare miraculis Numini placuit, & tanti Pontificis apud suos consulere auctoritati, ita quidem ut etiam mortuos ad vitam revo-

caret, quos inter Abbatem etiam quandam vitæ restituit, & sex insuper alios de quibus certo constat, à mortuis resuscitavit. Idem siccis pedibus super mare ambulavit, ut de aliis ejus magnalibus nihil memoremus. Fuit juratissimus otii hostis, & caput illud Regulæ: *de Opere manuum quotidiano*, etiam summo in dignitatis gradu positus adeo indignum se esse non duxit, ut etiam Episcopus ultimis Fratrum exemplo suo deesse nollet, & Labor manuum vacantibus à Pontificio munere horis suis ipse manibus, cymbala, baculos, cruces, pixides, calices, altariola conficeret, iisque Abbates, diversosque Hibernicæ

M Ascetas

Ascetas seu Conventus Religiosorum, honoraret. Qui denique gravium meritis manipulorum dives, consignato operis & laboris sui insigni fructu, ad præmia æternitatis evolavit sub A. C. 600. *Ex diversis rer. Britann. script. Annal. nost. &c.*

S. Bonifacius
Episc.

In Monasterio Cameræ depositio S. Bonifacii Episcopi Laufanensis. Hic Bruxellenfis patria, honestis parentibus natus est. Eo dum mater gravida esset, & de more ad Laudes Domini Matutinas, velut religionem Monachicam professa properaret; occurrit maturanti Angelico vultu senex: *Concepisti*, ait, *partum gloriosum, qui acceptus erit Deo, & sanctis, & hominibus; hic erit doctrina magnus & honoratus*, quibus dictis evanuit. Puerulus etiamnum, purissimus castitatis zelotes fuit; & si mater, si nutrix, si avia oculos figerent, vultum illico veste deterfit, vel os abluit. Virgo autem ab infantia, virgo in ævum permanfit, & ad mortem usque iniquationem carnis non sensit. Quinquennis literis traditus mira ingenii gratia ac felicitate, doctrina omnes condiscipulos longè excessit. Absolutis studiis honores fugiens, coactus tandem, septem annis Theologiam summa cum admiratione Auditorum professus est; Hæresum in primis felicissimus profligator. Sacerdotio postea initiatus, nunquam sine lachrymis sacris operatus est. In oratione assiduus vigiliis multis, & acerrimo cilicio corpus castigavit. Admirabili Matri Virgini longè addictissimus, cum æger aliquando nimio ejus desiderio laboraret, eam in gloria sibi apparentem intueri meruit. Nec mora ad pedes ejus acci-

Professor
Theologia.

DEI para-
vor.

dens: *Domina mea*, inquit, *sancta Maria, sanctifica me*. Subdidit illa: *& sanctificavi, & iterum sanctificabo te*. Invitus & reluctans Laufanensium Pontifex creatus, omne deinceps tempus, orando, scribendo, legendo, consolando, confessiones audiendo, prædicando, juvenes & simplices instituendo seu catechizando consumpsit. Cum autem Fridericus Imp. à Summo Pont. excommunicatus Bonifacio maximè causam imputaret, oppidum Laufanense expugnari, & ipsum capi imperavit. Egressus tunc forte Episcopus in milites incidit, captusque & equo injectus, mirè liberatus est, cum quidam comitam ejus, à Numine motus, solus ducentos hostes aggressus, omnes in fugam egit, & sanctum Pontificem eripuit. Dein à Clericis, quorum scelera arguebat,

Mirè libera-
tur.

cæsus ac penè occisus, dum fructum nullum sperat, absolvi ab Episcopatu orat, & vix denique Romæ impetrat. Duas autem alias sibi oblatas Pontificales cathedras, constanter recusat. Ad Monasterium Cameræ B. M. V. venientem, sic sacra quædam Virgo salutatur: *Hoc præcipit Vobis Beata Virgo Maria, ut maneat hic nobiscum, quia voluntas ejus est, & Filii ejus.*

Iussio DEI
para.

Monachum proin professus, inter præcipua reformatissimæ Congregationis nostræ Cisterciensis fydera refulsit, & miraculis claruit. Absens in spiritu, Cardinali cuidam apparuit, ipsumque ab infirmitate liberavit. Absens item victoriam Wilhelmi Regis vidit; similiter cladem ac captivitatem Comitis Flandriæ cognovit. Rursum, voce de cælo lapsa de cæde Galliarum Regis edoctus est. Ægros varios prodigiòse curavit, & obsessos à demone liberavit. Festo S. Ioan. Baptist. idem ad ipsum una cum DEI para & SS. Virginum choro invisit. Delicta juventutis desenti, adfuere SS. Virgines duæ, quarum altera porrècta scheda, *ut legeret*, iussit. At ille: *Non possum*, inquit, *quia scriptum nil continet*. Et illa: *Sic deleta sunt*, ait, *omnia peccata tua in conspectu Domini DEI tui*. Visi quandoque sacrum facienti, duo utrinque Angeli ministrare, & debiles ejus manus juvare, extendere, elevare, deponere, & capita ad illum inclinare. Ægerrimus ad mortem usque sacris operari non destitit, ita ut dubitare non liceat, ministerio Angelico semper usum, qui manuum cæteroquin officio destituebatur. Decumbenti in Natali Domini Cælitum Imperatrix spectabili forma adfuit, & puerulum Iesum in lectulo ejusdem deposuit. Obiit felicissime A. C. 1260. ætatis 78. miraculis etiam à morte illustrissimus, & præcipuus prodigiola ope febricitantium medicus celebratus. *Ex Vita Fascic. SS. Cist. Ang. Manriq. &c. & Annal. nost. Ben. &c.*

Ingens solatium.

Angeli ei ministrant.

Obiit 1260.

B. Fridericus
Abb.

In Monte S. Michaelis B. Friderici Abbat. miræ abstinentiæ viri. Is Suevicæ ac pervetustæ Nobilitatis parentes habuit. Litteris probe institutus, rerumque terrenarum tactus fastidio, inter Monachos B. M. V. Einsidenses adscriptus, egregia vitæ puritate & innocentia enituit. *Lectioni Divinarum scripturarum*, ait vitæ scriptor, *& interna compunctioni à juventute deditus, velut consuetudine quadam didicit cū mundo nullum prorsus habere commercium, nulli molestus, nulli onerosus, ante faciem*

faciem suam in simplicitate ambulans, parum de mundi hujus ratione cogitabat. Floruit jam tunc apud Einsidenses altis petita principiis accurata SS. Regulæ disciplina, ut eo nomine celebre admodum Cænobium esset. Qua fama illectus Adalbertus Comes de Caluve, inde à se condito Hirsaugiæ Monasterio immitti Monachorum coloniam supplex efflagitavit. Missi duodecim, quibus Fridericus præesse iussus est: *Quippe qui non modo verbis, sed etiam exemplis corda subditorum, ad contemptum mundi, & amorem celestium, fortius omnibus posse inflammare videretur*. De cujus jam creati Antistitis conversatione sic pergit author citatus: *Cum nomen & dignitatem pastoralis curæ suscepisset, aut nihil, aut parum prioris institutionis emisit, sed in orationibus, lectionibus scripturarum, meditationibusque sanctis, & interiorum contemplationi vacans die ac nocte, secularium negotiorum occupationes facile non admisit. Vigiliis & jejuniis corpus suum pro DEI amore indefinenter afficiens hostiam Domino se vivam & immaculatam afferre satagebat. Ad pauperes multum erat misericors, sapius jejunus remanens, sibi competentia cibaria egenis impertivit. Nam secundum nomen suum in omnibus erat pacificus, mitis, dulcis & quietus, plenus charitate Dei, & dilectione fraterna, incessu gravis, eloquio dulcis, & pulchra morum gravitate ornatus, dispositione etiam corporis non secus ac mentis, quadam majestate dignitatis venerandus, &c.* Verum talis ac tantus Abbas sceleratorum non potuit temeritatem effugere, quin etiam confecto fornicationis scelere innocentissimum traducerent, & Abbatiali denique honore deturbarent. Vixit inter injurios privatus, multis deinceps annis, velut nihil injuriæ passus, donec Lauriffensis Abbas patientiam & sanctitatem viri admiratus, eum secum abduceret, & in S. Michaelis Ebernisbergenfi Monasterio collocaret. Vbi tanto deinceps liberius contemplationi vacavit, quanto ab omni cura, & secularium tumultu liberior extitit. Denique fortunato fine consummatus, verè mundo mortui pulcherrimum exemplar, ad cuius nudam carnem profundis cicatricibus reperta catena est, luminaribus caelestibus, ad tumulum ejus prodigiòse collucentibus, multisque signis divinitus ostensis. Electus fuit Abbas A. C. 1065. depositus, 1068. cujus postea innocentiam prodito accusantium scelere DEVS revelavit. *Ex Chron. Hirsaug. 10-*

Exemplar
vita.

Dejicitur
innocens.

Miracula.

ann. Trithemii MS. & impresso, Hier. Rainoldo nostro, Annal. Einsid. Christ. Hartmanni, & German. nost. Bened.

Eodem die depositio B. Hieronymi B. Hieronymus. Suesiani, Congregationis Montis coronæ strenui propagatoris. Hic Neapolitanus patria, vir eruditissimus & spectatissimus, relicta Romana aula, cujus erat protomedicus, calcatis opibus ac mundi favoribus, è primis B. Pauli Justiniani sociis fuit, rigidissimoque vitæ instituto se ultro addixit. Paupertatis maximè studio excelluit, vilissima vestimenta adamavit, duplicitatem eorum execratus, è cellula minima quæcunque non necessaria proscriptis. Asperrimo cilicio ab humeris ad poplites usque indutus, lumbis plerumque plumbi laminam addidit, nec labori quidem manuum intentus ab hoc rigore quidquam remisit. Tota ejus vita jugis quadragesima fuit, abstinentiæ autem orationis & contemplationis jure studium utilissimè conjunxit. Sed inter omnes DEI para ejus actiones, præcipua in DEI param affectio effulfit, cujus indubiè ope ac favore celeberrimi illius Rhuzæ Cænobii auctor esse meruit; in quo cum lectissimæ Tutularis suæ imaginem posuisset, frequentibus mox illa miraculis locum illustravit, & piòs pauperum conatus mirè juvit. Hieronymum Paulus IV. Pont. Max. ei à puero conjunctissimus, cum Romam evocasset, asperrimaque indutum veste aspexisset: *Quale tegumentum*, ait, *istud Hieronymus, seu quæ asperitas ista? Nimis durè tecum agis, dimittas ea oportet. Non alius, respondit ille, sanctissime Pater, habitus penitentem decet, nam qui mollibus vestiuntur, non in deserto, sed in domibus Regum sunt. Necti, subjungit Pontifex, amplius in deserto eris, sed manebis hic nobiscum, nec de cætero eremitante, sed Cardinalem volumus*. Cecidit illico pronus ad terram, multisque infusus lachrymis, multum in refutanda dignitate laboravit. Sed obnitente Paulo, inducias saltem impetravit, reversusque, & ad pedes Pontificis prostratus ægrè demum, ut dimitteretur obtinuit. Obiit A. C. 1556. Ipsa Cinerum die, sepultus in Capitulo Montis Coronæ. Inter præclare facta ejus præcipuè memoratur, cum extrema panis penuria laborantes Fratres solaretur, & ob nimiam vim nivium spes nulla eleemosynæ affulgeret, ipso in precibus effuso imbrem decidisse, moxque sub lucis ortum, quendam in jumento necessaria abundè subvexisse, qui inter imbrum densitatem, intractum à pluviis se fassus est.

Cardinalatum deprecatur.

Resmirat

est, ita quidem, ut nec pallium, neque sarcina ulla ex parte madefacta reperta sit. Sic rogatus à nobili sed sterili matrona, ut fecunditatem ipsi exoraret, cum annuisset, paucos post menses illa concepit, & plures deinceps liberos genuit, adeo ut per jocum aliquando seruo Dei exprobraret: *Quid agis, inquit, Pater, guttam aquae ut peteres rogavi, tu vero copiosam mihi pluviam impetraisti.* Ex Hist. Mont. Coronæ, Luca Erem. Annal. nost. Bened. & BENEDICTO Redivivo &c.

Fecunditas
impetrata.

S. Naudatus
Episc.

In Hibernia natalis S. Nuadati Episcopi & Confessoris. Hic in omni Monachica perfectione absolutissimus, cum contemplationis suavissimo dilectorum Domini somno, & dulci otio diutius in Monasterio vacasset, ad labores extractus Apostolicos, ex Abbate creatus Archiepiscopus Ardmachanus & Primas Hiberniæ, verè Primum se omnium primatu virtutum & meritorum comprobavit, aliaque inter præstita populis beneficia, & maximos pro Christi Ecclesia exantlatos labores, Connaciam reformavit, pessimasque inde consuetudines ac ritus barbaros sustulit, ac magnum populum Numini reconciliavit. Claruit A. C. 810. Ex rer. Britann. script. Ioan. Colg. Annal. nostr. &c.

B. Vdalricus.

In Monasterio Cæsariensi, B. Vdalrici primi ejusdem loci Abbatis, qui illustre Cænobiū egregiæ sanctitatis fundamento consecrans ac stabiliens, eidem uno & viginti annis utilissimè præfuit, & plenus meritorum mortalitati huic valedicens, ad felicem immortalitatem transiit. Claruit A. C. 1140. Chryf. Henriq. Aub. Mir. Gasp. Brus. Mart. Crusius &c.

B. Morandus

Eodem die B. Morandi Abbatis cujusdam in Burgundia, cujus vitam necdum potuimus indagare. Ex Not. Monach. & Indice SS. Ord. impr. &c.

In Italia, Monasterio Balnei B. Agnetis Virginis ejusdem loci lectissimæ Abbatissæ. Hæc Sarfinæ oriunda, Regulâ S. P. N. Gerardo Belga, Iepesio &c.

X. CAL. MARTII.

XX. Februarij.

S. Leo Episc.

Atenæ in Sicilia S. Leonis Episcopi, qui virtutibus atque miraculis coruscavit, Mart. Rom. Leo Ravennas patria, parentibus Nobilitate generis conspicuis editus, eximio scripturarum Divinarum amore & studio, à juventute enituit, cumque sacris potius, quam secularibus delectaretur Clero adscriptus, cucullo denique sese devovit, lectissimis Congregationis

in prædicto Cænobio professa, insigni celebritate evasit vitæ sanctitate, cujus meritum dignitatem, miro & Anniversario miraculo Numen usque hodie commendat, dum ejus Natali die, Balnearum aquæ extra morem lucem solent emittere, sed & mirum in modum accrescere, quam Religiosissimè colunt Balneatores. Quiescit in templo castri Pereti parvi, ubi & proprium altare habet. Claruit sub annum Christi 1100. Ex Vita &c.

Ipsa die Festum seu Commemoratio *Triumphus* *Triumphus de carne & demone* à S. P. N. & Patriarcha BENEDICTO primis Conversionis suæ aânis parti & gloriôsè obtenti. Quo nimirum recolitur, gloriosissima illa de Carne victoria, cum à libidinis Magistro merulæ primū alicujus specie, Romanarū dein chorearum imagine, graviter tentatus, generosissimo ausu, abjectis quam celerimè vestibibus, tenerrimus & Augustissimus juvenis, in densissimos spinarum & urticarum aculeos se projiciens, *tandiu illic volutavit, donec toto corpore vulneratus exiret;* adeo confusus tanto facinore inferis, ut nec tentare quidem deinceps tantum Victorem præsumerent. Quam deinceps tam memorabilem tanti triumphus aream, contemplaturus pro voto ac veneraturus, septingentis ferè post partam illam victoriam annis, Seraphicus Franciscus, peregrinatione eò suscepta cum religiosissime ac diligentissimè contempleretur, insigni præter tempus prodigio, veperat eadem, in oculis admirantis & inspicientis, repente effluere, & castissimi sanguinis purpurâ juxta, & pudicitiae candorem imitantibus rosis, mirificè nituere. Veperat illud usque hodie summa in veneratione habetur, & rosæ inde atque folia, toto circumlata orbe, non sine prodigiis subinde à devotis cultoribus, usurpantur, ab inconsuetâ fragrantia à multis deprecata. Ex tomo de vita S. P. N. Luca Waddingo, Gerardo Belga, Iepesio &c.

Triumphus
carnis S. P. N.

Rosa virginitatis.

B.

Siculæ Monachis S. Placidi Proto-Martyris nostri alumnus accensus, donec ad Cathedram Catanensem assumeretur. Sed neque in Pontificatu Monachum exuens, speculum etiam fuit omnium Monachorum. Claruit præter ingentes virtutes, maxima miraculorum gloria, ob res prodigiosissimè gestas, Thautmaturgi, uti Gregorius ille Neocæsariensis, cognomen

Thautmaturgi.

men

Thautmaturgi.

men consequutus. Ea inter Eliodorum quendam, magia infamem simulque famosissimum, mirabiliter convictum, Numine interpellato, & igne ad preces ejus cælis demisso, in oculis populi universi, perdidit. Fuit & potens admodum adversum hæreticos, sanctamque matrem Ecclesiam strenuè propugnavit, fulmen & malleus Hæreticorum. Fuit ob id ipsam summis Principibus summa in veneratione & post multa & ingentia merita, ad coronam evocatus est Electorum. Ex Mauro Marchese, Const. Cajet. Octav. Cajet. Idea SS. Sic. Phil. Ferrar. &c.

S. Eucherius
Episc.

Natalis S. Eucherii Episcopi Aurelianensis, qui eo magis miraculis claruit, quo pluribus invidiorum calumniis fuit oppressus. Mart. Rom. Eucherius parentibus, & generis nobilitate & pietate præstantibus natus est, cujus matrem ipso prægnantem, digna per visum salutatione compellens Angelus: *Ave Deo dilecta, inquit, benedictum in utero ferens puerum, futurum in hac urbe (Aurelianensi) magnæ sanctitatis Antistitem, cui roganti benedictionem, imperitus Angelus, illico disparuit.* Baptizatus puer à S. Ansberto nostro, & literis deinceps traditus, puerili ætate insignes progressus fecit. Compunctus iis Apostoli verbis: *Præterit figura hujus mundi &c.* Et: *Sapientia hujus mundi stultitia apud DEUM reputabitur, &c.* abjecto militiæ sæcularis cingulo, ad cælestium rerum cultores se contulit, & Monachum in felicissimo illo, & sanctorum fertilissimo Gemeticensi Cænobio profectus est, ubi insigni paulo post effulgens sanctitate, omnes in sui admirationem convertit; ita ut mortuo Suavarico patruo Aurelianensium Pontifice, summis omnium votis, tantus hic nepos ejus, successor expeteretur. Missus proin à Carolo Martello, qui ipsum Cænobio, etiam vi adhibita si reniteretur extraheret, quo nuncio vir sanctus summo mœrore affectus, invitatus atque obnixus, provinciam nihilominus & Pontificale onus suscipere coactus est; quod etiam deinceps ita gessit, ut longè lateque nomen ejus pro meritis celebre evaderet. Sed invidente successibus Eucherii, fructibusque populi infero ac frendente, calumniis sceleratorum innocentissimus appetitus, in exiliū denique à Martello Principe actus, apud Coloniam Agrippinam substitit, ea honoris atque amoris significatione à Clero populoque illic exceptus & habitus, ut omnibus omnium illorum opibus, non aliter, atque propriis uteretur. Quo audi-

Predicitur
matri.

Convertitur

Fit Episcopus

Exul gratiosissimus

to, territus Carolus, ne fortè illorum auxilio munitiora Regni loca occuparet, ipsū in Hasbaniam deportavit, & Roberto Duci tradidit; à quo similiter tanti factus est, ut omnium illi facultatum suarum liberam faceret potestatem. Verum ille Monasticis exercitiis solatus exiliū, sexto demum, seu quod alii volunt, nono ejusdem anno in Cænobio nostro S. Trudonis, vinculis hujus carnis solutus, Divini

Obiit 743.

luminis perfusus claritate, victor ad triumphos æternos abiit A. C. 743. insignibus à Numine prodigiis deinceps illustratus, de quibus per vetustus vitæ auctor scribens: *Lingua nostra non sufficit ullis verbis, ea omnia expræmere, quæ post ejus obitum miracula ab eo gesta sunt.* Rarius illud cum ad tumulum ejus, mulier, quam ab idolorum cultu olim evocaverat, cereum accendisset, ipsum tres diès totidemque noctes aruisse, neque unquam extinctum esse. Cumque templi Custos cereum postea comminutum, in massam coëgisset, molis & ponderis ejusdem ceram, quibus cum in candelam efformaretur, repertam esse.

Cereus inextinctus.

Simile illud, certè non multum dissimile, cum cereus sex an septem pedes longus è candelabro in tumulum Eucherii decidisset, integre super pallio sepulchri conflagrasset, pallium autem neque inde accensum fuisse, neque ullam etiam ustionis notam in eo apparuisse. Famulorum Eucherii quidam, quem ipsum etiam è tenebris Idolomanie vindicaverat, lampadem ad heri sanctissimi caput suspenderat, quæ cum prodigiosè oleo tantopere redundaret, ut rivuli etiam hinc inde sese diffunderent, & per pavementum decurrerent, re comperta, Monachi, vas amplius lampadi supposuere, miraculo in oculis & conscientia omnium statim aucto, adeo ut septem inde lampades impleantur, & septemplici jam prodigio ad tumulum sine imminutione exardescerent; sed & rei novitate percitis populis, oleum inde haustum, non tunc solum, sed deinceps etiam omne morborum genus, supra omnem medicorum artem mirè profligaret. Sed & illud insigne, Anniversaria ejus memoria solemnius celebrata, atque ingenti facto ad tumulum Cleri populique concursu, cum anxii super annona deque tot reficiendis hospitibus Abbas & Monachi essent, tantam vim piscium in fluvio proximo præter spem omnem & naturam fluminis illius se obtulisse, ut non in Clerum solum, sed omnem frequentissimi populi frequentiam abunda-

Lampas inextincta.

Copia piscium mira.

rent. Vt nihil de claudis, cæcis, dæmoni-
niacis, aliisque mirè curatis, deque aliis
sine numero prodigiis libeat porro memo-
rare. *Ex monim. Eccl. Aurelian. Carolo Sauf-
seio, Claud. Roberto, Ioanne Chenu, Haræo, Su-
rio, Iepes, VVione, &c.*

S. Colga Ab-
bas

In Britannia natalis S. Colgæ Abbatis
& Confessoris. Colga, sive Colchus,
Magni Alcuini nostri magnus Magister,
& Abbas lectissimus, uti ab insigni sancti-
tate nomen magnum, sic ab eruditione,
& literarum professione in Cænobio, Sa-
pientis cognomentum adeptus est; quem
in vita omni Alcuinus, grato animo disci-
pulus, religiosissimè coluit, & quacun-
que raperetur, è diversis provinciis, per literas
compellans, munusculis etiam missis,
ipsum & Monachos ejus honoravit. Fuit
amantissim⁹ cultor Apostoli Pauli, Chry-
sostomi Ioannis instar, Colga noster, &
ab illo vicissim dilectus magnos favores
meruit, ita ut quandoque in itinere con-
stituto non solum adestet, sed & fatigati
farcinulam tantus Apostolus exciperet,
& velut famulus bajularet. Neque mi-
nus illud, cum publica in disputatione, ut
fit, congressi cum illo Professores reliqui
& Patres, hominem argumentando ni-
mis cogere & perurgerent, apparente
spectabili forma eodem Apostolo, partes
illius suscipiente, & controversiam deci-
dente. Factus est demum Rector supre-
mus Scholæ Cluanensis, & relictis aliquot
in signibus ingenii monumentis, magnam
redolentibus pietatem ad coronam &
lauream meritorum vocatus est sub A. C.
789. *Ex divers. rer. Britann. script. Ioan.
Colgano, Alcuino, Annal. nost. Bened. &c.*

Obiit 789.

S. Cymbert.
Abbas

In Monasterio Reodfordensi, B. Cym-
berti Abbatis & Confessoris. Cymber-
tus Anglus Reodfordensis in Comitatu
South-hantonix Abbas dignissimus, in-
ter alia quæ præclare gessit, duos Arvaldi
Vectæ Insulæ Reguli fratres parvulos, Bap-
tismi salutari lavacro expiavit. Nam
cum Kedvallæ Occidentalium Saxonum
Regis effugissent manus, proditi autem
supremo afficiendi supplicio essent, solli-
citus Cymbertus qualiter saltè illorum
animis consuleret, ut salutis prius illis viâ
ostenderet, instructosque Christianæ fi-
dei dogmatibus salutari lavacro eos ex-
piaret, à Rege impetravit. Quo qui-
dem beneficio, juvenes Principes verè
beati, fortiter & hilariter capitalem sen-
tentiam subiere. Claruit vir sanctus A.
C. 687. *Ex Hist. Angl. Ven. Bedæ, Hug. Men.
Eduardo Maiburn, &c.*

In Monasterio Hemmenrodensi B.
Isenbardi Sacristæ, Monachi religiosissi-
mi, qui ab eximia puritatis candore, &
circa Divinum cultum diligentia com-
mendatissimus exitit. Illud ejus singu-
lare, quod de ipso cum supremum de-
cumberet B. Cæsarius retulit; quando
evocato à Fratribus Abbate, aliisque san-
ctæ fidei testibus, hæc inter alia, quater ea-
dem nocte raptus in extasim, recitavit:
*Ah quam suavem, inquebat, noctem ex-
egi, quam dulces & quam suaves concentus au-
divi? Choris in calop salientium interfui. Ah
quam concorditer, quam delectabiliter psalle-
bant! Ibi vidi homines nostri Ordinis, super
homines alios eminere claritate, & dignitate
& gratia præcellere. Quo enim magis hic hu-
miliati sunt, eo gloriosiores illic exultant, ab-
undantiorum accipientes consolationem, facie
splendidissimi, statura celsi, veste gloriosi, &c.*

B. Isenbard
mon.

Et post pauca: *Vtinam differret me Domi-
nus, usque dum completo opere DEI, Dominis
nostris loqui possem! Ah quam leti nuntii
bajulus essem! quam leta, quam stupenda nar-
rarem, quæ vidi, quæ audivi, & sensi, quæ pa-
rata sunt diligentibus DEVM, & in laude ejus
vigilantibus, &c. Vidi Dominam nostram in
immensa claritate cum suis sacris virginibus,
quæ se mihi promisit in necessitate adfuturam,
& S. Michaelem cum multo exercitu Angelo-
rum præparatum in auxilium mihi: nam alta-
ri & memoria sua honorem solebam impende-
re, &c. Iubente autem Abbate, vocati sunt
quidam Novitii, viri quondam in sæculo
clari & virtute militari insignes; quos ita
consolatus est: *Verè felices estis, & ter qua-
terque beati, qui de vana vestra conversatione
atque mundana vanitate, per Divinam misere-
cordiam conversi estis, partem in calis cum ju-
stis habituri: constat enim de salute vestra, si
tamen perseveraveritis, &c. Quæ pro con-
solatione Deo militantium, & maxime
Novitiorum inferenda censuimus. Vale-
dixit paulo post mortalibus felix Isenbar-
dus, & ad Tutelarem suam atq; Ordinis
unicam hilaris evolavit, cum per triginta
continuos annos, magna animi puritate
sub SS. Regula nostra militasset. *Ang. Man-
riq. Cæsar. cit. Chrys. Henr. &c.***

Visionem ejus.

Promissio fe-
lix.

In sacro monte Casinate S. Ioanis Gra-
denici Venetorum Illustrissimi, qui Petri
Vrseoli sanctissimi Venetorum Ducis, cu-
jus familiarissimus & gener fuerat, exem-
plum imitatus, uti in sæculo gloriæ parti-
ceps fuerat, sic & virtutum atque meritou
in Cænobio piè æmulus & collega esse me-
ruit; Monachumq; cum eodem profess⁹,
eximia postea vitæ sanctitate, omnem ge-
neris

S. Ioan. Gra-
denicus.

heris gloriam, & Venetæ Reip. magnifi-
centiam superavit, post longos labores ad
requiem & solatia æternitatis evocatus.
Petr. Diac. Hieron. Henning, &c.

B. Vdalricus.

In Anglia natalis B. Vdalrici Anacho-
retæ, qui Heselbergæ in cella templo con-
tigua se includens, ut securius viam quæ
ad perfectionem ducit teneret, Cisterci-
ensium nostrorum amplexus institutū, ad
finem usq; miraculis gloriosus, & divinis
visionibus illustris, Britannix decus insi-
gne addidit. *Hist. Eccl. Angl. Nicol. Harpsf.
Chrysof. Henriq. &c.*

B. Ioan Con-
versus.

Villarii depositio B. Ioannis Conversi
viri humilitatis præcipue, in se rigidissimi,
in alios charitatis & humanitatis eximix,
qui post longum agonem feliciter ad pa-
triam æternam transivit. *De hoc Raiffius 28.*

NONO CAL. MARTII.

XXI. Februarij.

S. Paterius
Episc.

Brixia S. Paterii Episcopi, qui Roma-
nus patria, professione Monachus,
Magni Gregorii nostri dignissimus disci-
pulus, ob singularem eruditionem & mo-
rum integritatem Brixienstem Episcopus
creatus, de talento sibi credito centesimū
fructum reportans, doctrina & sanctitate
clarus, Ecclesiâ suam, mirificè exornavit,
& Tutelaribus Episcopatus accenseri me-
ruit, à Romano Pontifice Sanctorum albo
adscriptus, insigni per Ecclesiam Christi
universâ titulo celebratur, & digno apud
Brixiam honore colitur. Floruit A. C. 610.
& Magno Gregorio ob singularem viri eru-
ditionem rogante & concitante, in ob-
scuriora tam Veteris Testam. loca quam
Novi, scribens expositiones, de Ecclesia,
deque omni posteritate æternum meruit.
Ejus sacrum corpus in æde S. Euphemix
affervatur. *Ex Baron. Ramperto de S. Phila-
strio, Monim. Brix. Phil. Ferrar. Ferd. Vghello,
Arn. Duac. &c.*

Scriptor in-
gnis.

S. Germanus
Abb.

In Germania natalis S. Germani Abba-
tis & Randoaldi Monachi, qui hæc die
glorioso Martyrio coronati sunt. Germa-
nus, Nobili admodum familia, Optardo
patre, Treveris Principe natus est. Fratres
habuit Optmarum, spectatū & celebrem
in Aula Dagoberti Regis, & Sigebertum
atque Numerianum, viros clarissimos,
ipse singularissimū familiæ suæ ornamen-
tum. Generosissimo sæculi atq; illecebra-
rum tactus fastidio, cucullum exambiens,
eo a S. Arnulpho nostro donat⁹ est Regu-
lamq; S. P. N. BENEDICTI toto corde
complex⁹, in Monasterio Montis Roma-
nici alta sanctitatis posuit fundamenta.

Ejus fratres.

*Augusti, Henriquezjus autem hæc die, & nos
uberius suo loco.*

In Sicilia B. Catharinæ cognomento B. Cathari
Poëtæ, sanctimonialis in Monte Regali, na Poëtæ,
fœminæ ante paucos annos clarissimæ, in-
signiq; sanctitate & meritis conspicuæ, su-
per cujus vita extat processus insignis, &
magnæ fidei testium probatissimæ de mi-
ra ejusdem vocatione, perfectione, exem-
plis, nec non signis egregiis assertiones,
cujus hodie sacrū corpus, in Ecclesia Car-
melitarum Montis-Regalis requiescit. *Ex
ipsis Actis, apud R. P. Maurum Marchesum,
Const. Cajet. Octav. Cajet. Hug. Men. & Be-
nedicto nostro Redivivo. Ipsa item die na-
talis S. Wilgilfi Abbatis, fratris S. Willi-
brordi Episcopi, vitæ meritis & sanctitate
clarissimi. Ex vita S. Villibrordi.*

C.

Nec contentus Deo se devovisse, nisi &
alios eidem lucraretur, Numeriano etiam
fratri suo persuasit, ut ibidem Monachum
profiteretur. Ipse a. postea pergens Luxo-
vium, gratanter à S. Wandelberto Abbate
susceptus, exigentibus vitæ meritis pres-
byter ordinatus, per omnia magnum se
gratia & virtutibus, cum Abbati, tum col-
legis omnibus probavit. Structo dein per
Gundonium Alfatix Ducem Grandis
Vallis, Dioceseos Basileensis, in valle di-
cta Monasterii (im Münsterthal) Cæno-
bio, præesse iussus, egregiis exemplis rem
Monasticam promovit, donec mortuo
Gundonio, turbatæ provinciæ, quietem
quoq; Monachorum turbarent. Cum ve-
ro Cathici Ducis milites, licentiosius pas-
sim grassarentur, zelo pietatis successus
Germanus Abbas, factus iisdem obvius,
magna constantia scelera eorum repre-
hendens, pro charitate odium meruit, ab
iisdem pessimè habitus, & hæc die decol-
latus, cum clara prius è cælo voce, his ipsis
ad præmia æterna verbis vocaretur: *Veni,
serve bone & fidelis, tibi aperti sunt cali; exul-
tant super adventu Angeli; quocum simul
Randoaldus discipulus interfectus est;
uterq; à Monachis reperti & magno cum
luctu tumulati. Germani corpus septin-
gentis septuaginta septem post Martyriū
annis, elevatum est, cum nonnulli subla-
tum credidissent. Passus est ipso año 700.
ad cujus tumulum, minus forte pro digni-
tate habitum, solemni aliquando Nativ-
tatis Domini festo, magnus le splen-
dor prodidit, & servi DEI claritatem
comprobavit. Ex Montalb. Chron. Basil.*

Fit Martyr.

Vox celestis.

Henrico Murer. & Annal. nostr. Germ. & Bened. &c.

S. Agatho Papa.

In Græcia, festum solemne S. Agathonis Papæ, qui ex Monacho S. Hermetis Pontifex Maximus salutatus, admiranda vitæ sanctitate, & gravissimis meritis, à Græcorum etiam, sive Orientali Ecclesia (rarissimo sanè exemplo, & memorabili maximorum comendatione meritorum) meruit celebrari. Devinxit autem, non Græcos solum Agatho noster æternaturis beneficiis, sed Romanam in primis Universalem Ecclesiam modis plurimis juvit & mirificè extulit; Concilio in primis Generali Constantinopolitano III. incredibili cum orbis Christiani utilitate celebrato, in quo sceleratissimam, perniciosissimamq; universo orbi Christiano Monothelitarum Hæresim, felicissimè evertit ac profugavit. Fuit hoc sextum Generale Concilium, ad Nicænum, Ephesinum, Chalcedonense, & Constantinopolitana duo adjectum, quibus summa Fidei Christiane fundata est. Idem Pontifex verè Maximus, immortalis cum merito AÆrarium Apostolicum primus instituit, & exemplo magni Sacerdotis Oniæ, insigni vitæ parifonia magnos thesauros congerens, in usum Ecclesiæ universæ, pauperû, viduarum, pupillarumq; sustentatione, publicè asservari voluit, tanquam verè pater & pastor omnium, qui eorum curam tamen aliis præferret, quos nosset, & Christo pauperi chariores, & majore etiam dilectione indigere. Fuit a. tantæ pietatis, ut neminem à se unquam tristem dimitteret; tantæ insuper charitatis, ut pauperes tanquã verè filios dignatus, alia inter paternæ pietatis exempla, leprosum sibi obviû amantissimè amplexus, osculari non exhorruerit; qui ejus illico contactu prodigosè sanatus est. Festum ejus Romana Ecclesia celebrat 4. Id. Januarii, de quo & nos eadem die, nunc autem, vel pro ipsa quidem apud Schismaticos tanti Pontificis reverentia, secundo. Obiit Agatho A. C. 682. Ex Annal. Eccl. & nostr. Ciacon. Plat. Panu. Galesin. Sev. Bizio. &c.

Immortale meritum.

Insigne miraculum.

S. Vrsicini

Apostolus Helvet.

Biennæ S. Vrsicini Monachi & Confessoris. Hic S. Germani Abbatis, & Martyris, de quonunc primum egimus collega & locius, Luxoviensis & ipse Monachus, propagandæ Fidei causâ Biennam delatus, Apostolico labore provinciam circumjacentem immortaliter demeruit, & uberes fructuum manipulos in horreum Domini congregans, alia inter magna beneficia populis præstita, Collegiata Bien-

nensis Ecclesiæ author extitit, ob merita tanta ejusdemmet Basilicæ & oppidi Tutelaris à morte adoptatus, cujus Anniversaria memoria celebris ibidem deinceps habita, religiosissimè colitur. Ex Baboleno, Christ. Hartm. MS. Chron. Helvet. &c.

B. Gumbert. Archiep.

In Monte Vogelo B. Gumberti Archiepiscopi Senonensis & Confessoris. Gumbertus, Gundebertus, Gaudebertus seu Gaubertus (tot enim nominibus à diversis appellatur,) Metropolitanæ Senonensis Ecclesiæ, post Godescalcum Archiepiscopus meritisissimus, quanto majore dignitatis sublimitate præ cæteris effulsit, tanto vilior in oculis propriis, abjectissimus in domo Domini, ministrare magis quam ministrari elegit, ac proin, cum Ecclesiæ suæ, aliquot annis utilissimè præfuisset, mirantibus universis, eo honore se abdicans, cucullum amplexus, Monasteriû Ordinis nostri in monte Vogelo, loco qui Grundianus dicebatur, condidit, idque de Archiepiscopatus sui nomine, Senonense appellavit. Dedicavit autem Ecclesiam Divina revelatione admonitus, in memoriam suæ atque Ordinis Vnicæ Tutelaris Admirabilis Benedictæ Virginis, totumque deinceps, ejusdem servitio & corporis mactationi, ac divinarum rerum contemplationi se dedens, in omni sanctitate vitæ reliquum traduxit. Mortuus est A. C. 778. insigni miraculorum gloria à Numine illustratus, quem S. Petrus Damiani noster, virum dignissimæ vitæ appellavit: Ex Richerio Senonensi, Roberto Antifiodor. Pet. Dam. Epist. Cl. Rob. Servatio Lairvelz. Chron. Mariani, Menard. &c.

Divina revelatio.

Ob. 778.

S. Fintanus Episc.

In Hibernia Natalis S. Fintani Episcopi Cluainfertenensis, qui ex Abbate Monasterii Cluin-Ednech in Lagisia, ad memoratæ Ecclesiæ Cathedram pro vitæ meritis evectus, verbo & opere potens exsplenduit, cujus specialis diligentia in Divinis laudibus celebratur. Vixit annos omnino centum triginta quinque, & cum creditis sibi populis longo tempore plurimû præfuisset, ad cælestem patriam migravit. Ex Annal. Cluanens. & Dungallens. Ioan. Colgano, Annal. nostr. Bened. &c.

B. Petrus.

In Gallia, Monasterio Claræ Vallis, B. Petri cognomento Tolosani, qui mirabili quadam revelatione admonitus, sæculo valedicens, vitæ eremiticæ elegit, seq; insolita austeritate afflixit. Postea a. ne suo potius sensu, q̃ Numinis impulsu duceretur, cucullû amplexus, & Claræ vallensiu nostrorum in congregationem admissus, magnis

Revelationibus clarus.

B. Agnes.

S. Petrus Damiani.

Nascitur.

Ejus calamitas.

magnis à Deo gratis donatus est, & egregiis virtutibus, cælestibus revelationibus, prophetico Spiritu, & continuis miraculis, omnibus admirandus effulsit; postq; longas vigiliis, disciplinas & jejunia, ad tantam puritatem devenit, ut ne minimû quidem carnis illicitum motum perentiferet, & dulcissimo insuper lachrymarû dono, totus diffunderet. De revelationibus ei factis, sic inter alia liber Vir. Illustr. Cist. habet: Revelabat ei Dominus de Secretis cælestibus magna & multa, atq; innumeris consolationibus eum, seu dormiendo seu vigilando, seu etiam mente excedendo, creberrimè visitabat; quæ si omnia literis mandarentur, magni voluminis comprehenderent quantitatem &c. Qui tandem meritis gloriosis locuples ad felicitatem concessit æternam, Gonzalez de Sylva, Bern. Brito, Rob. Rusca, Barnab. Montalbo, Aug. Manriq. Chrys. Henriq. &c.

In Germania B. Agnetis virginis sanctimonialis sororis B. Hildegundis, quæ multis virtutibus & Spiritus sancti charismatibus illustrata sancto fine excessit, cu-

jus animam memorata ejus soror, tunc in patibulo pendens, & ne suffocaretur ab Angelo mirabiliter sustentata, magna cû gloria in cælum deferri, & inter jucundissimam Angelorum musicam, & gratulationes festivas supera palatia cum triumpho ingredi conspexit. Ex vita S. Hildegund. Cas. Heisterb. Montalbo, Henriq. &c.

B. Ludolphus

Ipsa die Natalis B. Ludolphi Abbatis Corbeia Saxonum, qui cum celeberrimo illi sanctorum promptuario pro vitæ meritis, præfectus esset, perfectionis Regulam se omnibus exhibuit, & præcipuis ejus loci & firmamenti Germaniæ syderibus accenseri meruit. Ex monim. & Chron. Corbei.

V. Gunthildis.

Eodem die Natalis V. Gunthildis Abbatissæ Bilebiensis, quæ insigni sæculi contemptu enituit, cumq; Illustrissimæ familiæ Comitum Mompelgardensium, germen virentissimum esset & floridissimum, mundum cum flore despiciens, in ancillatu Christi, supra omnem majorum suorum splendore magnis virtutibus enituit. Ex Annal. & Germ. nostr. Bened. &c.

VIII. CALEND. MARTII.

XXII. Februarij.

D.

Faventia depositio S. Petri Damiani, cognomento Peccatoris, qui cum arctioris vitæ desiderio Cardinalatui valedixisset, nec minis, nec blandimentis à primo proposito avelli potuit: cujus facti cû à summo Pontifice charitativa increpatione argueretur, ad tres sibi invicem succedentes Pontifices Romanos Apologeticos edidit, in quibus auctoritate, ratione & exemplo factum suum humillime excusans, animos eorum placavit, & sic in bono opere perseverans obdormivit in Domino. Ita Martyrologium Benedict. Hic Petrus immortale Ravennæ decus, honestis editus parentibus ab ipsis ortus sui crepundiis, rebus adversis perurgeri cœpit. Quo nato, dum jam domus pridem hereditibus referta esset, natuq; grandior è liberis in hæc coram matre erumperet: Pro pudor! Ecce jam tanti sumus, quod in hac domo vix capimur: & quam male sibi congruunt, hereditum turba & hereditas? adeo consternata & concitata indignatione mater est, ut ante penè quam lactaret, ablactatum infantem, malû sibi met apprecata, à possessione materni pectoris exheredaret. Eum omni nutricis destitutum officio, fame simul & algore nigrescentem, presbyteri cujusdam pellex miserata, jam jam moriturum, arvina ad ignem perungens,

fovit, & curavit, correptamq; acrius verbis matrem, filiolum innocentè ut agnosceret, atq; adamaret effecit; utq; diligentius deinceps foveret exoravit. Parentibus immatura morte abreptis, longè major excepit innocentulû calamitas, cum simulata pietate, atrociorè mente, germanus frater, Petrum sibi educandû exposceret, & in teterrimam servitutem abriperet, impiè tractaret, verberibus horribiliter quotidie contunderet & dedolaret, atque ad porcos pascendos nudipedem ad prata damnaret. Numulo aliquando reperto, velut thesauro Principis dives, dum quid eo faceret deliberat, in mentè venit, brevisitas quam inde habiturus esset voluptatis, statuitq; quamprimum numum Presbytero offerre, qui pro animo defuncti parentis sacris operaretur. Fratris innocentuli sortem postea, alius fratrum ejusdem miserat9, ipsum è tantis miseriis vindicavit, benevolè habuit, nec tam fraternè quam paternè fovit, literisq; adhibuit, in quibus paulo post tantos progressus fecit, ut ipsis Doctoribus admirabilis haberetur. Decurso studiorum cursu, ob admirandam eruditionem latè celebratus, confluentibus undiq; discipulis, clientibus, opibus, fama, gloria spectatissimè effulsit. Pietate nihilominus supra fortunâ omnè præstitit,

Insigne præfactum.

præstitit, interque mundi favores ac plausus, jejuniis, vigiliis, orationum assiduo studio sese exercens, carnem cilicii usu attrivit; cumque calente juvena mollities subinde titillaret, aquis se fluvialibus eo usque merfit, quoad rigentibus membris, noxius ardor prorsum sopiretur. Monachū in Fontis Avellanæ Cænobio professus, paupertate ac humilitate charius nihil habuit, sanctitatisque illius percrebescente fama, ad Pomposianum primum Cænobium, dehinc ad S. Vincentii postulatus & missus, mortuo demum sui Cænobii Antistite succedere coactus Regularē disciplinam latius promovit, & plurima ipse Monasteria condidit. Miraculis insignibus famuli sui merita Deus comprobavit; quæ inter, etiam altera vice hausta è fonte aqua prodigiosè in vinum conversâ memoratur. Rarius illud: cum dolium ejus, transeuntes prope Cænobium milites jussu Ducis, vinum inde extracturi tentarent, eo undiq; pertosso, vini tamen nec guttam elicere potuisse, quod pio paulo post peregrino adveniente, pro hujus refocillatione facillimè defluxit. In summa panis penuria, prædicente Petro, ciborum copia cælitus aliquando allata est. Absens quadam vice periculum servi sui intuitus, eum qui in discrimen adduxerat, visus in fomno, terruit, & flagello intentato correxit. A Stephano IX. summo Pontif. Cardinalis Episcopus Ostiensis creatus, cum nimium obniteretur, Anathematis metu & cõminatione, nec non sub obedientiæ supremæ præcepto acquiescere coactus est, agnovitque tunc impletum, quod ante triennium visione quadam edoctus didicerat. Videbatur autem sibi sponsa quadam clarissima dotatus, quam nec contingere, nec æquo saltem intuitu valebat aspicere: cui tamen nullatenus renunciare auderet, tanquam sibi jure conjunctæ. Obstrinxit illico innumeris penè ac inestimabilibus meritis Ecclesiâ & orbem universum, ex quibus paucissima ad compendium referimus. Profligavit æterna cum Ordinis gloria pestilentissimam de reordinandis ordinatis à Simoniacis hæresim, gravissimis scandalis & perplexitatibus orbem involventē, tanta quidem auctoritate eo errore convicto & triumphato, ut nullus amplius repertus sit, qui illi patrocinaretur. Nec minore felicitate Mediolanenses ad unionem S. R. E. reduxit, qui ducentis jam ferè annis Nicolaitarum transversum rapti Hæresi, miserè exerraverat.

Pari ausu toto passim orbe, eandem & Incestuosorum Hæresim aggressus, murum pro Domo Dei se opposuit, & hostes ejus felicissimè profligavit. Incredibili etiam libertate atq; constantia Imperatorem evincens, ut pro Schismate componendo Legatum Romam mitteret, impulit. Sed & eundem gravissima postea liberans infamia, dum Bertham conjugem jam jam repudiare parasset, ea qua valebat gratia atque auctoritate à consilio revocavit. Ravennæ etiam patriæ consulens ad cives suos ab Alexandro Papa Legatus, mira dexteritate Schismatis procellis merfos, in Ecclesiæ naviculam retraxit. *Officium* sive *Cursum*, ut vocant *Horarium*, *Beatissimæ Matris Virginis*, admirabili inter suos fructu instituit, & propagari deinceps per universum, inexplicabili cum merito, author felicissimus & dignissimus fuit. Flagellorum item, voluntariæ pœnitentiæ causa, usum publicum, ipse præcipuè in Ecclesiam introduxit. Feriam II. animabus defunctorū liberandis; sextam Dominicæ Pasionis memoriæ, Sabbathum Intemeratæ Matris cultui solemnem esse voluit, quam postea consuetudinem Ecclesia universa, non sine æterna Institutoris gloria, approbavit & recepit. Vitam rigore traduxit incredibili, adeo ut mortificatæ carnis, in omni voluntarii supplicii genere miraculum esset, & penè prodigium patientiæ insuperabilis. Decessit felicissimo transitu A. C. 1072. sive ut volunt nonnulli 1080. cum Faventia octiduum decubisset. *Datus à Deo mundo huic* (verba Baronii sunt,) *deploratissimo sæculo, cum exercuisset ad Ecclesiam obruendam Diluvium carnis, qui austerissimo vitæ exemplo, verbiq; prædicatione & scriptis putredinē exsiccaret.* Ex Ioan. de Avellana, Hieron. Rubeo, Iepesio, Baron. Ciacon. Leone Ostiense, Bertholdo Constantiense, Annal. nost. Ben. & Ephemerid. Mariano Benedict. &c.

Lucæ in Italia S. Ioan. Abbatis miraculis clari. Attulit magnam lucem Lucensium lectissimæ Reipubl. & Italiæ universæ Sanctus hic Abbas Ioannes, qui ex Monacho & Decano sacratissimi Montis & Archisterii Casinatis, ad regimen illius Monasterii missus, Lucensibus mirabile sanctitatis exemplar fuit, vulgo non solum magni habitus, sed & Principibus, ipsiq; Urbis & orbis capiti Alexandro II. Pontifici Maximo summa in veneratione, qui tanti Ioannē fecit, ut cum gravissima febris laboraret, id unū quam certissimum morbo re-

Fit Monachus.

Abbas.

Ejus miracula.

Visto.

Hæresis profligat.

Officium B. M. V. intro ducit.

Rigor vitæ.

Elogium.

S. Ioannes Abb.

bo remedium crederet & efflagitaret, si aqua, qua manus abluerat Ioanēs Abbas, sibi propinaretur, qua allata, atque hausta summa cum omnium gratulatione, illico prodigiosè incolumitati & Ecclesiæ redditus, non potuit non altè de viro DEI sentire, cujus ipse sanctitatis tam illustre perceperat argumentum. Idem cum pro desperata jam triduum, & in extremis agente muliere DEVM rogatus interpellare, in *Memento*, ut vocamus, Missæ ejus meminisset, illico ægra loqui cœpit, & mox integrè convaluit. Claruit vir egregius A. C. 1060. *Ex monim. Casinat. Petro Diac. Annal. Lucens. Hug. Menardo, Baronio, &c.*

S. Malbrigidus.

Archiepisc.

B. Henricus.

B. Quadratus.

S. Gudualus.

Elevatio S. Edmundi.

ris DEIPARÆ clientis. Facta est hæc ipsomet procurante Edmundo, & per visionem Monacho cuidam præcipiente. Cū enim post obitum plurimis miraculis sancti Pontificis sanctitatem in oculis omnium ad sacrum ejus funus concurrentium, comprobaret, corpore autem sepulto & terra cooperto, nulla deinceps beneficia rogantibus obvenirent, & stupefacti omnes causam ignorarent, Sanctus Præsul cuidam egregiæ sanctitatis Monacho, nomine Hermanno, apparuit: quem cum hic cum reverentia interrogasset, cur miracula ad ejus tumulum non continuarentur? Ipse defossum se questus, quod manus non valeret erigere respondit, & adjecit. *Quid possum facere sic gravatus? Ecce surgere nequeo, ecce manus ad DEVM non valeo attollere, nec pro egrotis adventantibus exorare.* Vnde factum ut de corpore elevando tractaretur. De quo elevato sic scribit Vincentius Bellovac. Post tres menses ab ipsius sepultura, convenerunt Fratres, ut ipsius corpus sustollerent, & ad superas auras elevatum in apertiore loculo collocarent. Remota igitur omni superinjecta materia, vident admirantes naturæ insolita, videlicet jacere corpus integrum, contra mortuæ carnis jura. Accedunt propius DEVM glorificantes, & corpus contrectantes manibus propriis, inveniunt ejus membra flexibilia, quæ rigescere solent in defunctis, &c. *Ex Vita, Ang. Manriq. &c.*

Incorruptus.

B. Tecla.

S. Dettæ Abb.


Conchæ camporum in Hispania Beata Teclæ Virginis, quæ ex Benedictino amænissimo horto, flos candidus virginitate prorumpens, & sanctitatis virtutumque odorem ad cælum usque expotrigens, demum miraculorum celebris gloria, è corpusculo mortali, ad felicem immortalitatem assumpta est. *Mart. Hiss. Ioan. Tomaj.*
Eodem die S. Dettæ Abbatissæ Winbrunnensis, quæ cum esset soror Regis Angliæ, regio Regii splendoris contemptu multo illustrior, quam prius purpura, servitute Christi verè se nobilem reddidit, paupertate excoluit, virtutum studio eminentissima evasit, & post superata sæculi hujus mala, & triumphatas carnis illecebras, coronam æternitatis promeruit. *Ex divers. rer. Anglic. script. & Annal. nost.*

In Hibernia natalis S. Malbrigidii, alias Brigidiani Episcopi & Confessoris, qui ex Monasterio Derensi, cujus Abbas erat, ad Archiepiscopalem Ardmarchanam extractus Cathedram, & Primas Hiberniæ renunciatus, uti nobilissimus genere, sic virtute & meritis apparuit, potensque verbo & opere tantopere celebratus est, ut nulli fama suo ævo secundus haberetur. Fuit idem, antequam Pontifex eligeretur diversorum Cænobiorum Abbas, aliaque inter gravissima merita, periculosa patriæ seditionem composuit, vir per omnia talis ac tantus, ut *Caput Religionis Hiberniæ, & majoris partis Europæ*, appellaretur. Obiit A. C. 925. Ex div. rer. Britann. script. Ioan. Colgano &c. ut Annalib. nostr. Bened. &c.

In Monasterio Hemenrodensi B. Henrici Monachi. Hic per multos annos corpus suum mira abstinentia aliisque vitæ monasticæ pœnalitatibus maceravit. Hostiam pacificam in Sacrificio Missæ devotissimè singulis diebus offerebat, & inter celebrandum cælestes experiebatur consolationes. Cumque aliquando in Choro Laicorum Fratrum pio cordis affectu sacris operaretur, conversus quidam salvatorem in effigie hominis in manibus sancti viri intuitus est. *Ex Menolog. Cisterc. & Casario Heisterbac. &c.*

In Dicecesi Rutinensi, B. Quadrati Abbatis Bonæ Vallis, qui revelationibus & vitæ sanctitate illustris feliciter migravit ad Christum. *Phil. Seguin. Chrysoft. Henriq. & Molanus in Addit. & Indiculo SS. Belgii Maurolycus &c.*

Eodē die elevatio corporis S. Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis, singula-



XXIII. Februarij.

E.

S. Finneus
Abb.

IN Britannia natalis S. Finneus Abbatis & Confessoris. Hunc puerum etiam nū Numen miraculorum gloria illustravit; cum jam tunc insigni prodigio aquā fontis ex arida elicisset. Prodigiosius illud, quod adolescens fecit, quando stagnum quoddam vastissimum, Monasterii ædificationem impediens, fusa oratione ad mare coëgit, adeo ut alveo exsiccato plures deinceps illic urbes struerentur. Monasticen amplexus, Abbas postea, dein Ordinis Monastici felicissimus fuit propagator. Ei dum Rex Muredachus omnia loca offerret, quibuscunq; illi placeret Cænobia struere, liberalitatem Regiā ingentibus beneficiis & felicitate Deus compensavit. Meruit multis modis de patria, quæ inter magnum omnino & mirandum illud, cū eam bello Saxones pererent, & Finneus nihil apud illos precibus efficeret, ut cædibus ac rapinis abstinentes sese domum reciperent. Namque vir Sanctus conscensis montibus, vallem in qua collecti consistebant hostibus desuper circuiens, precibus effecit, ut universi à montibus, nec uno quidem cladi superstitite, opprimerentur. Magni & illud meriti, cum Tuahali Regis filium à morte resuscitasset, Rege ad saniora converso, ex quo multa deinceps ipsi provinciæ bona obtigere. Insignis illa benevolentissimi Numinis erga servum suum demonstratio, qua quantopere ipsum etiam in terris honoratum vellet, cunctis innotuit. Nam cum is forte dentem ore excidentem, terra obrueret, cælestis radii splendore proditus atq; erutus, eo etiamnum superstitite pro Reliquiis est habitus, & locus in quo repertus est, *collis dentis* appellatus. Fuit ipsis etiam Angelis in veneratione, cui iter facienti servitia præstare visi sunt; apud homines autem tanta in æstimatione, ut ad ipsum, tanquam ad sapientiæ sacrarium undique concurreretur. Injurias ejus graviter ultum Numen est, ita ut qui aggredi ipsum statuerent satellites toti obrigerent, persecutor autem quidam morte lueret, cum vice versa, qui ipsum coluissent, singulares gratias mererentur, qualis illa fuit, cum in gratiam ejus quidam vitulum occideret & convivis apponeret, is jam comestus postea, vaccæ matri assistere repertus est. Siquid viro DEI in terris deesset è cælo

Grandemiraculum.

Regis filium
resuscitat.

Dens miraculosi.

Vitus comestus resurgit.

ministratum est, ita sacris operaturo, cum altare non reperiret, divinitus allatum est, & aliàs cum consecrare Deo sacras Virgines vellet, velum quo eas tegeter similiter cælo submissum. Claruit vir Sanctus, cum Hibernia ferè universa S. P. N. Regulam expeteret, & lectissimi quivis Ascetæ eandem sumo plausu amplecterentur, etsi multi illorum, veterem Psallendi usum retinerent, & quas ab antiquo observaverat constitutiones, novis commodissime sociarent, sub A. C. 565. *Ex diversis rer. Britan. script. & Annal. nostr. Benedict. &c.*

Claruit, anno 565.

Mechelburgi in Saxonia S. Ioannis Episcopi & Martyris, qui Monasticem in Hibernia patria professus, inde propagandæ fidei zelo ac studio in Germanias delatus, in Saxonia substitit. Quem ab insigni vitæ sanctitate comendatum Romanus Pontifex Gentibus illis Episcopum præfecit. Cum autem alacri animo conversioni infidelium insisteret, & scelera populi corrigere satageret, pro fide & Iustitia à barbaris Martyrio affectus, illustrissimum Apostolatus titulum dignissima laureola coronavit, & Mechelburgeni celebri provinciæ decus æternum sanguinis sui purpura addidit. Claruit meritiissimus Mechelburgenium Apostolus, primus Episcopus, & Tutelaris A. C. 1064. *Ex Ioan. Trithem. Hugone Menardo, & Annal. nostr. & Aquila Imperii Benedict. &c.*

S. Ioannes Episc.

Apostolus & Martyr.

In Anglia S. Milburgis Virginis, quæ Mervaldum Merciorum Orientalium Regem patrem habuit, avum autem Pendam, sororem S. Mildradam Insulæ & Monasterii Thanathos sanctimoniam, cujus ipsa non minus spiritu quam carne soror germana, regii splendoris contemptu eminentissima extitit, & vitæ egregia sanctitate, totius generis & Regni effecta singulare ornamentum, post multa pro Christo exantlata, ad amplexus ejusdem æternos assumpta est. Cujus sacrum corpus, post multos à morte annos, repertum est incorruptum; & cælesti odore fragrantissimum. Claruit A. C. 680. *Ex Continuat. Bedæ &c. & Angl. script.*

S. Milburga

Apud Astures depositio S. Ordonii Episcopi & Confess. Hic Sahaguntini per celebri in Hispania Cænobii Monachus, ea & eruditionis & sanctitatis fama celebratus fuit, ut ad Asturicensis Ecclesiæ Cathedram expeteretur, & Cænobio extractus præesse populis cogeretur, qui pridem abjectus esse in domo Dei, omnibus sæculi illecebris prætulerat. Positus autem super candelabrum, longè lateque sancti exempli radios sparsit, exemploque prædicationem (quo in munere, Episcoporum proprio admirandus omnino fuerat,) aptè conjungens, gravissimis pro plebe & Ecclesia laboribus indefessus incumbens, redditus Episcopales, minime ad profanos usus, & cognatorum comoda, sed pauperum maximè sustentationem impendit, errantium, ægrorum, orphanorum curam præcipuam habuit; in eo denique totus fuit, ut omnibus omnia factus omnes Christo lucraretur, ex eo primum tempore, quo erat Episcopus consecratus, ad dignissimam quasi sibi visus damnari servitutem, cum omni proscripro otio & commodis corporis, non aliter saluti subditorum consuleret, quam verus pater filiorum invigilaret emolumento. Cæterum cum esset ut Epitaphium ipsius habet:

S. Ordonius Episc.

Verus Episc.

Epitaphiū.

Obiit. 1063

S. Bartholomæus.

B. Casarius Prior.

Cathedram expeteretur, & Cænobio extractus præesse populis cogeretur, qui pridem abjectus esse in domo Dei, omnibus sæculi illecebris prætulerat. Positus autem super candelabrum, longè lateque sancti exempli radios sparsit, exemploque prædicationem (quo in munere, Episcoporum proprio admirandus omnino fuerat,) aptè conjungens, gravissimis pro plebe & Ecclesia laboribus indefessus incumbens, redditus Episcopales, minime ad profanos usus, & cognatorum comoda, sed pauperum maximè sustentationem impendit, errantium, ægrorum, orphanorum curam præcipuam habuit; in eo denique totus fuit, ut omnibus omnia factus omnes Christo lucraretur, ex eo primum tempore, quo erat Episcopus consecratus, ad dignissimam quasi sibi visus damnari servitutem, cum omni proscripro otio & commodis corporis, non aliter saluti subditorum consuleret, quam verus pater filiorum invigilaret emolumento. Cæterum cum esset ut Epitaphium ipsius habet:

Omnibus in studiis tantum celebratus ut illi

Cederet eloquio Roma disertata suo,

ab simplicitate nihilominus verè columbina commendatissimus, virginitatis insuper purissimo studio mirificè nituit. Præfuit Ecclesiæ annos tantum tres, dies 18. obiitq; A. C. 1063. hâc die terræ commendatus. *Prudent. Sandoval. Aub. Miræus, Hugo Menard. &c.*

Turonis in Gallia, S. Bartholomæi Abbatis, qui ea vitæ morumque integritate fuit præditus, ut frequentissimo ac fertilissimo sanctorum, S. Martini vulgo Majori Monasterio, præesse juberetur, cujus quidem eximiam sanctitatem miraculorum gloria Deus illustravit, ipsumque hactenus die (etsi Cl. Robertus sequentem assignet,) cum aîs 20. Cænobio suo utilissimè præfuisset, ad mercedem laborum sempiternam evocavit. A. C. 1024. *Order. Vitatis, Hist. Angl. libr. 4. Gregor. Turon. Menard. &c.*

In Brabantia B. Casarii Monachi, qui in Villariensi, Cænobio nostris se legibus devovens, insigni vitæ probitate inter optimos præstantissimus, Prior Monasterii creati meruit, eumque honorem strenuo labore, & fructu plurimo plurimum illustravit. In Divino servitio, mirus ejus fervor, & summa religio insigniter se prodidit. Decessit grandævus, cum felici

vocationis hora instante, conversus ad circumstantes, hilaris & gratulabundus in has voces erumperet: *Cantabo cum cantantibus, psallam cum psallentibus, laudabo eum, qui me conjunxit sibi; dulcedo ex ore ejus mel & lac, cumq; his dictis animum Creatori tradidit. Ex Chron. Villar. Chrysoptom. Henric.*

Genæv in Cænobio S. Nicolai de Buschetto depositio B. Nicolai Prioris, miraculis clari. Huic initio conversionis, in Cænobio S. Iustinae, Sacristiam, ut vocamus, curanti, Christus ipse, ea qua cum discipulis conversabatur forma, apparere dignatus est, rara omnino gratia & exemplo memorabili, eadem qua Apostolos olim suos voce vocans: *Nicolae, sequere me.* Neque multo post, missus ad Divi Georgii Majoris Monasterium Venetias, Servatorem denuo in hostia SS. dum sacris operaretur intueri meruit. Ad S. Nicolai de Buschetto Genuam destinatus, triginta quatuor ferè annis ibidem substitit, insigni prodigiorum gloria à Deo honoratus. Obsessum à dæmone illico liberavit, de quo sæpius triumphos insignes retulit. Ab eo, ex Capituli loco in Dormitorium aliquando asportatus, ut inde præceps ageretur, præsidio quamprimum cælestes spiritus habuit, duplici choro distributos, & suaviter occinentes: *Nicolae oramus pro te;* quorum contuitu aliquandiu valde recreatus est. Prior ejusdem Monasterii constitutus, impatiens honoris, cum triennium totum sollicitè admodum, Patres eo munere absolvi rogasset; nec impetrasset; undecim millia Pater & Ave Deo ac DEI paræ, eam ipsam ob causam offerens, miraculosè absolutus est. Charitate, Humilitate & Obedientia mirè excelluit: verè doctus, abundare & penuriam pati, flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus, &c. Mortuus felicissimè in eodem Monasterio de Buschetto A. C. 1456.

B. Nicolaus.

Angelorum favor.

Obiit. 1456.

suprema hæc verba eloquutus: *Diem hominis nunquam desideravi,* miraculis deinceps celeberrimis commendatus, tantis quidem, ut solo etiam vestimentorum ejus contactu infirmi innumeri, & rariore exemplo, à mente etiam alienati prodigiosissimè curarentur. Ex vita, Annal. nostr. Bened. Arn. Duac. &c.

In Monasterio S. BENEDICTI à Castris in Lusitania, B. Eleonora Virginis Sanctimonialis, quæ ex Illustri atque per celebri familia de Correa parentes habuit, nobilior autem servitio Numinis facta, præter virtutes alias, quarum exemplar omnibus

B. Eleonora mon.

bus se exhibuit, Eucharistici inprimis Sacramenti amore ac reverentia, dignissimam maximis gratis se reddidit, & ab illo cibo tam gratioso mirabiliter nutrirī ac vegetari meruit. Cumque post sanctissimam vitam, copiosissimos meritorum manipulos reportasset, & gravissimo laborans morbo ad patriam æternam anheleret, atque ex nimia gutturis inflatione loquelam perdidisset, nec ipsi ea de causa sacrum viaticum præberetur, diro hinc affecta dolore conversa ad Deum & loquendi facultatem obtinuit, & vivificum Christi corp⁹, omni gutturis impedimento miraculosè sublato recepit, interque choros Beatarum Virginum, quæ eam ad cælestis sponsi invitabant thalamum, in pace quievit. Ipsam insignibus prodigiis Numen illustravit, quæ inter hoc etiam celebratur; quod cerei, qui dum ejus funus curaretur, per integrum ferè diem in templo arserant, absolutis exequiis inventi fuerint non solum integri, sed quinta ex parte cera eorum multiplicata, ut postea diligenti inquisitione facta comprobatum fuit. Aperto autem post annos aliquot ejusdem tumulo, suavissimus & verè cælestis odor, è sacris ejus ossibus erumpens, per totum se se templum diffudit. Bern. Brito. Vasconcellius, Chrysoptom. Henriq. &c.

Eodem die felix obitus Venerabilis viri Villani de Maserada Monachi S. Iustine de Padua, qui in Monte Vendæ sive Veneris, post Monasterii probationem diuturnam, ad singularem eremi pugnam ascendens, in loco eodem Ecclesiam ad honorem S. Michaelis Archangeli condidit, & ad finem vitæ ibidem mira innocentia & simplicitate conversatus, non sine opinione sanctitatis decessit A. C. 1212. *Ex monim. S. Iust. Cavatio, Cajetano, Lancelotto, &c.*

Venetis apud Muranum translatio S. Gerardi Canadinensis in Vngariâ Episcopi, ex monacho & Abbate S. Georgii Majoris, Vngarorum Apostoli, Venetorum proto-Martyris, qui aureo sarcophago in Vngaria & magna populorum religione cultus, assiduis denique Venetorum concivium precibus concessus, magna pompa ad suum Cænobium transferendus, in S. Donati apud Muranum interim depositus, iis, qui negotium translationis urgebāt extinctis, decretos pridem sibi & meritos honores, summus ipse Serenissimæ honor Reipubl. & Sagredæ familiæ Patriæ ornamentum æternum, expectat. *De quo nos uberius 24. Sept. & libello vitæ ejusdem Venetiis scripto, nec non in Addit. ad Gerandum Belgam Opusc. priorum parte 1. &c.*

VI. CAL. MARTII.

XXIV. Februarij.

IN Anglia S. Edilberti Regis Cantiorū, quem S. Augustinus Anglorum Episcopus ad fidem Christi convertit, qui licet Monachum professus non sit, nostris tamen Martyrologiis haud immerito insertus reperitur, non solum quia nostrorum opera ad Christi fidem conversus, & sacris Baptismi undis Christo renatus est, sed vel maxime, quia in Regno ipso vitam Monachi egit, adeo totum se illis permittebat, ut nullus magis Monachus ab ore ac nutu suorum pendere superiorum videretur; idem promotor insuper & propagator vitæ Monasticæ longè meritiſſimus, & plurium Fundator Monasteriorum, ita ut confirmandæ ac dilatandæ Religionis Christianæ, & disciplinæ Monachicæ studio potius, quam ulla regnandi libidine sceptrâ retinens, de cætero revera Monachus, iisdem merito, uti in cælis gloria, sic in terris communi memoria adjunctur. Præfuit Regno utilissime annis 56. post vigesimum atque alterum susceptæ Fidei Christianæ annum, obiitque A. C. 616.

postquam nostrorum opera & consilio, Regnum optimis Legibus informasset. *Ex rer. Angl. script. Ven. Beda, Polyd. Virgilio, Matth. Westmonast. Nicol. Harpsfeld. & Annal. nost. &c.*

In eodem Angliæ Regno S. Birnstani Wintoniensis Episcopi. De hoc ita Wilhelmus Malmesburiensis: Birnstanus quatuor tantum annis rex Episcopatum. Illum purissimæ fuisse sanctitatis accepimus. Quotidie non intermissa sedulitate Missam pro Defunctorum requie cantasse: noctibus depulsa formidine solum circuire solitū, pro animarum salute psalmos frequentasse. Hoc cum quadam vice faceret, & expletis omnibus, subjungeret: *Requiescant in pace*, voces quasi exercitus infiniti, a sepulchris audivit, respondentium, *Amen*. Istud mirabilis, quo infrequentius est; mortuos cum vivo levissime sermonem, ne eum officii pigeret, quod tot animabus gratum audiret. Idem Dominici exempli ardentissimus exequutor, pedes egenis omni die, semotis

F.

S. Birnstannus

Defuncti respondent.

arbitris

arbitris lavabat, mensam & cibos apponens, nec minus pro disciplina famulantium reliquias abstergens. Obsequio consummato, pauperibusque dimissis, ad multas ibi remanebat horas, orationibus, ut creditur, vacans. Quadam ergo die pro consuetudine ingressus, nulla antea interpellatus molestia ægritudinis, subito clam omnibus spiritu vitali caruit. Clientes, qui consuetudinem ejus nosset, tunc quoque orationibus eum occupatum crederent, tota die jacere passi, sequenti vero diluculo irrupentes, inveniunt cadaver, sine mente. Conclamatus est ergo, & sepulturæ datus. Sed cives, quod interceptum morte videbant, omnem ejus memoriam oblitterare silentio, nescientes quod scriptum est: *Non potest male mori, qui bene vixerit*. Et: *Iustus quacunquē hora morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*. Correxerat id tamen Divina rectitudo, longo post tempore, succedente Ethelwoldo, cui noctium principio ante SS. Reliquias excubare solito, apparere tres personæ, non in extasi, sed planè in somni, quarum media (unde dignitatem Divi hujus æstimes,) has exprimere voces audita est: Ego sum Birnstanus, quondam hujus urbis Episcopus; hic est Birinus (dextram ostendens) prædicator primus; iste est Swithunus, specialis hujus Ecclesiæ & civitatis Patronus. Noverisque, quod sicut me cum eis hic vides in præsentia, ita cum eis in cælo non dispari fruor gloria. Curigitur fraudor honorificentia mortalium, qui magnificor, confortio cælestium spirituum. Quibus dictis evanuit. Ita Malmesburiensis, fuitque celeberrimum deinceps Birnstani apud Anglos nomen, & festa memoria, quem ab ipso Numine constabat Birino & Swithuno, gloria comparatum. *Ex divers. rer. Angl. script. & Vilh. cit.*

Mortitur repente.

Visio Sanctorum.

Colitur eius memoria.

B. Bartholomæus.

Medicus, multo feliciter in Cænobio exhibuit, felicissimum & Pastorem & medicum se comprobans animarum; præter alia virtutum egregia opera, & varia miracula, omnem medicorum artem longè transgressus, cum mortuum Cænobii famulum miseratus, eundem suis orationibus prodigiosissime ad vitam revocasset. Obiit vir Sanctus A. C. 1458. gravissima ante infirmitate excoctus, patientia probatus, & ad coronam æternitatis præparatus. *Ex Ang. Manriq. &c.*

In Hibernia S. Cuminei Abbatis & Confessoris, qui ex primaria ortus nobilitate, flos ipse nobilitatis, seipsum Numini sponte consecravit, & cum summa excelleret virtutis opinione Abbas Hiæ-Columbæ eligi meruit. Fuit eruditionis laude celebrer, aliaque inter præclare gesta libellum egregium pro Romanâ Ecclesiâ, de controversia Paschali scripsit & Christi anno 668. ex hac vita excessit. *Ioan. Colgan, Annal. nost. &c.*

In Monasterio Claravallensi, B. Desiderii Conversi, Melliflui Doctoris nostri discipuli, qui Benedictam Matrem Virginem, unicam Ordinis Tutelarem intimo cordis affectu coluit, eique gratissimum toto vitæ suæ cursu famulatum exhibuit. Vnde & à piissima matre specialiter dilectus, & singularibus ab eadem favoribus est honoratus. Peculiare omnino istud: Cum aliquando ipsa nocte Assumptionis B. M. V. ad custodiam ovium in sylvis maneret, oculosque ad cælum dirigens, salutationem Angelicam repetendo, venias venias, suspiria suspiriis superadderet, totamque noctem, ac sequentis diei partem, summa devotione transigeret, magnus ille Bernardus divina revelatione de Desiderii apud DEIPARAM meritis edoctus, rem porro tegere cum non posset, ipso statim festo, convocatis Fratribus, revelavit, sic inter alia loquutus: *Verumtamen scire vos volo, unum ex minoribus & simplicioribus Fratribus nostris Conversis, quem obedientia hac nocte in montibus & sylvis, tanta festivitatis gaudia celebrare coegerat, tam jucundum tam devotum, tam festivum Domine nostræ exsoluisse servitium ut nullius nostrum, quantumcunque suspensa contemplatio, seu intenta devotio, ipsius devotio, quam non alta contemplationis, sed submissa sanctæ devotio nis humilitas, perferri potuerit, &c.* Exacta autem sanctissimè vita Desiderius, desideratissimus DEIPARÆ famulus, cum jam morti proximus extremum ageret spiritum, eandem piissimam Angelorum

Mortuum excitat.

S. Cumineus Abb.

B. Desiderius

DEIPARA gratus.

Elogium.

Felix obitus

Reginam, multiplici Beatarum mentium circumstipatam cohorte, eumq; ad aternam patriam vocantem conspexit; quam hilari ac placido vultu, omnibus Fratribus circumstantibus valedicens, & Divi Bernardi, qui præsens aderat benedictione munitus, sequutus cum eadem ad felicitatis sine fine mansuræ gaudia transivit. *Joan. Alvar. Celsæ. Episc. Manr. Montal. &c.*

In Monasterio Alnensi B. Simonis Conversi, spiritu prophetico illustrissimi. Is, spectaculum insigne, Deo & Angelis, & hominibus factus, ex Illustrissimo Geldria Comite humillimus Alnensis Cænobii conversus, & opilio, miraculū stupendæ humilitatis, sed & sanctitatis eximia univervo extitit. *Vir fuit in diebus suis potens opere & sermone, prophetico spiritu, revelationibus & admirandis signis celeberrimus, cui Deus arcana caelestia, & hominum cogitationes patefecit.* Ejus opera, ipsa Cælitum Regina uti dignata, cum Innocentius III. ad instantiam Cruce signatorū, quadragesimā partem omnium rerum mobilium, generali Decreto à Religiosis exigeret, & quod sacra familia nostra Cisterciensis tergiverfaretur, gravius indignatus esset; de occultis siquidem Innocentii Simonem suū edocuit, simulq; obitum ejusdem illi prænunciavit, qui visione Pontifici indicata, eundem nostris non reconciliavit solum, sed ad eō insuper benevolum reddidit, ut insigni privilegio super alia, primo omnium negotia sacræ illius Congregationis deinceps in Curia expediri decreverit. Maximi fecit Simonē deinceps Innocentius, & raro sanè exemplo, Fratrem Conversum A. C. 1225. ad Concilium Lateranense convocavit; cumq; nosset, ipsum secreta animorum mirificè penetrare & cognoscere, eum ad sacros conatus est Ordines promoveri. Restitit totis viribus, magnus Mundanæ gloriæ triumphator, & ut in sua abjectione vitam exigere permetteretur, ab amantissimo sui Pontifice impetravit. Ne tamen tot peccatorum salus, quot postea per ipsum cōversi sunt, periclitaretur, jussit Innocentius, ut ij, quorum conscientias Deo revelante cognoverat, à quocunque Sacerdote ipse vellet, plenarie ab omnibus casibus, ut vocamus, absolutissima potestate absolverentur. Simon tandem, inexplicabili meritorum thesauro opulentissimus, cum plurimos ad solidam conversionem, scelerum confessionem & veram poenitentiam, occultissima quævis, non secularibus solum, sed & Religiosis, & totis Congregationibus patefaciendo, provocasset & concitasset, sed & Curiam

Romanā, Ordinem, imo Ecclesiam universam, egregiis virtutibus mirabiliter illustrasset, ad coronam æternitatis vocat9, obdormivit in Domino, cujus sacrū corpus summo cum honore servatur in Monasterio Alnensi, & solemnioribus diebus, publicæ venerationi cum aliis SS. Reliquiis exponitur. Claruit 1220. de quo sic per vetustum elogium:

*A Spiritu supremo
Donis, solo saloq;
Præclarus extitisti
Eo plurimis adauctus
Virtutibus coruscans, &c.*

Elogium.

Ex Francisco Mosco, Gaufrido Villar. Cæsario Histerbac, Ioanē Molano, Henriquez. &c.

Eodem die Dedicatio Ecclesiæ S. Dionysii extra muros Parisienses, ab ipsomet Christo Domino, de quo Archisterii ejusdem Regii monumenta: Parabantur incredibili apparatu, Episcoporum, Principū, Cleri ac populi frequentia, Dedicatio mox sequitur necessaria, cū permittentibus templi custodibus, solus leprosus quidā ulceribus plenus, recipiendæ spe sanitatis, an religionis prætextu, in Basilica, pernoctaret. In Christū Dominū ipsum, niveis indutum vestibibus, ministrantibus Petro & Paulo Archiapostolis, Dionysio & fociis Martyribus astantibus, Dedicatio peragentem mysteria, ejusq; Consecrationis signa luculenta, parietibus imprimenter intueri meruit. Iussus à Christo, Episcopis rem totam referre, atq; nequid porro auderent, admonere: *Et quis, inquit Domine mi, dictis meis crediderit, qui mortali-um miserrimus & abjectio plebis, apud homines testandi locum nō habeo, quem nosti elephantia peste deformiter laborare?* Curavit admota illico manu leprosum Dominus, & grandi miraculo solutam pellem leu cutem, in lapide quodam Ecclesiæ destituit, quiq; homini nollent, operibus Dei fidem habere jussit. Retulit Dagoberto Regi & Episcopis rem totam leprosus nitidissimus, & exuvias ostendit. Indubitātū & evidens præbebant testimoniū decoriati vultus indicium, cutis detractæ lineamenta aptissima, aurium, palpebrarum, oris, narium, suis quæq; locis manentium imarcida. Parietes demum ipsi Divinis insigniti manibus, quæ signa nec abolita, nec abolenda in hodiernū usq; diem ostenduntur, summa deinceps celebritate, Dedicatio ej9 memoria à Dagoberto Rege & Gallia Episcopis impetratā & comendata. *Ex Chronicis S. Dion. & Parisiens. Vincent. Beluacens. Anton. Florent. Ant. Iepesio, Annal. nost. &c.*

Curatur mirè leprosus.

V. CA.

XXV. Februarij.

G.

S. Aldetrudis

In Cænobio Malbodiensi, S. Aldetrudis Virginis Abbatissæ. Hæc Illustrissimis genere ac virtute edita parentibus, patrē Vincentium potentissimum Hannoniæ Comitem, matrē Waldetrudem habuit, utrumque relicto amplissimo Principatu cucullū amplexos, & Christi paupertate factos divites, egregia vitæ conspicuos sanctitate. Quibus ne ullo modo indignior Aldetrudis appareret, generosissimo & ipsa contemptu calcatis honoribus opibusq; ac deliciis Sanctissimæ Aldegundi Malbodiensi Abbatissæ materteræ suæ sese submittens, ea deinceps vitæ dignitate atq; sanctitate excelluit, ut à morte illi9, comūni fororum plausu, succedere sit coacta, quem honorē admirandis virtutibus mirè exornans, non tam verbo suas edocuit, quam prævit exemplo, & sanctitatis famā Belgiū universum percelluit, eoq; æternum apud eas provincias cultum promeruit & venerationem. Ejus alia inter, puellæ etiamnū, dignum æterna memoria Obedientiæ exemplum fuit; cum jussa ab Abbatissa, ut fragmenta & reliquias cereorum, paupertatis studio colligeret, & colliquefacta in unam massam cogeret. Collegit puella in vas æreum & rōgo imposuit. Sed cum prædominante flamma, strues lignorū jam combusta concideret, sed & candens sartago in alteram partem præcipitaret, ignisq; ebulliente cera fomento auct9 magis magisq; invalesceret; timens Aldetrudis, nequid damni gravioris exōrretur, armata fide, nudis manib9, & brachiis exertis, Illustrissima & tenerima puella, de medio flammarum nimis quantum exardescentium bullientis ceræ vas sustulit, & absque ulla cutis delicatissimæ læsione in pavimento deposuit. Fuit fitientissima sacræ doctrinæ atq; exhortationum, & ad pedes Aldegundis materteræ, non secus atq; ad Christi Magdalena perpetuo affedisse memoratur. Claruit circa A. C. 840. Ex Ioan. Molano, Aub. Miræo, & diversis rer. Belg. script.

Omnia deservit.

Insigne miraculum.

Claruit 840.

S. Leobard. Abb.

In Alsatia natalis S. Leobardi Abbatis, discipuli S. P. N. BENEDECTI; qui inter primos tanti Patriarchæ alumnos, in sanctissimo illo Ordinis & orbis Archisterio Casinate educatus, stupendis cum ejusdē Magistri, tum condiscipulorū exemplis, ad ardua quævis virtutū concitatissimus, cum & propagandæ Fidei zelo, & promulgandæ longius latiusq; disciplinæ Mona-

sticæ studio plurimum ferveret, primus è Casinatibus, cū fociis sanctissimis Aman-do & Valeriano, ad ferocissimos etiamnū Germaniæ populos se contulit, & lucrari eosdem Christo conatus, in Alsatia confedit, ubi cū plurima pro Christo incommoda sustulisset, pericula superasset, conditodemum ope Childeberti Regis, ad honorem SS. Petri & Pauli Apostolorū, nec nō S. Martini Turonensis Episcopi propè Tabernas Cænobio, in eodem vitam sanctissimè exegit, & profundius etiamnū in Idolomaniæ tenebris, & barbarici vastitate demersam provinciarū nobilissimam Alsatiam imortaliter demeruit, sanctorumq; splendoribus illustravit. Superstes ad annum usq; Christi 560. à quo Cænobium aliquandiu Leopardi Cella (vulgo Lewartzell.) deinceps a. à Mauro restauratore S. Pirminii discipulo Mauri-Monasterium (Maursmunster) appellatum est. *Ex monim. Casin. Mauro Marchesio, Cajet. Iod. Coccio, Menardo, Chronico Alsatia & Argentin. Annal. nost. Ord. & German. &c.*

Condidit Monasteriū

Claret 560.

In Helvetia, Monasterio Montis Angelorū, vulgo Engelberg, depositio S. Adilhelmi Abbatis & Confessoris. Adilhelm^m sive Adilhelm9, primus Angelomontani Cænobii Prior, ac dein Abbas ab ipso Fundatore loci Conrado Barone de Seldenbueren constitutus, tanta vitæ sanctitate enituit, ut ejus Magisteriū, ipse Conradus exambiret, abdicatisq; sæculi illecebris atq; opibus universis, eidem sese non solum subiceret, sed & obediendo vitam deniq; cū sanguine profunderet. Fuit rigidus admodum sui corporis tortor, quod vigiliis, inedia aliisq; voluntariis afflictionibus & suppliciis, duriter & imifericorditer habuit, cum tamen in alios pius admodum & misericors existeret. Claruit & vivus & mortuus insigni miraculorum gloria, nec nō spiritu Prophetico effulsit, quoniam nimirum tres profligatoris vitæ Abbates per breve tempus proximè successuros, his autē optimos & sanctitate conspicuos substituendos, disertè prædixit ac prænu-
ciavit. Mortem felicem oppetiit propè nonagenarius 5. Cal. Mart. A. C. 1031. cujus in hodiernā usq; diem sacrum corpus apud incolas exterosq; ob raram miraculorum virtutem præcipua habetur in veneratione, è cujus etiam hodie tumulo, plurimi miram, eamq; suavissimam ac celestem quandam odoris fragrantiam, percipi-

S. Adilhelm^m Abb.

Spiritu prophet. clarus.

Ob. 1031.

N 3

cipe

Ejus opera utitur B.V.

Ad Conciliū vocatur.

Cogitationes cognoscit.

cupere consueverunt. *Ex monim. ejusdem Cænobii, & Constantia nostra Bened. &c.*

In Montibus Aquilanis apud Pontem Ferratum Hispania in Monasterio B. Petri depositio S. Valerii Abbatis Benedictini, qui post S. Fructuosum, illud Rupianum in quo vixerat Eremitorium reparavit, ubi post exempla vitæ sanctioris Monachis data plenus dierum & bonorum operum Confessor Mirabilis migravit ad Dominum. *Ex Martyr. Hisp. Joan. Tomaj.*

B. Adam
Abbas.

In Germania depositio B. Adami Abbatis Ebracensis, qui Morimundensis prius Cænobii Monachus, Arnoldum Abbatem suum, cum Ebrardo & Conrado melioris notæ Monachis sequutus, cum nescio quo pietatis prætextu, per omnia superioris atque inferioris Germaniæ Cænobia vagaretur, haud levi mœrore Mellifluum Doctorem Bernardum affecit, qui ipsum gravibus literis interpellatum facile permovit, & ut quietem cellulæ, vagis ejusmodi discursibus præferret impetravit. Reversus proinde, vitam postea sanctissimè instituit, summisque ad perfectionem progressibus, ut Abbas primus Ebracensis Cænobii designaretur, & velut fundamentum sanctissimi illius ædificii poneretur, meruit. Quo in loco egregiarum virtutum exemplis utilissimè discipulos informavit, & sancta æmulatione accendit. Fuit ob magnam sanctitatis famam latè celebratus, eoque nomine Conrado Imperatori, cæterisque Germaniæ Principibus eximie charus, qui ipsum præcipuè suspexerunt & venerati sunt. Mortuus est in eodem Ebracensi Cænobio A. C. 1161. ubi tanquam Sanctus in hodiernam usque diem honorificè colitur. *Henriq. Miræus, Bruschius, Baron. &c.*

Cæsari-
charus.

Eodem die S. Walpurgæ Virginis, quæ illustri admodum genere edita, fratrem germanum habuit Luthardum Paderbornensem Episcopum, & in Hersverdensi Cænobio, quod suis ipsa sumptibus condiderat cucillum induta, æternum Cænobii sui facta speculum, & sacrarum Deo virginum exemplar, illud longe firmius sanctitate stabilivit, quam opibus & lapidum fundamentis. Claruit A. C. 840. *Ex Mart. Bened. Arn. Duac. &c.*

S. Walpur-
gæ Virgo.

In Germania B. Methildis virginis, quæ sanctissimo Cisterciensium nostrorum Instituto se devovens, sanctis operibus & egregiis virtutibus insignis effulsit. *Menol. Henriq.*

B. Methild.

Herbipoli S. Burcardi primi ejusdem civitatis Episcopi, qui Franconiam universam mirificè demeruit, ejusdem provinciae & Cathedralis Ecclesiæ à morte adoptatus Tutelaris. *De eo hæc die Galestinus & alii, nos cum Francombus 14. Octob.*

S. Burcardus

In Gallia translatio S. Fursei Abbatis. *Translatio S. Fursei.* Fibeani Hiberniæ Regis filii. De quo copiosius die Natali ipsius 16. Ianuar.

S. Ianuarius

In Monasterio Casinati, S. Ianuarii Monachi lectissimi, discipuli S. Guinizonis, obedientia & abstinentia insignis, ni-

IV. CAL. MARTII.

XXVI. Februarij.

S. Victor
mon.

In territorio Archiacensi, Victoris Monachi & Confessoris, cujus laudes S. Bernardus conscripsit. Victor dignè suo deinceps nomine, infans materno etiam nullo latens utero, inferis ipsis terrori jam fuit, quippe ab ipsis præcognitus & jam tunc ex nomine designatus, qui metus ac trepidatio cacodæmonum argumento fuere, victorem intra matris etiam nullo latentem viscera, Divina præventum gratia,

præmatura nimis initia admirandæ sanctitatis jam tunc habuisse; ut minimè vano metu, de sequitur ætatis progressibus, ille boni omnis pessimus osor ominaretur, sibi que ac Regno suo, grande malum prælagiret. Fuit autem in vita omni Victor, ut verbis Melliflui Doctoris utamur: *Disciplina vigor, sanctitatis speculum, vitæ forma, virtutis insigne.* Miraculorum admiranda gloria, tam vivus quam mortuus,

Elogium
summum,

à Nu-

Numine mirabiliter illustratus. Admiratione dignissimum illud, in eremo agente non vitem, sed fontem vina prodigiosè edidisse ac ministrasse. Neque minus dignum, mensæ ipsius frugalitatem, caelestem & jucundissimam Angelorum Musicam condidisse, & exornasse. *Enituit, autem, tanta animi corporisque puritate, ut calis patentibus, raro prodigio, carnis oculos, superno insigere lumini, videre visiones Dei, Angelico mulceri alloquio & cantico, sed & doceri oraculo mereretur.* Sed Bernardum super tanti Sancti imitatione audiamus: Hæc atque similia, in Sancto homine veneramur & æmulamur. Studeamus moribus conformari, cui in mirabilibus similari, etsi volumus, non valemus. *Æmulemur in viro sobrium victum, devotum affectum; æmulemur mansuetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatem, ponere frænum iræ, & modum linguæ, dormire parcius, orare frequentius, commonere nosmetipsos, psalmis, hymnis, & Canticis spiritualibus, diebus jungere noctes, & Divinis laudibus occupare. Æmulemur charismata meliora. Discamus ab ipso quod mitis & humilis corde fuit. Æmulemur inquam, quod liberalis fuit in pauperes, jucundus ad hospites, patiens ad peccantes, benignus ad omnes, &c.* Hæc pro instructione Arremarensum Monachorum, festum Patris & Patroni sui anniversaria memoria hac die colentium Bernardus; de cujus gloriosissima anima in cælis triumphante, alio sermone asserere non dubitat: Sedet media Angelorum, digna planè eorum consortio, quorum desiderio flagrat, puritate nitet, castimonia decoratur. Sedet inter Apostolos vir Apostolicæ gratiæ. Nec est quod se abscondat à cuneo Prophetarum, qui quem illi prædixerunt, glorificavit & portavit in corpore suo. Neque se putat à victoriosis Martyrum choris victor noster arcendū, qui duro & diuturno Martyrio viventem sui corporis hostiam immolavit &c. Ut de laudibus tanti viri addere quidquam minimè præsumamus. Sepultus est in suo Arremarensi Cænobio, à se deinceps S. Victoris cognominato, ubi sacræ ejus Reliquiæ, in hodiernam usque diem, summa fidelium veneratione aservantur. *Molan. Raiff. Baron. Arnold. Duac. Hugo. Menard. &c.*

B. Maurilius.

Eodem die, depositio B. Maurilii Fiscaviensis seu Fisanensis Monachi, multis virtutibus, & abstinentiæ in primis laude

conspicui, qui post vitam religiosè exactam, invalescente vehementia ægritudinis, in mortem concedens, cum medium jam ferè diem mortuus jacuisset, vitæ restitutus, circumstantes ad perfectionis studium exhortando mirificè concitavit. Quæ vero sibi à morte evenissent recitans: variè se circumductum, retulit, & quod venialia quædam peccatilla minus in se observasset, visione dæmonum territū affirmavit, modo autem ad æternitatis felicissimæ solatia & præmia se pergere dicens, cumque dicto rursus se collocans & ut mortuus fuerat; componens, felicem denuo animam exspiravit. Cujus sacrum corpus, in Basilica Cælitum Imperatricis honorifice conditum, divino, ut ajunt, miraculo, & quidem vix antea & post audito, tribus diebus altius super terram elevatum mansit. *Ex Andr. Bamberg. Vincent. in Spec. Hist. Annal. nostr. Bened. &c.*

Vita reddi-
tur.

Rursus mor-
tuitur.

In Monasterio Beluensi S. Radconis Monachi & Martyris, qui anno Christi octingentesimo octuagesimo octavo Danis Christianæ Fidei hostibus, longè lateque grassantibus, & Cænobia in primis aliaque sacra loca, & viros Religiosos barbaro & infernali odio appetentibus; ab iisdem captus & crudeliter interemptus, ad Martyrum triumphos laureatus ascendit. *Ex Monast. ejusdem monim. & Hugon. Men. Observat. ad Martyrolog. Bened.*

S. Radco.

Fit Martyr.

In Anglia S. Milgithæ Virginis. Hæc regio orta genere Mereualdum Merciorum Regem patrem habuit, matrem egregia sanctitate Ermenburgam Regiam, Ermenredi Cantix Principis filiam, quæ monasticam postea vitam, contempto & relicto Regno professa, uti stupore universos reddidit attonitos, sic filias suo exemplo mirificè accendit; quarum altera alteri digna æmulatione velut invidens, ut quælibet honorem & fastigium regium generosissimè fastidivit, sic servitium Christi sollicitè exambiit. Milgitha Wenlochii primum apud S. Milburgam, atque ut videtur etiam in Tanatho aliquamdiu apud S. Mildredam, sorores suas, educata, ita exemplo earum instituta profecit, ut nihil deinceps alterutri cederet vitæ sanctitate. Vixit virgo felicissima circa A. C. 675. in Cænobio Virginum, quod haud procul Cantuaria S. Ethelbertus Cantix Rex ædificavit. *Ex diversis rer. Anglic. script. VVilh. Malmesbur. &c. Hugone Menardo, Iepeso, &c.*

S. Milgitha

Claruit 675

In Hibernia natalis S. Talmachi Monachi,

S. Talmachy

nachi, discipuli S. Brandani Abbatis, qui dignissimus tanto Doctore alumnus, et si omni virtutum studio, magistri sedulo confectaretur exempla, singulare tamen ipse miræ obedientiæ, & simplicis innocentiae magnis miraculis comprobatarum exemplar & speculum extitit; iussus aliquando à Brandano portam fortiter obferatam, absq; clave aperire, quod dum cæcus obedientia discipulus molitur, grandi quamprimum prodigio, feris non solum reseratis, sed neq; ultra apparentibus, ostia patuere. Idem beluam pecoribus & hominibus exitialem, iussu ejusdem Abbatis sui aggressus, dormientem etiam excitavit, & manibus ad collum admotis, impellens, ac velut animal quoddam domesticum minans, ex loco cum catulis ejecit, nemini deinceps noxiam. Ut nemo non Miracula hæc Obedientiæ non Miretur. *Ex rer. Britan. script. vita S. Brandani, Ioan. Colgano, Steph. Vito, &c.*

Obedientia
miracula.

B. Guilhelmus

In Hannonia B. Guilhelmi, Olivetani Cænobii Conditoris, qui Angelica admonitione edoctus, eremum adiit; ubi à Christo ejusque gloriosa Genitrice cæli Regina, & Angelis Sanctis frequenter visitatus, & recreatus, ad summam perfectionem conscendit, & dæmones, à quibus importunè vexabatur, & velut alter Antonius, nunc elegantissimis lascivientium puellarum formis, nunc monstrorum irruentium & sevientium horribilibus larvis, vi, & terroribus illudebatur, sed & plagis ad deliquium usque animi cædebatur, confusus & victos patientia, fide atque constantia triumphavit. Fuit juratus ipse sui corporis hostis, cum multo tempore bestiarum more, manibus & pedibus reptando incederet, oculos sursum ad cælum tollere non præsumeret, & ad construendum ædificium, quæ alii dorso imposuerant onera, hoc modo deportaret. *Sæpe etiam, hyemali præsertim tempore, in alveum cujusdam rivuli se projiciens, tandem ibidem substitit, quoad frigoris asperitate, & glaci pondere penè opprimeretur; unde primum egressus, ut frigidus atque rigidus prodierat, ad templum se recipiens, pectoris concussione atque contrusione, sed & celeri genuflexione ad nimium usque sudorem, & quod mirum est, vestium exsiccationem, corpus suum variè agitare consuevit, ut si quis ullus, ingeniosus non solum sui corporis tortor, sed & proprii honoris protritator fuisse videatur. Claruit insigni miraculorum*

Alter Antonius.

Mira penitentia.

gloria, & Anno Christi 1240. miramentis perfusus suavitate ex hac vita discessit. *Ex monim. Cænobii Olivet. Arnoldo de Raiffé, Chrysofom. Henriq. Annal. nostr. Benedic. &c.*

In Gallia Monasterio Claravallis B. Andreae Monachi & Confessoris, qui cum Canonicus atque Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ Virdunensis esset, celebri Claravallensium fama illectus, eo contendens, precum suffragia tam piæ Congregationis imploraturus, Capituli fortè locum ingressus, felicissimæ illius multitudinis ordine & Angelico quasi conspectu mirificè succensus atque mutatus, nihil porro inhiantius desideravit, quam cucullum amplecti, & tam sancto collegio associari. Susceptus pro voto, acerbam primum cum carne luctam habuit, cui cum jam penè succumberet, evidenti

B. Andreae.

Tentatio.

Numinis gratia, non sine prodigio revocatus, & confirmatus est. Delicatus siquidem cum esset, & ferventioris tunc observantiæ rigorem minus ferret, jamq; ad remissioris disciplinæ Congregationem declinare statueret, precibus B. Roberti Abbatis tantum tribuit, ut triduum subsistere annueret, Roberto interea Numinis opem sedulo flagitante, quæ minime defuit, & piscorum ferculum, quod nimium ante fastidierat, adeo suavè Andreae reddidit, ut delicatissimarum carniū, & piscium saporem, longe superaret. Indicavit post mensam Abbati rem novam, diligentique inquisitione facta, deprehensum, præter aquam & sale, nihil in ferculo illo fuisse condimenti. Sensit multo deinceps tempore celestis illius condimenti in fabis appositis præstantiā, neque jam corpore solum, sed animo resectus, in Cænobio eodem constantissime perseverans, cum magna demum sanctitatis opinione è sæculo migravit. *Ang. Manriq. Henr. Gran. Barn. de Montalbo, Henriq. &c.*

Mira re-
creatio.

In Cænobio Spanheimensi S. Mechtildis Virginis. Hæc Bernhelmi primi Abbatis Spanheimensis soror, annos 29. pro Christi amore inclusa, septem quidem primis annis prope S. Albani Moguntiae Cænobium, postea autem propter majorem quietem & solitudinem, de licentia Abbatis sui Spanheimium transportata, maximis virtutibus operam dedit, & miri rigoris bellum perpetuum corpusculo indixit, continuatisque ac junctis jejunio orationibus ad finem usque vitæ constan-

S. Mechtild.

constantissime in heroico proposito perseveravit. Cujus viventis etiamnum sanctitati, magna & sanctissima illa Hildegardis nostra testimonium illustre perhibuit. *Ex Philippo Segnino, Chrysof. Henriq. &c.* Auditi sunt in felici ejus ex hac mortalitate transitu, suavissimi Angelorum musici concentus, & variæ visiones ostensæ. Migravit ad sponsum A. C. 1154. in Cænobio Spanheimensi sepulta. *Ex Chron. Hirsang. Ioan. Tribem. Arnoldo Duaceno, Annal. nost. &c.*

Musica celestis.

B. Theodoricus.

In Monasterio Novocastræsi, B. Theoderici monachi & Confessoris, qui à Domino in benedictionibus dulcedinis præventus, consummatus in brevi explevit tempora multa, & plenus bonorum ope-

rum, in ipsa juventute raptus in cælum, Gunthero collegæ suo apparens, æterna se perfrui beatitudine indicavit. *Ex Philippo Segnino, Chrysof. Henriq. &c.*

In Cænobio Strombergenensi depositio B. Arnaldi B. Arnaldi Conversi. Hic Waltheri de Bierbach in sæculo famulus, insignis miraculi spectator, hero inter Monachos adscripto, & ipse sacræ familiæ nomen dedit, in qua multa pietatis exempla relinquens, sancto sine decessit. *Ex Casar. Heisterbac. & Menol. Cist. &c.*

Eadem die celebratur à nonnullis Divæ Mechtildis Elpedianæ, quæ soror fuit Magnæ Gertrudis, festum, de quo nos alibi, ex aliorum opinione 19. Novemb.

S. Mechtild.

III. CAL. MARTII.

XXVII. Februarij.

B.

S. Leander.

Hispalis in Hispania natalis S. Leandri ejusdem civitatis Episcopi, cujus prædicatione & industria, Visigothorum gens, adjuvante Recharedo eorum Rege, ab Ariana impietate ad Catholicam fidem conversa est. *Mart. Rom.* Leander, Regio natus genere, Severianum Ducem patrem habuit, avum Theodoricum Ostro-Gothorum & Italiæ Regem. Divinorum amore à puero delectatus, ita ut Regii generis splendorem, divitias, delicias, pompas, omnia quam longissime postponeret. Monachum in Legionensi S. Claudii Cænobio professus, fratres germanos, Isidorum atque Fulgentium, nec non Florentinam sororem, exemplo sanctissimæ vitæ, ad parem periturorum contemptum accendit, illis exemplo fratris, eundem S. P. N. BENE DICTI Ordinem professis quibus duplici nomine frater verè germanus, sed & instructione atque exemplo pater effectus est; universis de in pari ut professionis, sic & sanctitatis laude celebratis. Fuere Leandri de Hispaniarum Regnis, & Ecclesia univerla, ingentia plane merita atq; admiranda: quippe Cænobio, ad Cathedram celeberrimam Hispalensem extractus, in hoc unum semper incubuit, ut Visigothorum populos, Hispaniam tunc incolentes, ab Ariana Hæresi, labe & tabe infectos, ad S. R. E. gremium adduceret, & Christo conciliaret. Effecitque tandem miro labore ac industria. Namque non solum Leovigildi Regis filium, suum ex sorore nepotem Hermenegildum, (patre Hæreseos Arianae venenis infectissimo etiamnum super-

Genus regii.

Hæreses pro-
figat.

stite) ad fidem Catholicam perduxit, sed & acri prælio eidem à patre imminente, animavit, captumque postea, ad gloriosam Martyrii coronam generosissime capefendam incitavit. Cujus tam chari nepotis morte, tantum abest ut contristatus sit, ut in ea etiam gloriæ & delectationis plurimum posuerit. Neque territus ea tam rigida patris in filium immanitate; dehinc propagandæ Fidei multo avidior, prius nō conquievit, quam irremissis labore, vigiliantia, industriaque, Hæresim prorsum everteret, universamque Visigothorum gentem, cum Reccaredo eorum Rege & Batta Regina, summo totius Reipubl. Christianæ, & Magni præcipuæ Ecclesiæ Doctores Gregorii nostri plausu, Christi Fidelibus aggregaret. Vel ipso quidem Leovigildo, constantia, patientia, ac magnanimitate tanti Pontificis victo, & fatali in lectulo, eundem evocante, atq; ipsi, non sine maxima omnium admiratione, Reccaredum filium alterum (nunc primum memoratum Regem) comendante: *Ita in ipso quoque saceret, qualia in fratre ejus (Hermenegildo iussu patris occiso) exhortatione fecisset.* Præfuit idem Leander Romani Pontificis nomine, celeberrimo Generali Concilio Toletano, ad Arianam Hæresim funditus extirpandam congregato, & eximiis, ac velut inexhaustis dives meritis, ad cæli triumphos ovans ascendit A. C. 603. Fuit cultor Deparentis Virginis eximius, cujus imagine quadam, tantorum quasi præmio meritorum, Magno Greg. donatus, eam in Guadalupensi Basilica constituens, celeberrimam illi & Principis in Hispania, post

Regem con-
vertit.

Movitur an-
no 603.

B. M. V. hono- rem promo- vet.

post Montferratensem, peregrinationis & cultus Cælitum Reginae religiosissimi atq; æterni Author fuit; continuata deinceps ad imaginem eandem, miraculorum grandium atque beneficiorum amplissimorum perpetuitate; cujus in hodiernam usque diem, toto terrarum orbe nomen ac fama, summa fidelium gratulatione celebratur. Reliquit ingenii felicissimi Leander, dignissima monumenta, duos præcipue libros in ipso exilio, quod Christi & Fidei causa patientissimè tulerat, miro zelo atque magnanimitate scriptos, quibus Arianam hæresim potentissime ac gloriosissimè debellavit: *Apostoli Hispaniarum*, post Iacobum Apostolum, *verè maximi*, titulo dignissimo, pro meritis honoratus, & præcipuos inter Regnorum illorum Tutelares cooptatus. *Ex libro vite ejusdem. Prudentio Sandovallo, Vasco, Mariana, Iepesio, Ambr. Moral. Tarapha, Honorio, Vincentio, Villega, Baronio, Annals. nostr. Benedict. & Ephemerid. Mariano Benedict. &c.*

B. Ioannes Abb.

In territorio Metensi B. Ioannis Abbatis Gorziensis. Hic Vinderiæ, villa regia, parentibus haud obscuris natus, Metis primum, in Monasterio deinde S. Michaëlis supra Mosam literis operam navavit. Perfectè Deo servire cupiens, summo rigore vitam aggressus, Inclusorum nostrorum Institutum elegit, & ad S. Salvatoris Metense Cænobium inclusus, ob incommoditatem loci, Viridunum se contulit, & cum B. Humberto ibidem Incluso, de vitæ ratione instituenda tractans, peccata eidem omnia confessus, carnibus deinceps perpetuo abstinuit. Casinum postea, atque alia sacra loca visitavit, ac tandem in patriam reversus, Cænobiticam in Gorziensi monasterio professus (ad cuius restorationem, plurimum antea contulerat) Einoldo Abbati humillimè se subdidit, seque in omni humilitate, patientia atque obedientia omnibus probavit. Domesticæ rei curam habere iussus, ita habuit, ut animi minimè negligens ad summam vitæ perfectionem, etiam externas inter occupationes, ascenderet. Abbas postea constitutus, mira sanctitate discipulis præluxit. Corpusculum suum duriter admodum habuit, singulari autè abstinentiæ virtute præditus, totum sæpe diem, & biduum nonnunquam, salvistamen viribus, sine ullis cibo ac potu transiegit. Sæpius autem pane solo ac frigida contentus, omnem in refectione animi sacra curam ac delectationem posuit, ma-

Inclusus.

Rigor vitæ.

ximosque ea vitæ ratione in virtutum studio progressus fecit. Claruit vir sanctus A. C. 930. & appetente vocationis hora, no 930. sub initium Quadragesimæ febrtentat9, quinta ægritudinis die, solutis carnis vinculis, libertati filiorum Dei æternæ assertus est. *Ex monim. Gorziens. Hugone Menardo, &c.*

B. Emmanuel.

In Frisia B. Emmanuelis Cremonensis Episcopi, miraculorum & meritorum copia illustrissimi. Is Ducali natus prospia, nobilitatem sæculi, inter detrimenta spiritus reputans, servitutum Christi inhiantissimè exambit, & in S. Bernardi Frisæ Monasterio cucullum indutus, admiranda deinceps sanctitate enituit; & ab Angelica potius, quam humana conversione, celebratus fuit. Excelluit assidua celestium rerum meditatione; & quanto, in hoc ipso, & magnis virtutibus eminentior erat, tanto demissius de se sentiebat, atque infra omnes se deprimebat. Cum autem infinitis, ut Seguinus habet, miraculis effulgeret, invitus ac reluctans, ab otio dulcissimo sacre Contemplationis avulsus, ad Cremonensis Pontificatus cathedram extractus, præesse iussus est, qui omnibus subesse elegerat. Quod munus, quanta prudentia, quave sollicitudine gesserit, experti sunt omnes, qui ejus continuum, quo res Ecclesiasticas, animarumque profectum promovebat, studium ac zelum intueri meruerunt. Nam pastor & pater effectus, animam suam pro ovibus suis exponere non formidabat, pro peccatis subditorum suorum, sacrificium & hostiam pacificam Altissimo offerebat, & effundens quasi aquam cor suum in conspectu Domini sui, Divinam efflagitabat clementiam. Cumque mirabili sanctitate & incredibili pietate, virtutibus & celestibus signis effulgens, cursum vitæ suæ feliciter consummasset, in gloriam Domini introductus, etiam in terris honorari, & Sanctorum Cisterciensium albo inseri meruit. *Barn. de Montalbo, Aubert. Miraus, Guido Claravall. Phil. Seguinus, &c.*

Infinita miracula.

B. Ioannes.

In Monasterio Vallis Lambertinae, B. Ioannis Monachi, paternarum traditionum æmulatoris strenui, qui multa sanctitate & virtute refulsit in Ordine. *Menolog. Cist. Henriq. &c.*

B. Robertus.

In Monasterio Cisterciensi, B. Roberti Prioris, qui tanta sanctitatis opinione claruit in vita, ut post mortem meruerit inter sanctissimos sacre reformationis Cisterciensis fundatores sepeliri. Cuius dolendum est, acta peruisse. *Vid. antior. citat.*

B. Elisabeth.

In Monasterio Boldronensi B. Elisabethæ Abbatis. Hæc ex illustri & celebri familia Salviata, ut oliva fructifera in Horto Virginum Virginis, & sponsi virginum concluso fieret, sacre familie nostræ Camaldulensi accensa, pro magnis animi dotibus & virtutum laude prædicti Cænobii Abbatis deligimur. Præluxit suis illustri admodum vitæ exemplo; insigni quandoque prodigio à Numine honorata, cum deficiente in Cænobio alimonia, creditas sibi Virgines miserata Elisabetha sese in preces totam effunderet. Adfuit siquidem quamprimum caeleste auxiliū, comparueruntque duo incogniti, cum

Precibus alimonia impetrat.

quatuor mulis, pane, vino, oleo & grano onustis, qui conjurati quasi in silentium, nihil loquentes victualia ad portam Cænobii destituerunt, seque illico subduxerunt. Elisabethæ felix à terra transitus, Philippæ de Bibliena sanctimoniali procul in villa quadam ad solem apricanti ostensus est, cum Elisabetham cum accensa lampade seu candela in manu, duos inter Angelos ascendentem intueretur, quæ exclamans, concurrentem illico familiam, rem edocet, compertumque eadem hora, qua hoc viderat Philippa, Elisabetham vitam cum morte, imo cum felicissima immortalitate permutasse. *Ex vita, & Chron. Camald. &c.* Claruit A. C. 1280. circ.

Felix ejus transitus.

PRIDIE CALEND. MARTII.

XXVIII. Februarij.

C.

S. Romanus Abbas.

In territorio Lugdunensi locis Iurenibus, depositio S. Romani Abbatis, qui primis illie eremiticam vitam duxit, & multis miraculis ac virtutibus clarus, plurimorum postea pater exitit monachorum. Romanus nullis parentum precibus seu minis induci potuit, ut conjugem duceret, à tenera ætate Divinis addictissimus, illecebrarum sæculi contemptor, & eorum quæ caelestia spectabant, sedulus conquisitor, anxius zelator. A morte parentum, velut vinculis solutus, Deo penitius se consecrandi studio, Iurenensis eremi latebras, cum Lupicino fratre iustrans, selescto loco, solo herbarum victu vitam aliquandiu tolerans, variè à demonibus tentatus, & crudelissimè excruciat, victus tandem, injuriis cessit, & cum fratre eremum metu hostium, & quotidianorum vulnerum deseruit. Verum pauperis faminae, ad cuius tugurium fortè diverterat, adhortatione compunctus, & confirmatus, ad arcem certaminis eandem reversus, consuetas dæmonis injurias, & graves lapidum ictus patientia vincens, locum deniq; Inferis ipsis metuendum reddidit; & sic excoluit, ut sparsa jam longius sanctitatis fama, plurimi illecti, ejurato sæculo, tanto numero confluerent, ut vix tribus, quæ struxerat Monasteriis caperentur. Illis Lupicinus frater præfectus illustri vitæ exemplo insigniter præluxit, Romanus autem soli Contemplationis studio affixus, miraculorum rariore à Numine gratia illustratè resplenduit. Duodecim monachos, rigidiore

A demonibus vexatur.

Tria Monasteria construit.

sanctissimi nostri Instituti observantia ab Lupicino absterritos, & sæculū repetentes, Deo exorato ut respicerent, impetravit & reduxit; tanto quidem Orationis fructu, ut iidem mirè deinceps mutati, quotquot erant, singuli singula dein Cænobia conderent, & ex transgressoribus, illustrissimi postea Fundatores Cænobiorum & vitæ Monachicæ efficerentur, plurimosque suo exemplo Christo lucrarentur. Exin Romanus Infirmarum cura suscepta, charitatis solidæ imago omnibus fuit, & veluti mater ægrotos quasi lactavit & fovit. Sed & verbo potens, nutantes in virtutis agone, oratione sua feliciter confirmavit. In itinere aliquando Fratres visitaturus, nocte præoccupatus, ad leprosorium quoddam divertit, leprosisque pedes abluens, in lecto compositis, altoque depressis sopore, solo manus contactu, sanavit integerrimam, insigni, & multiplici miraculo restituit. Rogatus à Lupicino, cum jam morti proximus esset: quonam loco sepeliri vellet? Tali, respondit, ad quem universis, feminis etiam (quæ à multis olim Cænobiis & templis nostris arcebantur,) accessus pateat, ne hæc mirum, consuetæ benignitatis gratia ad tumulum meum arceantur. Proin eminus à Monasterio conditus, maximorum virtute miraculorum, ingentem mortalium multitudinem utriusque sexus, ad concurrendum pellexit, quibus varia sanitatis beneficia impertitus, longè lateq; celeberrimus fuit, & insigni super tumulum structa basilica honoratus, imortale decus toti provincie addidit.

Insigne miraculum.

Celeberr. morte miraculis.

addidit. Claruit A. C. 570. *Ex Gregorio Turon. Beda, Vuardo, Adone, Baronio, Cajetano, Annal. nost. Bened. &c.*

S. Oswaldi Episc. Wigorniae in Anglia, S. Oswaldi Episcopi & Confessoris. Hic nobilissimis ortus natalibus, Wintoniensis primum Canonicus, dein Cathedralis ejusdem Ecclesiae decanus, audita Floriacensis in Gallia Monasterii ob sanctitatem fama, eo profectus cucullum induit, in quo paulo post omni virtutum genere cultissimus evasit. Sacris operanti, visus aliquando ad stare Angelus, ministrare ad aram, & ex more Ecclesiae, respondere. Ad Wigornientem postea Cathedram postulatus, mirum, quanta cum dignitate Episcopi & Monachi absolutissimi vitam conjunxerit; quanta cum diligentia Episcopatum visitaverit, Canonicorum mores reformaverit, Cleri errores correxerit, singulorum infirmitates curaverit, omnibus omnia factus sit; Canonicis in primis, ut quorum prima esse debeat Episcopis cura, sedulo invigilans, quos demum omnes, ut Monasticam ultro amplecterentur vitam, utilissimè persuasit, & sanctè instituit. Sed & aliis per Angliam Ecclesiis, Canonicos & Clericos ejiciens, Monachos induxit. In solo autem Episcopatu suo, septem ipse Monasteria construxit, & disciplinam Monasticam mira industria promovit, Ordini que non minus quam Regno consuluit. Postea S. Dunstano & Edgardo Rege cogentibus Archiepiscopale Eboracensem Cathedram conscendere iussu, in ampliore jam provincia longè amplissimos fructus protulit, & admiranda miraculorum gloria exsplenduit. Navem nimirum onustam, mersioneque subita jam profundum petentem, invocatus à nautis, solo Crucis signaculo extraxit, & velut omni pondere vacuum, securè ad litus deduxit. Dæmonibus terrori admodum fuit, quos solo item Crucis signo, facillimè dispulit. In loco ubi crebro confidere consueverat, cum fortè Monachorum quidam contedisset, pessimè is quam primum à dæmonibus jactatus & laniatus, irreverentiæ pœnas acerbas depedit, ipsi etià malis geniis severissime ab illo exigentibus: cur ausus sit tam temerè in tanti Pontificis loco obdormiscere? Plura sanctorum corpora divinitus sibi revelata invenire & elevare meruit. Pauperes tantus Archiepiscopus familiarissimos, summoque in honore habuit. Præter innumeros autem alios, quos quotidie pavit ac fovit, duodecim semper in aula reti-

Ei ministrat Angeli.

Monasticum propagat.

Grandia miracula.

nuit, quibus pedes lavit, eosque suis met capillis & linteo extersit, sedentibus ad mensam inferviens, cibos & pocula ministravit, aquam manibus affudit, & ab ejusmodi officii genere, nullo se unquam negotio impediri passus est, sed neque gravissimo morbo membra fatigante & frangente, prætermittere voluit. Pridie diei illius, quo moriturum se noverat, sub divo stans, defixissimo intuitu caelum inter orationem contemplant, ceu miraculi quidpiam intueretur. *Eccur? rogatus: Contemplor, inquit, illud, quo tendo, quod die crastino vobis res ipsa declarabit, revertus in oratorium, vocatis Fratribus, sacro se oleo ungi, & caelesti viatico refici voluit. Nocte autem cum Fratribus consurgens, ceu oblitus adversæ valetudinis, in templum se contulit, officium Divinum explevit, & reliqua noctis spatia in Dei laudibus expendit. Mane autem, more suo, linteo præinctus, dum quindecim psalmos recitando pauperum pedes lavat, dumque ultimo absoluto, Gloria Patri subjungit dicens, & Spiritui sancto, spiritum purissimū, memorabili prorsus mortis genere, ante pauperum suorum pedes efflans, Creatori transmisit A. C. 992. cujus sacrum funus, columba nivea caelo advolans visa est comitari, & alis protegere, ac inumbrare, sed & sphaera ignea caelo delapsa, feretro illuxit atque infedit. Claruit stupendis etiam à morte miraculis, ita ut sola etiam aqua, qua sacra ejus ossa abluta sunt, cæcos, surdos claudos, omnis generis infirmos prodigiosè curaret, quæ quidem undecimo post obitum anno elevata sunt, vestimentis etiamnum integerrimis, & mira odoris fragrantia redolentibus. Valuit in primis contra incendia ejus Patronium, & contra luem pestilentem, qua cum in Wigornienti provincia plerumque stantes seu ambulantes, repente mortui conciderent, circumlatis ejus Reliquiis, stupendo sanè & spectatissimo contestatissimoque miraculo, illico tam in urbe, quam pagis vicinis, ex quibus homines confluerant, pestis profligata deinceps conquievit ac evanuit. *Ex vita ejus per Bravonium Wigornientem, & Nic. Harpsfeld. Annal. nost. &c. Sauff. &c.**

Pauperum pater.

Mors longe felicissima.

Contra pestem Patronus.

In Hibernia S. Aedi Episcopi & Confessoris. Aedus five Aidus, Briccii filius, ex genere Conni Principis Temoriae, à puero caelis gratissimus fuit, quem jam tunc inter Angelos incedentem S. Brandanus conspexit. Is juvenili ætate profectus Monasticum, iussus arare, dum bo-

S. Aedus Episcopus.

venit

venit dat indigenti, cum tribus aliis bobus prosequutus opus, altero jugum ex una tantum parte ferente, cum sive hac, sive alia vice, alii item occurrenti pauperi, vomerem largitur, nihilominus arandi juncto munere strenuè functus, divina potentia terram coram eo scindente, opus absolvit. Fuit in omni vita miraculorum gloria longè illustrissimus, dignus omnino, qui Thaumaturgi nomine appellaretur. Cladem patriæ & bellum funestum averfurus, dum ad Regem Mumoniae curru vectus contendit, fracta rota, haud aliter usus est, atque si integra fuisset, ea nihilominus expedite currente. Verum ad Regem delatus, cum ab armis non posset avertere dehortando, & deprecando, terroribus denique effecit, Consiliario quam primum ejus mortuo, & duobus equis regis terra absorptis, quibus consternatus Rex & jam pœnitens, revocato Sancto viro ter ad pedes prostratus, ut mortuum vitam redderet impetravit; cui & alterum ex equis mirè restituit, non itè alterum, ne nimirum omnino impunitum Regis peccatum esset. Episcopus postea renunciatus, exemplo vitam mirificè populis profuit, cum verbo insuper ejus tanta miracula ad stipularentur. Ter aquam in vinum vertit. Messores à pluvia indemnes servavit, cum depluente undique caelo, intacti illi suo operi insisterent. Carnibus cum perpetuo abstineret, appositas tamen benediceret, mox illæ in pisces, mel, & panem versæ sunt, cui alio tempore alimentum etiam caelitus missa fuerunt. Super aquas siccis ambulavit pedibus. Arborem ingentem per aëra in locum remotum transtulit, cum illi in nomine Christi imperaret. Similiter stagnum aliquod mirè transferri meruit, cum latrones loco quodam expellere non posset, & diceret: stagnum mihi obediens erit, hoc prout iusserat, miraculo consequutus. Mortuum quendam priusquam facris muniretur, vitam reddidit, qui sancto refectus viatico denuo piè in Domino obdormiit. Virginem raptam à milite & mortuam resuscitat, hunc vero, revocans à libidine Monachum facit. Iterum tres alios mortuos, à latronibus decollatos, ad vitam revocat, latrones vero fugientes prodigiosè retinet, mira virtute ligatos, donec ab eodem solverentur. Rarius & illud, cum in caelum aliquando, cunctis videntibus, raptus esset, & post duas horas iterum demitteretur. Cænobium quodam loco constructus, dum ab Angelo

Pacem conciliat Regno.

Fit Episcopus

Stagnum mirè transfert.

Tres mortuos suscitatur.

prohiberetur, ubinam ergo structionem moliretur? rogans; iussus in castro quodam rem aggredi, re delata ad loci Dynastam cum is omnino abnueret, & virum Sanctum, eo quoque occurrentem, fugerit, gravi quam primum correptus morbo, & pœnitens facti, optionem ab Aido accipit, sive diuturnioris vitae, sive mortis quam primum felicioris, hanc eligens, felicissimè extinguitur, castroque in Cænobium verso. Fundatoris mercedem in caelo, & pro arce terrena, palatia æterna meretur. Claruit & aliis prodigiis vir sanctissimus, obiitque non multo ante annum Christi 600. 4. Id. Novemb. cujus tamen solemnior hodiè memoria extitit, forte ob sacrorum cinerum solemnior aliquam translationem, cujus potentissimū in capitis doloribus Patrocinium deprædicatur, quod is olim capite dolentem miseratus, omnem ejus dolorem in se transtulisset. *Ex diversis rer. Britann. script. & Hibernia Sacra. Ioan. Colgano, Annal. nost. &c.*

Fundatoris merces.

Patronus capite dolentium.

In Sardinia B. Herberti Archiepiscopi Turriniani, qui ex monasterio de Moris, in quo diu Abbas præfuerat, ad illud dignitatis evectus, Cathedram illam eximia vitam sanctitate mirificè exornavit, & relicto æterno sui in terris desiderio, meritorum grandes manipulos caelo intulit. *Ex Gesuino mon. Chrysostr. Henr. Menol. Cist. &c.*

B. Herbertus.

In Britannia S. Sillani sive Sylvani Abbatibus egregii, qui ex summo Scholarum Magistro celeberrimi & Sanctorum frequentissimi Cænobii Benchorensis, pro illustribus vitam meritis Abbas electus, cum gregi sui utilissimè præstitisset, ad præmia laborum æterna vocatus est Anno Christi 606. *Ex script. Britann. & Annalibus nost.*

S. Sillanus.

In Lusitania, Monasterio S. BENEDICTI à Castris, B. Violantiae Abbatissæ. Violantia de Sousa, per illustri eo cognomine procerum stirpe edita, cum tenerè etiamnum ætatis esset, in Cænobio de Odivelas propè Vlisipponem DEO consecrata est. Ex quo extracta postea, & ob eximiam vitam dignitatem, S. BENEDICTI Cænobio præfecta, illud 28. annis sanctissimè gubernavit, totque de se sanctitatis signa dedit, ut potius Angelica quam humana creatura videretur. Corpus assiduis jejuniis, ac disciplinis, quin & asperis ciliciis & flagellis dirissimè excruciatum, quam Deo gravissimis etiam infirmitatibus affligens, & velut aurum in fornace excoquens, multis gratiæ charismatibus insignivit.

B. Violantia.

Virgo Angelica.

Luminè

Lumine oculorum orbata, velut alter Thobias, admirandum constantiae & patientiae exemplum dedit. Cumque tempus migrationis adesset, Ecclesiae Sacramentis munita quievit in Domino; in cujus transitu, dulcissimus Caelum, & variorum instrumentorum concentus, per totum Monasterium exauditus est. Vasconcell. Bernard. Brito, Chrysoptom. Herzig. &c.

Musica Caestru.

Translatio B. Beatricis.

Lirae Translatio B. Beatricis Priorissae in Nazareth, quae Angelico ministerio facta creditur. De hac agit his verbis Raiffius in Auctario: Fuit porro jussu Dominae Abbatis Gertrudis de Greve Anno 1616. quaesitum hujus Beatricis corpus, nihil tamen reliquiarum inventum fuit, praeter partes quasdam asserum, & ferra-menta capulum ipsum sustinentia, cum tamen sepulchri locus esset ex lateribus concameratus, & omni ex parte clausus, excepto parvo foramine fieri jussu ante centum annos, videndi contemplandique corporis causa, ex quo odor gratissimus dimanavit. Creditur firmiter ab Angelis alio translatum fuisse (sed in quem locum, omnes latet,) nam circa initium tumultuum Belgicorum, cum Virgines relicto Monasterio se Liram recepissent, plurimi fide dignissimi attestati sunt; noctu inter undecimam & duodecimam horas, sese cantiones audivisse Angelicas longè suavissimas, vidisseque Ecclesiam multa luce coruscantem. Unde sane credibile est, tunc praedictam corporis translationem ab Angelis factam, ne ab impiis & sacrilegis hominibus profanaretur. Ita Arnoldus Raiffius.

Translata ab Angelis creditur.

S. Theodulphus.

Treveris inventio S. Theodulphi Abbatissae & Confessoris, quando post multos annos, sacrum ejus corpus integrum & incorruptum repertum est. Tritheim. lib. 3. Var. Ill. Ord.

Commemoratio S. Augustini.

Ipsa die, insignis commemoratio apud Nostros Augustissimi Ecclesiae Doctoris Augustini, cujus cum sacra ossa duobus penè saeculis à nostris religiosissime asservata essent, Sardinia à Saracenis occupata, & plerisque Caenobiis everfis sive vastatis, tantum thesaurum magno redemptum pretio Luitprandus Longobardo-

rum Rex Papiam transtulit, & in nostro S. Petri de Caelo Aureo Monasterio condidit, multis deinceps saeculis, à nostris piissime curatum, donec post Anno Christi 1000. instituta sub nomine tanti Doctoris familiae sanctissimae tanti corporis cura crederetur. Ex Annal. Ant. de Iepes, Const. Cajet. Mauro Marchesio, monim. Papiens. &c.


In Monasterio S. Galbi in Helvetia Ven. Victoris Monachi & Eremitae. Is Illustrissima stirpe Comitum Rhaetiae ortus, scientia insuper, quae inflare in scripturis dicitur, atque eruditione tumidus, juvenili primum audacia, multas in Caenobio seditiones, cognatorum confusus potentia concitavit, jurata DEO obedientiae immemor prorsus, donec tribulatio cogeret meminisse. Exierat Caenobio absque licentia aliquando Victor, sollicitaturus opem sceleribus apud cognatos, cum submisso è clientibus milite nobili Cralo Abbas, huic in mandatis dedit vel invitum retrahere. Hoc dum molitur miles, paulum absfuit quin à profugo occideretur, illiso hostiliter in caput fuste, ut mortuo similis equo decideret. Nec segniores militis famuli, pessime mulctatum percussorem, oculis demum ipsis erutis, acquiescere tunc denique assuefaciunt. Quem cum postea B. Notkerus cognomento Medicus S. Galli item Asceta, prodigiose curasset, & oculos miraculo restituisset, longè jam oculatior juvenis, longè aliter salutis suae providens, solitudini & contemplationi studuit, qui totum se antea in vanitatem saeculi effuderat; & tandem cum sui Abbatissae licentia Eremiticam sectatus, cum dies vitae reliquos in omni sanctitate constantissime exegisset, & peccata juventutis seria poenitentia eluisset, plenus meritis ex hac vita excessit, cujus virtutes etiam miraculis Numen commendavit. Ex monim. Sangall. Todoco Metzlero, Mariano Bucelino, &c.

V. Victor monachus.

Juvenis petulans.

Convertitur.

Miraculis claret.



MENO-

MENOLOGII BENEDICTINI, LIBER TERTIVS. MENSIS MARTIUS CALENDIS MARTII.

I. Martij.

S. Svitbert. Episc.

Apud civitatem Werdam S. Svitberti Episcopi, qui tempore Sergii Papae apud Frifones, Batavos, & alios Germaniae populos, Evangelium praedicavit: Mart. Rom. Svitbertus sive Suibertus, Illustrissimo Principum genere patre Sigeberto Nortgalliae Comite, Bertha matre Eugisti pronepte, à quo Britannia Angliae primum nomen indepta est, dignissimis natus parentibus, ut nasceretur, religiosissimae matris precibus à Deo donatus est, cum leni sopore oppressa illa, mirae magnitudinis stellam intuita esset, quae binis lucidissimis radiis Gallias atque Germanias illustrans, in stratum denique Berthae delaberetur. Illis radiis merita portendi sanctissimae prolis accitus summo mane S. Aidanus noster Lindisfarnensium Pontifex parētibus disertè praenunciavit. Quindecennis Svitbertus Bearmense ingressus Caenobium, ac dein monachum professus, sacerdotii insuper insignitus honore, tanta enituit vitae sanctitate, ut Reges ac Principes in magnam sui admirationem pertraheret. Dacorēnsis dein Monasterii Abbas effectus, nec multo post convertendarum gentium studio, cum sociis in Frisiam delatus, illic laboris Apostolici primitias Domino consecravit. Mox celebrem Comitatum Teisterbandiae, cum tota ferè Batua, & magna inferioris Frisiae parte Christo adjunxit. Dehinc ad Brunsvicensis & finitimos populos conversus, eos sacrae Fidei doctrinis imbuens, & virtute miraculorum confirmans, reddidit Christianos. Inde ad Boructuarios contendens, incultam, barbaram, & saevam admodum gentem, invicta laborum, discriminum, & injuriarum patientia, adeo evicit, ut suis ipsi manibus, quae pertinacissime antea coluerant fana & idola destruentes, Ecclesias construerent. Ab his, divina revelatione admonitus, ad Colonienfes delatus, non minus ibi bene operando & merendo profecit, & imperato Werdensi vico à Pipino Duce, celebrato. Illic Werdense Caenobium; foris autem B. Marcellinus noster, ad expugnandam Saxonum perfidiam munitiorem, construxit, amplius paulo post Episco-

Episc.

Gentium Apostolus.

Monasterii elogium.

patus Cathedra ope ejusdem Pipini ibidem constituta, & Admirabilis Matris, Benedictae Virginis, quam tenerrimè dilexerat honori consecrata, cujus & primus ipse Pontifex, & à morte praecipuus, post Deiparam Patronus ac Tutelaris meruit cooptari. Claruit stupendis omnino miraculis, mortuorum maximè, & dum viveret, & postquam mortuus fuerat, prodigiosissima suscitatione. Ab ea autem in primis morbi, quem Squinantiam vocant Physici, curatione celebratissimus. Evolavit ad praemia aeterna, magnus revera Teisterbandiae, Westphaliae, Hollandiae, Batuae, Frisiae, Boructuariorum, & Saxonum Apostolus, Christi anno 717. Obiit 717. etiam à morte de suis meritissimus, Pipino in primis Duce, quem triumphatis jam Saxonibus ac Westphalis, in reditu ab iisdem circumventum, ab optimo Principe votum faciente exoratus, prodigiosissime juvit, imensa luce super ejus exercitu exsplendescente, qua territi atque excacati penè hostes, mirè mutatis animis, veniam à Principe enixè ac demissè postularunt; Pipino discalceato postea cum Regalibus muneribus Tutelaris sui Svitberti sepulchrum visitante, eumque deinceps specialem sibi Patronum, & gloriae quasi suae ac fortunae Praesidem cooptante, agnoscente, & venerante. Relatus solemnissimo ritu in Sanctorum numerum (primo ferè Canonizationis, ut vocant, tam solemnibus exemplo) à S. Leone III. Pont. Max. Werdae, praesente Magno Carolo; innumeris Pontificibus ac Principibus; eo ipso tempore grandi prodigio à Deo commendatus atque illustratus, resuscitato à morte Praefecti cujusdam filio, quindecim horas aquis submerso. Ex vita, & S. Marcellino, S. Ludgero, Baronio, Iepes, Bruschio, Annal. nos. Bened. & Germania nec non Aquila Imperii Bened. &c.

Mortuorum suscitator.

Obiit 717.

Pipinum liberat.

Canonizatio prima solemnior.

Apud Cenomanos S. Siviardi Abbatissae. S. Siviardi Abb. Is Cenomanensis patria, nobili admodum prosapia parentes, Sigitanum & Addam habuit. Et quidem Siviardus primo adolescentiae flore, et aetate moribus transiens, inter sodales illustre semper eximia pietatis specimen dedit, tanto juxta in literis profectu,

fectu, ut Doctoris etiam munere fungi co-
actus, tanta id modestia & suavitate exe-
queretur, ut ab ore ejus discipuli avelli
non possent, plurimis jam tunc vitæ ejus
exemplo, verborumque ac sententiarum
pondere, à vitæ pravitate ad honestatis
studium traductis. Sed Divinarum re-
rum ardentiore inflammatus amore,
rejectis mundi blanditiis atque illece-
bris, in Anisolensi Monasterio cucullum
amplexus, vitæ meritis exigentibus, Ab-
bas etiam postea eligi meruit. Quo qui-
dem in honore, sicut sol inter astra reful-
sit, & sacro rigore, & mira in proximos
charitate excoctus, ad cælestia transiit. Vi-
sus Apostolorum inter Principes Petrum
& Paulum, ad gloriam duces, miro can-
dore & fulgore exsplendescere. *Ex Vita
per Synchronum, Arn. Duac. Hug. Menard.
& nos in Annal. obiit A.C. 608.*

S. Albinus
Episc.

Andegavi S. Albini Episcopi & Con-
fess. viri præclarissimæ virtutis & sanctita-
tis. Hic Veneticæ Regionis claro admo-
dum natus genere, tenera ætate mundum
fastidiit, & Cincillacensi in Cænobio Mo-
nachis adscriptus, puerili etiamnum æta-
te, insigni miraculo à Numine commen-
datus est: cum ab Abbate aliorum de-
stinatus, per densissimos sævissimæ tem-
pestatis imbres, ab his intactus, & nulla
vestis seu corporis parte madefactus tran-
siit, atque insigni admirationi spectanti-
bus fuit. Abbas postea ejusdem Mona-
sterii sui esse meritis, exemplar regularis
disciplinæ, imo ipsa Regula discipulis suis
ipse extitit. Pari modo, ad Cathedralam
Andegavensem evectus, velut alter mun-
di Phæbus, commendatæ sibi provinciæ
illuxit, sanctitatisque atque miraculorum
splendore, oculos omnium & animos at-
tinuit, atque ad serviendum Numini in-
vitavit & excitavit. Ad vicum Geginam
præteriens, gravi exaudito ejulatu, causam
rogans, parentes afflictissimos, charissimi
filii mortem deplorare intellexit, quos be-
nignè solatus, cum se in oratione proster-
neret, memorabili prodigio, inexplicabi-
li gaudio parentum, filium eorundem à
mortuis revocavit, vivum & incolumem
parentibus reddidit, fama miraculi totum
regnum implente. Ætheream Illustrem
fæminam, vinculis quibus innocens tene-
batur, mirè absolvens, dum à custodem
quopiam contemptui haberetur, is sceleris
quamprimum penas exsolvit, & re-
pentina prostratus morte, ceteros terruit.
Fuit miranda in sceleribus hominum ca-

Gloria mi-
raculorum.

stigandis, & verè Pontificia constantia
præditus, ita ut nullis Principum vel Re-
gum minis, nec morte quidem intenta-
ta, ab ea vellatum quidem unguem di-
moveri se pateretur. Mortuus est san-
ctissimè & felicissimè circa A.C. 570. æta-
tis 80. Pontificatus 21. gravissimis etiam
deinceps miraculis illustratus, sub cujus
glorioso nomine, æternum sanctitatis &
meritorum ejusdem monimentum, extat
per insignis Andegavensis Urbis Basilica
& Abbatia, olim S. Germani appellata.
*Ex Vita, Greg. Turon. Beda. Vinc. Belvac. Bre-
tholio, Arnaldo VVion. Claudio Roberto, &
Annal. nost. &c.*

Obiit 570

In Hispania S. Rodofindi Episcopi,
sanctitate & miraculorum gloria conspi-
cui. Hic Guterii Ariæ Emimentis Com-
mitis, & Aldaræ sive Ildnaræ Comitissæ
filius, contempto Illustri genere, & fortu-
næ blandientis favoribus, cucullum Mo-
nachicum, auro omni & purpuræ prætu-
lit. Percrebescente autem sanctitatis
fama, è Cænobio abstractus, & ad diver-
sas Cathedras evectus, Dumiensem pri-
mo, ex in Modoneti, Compostellanum
denique Pontificatum felicissimè rexit, &
omnibus illis Ecclesiis ac provinciis, æter-
num egregia sanctitate ornamentum ad-
didit. Sed humilitatis ac patientiæ ex-
emplo longè illustrior, Compostellana
sede à Sisenando in auro ejectus, tantum
abest ut ægrè tulerit, ut etiam repulsa illa,
ceu longi laboris solatio uteretur. Quip-
pe S. Franquilaræ Abbati, velut sacri Ordinis
nostri Novitium se subjiciens, resum-
pto denuo cucullo, speculum humilium
& verè mortuorum læculo factus, Fran-
quilaræ postea mortuo in Abbatia subroga-
tus est. Præfuit aliquamdiu sanctissimè
Cænobio, & meritorum manipulis locu-
ples ac miraculis coruscus obdormivit in
Domino, A.C. 977. *Ambros. de Moral. Ste-
phanus Mon. Ordonius, Ant. de Iepes, Hugo
Menard. Annal. nost. Bened. &c.*

S. Rodofindus
Episc.

Diversas ad
cathedras
evehitur.

Mira demis-
so.

In Gallia B. Almarici Episcopi Silva-
nectensis, qui nobili, ut videtur, genere
oriundus, spreto mundi schemate, decimo
octavo ætatis anno, cucullo, & vitæ Mo-
nachicæ rigori se addixit, & in Cænobio
Caroliloci Regulam nostram, & Sacram
Cisterc. reformationem amplexus, tantis
vitæ meritis excelluit, ut omnibus deinceps
Abbas præficeretur. Servavit ad
extremum usque spiritum, illibatam men-
tis & corporis castimoniam, assiduoque
jejuniorum, vigiliarum & orationum stu-
dio.

Obiit 977

B. Almaricus

Fidei pugil.

dio, insignes ad perfectionem progressus
fecit. Silvanectensis demum creatus Pon-
tifex, dignissimè tanto munere se ostendit,
deliciasque omnes execratus, solam
animorum salutem perpetuo sitiit, pro
qua se jugiter impendit totum & super-
impendit. Insigne illud, quod solum
præ omnibus ejus meritis commemoramus:
*Fidei pugilem, & propugnatorem egre-
gium extitisse.* Ut haud immerito, Albi-
gensium usque hodie multis in articulis
seguacium nostri temporis Hæreticorum
Antagonistam Almaricum. Cinici nos-
tri plurimum detestentur. Obiit A. C.
1180. *Vincent. Bellovac. Phil. Sequin. Claud.
Rob. Ioan. Chenn. Henriq. &c.*

S. David
Episc.

In Britannia S. David Episcopi & Con-
fessoris. Fuit hic regio natus genere,
Xanti Walliæ Principis filius, quem non-
nulli Leticæ Principem fuisse contem-
dunt, Arturi Regis avunculus, triginta
annis ante, quam nasceretur, S. Patricio
per Angelum prænunciatus. Claruit ge-
nerosissimo mundi illecebrarum con-
temptu, & in cucullo tanta exsplenduit
sanctitate, ut Vallis primum Rosinæ crea-
tus Abbas, Meneventem dein ad Pontifi-
catum extractus, totius denique Cambrię
Archiepiscopus designaretur. Ejus in-
ter merita longe maximum illud, quod
repullulascens latè Pelagianam Hære-
sim extinxerit, eo gloriam in terris æquè
ac cælo meritis immortalis. Eum tan-
topere Ecclesiæ utilem Deus quam diu-
tissime servavit superstitem, ita ut raro,
post adventum in terras Christi, exemplo,
centum quadraginta septem annos vive-
ret, mortuus sub A. C. 650. & multis à
morte miraculis illustratus. *Ex divers. rer.
Britann. script. Edovardo Maisheru, &c. An-
nal. nostris, &c.*

Fit Archi-
episcopus.

147. anno-
rum moritur

B. Hugo

In Monasterio Claræ-vallensi deposti-

tio B. Hugonis de Monte-Felici, discipu-
li S. Bernardi Abbatis, ob magnam animi
puritatem insigniter commendati, & viris
ejus sæculi sanctis adnumerati. *Ex Menol.
Cist. Chrysof. Henriq. &c.*

B. Simplicius

In Bona-Valle B. Simplicii monachi, S.
Hugonis Abbatis discipuli, sanctæ con-
versationis & virtutis eximie adolescentis,
quem cum imatura morte abreptum, mater
ejus secundum carnem plurimum deplora-
ret, eam solatus Hugo, illustre sanctita-
tis elogium eidem dare non extimuit,
matremque haud leviter recreavit. Paucis
autem interjectis diebus, incumbenti in
preces Hugoni Simplicius ipse vilis, ex-
ultans & gloriosus apparuit, & se celesti
perfrui gloria diserte indicavit. *Philip. Se-
quin. Henriq. &c.*

S. Lucas

In Sicilia S. Lucæ Abbatis, vitæ sancti-
tate & miraculorum gloria Illustrissimi.
De quo hodie Philippus Ferrarius, alii, &
nos melius die sequenti.

Translatio
S. Herculani

Perusiæ translatio S. Herculani Episco-
pi & Martyris. Fuit is, sanctissimi Patriar-
chæ nostri discipulus, & primus ferè ex
ejusdem familia ad Cathedralam Episcopa-
lem evectus, quem etiam honorem primæ
sanguinis sui purpura generosissime con-
signavit. De quo uberius die ipsius natali
agimus 7. Novemb. *Ex Iepesio, Cajet. Mar-
chesio, & Breviario Eccl. Perusina per vetusto,
nec non Annal. nost.*

V. Guido

Camalduli depositio Ven. viri Guido-
nis totius Sacræ familiæ Camaldulensis
Generalis meritissimi, qui cum factum
vitæ rigore insigniter promovisset, & suis
egregiarum virtutum exemplo facem
prætulisset, hac ipsa die Calendarum Mar-
tiarum A. C. 1248. corporis solutus erga-
stulo excessit, incredibile sui desiderium
relinquens. *Ex August. Florent. Hist. Camald.
&c.*

VI. NONAS MARTII.

II. Martij.

E.

S. Ceadda
Episc.

IN Anglia S. Ceaddæ Episcopi Mercio-
rum & Lindisfarnorum, sanctitate con-
spicui. *Mart. Rom.* Ceadda sive Cedda,
sanctissi Antistitis Ceddi frater, Lestinga-
hensis Cænobii Monachus, ac Presbyter,
vitæ morumque præstantia eidem Cæno-
bio suo præfici meruit, sanctissimum suum
magistrum Aidanum, per omnia sedulo
imitatus. Percrebescente autem san-
ctitatis fama Cænobio e ductus, & Apo-
stolico muneri subijcere humeros coactus,
longè amplissimam nactus provinciam,

Merciorum atque Lindisfarnorum ordi-
natus est Pontifex, ut mirandum sanè sit
unum virum tantis laboribus suffecisse.
Consecratus autem, inquit Beda, *in Episco-
pum, maximam mox cepit Ecclesiastica veri-
tati & castitati, curam impendere, humilitati,
continentiæ, lectioni operam dare, oppida, ru-
ra, casas, vicos, castella propter evangelizan-
dum, non equitando, sed Apostolorum more pe-
dibus incedendo peragere, &c.* Et ne pauper-
tati Episcoporum primævæ, seu moripos-
tius tribuas, quam perfectioni, *justit*, in-
quit,

Humilitas.

quit, Theodorus, (Archiepiscopus Cantuarix,) ubicunque longius iter instaret, equitare, multumque renitentem studio & amore p[ro] laboris, ipse eum manu sua levavit in equum: quia nimirum sanctum virum esse comperit, atque equo vehi, quò esset necesse compulit, &c.

Fundat Episcopatum.

Eum Wulferius Merciorum Rex precipue adamavit; & condendo Cænobiò Etbearutensi; eidem sumptus liberalissimè suppeditavit; cujus etiam ope Lichefeldensis Episcopatus, insigni cum Regni totius utilitate institutor fuit, eoque loco sedem ponens, insignem Pontificatum; mira vitæ sanctitate fundavit & consecravit. Fuit in Pontificatu ipso professionis Monachicæ nunquam immemor, & quoties ab amplissimæ provinciæ cultura, & verbi Divini prædicatione respirare licuerat, ad conditam haud procul ab Ecclesia secretiorem secedens cellulam, eo secum septem vel octo Fratres monachos, quos à se divelli nunquã patiebatur, conducens, exercitiis Monasticis animo consulens suo; orationi seu contemplationi cum iisdem, ac Divinarum rerum lectioni omne otium addixit. Fuit continentia, humilitatis, orationis, voluntariæ paupertatis, aliarumque virtutum laudè cumulatissimus; ob timorem tamen Domini, à quo initium Sapientia derivat Sapientis, à Ven. Beda nostro plurimùm commendatus: *Novissimorum suorum in omnibus operibus suis in tantum memor, ut si forte legente eo, vel aliud quid agente, repente flatu venti major assurgeret; continuo misericordiam Domini invocaret, & eam generi humano propitiari rogaret. Si autem violentior aura insisteret, jam clauso codice; prociaderet in faciem, atque obnixius orationi incumbere.* At si procella fortior, aut nimbus perurgeret, vel esset coruscatio, ac tonitrua terras & aera terrent, tunc veniens ad Ecclesiam sollicitus orationibus ac Psalmis, donec serenitas aeris rediret, fixa mente vacaret. Cumque rogaretur à suis, quare hoc faceret? respondebat: *Non legistis, quia intonuit de celo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, misit sagittas suas & dissipavit eos; fulgura multiplicavit & conturbavit eos? Movet enim aera Dominus, ventos concitat, jaculatque fulgura, de celo intonat, ut terrigenas ad timendum se suscitet, ut corda eorum, in memoriam futuri Judicii revocet, ut superbiam eorum dissipet, & conturbet audaciam, &c. Propter quod oportet nos admonitioni eius caelesti, debita cum timore & amore respondere, &c.* Ita verbis Ceaddæ Beda Venerabilis: Septimo ante obitum die caelestium geniofum multitudo gra-

Timor Domini.

tulabunda, festivissimo concentu cælo effusa, ad cellam usque, audiente stupendâ Musican Ouvino Monacho, descendit, & sanctum Pontificem lætissimo mortis nuncio recreavit, cumq; ipso per dimidiũ ferè horæ spatium comorata, eodem audiente, repetitis canticis cælum repetiit. Aperta proin cellulæ fenestra, evocatoq; Ouvino Ceadda, ejus opera Fratres memoratos secretorum conscios adesse voluit; quibus transitus sui diem imminere prædixit, exhortatusq; eosdem ad profectus studium, ut exitum suum cæteris Fratribus commendarent exoravit. Ouvino a remanenti, & quod audierat narrati, rem integre fassus, ab Angelis se invitatum, & septimo die cum iisdem ad se reverturis, se comigraturum ad supera, silentio prius imperato, significavit. Vidit ipsa obitus hora B. Egbertus Sanctum Ceddi fratrem Ceaddæ; cum agmine Angelorum cælo descendere, animumque fratris corpore eductum ad cælum deducere. Claruit insigni miraculorum à morte gloria, adeo quidem, ut soli sepulchri ejus pulveres à peregrinis certatim expetiti; & in aquas missi, his haustis, non hominum solum, sed & jumentorum quibuscunq; ægritudinibus prodigosè mederentur, ad cujus tumbam cum fortè phreneticus obdormisset, mirè curatus & integre sibi restitutus, ubi primum evigilasset; à Beda memoratur. *Ex Hist. Eccl. Angl. Nicolao Harpsfeldio aliisque rer. Britann. script. &c.*

In Suecia B. Stephani Archiepiscopi Vpsalensis & Confessoris egregii. Stephanus rarum Aquilonis decus, ex Monasterio de Alvastra ad Cathedram Vpsalensem pro vitæ meritis evectus, celebri sanctitatis fama provinciã implevit, & æternis meritis Regnũ demeruit; profligata Idololatriæ & infandorum dogmatum fæditate, primus Vpsalensis Archiepiscopus, & totius Sueciæ Primas renunciatus. Fuit Vpsala sive Vpsalum, à præcipuo Regnorum Aquilonarium fanò in primis celebrata civitas, quod totum ex auro fulgidissimũ, exterius etiam aurea catena longè splendidissima cinctum erat; quæ ad mœnia domusque fastigia suspensa late rutilabat, ad impiissimũ dæmonum, sub trium larvarum seu statuarum forma cultum ac venerationem, longè etiam positas gentes, vel suo quidem splendore ac majestate provocabat. Thor, fulmini, ventis, imbribus, serenitati, cælo præsidere; Wodan victoriæ; Fricconem paci voluptatiq; præesse autumabant, adeo quidem pertinaci

Ad cælos invitatur.

Miracula.

B. Stephanus Archiep.

errore, ut Reges etiam suos, Christi jam pridem sacris initiatos, ad templum illud munera mittere, sive Regnò cedere cogerent; è quibus aliqui diadema projicere quam Sacrilegio Fidem Christianam polluere maluerunt. Duravit ad usque Christi annum 1162. pertinax cultus, abolitaque impia superstitione & sacrilegis sacris, postremus denique Gentium illarũ Apostolus Stephanus, vi doctrina, & sanctæ conversationis exemplo, infidelem populum ad fidem reduxit, demolitisq; idolis, & concrematis, templum vero Numini ibidem consecravit, sedemque Archiepiscopale constituit, ipse Primas Sueciæ à Roman. Pont. designatus. Qui cum viginti tribus annis Regno & Ecclesiæ admirando cum fructu præstitisset, & primatus initia, dignissima vitæ sanctitate initiasset, fundasset, & consecrasset sub A. C. 1185: ad præmia laboris Apostolici in cælos evolavit. Cujus sacrum corpus ad locum professionis translatum inter Fratres conditum, dein elevatum condigno sanctis cultu, religiosissimè deinceps honoratum est. *Ex Ioan. Magno, de Episc. Vpsal. Rob. Montensi, Aub. Miræo, Barn. Montalbo, Henr. &c. Annal. nost. Bened.*

In Nicosiã S. Lucæ Abbatis. Lucas, qui & Leò, cognomento Casalius, Corilione in Sicilia Christianis & honestis parentibus natus est. Adolescens patris armenta pavit. Mortuis parentibus, divino impulsu, relictis omnibus, in Monasterio S. Philippi Agyrionis Monachum professus, in Calabria postea, ad Monasterium Montismulæ destinatus; religiosam admodum vitam sub Abbate Christophorò vixit, cui mortuo substitui in honore meruit. Probavit egregie eo in munere zelum suum atq; industriam, numerumq; Dei servorũ adaugens, centũ ibidem Monachos congregavit. Fuit magno omnibus ad se concurrentibus solatio, neminemq; à se tristè dimisit, magnis virtutibus, sed & miraculis magnificus. Paralicum è Saxonia eo advenientem, oleo in Christi nomine unctum, prodigosè sanavit; alium à dæmone oppressum liberavit; Cassanensem quendam à via intra montes & sylvas errantem, absens ipse, ad viam tamen revocavit. Cujus tanti viri auctoritatem eum vicinorum nõ nemo contemneret, ejus litem movens, inter contendendum etiam talapam infligeret, illico arreptus à dæmone etiam morte lisset, nisi in memor injuriæ vir Dei fufis precibus dæmonem profligasset. Pervenit ad decrepitam

Fatum gentis evertit.

Obiit anno 1185.

S. Lucas Abb.

Miracula.

ætatem, cæcus denique ex suffusione oculorum effectus, qui cū Nicosiã aliquando ductus pro aliorum consolatione, ut erat verbo non minus potens quam opere, in reditu res mira contigit. Cum enim qui ipsum duxerant, jocosè illudentes dicerent, plurimos pro verbo salutis confluisse, & ut colle seu tumulo conscenso prædicaret comonerent, facile annuit, & magno zelo ferventissimè verba faciens; consueto denique more orationem conclusit: *Per omnia secula seculorum*, cui vicini quamprimum montes, voce adeo clara, quin & terrificata Amen responderunt, ut consternati qui illuserant, corruentes in terram; ex illusoribus supplices demissimè jam veniam orarent, quibus promptissimè ille ignoscens; *Condonet vobis filii Deus*, respondit, & reductus ad Cænobium summo dein in honore habitus est, ita, ut si cum illo colloqui vellent, soliti sint dicere: *Pater Sancte, ora pro nobis.* Cum autem annum ætatis ageret centesimum; annosq; octoginta in Cænobio exegisset; sui obitus diem Fratribus prædixit, eaque veniente duci in Ecclesiam, sacris interesse & caelesti Viatico refici voluit, reversusq; in cellulã, dato omnibus pacis osculo, inter lugubres Fratrum complorationes ad gaudia æterna emigravit; caelesti quamprimum odoris fragrantia cellam replente. Relatus est à Papa in Sanctorum numerum, cujus honori Nicosienses in loco Amen Ecclesiam condidit, ejusque memoria in Vrbe Montis, Leonis, & universa Miletensi Diocesi, sed & Corilione in primis celebris habetur. Claruit tempore Rogerii Comitis. *Ex monim. Siculis Marchesit, Const. Cajet. Octavij Cajet. Philip. Ferrar. Hugone Menardo & Annal. nost. Benedict. Mag.*

Montes respondent.

Moritur centenarius.

Apud Werdam Cælati S. Willeici Abbatis. Hic magni Saxonum Apostoli Switperti discipulus, & Apostolici laboris socius, vir in Divinis scripturis eruditissimus, prædicator ferventissimus, splendidissimo sanctitatis exemplo barbaris præfulsit; multosque à bestiali mente avertens, pro vitæ meritis à S. Switperto, Werdensi Cænobio præfectus est, cui cum decemium ferè præfuisset, ad laborum mercedem interminam vocatus est, juxta sanctissimum Magistrum tumultatus. *Ex S. Marcell. Gregor. Traject. Trithem. Arn. &c.*

S. Willeicus

In Hispania; monasterio Rivi-ficci; depositio B. Andreæ monachi. Hic aqua sapientiæ salutaris potatus, SS. Patrum mores studiaque

B. Andreæ

studiaque frequenter imbibit, atque omnium virtutum exercitationi diligentissime incubuit. Et vero licet in singulis virtutis excellere videretur, amore tamen & studio erga DEIPARAM mirifice exsplenduit. De quo B. Cæfarius: *In obsequio, ait, Beata Virginis ita fervens extitit ac devotus, ita in Horis ejus decantandis morosus & intentus, ut non solum in singulis versiculis, sed etiam in singulis verbis memoriam ejus haberet, sicque Horam horis cum maximis laboribus penè continuaret.* Vnde & multis, & raris à Cælitum Imperatrice favoribus nobilitatus, alios inter, de die transitus edoctus, & plena sacri honoris gratia, Virginei oris osculum meritis, eo vel solo quidem (pro quanto!) æternum apud DEIPARÆ studiosos omnes, amorem & honorem meruit. Ita ipse, extremum decumbens, coactus amore atque importunitate collegæ sibi ægro defervientis: *Heri, inquit, Domina nostra visitavit me, & quia die septimo ad Dominum sum migraturus prædixit; & adjecit: Quia præ cunctis mortalibus (ecce elogium incomparabile,) mihi intentius servavisti; & ego tibi faciã, quod nondum alicui fecerim; collumque meum brachiis suis stringens, dedit mihi osculum.* Ita ipse, ut facile de ejus in cælo triumphantis gloria sit æstimare; in cujus transitu, copiosa candidatorum turba, visa est felicem ejus animum è corpore migraturum præstolari. *Ex Cæsar. Heisterb. Angelo Manrique, Chryf. Henric. Annal. nost. & Ephemeridibus Marianobenedictinis, &c.*

Eum osculatur B.V.

B. Arnulph.

Villarii in Brabantia B. Arnulphi Abbat. Arnulphus de Gestele, juvenis etiamnum studiorum caula Parisios missus, eam gratiam deprecatus est, magis inbian, ut ait vitæ scriptor, *charitati edificanti, quam scientiæ instanti, imitans exemplum S. P. N. Benedicti, qui secularibus omissis, se totum contulit Religioni.* Loci S. Bernardi postea Abbas ob virtutis famam electus, eo in munere magna sua talenta prodidit; ita ut deinceps à Villariensibus quoque Antistes postulareretur. Sed cum consentire omnino recuset: *Secundum jus Ordinis, inquit idem scriptor, Prælationem & in matre & in filia amisit, & sanctè perseverans, in domo qua præserat, Conventum sua præsentia laudabiliter informavit.* Iterum autem Villarienses Abbate orbatu agente S. Spiritu Arnulphum delegerunt, qui tandem assentiens, cum gravissimis debitis obæratum Cænobium reperisset, de minorum non curans substantia (ecce verum pa-

Villarium demeretur.

storem) ad sacra animum totum; prius convertit, eoque ipso tantam Numinis gratiam meruit, ut ex adversis non solum emergeret Cænobium, sed & opibus ac dignitate plurimum præstaret. Auxit 400. Rell. proin Cænobitarum numerum, ita ut non multo post centum ibidem Patres seu Sacerdotes, & trecentos insuper Fratres conversos congregaret. Præfuit annis 5. totidemque mensibus, & hac die A. C. 1276. ad æternam patriam evolavit. Cujus memorabile dictum illud, rogantibus Oeconomo, & rem domesticam curantibus, pro licentia dandi & accipiendi: *Scitote, inquit, Fratres, me ipsum, à quo dependet potissimum dispensatio rerum temporalium, non posse conferre panem unum, nisi pro utilitate Monasterii, vel pro indigentia pauperum quorum, NB. bona sunt.* Ex vita per monachum Villar. &c.

Obiit 1276.

Tolosæ in Gallia Ven. P. Francisci à S. Maria-Magdalena, Fulienfis Congregationis nostræ Provincialis. Hic Gallus natione, cum jam ætate maturus, & sacris Ordinibus initiatus, Regulam nostram professus esset, tanta virtute enituit, ut per 25. & amplius annos Prioris & Provincialis munere fungi cogeretur, in quo rigorem cum mansuetudine, justitiam cum misericordia jungens, disciplinam Congregationis mirificè promovit & æternum meruit. Licet autem adversa valetudine perpetuo premeretur, de rigore tamen semel suscepto nihil remisit, & inedia potius, quam quocunque alio remedio morbos profligavit. Primus & ultimus semper in Choro fuit; post Matutinas in templo contemplationi vacans, asperissimo etiam in frigore ad usque Primam Canonicam perstitit. Ita sobrius in risu, uti in victu parcus, Philosophi Christiani omnibus imaginem ostendit. Ab omnibus autem passionibus humanis liberrimus, Hospitalitatis insuper charitate mirè enituit. Horam denique mortis suæ Spiritu Prophetico prædicens, cum magna sanctitatis opinione A. C. 1624. Tolosæ decessit. *Ex Carolo de S. Maria, Priore Parisiensi, Hugone Menardo, Annal. nost. & Bened. Redivivo.*

V. Franciscum

Mortem prædicis.

Ipsa die Ven. Arduini Regis Italiae, qui cum esset Dodonis Marchionis Eporediæ filius, Mediolani à Longobardis contra S. Henricum Imp. Augustus appellatus, ab Henrici sequacibus prælio victus, terrenorum fastidio, ad S. Benigni Fructuarie se recipiens, cucullum amplexus, in eo biennium super-

supervixit, & poenitentia operibus se addicens Christi anno 1018. 6. Non. Martii ex hac vita migrans, pro terreno cæleste

Regnum acquisivit, ibidem ad aram S. Ioan. Bapt. tumulatus. *Philib. Pingonius. Carolus Sigon. Arn. Duac. &c.*

V. NONAS MARTII.

III. Martij.

S. Chune-
gunda Imp.

Ambergæ S. Kunegundis Augustæ, quæ Henrico I. Imperatori nupta, cum virginitatem ipso annuente servasset, bonorum operum meritis cumulata, sancto fine quievit & post mortem miraculis claruit. Chune-
gunda Illustrissimo genere Sigefridum Palatinum Comitum patrem, fratres Henricum Noricorum & Fridericum Lotharingæ Duces, sororem Immizam Guelphicam habuit. Henrico postea Imperatori nupta, intaminatissimam cum eodem Virginitatem, ad obitum usque servavit, & miram uterque summo in honorum culmine animi demissione, & vitæ insuper rarissima sanctitate exsplenduit. A Virginitatis, veritatisque hoste gravissimis appetita calumniis, ignis probatione suscepta, fidelitatem marito probans suo, ignitos vomeres, nudis pedibus, illæsa calcavit. DEIPARAM summo affectu coluit, ad cujus pedes procumbentem ipsam, in Sacelli domestici solida auro tabula, ipsam effingi Augustus maritus curavit. In nostros autem longè propensissima, vix Monasterium aliquod in Imperio indotatum reliquit, Ecclesias exornavit, pauperes, uti mater filios, adamavit & fovit. Mortuo denique sanctissimo Cæsare marito, ad Cænobium Confugiense à se conditum, velut *Refugii* è turbis sæcularibus tutissimam *vitam* confugiens, ipsa die anniversaria obitus Henrici, in dedicatione solemnij eius Basilicæ, inter Missarum solemniam, rejectis ornamentis Imperialibus, crineque deposito, ab Episcopo Monasticum habitum suscepit, quem sibi ipsa suis manibus operata fuerat; atque in eodem Monasterio annis 15. exemplar sanctitatis & humilitatis, ancilla reliquarum Virginum facta, Domino perfecte serviens, vitam religiosissimè consummavit. Cujus memoranda in primis vox suprema, cum rejectis oculis, allato panno aureo, sumptu & pompa Imperatoris, parari sibi exequias animadverteret: *Amictus, inquit, iste non est meus. Auferte hinc. Ornatus hic alienus est; istis terreno sponso, & hic cucullum monstrans, cælesti sum copulata. His vitem misera carnis materiem involvite, corpusque juxta tumultum fratris mei, ac Domini Henrici Imperatoris compo-*

Fit monialis.

Ancilla omnium.

Per mare suos ducit.

F.

His dictis piè in Domino obdormiit, Christi an. 1040. sive, ut alii habent, 1041. Cui ad tumulum delatæ, grandi & raro prodigio, maritus pridem ante mortuus, locum digniorem in sepulchro deferre, & cedere visus est. Kunegundem grandibus prodigiis, & in vita, & post mortem, illustravit amantissimum Numen, ejusque cultum orbi universo commendavit, quæ inter, viventis illa maximè celebrantur, cum flagrantissimum incendium solo Crucis signaculo extinxit, & in templo oblationis tempore altare accessura, cum nemo statim occurreret, qui chyrothecæ ejus exciperet, projectas solis interea radius sustineret, donec eas sancta Imperatrix ipsa reciperet. *Ex Matth. Raderi Divis Bamberg. Adelboldo, Andrea Bamberg. Anonymo Bamberg. Annal. nost. Germ. & Bened. &c.*

Mortur A.
C. 1040.

Miracula.

Gandavi in Cænobio Blandiniensi, S. Winwaloci Abbatis Britanni, admirandæ Sanctitatis viri. Is genere Illustrissimo editus, Francanum patrem habuit, Cotonij Britannia Regis consobrini, fuitque à prima ætate, & literis probè institutus, & ea jam sanctitatis fama celebratus, ut puerulus etiamnum miraculorum gratia exsplendesceret. Quippe focij ephebuli inter lusum cursumque crus fractum, solo crucis signo & oratione curavit; cæcum pauperem miseratus, eidem lumen restituit; sorori germanæ oculum, quem an-

S. V. Vinvaloc.
locus Abbas.

Puer miraculis claret.

Per mare suos ducit.

pro-

propulsavit. Omnia tam spiritualia quam corporalia morborum genera, nullo quasi negotio quam facillimè sustulit. De vitæ ejus rigore, ita vetustissimus vitæ scriptor: A vicefimo ætatis suæ anno, ad supremum usque diem, nunquam visus est in templo sedere, nunquam aut inepta lætitia solutus, aut inani dolore contractus est. Cum Psalmodiæ esset intentus, aut extensis in cælum manibus, aut flexis in terram genibus, aut uno aliquo in loco fixus & immotus psallebat. Quotidie Psalterium dicere solebat; centies interdum, & centies noctu flectebat genua. Vestis ei non lanea vel lineæ, sed ex caprinis erat pellibus; lectus ei non ex plumis aut pannis molli- bus, seu etiam ex paleis, sed ex durissimis arborum corticibus sternebatur. Sedes ejus mollis erat arena lapidibus permixta. Panis, quem quotidie eodem fumebat pondere, hordeaceus erat cineribus permixtus. Pulmentum ei fiebat ex farinula hordeacea & modico olere. Sabbathis & Dominicis diebus pisce & caseo vescabatur. Quadragesimæ diebus, bis in hebdomada fumebat cibum. Vinum & potionem omnem, quæ ebrietatem adferre posset, haud aliter atque venenum repudiabat, &c. Fuit autem, ut idem describit, aspectu Angelicus, sermone compositus, & in Dei opere strenuus, mente & corpore integer, ingenio perspicax, consilio magnus, fide Catholicus, spe patientissimus, in Dei & proximorum charitate perfectus, orationi diu noctuque intentus, omnibus semper se affabilem & benevolum præbuit. In terra degebat corpore, sed animo in cælestibus versabatur, &c. Ita auct. cit. Meruit æternum de patria sua, Rege in primis cognato ad pietatem mirificè instituto; qui audita ejus sanctitatis fama, posito diademate & purpura ad Winwaloci se pedes provolvit, & quasi totus in alterum virum mutatus, ad suum inde Palatium revertit; incredibili deinceps fructu in Regnum universum redundante. Winwalocus denique vita sanctissimè exacta, die obitus ab Angelo prænunciata, transitum suum Fratris commendans, sacro sub horam tertiam facta, Sacrosancto CHRISTI Corpore & Sanguine resectus, ita ut sacra assistebat aræ, pulcherrimo & in primis memorabili mortis genere, animam in manus Creatoris efflavit, cujus sacrum corpus, Nonnannorum metu, in Belgicam transvectum in Blandiniensi

Cænobio magno concursu frequentatur & religiosissimè colitur. *Ex Vita perve- tusto script. Tritheimio, Acta S. Guimali, Car. Sauff. Hugo Menard. &c. Arnold. Duac. &c.*

Arvernensis depositio S. Caluppani, Monachi reclusi, cujus laudes enarravit S. Gregorius Turonensis Episcopus. Caluppanus ab ineunte ætate, miro pietatis studio flagravit. Monachum in Meletensi Cænobio professus, tanta vitæ austeritate corpusculum maceravit, ut communi manuum labori planè succumberet, querelis propterea Fratrum obnoxius, quas animo æquissimo toleravit. Illis nihilominus ne scandalo esset in rupe quadam non longè à Cænobio posita sibi speluncam quandam deligens, solo contentus panè, quem sibi Fratres mittebant, assidua lectione & oratione, vitæ reliquum transegit, Angelica perfectione sese exercens, variis à dæmone machinis tentatus, quem tamen signo crucis haud aliter, atque muscam depulit. Claruit insigni etiam miraculorum gloria, quæ inter, fontem è scopulo elicuit, & crucis signo draconem in fugam abegit. Migravit ad supera salutis anno 579. ætatis suæ quinquagesimo. *Ex Vita per Greg. Turon. & divers. Gall. script. Car. Sauff. Hugone Menardo &c.*

Novantulæ in Monasterio agri Mutinensis, natalis S. Anselmi, primi illius Cænobii Abbatis, cujus vita virtutibus plena refulsit. Is regia stirpe oriundus, Foro-Julienfium Dux XV. Astulphi Longobardorum Regis potentissimi propinquus, bello clarus, cum diu strenuè pro Regno Longobardico laborasset, rerum humanarum pertæsus, relicto amplissimo Principatu, in eo quod in honorem Benedictæ Matris & Virginis, nec non Benedicti Patris condiderat Cænobio Monachum professus, exemplum neglecti corporis, calcatique sæculi toti posteritati factus, plurimos rei novitate attonitos, mundi illecebris irritos illexit atque incitavit, ut servitutem CHRISTI opibus universis anteferrent, & ad Monasticam aspirarent & concurrerent. Abbas denique electus mira vitæ sanctitate exsplenduit, Fratrumque numeri adaugendi studiosus, mille centum quadraginta quatuor, exceptis Tyronibus seu Novitiis, suo in Cænobio Regum Regi milites scripsit & auctoravit, quos longè feliciore imperio, quam Princeps olim populos contulit, & ad nutum omnem paratissimos

S. Caluppanus.

Profligat demones.

S. Anselmus Abb.

Pater 1144. filiorum.

insigniter exercuit, proque laurea æternitatis formavit. Fuit mira in pauperes benignitate & jam Abbas Xenodochium pauperibus fovendis exstruxit. Cum autem multis annis Cænobio utilissimè præfuisset, brevi ægritudine absumptus, inter ferventissimas numerosissimæ Fratrum cohortis preces, cum iisdem benedictionem sacram impertitus esset, illorum manibus sustentatus felici morte decessit A.C. 804. ipso die Parasceves sacro, cujus nomen Divorum Albo insertum, & sacrum corpus in Principe sui Cænobii ara honorificè requiescit. *Ex vita, Car. Sigonio, Ant. Iepes, Phil. Ferrar. Menardo, VVione, &c.*

Obiit 804.

S. Alanus Abb.

In Monasterio Farfensi depositio S. Alani Abbatis. Hic Aquitanus natione, patrium solum sicut quondam Abraham deserens, ut DEVM se vocantem sequeretur, Monachus Farfæ extitit religiosissimus, deinde & Abbas factus ejusdem loci sextus, sanctissima administratione exacta, ad supernæ civitatis, quam perpetua virium contentione quælivit, beatam evolavit, sibi paratam mansionem, præfuit annis 14. mens. 3. diebus 8. sub quo multa sanctissimo illi Cænobio collata sunt. Claruitq; A.C. 754. *Ex Annal. Monast. Farfens. Car. Sauff. &c.*

S. Rupertus Abb.

Eodem die natalis S. Ruperti Abbatis Tuitiensis, S.R.E. Doctoris eximii, præcipui Cultoris Mariani. Hic à juventute Monasterium S. Laurentii in Oesbruck prope Trajectum ingressus, idiota cum esset, DEI parentem assiduis precibus exoravit, ut à Filio, sapientiæ fonte, Scripturarum intelligentiam sibi impetraret. Cui apparens illa: *En tibi, inquit, omnium Scripturarum arcana patebunt, ita ut neminè tibi hoc tempore habeas similem, tantum ne torpescas otio, & gratiam tibi datam ne negligas.* Communicavit & alia secreta dilecto suo Misericordiæ Mater, quæ fassus ille est, non se ausum expromere. Dedit proin se totum sacris literis exponendis, orationi, lectioni, scriptioni, contemplationi, rerum externarum cura in alios rejecta, ut nec dormiens quietere videretur, quin lingua & labra ejus, quasi legendo moverentur, cujus opera omnia Divino spiritu plena, Christi Ecclesiam, ultra omnem humanum modum juvisse feruntur. Multis denique in vita miraculis claruit, & relictis quamplurimis ad omnem æternitatem perennaturis monumentis ad beatorum gaudia ascendit, post Anno Chri-

A Deipara edocetur.

Ejus opera.

sti 1130. *Ex Tritheim. Anton. Balingh. Iepes, &c.*

In Gallia B. Boni Abbatis Casæ DEI, B. Bonni qui omni eruditione & Scripturarum imprimis intelligentia instructissimus, inter præstantissima Sacre Congregationis nostræ Cisterciensis sydera eluxit, & contra Albigenes Hæreticos missus, in Apostolici muneris legatione strenuè desudans, multis pro veritate Catholica stabilienda exhaustis laboribus, ad bravium felicitatis æternæ victurus æternum commigravit, tempore Innocentii III. Pont. Max. *Ex Phil. Sequino & Henriq.*

Lichefeldiæ in Anglia B. Owini Monachi, qui in Orientali Anglorum ortus provincia, inde cum Ediltride Regina in Northumbriam venit. Inter primos autem Palatii spectatissimus, ex principe Domus Regiæ, abjectissimus esse in Domino Dei elegit, de cujus conversione sic Ven. Beda noster: *qui cum crescente Fidei fervore sæculo abrenunciare disponderet, non hoc segniter fecit, sed adeo se mundi rebus exiit, ut relictis omnibus quæ habebat, simplici tantum habitu indutus, & securim atque asciam in manu ferens, veniret ad Monasterium Lesthingham. Non enim ad otium, ut quidam, sed ad laborem se Monasterium intrare signabat; quod ipsum etiam factò monstravit; nam quominus sufficiebat meditationi Scripturarum, eo amplius operi manuum studium impendebat.* *Ex Palatino Monachus.* Profecit non multo post insigni vitæ perfectione, & magni meriti effectus, alia inter suavissimos Angelorum concentus audire meruit. Claruit A.C. 670. *Ex lib. 4. Hist. Anglic. &c. Hug. Men. &c.*

Glocestriæ in Anglia B. Gerlonis Abbatis. Gerlo sive Serlo Glocestrensis dignissimus Abbas, tanta vitæ sanctitate præditus fuit, ut viris perfectissimis sui sæculi, BB. Petro Pictaviensi Episcopo Roberto de Abruscellis, & Bernardo Abbati Tyronensi comparari meruerit. Reformavit idem insigni cum fructu ac merito Glocestrense suum Cænobium, eo quidem successu, ut ex humili celeberrimum redderet, cujus maximè, juxta mentem S. P. N. discretio celebratur: *quam infirmus etiam potuerit suscipere, nec validus contemnere; in eo studiosissime cautus, ne quid nimis, suis injungeret. Ei mortuo, alia inter hoc Epitaphii positum:*

Ecclesiæ murus cecidit Serlone cadente,
Virtutis gladius, buccina Iustitiæ.

Elogium.

EX

Elogium ejus

Rigor vitæ.

Regnum demeretur.

Ad aram movitur.

Ex Gnil. Malmesbur. lib. 5. de gest. Angl. & lib. 4. de Pont. Angl. Annalys. nostr. Bened. &c.

Eodem die S. Winolati Abbatis. Ita Andreas Bamberg, fortè idem qui Winwalocus.

B. Elgab.

Eboræ in Lusitania, B. Elifabeth Monialis S. BENEDICTI de Castro, quæ à juventute sua miræ pietatis exempla dedit, & gravissima ac diuturna infirmitate acriter vexata, gloriosas sibi pœnitentiæ coronas contexit. Eam præsentia sua S. P. N. BENEDICTUS, cum Mellifluo Bernardo

IV. NONAS MARTII.

IV. Martij.

S. Basinus
Episc.

Reveris natalis S. Basini Episcopi Treverensis & Confessoris. Basinus S. Clodulphi Austrasiæ, hodie Lotharingiæ Ducis filius, calcatis mundi honoribus, repudiatisque blandientis fortunæ illecebris, longe illustrissimus, in Cænobio S. Maximini Treverensi, paupertatē Christi amplexus, humilitate longe spectatior in cucullo, quam majestate in Principatu evasit. Hic in multo vitæ rigore carnem spiritui plenè subjiciens, assiduo contemplationis & Monachicæ perfectionis studio, magnus evasit, & ad Abbatialem primum honorem evehctus, inde ad celeberrimi Pontificatus Treverensis apicem extractus, insignibus sanctissimæ vitæ radiis latissimam provinciam mirificè illustravit, & æternum Cathedræ suæ nec non Austrasiarum Regiæ familiæ ornamentum addidit, cumque gravissimis meritis subditos sibi populos, & feram posteritatem plurimum obstrinxisset, & miraculorum gloria à Numine mortalibus plurimum comendatus esset, ad felicem immortalitatem, corporeis solutus carceribus emigravit sub A. C. 745. *Tritheim. Franc. de Rosters. Maur. Galefin. Felici. Claud. Rob. Democh. Arn. Duac. Hugo Men. Chron. & Annal. Trever. Aquila Bened. &c.*

Claret miraculis.

S. Petrus
Abb.

Cavæ depositio S. Petri Abbatis, sanctitate & doctrina admirabilis. Petrus patria Salernitanus, S. Alterii Abbatis nepos, vitam Monachi sub S. Leone II. Cavæ Abbate professus, vetustissimorum Patrum primis initiis exempla assequutus est, tanta abstinentiæ virtute præditus, ut toto sacra quadragesimæ tempore, quinque aut sex panum refectione contentus, vixerit. Celebris tunc Cluniacensium nostrorum, ob exactissimam Regulæ observantiam fama, eo destitanti cum Fratri-

suo sæpè dignatus, mirificè consolatam reliquit, & cælestis patriæ desiderio ferventissimè accendit. Quam etiam appetente dissolutionis hora iudem visitantes, adducta etiam S. Vrsula Virg. & Mart. nec non SS. Spirituum multitudine, ad præmia æternitatis invitarunt, & felicissimo ejus agoni præsentibus, solutum corpore ejusdem animum, ad cæli palatia deduxerunt. Fuit celebri ex familia de Aguilar, generis sui immortale decus, cujus acta gloriosa descripsit Bernardus de Brito. *Vid. Chrysof. Henriq. &c.*

Felix transfus.

G.

bus aliquot ab Abbate impetravit. Verum Genuam delatus navigio, deficiente viatico, in oratione defixus, mox annulū pretiosum reperit, qui in omnes itineris sumptus copiosè suffecit. Cluniaci quinquennium, seu ut alii volunt septennium exegit, atque inde benè institutus à S. Hugone, rediit; paulo post unanimi Cleri populi Principisque voto ad Policastrensis Ecclesiæ Cathedram postulatus. Episcopatum ut admitteret, Guilphi Salernitani Principis suasionem atque impulsu ægrè consensit. Verum paulo post desiderio contemplationis, & Regularis observantiæ studio, eo honore se abdicans, ad suum Cavense Cænobiū reversus, Abbas postea præesse coactus est, qui subesse maluerat. Cum autem Monachi Cavenses, Cluniacensium exactiorem Regulæ observantiam, ut rigidiorem abnuerent, ad S. Michaelis Archangeli Cænobium apud Cilentum transiit, discipulosque illic pro animi voluntate nactus, non multo post à Cavensibus denuo expeditus, summaque omnium gratulatione revocatus est. Exin, mirum! quantus ad ipsum sæculi fluctibus emergentium concursus fuerit; tantus quidem, ut ipse (diutius etiam deinceps superstes, multoque plures Christo consecrans,) supra tria virorum millia, sanctæ Conversationis habitu, se involvisse testaretur; in tanto quidem Fratrum numero, nunquam deficientibus necessariis, ita ut etiam abundarent, nec pullantes solum, efflagitantes atque obvios quosque pauperes Petrus foveret, sed & per Vrbes & compita, undiq; egenes conquereret, invitaret & cogeret. Ut autem iacilis aliis, sic rigidissimus sibi, ad eo corpore extenuavit, ut pene vocem perderet, ab Urbano Papa (qui ipsum maxi-

Annulūm reperit.

Resignat Episcopatum

Supr. 3000 cucullo donat.

Rigor vita.

Absens adest.

Honor à Papa magnus.

Obiit 1137.

S. Beraldus
Mars.

B. Thomas
Prior.

mi fecerat) coactus, ut modicum saltem vini ulum, quod ægrè fecit, admitteret. Loricam ferream ad nudum corpus eo usque gessit, quoad exesa atque dirupta ab ejus corpore sponte caderet. Sotus etiam, hyberno maximè tempore, carnis edomandæ & castigandæ studio in piscinam se proximam imergere, & immani frigore, mollitiem sacri corpusculi indurare. Ipsum cum Imperatores Romani, tum alii maximi Principes, tanquam miraculum hominis, & Angelum cælo descendentem intueri percipiebant, ipso tamen nihil magis quam sciri & videri abhorrente; imo amplissima munera & privilegia oblata ab iisdem, ea ipsa ex causa negligente, ne conditis multis passim Cænobiiis fama innotesceret, cū tamen notissimus haberetur. Claruit illustribus & in vitâ, & post mortem miraculis; aliaque inter, grandi prodigio, etsi absens, visus nihilominus præsens aliquoties, disciplina & correptione Regulari in Fratrum negligentias animadvertere, ac peccata illorum in spiritu intueri atque corrigere. Illud quoque rarius, cū navigium quo vehbatur mersum esset, ipse super aquas ad littus processit, neque vestimentis ejus, neque quæ ad ipsum aliquo modo spectabant vasis sacris, libris aliisque, vel levissimè quidem madefactis, cū tamen diutius mersa pelago natarent, atque fluctibus agerentur. Ei in Concilio Beneventano nudo capite sedenti, Beatus Urbanus II. Papa, sanctitatem ejus plurimum veneratus, Pontificalem infulam misit, quam reverenter quidem accipiens, pro sua tamen animi demissione, etiam rogante Papa, ut capiti imponeret, consentire noluit. Interfuit & Arvernensi Concilio, in quo idem Urbanus insignibus illum Privilegiis honoravit. Mortuus est vir sanctissimus atque meritissimus Anno Christi 1137. etiâ à morte injuriosis in Monachos celeri atque horribili vindicta metuendus, aliaque inter miracula, ab Energumenorum maximè liberatione plurimū celebratus. *Ex Vita per Ioan. Abb. Annal. Cavæ, Hug. Men. Phil. Ferrar. Arn. Duac. Annal. Bened. &c.*

In Monasterio Besvenis S. Beraldi ejusdem loci Monachi & Martyris, qui à Danis Christiani nominis juratissimis hostibus, Christi anno 888. crudelissimè trucidatus ad æternos Martyrū triumphos, laureatus concessit. *Ex Hug. Menardi Martyrol. &c.*

In Anglia B. Thomæ Monachi eximia

vitæ sanctitate illustris. Thomas cognomento Rignerus, Cantuariensis Illustrissimi & Cathedralis Monasterii Monachus, ob vitæ egregiam dignitatem Prior ibidem deligi meruit; ubi Monachicam disciplinam penè collapsam; immortali cum merito revocavit; Monachosque in diversis Monasteriis possessionibus, suo arbitrio viventes, ad Claustrū revocavit. Fuit intolerabilis hæc revocatio, otio & deliciis asuefactis, ita ut gravissima persequutionis tempestas in Thomā irrueret, & falsæ ac gravissimæ criminationes, nec non insidiæ innocentissimum impeterent; quæ tamen omnia, velut magnus ille ejusdem Ecclesiæ & nominis Archiepiscopus Thomas, neque minore merito, constantia sua & patientia superavit hic & triumphavit; pristinoque demū vigori disciplinam restituit; suoque exemplo ad perfectionis sublimiā discipulis sedulo prævit. Ausus postea insigni magnanimitate Ius Monasterii sui contra Regem tueri, & Ioannem Norduicentem ab ipso intrusum aspernari, imo quantis poterat modis obniti; dignissima pietatis mercede, exilio multatus est; & cum tribus & sexaginta è suo Conventu Fratribus proscriptus, ærumnas suas consuetudine sociorum solatus, apud Cistercienses aliquamdiu patientissimè & humillimè substitit. Veteri demum nostrorū morè, solitudinem adiit, ubi vitâ à deo vixit rigidam & sanctam, ut proximè ad Veteres illos Ægypti Patres accessisse videretur. *Ex Nic. Harpsfeld. Matth. Paris. Annal. nostr. &c.*

In Monasterio S. Galli B. Burcardi eodem nomine II. Abbatis, qui post Kerhardū ad Illustrimi Cænobii regimen evehctus, multo nomine de suis plurimū meruit, & disciplinam Monachicam summo opere promovit; ita ut non tam hominum quam Angelorum collegio præesse videretur. Sed & studiorū æquè & rei litterariæ promotor fuit, quam Regularis observantiæ; ita sub isto statim scriptorum sese diversorum multitudo proderet, & relictis præstantissimi quisque ingenii monumentis posteritatē demereretur. Coactus postea, incredibili suorum luctu, S. Henricū Imperatorem in Italiam sequi, illic lue pestilenti exercitum invadente, & ipse morbo correptus, & abreptus est, corpusque delatum in Germaniā, in Franckemünster tumulatum est, multis deinceps miraculis à Numine illustratum, & quod ferè fidelium eo occurrentium devotio-

Regi obnitiur.

B. Burcardi Abb.

Mortuus est.

Claruit miraculis.

P

vtotio

Claret mi-
raculis.B. Herman-
nus Conver-
sus.Patientia
utilis.

votioni commendatum. *Ex Mon. S. Galli, Lib. de Casib. S. Galli per Burcard. Iod. Mezler. Marian. Buccell. &c.*

In Monasterio Aquiritensi B. Herman-
ni Conuersi, à patientia & humilitate plu-
rimū commendati; qui continuis infirmi-
tatibus ac intensissimis doloribus exco-
ctus, alter sui sæculi Iob, in fornace ten-
tationis probatus, uti aurum mundum
in conspectu DEI apparuit; & in patien-
tia sua possidens animam suā ad finem us-
que vitæ perseveravit. Memorabile
omnino illud responsum ejus, quod à
Thoma Cantipratano lib. 2. Apum, me-
rito celebratur; cū inter perpetuas gra-
uissimæ infirmitatis ærumnas, falsorum
Fratrum insuper contumeliis atque inju-
riis vexatus, obijcientibus quod Cænobio
nihil prodesset, qui lectulo jugiter ad-
hæreret, sic eleganter respondit: *Dum-
modo Ordinem meum, secundum quod lan-
guor permittit & dolor, in infirmitario te-
neam, & animam meam in patientia saluem,
credo in oculis summi DEI melius, gratius, &
sublimius Monasterium promovisse, quam si
illud mille marcarum copiis augmentarem.* Di-
gna, subjicit Cantipratanus, hominis pa-
tientis responsio: *Non enim propter Mo-
nasterium anima, sed Monasterium propter
animas institutum est; sicut non propter lo-
cum gentem, sed propter gentem locum elegit*

DEVS, &c. Claruit Hermannus sub A. C.
1225. *Ex lib. cit. Arnaldo de Raiffe, Chrysof.
Henriq.*

Eodem die S. Furci Monachi & Con-
fessoris Philtani Hiberniæ Regis filii, quæ
hac die decessisse voluit Trithem. nos ex
aliorum opinione supra die 16. Ianua-
rij.

Casini, Venerabilis viri Joannis Mona-
chi & Eremitæ, qui ex primis S. Romual-
di nostri Classensis Abbatis, & Sanctissi-
mæ Camaldulensis Congregationis In-
stitutoris discipulis, postea Casinum de-
migrans, cellula haud longe à Cænobio
structa, ibidem annis triginta Domino fi-
deliter ferviens, magnis virtutibus cla-
ruit, aliaque inter Charitatis studio fer-
ventissimus, detractationis osor zelosissi-
mus fuit, & contra id vitium sumopere
exarsit, quem post obitum DEVS illustri
miraculorum gloria commendavit. *Ex
monim. Casin. Petro Diacono, Const. Cajetan.
Marchesio, &c.*

In Monasterio S. Andreae Corduben-
si, S. Tranquillæ Virginis & ejusdem loci la-
monialis, quæ ex Illustri familia de Pe-
rez, multo Illustrior Religione evasit,
& vitæ celebris sanctitate, in eodem Cæ-
nobio cum matre sua Speciosa sepulta
est. *Ambrosius Morales, libro 16. cap. 7. 8.
& 25.*

III. NONAS MARTII.

V. Martij.

S. Virgilius.
Archiep.

Relati in Gallia S. Virgilio ejusdem
Civitatis Episcopi, pietate & doctri-
na Clari. Hic Lirinensis primum san-
ctissimi Cænobii Monachus, Beatissimo
Mauro S. P. N. discipulo Galliarū Cænobio,
& Lirinense in primis reformante,
primævo Ordinis flori, respondens fru-
ctu sanctitatis, pro meritis ad honores va-
rios proventus, Lirinensis primum, dein
Augustodunensis, postea S. Symphoriani
Æduensis creatus Abbas, ad Arelaten-
sis denique in Provinciâ Archiepisco-
pali Cathedræ sublimitatem Cænobio
extractus, non solum verbo, sed vitæ ma-
ximè exemplo, subjectis sibi populis viam
supernæ felicitatis ostendens, inter me-
ritissimos celeberrimi & amplissimi Ar-
chiepiscopatus, Divos Tutelares coli pro-
meruit. Fuit Magno Ecclesiæ Doctori
S. Gregorio I. apprime commendatus,

qujus plures ad Virgilium extant Episto-
læ, in quibus *Metropolitanus* ab illo appel-
latur. Claruit stupenda miraculorum
Virtute, ita quidem, ut alter sui sæculi
Martinus, in virtute Trinitatis DEI sic fie-
ri mereretur trium mortuorum suscitator ma-
gnificus; insuper & quartum, jam mor-
tuus ipse, mortuū vitæ redderet, cum fu-
nus sacro ejus funeri jungeretur; tanti
miraculi magnitudine populo universo
obstupecente, & in altissimas DEI lau-
des, concordi omnium plausu & voce,
erumpente. Fuit & inferis terribilis ad-
modum & metuendus, ita ut solo Crucis
Dominicæ signaculo, omnes dæmonum
terrores & larvas potenter elideret. Con-
didit Basilicam S. Stephani Protomartyris
in Vrbe Arelatenfi, nec non S. Salvatoris
& S. Honorati extra Urbem, huic insi-
gni adjecto Monachorum Collegio, quo-
rum

S. Furcensis.

V. Joannem
Camald.

S. Tranquil-

la.

A.

Quatuor
mortuos su-
scitat.

Rigor vitæ.

Patronus
Urbis.Eam defen-
dit.S. Petrus
Abb. Mart.Primus In-
quisitor.Martyrio
coronatur.

rum etiam in ipso Pontificatu rigorem
nunquam deseruit; adeo rigidus sibi, ut
perpetuum carni dum viveret & bellum
& supplicium indiceret & reapse infer-
ret, alia inter mortificationis genera
asperrimum ad carnem indutus ciliciū,
quod nunquam exuere consuevit; tanta
insuper victus abstinentia usus, ut ob eju-
dem rigorem (verba Martyrologii Gallici
sunt) *natura portentum crederetur*; Idem
Cleri mores strenuè reformavit, censum
Ecclesiæ ampliavit, & populo sibi credito,
assiduam opem præstitit. Suum deni-
que obitum ipse prædicens, inter miram
cælestis odoris fragrantiam expiravit, A.
C. 640. ætatis autem suæ centesimo vi-
gesimo septimo, *perpetuus Urbis Arelaten-
sis Patronus & protector* deinceps salutatus,
cujus tam illustri tituli ac delatæ dignita-
tis rationem suggerens, vetustissimus vi-
tæ ejus scriptor; *Omnem namque, ait, Divi-
nitatem propitia noverunt, Urbem Arelatensem
per defensorem Virgilium, in omnibus esse mun-
nitam; nec permitti potest, ut locum illum ho-
stiles valeant cuncti irrumperere, ubi ille Christo
dignoscitur militasse, &c.* Ex monim. S. In-
fulo Lirin. Vincent. Barrali, Iepes. Claud.
Rob. Annal. nostr. & Liliis Bened. Gall.
&c.

In Villa S. Ægidii, passio S. Petri Ab-
batis & Martyris, Legati Apostolici, &
primi Sacræ Fidei Inquisitoris. Petrus
de Castro-Novo Fontis Frigidi mona-
chus egregia vitæ integritate & præclara
eruditionis laude in primis excelluit. Cu-
jus virtutis fama cum & Romæ percre-
bresceret, dignissimus visus est, qui Ro-
mani Pontificis in Galliis Legatus esset,
pestilentissimamque Albigenisium Hæ-
resim opprimeret ac profligaret. Pri-
mus postea sacræ Fidei Inquisitor consti-
tutus, munere quamprimum suo stre-
nuè functus est, & Hæreticorum Ante-
signanum, seu potius Protectorem Co-
mitem Tholosanum, ipsummet aggredi
nihil veritus, sapius correptum, pro ma-
gnis demum excessibus comunione fide-
lium interdixit. *Zelo zelatus est beatissi-
mus hic Monachus, ait vitæ scriptor pro Do-
mino DEO exercituum, & auctoritate Apo-
stolica qua fungebatur, summa diligentia per
castra & civitates Hæreticos inquirebat; &
quos erroribus inveniebat infectos, magna se-
veritate puniebat, &c.* Simulata postea fa-
tisfactione à prædicto Comite evocatus,
cū occurreret, Comes autem, auctorita-
ti Ecclesiæ, Sancti viri monitis acquiesce-

re contemneret, mortemque insuper
Petro comminaretur, is Burgenisium
beneficio creptus, in itinere tamen à fa-
tellibus Comitis interceptus, & crude-
liter, gravi infra costas inflicto vulnere
confossus, æterno cum merito & gloria,
ut primus Sacræ Inquisitionis munus stre-
nuè gessit, sic & dignissimè excoluit, sui-
que gloriosi sanguinis purpura insignivit
& consecravit. Cujus suprema verba me-
rito celebrantur, cum inflicto jam vulne-
re, consimillima Divi Stephani Proto-
martyris precatione, percussorem allo-
queretur: *Dimittat tibi DEVS, quia ego
dimitto.* Conditum fuit sacrum Marty-
ris corpus in claustro monachorum S.
Ægidii, quod cum postea in Ecclesiam
esset transferendum, adeo sine læsione
reperitum est incorruptum, ac si eo die
fuisset traditum sepulturæ, suavissima cæ-
lestis odoris fragrantia ex eodem & vesti-
bus erumpente. *Ex Roberto Antissiod. Ang.
Manrique, Petro de Vallib. Sarnay. Hist. Albig.
Annal. nost. Hug. Men. &c.*

Eodem die B. Ruperti Abbatis Tuiti-
ensis, doctrina & pietate celebris. Ita
hac die Menardus, nos ex aliorum opi-
nionem die præcedenti. Cæterum à non-
nullis hac die ejusdem Ruperti anniver-
saria corporis elevatio seu translatio cele-
bratur.

In Gallia B. Radulphi Archiepiscopi
Lugdunensis. Radulphus sive Rudul-
phus, magnæ Virtutis & sanctitatis vir, &
familia, ut videtur, nobili sive illustri, co-
gnomento de Pyrinis, ob insignes animi
corporisque dotes, ad varios promotus
honores, Igniacensis primum Cænobii
Abbas, celeberrimi postea Claravallensium
Collegii Antistes electus est. Hinc
ad Agennensis Pontificatus expetitus ca-
thedram, demum Archiepiscopus Lug-
dunensis renunciatus, honor ipse hono-
rum omnium præcipuus, cathedras om-
nes cum meritis explevit, tum præci-
puo egregiæ sanctitatis ornamento illu-
strior reddidit, multisque ac magnis be-
neficiis commissas sibi provincias æter-
num obligavit. Decessit sub Anno Chri-
sti 1236. sepultusque est in suo Claravallis
Cænobio, in eadem quâ S. Eskillus Ar-
chiepiscopus Lundensis sepultura. *Ex
mon. Claravall. Iacobo Severtio, Cl. Rob. Ioan-
Chenu. Henriq. &c.*

In Angliâ, Monasterio Petroburgensi
Sanctarum Kineburgæ & Kineswidæ so-
rorum,

Digna post.

B. Ruperti.

B. Radulphi
Archiep.

Ob. 1236.

ss. Chine-
burga &
Chinesvidæ

rorum, filiarum Pendæ Merciorum Regis, quæ non aliter atque rosæ lectissimæ è spinis exortæ, impiissimum illum & ferocissimum Merciorum Regem Pendã, qui Oswaldum Regem interfecit, & plurimum Christi fidelium sanguinem crudelissimè fudit, patrem habuere. Kineburga autè, primum Alfredo Northumbriæ Regi nupta, inque Regni fastigio posita, humilitatis tamen Christianæ minime oblita est. Alfredo dein marito cucullum amplectente, mutato, & ipsa in ancillatum CHRISTI, Imperio, in suo, quod cum fratribus suis Vulphero & Ethelredo Regibus cõstruxerat Dormundcastrensi Cænobio Monasticen professa, proque meritis postea Abbatis effecta, multas sacras Virgines Sponso Christo adduxit & consecravit, aliasque inter, sororem etiam suam Kineswidam exemplo suo succensam, Monastico habitu induit, & sanctè educavit. Vtraque denique sanctorum operum mercibus locuples, ad Regnum & Palatia æternitatis emigravit; cum immortalia sanctitatis exempla post se in terris reliquisset. Chinesburga quidem deposito Regno & diademate, Chineswida reiecto, cum ab amantissimo simulque laudatissimo Rege Offa in conjugè expeteretur. Harum sanctissimarum sororum corpora, sub Henrico I. Rege, ad Monasterium Petroburgense magnâ pompâ translata sunt, & anniversaria olim memoria solemniter celebrata. Claruerunt Anno Christi 718. *Ex Chorograph. Britann. Ioan. Capgravo, Ingulpho Abb. Croyl. Guilh. Malmesb. Nic. Harpsfeld. &c.*

& tandem in se reversus, circumstantibus dixit: *Bona est obedientia. Ad tribunal Christi ductus fui, ipsumque facie ad faciem Angelorum Regem conspexi, dicentem mihi: (seu potius, ea quæ S. P. N. BENEDICTO olim promiserat, repetentem,) Promissa Ordini. Ecce locustus inter Fratres tuos. Nullus tui Ordinis peribit. Si Ordinem amaverit, aut in ipsa morte purgabitur, aut brevi post mortem Purgatorium ignem evadet. Quibus dictis, vir pius, inter manus exultantium & psallentium Monachorum, animam Christo reddidit. Ex Menolog. Cist. Ang. Manriq. &c.*

Syraculis S. Clementis Abbatis, Monachicæ Vitæ perfectione illustris & celebris. De quo ulterius indagare nihil potuimus. *Octav. Cajetanus Hugo Menard. &c.*

In Hispania translatio B. Raymundi Abbatis primi, Cænobii Fiterensis, qui auctoritate & facultate Regis Sanctii cognomento Desiderati, Calatravam ab incursu Maurorum defendit, ibidemque insignem, & meritissimum de Republica Christiana Ordinem de Calatrava instituit; & Christi anno 1163. sancto fine decessit. Facta est hæc translatio ex oppido Cirvelos in Monasterium Montis Syon, Pontificia auctoritate Pauli II. Anno Christi 1468. per Ludovicum Nuncium Archidiaconum Madritensem, & Ecclesiæ Toletanæ Diaconum; structumque paulo post ejusdem Sancti honori nobile Sacellum, & in fornice ex alabastro affabre facto, sacrum corpus, sumptibus Garciæ Lopez de Padilla, Ordinis Calatravensis Magistri reconditum, denique à Marco de Villalba, miræ pulchritudinis & magnificentiæ sepulchro, & in theca deaurata conclusum, Anno Christi 1590. *Ex Vita, & Ang. Manriq. Chrysofom. Henric. &c.*

PRIDIE NONAS MARTII.

VI. Martij.

B.

S. Fridolinus Abb. Seckingæ in Germania depositio S. Fridolini Abbatis & Confessoris. Hic Regio Scotorum sanguine ortus, patrem Conranum Scotiæ & Hiberniæ Regem habuit, verum contemptu splendoris Regii multo Illustrior, servis pauperis Christi in cucullo accenseri, inter eminentissima duxit, & maximis deinceps post professionem Monasticæ Virtutibus emicuit. S. Remigii primum discipulis ac-

ensus, ipsum postea Magnum Monachorum Archiducem Benedictum sequutus, utrobique maximos progressus fecit. Propagandæ postea Fidei zelo, multas provincias peragravit, ob id ipsum Viatoris vulgo indeptus cognomentum. Demum transito Vogesi jugis in Alsatiam venit, & Argentoratum subiens, incolas partim vana Deorum superstitione adhuc obtenebratos, partim Arriana scabie infectos,

Alsatiam convertit.

infectos, CHRISTVM Servatorem & sanam fidem condocfecit. Mox Rheni littora legens, non sine Divini verbi præconio, multorumque parta salute Seckingam, olim Sacconiam nuncupatam deveniens, in ea geminum domicilium, virorum unum, sanctimonialium alterum figere cœpit. Iamque alios etiam populos ad salutarem doctrinam adducendi, magno & cœlesti quodam igne, vir Apostolicus ardens, primo ad Burgundionum fines, mox longa ac difficili peregrinatione ad Grifones progressus est. Exinde Constantiam, & per montem Vocetium aspero itinere Claronam appulit, populosque ab idolorum cultu abstractos ad CHRISTI lavacrum perduxit, magnus omnino & mirificus Apostolus Germanorum, ad Apostolatum cœlesti oraculo vocatus, cum apparens ipsi S. Hilarius (cujus Cænobii Pictavis aliquandiu Abbatem egerat,) ab ipso, Gentibus prædicare juberetur. Claruit stupenda miraculorum gratia, quæ inter insigni illo, Calliarum Regnis & Regi ipsi Clodoveo innotuit, ad cujus mensam invitatus, cum ex manibus Regiis, vas Cristallinum pretiosissimum, auro & gemmis ornatum, in terram excidens, confractum esset, illud Fridolinus prodigiosè reddens integritati Regi stupenti, & plurimum exultanti restituit. Illud item rarius: quando Rheni cursum, fuis precibus, aliorum vertit, & Cænobio suo consulens, fluvio adversum Cænobii hostes usus, grandi miraculo eosdem & terruit, & à suis finibus avertit. Prodigiousissimum vero & celeberrimum illud, loco inprimis conspicuo factum cum Vrsionem sive Vrsum Ducem, Cænobii sui Doratorem à mortuis revocatum, & sepulchro extractum, Glarona Ranckuillam usque per sex milliaria Germanica secum deduxit, & in Conventu Procerum die indicta stitit, contra præsentem tunc etiam fratrem germanum suum Landolphum Ducem causam acturum, & de bonis Cænobio Seccaviensi à se legatis testaturum, quo adeo territus Landolphus est, ut non illa solum omnia quæ frater obtulisset rata haberet, sed suam etiam partem adderet, & alterum se fratri Fundatorem adjungeret. Denique Fridolinus post ingentia merita ad coronam & mercedem vocatus, & in con-

dito à se Cænobio conditus, suis etiam deinceps patrocinari non desit, multarum Ecclesiarum Tutelarum cooptatus. *Ex Vita, Iodoco Coccio, Const. Cajet. Marchesio, Stumphio, Melch. Goldasto. Henr. Murero, &c.*

In Britannia minori, Monasterio Sancti Maini, natalis Sancti Iudicæ I. eo nomine Regis & Confessoris. Iudicæ sive Iudaellus, Armoricæ sive Minoris Britanniæ Rex, summæ felicitatis sanctissimus Princeps, in throno Regni positus, inventus est sine macula, & post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecuniæ, sed spem omnem atque amorem in Regum Regem conjiciens, vilis in oculis suis fuit, servumque Altissimi se cognoscens, subditos in omni Iustitia & mansuetudine gubernavit. Liberorum inprimis sanctissime Institutioni atque educationi sollicitè institit, quos à prima ætatula in timore Domini instituere nunquam prætermisit, & dignissimo magisterio, vitæ scilicet sanctiore exemplo, idem & pater & magister, in omni bono opere exercuit, ac cœlestis potissimum Regni desiderio mirificè accendit. Genuit autem, rarissima omnino felicitate, ex beatæ memoriæ Britela Regina, amantissima & religiosissima conjuge sua, viginti liberos mira sæcunditate, mares sexdecim, puellas quatuor; & quidem, quod vix ad tantam in liberis benedictionem, cupiam & utpam contigit; omnes omnino, ut regis moribus, sic egregiis virtutibus, & insigni vitæ sanctitate conspicuos, omnes omnino, (res miranda!) post mortem Sanctorum albo adscriptos, cœlitibus adnumeratos. Sed & illud rarissimum, & sequuturis sæculis inprimis memorandum, cum parens sanctissimus, tamque dignis hæredibus verè fortunatus, Regni terreni fastidio sceptrum ac diadema abjicere pararet, etiam alteri, & tertio è filiis, oblatum Regnum rejicientibus, eandem omnibus illis, quæ Patri optimè voluntatem fuisset; longè sollicitius singulis Regni scepra, & delicias ac honores sæculi à sese amolientibus, quam quisquam ex tot Regum millibus, ambitiosè regnum quæsierit, cumque plausu exceperit, ægerrimè demum persuaso Iudicæle ejus nominis secundo, & fratrum natu maximo, ut patrem de omnibus meritissimum onere Regni sub-

P 3 levaret,

*Exempla Regia.**Clarent anno 718.**B. Gerhardt**S. Fridolinus Abb.**Item Glaronenses & Rhatos.**Insigne miraculum.**Mortuum resuscitat.**Miracula.**S. Iudicæ Rex.**20. Sancti ejus liberi.**Lispiæ & mirabilia.*

levaret, & tantisper saltem, regno cæteroquin periclitaturo, præset, donec fratrem alium juniorem Regno formaret & dignum redderet. Ita lætus pater & voto suo, & filiorum pari studio. Regno abdicato, complorantibus proceribus ac populo, stupentibus universis, ad S. Maiani Monasterium velut ad portum naufragus, se recepit, & cucullum amplexus, professusque sanctissimæ Regulæ nostræ rigorem, infimus omnium, qui ante supremus erat, esse & videri studuit, regiasque manus, Monachorum adhibens laboribus, demissionis, innocentiae, obedientiae, ferventissimæ charitatis, Fidei ac spei omnibus se exemplar, ipsis etiam magistris, & perfectioris notæ Monachis exhibuit; omnibus tantum Principem, summa cum admiratione suspicientibus, ejusdemque exemplo ad ardua virtutum & perfectionis studia mirificè concitatis. Iudicæ demum, Angelicam planè in terris vitam degens, emergentibus paulo post in portum Religionis eundem, aliis atque aliis tanti parentis filii, & sua, & filiorum felicitate etiam in terris beatus, ad superæ beatitudinis æternitatem gaudia abiit, post annum Christi 660. Regum verè felicium, parentum felicissime fecundorum, nec non triumphatorum Regni, & mundi hujus, speculum ac miraculum sempiternum. *Ex Renato Benedict. Franc. Belforest. Hieron. Plato, Iepesio, Arn. Duac. & Ann. nost. &c.*

Miraculum
Regis.

B. Pontius
Episc.

In Gallia B. Pontii Episcopi Claromontani; qui in Cænobio Grandimontensi Monasticen amplexus, ab ipsis conversionis suæ primordiis, studuit mundum sibi, seque ipsum mundo crucifigere, vitia carnis & cordis refecare, & seniorum, quos spirituales & in Religione conspicuos esse noverat, sanctam amicitiam avidè expetere. Cumque variis virtutibus ornatus effulgeret, earum intuitu, Abbas sui Cænobii electus est. Neque multo post, discipulis mira felicitate recto tramite per viam perfectionis deductis (quorum multi miraculis illustres mirificè effulserunt,) cum ejus se fama circumquaque diffunderet, ad regimen Cænobii Claravallensis expetitum atque evehctus, meritis demum expositentibus, Claromontanæ Ecclesiæ Pontifex est renunciatus. *Pontificatus vero honore sublimatus, inquit vitæ ejus scriptor, Monachi humilitatem non reliquit,*

Elogium.

geminam hanc gratiam, mirabiliter à se copulatam ostendens, ita ut summi Sacerdotii dignitas, Monastica humilitatis pietatem commendabiliorem redderet, & rursum Religionis vigor, Pontifici auctoritatem tribueret. Sicque verbo & exemplo populum pascens & instruens, inter Antistites sui temporis spectabilis apparuit, ac demum cursu vitæ laudabiliter peracto, præmium à Domino recepturus quievit in pace Anno Christi 1189. *Bern. Ob. 1189. de Brito, Henriq. Perales, Rob. Rusca, Barn. de Montalbo, Ang. Manrique, Annalib. nost. &c.*

Ratisponæ B. Cononis Episcopi, qui ex Monacho & Abbate Sigebergensis Cænobii ad eam Cathedram pro insignibus vitæ meritis evehctus, eam insigni sanctitate plurimum exornavit. Fuit autem plurimum dilectus S. Norberto Præmonstratensium Ordinis sanctissimo Institutori, qui ipsum haud aliter atque patrem venerabatur, ad quem conversionis suæ initiis recurrerebat, totumque se illi permittebat, ab ipso salutari doctrina sanctissime institutus, & in proposito confirmatus. Vocatur Cuno à Veteri scriptore: *Admiranda Sanctitatis Abbas*, fuitque tanto nomine etiam summis Principibus venerandus. Dedicavit in præsentia Friderici I. Imper. templum Cænobii Waldsassenensis, decessitque Anno Christi 1130. cum Ratisponensibus quinquennium præfuisset. *Ex mon. Sigeberg. Vita S. Norberti, Fortunato à Vincenza, VVigal. Hund. Annal. nost. German. &c.*

B. Canon
Episc.

Ob. 1130.

Apud Casinum Ven. viri Raiderisii monachi, qui dum ad castrum S. Apollinaris venisset, terra tunc nimia siccitate arente, rogatus Dominum pro pluviiis interpellare, ubi primum facris operatus est, mox imbres meruit & cælo deduxit. *Ex monim. Casin. Petro Diacon. &c.*

V. Raiderisii
sus.

Apud Allobrogos Beatæ Amadeum Virginis Sanctimonialis. Hujus gratiosissimum cælo nomen, cum ignoretur in terris, placuit à nomine germani fratris sui S. Amadei Lausanensis Episcopi cognominari, quæ & spiritu germanam tanti viri se prodens, pari professione Monachica, pari erga DEI param affectu, & devotione, omnem carnis & sanguinis necessitudinem superans, in pietatis studio cum fratre contendere non

B. Amadeum
virgo.

non verita, haud minore quam ille cælitum Imperatricis favore honorata & recreata est. Cum autem, sive cælitus, sive aliàs intellexisset de Homiliis pluribus à fratre in honorem DEI paræ, singulari gratia & energia scriptis, quas tamen ille cum summum juxta amorem ejus ingenium proditura essent, humilitatis studio, nec amicissimis quidem communicatas vellet; sancta soror pro communicatione illarum enixissimis precibus fratri instantissime institit. Qui cum negare sic petenti vereretur, non absque conditione quod rogatus est, annuit: nimirum ut & illa prius aliquid de tanta Matrè & Tutelari, sibi communicaret. Nec abnuvit illa, ut tanto spiritus solatio frueretur, moxque jucundum & gratiosum eidem à cælitum Augusta munusculum transmisit; Chyrotheciam nimirum laneam, incertum quâ occasione, à tanta Regina acceptam, quæ in præsentem usque diem in Reliquiario B. M. V. Cathedrali visitur, egregiis à Numine miraculis illustrata. Ut facile de cæteris tantæ Virginis meritis omineris, etsi vitam descriptam non habeamus. *Ex Richardo Gibbono, Vita S. Amad. Ephemeredibus & Chronol. Benedictinomaritanis. &c.*

Favor Dei
para.

V. Henricus
Cælestinus.

In Gallis Ven. viri Henrici Tonnelani Monachi Cælestini, vitæ mira puritate conspicui, & Prophetiæ spiritu à DEO illustrati, quem eundem existimamus, qui à nonnullis Henricus Iuvenalis appellatur; cujus sanctimoniam, eximie virtutes & variæ revelationes de rebus futuris, ac quarundam animarum, pro quibus sacrum fecerat è Purgatorio liberatio, comprobant. Decessit hic

felicissime & æternitati felici immigravit Anno Christi 1504. *Ex Monim. Cælest. Hug. Menardo, Cælest. Telera, Phil. Malabayla, &c.*

In Suevia, Monasterio POUNDENSI, vulgo *Paindt*, depositio B. Annæ Virginis & Abbatissæ. Hæc ex equestri familia Dynastarum de Franckenhofen edita læculi nobilitatem servitute Christi permittavit, & pauperculis quibusdam Instituti Cisterciensis sororibus apud Seefeldam primum dein juxta Puffium montem adjuncta, extrema rerum omnium inopia dives sub B. Tudechæ magisterio vitam sanctè instituit, cui & mortuæ Anno Christi 1232. succedere meruit. Condidit iisdem sororibus paulo post, haud procul à Monasterio Weingartensi, Painsense Cænobium Conradus Pincerna de Winterstetten, cujus prima Abbatissa Beata Anna, longe illustriora fundamenta jecit, laudatissima vitæ dignitate, & profundissima in primis humilitate, & sancto fine ibidem decessit A. C. 1244. *Ex monim. Bains. Menol. Cister. Ob. 1244. Henriq. &c.*

B. Anna Abb.

In Monasterio Zwifaltensi depositio Beatæ memoriæ Noggeri primi ejusdem loci Abbatis, discipuli S. Wilhelmi Abbatis Hirsaugiensis, qui Noggerum dignissimum credidit, in quo fundamenta quasi sanctitatis in eodem loco jacerentur. Præfuit sexennium, & post luculentiora vitæ exempla & magnum sui relictum desiderium ex hac vita migravit, Anno Christi 1095. quem Sanctæ memoriæ Walicho Abbas Weingartensis sepelivit. *Ex Chron. Weingart. & Zwifalt. Bruschi. Crusio, &c.*

V. Noggerus
Abbas.

NONIS MARTII.

VII. Martij.

C.

S. Equitius
Abbas.

IN provincia Valeriæ, S. Equitii Abbatissæ, cujus sanctitas Beati Gregorii Papæ testimonio comprobatur. *Mart. Roman.* Valeria provincia, primis duodecim sanctissimi Ordinis nostri Cænobii spectata, & plurimis deinceps aucta atque exulta, S. P. N. BENEDICTI primitiis fecundissima, mortuo magno Legumlatore, dignissimum tanto Magistro successorem Equitium habuit, qui Generalis, ut hodie vocamus, munere, provinciam amplissimam pluri-

Generalis.

mum demeruit, & disciplinæ monachicæ rigorem longè lateque propagavit. Hic in juventute lasciviæ spiritum infensissimum expertus, magistri felicissimi exemplo, de ipso generosissime triumphavit, & cum assiduis precibus pro continentia dono DEVM exoraret, assistente sibi de nocte Angelo, eunuchizari sibi visus omni deinceps carnis titillatione ac tentatione liber extitit. Prædicationis fervore sanctissimum itera Patriarcham imitatus, multum apud populos

Prædicator
Insignis.

populos circumpositos fructum fecit, & vitæ exemplo verbis concordante, ad cælestium amorem universos accendit. Scificitanti cuidam: Cur, cum factis Ordinibus initiatus non esset, prædicare tamen præsumeret? *Angelum*, respondit, *medicinali ferro sibi linguam secuisse, dicentem: Ecce posui verba mea in ore tuo, & ex illa die, se etiam volentem de Deo tacere, non posse.* Accusatus ea ipsa de causa apud Rom. Pont. Romam citatur. Sed is qui missus fuerat Iulianus, cum venientem ex agro vili habitu, & clavatis calceis indutum conspiceret, mox ut cominus advenit, tanto terrore concussus est, ut sacra ejus exambiens genua, vix, pro qua venerat causa posset exponere. Maturavit illico obedire vir sanctus, sed jumentorum fatigatione querente Iuliano: *Contristas*, inquit *Equitius, me Fili; quia si hodierna die non egredimur, crastina non exiemus.* Ita factum: nam Pontifice divinitus terrore, & graviter reprehensive, quod servum Dei inquietare præsumeret, celeri nuncio Iulianus absque Equitio reverti iussus est. Mortuum insignibus miraculis Deus commendavit, & rariore quidem illo: cum rusticus quidam irreverentius arcam frumento plenam ipsius tumulo imposuisset, occulta quadam vi, arca & frumento longè projectis. Vindicavit mortuus etiam ab interitu, an tristi servitute ac vinculis monachos suos, Longobardis omnia latè populantibus, illosque jam captivos extra Cænobium abripientibus, cum quiritante quodam: *Hæu! S. Equiti, placet tibi quod trahimur?* Longobardi quamprimum potestati dæmonum permitti, & ad terram dejecti, temeritatis atque crudelitatis pœnas darent, reliquis obstupefactis, ac vehementer territis, & à sacri loci temeratione, Monachorumque injuriis cautè deinceps abstinentibus. Requiescit sanctissimi viri corpus in Vrbe Aquilana, ubi tanquam Urbis Tutelaris præcipuo honore colitur. *S. Gregor. Ant. Iepes. Vincent. Belurc. Trithem. Ferrar. Fort. de Viz. &c.*

S. Volckerus
Mart.

In monasterio Segebergensi, S. Volcheri monachi & Martyris, qui à Pribislaio Sclavorum Principe cum aliquot Fratribus Monachis, gladio interemptus, Martyrii laurea donatus est, A. C. 1138. *Helmold. Abbas Stadens. Crantz. Hugo Menard. &c.*

S. Ioanni
Abb.

In Belgio, Monasterio Blandiniensi depositio S. Ioannis, tertii ejusdem loci Abbatis, qui cum magni illius Brabantiae atque Flandriae Apostoli, S. Amandi no-

stri discipulus esset, ea vitæ Monachicæ perfectione enituit, ut magistro ipsi præcipuè charus, ad Cænobii celeberrimi Blandiniensis regimen promoveretur: *Erat namq; , ait vetustus vitæ scriptor, Monasterialiter ac Regulariter apprime eruditus, studio prudentiæ ac sapientiæ ita deditus, ut peritia proferendi nova & vetera (juxta caput. 2. Regulæ,) in eo quam maximè polleret, ut jam non tam moraliter, quam naturaliter in his constare videretur, in cujus pectoris placito, sapientia edificavit sibi domum quatuor Cardinalium Virtutum columnis &c. quem cum nullum sanctitatis præteriret vestigium, sic in singulis virtutibus eminebat, quasi ceteras non haberet, &c.* Meruit immortaliter Ioannes de Gandavensibus, apud quos, pari quo Magister ejus S. Amandus Zelo verè Apostolico, jacta ab illo Fidei semina, indefesso studio sedulus promovit, sanctissimoque vitæ exemplo mirificè corda fidelium confirmavit, infidelium accendit atque attraxit, cujus virtutum laudabilis fama, longè lateque per mundum diffusa, adeo percrebuit, ut sanctissimus & celeberrimus locus non alio tunc nomine, quam *Ioannis Monasterium* cognominaretur. Obiit vir sanctissimus, & ipso Amando teste, juxta nominis sui prælagiū, *Gratia Dei undique plenus*, Anno Christi 685. regiminis sui 20. *Ex Monim. Gandav. & Blandin. Sigeberto, Ant. Sandero, Arn. Duac. &c.*

Vir Apostolicus.

In Anglia, Monasterio Wirensi, Sancti Easturwini Abbatis, qui S. Benedicti Biscopii, cujus patruelis erat ætate floruit, & latè splendoribus sanctorum per Angliam radiavit. Vt autem omni virtutum genere cultissimus erat, sic à Benedicto ipso magni habitus, Wirensis Cænobii Abbas ab ipso constitutus est. Neque sanè caro & sanguis Benedictum deceperè, verum pro vitæ meritis se electum Easturwinus factus ipso comprobavit, adeo quidem, ut & à morte immortale nomen consequeretur, inter Sydera Angliæ relatus & celebratus. Clauit Anno Christi 682. *Ex rer. Angl. script. Eduardo Maibevu, Hug. Menardo, &c.*

S. Easturwini.

In valle S. Petri, B. Godescalci ejusdem Cænobii Monachi. Is equestri natus familia Dynastarum de Volmestein, Cathedralis & Metropolitanæ Ecclesiæ Colonienfis Canonicus fuit. Sed illecebrarum mundi hujus exploratam fastidiens vanitatem, æstimatam dignius euculli felicitatem, inhianter exam-

B. Godescalci.

exambuit, & quam, ante conversionem extitit sæculo deditus, tam fervidè deinceps compunctioni & sui ipsius abnegationi fuit addictus. Et si autem modica litterarum ipsi inesset scientia, à Spiritu nihilominus Scientiæ & pietatis sublimiter provectus, tantopere excelluit, ut mysteria etiam altiora ipsi à Numine crederentur. cujus viri merita admirandis etiam signis comprobata sunt, & demonstrata. Is cum aliquando in die Natalis Domini Missam: *Puer natus est nobis, &c.* cum multa devotione & lachrymis, ut ei moris erat, inchoasset, & ad verba Consecrationis pervenisset, facta transubstantiatione, non jam in manibus suis speciem panis, sed infantem pulcherrimum, speciosum illum forma præ filiis hominum, tenuit & vidit; cujus charitate succensus, & mira pulchritudine delectatus, complexus est eum & deosculatus. Quod ipsum postea pluribus confessus est, & paulo ante mortem eidem confessioni immortalis, cum instantius sciscitante Winando Infirmario: *Bone Frater Godescalce, vidistis in Missa Salvatorem?* Simpliciter, *Etiam*, respondit. In quali forma? subjicit Winandus: *In forma infantis*, inquit ille. Tum alter: *Quid fecistis ei?* *Osculatus sum*, ait, *eum ante os suum*, & quid postea factum? *Ego super altare eum posui, & reverso eo in formam priorem, sumpsi eum.*

Illustratur

Puerum Iesum osculatur.

Miraculum.

Quod ipsum eadem die iterato confessus Henrico Abbati suo, paulo post felicissimo fine vitam terminavit. Celebratur inter miracula, Corporale, ut sacri vocant, cum Sacrista ab ipso extensum atque per medium ruptum, Godescalci meritis prodigiosè redintegratum, de quo *B. Casarius Heisterbac. Barn. de Montalbo, Henriq. &c.*

S. Ardo.

In Monasterio Anianæ S. Ardonis Presbyteri & Monachi, qui in prædicto Monasterio Monachum professus, sanctissimum illum & præstantissimum Ordinis reformatorem Benedictum Anianæ in Septimania Abbatem, magistrum habuit, cujus perfectissimæ vitæ exemplis mirè profecit, & gesta ejusdem non minus vita atque opere assequutus, quam prosequutus calamo, æternam in terris famam, in cælis gloriam promeruit. Obiit, A. C. 843. *Ex Martyrol. & Observ. l. 2. Hug. Menardi, &c.*

B. Petrus.

In Gallia B. Petri Monachi Bonæ-Vallis

lis. Hic sæcularis etiamnum cum optima conjuge vitam religiosissimam duxit. Et vero licet humilis in oculis sæculi uterque esset, in conspectu tamen Domini, maximè conspicui & gratiosi, magnam ab ipso gratiam promeruerunt. Fuerunt in mediocri fortuna, erga pauperes liberalitate propensi, erga Religiosos obsequiis atque affectione devoti. Quorum pietatem depingens Gaudfredus Altæ-cumbæ Abbas, alia inter, sic inquit: *Deputaverunt meliora fulera pauperibus, ipsi in palea recubantes; & cum tota domus Xenodochium videretur, assignata erat pauperibus & peregrinis propria cella seorsum. Religiosos non solum excipere, sed expetere satagebant, &c.* Fuit abstinentiæ uterque studiosissimus, inque omni virtutum genere exercitatus, ex quo tam sancto conjugio, non poterant non sancti liberi procreari. Ex quibus Lambertus Carisiaci postea Abbas, Petrus Tarentasiæ Archiep. & Andreas Bonæ-Vallis Monachus, omnes sanctitatis nomine illustrissimi evasere. Tandem conjux uterque suadente Petro filio, cucillum amplexi sunt, & sanctus quidem parens in Bonæ-Vallis Cænobio, vitæ reliquum exigens, cum summa sanctitatis opinione, ibidem felicissimè decessit. *Ex Gaudfredo Abb. Barnaba de Montalbo, Chrysoptom. Henriq. &c.*

Eleemosynæ

Liberi sancti.

V. Antoninus conversus

Conversus

fama

Cultor Dei-
para.

fama celebris & nomine sanctitatis. DEIPARAM Virginem mira devotione coluit, cujus imaginem in Ecclesia maiore seu Cathedrali Monasterio contigua, dies ac noctes, singulari studio, affectuque veneratus est, effecitque ut celebris deinceps imago haberetur. Vnde Vice-Rex Siciliae Marchio de Villena atque alii Proceres, ad ejusdem instantiam statutam eandem vestierunt, & argenteas ad eam lampades suspenderunt, durante usque hodie multa omnium devotione & veneratione. Solitus autem semper est Antonius Vespere, ad Tutelaris suae effigiem lampades accendere, & tum ad usque pulsum AVE MARIA vespertinum, illic sese prosternere. Inde pro sua corporis necessitate parum cibi sumere, & duas horas, domesticis curis & negotiis sedulo intendere. Postea in Capitulo ante altare S. Placidi, se in tapete sternebat, usque ad horam circiter sextam. Mox consurgens, per Ecclesiam ad altaria faciens orationem, continuabat id studii, ad usque Missam primam, cui ipse semper aderat, & sacerdoti inserviebat. Exin Hortulanum strenuum agens ad prandium usque laborabat. Fuit ipsi jejunium perpetuum & quotidianum; ad nudam carnem asperum cilicium, flagellatio frequens, ita terram sanguine balnearet, inter sacra exercitia peccus gravi lapide saepius tundebat. Erat simplici omnino ingenio, summa tamen prudentia se prodente, dum de rebus Divinis & sacris loqueretur; magni ob id ipsum a magnis, & viris etiam Principibus factus, ob quod ipsum, a suo quodam superiore, subverente nequid ambitionis lateret & simulationis inclementius habitus, qui a morte visus, fassusque est, a Numine quoque mulctatum se esse, quod F. Antonium praeter discretionem exercuisset. Profuit multis sua exhortatione, etsi silentii studiosior esset, & videri nullo modo exambiret. Afflictis tamen compatientissimus aderat, vir per omnia prisca saeculi, miraculum nostrae tam praeposterae aetatis. Vexatus saepe & territus a malis geniis, egregie ultus est, imple terror daemonum; quos potenter saepius ab energumenis profligavit. Claruit vivus & mortuus miraculorum gloria, multasque visiones seu revelationes habuit pro salute animarum. Longo denique morbo, quasi paralyti resolutus, insigni patientia se commendavit, cetera-

rum affecto licet acrius corpore, capite tamen semper sano & firmo cerebro, ita ut pulchre admodum & prudenter de sacris discurreret. Moriturus mirè hilaris; mortem ipse suam diserte praenunciavit; Visus tunc Visione aliqua, & ut ominabantur praesenti DEIPARAE patronae suo solatio recreari; cum oculis in caelum elatis, plenus solatii sese erigeret. Mortuus est Anno Christi 1620. 7. Martii, die Sabbathi, hora, 21. eo ipso quasi puncto horae, quo solitus vespere erat lampades coram tutelari sua accendere, conformiter suo desiderio, quo desiderabat mori die Dominae suae consecrata. Celebratus a morte & commendatus haud levibus miraculis; quorum aliqua Prior loci solemnius voluit authenticari, viginti quatuor, paucos intra, an totidem facta dies, fidei testium relatione connotata. Fuit propè centenarius, semper tamen hilaris & vigorosus, cujus veram effigiem Prorex Siciliae Marchio de Villena Regi Catholico, non sine solatio magno, praesentavit. Ex Vita MSt. & attestationibus Montis Reg. Prioris & testium &c. Mauro Marchesio &c.

Moritur,
1620.

Miracula.

Romae S. Redemptae Virginis, de qua S. Redempta Martyrologium Romanum, excusum, Anno Christi 1583, & Benedictina Hugonis Menardo & Arn. Wionis, nec ulterius indagare licuit.

Casini insignis Commemoratio, Sancti & Angelici Doctoris Thomae Aquinatis, ejusdem olim loci sacri Tyrone, sub venerandae memoriae Landulphi Comite de Aquino Casini Abbate patruo sancte instituti, etiam tunc editis miraculis celebris; quem tamen ob funestum Romanum inter Pontificem & Fridericum Caesarem bellum, inde profugum facer Ordo Praedicatorum suscepit, & retinere meruit, Thoma nihilominus suam erga Ordinem S. P. N. propensionem multis argumentis contestante; a quibus primum sancte educatus, tum Grammatica Logica & Naturalibus Casini; Neapoli deinceps Theologicis, Petro de Hibernia & Martino Neapolitano professoribus ex Ord. nostro egregie institutus est. Posuit idem apud nostros spiritum, & in Monasterio Fossae novae supremum decumbens, cum illic ad preces nostrorum Cantica Cantorum explanasset; & ad verba illa pervenisset: *Veni dilecte mi, egrediamur in hortum &c.* eade

Commemo-
ratio S. Tho-
mae.Educatus a
nostris.Moritur
apud nostros.

vehementi Spiritus ardore, & summa vocis alacritate, erectis in caelum oculis proferens, solutus corpore, ad hortos Elifios supernae felicitatis emigravit, Anno Christi 1274. aetatis suae 48. cujus postea factum corpus nostri felicissimo illius Ordini

rediderunt, & sacram illam familiam immortaliter demeruerunt. Ex *monim Casin. Ptolemao Lucensi (qui Thoma a confessionibus fuit.) Marco Ant. Scipione, Mauro Marchesio, Const. Cajet. &c.*

VIII. IDVS MARTII.

VIII. Martij.

D.

S. Iulianus
Archiepisc.

TOLETI in Hispania depositio B. Iuliani Episcopi & Confessoris; sanctitate & doctrina celeberrimi. Hic in sanctissimo Hispaniae Canobio Agaliensi Monasticae se devovens vitae, S. Eugenii, Toletani postea Archiepiscopi discipulus, sanctitate non solum rarissima mirum in modum profecit, sed & litterarum disciplinis instructus adeo excelluit, ut omnium ferè sui saeculi doctissimus celebraretur. Quirico Toletano Pontifice, qui S. Ildelpho nostro successerat, vita functo, ad eum honorem summis omnium votis expetitus, Canobio extractus est, quem quidem ille ita gessit, ut non Ecclesiae solum illi, sed Hispaniae, imo Reipubl. Christianae universae, aeterno merito, labores suos commendaret; Concilio in primis Toletano, unius & sexaginta Episcoporum, cui summa cum auctoritate ipse praesedit, celebrato, in quo plurima aeternitate dignissima egit atque instituit, Clerumque ac populum insigniter reformavit; Egica Rege, conspectu tot tantorumque Pontificum, tanta religione, & sacro quodam horrore tantopere concusso, ut ad pedes eorum prostratus, dominantem in cordibus eorum Domini Spiritum suppliciter, & demississime veneraretur, atque adoraret. Convicit idem sanctissimus Pontifex, & oppressit tribus doctissimis libris, Iudaeorum insolentiam, qui Christianis falsam ab origine mundi supputationem exprobrabant. Quibus, aliisque meritis gravissimis ornatus, ad caelos ac premia aeterna evocatus est Anno Christi 690. cujus nomen Sanctorum albo insertum, & illustre toto terrarum orbe memoria celebratur. Ex *Franc. Tarapha, Roder. Tolet. Vaseo, Mariana, Iepesio, Baronio, Hugon. Men. Arn. Duac. Annal. &c.*

Concilio
praesit.Iudaeos con-
vincit.

Obiit. 690.

S. Hunfridus
Episc.

In pago Tarvanensi, S. Hunfridi ejusdem civitatis Episcopi. Hic Prumienfis primum in sylva Arduenna Monachus, meritorum fama celebris, ad Divi Bertini in Sithiu celeberrimi Canobii

Abbas postulatus, dignè ex estimatione de se concepta & sanctissime praefuit. Ex quo dein Canobio ad Cathedram Tarvanensem sive Morinensem promotus, aeternum Episcopatum & Ordini nostro decus egregia vitae sanctitate conciliavit. Ejus, alia inter, memorandum illud; cum a Nortmannis sede sua pulsus, cucullo exilium solaretur, sedem Apostolicam super hoc ipso consuluisse: *Num revertendum sibi esset ad Ecclesiae regimen (tam resignatae voluntatis erat humillimus Pontifex, tamque expers ambitionis,) an potius in Monasterio manendum?* Suavit Nicolaus I. ut laborem resumeret, cujus responsio habetur in Decreto, Causa 7. q. 1. c. Sciscitatis. Transit ad felicitatis aeternae mercedem capiendam Anno Christi 869 circiter, cujus sacrum corpus Tervana capta, directa atque eversa, cum portione sedis Episcopalis a Carolo V. Ipra translatum, ibidem condigno honore colitur. *Jacob. Meierus, Ioan. Buzelinus, Aub. Nivens, Ioan. Molanus, &c.*

Ob. 869.

In Regno Navarrae B. Veremundi Abbatis & Confessoris. Hic in praedicto Regno, nobili oriundus genere, in Hyrachensi Regni ejusdem Canobio factus Monachus, cum probatissimis moribus omnium animos caperet, Abbas ibidem creatus est. Fuit magno in pretio apud Navarrae Reges, cujus in gratiam ab iisdem Monasterium ejus liberalissime dotatum, opulentissimum & potentissimum evasit. Disciplinam Monasticam felicissime restauravit, suoque exemplo maxime suos ad perfectionis studium accendit atque concitavit. Jeuniis & vigiliis, nec non rigido admodum cilicii usu, delicatum ceteroquin corpus, duriter habuit. Ut autem rigore in semetipsum, sic benevolentia & liberalitate in alios maximis enituit. Eum grandibus, & in vita, & post mortem miraculis Deus commendavit. Quae inter rarius illud, & plurimorum testium auctoritate confir-

B. Veremundus
Abbas.Miraculis
clarus.

Rigor vitae.

Terror dae-
monum.

matissimum, præcipue celebratur: cum invalescente per Regnum fame, in frequentissimos quotidie pauperes omnem Cænobii annonam expendisset, nec, qui pro frumento coemendo missi erant reverterentur; gemitibus pauperum, quorum tria millia ad portas Monasterii confederant, motum ac quasi laucium pium Abbatem, ad solius Numinis opem se convertisse, factisque operari cœpisse. Ventum ad ea, quibus *Omnium circumstantium* meminerat in *Memento*, ut vocant, *Vivorum* solemnia Ecclesiæ Verba, cum ecce candida cælo descendens columba, circum turbam mendicantem, miro girans volatu omnium visa est velut alis capita perfringere, rursusque in cælum se subducere; stupendo sane, & inaudito ad eam diem miraculo, ex ea hora mirifice omnibus & singulis ita satiatis, ut magnifico excepti atque faginati epulo sibi viderentur, Deoque ac Veremundo amplissimas agentes gratias, gratulabundi domos quisque repeteret suas, & miraculi insolentiam deprædicarent. Veremundus à Navarræis præcipuo honore colitur, plurimique à Tutelari suo nomen mutuati, suam ad posterum religionem cultu piissimum contestantur. Claruit vir sanctus Anno Christi 1052. *Ex Annal. Benedict. Ant. de Iepes, & nostris Venetiis editis, &c.*

B. Henricus.

Villarii depositio B. Henrici ejusdem Monasterii Prioris. Hic equestri generis nobilitate, familia de Marilis natus, nihil servitio CHRISTI nobiliter atque illustrius reputavit; & in sanctissimo Villariensi Cænobio inter monachos adscriptus, uti humilitate, simplicitate atque innocentia minimus Fratrum omnium esse studuit, sic maximus evasit, omniumque Prioris titulo curam suscipere meruit. Ejus muneris absolutissimam in Henrico functionem monumenta Villatiensia, alia inter, his verbis commendant: *Hic Prior opere implevit ea, quæ ab aliis statuit facienda, & magis præbuit se amabilem quam metuendum, homo pacis, & plurimam humilitatis. Quis unquam ex ore ipsius sonum detractionis, verbum scurrilitatis, sermonem gloriæ, vocem invidiæ audivit? Decem annis officio Prioratus functus, potius voluit de nimia misericordia, quam de mera justitia judicari. Valde patienter sustinuit infirmitatem morum, & corporum, in subjectis, sciens misericordes misericordiam consecuturos, &c.* Ejus cordis mundiciam & conscientiam puritatem, DEVS monacho

Elogium.

cuidam ejus Monasterii sanctissimo divinitus ostendit, in B. Henrici animo non minus atque candelam mirabili splendore rutilantem. Obiit tandem vir venerabilis, ut dierum ita & honorum operum plenus, cum totos quinquaginta annos in cucullo Numini deservisset. *Ex Auctar. Sanct. Belgii. monim. Villar. Henriq. &c.*

In Hispania B. Berengariæ Ferdinandi III. Legionis & Castellæ Regis Filia, Alphonso X. Romanorum Regis sororis lectissimæ, quæ fastidita Regalis aula pompa, habitu Monachico in Holgenfi prope Burges Cænobio summa devotione suscepto, sub sanctissima Cisterciensium reformatione Regum Regi serviens, illustri vitæ sanctitate, supra aurum omne, & Regum purperam exsplenduit, & glorioso fine decessit. Claruit sub A. C. 1250. *Ex Annal. nostr. & Chrysof. Henriq. &c.*

Watterfordiæ in Hibernia depositio Venerabilis & DEO dilecti Patris Nicolai Fagan, Monachi Ferrariensis, Monasterii S. MARIE de Surio Abbatis, electi Episcopi Watterfordiæ, viri vere Apostolici, gravissimisque laboribus pro Fide Catholica & Roman. Ecclesiæ Auctoritate perfuncti. Hic primus ex Hibernia, post oppressam religionem Catholicam, in Hispaniam veniens, Reformationis tunc Cisterciensium nostrorum ibidem Congregationi nomen dedit, eidemque postrema ætate nostra, alios inter præstantissimos viros, decus æternam peperit. Post annos aliquot, de novo missis in patriam, Apostolico labore strenuè desudavit, & Surienfis Abbas electus, Hæreticorum perniciosissimos errores reterege & confutare non desuit. Et vero licet gravissimis ob id ipsum calamitatibus magis ac magis semper opprimeretur & infensissimo exagitaretur ab iisdem odio, DEI tamen Verbum prædicare, Sacramenta administrare, multosque ad Catholicam Religionem pertrahere, magno animo vir, nunquam destitit; imo alacrior semper processit, fidelemque Domino suo, & S. R. E. operam comprobavit. Unde multis difficultatibus, multisque & evidentissimis vitæ periculis sese exposuit. In quem aliquando Hæretici, furore & rabie diabolicis irruentes, fustibus crudeliter ipsum dedolarunt. Iterum dum pro concione diceret, & efficacissimis verbis fidem Catholicam astrueret,

B. Berengaria Reg.

V. Nicolaus Fagan.

Fit. Abbatis.

Vir Apostolicus.

Vite periculum.

astrueret, hæreticus quidam sclopum in eum explisit, & humerum ejus trajecit, quo licet ex vulnere pro voto impiorum non interierit, magnos tamen inde deinceps dolores, sensit, & periculosè aliquādiu decubuit. Quæ omnia sancto viro magno comodo erant, quod hæc omnia DEO in Sacrificium offerret, & uti summa à DEO beneficia acciperet, intentionisq; ac desiderij ad Martyrium pro Christo tolerandum, fervorem concitaret. Obiit vir Apostolicus, & Sanctitatis opinione clarissimus, incredibili Catholici populi cum luctu ac mœrore Anno Christi 1617. cujus sanctitatem aliquot signis miraculosis Dominus comprobavit, & commendavit. Fuit DEIPARÆ Virginis longè amantissimus, cujus imaginem quandam, sumptibus emendicatis, & collatione fidelium corrogatis, ex Hispania advehi curavit, quæ insignibus deinceps miraculis claruit. Nicolao Fideles Hiberni posito Epitaphio sic, inter alia, parentarunt:

Miraculis claret.

Epitaphiū.

*Occidit, heu! justo desunt sua verba dolori,
Occidit eloquij gloria, gentis honos, &c.
Hic est ille pugil, debellatorq; profunda
Noctis, hic Hæretice, se va flagella luis.
Defensor patriæ Fidei fortissimus, hostes
Qui contra immanes, civib. Hæctor erat.*

VII. IDVS MARTII.

IX. Martii.

E.

S. Francisca.

nata 1384.

ROMÆ Beatæ Francisca Viduæ, nobilitate generis sanctitate, & miraculorum gratia celebris. *Mart. Rom.* Francisca perditissimi atque obscurissimi sæculi illustrissimum Sydus, æternum Romanæ urbis atque nobilitatis ornamentum, patre Paulo de Buxo sive Bussa, matre Jacobella Rosfrandescha, sive Broffedeschia, utroque præcipuæ inter Romanas familias nobilitatis, ipsa in Vrbe Anno Christi 1384. non sine singulari Numinis providentia nata est; gravissimo tunc Schismate Ecclesiam universam vexante; quæ ipsi postmodum Francisca, dignissima matronæ specie visa, ab immanibus quibusdam oppugnata gigantibus, condolentis Francisca precibus ad DEUM fufis, profligata tyrannorum feritate, liberata apparuit. Infantula etiamnum mirabili Numinis præventa gratia, castitatis rarum miraculum fuit, cum à nemine prorsus contingi se, vel leviter quidē sineret, quæ à parentibus solis; neque ab ipsis quidem

Religionis apex, speculum probitatis, honoris Splendor, & hunc Nervam turba fatetur inops, &c.

Fuit electus Pontifex Vwaterfordiensis, sed antequam litteras Pontificias acciperet, ad æternitatis præmia evocatus, mortalitatem exiit, gloria indefinibilis cathedram conscendit. *Ex Fascic. Sanct. Cist. Chrysof. Henriq. & BENEDICTO nostr. Redivivo, &c.*

Obiit 1617.

In Monasterio Casinensi, Ven. Manfonis Abbatis, qui Illustrissimo natus genere, Pandulphi Capuæ Principis consobrini, ex Cænobii Fundensis Præposito pro vitæ meritis, sacri Montis Casini Artistes electus, cum Monasterii comoda prudenter & oculatè promovisset, eo nomine Capuanorum nonnullis invisus, ab iisdem ex insidiis captus, perque summum scelus ac improbitatem exoculatus est. Quam injuriam pro Ecclesia Casinate & Iustitia æquo animo perferens Magnus Abbas, abdicata præfectura in solitudinem secessit, ut etsi oculis captus liberius tamen in Divina mentis aciem intenderet. Reperit autem finem miseriarum, & ex hac lachrymarum valle excessit An. C. 997. merito suo, viris maximis, & insigniter meritis accensendus. *Ex monim. Casin. Leone Ostiensi Marco Ant. Scip. Anr. Duac. &c.*

Obiit 997.

Castitas infans.

Angelus Custos.

inter-

interdum ille scintillabat, ut intempesta nocte, lectioni sacræ operam datura, luce illa haud aliter atque face uteretur. Splendidissimis nuptiis Laurentio de Pontianis Nobili Romano, præter voluntatem, à parentibus copulata, Matronalis pudicitiae, uti antea Virginalis puritatis, speculum universis extitit. Nunquam in publicum, nisi Numinis, ægrorum & pauperum causa prodijt, cum semper in cella, post necessaria domus negotia, orando, legendo, & meditando, moraretur. E-micuere in ea quasi gemæ & geminæ Humilitas, Obedientia, Patientia, Constantia, Abstinencia, Pietas, & Charitas. Ad eò mariti reverens, adeo voluntati, voci, nutibus obediens, ut miraculum conjugis absolutissimæ & sanctissimæ, universæ conjugū posteritati merito proponatur. DEIPARÆ cultui cum perpetuo addictissima esset, ejusque Officium devotissime recitare nulla die intermitteret, obedientiam tamen conjugalem tanti fecit, ut in hoc tantæ Tutelaræ obsequio, in uno ejusdem Officij versu, quater interpellata, quater abrumperet, & vocanti adesset, insigni ubi revertisset miraculo honorata & recreata, cum versus illius litteras, manu cœlesti auro scriptas reperisset. Liberis gignendis datura operam, nequid voluptatis, comixtione carnis caperet, tormenta varia excogitavit, quibus dolores sibi, vel novitate inusitados, vel gravitate intolerabiles concivit, & in membra propria crudelissimè, & occultè sæviit, quoultque Laurentius, optimæ notæ maritus re forte deprehensa, an scitè explorata, sanctissimæ conjugis condolens, & exemplo ejus piè fervens, aliquot ante obitum annis, summa cum Franciscæ gratulatione, vitam cœlibem pactus est. Prolem numerosam habuit, quam sanctissimè educavit, & Ioannem Evangelistam atque Agnetem superstes etiamnum, Sanctulos ad cœlum præmisit, deque gloria eorum edoceri meruit. Inexplicabili humilitate & patientia claruit. Pauperum omnium, non tam patrona, quam mater fuit, in quos dum annonam omnem effunderet, & idiplum, quod modicissimum supererat, frumenti erogaret, reversa ad cellam, supra quadraginta modios, miraculo oblatos & illatos reperit. Cum deesset, quod pauperibus daret, tantæ Nobilitatis femina, ostium flagitavit. Creditum à focero, generosissimi & regij vini dolium, in egenos exhausit; quod dum ægrius ille ferret, & super exhausto quereretur, re-

creatura quiritabundum, ire se haustū dixit, & poculum ipsi propinaturam; ivit, & cœlesti ministerio, dolium vino plenum reperit, & focerū raro miraculo exhilarans, vino prodigiosissimo beavit. Inferos, uti Magnus Antonius infestissimos habuit, à quibus crudelissimè cæsa & vexata, mirificè triumphavit, & mulier unica universis terrori fuit. Marito mortuo, longè etiam illustrior evasit; & pro Arch-Angelo, quem forma spectabili Comitum perpetuum habuit, è quarto Hierarchico Ordine aliū, multo eminentiorem accepit, in quo veluti speculo, abditissima, absentia & eventura mirabiliter intuita, multo suo & proximorum comode, inexplicabili illo in lumine agnoscens atq; intelligens, peccata abditissima peccantibus retexit, & ad pœnitendum permovit. Cucullum postea amplexa, & S. P. N. BENEDICTI Regulam sub cura Patrum nostrorum Montis Oliveti, professā, eundem beatissimum Patriarcham, plus quam paterno affectu familiarissimū habuit; à quo, siquid agendum, aut omittendum instituta, monita, correpta, & quæ ad sacras Virgines curandas in primis facerent edocta; per absentiam tanti Patris, Magnum Ecclesiæ Doctorè Gregorium, Magistrū & instructorem habuit. Eam quanti DEVS faceret, idem Sanctissimus Patriarcha noster BENEDICTUS edocuit, & ipsam potissimum funestissimo tempore ad salutem animarum natā, & à Numine optimè datā humano generi & concessam affirmavit, in eaque præcipue curā incumbere oportere admonuit. Idè ipsi alio tempore cū Paulo Apostolo, & diva Magdalena Patronis ejusdem visus, ut irā Dei orbi iminentè averteret flagitavit, quod dū illico aggredieretur atq; exqueretur, spicula Divina à caputibus urbis atq; orbis, uti rogaverat, averta intellexit. Rarissimū illud: C. A. 1432. Franciscæ suæ magnū Numen submissio eminentissimi sanè Ordinis Legato, Divo Thoma Apostolo, ut gravissimo Ecclesiæ schismati se interponeret, imperavit, & quia non congruebat, ut mulier Pontificè super tanto negotio conveniret, moderatorè animi & conscientiae suæ ad Eugenium mitteret, moneretq; Concilio Basileensi, quod fieri solet sese attemperare, ne novis incendijs fomes ministraretur. Monuit Franciscā, obtemperavit Divinis dictatis, summo orbis Christiani bono Pontifex, & plurima turbulenta synodi decreta rata esse iussit. Miro rigore sacri corp⁹ attrivit, abstinencia, cilicio, flagellis armata carne sub-

Miraculum

Regulam S. P. N. amplexa.

Donata orbi Franciscæ.

Ecclesiæ consult.

Vere Christi
Ho condoleat

Raptus.

Miraculis
claret.Institrix
sacra fami-
lia.

subegit. Circulum ferreum, in ulcere putrefactæ carnis mersum, Confessario suo petenti resignavit. Meditationis studio mirè exarsit; & tormenta Servatoris mente expendens, iisdem membris quibus ille adeo doluit, ut eo dolore moritura videretur. Inter orandum sæpius in extasim raptā, vossellis ac specillis puncta & confixa, insensilis permansit. Audita subinde inter ejusmodi raptus in similia erumpere: *Domine mi, quo abis? Domine quid me is perditum? &c.* Inter preces mensæ quandoque raptā, cum altera die demisso genu, & junctis manibus similiter raperetur, visa est solis instar exsplendescere; & rogata, cum tegere non posset, DEIPARAM facta est sibi cum S. Ioanne Baptista adfuisse. Ad rivulum quendam cum quiesceret, mox ut verba hæc protulit: *Ita Divina gratia, ut rivulus iste, leniter & tranquille fluit.* Spiritu raptā, cum sensuum impotens super rivulo ipso genua flecteret, ibidem pluribus horis, non modo non depressa, sed nec leviter quidem madefacta, super aquas, velut pavementum siccissimum, permansit. Raris alijs à DEO miraculis honorata: Reliquias panis ex superiore cœna, vix tribus fororibus sufficientes, in omnes partita, omnes mirè satiavit, & cophinum à mensā reliquijs plenum tulit. Mense Ianuario fororibus labore fessis, & siti exhaustis, insolenti prodigio vitem velut adulto aethumno frondentibus pampinis, tot uvis onustam impetravit, quot sorores aderant, quibus singulis singulas refici voluit, & DEO referre gratias iussit. In Vineā dum alio tempore Officium Dominæ nostræ recitaret, imbre subitum effuso, intacta illa, nec in pilo quidem vestis ullo immaduit. Congregationem Virginum lectissimam instituens, eam Virginum Virgini sacrā voluit, meruitque magnis ipsa Fundatoribus familiarum sacrarum accenseri. Multos cum à Numine tum Numinis Matre favores accepit, quam cum aliquando, visa ipsi cœlitum Regina, velo auro operiret, ipsa ad genua ejus provoluta, Matris benedictæ gremio caput inseruit. Mira potentissima in ipsa Divine gratiæ signa effulsere; quod vel solo illius congressu, alloquio seu aspectu, miranda illico apud omnes mutatio consequeretur; ut sive diffensione aliqua, sive lasciva turpitudine, sive inveterato alio quovis scelere quicumque laboraret, eos

momento ipsa lucraretur, ita ut poenitentes recederent; cum in tanta gratiarum affluentia, sola sibi ipsi Franciscā displiceret, peccata jugiter sua deploraret, tantisque lachrymis diffunderet, ut oculis ejus timeretur, cique propterea modum Pater ejus spiritualis præciperet. Tandem in febrim incidens, à CHRISTO DOMINO inter innumerabilem Angelorum frequentiam apparente visitata, cum ex eodem die septimo infirmitatis se morituram intellexisset, lachrymis fororum interpellata, verbis Divi Martini, si fororibus necessaria foret, ad labores post tantæ gloriæ promissionem se obtulit, eoque longè ampliorem à Numine gratiam meruit. Proximè mortem, pressis labijs, quidpiam submurmurans, rogata à Confessario quidnam diceret? jam jamque animam emissuram, DEIPARÆ Vespertinas preces se persolvere respondit. Quibus oppido absolutis, dormienti similis, nullo cujusque doloris indicio, oclusis oculis, tranquillo vultu in Domino requievit Anno Christi 1440. ætatis suæ 56. 7. Id. Martij, universa mox urbe, velut momento confluenta & quo minus ante 12. Martij diem sepeliretur impediens; corpore jugiter vivido, & cœlestem odoris fragrantiam redolente, quod ipso eodem Anno 6. Calend. Augusti, ob insignem miraculorum gloriam elevatum, & sublimiore loco ante aram maximam collocatum est, miro etiamnum odore fragrantissimum. Celebrata à Numine perpetuis miraculis, patrocinio suo, ab epidimiæ in primis morbo plures liberavit, & solemnissimo more à Paulo V. Pont. Max. in Sanctorum numerū relata est, An. Christi 1608. Cal. Junij. *Ex tur. 1608. Processu & actibus Canoniz. Carolo Streng. Ferraz. Annal. nost. Bened. &c.*

In Moravia, Sanctorum Episcoporum SS. Cyrilli & Methodii, qui multas illarum regionum gentes cum earum Regibus, ad Fidem Christi perduxerunt. Ita Martyrologium Romanū hac die, nos ob festum solemnium S. Franciscæ XVII. Cal. Apr. die ipsorum octava.

In Germania passio sexaginta Monachorum sacræ familiæ nostræ Cisterciensis alumnorum, qui professionis Monachicæ meritum, illustri Martyrii Laureolæ coronarunt & cumularunt. De quibus Menologium Cisterciense hac die, &c.

In Regno Navarra apud Lucerinū natalis

Miri effectus
eius
presentia.

Ob. 1440.

Canoniz.
relata est, An. Christi 1608.SS. Cyrillus
& Metho-
dii.

SS. Martij

B. Gregorius
us Cardi-
nalis.

talis B. Gregorij Cardinalis Episcopi Ostiensis & Confessoris. Hic pro eximijs meritis, ex Monacho & Abbate SS. Cosinæ & Damiani ad Micam aureâ S. R. E. Cardinalis renunciatus, cum magno & ingenio polleret, & naturæ dotibus, atque insuper egregia sanctitatis opinione, gravi in negotio in Hispaniam Legatus munere suo strenuè functus est, Hispaniasque simul & Romanam Ecclesiam demeruit, illos summa istius reverentia, vel pro solo tanti Legati contuitu, accendens, cum hic verbo potens & opere, sequentibus signis prodigiosis, merito omnium animos raperet, & cælo lucraretur. Laboraverat afflictissimum tunc Regnū tanta locustarum vi atque oppressione, ut paulo post extinguendum fame videretur, cum egregius hic Cardinalis supplicibus votis Numen aggressus, plagam illam tolli prodigiosè impetraret, contestatissimo in oculis tot populorum miraculo, ut nemo non deinceps Gregorium suspiceret, & tanquam Patriæ patrem coleret ac servatorem. Imortuus Legationi Anno Christi 1044. septimo Idus Martij, sive

Locustas
profligat.

Ob. 1044.

alij volunt septimo Idus Maij, de quo tunc paulo distinctius agemus. *Ex divers. rer. Hispan. script. Thoma Trugillo. Luc. Marinæo Siculo, Ioan. Marieta. Lud. Vega. Ferdin. Vghello, Annal. nostr. Bened. &c.*

S. Reinhardus.

In Saxonia S. Reinhardi Abbatis, qui Reinhausani eadem in provincia Abbas, eruditionis singulari laude, & præcipua vitæ sanctitate exsplenduit, multis atque insignibus, & in vita, & post mortem miraculis comendatus. Per cuius meritum in præsentem usque diem, morbus, quem caducum vocant, ad Reinhardi tumbâ, invocata ejusdem ope, prodigiosè curatur. Reliquit non pauca ingenij præstantissimi monumenta, è quibus præcipuè celebrantur, in Ezechielem, Elaiâ, Psalmos & Epistolas Divi Pauli Commentaria; opus præterea metricū in librum Iob. Claruit An. Ch. 1096. *Ex Chron. Hirsaug. Ioan. Trith. &c.*

S. Vindricus.

Tulli, B. Vindrici Abbatis Cœnobij S.

Apri magnarum Virtutum patratoris. Ita Martyrologiū Gallicum hac die. Vindrici autem vitam necdum videre meruimus.

In Germania, Monasterio Dunewarch B. Mariæ Sanctimonialis Virginis. Maria Comitissa Senæa vulgo de Seyne, Beati Caroli Villariensis Abbatis soror germana, cum, uti genere, ita & forma esset præstantissima, & à plurimis proceribus, ad conjugiū summis expeteretur votis, ipsa Regum Regi Virginitatem suam vovere maluit, & consecravit. Cui Angelorum Regina spectabili forma apparuit, & raro prorsus atque miro favoris extraordinarij indicio, sertum florigerū, cœlesti elegantia nitidum, tantæque Imperatricis manu & donatione dignum, capiti ejusdem imposuit. Quo quidem illa tanto deinceps vehementius castis amoribus exarsit; & clam sub noctis silentio, à suis se suffurata domesticis, in Monasterio Dunewarch, Sacræ Religionis habitum & velum suscepit. In quo ad finē usque vitæ sanctæ conversata, æternis demū sponsi cœlestis amplexibus frui meruit. *Ex Cesar. Heisterbas. Henriq. Annal. nostr. &c.*

B. Maria
Monial.

A Deipara
coronatur.

Cistercij Ven. P. Henrici de Burgundia, qui cū esset Illustrissimo oriundus genere, Odonis potentissimi Burgundionum Ducis filius, Hugonis Ducis frater Germanus, generosissimo tanti splendoris contemptu se se cælo commendans, purpurea vili cucullo permutata, in hoc multa pietatis ac humilitatis exēpla edens, Regnum æternum meruit, feliciterque Anno Christi 1130. post multos labores in Domino requievit. *Andr. du Chesne, Chrysof. Henriq. &c.*

V. Henrici
Dux.

In territorio Furnensi primâ inventio & translatio S. Idesbaldi Abbatis Dunensis, quam Deus egregijs miraculis nobilitavit, corpore ejus incorruptissimo reposito, & mira cœlestis fragrantia suavitate nares omnium præsentium perfundente. Facta est hæc translatio Anno Christi 1139. post annos à morte ejus septuaginta duos. *Theodor. Pybes. monim. Dunens. &c.*

S. Idesbaldus.

VI. IDVS MARTII.

X. Martii.

F.

S. Attala **I**N Monasterio Luxoviensi San. Attalæ Abbatis miraculis clari. *Mart. Rom.* Attala nobili in Burgundia natus genere, Arigio Episcopo à patre commendatus, dignissimo mundi tactus fastidio, ad

Lirinense primū Cœnobium profugit. Sed quod Monachorum illic mores, in libertatem quandam defluere cerneret, ad S. Columbanū nostrum se conferens, ita se se viro sanctissimo pbavit, ut

Lu-

Fis Abbas.

Luxoviensi Abbatia dignissimum judicaret, eidemque perficeret. Præfuit, & præluxit suis admiranda vitæ sanctitate, ita tamen, ut concitante cacodæmone, in tam sancti tamque frequentis collegij multitudine non deessent, qui super arduitate disciplinæ quererentur, aliosque sua inquiete involverent. Quos cū Attala, neque precibus, neque minis, ac pœnitentijs posset compescere, præscripto Regulæ, ne morbidi alios quoque inficerent, Cœnobio exegit, & quo ire luberet, permisit. Sed cum Sancti viri laniare famam non veriti, passim de ejus opinione detraherent, ultorē illico DEUM experti; Roccolenus in primis, vehementissimus olim in Magistrum, & in centor turbarū præcipuus, morteluit; Theodomundus, securi percussus interiit, alius dum modici amnis alveum transinearet, præter omnium opinionem, meritis perijt Theodarius, cum se carinæ credidisset, in mari demersus est; cæteris horum interitu vehementer territis, Attalæ supplicibus, cumque gaudio Luxovij denuo receptis, ac facile deinceps Magistro tam sancto per omnia obsequentibus. Fuit admirandis sanctissimus hic Abbas à DEO prodigijs honoratus. Ea inter Bobium fluvium nimium exundantem, ad extremum Cœnobio exitium minitanti, misso Sinoaldo Monacho cū suo scipione, ut aquis imperaret, prodigiosè compescuit, & imposito ripæ baculo, aliorum direxit: *Apprehenso baculo, inquit, quo sustentor, vade ad Bobium, imperantisq. voce dicito ei, signo Dominica Crucis prælato, ut istas desinat perfodere ripas, nec præsumptæ audacia modum suppleat; Sed ad alia cedens littora, ista sinat illasa, imperiisque Domini se agnoscat cessurum, &c.* Ex quo & Attalæ fidem & virtutem facile sit æstimare. Fraimero Monacho, sinistra manus pollicem inter labores agri amputatum, & jam terra sepultum, mirè restituit, cum jussus ille, ad locum milliari distantem, ubi digitum defoderat, recurrere, & illum reportare, quem sui oris saliva illitum manuique truncæ appositum atque adaptatum, magnus Abbas adeo feliciter consolidavit, ut integerrima ille manu, conceptum opus, sine dolore ullo prosequeretur. Sic moriturum jam puerum, contactu solo incolumē parentibus reddidit, & alijs virtutibus & signis mirè effulsit. *Erat beatus Pater Attala, inquit Ionas, vir gratus omnibus, singularis cujusdam fervoris, singularis alacritatis, singularis*

Pana inobediensium

Bobio fluvio imperat.

Abscissum digitum manui red- dit.

charitatis erga pauperes & peregrinos. *Noverat & superbis resistere, & humilibus subditus esse, sapientibus condigna respondere, simplicibus mystica aperire; in solvendis ac componendis questionibus sagax, adversus Hæreticorum procellas vigens ac solidus, fortis in adversis, sobrius in prosperis, temperatus in omnibus, discretus in cunctis, redundans amore & timore in subditos. Redolebat ejus doctrina in discipulis; nullus juxta eum vel merore deieciatur, vel nimia lætitia extollebatur, &c.* Ita Ionas. De imminente denique mortis hora à Numine edoctus, velut gravissimorum reus scelerum, perpetuis lamentis se dedit, & sublatis in sublimē oculis, cœlos sibi apertos multis horis intuitus, inter exhortationis verba, & altissimos suorum gemitus, felicem spiritum Creatori reddidit. Claruit An. Christi 626. *Ex Vita per Ioram, Ioan. Trith. Iepes, 626. Baron. &c.*

Elogium.

Claruit

Lutetiæ Parisiorum depositio S. Droctovei Abbatis, discipuli B. Germani Episcopi Droctovæ in Monasterio primū S. Symphoriani Reduensis Monachum professus, sed à S. Germano, cū Authario alijsq. notæ perfectioris Monachis, ad recens à se conditū Pratense Cœnobium evocatus, Parisiorum Urbē exemplo Magistri sui sanctitatis radijs multo illustriore reddidit, & Monasterij postea ejusdē Præfecturâ meruit. Qua feliciter perfunctus ad coronam Regni æterni evolavit An. Ch. 590. magno sui relicto terris desiderio, & immortali nomine sanctitatis. *Ex Aymoimo, Fortunato, Iacobo du Breul, Renato Bened. Claud. Rob. &c.*

S. Droctoveus.

Obazinæ in territorio Lemovicensi B. Stephani Abbatis & Confessoris. Stephanus Aquitanus honestis ortus parentibus, patre Stephano, Gunzberta matre, puerulus etiamnum ad DEI cultū propensus litterisque probè institutus est. Sacerdotio initiatus, comite Petro quodam in solitudinem secessit, & aggregatis deinceps discipulis Regulam S. P. N. BENEDICTI amplexus, non multo post Sanctissimæ Ordinis Reformationi Cistercienfi nomen dedit. Præter Obazinense, quinque insuper alia Cœnobia, Stephanus ædificavit, & insigni discipulorum colonia inducta curavit ac promovit. Corporis sui juratus hostis, diu carnem nudam tribus circulis ferreis constrinxit; quibus ruptis, lorica usus ferrea, ea quoque iterum ac tertio dirupta, à Monacho quodam monitus, DEI voluntatem non esse, abstinuit. In fluvium aliquando

Mirum rigore vite.

gelu constrictum collo tenuis, poenitentiae studio sese immergit; vilia quaeque culinaria munia libenter obiit; mensa Fratrum solis reliquiis refectus, portionem quae sibi debebatur sive ex consuetudine loci obvenerat, & quaecumque poterat, egenis distribuit. Famis tempore, omnes undique concurrentes pauperes ipse excepit, & pane ac pulmento refecit. Cum ad triduum duntaxat frumentum super esset, ejus precibus mire auctum, ad messem usque omnibus sufficit. Silentii in extremo etiam capitis discrimine studiosissimus, cum in latrones incidisset, illud rumpere noluit, illos autem, cum jam gladium quidam in caput ejus vibrasset, terror mirus ac nimis invadens in fugam coegit. Obiit A.C. 1159. multis cum in vita, tum post mortem miraculis coruscus. *Ex Bernardo Guidone, Hugone Menardo. &c.*

Silentii studium.

S. Boso Archiepiscopus

Eboraci in Anglia S. Bosonis Episcopi. Boso sive Bosa, Monasticen in Monasterio S. Hildae amplexus, quod alias Streshal dicitur, ea integrioris vitae laude celebratus est, ut illum magnus ille Angliae Primas S. Theodorus noster dignum iudicaret, quem extractum Canobio ad Archiepiscopale Eboracensis Ecclesiae Cathedralam subveheret. Praefuit sanctissime gregi suo annis novem, restituitoque in ledem suam S. VVilfrido libenter cedens, ipse ad dulce contemplationis reversus otium, memorabile prorsus neglecti adeo prompte atque hilariter tanti honoris exemplum de se praebuit, neque multo post sanctissimam vitam felicissima morte conclusit. Claruit sub A.C. 678. *Ex Ven. Beda. VVilhel. Malmesbur. Matth. Westmon. Trithem. &c.*

S. Aemilianus Abb.

Latinaci in territorio Parisiensis S. Aemilianus Abbat. qui ex Hibernia in Gallias ea occasione transiens, quod a S. Furseo, sub cuius Magisterio sacrae Religionis elementa imbiberat, Monachicae vitae studia, insigni successu propagari audisset: pias suppetias ferendi causa ad ipsum profectus, se iterum ejus asseclis adjunxit: quem cum ejus perspectam haberet sanctimoniam B. Furseus, Monasterio, quod Latinaci Clotarius Rex nuper hortatu suo condiderat, praesse iussit, cuius ductu, brevi tempore, illud tantopere effloruit ut florentissimis par haberetur, in quo & ipse denique plenus meritis decessit, & multam Sanctorum discipulorum copiam orbis solatio & exemplo reliquit. Floruit A.C. 650. *Ex Vita S. Fursei, Jac. Desmou. Sorbon. Car. Sauss. Hug. Men. &c.*

Floruit 650.

In Monasterio Formbacensi B. VVintonis Abbatis. Is nobili natus genere, nobilitatem cucullo textit, sed vita prodidit. Gottuicensis Canobii cum Priorem ageret, Reformator ad normam Hirsaugiensium ad Garstense superioris Austriae ad Annasum illustre Monasterium postulatus, cum egregia ceber haberetur vitae sanctitate, haud multo post Formpacensis Abbas expetitur, & unanimi Fratrum ibidem consensu Antistes consalutatur. Praefuit summa cum laude annos quatuordecim, insigni miraculorum gloria cum vivens, tum mortuus, a Numine illustratus; quae inter aqua prodigiose in vinum converti, & pisces prodigiose augeri impetravit; a moribundo quodam, magnam vim demonum profligavit; caecis visum reddidit, aliaque plura admiratione dignissima edidit. Fuit Eleemosynarius mirificus, & cum laepe omnia sua exhausisset, convocari tamen undique pauperes iussit, cum repente Principum & procerum Legati supervenientes, varia viro Dei munera obtulere, quae ille statim magno animi solatio in pauperes erogavit. Eum tanti fecere Principes, ut vestes ejus, quasi sanctitatis Reliquias, inquit vitae scriptor, contingere niterentur, felices se fore existimantes, si consortium ejus usquam habere mererentur. Mortuus est A.C. 1127. hac die, cum paulo ante mortem suorum incredibilem luctum insigni sermone solatus esset, & eodem sepulchro sancto antecessori suo Perngero, sive Beringero consepeli rogasset; miranda quamprimum balsami fragrantia locum dormitionis implente, cum felicem animam exhalasset, ita ut visitationem aliquam Angelicam. inquit Gerochus, crederem affuisse, sicque Angelis comitantibus, hymnum etiam concinentibus, sancta illa Anima caeli regna ingreditur. &c. *Signa post obitum.* VVintonem etiam deinceps egregijs miraculis commendavit, cuius vitam prolixius descripsit Beatae memoriae Gerochus Praepositus Reicherperchensis, ipsi coaevus. *Ex Vita cit. Bav. Sancta Raderi, communicatis R. P. Seraphini Kirchmeyer Garstensis. &c.*

B. VVinto Abbas.

Miraculis claret.

Eleemosynarius mirificus.

Obiit 1127

In Anglia B. B. Ioannis Paslei Abbatis VVhallensis, & alterius Anonymi Abbat. Sauliensis, qui post diuturnos carceres, variosque pro fide Catholica exantlatos labores, in patibulo suspensus, & in quatuor partes dissecti, Martyrium consummarunt. *Ex Troph. Angl. Henric. &c.*

SS. Mart.

In Monasterio Vallis-Vmbrosae B. Andreae Monachi, qui S. Ioannis Parmensis Martyris, primum discipulus, Sancto Ioanni

B. Andreae mon.

Ioanni Gualberto Congregationis Vallumbrosanae meritissimo Institutori deinceps adhaesit, ejusque imitator praecipuus celebratus est, cuius etiam vita descripsit. Abbas denique S. Fidelis Strumienis Canobii effectus, post longam corporis macerationem ad felices beatorum sedes translatus est A.C. 1097. *Ex Tab. Vallumb. VVione. &c. & Annal. nostr. Bened. &c.*

Obiit 1097

S. Crode.

In Anglia S. Crode ex Monacho Episcopi. de quo hac die Andreas Bambergensis, neque aliud quidpiam de hoc indagare licuit.

S. Ioannes mon.

Apud Vallem-Vmbrosam S. Ioannis ex Abbate Eremitae, qui cum eximia fulgeret vitae puritate, purissimae illi Virgini, pretiosissimae ac splendidissimae Praedicatorum Ordinis gemmae, S. Catharinae Senesi familiarissimus esse meruit; sequi alterius exemplo mirifice accendit. Effulsit non virtutibus solum maximis Ioannis, sed & miraculorum signis illustratus est, & vitam mortalem cum immortali commutavit A.C. 1376. *Ex Tab. Vallumbr. Arn. Duac. Phil. Malabayla &c.*

Obiit 1376.

S. Gelasius.

In Hibernia depositio B. Gelasii Abbat. Fuit hic notissimus & nominatissimus proxima aetate ob integerrimam vi-

V. IDVS MARTII.

XI. Martii.

S. Eulogius Mart.

Cordubae S. Eulogii Presbyteri, qui eisdem Urbis Martyribus in persecutione Saracenorum adjungi meruit, quorum pro Fide certamina fuerat aemulatus. *Mart. Rom.* Eulogius, Cordubensis patria, nobili natus genere, Monachum in Canobio S. Zoili professus est; meritis gravissimis, & vitae imprimis sanctitate, ea apud suos opinionem consequutus, ut Abbate ejusdem loci defuncto, successor ipse dignissimus eligeretur. Nec minore Cleri populique propensione, in VVestremirilocum Archiepiscopus, Toletanus expetit atque electus, magistratum tamen inire non potuit, ad gloriosiores longe insulas, &serta ac coronas Martyrum a Numine vocatus; & ob Catholicae Fidei defensionem Canobio extractus, a longo carceris squalore bene exercitus; in quo positus, gravissimis caeterorum Martyrum tormentis, & mortibus, adeo non solum exterritus non est, sed accensus, ut ea spe & recordatione se ipsum solatus, triumphos eorundem, rarissimo exemplo, & miragestientis animi significatione, in ipsis vinculis celebrare, & litteris atque libris posteritati commendare nunquam inter-

Eligitur Archiepiscopus Toletan.

tae famam & simplicissimam innocentiam late celebratus, cuius praestantissima merita multis & admirandis miraculis omnibus innotuerunt. Ex quibus illud praecipue commendatur: Cum Nobilis quidam opulentus, ut mortuis parentibus bene precaretur, largam eidem eleemosynam mitteret, & is pecuniae summa accepta, illico in genua provolutus, *De profundis &c.* devotissime recitaret; subridente qui missus erat famulo, & se milles pro tanta pecunia orationem ejusmodi recitaturum jactante, vir sanctus, ne quid scandali, crassae Minervae homo pateretur, Psalmum illum in chartula describens, ex adversum pecuniae, bilanci appendit, & illius pondere prodigioso, argentum velut stipulam elevavit, & excussit. Floruit Anno Christi 1570. & hoc die caelestibus immigravit. *Ex Annal. nostr. Bened. &c. BENEDICTO Redivivo. &c.*

Oratio praepoderat argento.

B. Christina Virgo.

In Nazareth prope Liram, depositio Beatae Christinae Virginis, quae ibidem tota Deo defixa, post sanctissimam vitam, ad aeternam felicitatem ascendit, quam ei praedixerat, & ex parte DEI promiserat B. Bartholomaeus, in eadem Monasterio Religiosus. *Ioan. Gileman. Henric. &c.*

G.

miserit; quorum plurimis ad Martyrium fortiter subeundum auctor fuisse perhibetur. Extant hac nostra etiam aetate praclarissima scriptorum ejus monumenta, quae Apostolicum spiritum redolent, & fervorem praestantissimi Martyris, vivis quasi coloribus referunt, & nomen ejusdem universorum fidelium cordibus mirifice commendant. Decretus Magno Martyri, agonis dies & triumphus, undecimus dies Martii Anno Christi 859. quo sacrum ejus caput cervice abscissum est, admirandi candoris columba omnium illico inspecta oculis, quae in Martyris gloriosissimi confidens corpore, cum nec pelli posset, nec capi, maximam in ipsis etiam Fidei hostibus concitavit admirationem. Sepultus est primum in professionis suae Monasterio, cuius tumulum visa caelestium geniorum multitudo honorare, & stupenda humanis auribus Musica celebrare, ac Divinas laudes ibidem persolvere. Hodie magnus tanti corporis thesaurus, in Cathedrali Ovetenis Ecclesiae Sacratio religiosissime asservatur. Ea imprimis insigni in Ordinem nostrum universum gloria redundante: Eulogium, praeter alia gravissima me-

Martyris animat.

Fit Martyr 959.

Eulogium.

Illustris memoria.

S. Firminus.

S. Suatocopius Rex.

Regis impietas

Detestatur vitam priorem.

rita, celeberrimam illam & spectatissimo toto orbe Toletanam Cathedram, totasque Sanctorum Pontificum meritis & sanctitate Illustrissimam, longe gloriosissimo Martyris titulo, & purpura Sanguinis Regia, verè Regalem effecisse. Consignavit Bulogii res gestas, & agonem gloriosum Alvarus ejusdem condiscipulus, testis oculatus: ejusque memoria non per Hispanias solum, sed per Ecclesiam universam, in hodiernam usque diem sancta & celebris perseverat. Ex Alvaro cit. Ant. de Iepes, Ambros. Morales. Annal. nost. &c.

In finibus Ambianensium S. Firmini Abbatis. Mart. Rom. De hoc & Benedictinum Arnoldi, & Hugonis, nec non Baronius, cuius tamen Sancti res gestas indugare, nequivimus.

In finibus Vngariæ depositio S. Suatocopii Regis Moraviæ, Monachi & Confessoris. Suatocopius sive Santocopius, Suatopulci Moraviæ Regis filius, & in Regno successor, à S. Methodio, sive Methudio nostro, ad fidem Christi conversus, juvenilis postea ætatis licentia, in luxu & scelera prolapsus, gravi mœrore optimi Præsulem affecit, cujus demum justissimam indignationem & cominationem promeruit. Festo Apostolorum Petri & Pauli, venationi intentus, cum differri ad reditum usque suum rem sacram à Methudio vellet, & is quamdiu licuerat distulisset, imminente paulo post meridie Sacris operatus, juvenis Regis acre ingenium eo facto tantopere concitavit, ut finito jam propè sacro superveniens, Sanctum Præsulem aræ assistentem, nisi impeditus ab aulicis, immani facinore tua manu trucidasset: quem etiam Regno excedere jussit, eoque felicitatem juxta è Regno & Regia proscrispsit. Methudius Romano Pontifici cum quereretur, comunionem fidelium interdictus est Suatocopius, tantisque ex ea die calamitatibus oppressus, ut facile tunc demum ultricem Numinis manum atque iram adverteret, simulque revereretur: optimis quibusque è Regno ob calamitates in Bohemiã concedentibus. Quæ animum Regis permoverunt, ut deplacando Numine serias de cætro cogitationes suscipere, juvenilem dementiam damnaret, scelera, & illud imprimis, quod in Apostolũ de Regno suo seque meritissimum admiserat, plurimũ detestaretur, eo denique totus jam animo mutatus deveniret, ut de Regno deserendo & corona abiicienda secum ipse concluderet, & conscio nemine, præter-

quam Aulicorum quodam fidissimo, cõscenso equo, in vastissimum sese nemus subduceret. Sed & nequod uspiam fugientis vestigium se proderet, equum ense ac manu regis confoderet, & mox ferrum humo tegens, celeriter se inde quoque proriperet, summa & voluntaria deinceps paupertate, profundissimaque sui abjectione Regnum cæleste pro terreno quod dimiserat comparaturus. Ita incognitus Monachis quibusdam ad Sambri montem supplex, Sacræ Religionis habitum exambuit, eoque supra omnem purpuræ gloriam beatus, summa deinceps quiete, sibi ipsi ac Numini intedit, magno vitæ rigore superioris vitæ delicta expiavit, tantumque sacris exercitiis profecit, ut non integritate solum omnibus se probaret, sed celeberrime sanctitate haberetur. Moriturus denique ut gloriam Numini daret, & qui pessimo olim exemplo multis grave dedisset scandalum, meliorem deinceps multis prodesset, quinquam fuisset Patribus & collegis prodens, iisdemque valedicens, non inter leves eorundem singultus, sanctam Creatori suo animam comendavit & reddidit, post A. C. 900. Ex diversis rer. Bohem. script. Aenea Silvio, Arn. Duac. &c.

In Hispania passio Sanctorum Vincetii Abbatis & Martyris, & Ramiri Monachi, qui ab Arianis occisi sunt. Horum natalem annotat hac die Morales, de quibus nos cum Martyrologio Romano die undecima Septembris.

In Monasterio Reinhartsbornensi S. VVolframi Monachi. Fuit hic singulare ejusdem sancti, & Sanctorum fertilis Cænobii ornamentum, in quo præter alias Virtutes, rara & probatissima miraculis in pauperes charitas & liberalitas commendata est. Erat VVolfrano, pistrini in Cænobio cura commendata in quo illa quã diligentissimè serviens, laboris mercedem eam esse maximã censuit, si quid panum in dilectos suos, Christi pauperes posset erogare. Sustulit pio furto, conscius liberalissimæ in pistrinum à Numine ipso refusionis, pleno sinu panum copiam, ut absconderet in sinu pauperum elemosynam, quo furto onustus, cum in Abbate forte incidere suum, subsistere jussus, & quid sinu ferre? respondere, ac proderet, ligna & assulas se ferre respondit, simulque grandi miraculo, panem cum dicto mutatum, uti dixerat, ligna depromsit. Abeunte autem Abbate, ad pauperes advolans, non jam assulas, sed panes sinu proferens

Fugit saculum.

Cuculum amplectitur

Moritur.

S. S. Mart.

S. VVolframi mon.

Insignem i raculum.

DEVS liberalis in liberales

SS. & BB. plures.

Ecce quanti viri.

V. Palumbus.

proferens in eosdem disperfit. Idem, cum panem alias omnem in pauperes distribuisset, & penum prorsus exhausisset, & re cõperta Abbas, quo comẽatum deportasset percontaretur, satis annonæ superesse respondit, & Abbatem ad cameram ducens, annonam refertam ostendit. Roganti autem & miranti, unde tantum afflueret. DEUS, inquit, ut vult, suis providet abundanter, His aliisque illustribus virtutibus ad bonorum omnium largitorem, æternum fatiendus evolavit. Ex monim. Reinhartsb. & diversis rerum Saxon. script. Annal. nost. Bened. &c.

In eodem Cænobio, comemoratio omnium Sanctorum atque Beatorum ibidem olim DEO ferventium at quiescentium. Fuit siquidem illud ipsum Monasterium multo tempore, uti frequentissimum Monachis, sic & Sanctorum copia fecundissimum. Ut enim numerũ, quem solus DEVS novit, non inimus, sed neque possumus, si vel maxime vellemus, inde tamen multum fuisse colligimus, quod non posset non multos DEO parere Religiosi, ut videtur, ut diuturnè in eodem Monasterio conservata, de quo ipso vetustiores ævi & testem oculatũ audiamus: Erant, inquit, Monachi ibidem devoti & Religiosi, viventes secundum consuetudinẽ Cluniacensium, seu Hirsaugiensium, erantque charitatem DEO quam hominibus, & accepti. Erant etiam Fratres, qui dicuntur Conversi, humiles & quieti, DEO & Ecclesiæ humiliter servientes, operantes manibus suis quidquid eis injunctum fuerat fideliter & devotè. Erant inter eos tunc temporis, portant ad nudam carnem loricas ferreas; alii catenas ferreas circum tumbos portabant, alii vero sepius nudi volutabantur in spinis, & urticis, & verberibus propter DEVM. Unde DEVS volens ostendere merita eorum, dum quidam ex ipsis Matutinas frequentarent, Divino sunt lumine circumdati, quod videntes laudaverunt DEVM, qui talia in servis suis mirabilia operatur. Ex monim. & auct. cit. atque Annal. nost. German. & Bened. &c.

In Monasterio Sublacensi Venerabilis viri Palumbi, ibidem Monachi, qui in lacra specu Sanctissimi Patriarchæ nostri includi exambiens, ibidem rigidissimum Inclusorum nostrorum sectatus institutũ vivens quasi se sepulchro intulit, imo per voluntarium Martyrium, in eadem quantus Magister arca atque ara quotidie se Domino immolans, ibidem ad finem usque vitæ constantissime perseveravit, Cuius venerabile corpus, in Sacello pri-

mum Divi Nicolai conditum, nunc vero post altare S. Gregorii Magni, in arca marmorea requiescit, acta tamen tanti viri perijisse, & Sublacenses, & universi tantorum maiorum filii, merito lamentantur. Ex. Annal. Sublac. Cherub. Mirt. &c. Cajet. &c.

In Monasterio S. Petri prope Gumielem B. Mamerti Abbatis & Confessoris. Is nobili & celebri usque hodie apud Hispanos familia Guzmannonum editus, patrem Felicem, pari nobilitate matrem Ioannam, fratrem germanum, magnum illum candidissimi Ordinis Prædicatorum Institutorem S. Dominicum habuit, cujus se non minus spiritu, quam carne & sanguine, verè germanum, imo gemellũ prodidit, & ut ille novam DEIPARÆ familiam condidit, sic ille Vetustissimæ Benedictinæ noviter à Cisterciensibus primavo flori, candori ac fervori redditæ se se summa religione devovit, in qua, continua carnis maceratione, & desideriorum mortificatione, longum ducens Martyrium, fratrisque per omnia studium imitatus, DEO ac DEIPARÆ insigniter se commendavit, & inter Sanctos sui Cænobii atque Ordinis numerari meruit. Cujus sacra ossa, autoritate Ecclesiastica elevata, inter reliquas Sacri thesauri gemas, in altari eidem consecrato, honorifice asservantur. Claruit sub A. C. 1210. &c. Angel. Manirg. Barn. de Montalbo, Chrysof. Henr. Ephem. nost. Mariano Bened. &c.

In Monasterio Claravallensi B. Iuliani Monachi. Fuit hic sanctitate vitæ, & sacrarum litterarũ eruditione clarissimus, qui non corporis solatium, verba Sequini sunt, non voluptates, neque sæculi delicias quæsi vit, sed ad strictiorem vitæ rigore transiens, relicto Monachorum Ordinis S. Augustini cucullo, in Claramvallem secessit, ubi molesta immundorum Spirituum infestatione, orationibus & jejuniis superata, tandem suis meritis ad Beatorũ quietem feliciter pervenit. Ita Phil. Seguinus, & Henricus &c.

In Morimundo Venerabilis viri Henrici Trecentis Episcopi, qui cũ esset magnus in sæculo, Comitæ Carinthiorum filius, cum B. Orthone Austriae Principe, & quatuordecim aliorum lectissimo juvenum consortio, religiosissima Cisterciensium nostrorum Reformatione mirifice captus & accensus, in Morimundo vere mundo mortuus, Sanctissimo illic Monachorum catui aggregari meruit, & magnis in virtute progressibus in sublimem evehctus

B. Mamerti.

Alter S. Dominicus.

B. Iulianus mon.

V. Henricus Episc.

evectus, inter illustriora ejus loci tydera exsplenduit, ob egregiam nominis famam inde ad Cathedram Pontificiam Tricafionorum sive Trecentem extractus. Fuit Legatus Regis Franciæ ad Romanum Imperatorem & Germaniæ Regem, Galliæ

IV. IDVS MARTII.

XII. Martii.

S. Gregorius Papa.

Præ-nunciatur à S. P. N.

Fit Papa.

Regina cali-complet.

ROMÆ S. Gregorii Papæ et Ecclesiæ Doctoris eximii, qui ob res præclare gestas, atque Anglos ad fidem Christi convertos, magnus est dictus & Anglorum Apostolus appellatus. *Mart. Rom.* Gregorius Romanus, Augustissimo Aniciorum sanguine, Anicy Gordiani, & Beatae Sylvie Octaviae, præcipuorum Sublacensis Cænobii dotatorum, filius, Anicii Gregorii V. C. nepos, S. Felicis IV. Papæ pronepos, à S. P. N. BENEDICTO cognato suo, cum ad huc matris lateret utero, quantus futurus esset, nomine & officio, præ-nunciatus est. Adolescens Philosophiæ operam dedit & Prætorio functus officio, mortuo Patre, Sex in partibus Siciliæ, recens Placidi Martyris & consanguinei sanguine sacratae, Monasteria ædificavit, Romæ septimum S. Andreae nomine ad clivum Scauri, in quo Hilarionis & Maximiani nostrorum usus Magisterio, Monachum professus, iisdem postea in Abbatiali successit dignitate. Inde extractus summo univèrsi bono, & S. R. E. Cardinalis creatus, Constantiopolim postea ad Tiberium Constantinum Imp. à Pelagio Papa legatus, Eutichium Patriarcham Hæreticum, ita convicit, ut ejus librum Imperator in ignem injiceret, & Eutichius ipse paulo post morbo confectus resipisceret atque errorem damnaret. Mortuo Pelagio, summo omnium consensu Pontifex electus, cum urbe profugeret, columnæ igneæ prodigioso proditus indicio & retractus, solemniter inauguratus est. Meritus gravissime primo statim Pontificatus aho, cum Admirabilis Matris Virginis, quam unicè dilexerat, & orbi diligendam commendaverat, patrocinio, deportata solenni in processione ejus sacra imagine & Litanis primum compositis atque institutis, pestilentissimam ab Vrbe lucè avertit, & Angelis solemnissimam illam Antiphonam Regina cæli lætare primum occinètibus, versum ipse postremum: Ora pro nobis Deum adjecit, ejusque usum in Ecclesiam universam introduxit. Mox dirissimam famem comportato undique frumen-

non minus quam Germaniæ notus, strenui & meritissimi Pontificis, per facta condigna munere, comprobatione. Obiit sub A. C. 1169. Bullencuriæ tumulatus. *Ex Ob. 1169. monim. Morim. Radewico Frising. Volf. Lazio &c. Cl. Rob. &c.*

A.

to, eleemosynis quasi infinitis in pauperes distributis ab Italia avertit; Ecclesiis plurimis per Gotthos vastatis atque everlis, ope & consilio adfuit. Schismaticos Romanæ Ecclesiæ conciliavit, Episcopis toto terrarum orbe, incredibili penè cura & vigilantia intendit, & ne quid offendiculi ex negligentia eorum, grex Christianus pateretur, quâ diligentissimè cavet. Rursum novo merito Africam demeruit, in qua Donatistas & Schismaticos oppressit. In Hibernia etiam exerrantes populos, ad sinum Matris Ecclesiæ recollegit. Tum Ioannem Ravennatem Episcopum, ac dein Dalmatiæ Episcopos correxerit. Mox ad Hæreses profligandas conversus, ingenti passim fructu & felicissimo successu, in Sicilia in primis laboravit, ex qua Manichæos expulit; Barbaricos autem gentiles, nec non Iudæos, mira arte atque charitate ad sacra Christiana pellexit. Postea Ioannis Constantinopolitani Patriarchæ audaciam, universalis Ecclesiæ Episcopi nomen sibi arrogantis, felicissimè fregit; Hispaniæ consuluit; Urbis templa restituit atque exornavit. Missis in Angliam Augustino & fociis, Edilbertum Regem cum omni familia convertit; Ecclesias construxit, & per Regnum universum Episcopatus, & Scholas publicas instituit. Agilulphum Longobardorum Regem, Vrbi atque Italiæ iminentem avertit. Schismaticos in partibus Istriæ ad unitatem reduxit, & quamvis lecto ob afflictissimam valetudinem, perpetuo ferè decumbere cogeretur, universum tamen terrarum orbem litteris, velut Aquila pennis circumvolando lustravit. Gallias Simoniaca labe purgavit. Concilia, quibus Ecclesiæ utilius esse & excogitari nil potest, diversis passim Regnis, in Hispania, Africa, Numidia, &c. coëgit, & lectissimæ sanctitatis viros, iisdem suo nomine præfesse voluit & jussit. Arianos dein in Hispania, Agnoitas Alexandriæ, alioque alibi Hæreticos validissimis auctoritatibus, & importunis Legationibus compressit. Campaniæ rusticos à paganizandi ritu revocavit.

Incredibilis industria

Magnus Apostolus.

Quanta merita.

Quantum debeat Ecclesia.

Instituta à Gregorio.

Incommissus Rex.

Insignia e-logia.

vit. Ligures, Venetos, Hiberos à schismate vindicavit; Romanum denique Imperium à gravissima bellorum clade, pace inter Imperatorem & Agilulphum Regem composita, eripuit; Agilulpho ipso ab Arianismo ad Romanæ Ecclesiæ gremium aggregato. Debet Ecclesia & posteritas universa Gregorio, Ordinationem Breviarum Romani, & omne ferè officium Ecclesiasticum, stylo elegantiore & compendiosiore renovatum & compositum. Debet præterea Missæ sacrificium, ita auctum atque ordinatum, ut alter ejus quasi auctor habeatur. Debet eidem Antiphonarium, ut vocant, ab ipso compositum, & tot sæculis, tanta cum fidelium recreatione & utilitate decantatum. Debet eidem officia festorum pluriù, Circumcisionis, Commemorationis S. Pauli, & plerorumque Sanctorum Rom. Pontificum, Dedicationis item Ecclesiæ, atque aliorum, summo ipsorum etiam cælitum plausu, tanto temporum decursu à fidelibus celebratorum. Ut de Orationibus Ecclesiæ plerisque, Hymnis, atque alijs ab eodè compositis nihil dicamus. Debet Institutionem Ieiunii Adventus Dominici, diei cinerum, Lotionis pedum die Iovis Sancto, Adorationis Crucis feria VI. Paralceveos, Rogationum, Stationum atque indulgentiarum, &c. Ut nemo unquam meritorum Gregorij multitudinè numerare, magnitudinè æstimare valeat & commendare; quæ proin haud immerito Angliæ Rex Edilbertus: *Immensum Thesaurum, qui generis humani maximam partem cælo lucrifecerit, appellavit.* Reliquit ingenij pulcherrima & æterna monumenta; quæ dum moliretur, Spiritus Sanctus candidissimæ columbæ specie, in aurem ipsi dictare visus est. Fuit enim, uti de vivente etiamnum asseruit Magnus Isidorus noster Hispanensium Pontifex: *Organum Spiritus Sancti, per cujus gratiam tantum scientiæ lumine præditus evasit, ut non presentium modo temporum, quisquam Doctorum; sed nec in præteritis ipsi par fuerit unquam.* Id S. Ildephonus noster Toletanus Archi-Episcopus: *Nihil ei simile antiquitatem demonstrasse, ait; Nam Sanctitate vicit Antonium, eloquentia Cyprianum, Augustinum sapientia & alijs virtutibus excelluit.* &c. Quem proin haud immerito Synodus Toletana VIII. cunctis Ecclesiæ Doctoribus censuit præferendum. Qui denique miraculorum gloria illustrissimus, pontificatus anno 13. mense 6. die 10. ad præmia æterna evocatus, ab ipsis etiam Græcis, ob immortalia merita, solemnè quotannis

memoria celebratur. Obiit A. C. 604. *Ex Obiit 604. Ioan. Diac. Petro. Diac. Baron. Iepes. Ven. Beda. Metaphrastes, Lipomannus, Paulus Casin, Grego. Turon, S. Ildeph. S. Isidor. Petr. de Natal. Phil. Ferrar. Alph. Ciaccon. innumeri alii &c.*

Item Romæ, S. Petri Diaconi, interlocutoris Dialogorum S. Gregorii Papæ & S. R. E. Cardinalis, qui cum esset Monachus S. Andreae in Vrbe, Magno Ecclesiæ Doctore multo nomine longe charissimus & familiarissimus, mira vitæ innocentia & sanctitate enituit. Cujus intuitu idè Pontifex, eum gravissimis Ecclesiæ negotiis adhibuit, & ad eminentissimam Cardinalatus dignitatem, virum minime ambitiosum evexit; ejusque Consilii & fervore spiritus bene usus, mutuis uterque exèplis, Cænobii ab quiete contemplationis commoda & solatia, in sumis etiam laboribus, vel repetendo quidem in colloquiis, degustavit, eaque & illos bene miscuit. Mortuus est vir sanctissimus, ipsa anniverfaria transitus Magni Doctoris die, qui neque in cælis ultra annum ejus destituit consortio voluit, quem in terris positus tota animi propensione dilexit, & tanti amoris monumentum in suis Dialogis tanto amico posuit. *Petrus in Catalago, Const. Cajet &c.*

In Britannia minori, S. Pauli Leonensium Episcopi miræ sanctitatis & abstinentiæ viri. De quo die sequenti, ob memoriam ejus Festo Magni Gregorii impeditam.

Ibidem, S. Ylduti Monachi & Confessoris, qui S. Paulum Leonensem Episcopum in Monasterio disciplina Monachica, & in omni sanctitate instituit, eique aditum æternitatis, puris vestigijs indicavit, omnis gratiæ & virtutis decore exornatus. *Mart. Gall. Car. Sausb.*

Villarii in Belgio depositio B. Gregorij ibidem Prioris, Monasticæ vitæ Zelatoris eximij, qui à prima conversione sua, vitæ innocentiam ac morum integritatè conservans, sic se ab omnibus sæculi vanitatibus mente & corpore abstraxit, ut ad Angelicam pertigisse puritatem videretur. Quam ut illibatam vir pius fervaret, raro è Monasterio egredi voluit, rarius sæcularium hominum colloquia admisit. Lethali tandem infirmitate correptus, cum ad ipsum vitæ limem venisset, oculis in cælum erectis: *Videò, inquit, salutem meam, quibus dictis felicem animam efflavit.* De eius eximio zelo, ita alia inter Chronicon Villariense: *Si videres hunc, putares te videre Mathathiam de Modin, patrem Machabæo.*

S. Petrus Diac.

Eius merita

Insigne ab amico monumentum.

S. Paulus.

S. Ylduti Abb.

B. Gregorius Prior.

Felix obitus.

beorum, Zelantem & pugnarem propter ob-
servantias Regulares. Zelus quippe Regule S.
Zelus eius. **BENEDICTI** Patris nostri inebriaverat eum
&c. & paulo inferius, ex dictis ejusdem
Gregorii, istud de rigore monachico nu-
quam remittendo haud immerito celebra-
tur: *Semel enim*, inquit, exterminata Reli-
gio, non sine gravissimo scandalo & per-
turbatione tam Prælatorum, quam subdi-
torum reformari potest. &c. *Arnold. de*
Raiffe, Herib. Rosveydus &c.

Potiniaci in Gallia B. Edmundi Mona-
chi. Hic à cultu in primis Augustissimæ
Cælitum Imperatricis commendatur,
Doctor Theologus ex celebrioribus sui
temporis, quam eximiam eruditionis lau-
dem, longe illustriore Virtutum ornamē-
to cumulavit, & in magna sanctitatis opi-
nionē diem clausit extremum. *Barn. de*
Montalbo, Henriq. &c.

In Hetruria, oppido S. Geminiani na-
talis S. Finæ Virginis, quæ in domo pater-
na, quasi in Monasterio degens, rigidum
sectari vira est Inclusionum nostrorum in-
stitutum, nunquam egredi nisi ad Misā,
vira, dies noctesque jure sacrificium & vi-
ctima Numini facta, cum sese irremisse
carnis mortificatione crudelissima Do-
mino mactaret & victimam offerret, in-
ter jejunia, Vigilias, & cilicij usum, labori-
bus manuum perpetuo occupata. Fuit

III. IDVS MARTII,

XIII. Martii.

B.

In Monasterio Cluniacensi S. Confor-
tia Virginis. Hæc calcato mundo longè
superior, hoste etiam domestico, carne
nimirum triumphata, inferis ipsis metu-
enda fuit, & ob egregiam vitæ puritatem
& sanctitatem, inter præcipua sanctissimi
illius Archisterij decora, celebrari meru-
it, miro virtutum splendore, & in vita &
post mortē coruscans; quarum intuitu in-
ter Sanctos relata, anniversaria per Eccle-
siam memoria celebratur. *Ex Martyr:*
Rom. Baronio, Arn. Duacæ. & rer. Call.
script. &c.

In Britannia minori S. Pauli Leonen-
sis Episcopi, cujus vitæ sanctimonia, jeju-
nijs, orationibus, humilitate & miraculis
clara refulsit. Paulus Sanctissimi Eluti
nostri discipulus, Monasticis disciplinis
ab infantia institutus, puer etiamnum,
magnis virtutibus enituit. Iussus ab
Abbate cum socijs tribus pueris segetes
custodire, quas marinæ volucres fæde de-

autem Martyrii cujusdā & patientiæ mi-
rabile speculum, cum enim forma elegā-
ti esset, ne quo carnali depravaretur affe-
ctu, adeo gravi morbo percussa est, ut vix
in lectulo volutari posset. In tabula autem
ligna cum accubaret, illa ex carnis tabe
computrescebat, muribus etiam carnem
ejus rodentibus, nunquam super quiritā-
te illa, sed in patientia insuperabili tran-
quilla semper mente, vultu serenato ac
hilari permanente. Fuit addictissima Ma-
gno Ecclesiæ Doctore Gregorio, qui & de
instante ipsi morte, octo dies ante suum
natalem ipsam præmonuit. Obiit hac die
A. C. 1253. cujus corpus sic tabulæ adhæsit
ut vix separari posset, cælestem tamen jã
spargens, pro foetore, odoris fragrantiam.
Capanas sponte sonasse ferunt, & quod
etiam mirandum, cū jam sepulturæ tra-
denda esset, manum attollere visam, nu-
tricemque suam tactu ab insanabili mor-
bo curasse. Ad cujus tumulum non mo-
do dæmoniaco & ægroti sanati sunt, sed &
puer defunctus, traditur ad vitam fuisse
revocatus. *Ex Vita, Fortun. de Vincent. Phil.*
Ferrar. &c.

In Anglia S. Heinæ sanctimonialis e-
gregiæ, de qua multa sanctitatis signa nar-
rantur. *Ex Ven. Bedæ. lib. 4. c. 23. & rer. Bri-*
tann. script. &c.

pascebant, ante auroram aliquando con-
surgens, cum detrimentum agri conspe-
xisset, juvenili pudore, biduum totum
Magistri sese conspectibus subduxit, ter-
tia autem die convocatis collegis pueris,
volucres aggressus, prodigiosè retentas,
nulla avolante, velut ovium greges, uni-
versas ante sese in Monasterium egit, at-
que ut reas & pro reatu puniendas S. El-
tuto stitit, admirante pueri fidem, tan-
tumque miraculum optumo Magistro,
& maximi deinceps ipsum faciente. Cum
autem jam tunc miraculis claresceret,
honorari fugiens, quindecim Annos
natus ad eremum profugit, ubi vitam
verè Angelicam instituit. Cujus cum
Sanctitas occultari nequiret, sed fama
undique percrebresceret à Rege Marco
per legatos accersitus, ipsum recens
conversum cum subjecto populo, pleni-
us in fide instituit. Inde Angelico mo-
nitu ad Ossani Insulam secedens, multos
illuc

Mira pati-
entia.

Obiit 1253.

Miracula.

S. Heina.

Pueri mi-
raculum.

Apostoli-
cus vir.

Fit Episc.

Mari ponit
verminum.

Draconem
perimit.

600.

S. Leander.

S. Stepha-
nus Abb.

illic infidèles ad veræ pietatis lumen per-
duxit. Vbi ingenti dracone divina vir-
tute interempto, oblatum à Vinthuro
Principe Episcopatum humillimè recu-
sans, ab ipso ad Childebertum Regem,
Legationis specie destinatus, Præfulatum
admittere coactus est, Leonensium Pon-
tix salutus. Proin perfectissimum E-
piscopalis honoris statum absolutissimæ
Virtutis miraculo exornans, fundamenta
Ecclesiæ illius, admirabili sanctitate posu-
it, & quasi consecravit tantis quidem me-
ritis se se longè lateque commendans, ut
Princeps à morte Basilicæ & Dioceceos
universæ Tutelarior adoptaretur, inque
honorem nominis ejus, Cathedralis Ec-
clesia exstrueretur, & dedicaretur. Maxi-
ma effulsit abstinentiæ Virtute, bipedum
quadrupedumque carnes in omni vita
minimè contingens, pane sicco & frigida
contentus cum sale modico, quibus solē-
nioribus festis paucos addere pisciculos
consueverat. Rogatu sororis, suis preci-
bus, terminum mari recedenti poluit, &
lapillos ministrante illa, eisdem Paulus
hinc inde solo leu arena defixit, qui mox
cum domum reverterentur altum excre-
vere, mansitque deinceps perpetuus ille,
stupendo miraculo, & aeterno ultra mille
passus mari terminus, & via ipsa perquam
reversus Paulus & germana soror, Pauli
perpetuo cognomine appellata. Idem, a-
lia inter plurima prodigia, fontem ex ari-
da sitientibus discipulis illico produxit.
Idem ingenti metu incolas liberans, dra-
conem horribilem stola injecta deducens
in mare præcipitem egit; in omnibus ge-
stis adeo sanctus, adeo mirandus, ut vix il-
li quisquam comparandus videatur. Cla-
ruit etiamnū A. C. 600 & innumera me-
ritorum copia locuples & gloriosus, An-
gelorum Choris sociatus mortalitatem
exiit. *Ex vita, Rob. Canali, S. Anton. Flor.*
Vinc. Bevac. Annal. Aurel. Saufs. Trisbe.
&c.

Hispalis S. Leandri Episcopi & Con-
fessoris, doctrina & sanctitate clarissimi.
De hoc hac die Morales & Villegas, nos
cum majore 3. Cal. Martii. fortè memo-
ria hæc potius sit elevationis alicujus sive
translationis.

Tholosa S. Stephani Abbatis & Mar-
tyris. Is Tholosani Cænobii cujusdam
cum Abbas esset, florente tunc maximè
Minorum Ordine, ejus se rigori devo-
vens, ea integritatis & eruditionis laude
excelluit, ut Hæreticæ pravitatis Inquisi-

tor declaratus sit; quem honorem post-
modum sanguinis sui purpura decoravit,
miraculorum gloria pro vitæ meritis à
Numine commendatus. *Ex Mart. Bene-*
dict. Hugonis Menardi & Annal. nost.

In Bulgaria natalis S. Trebellii Regis &
Monachi. Hic postquam à Monachis no-
stris viris sanctissimis Christianis discipli-
nis imbutus, factis Baptismi undis ablutus
est, adeo totus Bulgarorum suorum con-
versioni intendit, ut magnis sanè gentium
Apostolis accenseri dignissimus sit. Ac-
cidente autem animum ejus Numine,
religiosissimo Principi, nihil deinceps ita
cordi fuit, quam ut quorum studiis verbis
atque exemplis, cum ad veritatis cogniti-
onem tum ad virtutum solidiorum amo-
rem devenit, eorum quoque vitam atque
instituta perfectè imitaretur. Proin ab-
dicato à se Imperio, Occidente atque Ori-
ente universo rem admirantibus, posita
purpura ac diademate detracto, curilque
& honore in filium translatus, ipse cuculli
amplexus vilitatem, & Regulam S. P. N.
professus, minimus inter Monachos, &
potentissimo & maximo esse contendit.
Neque minus à professione novæ vitæ, su-
is quam antea, profuit, ut optimo sane ju-
re, iterato merito, duplici titulo, Bulgaro-
rum ipsum Apostolum nominis: Quip-
pe filio paulo post, ad pristinam impieta-
tem reverso, & ejuratum cum patre Ido-
lorum cultum, summo cum Regni uni-
versi periculo & damno rei Christianæ,
repetentes, tantum in patre potuit Zelus,
ut Monasterium egressus recepto Re-
gno juvenem in potestatem redactum
(exemplo ad eam usque diem inaudito,
& ad omnem posteritatem in primis me-
morando) pater proprium filium exocu-
laverit, atque insuper perpetuo carcere
multaverit. Denique Regnum Al-
berto minori filio cum salutaribus moni-
tis resignans, ad suam se recepit cellu-
lam, cingulo militari denuo rejecto, vitæ
que reliquum, magno in rigore & vitæ
eximia transigens sanctitate, coronam æ-
ternitatis à Regum Rege meruit & acce-
pit. Claruit sub An. Ch. 869. *Ex Theatro*
Convers. Gent. Arn. Duac. Iepes. Rhegino. Tri-
them. Platys. Ann. nost.

Apud Segusium, depositio S. Aldra-
di Abbatis Novalitiæ in Regione Pede-
montana, viri eximij meritis & egregia
vitæ sanctitate conspicui, cujus sacrum
religiosissime asservatur & tollitur in op-
pido Alpino sub officio proprio, quod ta-
men

S. Trebelli-
us.

Fit Mona-
chus

Sceptum
resumit.

Denuo po-
nit.

S. Aldradus

men habere necdum meruimus. Phil. Ferrar. &c.

B. Guil. Mart.

In Anglia passio B. Guilhelmi Hadoc Monachi Cænobii VVallensis, qui ab hostibus fidei Hæreticis captus, & fidem quam à parentibus acceperat, nec minus nec verberibus graviter affectus desereere volens, patibulo appensus, & in quatuor partes dissectus, palmam Martyrii gloriose promeruit. Anno Christi 1536. Theatr. Relig. Henric. &c.

B. Eustachius mon.

In Gallia B. Eustachii de Huyo Monachi trium Fontium. Hic vitiorum olim profundo quasi pelago immerfus, propriæ salutis immemor, cum luxuriantis carnis sequeretur voluptates, sanctæ matris suæ Iuetæ precibus & lachrymis, velut Augustinus Monica donatus, terribili visione ad meliorem frugem revocatus est: Cum ad divinum tribunal abreptus, & à metuendo Iudice post dura verba, Inferis tortoribus traditus, tormenta quæ omnem cogitationem superant, passus est. Inde tamen extractus, & libertati redditus, territus & confusus cucullum exambiit & in Monasterio ad Tres-Fontes, Divino se mancipans servitio, ob spectatam postea vitæ sanctimoniam celebrari meruit. Ex. Menol. Henric. &c.

B. Maestredis.

In Monasterio Montis Romarici, B. Maestredis Abbatissæ. Fuit hæc prima sanctissimi illius Montis & Collegii Virginum lectissimi Abbatissa, à Sanctis Amato & Romarico pro vitæ meritis ad eum honorem evecta. Præfuit sanctissima Antistita non nisi biennium, cum firmissima sanctitatis & perfectionis solidissimæ fundamenta jecisset, & primum Cænobio suo honorem peperisset, ad cælestis Ierusalem gaudium evocata; cujus mortem pridie religiosa quædam loci

sanctimonialis prævidere meruit, cum ex Monasterio admirandi splendoris & magnitudinis stellam egredi conspexit, & cæli secreta penetrare. Vidit & Maestredam suam moriturus S. Romaricus, apparentem sibi in gloria, centum jam fororum Beatarum felicissimo contubernio in cælis auctam & stipatam, à quibus nimirum ipse etiam, ad participium tantæ gloriæ invitabatur. Claruit tempore Ioannis Papæ III. & Clotharii Gall. Regis. Ex monim. ejusdem Monast. Hug. Menard. &c.

Centi Beatæ monial.

In Lusitania, Monasterio Cellensi, depositio B. Sancia, Sancii I. Portugalliæ Regis filia, ac ibidem Monialis. Hæc Sancium Patrem, Dulcem sive Aldoniam Barcinonensem, Alphontum fratrem, Reges Lusitaniæ habuit. Neque infelicio germanis sororibus, Taresia & Mafalda, illa Legionensium, hac Castellensium Reginis, utraque cucullo demum & sanctitate illustrissimis. Quibus non inferior Sancia, cum celebre illud Admirabilis Matris, unicæ Tutelaris suæ honori, Cellense Cænobium ædificasset, & palatia sua in Alenquer, sive Ierabricensi oppido, in Monasterium & hospitium Franciscanorum convertisset, ad Cellense suum se conferens cuculloque devovès tanta Monasticæ vitæ perfectione effulsit, ut eam miraculorum etiam gloria celeberrimam DEVS effecerit. Meruit, vivente etiamnum Seraphico Francisco, de Sanctissimo illius Ordine, præclare admodum, quem nimirum prima ipsa, in Lusitaniæ Regnum, introduxit, fovit, & propagavit. Ejus defunctæ cadaver B. Taresia soror Lorvaniensi Cænobio suo intulit, ubi crebra miracula ejus sanctitatem contestantur. Claruit Anno Chri. 1290. Ex Anaceph. Reg. Lusit. Vasconcel. &c. & Annal. nost. Benedict.

B. Sancia Reg.

Demeretur Ord. S. Francisci.

Clar. 1290

PRID. IDVS MARTII.

XIV. Martii,

S. duo Mar.

IN provincia Valeriæ, sanctorum duorum Monachorum, quos Longobardi suspendio necavere in arbore: in qualicet defuncti, ab hostibus ipsis auditi sunt psallere. Mart. Rom. Fuerunt hi discipuli S. Valentii, sive Valentianiani, quem Magnus Gregorius noster suo Romæ Cænobio præfecit, & præcipue

charum habuit. Fuitque perinsigne omnino miraculum memoratum, uti ferociam hostium confundens & enervans, sic merito canendi & psallendi hilariter studium accendens Monachorum, quod in ipsis quoque post mortem Martyribus tanto miraculo commendavit. Ex lib. 4. Dialog. &c. S. Greg. c. 21.

Halberstat-

B. Mathilda Imp.

Halberstatti in Germania, dormitio Beatæ Mathildis Reginæ, Matris Orthonis I. Imperatoris humilitate & patientia celebris. Martyr. Rom. Mathildis Theodorici Saxonum Ducis filia, Henrici Primi Imperatoris cognomento Aucupis, conjux Augustissima, digna Magno Orthone parens, vitam Sanctissimam raro exemplo, in ipsa etiam aula & purpura instituit & vixit, ab insigni in primis, in honorum summo fastigio animi demissione, & in pauperes charitate commendata, quorum illa curam præcipuam habuit tribuens, etiam quasi prodigè, de substantia sua necessitatem patienti, ut miraculum sane, atque æternum Imperatorum, Regum ac Principum speculum celebretur. Post mortem autem mariti, sui jam juris absque arbitro facta, totam quæ primùm sese CHRISTO emancipare gestijt, cujus inter ultimas censei famulas inhiantissime exambiit, & in S. S. Servatij & Dionysij, longè celeberrimo, & à se olim condito Quedlinburgensi Cænobio, Sanctissimæ Regulæ nostræ observantiam professæ, & cucullo amicta, eo longè dignius, quam sceptro ac diademate regijs explenduit, admiranda in primis in adversis patientia, & studiis obedientiæ atque humilitatis exercitissima, quibus factum, ut pristini status prorsum oblita, solo ancillæ nomine & functione gloriosissimam sese & felicissimam reputaret. Fuit in oratione adeo pervigil, ut totum Psalterium ante Matutinas exsolvere solita sit. Tandem Spiritu Prophetico mortem suam prænuncians, ad Regum Regis æterna palatia evocata, hilaris sæculum, cui pridem valedixerat, deseruit, atque in eodem suo Cænobio, juxta maritum Imperatorem condita, postea diligenti in sanctissimam ejus vitam inquisitione habita, summo Augustæ Majestatis, Imperij totius, Germaniæ patriæ, atque Ordinis Monachici ornamento ac plausu, in Sanctorum numero Pontificia auctoritate relata est, cujus Augustissima memoria toto hodie terrarum orbe in Fastis Ecclesiæ celebratur. Ex Vincent. in Specul. VVitichindo Sax. Luitpr. Ticin. Baron. Cranzio, Crætepol. Hart. Jeyes, &c.

Fit monialis.

Mortem gradicit.

Canonizatur.

S. Petrus abbas.

gibus Galliarum oriundus, omnem Regum gloriam in vilissimis habuit, solum cucullum, in quo Regum Regis sibi pollicebatur amicitiam, summè æstimavit, & in Cænobio Igniacensi eo potitus, in ipsis Monasticæ vitæ rudimentis præcipuæ sanctitatis fundamenta altissima posuit, & exiguo tempore maximos in omni virtute progressus fecit. Orationi adeo deditus fuit, ut integras noctes in preces effusus, totus quasi in conspectu Domini instar aquæ deflueret. Abstinentiæ insuper virtute mirandus, Religiosæ vitæ observantiam ita coluit, ut nelatum quidem unguem ab ea discederet, & insignem rigoris Monachici Zelatorem se comprobarèt. Paupertatis item simplicitatisque studio addictissimus, ab hoc neque Abbas quidem Vallis-Regis primùm, Igniaci dein, Claravallis denique creatus, quidquam remisit. Ad honores autem illos à DEO ipso vocatus, ne tergiverfaretur, cum per alios viros Sanctos, tum voce cælesti & ab apparentibus S. S. Bernardo & Malachia admonitus est. Stupenda univèrsis seraper visa in illo, omni omnino tempore frontis animique serenitas, cujus causam aliquando rogatus; Cum Novitius etiamnum essem, respondit, quidam quasi Spiritus, in me sensibiliter intrare visus, ex tunc mihi dominatur, regitque me ac deducit velut ovem Ioseph. Ita ut quæ oculis auribusque ingererentur, sæpè non adverteret. Multa autem & varia revelante Numine didicit. Lepidum illud, & consimile quod Beat. Alberto item nostro accidit: cum ad labores agri cum Fratribus pergens, Deiparam, cujus incredibili amore flagrabat, cum alijs duabus Virginibus spectabili forma apparentem intuitus, non agnovit, & ignorans in hæc verba prorupit: Certe multum audaces estis, quæ sic inter nos venistis. Nec constituit se, quin fatere- Deipara tur quæ esset dilecto suo piissima Mater: apparet. Ego, inquit, bene debeo venire inter meos, Ego enim sum mater Domini nostri IESU CHRISTI MARIA, qua venio visitare menses meos, & ista est Maria Magdalena, & ista est Maria Aegyptiaca. Procidit supplex illico Sanctus Abbas, & illa disparuit. Visa eadem aliquando, ipsum infestantes canes nigerrimos depellere, ipsumque & dulci alloquio, & Sacrosanctis manibus demulcendo recrea- Fit monialis. Celebre illud Petri dictum, cum culmo.

Eius virtutes.

Mira eius mutatio.

Deipara apparet.

Fit monialis.

ex dolore capitis gravissimo, alter oculo-
rum ei defluxisset: *Vnum de inimicis meis e-
vast, plus autem timeo à residuo quam perdito.*
Præfulsit autem suis admirabili sanctitatis
exemplo, rarissimis à DEO gratiis exorna-
tus. Inter rariora commemorandum oc-
currit, cū exclusus à Cellerario mercena-
rius quidam esset, ne Abbati de negata sibi
mercede quereretur, adeo ille ipse excan-
duit, ut arrepto jam igne ædes quasdam
Cænobii inflammare properaret: occur-
rit prodigiosissime tantum facinus tentā-
ti Sanctus Abbas, & quid statuisset: scisci-
tatus est. Expavit miser, & cum scelus
confiteretur: *cras, inquit Petrus, ad me in
Infirmatorium veni, & mercedem accipies.* Ita
factum, dimissoque cum mercede mer-
cenario, cum vir Domini infirmarium
ficalloqueretur: *Verè frater, si nos de Domi-
no cogitaremus, DEVS cogitaret de nobis.* sub-
odoratus ille, miri quidpiam latere, mox
mercenarium consecutus, miraculi nar-
rationem extorsit, & obstupuit. Illud itē
memorandum, cum pro negotiis Ordinis,
Cænobio sæpe abesse cogeretur, &
Spiram aliquando delatus in Basilica DE-
iparæ, negligentis in itinere admisis ve-
niam oraret, Cælitum Imperatricem se
se illico præsentem stitisse, & eandem
quæ de more atque consuetudine Ordinis,
super revertentes de via recitatur, ora-
tionem pro Petro suo recitasse. Dece-
sit tandem vir sanctissimus Anno Christi
1186. æternum Regii generis decus, ordi-
nis singulare ornamentum. *Ex Vita.
Vinc. Belvac. Petro Equil. Fascic. Henriq. An-
nal. nost. & Ephemerid. Mariano Benedic-
t. &c.*

In Monasterio Casinensi depositio S.
Ioannis Abbatis, summæ humilitatis viri,
de quo multa miranda leguntur. Ioan-
nes eo nomine II. Casini Abbas, tenecture
pariter & infirmitate gravatus, præesse
tamē, uti dignissimus erat, ita coactus est,
Quem quidem honorem, omni qua po-
tuit arte, amoliri conatus, mox sequenti
anno, sollicitato crebris precibus Fratrum
consensu, à sese abdicans, Ioannem III.
Beneventani Principis filium, egregia
sanctitate virum, sibi substitui impetravit.
Ipse autem in proximam eremum de Pir-
reto cum quinque Fratribus se conse-
rens, vitæ reliquum, Divinorum jugi con-
templatione exigens, virium etiam reli-
quias DEO penitus consecravit. Cujus
animum, inter admirandæ lucis splendo-
rem ad cælum deferri, cum Ioannes S.

Laurentii Capuæ Monachus intueretur,
& Fratribus nunciaret, misso protinus
Casinum nuncio, medio itinere alius oc-
currit, qui ea ipsa visionis tam illustris ho-
ra, S. Ioannem è vita migrasse, Fratribus
nunciaret. *Chron. Casin. Leo Ost. Petr.
Diac. M. Anton. Scipio, Arnold. Diacon.
Cajet. &c.*

In Monasterio Canensi, depositio S.
Petri Abbatis. Hujus, quamvis res gestæ
temporum injuria deperierint, ex eo ta-
men meritum liquet, quod longè cele-
berrimo, & Sanctorum feracissimo Mo-
nasterio, eo ipso tempore præesse merue-
rit, quo fama sanctitatis ejusdem toto pal-
sim terrarum orbe celebrabatur. Proin-
delatum sibi à tot mira sanctitate viri pri-
matum, solus sibi vitus omnium mini-
mus ita gessit, ut à morte nemo non illi ti-
tulos deferret indubiæ sanctitatis. De-
cessit Anno Christi 1208. cum annos 19.
utilissimè Cænobio præfuisset, cujus na-
talem hanc die referunt tabulæ Caven-
ses. *Ex Chronica Caveniensi Manuscri. Const. Caiet.
Mauro Marthes. &c.*

In Italia Beat. Petri alterius, Abbatis
Sineronensis, viri miraculis, & summa pi-
etate illustris, qui insigni doctrinæ & san-
ctitatis fama Ecclesiam universam reple-
vit, & tandem bonorum operum stadium
feliciter decurrens, cursu fideliter con-
summato, ad æternam patriam migravit.
Chryf. Henriq. &c.

In Fonte-Frigido Sanct. Petri de Ca-
stro-Novo, Legati Apostolici, primi Sa-
cræ Fidei Inquisitoris & Martyris. *De
hoc nos ex aliorum sententia 4. Martii su-
perius.*

Augustæ Vindelicorum in Monaste-
rio SS. Vdalrici & Afræ, depositio Vene-
rabilis viri, Georgii Presbyteri & Mona-
chi, qui ex potentissimo Principe, Mo-
ravorum Marchione, humilis apud Casi-
num primò Monachus cum latere tam
procul speraret, etiam vili in lacerna agni-
tus, & à suis omnia amissi Principis vesti-
gia persequentibus, ad capeffendum pro-
pagandumque gentis decus, vocatus, lit-
teras, uti erant, signatas in focum iniecit,
quia tamen suspici se ab omnibus, sive su-
spectum haberi & fabulam vacillare suam
Casini animadvertit, fugæ rursus cōsilio
inito, in Germaniam contendens, Au-
gustæ Vindelicorum, in S. Vdalrici Cæ-
nobio se abdidit, & illic quoque sagaces
oculos

oculos suum Principem quærentium æ-
grè fefellit. Vni autem Mechtildi Bava-
riæ Ducissæ, quæ ipso arcanorum ani-
mi sui usâ moderatore est, sese aperuit,
cui tamen silentii fides ad mortem usque
constitit, quam cum pridie Idus Martii
Anno CHRISTI 1302. non sine sancti-
tatis opinione obiisset, eum vulgò inco-
gnitum ipsa primum quisnam fuisset, de-
texit. *Ex Carolo Stengelio libro 2. Rerum
Augustan. &c.*

Ob. 1302

V. Carolus
Fulius.

Parisiis obitus Ven. Pat. Frat. Caroli
à Sanct. Bernardo Monachi Fulien-
sis. Fuit hic Nobilis genere, natione Gal-
lus, Fundator Monasterii Fontanen-
sis, quod ipse in solo castri paterni pro-
pe Divionem construxerat, vir Ange-
licæ puritatis, in corporis infirmitatibus,
quibus ob delicatissimam naturam ob-
noxius erat, patientissimus, qui consum-
matus in brevi explevit tempora multa,
vitamque adeo innocentem vixit, ut
post auditam ejus totius vitæ sacram
Confessionem, nullum omnino pecca-
tum mortale apparuerit. Decessit hac
die Parisiis, Anno Christi 1621. Post

Ob. 1621

cujus obitum non defuerunt signa mira-
culosa, quibus sanctitatem ejus his per-
ditissimis temporibus DEVS declara-
vit ac commendavit. *Ex Carolo de San-
MARIA. Henriq. &c.*

In Monasterio Zvvifaltensi dormi-
tio piæ memoriæ Adelheidis filię Vrici
Comitis de Gamertingen, & Iudithæ
Ducissæ Zaringensis, ex Imperatorio
sanguine oriundæ, quæ in tenera ætate
cum Bertha sorore, aviam cognominem
imitata, Regnum mundi & omnem or-
natum sæculi contemnens, cum Maria
optimam partem elegit. *Ex Chronic.
Zvvifalt. & D. Steph.*

Patavii translatio SS. Arnaldi Abbatis,
Vrii Monachi, Felicitatis Virg. & alio-
rum, facta solempni pompâ Anno Chri-
sti 1562. & spectante universa populi
multitudine, aliquot manifestis mira-
culis confirmata. *Marcus Brix. Arn.
Duac. Canac. &c.*

Eodem die Vener. Dominæ Pat-
linæ Reclusæ, de qua in Natalibus
nostris.

IDIBVS MARTII.

XV. Martii.

D.

ROMÆ natalis Sanct. Zachariæ, qui
post Gregorium Tertium ledit, fa-
ctusque est reconciliatio in tempore ira-
cundiæ, & clarus meritis quievit in Do-
mino. Zacharias ex absolutissimæ Vir-
tutis & perfectionis Monacho, Pontifex
verè Maximus & Sanctissimus. *Cui omni-
potens Dominus, verba Anastasii sunt, tan-
tam contulit gratiam, ut etiam pro salute po-
puli Romani, suam ponere animam non dubi-
taret.*

S. Zacha-
rias Papa.

Elogium

Rex Longo-
bar.

ensione & benevolentia, ut captivos et-
iam omnes, diversis ex provinciis ipsi do-
naverit; pace composita, & Italia bellis
intestinis laborante ab exitio vindicata
longè meritissimus. Dehinc ad alias quo-
que provincias conversus, Germaniæ
multis modis consuluit, eamque Duce-
cium certis finibus utilissimè distinxit,
Episcopatibus auxit atque ornavit. Gal-
liarum Regnum insigni beneficio æter-
num sibi obligavit, dum in inclytum
Principem Pipinum, ejusque dignissi-
mam familiam coronam & scēptum
transtulit, gravissimisque malis liberatæ
Galliæ piissimè consuluit. De Cleri po-
puli que Christiani disciplina & moribus
multa præclara sancivit; Basilicas plures
collabentes restauravit; Bibliothecam
Vaticanam æternò cum merito eo que
nunquam satis laudando, acquisivit,
construxit atque instruxit, successorum-
que omnium studia dignissima æmulati-
one succendit; sanctitate denique vitæ
majestatem Pontificiam egregie extulit.

V. Adelheidis
des mon.Translatio
SS.Germani-
am demen-
retat.

R 3

atque

S. P. N. ad-
dictus.

atque ornavit. Fuit Sanct. Pat. Nost. BENEDICTI longè amantissimus, cujus vitam à Magno Gregorio nostro scriptam, Græco sermone à se versam Orienti communicavit, & Casinum profectus, magnique Patriarcha & Patris sui exuviis veneratus, locum multis Privilegiis excoluit, Basilicamque à Sanct. Petronace Abbate noviter exstructam, maxima cum solemnitate, Archiepiscopis undecim, Episcopis 68 præsentibus consecravit. Præfuit annis 10. mens. 3. diebus 9. mortuusque est A.C. 752. Ex Baron. Plat. Onuphr. Iepes, Ciacon, Scip. &c.

S. Speciosus
mon.

Romæ Sanct. Speciosi monachi, cujus animam germanus ejus ferri vidit in cælum. Mart. Rom. Speciosus, Sanctissimi atque Admirabilis P. N. BENEDICTI discipulus, tanti Magistri disciplinis tantum profecit, ut digne nomine, sine macula in conspectu Domini apparens, merito magni ab ipso Magno Patriarcha fieret, & cum germano fratre suo Gregorio (qui pari proposito nobilitatem generis, & opes amplissimas cucullo posthabuerat.) ad recens à se conditum Terraconense Monasterium, novi gregis exemplar, ædificii lapis angularis mitteretur. Inde cū Speciosus pro negotiis Cænobii abesset, morte præoccupatus, Gregorio cum Fratribus ad mensam sedenti, oculosque ad cælum elevanti, eodem evolare visus; cū hic Fratribus nunciaret, concito cursu Capuam tendens, ibidem, ipsa qua videbat hora, mortuum Fratrem comperit, & jam sepultum cum occurreret, intellexit. Ex lib. 4. Dial. S. Greg. Sanct. Fausto Epist. ad Constantinum, Petro de Natal. Philipp. Ferrar. &c.

S. Raymundus.

In Territorio Toletano Sanct. Raymundi Abbatis Institutoris militum de Calatrava. Ita nonnulli hac die, nos aliorum & plurium opinione Calen. Februarii.

S. Sisebutus
Abb.

In Cænobio Caradinensi in Hispania Sanct. Sisebuti Abbatis, qui tertius in ordine Antistitum celeberrimo illi Cænobio præfuit, eique eximia vitæ sanctitate decus immortale conciliavit. Cum autem sanctissimis etiam moribus suos imbueret, & sub ætiori disciplina contineret, crescente paulo post fama, adeo populi in Monachos illos studium exarsit, ut sicut virtute sic opibus crescerent, verumque illud, ubi disciplina, ibi abundantia, reapse experti, DEVM in Sisebuto famulo suo universi magnificarent. Mortuus

est vir sanctus Anno Christi 1082. cujus sepulchrum quotidie ob crebra miracula, magna veneratione, & populi concursu celebratur. Ex Chron. Ordin. Iepesi, &c.

In Hispania item, Monasterio S. Ioannis de Tarauca, Beat. Aldeberti Abbatis & Confessoris. Hic ex lectissimis Melliflui Doctoris nostri discipulis, ab eodem in Lusitaniam, cum Beat. Boemundo & aliis monachis è Clara-Valle destinatus, ibidem prædictum Sanct. Ioannis Cænobium, in loco cælesti fulgore sibi designato condidit, ubi etiam Prior creatus, in summa humilitate & paupertate perseveravit: cujus sanctitatis & perfectionis excellentia, variis fuit miraculis comprobata, eoque in primis, quo de universa Portugallia meritissimus, eam ab interitu, & gravissima hostium oppressione liberavit. Dum enim Alphonus Lusitanorum Rex Albucazanum Pacensem Regem cum innumerabili Saraceno exercitu Regnum suum invadentem, prælio retundere pararet, & paucos admodum milites in campum produceret, Beat. Aldebertus, extensis manibus, velut alter Moyses, in conspectu dimicantium exercituum in preces effusus, admirabilem atque in primis memorabilem victoriam Christianis impetravit. Verum non multo post reliquias hostium consequutus idem Rex, cum Aldebertum in castris reliquisset, gravi clade attritus & in fugam versus, agnito, unum sibi Aldebertum defuisse, eundem evocans, hostes denuo aggressus, vi orationis tanti viri facillimè & felicissimè profligavit. B. Boemundo autem è vivis sublato, in Abbatiali dignitate successit, quam egregiis virtutibus ornavit, & crebris miraculis claruit. S. Ioanni Ziritæ gravi morbo laboranti, oratione sanitatem restituit; juveni à nativitate cæco lumen obtinuit: Theresiam Lusitanæ Reginam ab imminente morte prodigiose liberavit; & Alphonsum Regem filium ejus mirè demeruit, qui ob hoc aliaque ingentia beneficia nostris addictissimus, illos maximis beneficiis cumulavit, quorum institutione uti Religiosissimus, sic felicissimus evasit, apud quos sacros quadragesimæ dies, in Monasterio velut Monachus exegit, & magnas exercitiis ejusmodi virtutes comparavit. Decessit S. Abbat. A.C. 1125. multis etiam à morte prodigiis illustratus. Bernardus. Briso. Chrysof. Henri. Ang. Manriq. &c.

Ob. 1082.

B. Aldebertus
mon. &
Abbas.Lusitaniam
servat.Reginam
liberat.

Ob. 1125.

In

S. Ioannes
mon.

In Monasterio Bonæ Vallis Sanct. Ioannis Monachi. Hic felicissimum perfectionis Magistrum Sanct. Hugonem nactus, & eruditione, & vitæ puritate claudit. Fuit autem rigidus sui corporis tortor, & spiritu Prophetico illustris, summisque virtutibus instructissimus, ad præmia æternitatis evolavit. Ex Menol. Cisterc. Phil. Sequino, & Annal. Bened. &c.

S. Tranquillus
Abb.

Divione in Monasterio Sanct. Benigni depositio S. Tranquilli Abbatis, qui multorum Monasteriorum pater Sanctissimus, omnium virtutum gloria decorus, subditos præclaris exemplis confirmavit, & informavit: demumque cum Cænobio proximè post S. Eustadium, pari pietatis & prudentiæ laude præfuisset, ingenti meritorum parto cumulo, felicitatem consecutus est sempiternam. Tanta autem sanctitatis cum existimatione mortaliū excessit consortio, ut dignus habitus sit, qui S. Benigni Martyris inclyti, fieret tumuli confors, ad cuius levam, digna honorificentia sepultus gloriosus enituit perpetim coruscantis ibidem Divinæ Virtutis splendore, ut S. Gregorius noster Turonensis, opitulationis, ejusdem Beati expertus gratiam, luculento prodidit testimonio. Fuit autem idem Abbas S. Apri Tullensis & S. Marcelli, claruitque sub Ann. Christi 590. & 600. Ex Chron. Benigniano, Claudii Rob. Divione, Caroli Sauff. Martyrol. Gall. & Annal. nost. Bened. nec non Liliis Bened. Gall. &c.

S. Macoldia
monia-
lis.

Ætæ in Insabria Beatæ Macoldiæ Sanctimonialis Virginis. Hæc in prædicta civitate Patricio & celebri admodum genere Pallidorum edita, & insita à DEO pietate & parentum studio, ita à teneris Annis instituta fuit, ut soli DEO placere desiderans, & tunc nullum, præter Divinum quæsierit amorem, nullam præter Divinam amaverit pulchritudinem, nullam extra eum sentire voluerit dulcedinem. A quo ipsam proposito, ne qua sæculi fallacia averteret, in Monasterio Virginum nostrarum Sancti Anastasii à Berengario piissimo Rege fundato, se includens ac DEO devotus, Magnos quamprimum in omni virtute progressus fecit, & disciplinæ in primis Regularis studio singulari plurimum excelluit. Mira in tolerandis suarum sororum, tam morum, quam corporum infirmitatibus, mira in inservien-

Fit monia-
lis.

do ijsdem charitas. Sed humilitatis & erga DEVM pietatis exemplar incomparabile extitit. Nam quo ardore orationi perpetuo vacaret, quoque rigore sese affligeret, etiamnum argumento est cella ipsius, quæ etsi Cænobia per omnia aliàs immutato, in rei memoriam integra permansit; ita scilicet angusta ac demissa, ut speluncæ potius quam cellulæ & humani habitaculi speciem referat. Loco præterea à cæteris Cænobij ædificijs omnino disfito, quo quietius meditationi vacaret, nunquam ex ea prodeundo, nisi cum, aut signum divini officij, aut sollicitudo alijs inserviendi illam evocasset. Eo tam horrido loco, Macoldiæ humus ipsa erat pro lectulo, farmenta pro matta, vile sagum pro integumento, ipsa paupertas pro supelle-

Cella una.

Rigor vita.

Mortuus.

Insigne
prodigium.

Ex descript. Reverendissimi P. P. Philippi Malabayla Visit. General. Fulien-
sis, qui multa alia nobis gratiosissime communicavit, &c.

R + XVII. CAL.

XVI. Martii.

E.

S. Torellus
mon.

IN Italia S. Torelli Monachi Conuersi & Eremitæ. Torellus Pupij in castro Hertruræ natus, adolescens patre orbatus, laxato fræno in omnes voluptates præceps proruit, & turpissimo in primis lasciuia peccato, decorem iuuentutis, fæde contaminauit. Qui quadam die, cum gallus, ex fenestra in humeros ejus aduolans ter cantasset, ea re, velut Petri commotione & signo, mirificè commotus, ad bonam frugem conuersus est. Quare Abbatem Monasterij Sancti Felicis adiens, & cucillum exambiens, cum seculo Sanctissimo Vallumbrosanorum nostrorum Instituto deuouisset, in solitudinem, milliario à Pupio distantem, in locum, qui Avellanetum, ob Avellanarum copiam dicitur, secessit, ibique cellula cum Oratorio extructa, Annos sexaginta continuos, in perpetuo pœnitentiæ luctu uixit, pelli agresti & aspera indutus, pane & aqua refectus, humi cubans, seque catena ferrea verberans, licet post Annos triginta herbarum & uini, modici tamen, usum admittere sit coactus. Miraculorum gloria plurimum commendatus est: Nam & lupus, quem devorandum, dentibus abstulerat, ad Torelli præceptum dimisit, & puer è morsibus integer matri restitutus est; ex quò tempore æterno Numinis in gratiam Torelli beneficio, lupos ea loca infestasse auditum non est. Cum autem ætatis Annum ageret octuagesimum, & ab Angelo de felici transitu edoctus esset, latus ac solatij plenus Sacrosanctis præceptis Mysterijs Anno Christi 1282. migravit ad Dominum, cæpanis illico, summa cum omnium admiratione, Pupij sponte sonantibus. Cujus corpus, cum de sepultura contenderetur, ferunt à nemine, quàm Abbate, loco moueri potuisse, cujus Festiuitas Pupij quotannis solemniter celebratur. *Ex Vita, Monim. Pupienf. Philip. Ferrar. Annal. Benedict. &c.*

Abstinentia
etiam.Mortuus
1282.SS. Cyrill.
& Methodius.

In Moravia SS. Episcoporum Cyrilli & Methodii, qui multas illarum regionum gentes cum earum Regibus ad fidem CHRISTI perduxerunt. Cyrillus & Methodius, qui etiam Methudius dicitur, Monasterij S. Andreæ in urbe Monachi, propagandæ Fidei zelo, in Illyri-

cum profecti, felicissimo rerum successu, innumerabilem populi multitudinem CHRISTO lucrati, Sclavoniam, Burgariam, Croatiam, Moraviam denique ac Bohemiam, verè Apostolico atque incomparabili merito, Ecclesiæ Matris gremio adduxere, Suatapolcum Moraviæ Regem, Borivorium Bohemorum Ducem, aliosque Regnorum illorum & provinciarum moderatores, sacris Baptismi aquis lustrare, varias passim Ecclesias & sacras ædes condidit, Scholas & gymnasia erexere, innumeris & imensis meritis barbaros demeriti, quos optimis moribus & legibus ad pietatem & humanitatis studia adduxere. Cyrillus denique post innumeros labores, quietis studio ad suam Romæ reversus cellulam, eo tecum grande Urbis Domina donum attulit, & Romæ suum olim Pontificem, Apostolorum Principis discipulum reddidit, corpore nimirum S. Clementis Papæ & Martyris delato, cujus honori & nomini annuente Romano Pontifice insignem Basilicam condidit, atque huic Ordinis nostri Monasterium adjunxit, in quo vitæ reliquum in jugi rerum diuinarum meditatione transegit. Methudius à Suatopolci Regis successore, quod venationi intentum sacrificaturus non expectasset, prope interfectus, in Bohemiam secessit, Moravoque imprecatus, Regnum item in Bohemiâ transferendum prædixit. Vterque demum meritorum Apostolicorum multitudine ditissimus, post Ann. Christi 910. ad æternitatis præmia evolavit, quorum honori, jussu Numinis cœlesti Vartislaus Borivorij Ducis filius & successor, splendidam Basilicam condidit. *Ex Annal. nostr. German. & Benedict. Chron. Bohem. Dubravio, Aenea Sylvio, Pontano, &c. Fuit natalis eorum 9. Martij, sed translata memoria in diem Festi Octavam, & celebritatem S. Francis. Rom.*

Magni re-
vera Apo-
stoli.Romæ the-
sauro beati.Spiritus
Prophetæ.S. Tetricus
Episcopus.
Martyr.

Antifiodori, passio Sancti Tetrici Episcopi & Martyris, qui cum Sancti Germani Antifiodorensis Abbas esset, & insigni virtutum fama excelleret, è Cœnobio ad celeberrimam Urbis & provinciæ Pontificatum assumptus, uno omnium consensu applausuque Episcopus ordinatus est. Præfuit aliquot annis summa cum utilitate,

ma-

Occiditur.

magnoque Ecclesiæ ornamento, multamque tantæ dignitatis fastigio, sanctimoniam fama fecit accessionem, & cum, uti populo, sic & Clero, vigilantissimis intenderet oculis, pro pietate, ab impio quodam Clerico, Archi-Diacono suo, cum in scamno sopore retolutus quiesceret, gladio transverberatus, illustri Martyrij à DEO donatus laureola, munus Pontificale suo sanguine tinxit & consecravat. Interfecto autem, ut fertur, ubi primum domo exiit, expetente celestrem ultionem Numine, subito abreptus turbine, nunquam deinceps apparuit. Tetricus autem in Ecclesia San. Eusebii digno honore conditus, eo maxime miraculo celebris habetur: plurimis de scamno in quo interfectus est, contra dentium dolores mirum & efficax remedium referentibus. Claruit Leonis, Benedicti, Ioannis, Cononis & Sergi Romanorum Pontificum temporibus. *Robert. Antifiodor. in Chron. ad Annum Christi 622. Carol. Sauff. Ioan. Chenu, Hugo Menard. &c.*

Parricidæ
pana.

Clar. 622.

S. Ioannes
Episcopus.

Cremonæ natalis Sancti Ioannis Episcopi. Is patria Cremonensis, familia nobili in primis ac celebri Cazinfronta, ex Monacho & Priore S. Victoris Cremonæ, Abbas S. Laurentii & Feruli in eadem urbe, multis virtutibus in omni vita exsplenduit. Fuit juratus sui corporis hostis, quod cilicii usu plurimum attrivit, & abstinentia exhaustus. Orationis præterea studio, aliarumque virtutum exercitiis indefessus. Meruit immortaliter de Patria perturbatissimo Schilmatis tempore, cum Alexandrum inter & Octavianum, necnon Fridericum Imperatorem odia ferrent, minimè veritus Imperatori pro Ecclesia se opponere, cum verbo potens & opere, Clerum ac populum Cremonensem ad fidem Ecclesiæ reuocaret, & in eadem causa, multa sui Cœnobij bona expenderet, etiam hostibus presentibus liberrimè pro libertate Ecclesiæ publicè concionatus, fidem & fidelitatem S. R. E. insigniter comprobavit. Manuanus dein creatus Pontifex, mox Vicentinus, Ecclesias easdem Sanctitatis fulgore plurimum illustravit. Fuit verus omnino & amabilissimus pauperum pater, pro quibus & Ecclesia gloriose occubuit, cum pro oppressis, libidini se opprimentium, pari constantia, qua hostibus Ecclesia opponeret. Occisus à sacrilegis, dum Clericum pro veste pau-

Fit Episc.

peri cuidam emenda mitteret, & hic ipsi ab hostibus metuens, nollet ab eo discedere, cogeretur tamen, dicente Episcopo: *Nisi emeris vestem, non me remouebo.* Ita eunte illo, interemptus, plurimis postea miraculis gloriosus effulsit; super quibus Inquisitio habita per Iordanum Patavinum Episcopum, & ad id deputatos, constititque super eorumdem solida veritate. Passus est 16. Martij Anno Christi 1187. Cujus alia inter celebratur, Monachalem habitum & caputium nunquam exuisse. *Ex Fortun. de Vicent. Monim. Cremonens. Const. Caiet. Marches. &c.*

Occiditur
1187.

Moguntia Sancti Meginbodi Abbatis Burbacensis, magnæ Sanctitatis viri. *Is bodus abbas* in Frislarienti primum Cœnobio humilitatis Monachicæ fundamenta jaciens, in magnam perfectionem, de virtute in virtutem facto gradu, conscendit. Ad Burbacense postea Cœnobium Abbas postulatus, cum juxta sanctitatem, doctrinæ etiam laude excelleret, sanctis exhortationibus atque exemplis, multos ad rectum pietatis tramitem revocans, cum magnis virtutibus disciplinæ Monachicæ ornamentum singulare conciliasset, ad gloriam æternitatis hac ipsa die feliciter emigravit. *Trithem. de vir. Illustr. Ordin. &c.*

B. Gumari
1187.

Villarij in Brabantia Beat. Gumari Monachi, qui non usitato genere sanctimoniam floruit. Et ahimum Spiritui servire cogens, contemplationi Divinæ totum se dedit. Et cum post longa pietatis exercitia perfectus evaderet, in Cameracum B. M. V. missus, Monialium confessiones diu excepit, easque sanctissimis admonitionibus diu instruxit, multumque familiæ S. Aleydis conversatione profecit, & tandem post multa virtutum egregia opera, ad præmia æterna evocatus, feliciter migravit in cœlum. *Menolog. Cister. Henriq. &c.*

Confessaria
monialium

In Clara-Valle depositio B. Constantij Conuersi. Excussit tertio Constantius minimè sibi constans, tuave Christi jugum, & cucillum abiecit. Sed Melliflui Doctoris orationibus adjutus & monitis compunctus, totum se denique lætentis consecravat, & vitam, supra quam dici potest austeram instituit. Varijs insuper infirmitatibus à Deo flagellatus, patientiæ exemplar omnibus fuit. Sub morte cœlestis sapientiæ radijs divinitus illuminatus, cum idiota cæteroquin esset, & legedi cæcitate imp-

B. Constantius

imperitus, cum suavissima melodia, novos multumque delectabiles Hymnos, de Canticis Sion occinens, cantando & exultando animam Creatori reddidit: cujus egregias virtutes à morte Bernardus melifluis stylo descripsit. *Phil. Seguin. Chrysof. Henric. &c.*

S. Latus
mon.

In Monasterio Vallis-Vmbrosæ S. Læti Abbatis. Is Magni illius Ioannis Gualberti nostri discipulus, ejus sanctitatem egregie æmulatus est, in cujus morte Angelum ejus custodem intueri meruit. Factus autem S. Michaelis Passignani Abbas, post exactam sanctissimè vitæ ad beatam illam æternitatem abiit An. Ch. 1083. *Tab. Vallumbr. Arn. Duac. &c.*

S. Eusebia
Abb.

In Flandria, Monasterio Marcianensi depositio San. Eusebiæ Virgin. Abbatissæ Hamaticensis. Hæc Illustrissimo orta

genere, Adalbaldi & Rictrudis Principum filia, mortuo patre, Sanctissimæ matris exemplum sequuta, indignantibus licet, Dagoberto Rege & regni Principibus, honores protrivit, & cucullum amplexa. Regum Regis castissimo thalamo dignè se habuit, & ob vitæ miram sanctitatem Hamaticensis Antistita cooptari meruit, dignissimo ad æternitatem omnè Regii generis & patriæ ornamento: Rictrudem matrem cum filio Maurontō, ac filiabus, Eusebia, Clotende, & Adalende, pari omnino proposito, Christo renatos in cucullo, omnes mira sanctitate conspicuos, uno eodemque tempore, quinque tam illustria sydera, Belgium, Gallia, & Ecclesiam illustrasse universam. *Joan. Buzelinus, Molanus, Miræus. Jac. Meierus, Ferreol. Locrius, &c.*

Insignis
se-
licitas.

XVI. CAL. APRILIS.

XVII. Martij.

F.

S. Gertrud.
Abb.

NIVIGELLÆ in Brabantia, S. Gertrudis Virginis, quæ clarissimo genere orta, despiciens mundum, & toto vitæ suæ cursu in omnibus sanctitatis officiis sese exercens, CHRISTUM sponsum in cælis habere meruit. *Mart. Rom.* Gertruda, clarissimis & per totam Europam pervulgatis ortâ natalibus, Pipinum Seniores Brabantia Ducem, potentissimum & celeberrimi nominis Principem, patrem habuit; Itham, pari nobilitate matrem, cuius amore, tenella jam ætate, traherebat verba vitæ & disciplina, omnemque lubricæ ætatis levitatem fugiebat, neque unquam generis sui sublimitatem attendens, ancillis suis se ancillam præstabat. Dignissima illa vox Virginis, cum ad patrem ejus divertens Rex Dagobertus, adducto qui eam sponsam exambiebat, Regii generis juvene, Austrasiæ Ducis filio, inter Regii splendoris epulum, Gertrudem cum Pipino patre ad consensum invitaret: *Ego, inquit illa, mihi sponsum delegi, cuius æterna pulchritudine, omnis creaturarum pulchritudo resplendet, in cujus divitijs cælum & terra, & omnis ornatus numeratur, cujus nobilitatem Angelica sublimitas, cum tremore veneratur.* Quo quidem responso admiratus constantiam Virginis Rex conticuit, Princeps autem juvenis confusus, conscensis equis cum indignatione recessit. Mortuo Pipino, Itha quamprimum cucullo mutans purpurâ, sacrum velamen, è Sancto Amandi nostri manibus suscepit. Cujus exemplum

Gertrudes consequuta, accensis pari studio Virginibus sumæ nobilitatis plurimis, potentissimi Nivellensis Cœnobij fundamenta jecit, cujus postea Abbatissa esse meruit. Quo quidem honore eum tempore se abdicans, contemplationis & orationis studio ita addicta fuit, ut solo in terris corpore, mente autem revera in cœlestibus habitaret. Sorores suas voluit esse benè doctas, & ut in Cœnobio Bibliotheca esset, (ecce etiam Virginum nostrarum conatus magnos & studia!) optimis instructa libris curavit. Sacrarum litterarum amore & studio, eo ipsa progressa est, ut omnem penè sacram Scripturam memoria teneret, & obscura allegoriæ mysteria, sancto revelante Spiritu luculenter Auditoribus explanaret. Hospitalitatis curam inter præcipuas habuit, pia autem sollicitudine diligentiaque, veram se omnium sororum Matrem ostendit. Iejuniis, elemosynis, orationi perpetuo addictissima, perpetuis laboribus corpus delicatissimum exercuit, & rigido cilicii usu attrivit. Fuit insignibus à Numine prodigijs honorata, quæ inter, dum ad altare S. Sixti, in Cœnobio suo in preces incumberet, descendente supra se spheram igneam conspexit, adeo quidè fulgidam, ut per dimidiam ferè horâ, tota inde Basilica mirè resplendesceret. Quod ipsum miraculum, alia etiam vice sorores intueri meruerunt. Suos dum viveret, & longissimè abesset in maris periculo invocata, prodigiosè juvit & eripuit. Nihilominus

Fit Abbatissa.

Bibliotheca
monialium

Miracula.

Egregia re-
solutio.

S. Vltani
Propheta.

minus cum tanta esset, DEI tamen judicium opere formidavit, & cum dies migrationis adesset, ad S. Vltanum nostrum, Fossensis Cœnobii Monachum misit, sciscitatum, quonam die sit ab hac luce decessura? *Valde enim formidare se dixit, pariterque letari.* Respondit, Vltanus: *Craftina die, intra Missarum solemniam, Christi Virgo Gertrudis è corpore abscedet. Ad obitum autem suum nequaquam trepidet, sed leta proficiscatur, S. Patricio Episcopo, cum beatissimis Angelicis Spiritibus, cum ingenti gloria ipsam excepturo.* Qua promissione plurimum exhilarata, totam noctem cum sororibus, in Psalmis & precibus duxit insomnem, & die postera, quæ tunc erat Dominica, ea qua vir DEI prædixerat hora, sacris mysteriis ritè munita decessit Anno Christi 659. ætatis 33. admiranda cœlestis odoris fragrantia è virgineo ejus corpufculo erumpente. Quæ etiam deinceps DEUS insigni miraculorum gloria commendavit; quæ inter aliquando gravissimum Cœnobij sui incendium visa est, velo capitis opposito & excussio, prodigiosè repellere & confopire. *Ex Vita Molano, Baron, Iepes, Beda, Vsuarodo, Chapeauvillo, Brucherio, Adone, Raiffio, Mirao, Trithemio, Ferricolo Locrio, Cratepolio, Annal. nostr. &c.*

Moritur
659.

SS. Mart.

S. Vrii
Mon.

Canoniza-
tur.

væ Iustinæ Basilica in peculiari expositum ara colitur. *Bernardin. Scardeon. Cavac. Ferrar. Arn. Duacen. Hugo Menardo, &c.*

In Polonia B. Gertrudis Virgin. & Abbatissæ. Hæc sanctissimæ illius Polonorum Ducissæ Hedwigis filia, matri virtute, pietate, zelo per omnia simillimè exitiit. Cucullum amplexa in Trebinia-censi Virginum Cœnobio, eximia vitæ perfectione ita se omnibus commendavit, ut mater ab omnibus & Abbatissa expecteretur, ac præesse cogeretur. Abjectis operibus tanta Princeps, libentissime manus admovit, iisque quæ viliora & contemptiora erant delectari se demonstravit, divinorum contemplationi adeo addicta, ut extra illam, nullam quietem reperiret. Eam illustribus signis & prodigijs DEUS honoravit, & meritis gravissimis opulentam, ac virtutibus comptissimam, ad Regnū æternitatis, & thalamos suos purissimos introduxit. *Claruit A. C. 1270. Martin. Cramer. Serrar. Annal. Polon. Francisc. Paludanus &c.*

S. Gertrudis
Abb. Polon.

Miraculis
claret.

B. Conradi
Guelphus.

Fit Monachus.

Herbipoli, S. Colonati Presbyteri, & Totnani Diaconi. Fuerunt isti Ripenses in Anglia Monachi, San. Chilian nostri, Apostoli Franconum, laborum Apostolicorum meritissimi collegæ, de Franconia Ducatu meritissimi, quem gloriosissimi sui sanguinis purpura gloriosiore reddiderunt, & agrum Dominicum impinguarunt. De his hac die Galefinius ex Annalibus Artimani Monachi, fortè ob aliquam corporum translationem.

Patavij in Cœnobio S. Iustinæ, depositio S. Vrii Monachi & Confessoris. Hic profectus ex Oriente Patavium venit, secumque deferens Sanctorum Innocentium Reliquias, in Monasterio prædicto deposuit, in quo pro animi sui voto susceptus, vitam Sanctissimam duxit, inque jejunijs, vigilijs, orationibus, aliisque Virtutum exercitijs, sese cælo strenuè commendans, speculū sanctitatis & exemplar Religionis Fratribus fuit. Multis autem pro Religione perfunctus laboribus, clarus miraculis ibidem hac die in Domino requievit, quæ postea Leo IX. Pont. Max. Sanctorum numero adscripsit, ejusque sacrum corpus, in Magnificentissima Di-

Barij in Apulia, B. Conradi, Monachi Clarævallis, Virtute & genere Illustrissimi. Conradus Henrici Magni, si-ve Nigri, Principum Germaniæ omnium longe potentissimi Noricorum Ducis, &c. & VVulphildis Saxonum Ducissæ, parentum religiosissimorum Religiosissimus filius, Henrici Superbi frater Germanus, cuculli amorem à pueritia imbibit, & præ omni parentum majorum, & fratrum gloria, servitium CHRISTI adamavit. Apud VVeingarttenes sanctissime educatus, atque litteris probe institutus, Colonienfis postea Metropolitanæ Ecclesiæ factus Canonicus, nihil quàm Monachicæ vitæ securitatem, & dulce consortium sanctorum cogitavit. Ne tamen vel à parentibus, idem postea Institutum in Monasterio VVeingarttensi complexis, impendiretur, vel præsentia illorum & Aulæ procerum, solatijs & Gratia Divinæ obstaculum poneret, externa magis in provincia, quam patria, vitam amplecti Monachicam statuit, & cum celebre tunc nomen à disciplina Clarævallis in Gallia esset, eodem se subduxit, atque pro voto susceptus, insigni humanarum rerum contemptu, atque animi demissione excelluit. Demum S. Conradi Episcopi cognati sui imitatione, & suorum superiorum concessione, ad veneranda CHRISTI DOMINI vestigia Hierosolymam profectus, ibidem cui-

cuidam servo DEI in eremo manenti ad-
hæsit, totumque Divinarum rerum me-
ditatione proluit. Reversurum Claram-
vallem, & jã constitutum in itinere mors
apud Barium Apuliæ interceptit, & pro
Clare Valle, ad Montem gloriæ, & cœle-
stem Ierusalem duxit, cujus sacrum cor-
pus, honorifice Barii sepultum requiescit.
*Ex Merol. Henr. & monim. & Chron. VVein-
gartt. &c.*

B. Patricij
Olivet.

In Monte Oliveti, Diœcesis Aretinæ,
B. Patricij à Patricijs, nobilis Senensis, qui
audita Divi Bernardi Ptolomæi nostri, de
contemptu mundi oratione, repente
conversus, Bernardo quamprimum ad-
hæsit, amploque patrimonio, in Mona-
sterij foundationem collato, seipsum om-
nigenæ tradidit perfectioni. Dumque
Priscorum Patrum virtutes omnes æmu-
laretur, meruit una cum socijs Bernardo
& Ambrosio, Benedictam Ordinis nostri
Matrem, Virginum Virginē intueri, quæ
candidissimis amicta vestibus, stellam
miræ pulchritudinis pectore gestans, ar-
gentæe cujusdam scalæ fastidio infidebat,
per quæ terris ad cœlos Angelis deducē-
tibus, viri pariter albis induiti ascende-
bāt, quod fuit futuræ Congregationis osten-
tum prænunciū, siquidem albis intuendi
brevi Regulam professuri erant, quam S.
P. N. BENEDICTUS tanquā scalam Iaco-
bæam, gradibus virtutum distinctā pro-
posuit. Bernardo autem, primū novæ fa-
milix imperium renuente, Patricius quasi
secundus ab illo, cæterisq; in meritis po-
tior, electus est unanimiter in primū Cœ-
nobiarcham, agendorum consultissimus,
& strenuus Monastica disciplinæ zelator,
qui dilectissimā cœlorum Augustæ fami-
liam sanctissimè gubernavit, & infantem
quasi Ordinem, arctissimis observantiarū

Deiparam
videt.

Primus Ge-
neralis.

XV. CAL. APRILIS.

XVIII. Martii.

S. Ansel-
mi Lucensis

Mantuxæ S. Anselmi Episcopi & Con-
fessoris. Anselmus, patria Mantua-
nus, Lucensem Pontificatum virtute me-
ruit, sanctitate exornavit, multo nomi-
ne de Ecclesia universa meritissimus,
Eum Gregorius noster VII. Pontifex Ma-
ximus, Regum terror, Schismaticorum
malleus, tantifecit, ut gravissimis in Ec-
clesiæ negotijs, ejus maximè consilio at-
que opera uteretur. Sed is non tam o-
neris quā honoris fastidiens, suscepta ad
visitanda Sanctorum aliquot limina, voti
causa peregrinatione, nescientibus qui

fasciis religavit, charitatis sinu fovit, lacte
spiritualis doctrinæ pavit. Anno autē ex-
acto, provinciam juxta leges deposuit, di-
uque otio contemplationis fruens, labo-
ribusque Christianæ militiæ certans, mi-
gravit ad Dominum. *Ex communicat. PP.
Ord. Mont. Olivet. Rom & Rev. P. P. Philippi
Malabayla Ful. &c.*

In Aremorica regione, Venerabilis vi-
ri Felicis Abbatis Monasterij S. Gildæ,
meritis gravissimis celebrati. Is eremi-
ticum primum rigorem amplexus, Mo-
nachum postea in celeberrimo illo & san-
ctissimo Floriacensi Cœnobio professus
est, cū se Sanctissimo Patriarchæ nostræ,
in eodem Monasterio comendasset & de-
vovisset, ab eodem prodigiola prius ope è
præsentissimo naufragij periculo libera-
tus. Morbo aliàs gravi affectus, benefi-
cio S. Pauli nostri Leonensis Episcopi
prodigosè curatus est. Demū Cœnobj
S. Gildæ Venetensis Diœcesis Abbas cre-
atus, exemplo subditis juxta ac verbo fa-
cem prætulit, & disciplinam Monachi-
cam strenuè reformavit. Vitæ autem cur-
riculo, summa cum sanctitatis opinione ex-
acto, ad præmia æternitatis excessit. *Ex
Vita S. Gilæ, Hug. Menardo &c.*

Eodem die S. Attelberti Abbatis & S. Attel-
Confessoris, de quo alias nihil præter so-
lum nomen in vetusto quodam Calenda-
rio Ordinis reperi.

Item Venerabilis Demuthæ, sive Hu-
militatis, quæ ad S. Galli, rigidissimū Or-
dinis nostri Inclusionum, fortiter aggressa
institutum, in illo generosissimo ad finem
usque vitæ perseverans, non sine opinio-
ne magnæ Virtutis & meritorum migra-
vit ad Dominum. *Ex monim. & scrip.
S. Galli, Metzlero item & Buce-
lino Sangall. &c.*

S. Galli, Metzlero item & Buce-
lino Sangall. &c.

V. Felix
Abb.

S. Attel-
bertus.

V. Demu-
tha.

Fit Mona-
chus.

Malleus
Schism.

poten-

potentia, auctoritate, & gratia triumphavit,
confuditque, ac suum, si ita Numini
visum, mille periculis ac mortibus caput
generosè obiciens, ferventissimo odiis in
Ecclesiam, ejusque verum Pontificem
Henrico Cæsari, se se opponere, temerita-
tè exprobrare, conatus execrari, & qui-
bus posset modis obtundere nihil veritus,
in Gilbertum Imperatoriæ factionis idolum,
religiosissima contorquēs tela, fren-
dente Henrico, verbis scriptisque poten-
tissimis, fidelium animos ad ejus detesta-
tionem everfionemque concitavit. Eo
autem inprimis de Republica Christiana
& Romana Ecclesia meruit, cum ejus be-
nedictione & oratione munitus Catholi-
corum exercitus, prodigiosam, maxime-
que memorandam de ingenti Schismatico-
rum exercitu victoriam reportavit, tam
validæ viri unius preces fuerunt, quibus
tanta vis hostium obtereretur. Nec mi-
nus etiam à morte in eisdem potens, in-
numeris, & gravissimis coruscans mira-
culis, Schismaticos plurimos ad Ecclesiæ
gremium reduxit, considerantes, eum
tantopere à Deo honorari, qui pro Gre-
gorio VII. stare & pugnare ad mortem
usque nunquam desuit. Migravit felici-
cissime ad æternitatis coronam, & Pro-
pugnatorum Ecclesiæ præmia A. C. 1086.
cujus sacrum corpus, in Monasterio pri-
mum suo S. P. N. BENEDICTI conditum,
postea Mantuam translatum, summoque
cum honore, & civium gratulatione, in
Ecclesia Cathedrali ibidem repositum,
æterna cum Hæreticorum, nostri etiam
temporis Gregorio VII. hostiliter adver-
fantium, confusione, dormienti similis
quam mortuo, in hodiernum usque diem
cernitur integerrimum atque incorrup-
tum. Fuit Anselmus, celeberrimæ il-
lius Principis, Romanæ Ecclesiæ Dotatri-
cis Mathildis instructor sanctissimus, con-
scientiæque arbiter ac vitæ director; ut ad
ipsum etiam pertinere ejusdem de Eccle-
sia merita videantur; cujus sanè laudes
nulla satis posteritas queat celebrare. *Ex
Annal. Reip. Lucensis, Chron. Mant. Philip.
Ferrari. Const. Cajetan. Marchesio, Arn. Duac.
&c.*

Victoria
mira.

Ob. 1086.

Incorruptio
corporis.

B. Ioannes
Abb.

Casini depositio B. Ioannis III. eo no-
mine Abbatis Sacri montis. Hic Illu-
strissimo Beneventi Principum ortus ge-
nere, Divino succensus amore cucullum
exambiit, pompisque sæculi renunciens,
in felicissimo Casinate Cœnobio, cucul-
lum indutus, multo illustrior quam in sæ-
culo erat virtute evasit. Hierosolymam

aliquot post annos à suscepta Religione,
Abbatis permisso profectus, in nostro
montis Synay Cœnobio sexennium san-
ctissimè traduxit, atque inde ad S. Hono-
rii in Græciam secessit. Illic constituto
Beatissimus Patriarcha noster apparens,
baculum pastoralem, quem manu tene-
bat, tradidit, atque ut ad Casinense Cœ-
nobium quam celerrimè reverteretur
imperavit. Rediit, Christo Duce, &
à B. Ioanne II. Præpositus Casini ordina-
tus, paulo post, eodem honorè abdicante,
communi omnium suffragio Abbas
electus est. Præfuit dignè vocatione sua,
quamvis multa perpeffus vir sanctus, quod
sacrum vitæ rigorem solertius promove-
ret, ab Ostiensi severitatis notatus; aucto
sodalium numero, restituta meliorem in
modum Claustrum disciplina, propagato
per Illyricum S. P. N. Instituto, impetra-
tis ab Othone Augusto, qui Casinum
voti causa inviserat, magnis Privilegiis ac
muneribus, templo magnificentius ex-
culto, sanctissimi Præfulis, maximeque
frugi partes explens; Decessit A. C. 1011. *Ob. 1011.
Ex Chron. Casin. Elogijs Abb. Casin. Scipionis,
Petro Diac. &c.*

Syracusis, B. Gordiani discipuli S. P. N. S. Gordianus
BENEDICTI, qui quæ perfectionis esset, mon.
liquet facile exeo, quod dignum judicavit
magnus Patriarcha, quem sanctissimo &
charissimo filio ac nepoti Placido, in Sici-
liã destinato, comitem adjungeret. Man-
sit solus ipse superstes, gloriosissimi Proto-
martyris nostri & Sociorum Passioni, &
ut erat juxta sanctitatem, eruditione etiã,
& Græcis non minus quam Latinis litteris
probe excultus, generis etiam, ut videtur,
nobilitate præstans, jubente Justiniano
Imperatore, S. P. N. patruele, Græco &
Latino sermone, sanctissimi cognati ejus
Placidi, & Sociorum Martyrum trium-
phos prolixè descripsit, & Cæsari obtulit.
Gordianus Orienti diu lucem prætulit, &
Constantinopolim, atque Græciam ma-
gno Ordinis studio accendit, cum nemo
non tanti Patriarchæ & Legumlatoris di-
scipulum, ac tanti præterea socium Mar-
tyris, intueri exambiret. Decessit hac
die, ut ex tabulis Syracusanis nec non Pe-
tro Diacono probat Octavius Cajetanus.
In opere de SS. Sicilia. Maur. Marchesio &c.

In Italia, B. Constantii, sive Constantini, B. Constantii
monachi item Casinatis, qui tempore A-
ligerni Abbatis magnis virtutibus claruit,
& ab eodem missus, ad construendum S.
P. N. Cœnobium in Pectinatio, cum eo
loco aquam habere non posset, ter ad li-
mina

à S. P. N. Pa-
casur.

Ob. 1011.

S. Gordianus
mon.

Orienti
splendor.

B. Constantii
monachi

S

mina

mitta Apostolorum peregrinatus, per merita corundem & S. P. N. BENEDICTI, fontem oravit, & impetravit, cum ipsi apparens Apostolorum Princeps, locum in quo foderet designasset. Idem à morte quendam in mari de vita periclitantem prodigiosè liberavit, & tempestatem consopivit. *Ex monument. Casinat. Petro Diac. de ortu & vita Iust. Casin. &c.*

B. Christianus.

In Hibernia B. Christiani, Sanctissimi Archiepiscopi & Primatis Malachiae nostri discipuli, qui sub ejus exactissima disciplina felicissimè educatus, cum idem Sanctus Praeful in Galliam venisset, divi Bernardi magisterio traditus fuit. Quantum autem profecerit, in hunc usque diem tota Hibernia agnoscit, eumque ut singularem post B. Malachiam Patronum singulariter veneratur. Ipse enim secundum sancti magistri Prophetiam, gentes illas suo exemplo informavit, & statum Monasticum in partibus illis pene collapsum erexit, ac restituit. Vbi etiam Episcopus electus, virtutibus & admirandis signis celebravit, & magna cum sanctitatis opinione obdormivit in Domino. Floruit Apostolicus iste vir, & dignissimus Hibernorum Archiepiscopus, Anno Christi, 1138. ea morum honestate, & virtutum tantis ornamentis praeditus, ut in mortali etiamnum agens corpore Sancti gloriosissimo titulo ab ipsomet Doctore Mellifluo, appellaretur. *Robert. Rufca. Angel. Manriq. Arnold. Duacen. Chrysofom. Henriquez. Annal. nostr. Benedicti. &c.*

S. Gilduinus.

Carnuti elevatio S. Gilduini electi Episcopi Dolensis, Confessoris, qui cum ante virilem aetatem, perfectae Virtutis culmen, miris justitiae studiis atque actibus ascendisset, nec minus Christianae sapientiae, quam pietatis charismatibus caelitus decoratus fulgeret; sede Episcopali Dolensi sublimatus, unanimi omnium voto electus, multa ipsimet Ecclesiae solatia, vigilantis pastoris studiis & affectibus, etsi non consecratus impendit. At paulo post reatus in Canones imprudenter admisi, quod ante legitimum aetatem praesse non penitus recusasset. Stimulis compunctus Romamque profectus, in Gregorii VII. manus Pontificatum resignavit, Carnutumque se recipiens, in Monasterio S. Pe-

Resignat.

tri de Valle religioso suscepto schemate, miros in omni virtute progressus fecit, donec in perfecta sanctitate vita consummata ad repositam filiorum DEI haereditatem, laetus de imminente gloria, profectus est. *Ex Caroli Sauss. Martyrol. Gall. Claud. Rob. &c.*

In Anglia S. Eduardi Regis & Martyris. Hic etsi Monachus professione non esset, vita tamen & perfectione à puero fuit, ab Edgardo Rege & Elfreda Regina parentibus, amoribus S. P. N. BENEDICTI innutritus, quorum exempla, tamquam praecipuorum Ordinis Monachici restitutorum, strenuè postea imitatus est. A Sancto Dunstano nostro, ob egregias virtutes, patre mortuo, ad Regnum promotus, totus deinceps ab illuminatissimo Pontifice pependit, qui & paterno affectu ipsum quoad viveret sancte complexus est: quippe quem à primis aetatis annis in filium adoptaverat, paruitque adeo humiliter per omnia Dunstano Eduardus, ut non aliter atque Abbatem suum monachus religiosissimus revereretur. Inde magna tunc apud Anglos letitia, inquit vitae auctor, *inconcussa pax, multa rerum opulentia existerat.* Caeterum novercalibus odiis appetitus & in venatione occisus tantus Rex hac ipsa die Anno Christi 981. magnis deinceps miraculis claruit, summa deinceps habitus apud Anglos in veneratione. *Ex diversis rer. Anglic. VVilh. Malmesbur. Henr. Huntingd. Polid. Harpsfeld. &c.*

S. Eduardus Rex.

In Hispania depositio Religiosissimae faminae Catharinae Paëz, Abbatissae Monasterii S. Spiritus de Olmedo, orationis studio, & sanctitatis fama in paucis conspicua; *de qua*, inquit Ioseph Velasco; Revelavit Deus Venerabili viro Francisco de Iepes; animam ipsius recta caelum conscendisse, magnamque gloriam obtinuisse, & quod transiens per locum Purgatorium, animam cujusdam monialis ejusdem Monasterii, quae ante aliquot dies abierat à pœnis liberasset, secumque in caelestem patriam introduxisset. *Ioseph. cit. apud Chrysof. Henriquez. &c.*

V. Catharina.

(o)

XIX. Martij.

A.

Apud Pinnensem civitatem natalis B. Joannis, magnae sanctitatis viri, qui de Syria in Italiam veniens, & constructo illic monasterio, multorum servorum DEI pater, per quatuor & quadraginta annos, existens, clarus virtutibus, quievit in pace. *Mart. Roman.* Joannes Syrus, in Italiam delatus, loco per Angelum sibi designato confedit, & Pinnariense postea Canobium sub Regula S. P. N. BENEDICTI, sumptus subministrante Ioanne Spoletano Archiepiscopo condens, eidem primus, & quidem annos quadraginta quatuor sanctissime praesedit. Ejus alia inter miranda, rarius illud & percelebre, cum brumali tempore, mense Ianuarii sub arbore pyro consideret, prodigiosè illico, praesente atque intuente praedicto Episcopo, arborem fronduisse, ac floruisse, unde & Pyrensis cognomentum accepit, vulgo per corruptionem nominis Pinnensis, ab aliis Paranensis appellatus. Fuit abstinentiae virtute, vigiliis, aliisque corporis macerationibus deditissimus, cujus sanctitatis fama, longè lateque celebris, plurimos ad eum visendum & consulendum pertraxit. Cum autem plurimos Christo filios genuisset, confecta aetate, plenus meritis, ex hac mortalitate decessit, A. C. 579. Fuit magnis & frequentissimis exin miraculis à Deo honoratus, eo in primis, quo statim à morte, universa ad sacrum funus confluenta civitate plurimum innotuit, dum sacrum ejus corpus, caelestis fragrantia odoris nares omnium recrearet, animos reverentia mirificè percelleret, & manifestissimo signo virtutum ejus fragrantiam declararet: quod in Ecclesia ejus dicata honori ac nomini, apud vicum Paranensem, usque hodie, religiosissimè asservatur. *Ex Vita apud Surium, Fortun. à Vincent. Philipp. Constitut. Cajetanus, Maur. Marchef. &c.*

S. Joannes Pinnens.

Arbor repente refloret.

Mira fragrantia.

S. Martinus Dumienfis.

Bracaræ in Hispania, natalis S. Martini ejusdem civitatis Episcopi, qui Suevos ab Arianismo, ad Ecclesiae Catholicae gremium reduxit. Martinus longè meritissimus, Regnorum Hispaniae Patronus & Apostolus, natione Vngarus, vivente etiamnum sanctissimo Patriarcha nostro, BENEDICTO instituto se ejus ad-

dixit, & Ordinem sanctissimum longè lateque propagavit, ac Monasterii Dumienfis in Gallacia, quod prope Bracaræ Augustam Reccarius Suevorum Rex Catholicus magnificè struxerat, Abbas effectus, ejusdem postea, ad Cathedralē evecti dignitatem, primus esse Pontifex meruit; cujus initia, ut plurimorum Episcopatum, in Hispania, Gallia, Anglia, Hibernia, Scotia, Germania, & alibi passim, Monachi deinceps nostri, admiranda vitae sanctitate, fundavit dignissime & consecravit. De eo, sic Magnus noster Hispalensium Pontifex, Doctor Hispaniarum longè celeberrimus: *Martinus, Dumienfis Monasterii sanctissimus Pontifex, ex orientis partibus navigans, in Galliciam venit, ibique conversis ab Ariana impietate ad fidem Suevorum populis, Regulam fidei & sanctae Religionis constituit, Ecclesias confirmavit, Monasteria condidit, copiosaque praecepta pia institutionis, &c.* Apostolus *Hispan.* S. Martinus, dum in Hispanias per Hispanias habuit viros sanctissimos, Exuperantium, Adelphium, Venantiū, Exuperium, Euphemium, lectissimos S. P. N. BENEDICTI discipulos, ab ipsomet tanto Patriarcha, cum multis aliis destinatos, plerosque deinceps ad Cathedralē Ecclesias promotos, & creatos Episcopos; S. Leandrum item ex Palatino Monachum, ac dein Hispalensem Episcopum, S. Turibium Palentinum Pontificem (ab ipso S. P. N. Romae circullo indutum) S. Joannem Gerundensem ex monacho Viclarensi Episcopum, S. Aemilianum, S. Nonium aliosque qui amplissima illa Regna, miro sanctitatis exemplo, mirificè accenderunt atque illustrarunt. Interfuit Martinus noster Bracarensi primo A. C. 572. & sequenti mox aetate alteri in eadē Vrbe summa cum auctoritate praesedit, atque insigni & immortalis merito Reip. Christianae praclarissime consuluit. Fuit & illud longè gravissimum, atque in primis memorandum ad omnem posteritatem meritum; *Ipsum Canones, primum serè omnium de quo constat, collegisse, & sequentibus saeculis de ingenti thesauro, & contra omnem Haereticorum vim atque molimina armario providisse.* Sed & alia digna aeternitate sui ingenii *moni-*

Praes. Concilio.

monimenta reliquisse. Valedixit mortalitati magnus iste Hispaniarum Apostolus, & Arianae Hæreseos obritor & profligator A. C. 583. dignissimo elogio seu Epitaphio à Fortunato, hisce inter alia verbis honoratus:

----- *Martini Gallia prisca
Excellente fide luminis arma
capit.*

*Martino servata no-vo Galli-
cia plaude*

*Sortis Apostolicæ vir tuus iste
fuit.*

*Qui virtute Petrum, præbet tibi
dogmate Paulum*

*Hinc Iacob tribuens, inde Io-
annis opem.*

*Ex Isidoro, Marco Maximo, Francisco Bi-
nar, Anton. de Iepes, & diversis rer. Hispan.
scriptoribus, nec non Constant. Cajet. & Annal.
nost. &c.*

Villarii in Brabantia B. Abundi Monachi, DEI paræ favoribus felicissimi, Spiritu Prophetico & miraculis clari. Abundus dignè nomine, ab ipsa pueritia, singulari Numinis gratia locuples & abundans, acumine ingenii, optimis moribus, ingenita animi lenitate, sed & compositissima juxta gravitate ac supra tantas dotes columbina simplicitate atq; innocentia, ad miraculum enituit, tanta etiam formæ elegantia exsplendescens, ut vultus ejus verè Angelicus appareret. Duodennis puer, diebus festis litterario otio benè usus, collegis ludo intentis, ipse Divini Spiritus impulsu, Ecclesiæ visitare limina, circuire reverenter altaria, coram Crucifixo genua flectere, fixuram clavorum in manibus pedibusque, vulnus profundum in pectore, piis oculis contueri, mirari, miserari, devotissimisq; soliloquiis, piissimum promptissimumq; in vota suorum, cor Domini compellere, ejusq; sibi amorem & gratiam flagitare. Ad admirabile dein Matrem, & Benedictam conversus Virginem, cujus se impensissimè studiosum in omni vita demonstravit, ejus benignissima misericordiæ viscera plenissimo affectu deprecatur atq; invocare, totum se ejus obsequio addicere, & quæcumq; ejus celebrando honori ac nomini exco-

gitare poterat depromere, summoq; ut studio, sic arte atq; industria benevolentiam ejus demereri, gratiam & amorem exorare. Sed & quotidie cum ex scholis revertisset, illico ad templum convolans, ejusmodi exercitiis animum concitabat, & non minimam noctis partem ibidem in oratione transigebat. Et vero licet ob teneritudinem delicati corpusculi, grandes afflictiones ferre non posset, neq; permetteretur, excogitavit nihilominus quibus sacri rigoris amorem Numini testaretur, & nemine conscio carni bellum indiceret, cum alia inter, clam veste submota, nudum latus frigidis rigidisq; pavimenti lapidibus applicando, haud levi sese supplicio damnaret atque excrucietur. Ut ex pueri conatibus & cœptis, facile de adolescentia, & virili maxime ætate, cumq; hac pietatis ac rigoris incremento omine-mur. Fuit deinceps in extasim sæpè raptus, meruitque cælitum ordines, sed & ipsum Angelorum Regem ejusq; gloriosissimam Genitricem non modo intueri, sed & familiari eorumdem colloquio perfrui. Deum oportune importune cum vehementius oraret, ut ei revelare dignaretur: *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod ipse tamè sincere se diligentibus præparasset*, quarto decimo ab hac petitione die exauditus est. Cum ecce statim vidit sibi cælum apertum, Deumq; contemplatus est. Cujus postea visionis memoria, quotiescunque occurreret, non potuit, quin illico in dulcissimas lachrymas resolveretur. Aliàs frequenter Christum Dominum, puerili aliquando forma, speciosissimum inter filios hominū, aliquando in gloria & majestate inter stipantium beatarum mentium obsequia apparentem, seq; amantissimè intuentē & benevolentissime consolantem intueri meruit. Imperatrici autem illi Cælitum Augustissimæ, adeo charus Abundus fuit, tantisq; nobilitatus ab eadem favoribus, ut vix in hoc genere ei quisquam valeat comparari: cum sæpe inter orationem ei visendam se præbens, non semel ad sacratissimæ manus osculū ipsum admitteret. Sed &, cum familiaritate tam diuturna animus illi cum amore cresceret; (verba Chronici Villariensis ponimus,) *quodam tempore desideravit de osculari ipsam Virginem osculo oris ejus, quod illi concessit; sed & ipsa, (ò inexplicabilem purissimò amatori à Virginum Virgine gratiam!) quoque dignatâ est, eum iterum*

Rigoris amor

Raptus ejus.

Visio miranda.

DEI paræ charissimus.

Oscula tant.

iterum de osculari, &c. Festo Purificationis ejusdem Magnæ Matris, cum, cæteris candelas de more Abbati offerentibus, ipse contemplationis abreptus dulcedine, in suo, ut vocamus, stallo persisteret, Cælitum Regina, clientem suum singulari favore dignata, adfuit illico, & manu propria Abundum ad Abbatem deduxit. Inter colloquendum, sæpe eadem Benedicta Domina nostra, ipsum *Clarissimum, dilectissimum filium, & Amicum*, appellavit. Placet unicum insuper ex Chronico citato adscribere. Quodam alio tempore inter Circumcisionem & Epiphaniam, erat hic Abundus scriptus ad Invitatorium, & habebat incipere Antiphonas in Ecclesia. Cum jam staret in Choro & cantaretur Tertia, vidit juxta se stantem Benedictam matrem Domini nostri, iudutam cuculla splendidissima, & peplo mundissimo super caput ejus, ad modum monialis cantantem cum Monachis, Hymnum illum in laudem Benedicti Filij sui compositum, qui incipit: *A solis ortus Cardine, &c.* & ex nimia melodia quam audiebat, & videbat in purissima Virgine MARIA, in ejus dulcissimo & amabili aspectu, quam amabiliter scilicet arridebat Conventui, & quam reverenter se inclinabat ad *Gloria tibi Domine*, plurimum admirabiliter in seipso, quomodo adhuc pedibus persistere posset, & non magis ejus membra deficerent, præ nimia exultatione quam sentiebat. Percantato Hymno, cum jam inceperent Antiphonam: *Rubum quem viderat Moyses, &c.* intonabat ipsa Psalmum: *Ad Dominum cum tribularer, &c.* & postea adhuc mansit in Choro, omni modo se conformans Conventui. Et Horis completis evanuit ab oculis ejus. Non solum illo tempore, sed multoties & multifariè apparuit Amico suo Virgo Beata, &c. Huc usq; liber cit. Claruit Abundus insigni miraculorum gloria, fuitque Prophetico etiam spiritu illustratus, cujus postea nomen Sanctorum albo adscriptum fuisse à nonnullis memoratur. *Chron. Villar. cit. Herib. Rosveid. Arnold. de Raiffe, Ang. Manriq. Chryf. Henriq. & nos in Annal. & Ephemerid. Mariano-Benedict. &c.*

Miracula.

B. Emebertus

In Clara-Valle B. Emeberti Monachi, qui etfi juvenis ætate, proventus tamen moribus, ex hac vita decessit, fuitq; man-

fuetudinis & patientiæ, lucidissimum speculum, in diuturniore inprimis multorum annorum morbo, quo velut aurum in fornace excoctus, cælestes favores in corpore mortali meruit, & ab ipso Christo cum supremum decumberet appa-rente, ad coronam vocari & deduci. *Ex libr. de Init. Cist. Menol. Cist. Henriq. &c.*

*Gandavi SS. Landoaldi Presbyteri Roma-
ni & Amantii Diaconi, qui à S. Martino Papa
ad predicandum Evangelium missi, multis
post obitum sunt illustrati miraculis.* Landoaldus ex Monacho S. R. E. Cardinalis Archipresbyter à Martino I. Papa creatus, S. Amando nostro quiritanti non se sufficere ad Germaniæ conversionem socius adjunctus cum Amantio pluribusque ejusdem instituti collegis, multis Germaniæ provinciis plurimum contulit, & ut labores solaretur Apostolicos, Monasterium Winterhofense in Hasbania condidit, cui & ipse præfuit, in eoque S. Lambertum, nostrum Monasticis disciplinis instruxit, cujus imperio hic, puer etiamnum prunas sinu illæso portavit, uterque autem fontem vivum precibus suis instructione Ecclesiæ impetravit. Idem Landoaldus, vitam Monasticam latius propagavit, & adductis secum sorore sua Vinciana, & S. Adeltrude aliisque famineo etiam sexui mirificè consuluit, ipse autem Tungrensi Ecclesia pro S. Amando novem años administrata, post ingentia merita in suo Winterhofensi, Cænobio decessit, juxta quem & Amantius, alique sodales sepulti, multis postea clari miraculis ad Cænobium Gandense translati sunt. *Ex Const. Cajet. lib. de Præstantia Ord. Benedict. Mauro Marchesio, Nodgero Leod. Ioan. Molano. &c.*

S. Landoald.
S. R. E. Car-
din.Consepulsi
socii.

In Monasterio Bingenfi, S. Idæ Comitissæ Spanheimensis, quæ generosissimo sæculi fastidio, cucillum exambiens, in hoc supra omnem mundi gloriâ exsplenduit, & ob egregiam vitæ sanctitatem cælo terrisque commendata, nomen immortale promeruit. *Ex Ioan. Tritem. Annal. nost. German. & Bened.*

S. Ida Comi-
tissa.

Eodem die translatio S. Landradæ Virg. & Abbatissæ, quæ facta est Anno Christi 1270. ritu solemni per Philippum Menze Episcopum Tornacensem.

S. Landrada.

Mirans, Tritem. Arn.

Duac.

XX. Martij.

Vigilia S. P.
N.

Vigilia Sanctissimi & Admirabilis Patris & Patriarchæ nostri BENEDICTI, magna olim & inexplicabili Sanctorum Patrum nostrorum, Casinatium in primis, & Cluniacensium, nec non Floriacensium & Cisterciensium præparatione ac devotione celebrata. *Ex diversis eorundem locorum nec non SS. Ord. monim. & gestis.*

S. Cuthberti
Episc.

In Britannia, depositio S. Cuthberti Episcopi Lindisfarnensis, qui à pueritia ad obitum usque sanctis operibus, & miraculorum signis effulsit. *Mart. Roman.* Cuthbertus à puero rerum Divinarum contemplatione mirifice delectatus, ad vitam Monachicam se totum disposuit. Tenellulæ ætate, & ingenii acumine, & membrorum agilitate mirè excelluit, cursu, saltu, agitatione varia egregie exercitatus, & plurimum valens ac spectatus. Eum ludis hisce occupatum, instinctu Numinis puer parvulus, corripere atque corrigere aggressus, cum à Cuthberto rejiceretur, prostratus solo, voce lugubri sic ipsum compellavit: *Ludere inter parvulos non decet, quem Dominus majoribus etiam natu, Magistrum Virtutis consecravit.* Paulo post, ex altero genu graviter laborans, dum à ministris in prato inter herbas deponitur, ab Angelo curatus est. Remotis aliquando in montibus, cum inter pastores, ut pecora patris curaret, ageret, Sancti Aidani nostri Lindisfarnensis Episcopi animam ad cælum ab Angelis deferri intuitus, relictis quamprimum omnibus, Monasterium petere decrevit, & petiit. Eo in itinere, omni hospitii spe exclusus, ad desertum quoddam divertens tuguriolum, dū equi, quo vehebatur laborem & in ediam miseratus, sceniam straminis manipulum tecto evulsum illi objicit, equum cogente fame alterum etiam manipulum sponte avellentem, linteum pariter tecto extrahere conspexit, quod quidem cum præmissa & finita oratione sanctus puer dissolveret, dimidium panis recens cocti & calidi, & carnem juxta uni refectioni sufficientem reperit. Ad Meilrosente denique Cænobium perveniens, S. Eattam Abbatem, Magistrum meruit, Monachumque professus, ob ingenitam benignitatem & humanitatem, hospitium & peregrinorum curam habere iussus, dum primo diluculo egrediens, hospites ac pauperes, undecunque posset sollicitè in-

Mira moni-
tio pueri.Relinquit
mundum.Angelum su-
scipit.

quirit, Angelum peregrini habitu susceptum, & curavit, qui tres calidos nivei candoris panes, & mira odoris fragrantia post se relictis, evanuit. Nec infrequens deinceps ipsi, hæc Angelorum visitatio fuit, à quibus, & verbis suavissimis, & cibis etiã celesti sapore conditis refectus fuit. Pestilenti lue correptus dum fratres precibus pro se intentos animadvertit: *Quid? inquit, fieri ne potest, ut Divina bonitas, tot, tantumque virorum preces despiciat? & ægerimos trahens artus, lectuloque confurgens, summa omnium admiratione repente convaluit. Abbas, post S. Boisilum, Cænobii sui creatus, non Fratribus solum pie consuluit, sed longè lateque excurrens, æterno & Apostolico cum merito, Idololatricæ reliquias profligavit, & Apostoli magnis laboribus nomen meruit, ea maxime loca peragrans, quæ in asperis sita montibus, aliis horrore erant ad visendum, ac rusticitate penuriaque rerum omnium, cæterorum prædicatorum arcebant accessum. Tale autem ei vultus Angelici lumen erat, ut nemo latebras illi sui cordis celare præsumeret, sed dignis pœnitentiæ fructibus peccata quisque sua abstergeret, quia nimirum hæc eadem illi latere nullo modo putaret. Coactus denique à Concilio Anglicani Patribus, Lindisfarnensem Pontificatum admittere, eum honorem summa cum plebis utilitate biennium tenens, denuo abdicavit, humilitati que ac rigori Monasticis rursus se consecrans, cursu feliciter absoluto, ad Dominum migravit. Claruit admirandis, & in vita, & post mortem miraculis, dæmonibus in primis metuendus, quos non præfens solum, sed longè positus, rara virtute & potestate ab energumenis profligavit. Pestilentem luem, solo oris osculo depulit; dytenteriam tactu manus curavit; suos Fratres cibo prodigiosè allato, mirabiliter pavit. Vigiliarum adeo amans fuit, ut dicere soleret; *Nemo mihi molestiam facit dormientem excitando, sed potius lætificat, facit enim, ut discusso somni torpore, utile quid agam vel cogitem.* Corpus suum hostiliter habuit, cum de nocte consurgeret, à curioliore monacho observatus aliquando, colotenus se mari immergere, atque ita pervigilem in oratione noctem traducere, lutris duabus (quadrupedia marina sunt) eum ex aquis prodeuntem comitantibus, quæ*

B.

Mira cura-
tur.

Fit Episcopus

Rigor vitæ.

Incorruptio
corporis.

quæ obsequioso officio, ante ipsum humi prostratæ, anhelitu rigentes ejus pedes fovebant, & villo extergere satagebant. Eum post annos undecim, cum levare è tumulo Fratres pararent, incorruptissimum invenere, continuato hoc prodigio cū post annos quadringentos octodecim denuo elevaretur, tanta miraculorum gratia sanctum suum Deo glorificante, ut calceorum etiam, & Zonæ ejus contactu, morbi gravissimi pellerentur. Obiit vir Apostolicus Anno Christi 687. *Ex Ven. Bedæ, VVilb. Malmesb. Nic. Harpsfeld. Eduardo, Maibeveu, Baron. Iepes, Trithem. VVione, &c.*

S. VVulfranni
Episc.

In Monasterio Fontanellæ, S. Wulfrani Episc. Senonensis, qui relicto Episcopatu, ibidè clarus miraculis decessit è vita. *Mart. Rom.* Wulfrannus, sive Vulfranus nobilis genere, sacrorum amore factus Clericus, ob vitæ morumque dignitatem, cōmuni omnium voto Archiepiscopus Senonensis creatus est. Eum honorem pro dignitate aliquamdiu gessit. Zelo dein prædicandi Christi Fidem in Gentibus accensus, Mauriliacum patrimonium Fontanellensi Cænobio legans, accita inde subsidiaria Monachorum Sanctorum cohorte, in Frisiam contendit, & verbi, exempli atque miraculorum gratia, innumeros, eosque inter Rathbodi Regis filium, salutaribus Baptismi undis lustravit. Rex ipse Rathbodus è sacro fonte pedem retraxit, cum sciscitatus: *Vbinam major Frisicæ Regum numerus esset? esse in Inferis intellexisset; stultè & impiè, ibi quoque socium se esse velle Regibus, affirmaret.* Ita periit, sponte sua æternum miser, grandium cæteroquin prodigiorum spectator & admirator; quæ inter rarius fuit: Innocentes duos, supersticioso more, indigno cacodæmonum cultu atque oblatione iisdem facta, in tumulo quodam maris æstui expositos, ut ejus accessu mergerentur, à Wulfranno mirè servatos, atque ereptos, cum ea conditione eos sibi donari impetrasset, si maris undis non tangerentur. Mirum dictu! excrescens supra tumulum mare, tumulum sepsit, non attigit; & spectante cum innumeris Rege, Wulfrannus ipse, pedibus supra mare ambulans, pueros prodigiosè ab aquis intactos incolumesque Matri restituit, ac dein sacris undis abluit. Sic alium pari devotione laqueo devotum atque additum, pendentem servavit. Sed & illud rarum, cum sacris in navi operatus, patenam profundo mersam, precibus ab imo

Apostolatus

Miraculum.

retraxit, & plurima alia stupenda gessit. Demum Fontanellas reversus, abdicato Pontificatu, & relicto Apostolatu, Monachum professus est. Vitæ reliquum exegit magno in rigore, ciliciumque sub cucullo induens, nunquam in lectulo aliquo corpus collocavit. Tanta autem miraculorum gratia enituit, ut quocunque quis languore detentus fuisset, si ab eo visitari, benedici & contrectari meruisset, incolumitati mox pristina redderetur. Mortis horam divinitus edoctus præcognovit & Fratribus nunciavit, quos pie exhortatus, sacro refectus Viatico felicissime extinctus est, A. C. 720. cujus sacrum corpus novennio post repertum est integerrimum. Ejus honori dedicata est Ecclesia Collegiata in Pontivo, & in Abbatisvilla Dioceseos Ambianensis, &c. Cornelius Kempius, Aub. Miræus, Baron. Iepes. &c.

Abdicat Epi-
scopatum.

Ob. 720.

S. Martinus.

In Hispania S. Martini primi Dumien- sis Episcopi, Hispaniarum Apostoli, Hæresum obtritoris. De quo nos prolixius ex aliorum opinione die hesternæ.

In Comitatu Eboracensi S. Hereberti Presbyteri & Eremitæ. Is vitæ & morum probitate excultissimus, vitam eremiticam in insula Stagni Doruventici, sub obedientia S. Cuthberti nostri agens, cum sapius ad ipsum inviseret, suprema tandem vice, sic eum Cuthbertus alloquutus est: *Memento Frater Hereberte, ut modo, quid quid opus habes me interroges; postquam enim ab invicem digressi fuerimus, non ultra nos in hoc seculo carnis obtutibus invicem aspiciemus. Quia tempus resolutionis meæ instat, & velox est depositio tabernaculi mei.* Provolutus ergo ejus vestigiis Herebertus, fufis, cum gemitu lachrymis, magistrum, ne se desereret, obtestatus, impetravit. Post fufas namque preces edoctus Antistes se pro Hereberto exauditum: *Surge, inquit, Frater mi, & noli plorare, sed gaudio gaude, quia quod rogavimus, superna nobis clementia donavit.* Paulo post, morbo correptus Herebertus, ipsa etiam qua sanctissimus Magister, felicissime ex hac vita, ad immortalem transivit, A. C. 687. *Ex lib. 4. Histor. Angl. Ven. Bedæ, &c.*

S. Herebertus

Solatium
in ortis.

In Germania B. Ebrardi Monachi Morundensis Abbatis Montis S. Georgii genere & virtutibus Illustrissimi. Ebrardus Comes Montium de Marca & Abtena (quo ex genere Clivæ Duces oriundi) prælio, quod inter Limburgi Duces & Brabantia intercesserat, sese immiscens, cum suis postea ad castrum suum Aken reversus, super tanta partium strage & cæ-

B. Ebrardus
mon.

de, quamvis manu propria ipse neminem interemisset, tantopere doluit, ut pœnitentiæ studio, peccatum perpetratum expiaturus, mutato habitu, omnia sua deserens, intempestæ noctis silentio, conscio nemine fugam arripere, & primum quidem Romam contendens, Apostolorum limina visitaret; inde autem digressus Compostellam usque excurreret, & suis delictis, summis precibus veniam exoraret. Reversus per Galliam, apud Morimundum substitit, & suæ generositatis Christi amore oblitus, multo ibidem tempore in grangia quadam, ut vocant, Cænobii porcos pavit. Agnitus demum, à transeuntibus illac famulis olim suis, via exerrantibus, & duci à bubulco Principe olim suo, rogantibus, cicatrice quam in facie olim inter præliandum acceperat, prodente, quamvis Gallico sermone Teutonicos eludere pararet, summa cum veneratione ab iisdem, equo desilientibus exceptus atque salutatus, ab Abbate postmodum, in patriam missus est. Vbi ope Adolphi fratris, qui ipsi in Principatu successerat, Aldenbergenle Cænobiū, postea autem alterum in Monte S. Georgii, sumptibus Zizzonis & Gisilæ cognatorum Thuringiæ Comitum, condidit, & huic præesse coactus, egregia vitæ sanctitate locum initiavit & consecravit, Basilicamq;

DEIPARÆ unicæ Tutelarissimæ, sed & S. Georgii & S. P. N. BENEDICTI honori, sacrum voluit; ubi denique cum magna sanctitatis opinione diem extremū clausit. *Ex monim. Cænobii, Aub. Mir. Henriq. &c.*

Villarii in Brabantia B. Thomæ Monachi, viri admirandæ virtutis, SS. monachorum Godefridi & Reyneri fratris germani, qui in Monasterio prædicto, vitam immaculatam ducens, signis & virtutibus clarus in pace quievit. *Chron. Villar. &c.*

Eodem die, insignis commemoratio Anonymi Monachi Floriacensis, qui hac ipsa die vigiliarum S. P. N. gravissima desperationis tentatione turbatus, ab apparente ipsomet Patre Sanctissimo, paternam consolationem meruit, & mira eventurarum rerum certitudine edoctus & confirmatus, de salute sua sempiterna nō tantum certior est redditus, sed & intellexit à conditi primum Florentissimi illius & frequentissimi Cænobii initiis, nullum ad eam usque diem perisisse, sed neque ex universis, qui tunc erant plurimi, quenquam periturum, nisi unicum Fratrem Ebroinum, qui paulo post cucullum deferturus, & Majoratum denuo Gallix invasurus esset. *Ex Bibl. Floriac. & Annal. nost. &c.*

XII. CALENDIS APRILIS.

XXI. Martij.

IN Monte Casino, natalis S. BENEDICTI Abbatis, qui Monachorum disciplinam in Occidente collapsam restituit ac mirificè propagavit: cujus vitam virtutibus & miraculis gloriosam, B. Gregorius Papa conscripsit. *Mart. Roman. Sanctissimus atque Admirabilis Pater & Patriarcha noster BENEDICTUS, Augustissimo Urbis atque Orbis Aniciorum genere ortus Anicium Eutropium Exercitus Imperatorem, patrem habuit (Germani fratrem, qui ducta Iustini Senioris sorore, Iustinianum Imperatorem genuit.) Matrem Claudiam Abundantiam, Honoratam Octavia gente editam, quæ unica parentum hæres, Nursiæ Dominatum & Honorati five Riguardati cognomentum ad maritum attulit. Eum præventum in utero Numinis gratia, uti Baptistam Ioannem saltem, sic hunc cæntus prodidit, psallere in utero auditum, ut facile parentes in BENEDICTI nomen consentirent. Infantia & pueritia BENEDICTUS Magno My-*

rensi Pontifici Nicolao comparatus est à S. Hildegarde, libro quem dictante Numine de Vita S. Disibodi scripserat; nec dubium in puero magis Divinam gratiam luisse, quæ in infante, quin & in utero sic ludendo sese prodiderat. Educatum in Palatio Nursino, amplitudine & magnificentia verè Regio. Septuennis ut litteris impertiretur Romam à patre missus ad ædes illic avitas & patrias, ad forum cui à piscibus nomen sitas divertit, quæ alia inter marmorea Aniciorum palatia illic haud impari splendore visebantur. Ibi magistris, ut docili erat ingenio, operam strenuam septem ferè annis navavit. Erat insuperabilis jam tunc inter blandimenta fortunæ & cognatorum Urbis Principum puero animus, adeo præmature iudicio, vana à solidis bonis distinguebat. In tenella tamen ætate, ut in vita omni, inexplicabilis erga DEIPARÆ amor & reverentia, præ cæteris virtutibus viguit, ac mirificè excelluit, ut

et sanctus deinceps, Divo Alano teste, tamq; Divina Monastica Institutionis Fundator & Auctor fieri mereretur. Invalente autem, è nimio mundi applausu nausea, & jam S. Felice Papa cognato ad supera raptus, morè impatiens, ab illo repente se arripuit atque abstulit, & quo temporaliter, inquit Gregorius, uti liberè potuisset, jam quasi aridum cum flore despexit. Fugam sola primum Cyrilla nutrice conscia & comite inivit, mox cælesti, & spectabili forma Genios duos viæ Duces habuit, quorum, ac Principis Apostolorum cura, omnem famulorum & cursorum se undiq; conquirentiū oculos & diligentiam elusit, & Aufidene securissimè latuit. Ibi insigni prodigio à Deo commendatus, fractum incuria nutricis capisteriū mirè restituit. Sed innotescente miraculo, inscia etiam Cyrilla profugiens, à Romano Monacho sibi obvio, cucullo donatus, in asperrimo, Sublacensium montium antro, velut sepulchro quodam se condidit, totosq; deinceps quindecim annos, cum ob corporis postea septem omnino pedum Romanorum proceritatem, nec erectus stare, nec jacens membra extendere posset, asperrimo & salebroso pavimento pro lectulo usus, panis gregarii, quod Romanus funiculo appensum demittebat, frustillo contentus, & aqua fluminis, delicatissimus atque Augustissimus juvenis vitam toleravit. Facibus libidinis à dæmone subjectis, in asperrimum se senticetum abiecit, & diu quidem volutatus, toto corpore vulneratus prodijt, & memorabili exemplo, incendia sanguine extingvens, ex eo die, ab omni carnis titillatione liber extitit. Quod senticetum voti ergo peregrinatione suscepta, cum septingentis ferè post hunc triumphum annis, Seraphic9 Franciscus viseret & adoscularetur, subitum in oculis ejus fronduit & floruit. Vicini Cænobii postulatus Abbas, veneno à Monachis appetitus sed frustra est, cum signato cruce poculo, & mox rupto, illud sese, simulque scelus proderet Monachorum. Antrum postea suum, seu potius equuleum Martyr, repetens, confluentibus discipulis, primum Magister, mox Abbas, dein Generalis, Patriarcha demum Monachorum omnium factus, condita Regula, à Spiritu sancto inspirata, innumeros calo filios, Gentium Apostolos, Ecclesiæ Episcopos & Patres progenit, & inexplicabili meritorum cum magnitudine, tum multitudine totum orbem implevit. Prima duodecim Monasteria

in Provincia Valeriæ, quasi momento temporis excitavit, dehinc Casinense, & plurima non per Italiam solum ac Sicilia, sed & per Galliam, Scotiam, Hiberniam, Hispaniam, quin & per Africam, Syriam atque Ægyptum, & diversas Orientis Regiones condidit, colonias mittere suorum à diversis Principibus, & Iustiniano fratrule Cæsare exoratus, quorum usq; hodie donationum supersunt diplomata, & monumenta. Romam evocatus, cum vetera illic Cænobia reformavit, tum plurima, Pontificum & Principum ope atque opera, nova condidit, & Vaticano quidem atque Lateranensi, ipse aliquot annis profuit, & ad Confessionem S. Petri dies noctesque excubans, magna miraculorum gloria à Numine illustratus est. Casinanti monti, velut Romæ Petrus, præcipuum honorem conciliavit, & Archisterium Augustissimum Ordinis atque Orbis, tradentibus spectabili forma Angelis possessione adita, quadraginta dierum jenitio consecravit, & profligato sacrilego demonum cultu, ultimus Italiæ Apostolus, circumjacentem provinciã, in qua Christo lucranda plures antea sanctissimi Episcopi frustra laboraverant, verbo prædicationis (jussus divinitus) exemplo vitæ, & virtute miraculorum convertit; uti & ad Simbroinos montes pari felicitate Gentilitatis reliquias profligavit. Miraculorum tanta gloria effulsit, ut cum lectissimis ac Novi Testamenti Sanctis, Moysè, Eliseo, Petro, Baptista aliisque ipsum Gregorius Magnus Ecclesiæ Doctor comparasset, *Magnum Elogium.* Iustorum omnium spiritu plenum fuisse concluderet, quo sanè majus atque amplius, à tanto in primis Urbis atque orbis Pontifice, & cui quæ scriberet Spiritus sanctus dictare in aurem visus est, manifesto appareret dici non potuisse. Rarius illud, imo inauditum: præter alia quæ viventis etiamnum nomine, perque merita ejusdem Maurus & Placidus prodigiosè patrarunt; hunc quotidianæ frequentiæ pertæsum, ad diem designatam omnes Regni Siculi ægros debilesque sed & finitimarum provinciarum convocasse, & exorato per merita Magistri sui BENEDICTI Numine, omnes illico prodigiosissime curasse. Nequius mirum cum Tartonofensi in Vrbe, suis, cum tam procul abesset, adfuit, & ideam struendi Cænobii ædificavit, & designasse fatentibus demonstravit. Illud pene incredibile, quod Gregorius tantus Doctor refert, singulari excellentissima sanctitatis argumento, miracula, non præce, sed

Ex Principe pastor.

Agnoscentur.

S. P. N. Festum.

Natalis.

Pueritia.

B. Thomas

Anonymus Floridensis.

Miraculum primum.

Fugit denuo.

Triumphat carnem.

Studia.

Amor DEIPARÆ.

Fundator Ordinis.

Ultimus Italiae Apostolus.

Magnum Elogium.

Mirum miraculum.

Res mirabilis.

Totilam Regem dejecit.

ce, sed potestate, fecisse. Miraculorum potentissimum illud, quo terrorem Orbis Totilam Regem, solo aspectu fregit, dejecit, adeoque terruit, ut bis terque monitus surgere, non auderet, quam suamet manu BENEDICTUS erigeret atque sublevarer; adeo deinceps, summo cum Italiae & subjectorum Regnorum bono mutatus, ut summa iustitia cultor à Romanis ipsis celebraretur. Annus Christi 543. supremus ipsi & Sanctissimæ sorori ejus Scholasticæ fuit, cujus ipse animum in columbæ specie penetrare cælos intuitus, similiter Germani Capuani Episcopi mortem cognovit, qua ipsa nocte inexplicabili profus visione, sub uno solis radio mundum universum, & ex gravissimorum Patrum sententia Divinam essentiam intueri meruit. Decessit 12. Cal. Aprilis, non solum diem mortis, sed quæcunque genus, imo horam spectabant præcipiens, suisque tam secum, quam procul agentibus apertè denunciatis, admiranda felicitate, tot tantisque rebus confectis, dignè Vespasiano illo: *Oportet Imperatorem stantem mori*; stans, sublatis in cælum oculis ac manibus, in Ecclesia, ad sepulchrum jam sibi apertum, inter ferventissimas amore preces, Victorem animum ad triumphos æternos emittens; cui spectando & insolenti prodigio, triumphalis à Casino ad cælum usque via, innumeris iisdemque cælesti lumine fulgentissimis lampadibus illustrissima, & quod unius Christi Domini Ierosolymitano in triumpho legitur (quo ipso die BENEDICTI nomen, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, tam latè inauditum est,) preciosissimis, Angelico nimirum contextu, palliis, strata, visa est ad triumphum adornari, auditusque ab ipso etiam discipulorum lectissimo Mauro, in Gallis tunc agente, idem magister & Pater sanctissimus, longè dignissima & propria Archi-Evangelistæ Ioannis nomenclatura *Dilectus Domini* BENEDICTUS appellari, & è cælo ad triumphos vocari. È meritis ejus longè amplissimum: Propagatio per orbem terrarum universum *Psalterii Mariani*, tantam rem eadem & præcipua ejus & Ordinis amplissimi Matre ac Tutelari, mirificè approbante & comendante; ac BENEDICTUM suum (sic eum appellare audita est,) insignibus favoribus prosequente, & apud Ordinem ipsius usque hodie, etiam in terris, quasi sedem figente, & Admirabilem se, ac verè Matrem demonstrante, innumerisq; beneficiis ac miraculis comprobante. Cæ-

Stans mortitur.

Triumphus.

Compellatio felix.

Psalterium B.M.V.

terum eorum quæ prodigiosè egit S.P.N. vim penè imensam, lubet vel obiter attingere. Fuit perinsigne illud, quod circumlatis hyberno tempore, in Processione, ut vocant, ejus Reliquiis, spectante ingenti procerum Cleri populique frequentia prodidit; quippe quaquaversum incederetur, arbores pomiferæ æquè agrestesque, sed & spineta quævis atque arbusta, in oculis illico omnium in flores eruperunt; navis insuper spissa detenta glacie, Cherubici viri illatis exuviis, soluta non solum verum per milliaria sexdecim, & absque dirigente ac remige inoffensa decurrit; cerei etiam vi ventorum extincti, cælesti lumine resuscitati sunt; ut prægnans prodigiorum miraculum asseveres. Surdos, mutos, cæcos, claudos, ægros innumeros curasse inter minima fuit, inter maxima nihilominus, pro ipsa miraculorum multitudine, tantoque decursu sæculorum perpetuitate, centesimum. Mortuis pluribus, ut vivus, sic mortuus vitam reddidit; morituris autem singularis à Numine Patronus designatus, in eo ipso universo mortalium generi sui copiam fecit, & certo promissit, quisquis ipsum tam singularis suæ in morte gratiæ, quotidie admonisset. Dæmonibus, ut semper terribilis visus, sic terribilior multo post mortem fuit, sic ut solo ejus nomine velut fulmine dispellerentur. Beatissimis vero cæli civibus, (quorum honorem præcipuè per orbem propagavit,) Angelis purissimis, ejus etiã venerandi cineres, & quos contactu sacra verat cellulæ parietes fuere, ad cujus tumulum, ut & in cell. ejusdem, festivis maximè diebus, diuturno miraculo, choros instituere musicos auditi sunt, cælesti odoris fragrantia, & luce admiranda locum implentibus. Fuisse quodammodo miraculorum potestate & diversitate cunctipotentem, ex diversissimis & admirandis sanè prodigiis liquet, quæ in quatuor mundi elementa, terram, aquam, aëra, ignem, sed & in cælos etiam ipsos, & inferos, animos insuper, & abditissimas animorum cogitationes, manifestissimè est potuisse. Terræ motibus imperare se posse, non uno exemplo docuit, & ut eo in timore Tutelaris ipse invocaretur, ipse etiam hortatus est. Terra ejus etiam voluntati abdita reddidit, rosas extra tempus, ac florum copiam protulit, ab alto cadentes à morte servavit, allisa & fragilia integra excepit, duritiem exuit, manna protulit, præcisa & exarefacta animavit, mortuos absq; ejus gratia è visceribus suis reje-

Prodigiorum copia.

Mortuus resuscitat.

Angelium reverentur.

Terra imperat.

Aëri

Ignibus

Thaumaturgum.

Cogitationum cogitor.

Vicissitudo suos.

Regum terror.

rejecit, &c. Aqua jussu ejus repente intumuit, eademque rursus defedit, integras classes mergit, quos servatos ille voluit nunquam læsit, alios nec madefecit, & stabilem se præbuit; pisces pro libitu protulit, mersa è fundo refudit, ex arida & scopulis fluxit, &c. Aëris pestilitatem correxit, ventorum turbines concitavit, rursusque compescuit, pluvias cælo deduxit, serenitatem reduxit, tenebras idè, idem lumen, & insolentia ista omnia, concessa à Numine potestate effecit, &c. Igne alios rigidè plectit, alios eripit, gravissima sopit incendia, merentes è cælo fulminat, servat, curat, protegit pœnitentes & ad se confugientes, &c. Ut nulla posteritas sæculorum, Thaumaturgum hunc nostrum dignè & satis admiretur. Fren-dente infero universo, ultima Italiae possessione ipsum dejecit, detestanda illius symulachra & lucos evertit, fraudes & dolos ejus detexit, sola alapa è diversis obsefarum corporibus ejecit, solo iisdem nomine horrore & cladi fuit fuit; totas à morituris legiones dispulit, innumera animorum millia infero præripuit, cælo autem vindicavit, Triumphantis Ecclesiæ exercitum, multis myriadibus auxit, cælestes peccatoribus conciliavit, Dei ipsius iram justissimam evicit, &c. Nihil ipsi, neque abditissimas animorum cogitationes, dū viveret, latuisse, Gregorio, an potius Divino teste Spiritu, ex vita liquet; nunc vero multo perfectius, suorum omnium cogitationes & voluntates penetrare, innumeris exemplis patuit. Anxiis, dubitantibus, desperabundis, cogitata retexuit, errores & desperatissima consilia correxit, menti tranquillitatè reddidit, mœrorem gaudio inexplicabili permutavit, occultissima animorum vulnera persanavit, adversum Monachos parata seu meditata prodigiosè avertit, & rigidè puniit, ad pœnitentiam, etiam obstinatos sæpè permovit, inimicos monachis solo cuculli sui cōtactu amicissimos reddidit, effertissimos barbarorum animos solo intuitu flexit; aliàs diversissimis temporibus, integros exercitus & legiones obrivit & compescuit; Reges, alios Regnis auxit & beavit, alios expulit & oppressit, ut meritò singularem militiæ tutelarem & Præsidem, celeberrimi olim Imperatores, Orientis quidem, Alexius Comnenus, Calo-Ioannes aliique; Occidentis Magnus Carolus, Ludovicus Pius, Lotharius primus & secundus, Henricus II. & tertius, Ortho III. &c.

Reges potentissimi, Pipinus è Carolingis primus Galliarum Rex, Hugo Capetus, Robertus Pius &c. Archistrategi triumphantorumque hostium gloria imortales, bello præcipui Duces, Robertus Guiscardus, Gonsalvus Magnus aliique plurimi venerati sunt, & nunc etiam, quibus stupenda ejusmodi, non superioribus solum & præcis sæculis, sed & proxima etiam ætate proffigatorum à BENEDICTO exercituum exempla audire contigit, suæ militiæ & gloriæ Tutelarem, cultu præcipuo venerentur. Nec prætermittendum, quod ad gloriam S.P.N. singulare, præter promotum toto orbe Salutationis Angelicæ frequentissimū usum, primum fuisse eundem, qui Orationem Vocalem ad septem Horas Canonicas reduxit, de quo harum rerum solertissimus indagator Robertus Cardinalis Bellarminus: *Et nomen & tempus Completorii*, inquit, *primum invenio in Regula S. Benedicti*. Idem Orationem Dominicam in Matutinis clara voce dici voluit; idem ex SS. Ambrosio & Augustino Hymnum TE Deum laudamus, primus Matutinis adjecit. Idè S. Damasi incelebranda Gloria SS. Trinitatis reverentiam tantopere suspexit, ut ad singula: *Gloria Patri & Filio, &c.* suos consurgere voluerit; qui ab ipso usus in Ecclesiam universam emanavit. Ejus insuper merita omnia omnino esse, quæ ab ipso met non solum, sed sui Instituti posteris omnibus facta sunt, quæque innumerabilia profus, etiam silens orbis deprædicat universus, revelatione cælesti didicit S. Gertrudis nostra, ut meritò, non tantum tot centenorum millium sacra generatione filiorum verè Admirabilis Pater, sed tot, sine numero meritorum copia quasi imensa, Gratiarum Oceanus aliquis deprædicetur. Meruit Patriarcha felicissimus, quod Sanctorum vix alicui contigit, tres omnino Christi Vicarios, eosdemque omnes rara vitæ sanctitate conspicuos, vitæ atque à se gloriosè gestorum dignissimos scriptores: S. & Magnum Ecclesiæ Doctorem Gregorium I. S. Zachariam qui Græco sermone Orienti comunicavit, & S. Victorem III. qui Baronio & Petro Diacono testibus, mira ejus libris omnino quatuor completus est. Hæc paululum prolixius, pro Archiparentis eximia præeminentia, & dignitate Festivitatibus. *Ex libro nostro de Gest. S.P.N. Annal. Bened. Compendio Vita à nobis edito, Monumentis Casin. Caset. An. Dardachefio, Iepes, &c.*

Patronus Imp.

Merita maxima.

Ejus gloria.

Rara res.

Institutio
Cisterc.

In Gallis, solemnitas institutio Sacrae Familiae nostrae & Reformationis Cisterciensis, quando sanctissimi Robertus, Albericus & Stephanus nostri cum aliis circiter 18. Monachis, post maturam Reformationis juxta Regulam S. P. N. BENEDICTI suscipiendae deliberationem, illam ipsam, ipso Natali S. P. N. primum solemniter inchoarunt, & in designata ad ipsum sibi divinitus solitudine Cisterciensi aggressi sunt. *Ex monumentis Cisterc. & Ipsorummet SS. Patrum attestations, &c.*

S. Robertus
Abb.

Ipsa die Natalis ejusdem sacratissimae Reformationis praecipui Institutoris S. Roberti Abbatis Molismensis, qui ob ingentia de Ordine S. P. N. merita, ipso Natali sui Legislatoris & Patris, carne solvi, & ad participium gloriae admitti meruit; de quo plura alias, memoria ejus ob festivitatem Patriarchae nostri ad alium diem translata.

S. Lupicinus

In territorio Lugdunensi S. Lupicini Abbatis, de quo item alias, ex eadem causa.

B. Benedictus

Alvastrae in Suecia B. Benedicti Monachi. Fuit hic gloriosissimus generosissimo pomparum saeculi contemptu. Cum enim Vlphonis Nericiae Principis, & magnae illius Brigittae filius esset, servitum Christi opibus omnibus praetulit,

& variis infirmitatibus in Monasterio probatus, & ad purum excoctus, post multos labores patientissime toleratos, praecedentibus futurae felicitatis signis juvenili aetate, senilium meritorum, & emeritorum pugilum praemia accepit. *Ex Vita S. Brig. & Menol. Cist. &c.*

Villarii in Brabantia natalis B. Henrici Abbatis loci S. Bernardi, de quo item alias.

B. Henricus

Spanheimii S. Clementiae Comitissae & monialis. Fuit haec Adolphi Comitis Hombergensis filia, & nupta praeter voluntatem Crafftoni Comiti Spanheimensi, cum Christo Virginitatis florem vovere statuisset, sponsi mortalis consensum petiit & impetravit, & in Monasterio Horrei cucullum amplexa, vitam eximia sanctitatis laude exigens, hac die ad sponsi Virginum amplexus aeternos abiit anno Christi 1176. *Trithem. Chron. Hirsaug. Arnold. Duac. German. nostr. Annal. &c.*

S. Clementia

Veronae translatio SS. Liberatae & Faustinae sororum & Virginum Sanctimonialium. *Ex Vita, &c.*

SS. Lib. & Faust.

Eodem die Ven. Christiani, primi Abbatis in Monasterio S. Panthaleonis Coloniaensi, viri praestantissimi, cujus vita, inquit Trithemius concordabat vocabulo.

V. Christianus

XI. CALENDAS APRILIS.

XXII. Martij.

B. Gregorius
IX. Papa.

Romae Beati Gregorii Papae IX. qui per illustri Signiae Comitum ortus genere, honores & favores mundi fugiens, uti sanctissimum Patriarcham nostrum BENEDICTUM, sero licet jure sanguinis attigit, sic proximo vitae ejusdem professionis, & imitationis generosissimo studio, Patrem meruit, tantoque sublimius erectus est, quanto inferiorem se omnibus, ex Regula SS. praescripto, non solum lingua sua pronuntiabat, sed & intimo cordis credebatur affectu. Pontifex proin summa bonorum gratulatione postridie S. P. N. renunciatus, nonus jam eo nomine, & ejusdem juxta Ordinis professione, octo praedecessores illos, vitae consimili aemulatus sanctitate, gravissimis meritis Ecclesiam, & posteritatem omnem demereri allaboravit. Ea inter, de unica sua atque Ordinis universi Tutelari DEIPARA meritisissimus, solemnissimam illam caeloque gratissimam, terris jucundissimam Antiphonam a B. Hermanno nostro, cognomine Contracto compositam: *Salve*

Salve Regina
toto orbe promulgat.

Regina, ut Horis Canonicis singulis subiceretur, & toto terrarum orbe publice in Ecclesia decantaretur imperavit: quo sancito aeternum plane nomen apud universos, & studiosos in primis Dominae Nostrae meruit; & insigniter Optimae Matris honori consuluit. Ejusdem etiam jussu, campanae primum, cum ad Consecrationem, tum ad Salutationem Angelicam pulsus institutus, fidelium toto orbe reverentiam, tam ad SS. Eucharistiae Sacramentum quam erga Domini Matrem, mire accendit ac promovit; & in foro aequae & campis, quam aedibus, officii quemque sui & devotionis admonuit. Idem Gregorius Fridericum Imp. ad sacrum bellum accendit, Perusinos inter se dissidentes composuit, Urbem ad obsequium reduxit, Genuenses & Venetos, gravi cum provinciarum oppressionem & calamitate inter se digladiantes conciliavit; factionibus item Guelphorum & Gibellinorum exortis, pessimum eunti Romae occurrens, gravissima oratione rebelles, ad sacrum

D.

Pulsus salutationis Angel.

Merita insignia.

potius

potius bellum, concitavit & permovit; Fridericum supra memoratum Imp. saepe comonitum, & incorrigibilem Imperio amovit; Hannibalinam Haeresim felicissime obtrevit; Ordines Sanctissimos BB. Dominici & Francisci plurimum promovit & confirmavit, eorumdemque Institutores, sed & Divos Antonium de Padua & Elisabetham Sanctorum albo adscripsit. Quin & longè plura alia summo Reip. Christianae bono praclarissime gessit ac constituit. Obiitque A. C. 1241. 11. Cal. Sept. memoria ejus, ob Octavam Assumptionis B. M. V. ad diem Consecrationis translata. *Ex diversis Histor. Pont. script.*

Obiit 1241.

S. Lupicinus
Abb.

In territorio Lugdunensi S. Lupicini Abbatis, cujus vita sanctitatis & miraculorum gloria fuit illustris, Lupicinus Nobili ortus genere, invitatus admodum & reluctans, uxorem pari nobilitate ducere a parentibus coactus est. Parentibus saeculum ejurantibus, mortuane conjugae, an pari proposito cucullum ambiente, Lupicinus cum Romano fratre eremum adiit, & injuriis ac molestia cacodemonum pulsus, primum locum deseruit. Mox frendente infero pugnam repetiit, & constantia hostes evicit & profligavit. Abbas postea constitutus, ingentem Congregationem Christo conscribens, Monachicam disciplinam plurimum promovit & propagavit. Cum autem tantum numerum Monachorum alendo non esset, exorato precibus Numine, ingentem thesaurum reperit, ex quo deinceps facile necessaria victui atque amictui coemendo deprompsit. Ad subjectum quoddam sibi Alemanniae Caenobium divertens, sive, ut vocamus, illud *visitans*, cum multam ciborum varietatem in culina apparari conspiceret, Monachorum illorum delicatam condiendi cibi rationem detestatus, & verbis graviter damnans, pro suo quo fervebat zelo, pisces & olera quae reperiebat omnia, in unum cacabum conjecit, & misere confundens, cocum, ut Monachis illis videbatur, improbum & insipidum egit, addens, indignissimum esse, tantum temporis de luctu abstinentiae detrahi, & in cibis comparandis & parandis inlumi; ut de gula pudendo scelere, nil lubeat in medium afferre. Confusi exulceratiq; tantopere eo facto delicatior nonnulli sunt, ut duodecim illico Monasterium desererent. Cumque Romanus ea discessione offensus Lu-

Nutriti misso thesauro monachi.

Osgula mirus.

picinum corripere, & dissipatorem, non congregatorem tali modo fore diceret: *Noli molestè ferre, respondit ille, mi frater: nam scias purgatam esse aream Domini, & paleas solum dissipatas, frumentum autem in horreo congregatum.* Quos tamen profugos Romanus omnes, exorato Domino, denuo lucratus, ut poenitentes reverterentur impetravit. Fuit Lupicinus sacri rigoris amantissimus, & abstinentiae in primis studio mire exercitus, cum tero plerumque die, non ante cibum, eumque parcius sumeret, siti autem tantopere se conficeret, ut vix tolerando esset, cumque profum exarescere videretur, solas manus aquae immergeret, quae cum admiratione maxima intuentium, aquam non aliter, atque si ore hauriret, absumerent. Decessit plenus meritorum sub A. C. 600 *Ex Vita, Gregorio Turon. divers. Gall. script. &c. Annal. nost. Bened. & German.*

Digna sententia.

Mirus rigor.

In Caenobio Manticensi, B. Conradi Abbatis & Martyris. Is pro vitae meritis Lunelacensis ad Anassum Caenobii (vulgo Mansee,) creatus Abbas, cum boni pastoris functus officio, gregi sibi commissio annos quindecim utilissime praefuisset, pro tuendo jure Ecclesiae, & ejusdem facultatum Caenobio egressus, comonitis qui sacrilegè usurpaverant, apud eosdem graviter offendit, & pro pietate impie tractatus & crudeliter interemptus, Martyrii lauream promeruit, A. C. 1145. *Vit. gul. Hund. Hugo Menard. &c.*

B. Conradus
Abb. Mart.

Nannete in Minori Britannia B. Bernardi Episcopi, qui ex Canonico Cathedrali humilis monachus, apud Claram Vallem Dei ejusque Genitricis obsequio se totum addixit, & plurimum profecit. Inde pro virtutum fulgore extractus, & super candelabrum positus Episcopalem apud Nannetenfes honorem cum dignitate gessit, & Cathedram illam, praeter alia merita, insigni vitae sanctitate nobilitavit: *Quae Dei, inquit Seguinus, non quae sua sunt, omni conatu quaesivit; nam spatiosam domum non amavit, lauta convivium aut epulas multo labore conquistatas non paravit, nec calatas patinas struxit, sed sacris altaribus cum lachrymis ministravit. Verbum Dei & Sacramenta populo fideliter dispensavit. Res denique Ecclesiae juxta Apostolicum ministerium, viduis & pauperibus distribuit, eosque ad se venientes laeta humanitatis fronte suscepit. Unde cum in Episcopatu prudenter se atque fideliter gessisset, ministerii sibi crediti adimpleri remunerationem in futura & beata aeternae*

B. Bernardus
Episc.

Obiit 1169.

vitarecepit. Obiit 1169. sive ut placet nonnullis 1171. *Ex Phil. cit. Supplem. Sigeb. Claud. Rob. Henriq. &c.*

SS. & BB.
plurima.

In Monasterio Montis Romarici (Remirmont.) comemoratio innumerarum Sanctarum atque Beatarum Virginum, in eodem Cænobio sub Regula S. P. N. BENEDICTI olim Domino famulantium, quod cum frequentissimum multis saculiseffet, & plurimas semper egregia sanctitate Antistitas habuisset, totas quasi phalanges lectissimarum sponfarum, Virginitatis sponso copulavit atque transmisit, ita quidem, ut superstes etiamnum Illustrissimus ejus Fundator S. Romaricus, singulari cum solatio suo, & fructus atque meriti ex Fundatione prægestu, centum jam sanctas Virgines, cum S. Maestefede Abbatisa, ex eodem Cænobio in cælum assumptas, gloriosè triumphantes intueri mereretur, ut de ingenti reliquo numero, ab his initiis, per tot sæcula, præsertim sub aliis non minore sanctitate Abbatissis facile omeris. *Ex monim. ejusdem Cænobii & communic. RR. PP. Congreg. ejusdem, vita S. Romarici, &c.*

S. Tolobani
Episc.

In Hispania S. Tolobei Episcopi & Confessoris. Hic cum de admiranda vitæ sanctitate S. Turibii nostri Telenis sive Palentini Episcopi inaudisset, totus ipse tanti viri contuendi accensus studio, tantopere vitæ ejus exemplo recreatus est, ut ipsi perpetuo adjungi cuperet. Proin exorato humiliter ejus magisterio, eidem in Monasterio S. Martini ab ipso ad montes Libanienses in Asturia condito, cum aliis quatuor sanctis fociis Synobio, Eusebio, Eufostomo & Ofaro, Monasticis legibus imbuendum se tradens, sanctitate plurimum profecit, cujus merita usque hodie Cathedra Bracarenfis, cui proximam vitæ dignitate præesse coactus est, plurimum celebrat. Claruit Anno Christi 612. *Ex Const. Cajet. M. Max. Episc. Casar August. &c.*

Clar. 612.

X. CALEND. APRILIS.

XXIII. Martij.

S. Benedictus
mon.

IN Campania S. Benedicti Monachi, qui à Gotthis in ardenti clibano inclusus, sequenti die inventus est illæsus. *Mart. Roman.* Hic in Campaniæ partibus, post exactam Regulæ observantiam, ad singularem eremi pugnam benè instructus, contra carnem ac inferum potenter prævaluit. Ejus inter alia, infigne illud memoratur; Gotthis regiones illas vastanti-

In Monasterio Vallis-Floridæ, depositio B. Gentæ Abbatissæ, Fuit Genta, ut genere, sic virtute nobilis, de qua alia inter fertur, quod triginta totis annis, quibus Monasterio præfuit, ne quinque quidem solidos in cibum & potum extra Conventum expenderit. Fuit ob inculpabile & incomparabile vitæ exemplum, omniumque virtutum ornamenta tanti habita, ac tantopere suis Virginibus dilecta, ut visu ejus atque alloquio exlariari non posse viderentur. Eam Deus gravissima ægritudine diu afflixit, & purissime in hac vita excoxit, quam cum Cantipratanus invississet, & de statu animi rogasset: *Intima cordis sui per Dei gratiam, in pace locata esse, respondit, & se in omni tranquillitate spiritus, venientem Dominum præstolari, certoque se sperare futurum, ut desiderata ejus facie post mortem satietur, quam virventi sibi interdum exhibere dignatus esset.* Quibus dictis, lectulo assurgens, videntibus monialibus, locum ante fenestram digito monstravit, in quo per tres noctes lucidissimi splendoris globum apparuisse videbatur, atque ibidem diu immobilem constituisse. Quem quidem globum futuri transitus indicium fuisse vel inde patuit, quod non multo post sancta muliere ad Deum migrante, idem rursus globus splendidissimus, paulo ante mortem ejus conspectus sit. Obiit Anno Christi 1274. Cui Epitaphium dignum positum:

B. Genta
Abb.

Arca piæ Fidei, mater miræ speciei.
Nutrix virtutum, solvit natale tributum, &c.

Thom. Cantiprat. Rob. Rufca, Henr. Gran. Arnold. Raissius, Angel. Manriq. &c.

In Monasterio Eikensi, translatio SS. Virginum Herlindis & Relindis tororum. *Molan. Ado, Arn. Duac. &c. De Relinde agitur 6. Febr. de Herlinde 12. Oct.*

Obiit 1274.

E.

bus, illum cum cellula qua clauderetur, eosdem vivum cremare statuisse, ignibus quaquaversum adhiberentur, aridam materiem nec leviter quidem accendentibus. Quo quidem miraculo cum nihil moti seu terri barbari, ira magis arderet & insanirent, virum sanctissimum ardenti clibano incluserunt. Sed altera die reperiuntur atque productus illæsus, eâ vestium & corporis

corporis totius integritate, qua ingressus fuerat, merito hostibus ipsis miraculo attonitis atque stupentibus, & utinam etiam respicientibus. *Ex lib. 3. Dial. Petro Equil. Philip. Ferrar. &c.*

B. Ruandus.

In Gallia B. Ruandi Episcopi Venetensis, Monachi Cisterciensis, qui pietatem quam in Monasterio illo didicerat, ad finem usque vitæ sanctissime colens, incredibili sanctitatis fulgore radiavit. Præfuit Ecclesiæ suæ annis viginti, decessitque Anno Christi 1177. *Rob. Rufca, Ang. Manriq. Ioan. Chenu Claud. Rob. Barn. de Montalbo, Chrysof. Henriq. &c.*

S. Bruno
Abb.

In Cænobio Hirsaugiensi, natalis S. Brunonis ejus loci Abbatis. Bruno Illustrissimo Wirtenbergensium Comitū, hodie Ducum potentissimorum, sanguine oriundus, à puero litteris probe institutus, Cathedralis Spirensis Ecclesiæ Canonicus & Custos factus; cum per abrupta vitiorum ad interitum præcipites ferri plurimos animadverteret, vocantis Numinis gratiam amplexus, ad celeberrimum sanctitatis fama Hirsaugiense Cænobium se conferens, sub magno illius loci Abbate S. Wilhelmo Monachum professus, egregiæ innocentia, veræ humilitatis, obedientia, paupertatis, purissimæ castitatis exemplar omnibus factus est. Gebhardo Abbate ad Cathedram Spirensis evecto, Bruno præesse Hirsaugiensibus coactus, munere illo sanctissime functus, patris animum sic induit, ut verè genuisse omnes in Domino crederetur, & à se secularium negotiorum molem amolens, partitus eadem in fratres sanctæ conversationis, ipse totum ad salutem se convertit animarum. Facilis aliis, soli sibi rigidior erat, procero quidem corpore elegans, delicatus tamen atque imbecillis; verum minimè delicate se habens, imo delicias omnes ut toxicum averfatus, neque in victu, neque in vestitu singularis. De eo, inter alia, sic Chronicon Hirsaugiense: *Fuit totius virtutis, religionis & sanctitatis exemplar, ex eo die, quo sancta conversationis habitum assumpsit, semper in anteriora proficiens, retro non aspexit. &c. In tanta humilitate & simplicitate seipsum depressit, ut à negligentibus ipsum, omnium simplicissimum esse videretur. Nemo deinceps otiosum illum vidit unquam, sed aut in oratione fervebat cum lacrymis, aut in lectione Divinarum scripturarum erat intentus, aut contemplatione sursum sublevatus. Idcirco requievit super eum spiritus sapientiæ salutaris, quo animum ejus mirabiliter illustrante, inter doctissimos etiam*

Fis Abbas.

Incomium
ejus.

doctior apparuit; ita ut quicumq; audivissent, in sermone ejus vehementer obstupescerent. Totus siquidem erat internus, ardens in amore Divino, plenus charitate, devotione & pietate: unde quoties in eum irridente Spiritu Domini, ad proferendum verbum exhortationis, os aperuit, non humana, sed divina verba loqui putabatur, &c. Mortuus est hac die A. C. 1121. cum annis 14. mensibus 3. diebus 22. præfuisset, conditus in Ecclesia SS. Petri & Pauli, ante altare S. Laurentii, ubi cū annos 339. requievisset, elevatus, insigni miraculo cæcum illuminavit. *Ex Chron. Hirsaug. Ioan. Tritheim. & Annal. nost. Germ.*

Cæcum illu-
minat.

In Monasterio Villariensi B. Henrici Abbatis Loci S. Bernardi admirandæ sanctitatis viri. Hic ob vitæ merita Prior Villariensis, electus, S. Bernardi postea Abbas constitutus, eidem loco 26. a. sanctissime præfuit. De hoc Villariensi monim. sic habent: Vir profecto dignissimus, qui novam adhuc plantationem virtutibus suis commendatiorem redderet: erat n. religione, pietate, ac omni genere virtutum, tantum non ad superstitionem usq; præditus. Nam ut cætera taceam; jejunia & abstinentiam ferè incredibilem servavit, rigidusq; castigatior sui corporis existens, frequenter cilicio carnem constringebat atterebatq;. Et quod magis mirandum, quanquam pietatis operibus assidue intentus esset, non tamen negotia domus ideo prætermisit. Nam insigniter, sub ejus regimine monachi numero & merito multiplicati sunt, &c. Ita Chronicon cit. Obiit insignem Legationem nomine Ducis Brabantia Ioannis I. de filio Ducis ejusdem cum filia Regis copulanda, quæ & felicè successum habuit. Translatus ipse ad vitam meliorem A. C. 1298. magno sui relicto desiderio. *Arnoldus de Raiffe, Chron. Villar. cit. Chrysof. Henriq. &c.*

B. Henricus
Abb.

Rigori vita.

Ob. 1298.

In Monasterio Casinensi, S. Felicis Monachi & Confessoris, cujus nomen, inter multa Sanctorum millia ejusdem sacratissimi Montis celebrari meruit. Is ab Abbate suo, rei Pastoriciæ profectus, & in campos & sylvas missus, ut pastoribus pecorum intenderet, in pratis non minus ac pascuis quam cellula, solide Deo intendit, & muneri illi immortuus, in loco pascuæ, & collium æternorum collocatus, præmiū veri pastoris, simulq; refectionem & quietem in sinu veri pastoris accepit. Quem à morte in terris quoq; Numen celebrem voluit, ejusq; gratissimum sibi fuisse ministerium, insigni miraculorum ad corpus, sive invocationem ejusdem, gloria com-

Miraculis il-
luster.

S. Felix mon.

probavit. Proin inquisitione super iisdem habitis à Thentiono Episcopo, sacra ejus ossa elevata sunt, & altare super extructum, ubi cæcus quidam lumen recepit oculorum. *Ex Petro Diac. Cajet. Marchesio, &c.*

S. Odo monachus.

In Monasterio SS. Trinitatis Cavæ S. Odonis cognomento Vestararii magnæ sanctitatis viri, S. Petro ejusdem loci Abbati, ob eximiam indolem charissimi, qui etiam mortuus, Odonis sui curam singularem habuit, eidemq; frequenter apprens, & paternè ipsum instruens, haud aliter, atque si viveret, ipsum instituit, correxit, excitavit, atq; ad perfectionis studia & sublimitatem provocavit atq; promovit. *Ex monim. ejusdem, Cænobii, Cajetan. &c.*

SS. & BB. Cavenses.

In eodem celeberrimo Monasterio, commemoratio omnium Sanctorum atque Beatorum ibidem quiescentium, quorum tantum fuisse numerum constat, ut pene incredibilis fuisse videatur, ut enim inire rationem longævitatatis, & sub productiore Abbatum sanctitatis nomine celeberrimum serie, admirandam perfectorum simul Deo servientium frequentiam, minime simul computemus; unus, de quo alias S. Petrus ejusdem loci Abbas, trium milium extitisse Pater filiorum, oculatorum assertione testium comprobatur, adeo quidem perfectionis fama in clarescenti, ut Cavensis Cænobii gloriam totus terrarum orbis loqueretur, colonias inde diversa regna expeterent, solum Montis Regalis Cænobium simul semelq; centum inde submitti mereretur. Ut sanè nemo non obstupescat, qui sanctissimi illius Monasterii cælo transcriptum exercitum numerare aggrediatur. *Ex Chronico Cavensi, Mauro Marchesio, Const. Cajet. &c.*

Mirus numerus.

S. Edilwaldus.

In Anglia natalis S. Edilwaldi Monachi & Confessoris, qui in celebri Monasterio Riponensi sæculum ejurans, & Sacræ Regulæ nostræ Institutis se devovens, dulci contemplationis otio delectatus, Anachoreticam vitam, post Monasterij probationem diuturnam, ex veteri nostrorum consuetudine amplexus est, & mira proficiens sanctitate, post multa vitæ certamina, ad coronam pertigit electorum, miraculorum gloria à Numine commendatus. Claruit A. C. 694. *Ex Eduardo Maiheu, & rer. Angl. script.*

B. Lalibala Rex mon.

In Regno Angot. Æthyopiæ in Monasterio Lalibalenfi B. Lalibala Regis & Monachi. Qui inter suos sceptro regio spectatus & virtutibus Regis, Monachis tamen nostris Vocationis dignitatem supra omnem Regum gloriam æstimans, sancta

eorum delectatus consuetudine, relicto Regno iisdem adjungi in terris voluit, ut cum illis in Regno etiam gloriæ confideret. Proin S. P. N. BENEDICTI Regulam, magno spiritus fervore professus, spectaculum Deo, Angelis, & hominibus factus, exutus personam Regiæ, pauperem Christi servulum ita aptè in seipso exhibuit, ut cæli non minus quam terræ plausum mereretur, meritis idem pro eximia vitæ puritate ad Sacerdotium promoveri, quocum frequenter deinceps Sancti Angeli colloquuti sunt, quorum etiam ministerio cibum capiebat. Sed & iisdem Cantoribus, & Alleluja repetentibus sacris operabatur. Idem post obitum pluribus claruit miraculis, ob quæ etiam publicè colitur, ejusq; Festum solemniter celebratur, tanto deinceps hominum ad illud Monasterium occursum, ut deinceps insignis eidem civitas accresceret, & à Lalibala acciperet cognomentum. *Ex Relatione Susenii Michaelis & Sertedenckelii; lib. de prest. Ord. Ben. Const. Cajet. script. & Communicat. Mauri Marchesii, & Annal. nost. Bened. &c.*

Angeli ministri.

Miracula.

Abulæ in Hispania, obitus piæ Virginis Mariæ de Christo, sanctimonialis lectissimæ, vitæ verè Angelicæ, humilitatis, paupertatis, & mortificationis admirandis exemplis celeberrimæ, quæ egregios meritorum manipulos reportans, ad cælestes nuptias conscendit A. C. 1606. *Michael. Vaquer, Chryf. Henrig. &c.*

V. Maria Virgo.

Bergis elevatio S. Winoci Abbatis. Fuit hic filius S. Iudicælis sive Gilquelli nostri Britannicæ Aremoricæ Regis, fratresque habuit, Sanctos Iudicælem, Iodocum, Atnocum aliosque quibuscum stupendo sanè exemplo, de Regno deserendo, sicut alii solent de capiendo, religiosissime & anxie admodum contedit. Elevatum est sacrum ejus corpus, Balduino Flandriæ Comite procurante, qui Bergas præfidiis & vallis contra Barbarorum incursum muniens, illud eodem transtulit ad basilicam à se constructam in honorem Sanctorum Martini & Winoci. *Confidebat enim, inquit doctissimus Molanus, meritis ac intercessionibus magis fore protegendam patriam apud Deum, quam per humanam industriam.* Verum Balduinus Pulchrobarbus ibidem Monasterium S. Winoci construxit, iterumque eo transtulit, sacras divi Winoci exuvias, & reddidit Ordini Monachorum. Ejus Natalis 6. Novembris celebratur, de quo tunc proluxius. *Ex Vita, Annal. Flandr. Ioan. Molano, &c.*

Protector eligitur.

Eodem die solemniter apud Cistercienses

S. Bernardi sommem.

fes nostros Comemoratio, insignius gratiæ, qua Christus Dominus Mellifluum Doctorem Bernardum hanc ipsa olim die beavit, quando coram crucifixi imagine in preces calentissimas effusus, solutis pro-

digiosè imaginis brachiis, felicissimo complexu stringi meruit. De quo oculatus testis, Bernardus de Moris, & Philotheus Claravallensis, &c.

IX. CALENDAS APRILIS.

XXIV. Martij.

F.

S. Stephanus Abb.

Reate S. Stephani Abbatis, miræ patientiæ viri, in cujus transitu Sancti Angeli, cæteris etiam videntibus adfuere. *Mart. Roman.* Stephanus etiam dum viveret, mundo verè mortuus, uti ejus nihil possedit, sic neque appetiit, sola rerum omnium penuria dives. Consortia sæcularium execratus, contemplationi & orationi totum se dedit, cælestium rerum desiderio animum sublevans, eorum in terris etiamnum agens, quantum fas est homini, deliciis inescatus; ad cujus tam Angelici viri transitum merito è cælis, purissimi spiritus cum applausu occurrerunt, eumq; ad præmia eternitatis deduxerunt. *S. Greg. lib. 4. Dialog. Petrus de Natal. Arnold. Duac. Fortun. de Vincenza. &c.*

S. Aldemarius mon.

Cassini, S. Aldemarii Monachi & Confessoris. Is in sacratissimo & fecundissimo Sanctorum monte, velut cedrus in Libano, in altitudinem perfectionis se attollens, insigni vitæ exemplo & meritis refulsit, cujus sanctitate latius cognita & celebrata, Ducissa Capuana, enixius ab Abbate Casinate contendit, ut is Capuam destinaretur, quo impetrato ipsum S. Laurentii ibidem Monasterio præfecit. Vbi cum miraculis fulgeret, ipsumque Abbas repeteret, Principissa autem Abbati non acquiesceret, Aldemarius propter se contendenti ferens ægrius, clam Capua se propiciens, ad Bovianum civitatem se recepit. Illic exoratus, desperato à medicis Canonico cuidam opem ferre, qui cum membris omnibus captus & inutilis esset, & spem omnem Chyrurgi & medici abjecissent, per visionem edoctus, se per aquam ab Aldemario sacratam, curandum, misto nuncio illud beneficii humiliter atque enixè expetiit. Renuit divus, & suum, qui Levitarum solum accensus sit ordini, non esse benedicere respondit, coactus tamè, benedixit denique aquam, qua resperius Canonicus prodigiosè convaluit. Mirandum & illud: cum quidam in Ecclesia, transigere ipsum sagitta statuisset, & jam scelus aggrediretur, lacertus illico ejus in tantum dirigit, ut brachium flectere nullatenus posset, quousque injuriæ

Miraculis claret.

omnis immemor vir sanctus, ipsum fufis precibus redderet incolumitati. *Co-* *Fit Presbyter.* actus dein Presbyteratū admittere, ægrè admodum assentum præbuit, nunquam immemor, quæ cum omni virtute creverat semper Monastica paupertatis & humilitatis. Structo postea à se, piorum ope S. Euphemie Cænobio primus ipse præfuit, multosque illic servos Dei aggregavit. Tum per varia Theatinæ & Pice-næ provinciæ loca aliquamdiu detentus, plurima illic Monasteria condidit, & Monasticum Ordinem strenuè promovit. Similiter in Bocelanico oppido Cænobium ædificavit, ejusque curam per aliquod tempus habuit, vir per omnia magnus, & de diversis provinciis optime meritis. Fuit miti admodum ingenio, ita ut animalculum quodvis offendere vereretur; Cujus arcam aliquam cum per os seræ, apiculæ subiissent, in eadem mellificantes, cistæ usu abstinere maluit, quam illarum opus turbare seu impedire. Obiit febriliter in oppido S. Martini, inde à Monachis ad Cænobium relatus, cū cives multo at frustraneo labore sepulchrum fodere conati, nullo modo possent; ad cujus sacrum corpus lepra aliisque morbis graviter periclitans mulier, alique deinceps infirmi prodigiosè curati Deum in servo suo glorificaverunt. *Ex Petro Diac. lib. de Ortu & Vita Justorum Cænobii Casin. Const. Cajet. Mauro Marchesio, &c.*

Multa condidit Cænobia.

Res miræ.

B. Eiso Abbas

In Frisia B. Eisonis Abbatis & Confessoris. Fuit hic præstantissimus sanctitate vir, magni factus in Ordine, Clari-Campi Abbas clarissimus, cujus exemplo plurimi per Frisiam partes è cæno vitiorum extracti, amplissimas eidem facultates, plurimis condendis Cænobiis obtulerunt; sed & certatim cucullum exambientes, ejurato sæculo, vitam Monasticam professi sunt. Cum autem magnus hic rigoris Monachici propagator, de Ordine, deque Frisia multum ac diu meruisset, in senectute bona diem clausit extremum, post A. C. 1160. *Andr. Cornelius Amb. Ob. 1160. rous, Chryf. Henrig. &c.*

T 3

In

B. Michael
mon.

In Italia B. Michaelis Monachi & Eremitæ. Fuit Michael patria Venetus. Initio conversationis facta perfectorum æmulatus, summo studio, summa consecutus est. Macerationi maxime corporis intentus fuit, quod circulo ferreo constrinxit, rogans DEVM, ut simul atque locum salutis suæ congruum invenisset, circulus ille rumpetur. Venit igitur ad B. Petrum Damiani nostrum in Samugni desertum, & vix trium horarum hospes, dum Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI Regulam, sicut homo idiota, utcuñque syllabam legeret, & in lachrymas, compunctionis gratia solveretur, repente circulus ille fractus apparuit. Fuit ab rigore, penè incredibili, & insigni animi demissione maxime celebratus. Ravenna rediens, pluribus circulis ferreis corpus adstrinxit, ita quidem, ut ex attrita illa & putrefacta, fetor ingens erumperet. Timens autem vanam gloriam, quod re intellecta sapiusculè Fratres de rupto ferri miraculo loquerentur, rogavit Deum, ut super hoc misericordiam suam ostenderet iudicium; & in Festo SS. Simonis & Iudæ in nocturno officio, duo ferramenta, quæ super humeros posita utrinque ventrem inferius cum renibus coarctabant profus effracta sunt, alia laxata, & quasi plumbum emollita. Denique vir DEI post multa pro Christi amore tolerata, ad præmia perseverantium vocatus, requiem & gaudium meruit sempiternum. Ex Petro Damiani, Hugone Menardo, &c.

Stupendus
rigor.V. Aegidius
de Roya.

Brugis in Flandria Venerabilis viri Aegidii de Roya Abbatis Montis-Regalis; qui apud Cistercium primò Monachicæ disciplinæ fundamenta jaciens, tantos in omni virtutum genere progressus fecit, ut Angelum potius quam hominem se exhiberet.

Parisiis postea, summo omnium applausu sacras litteras docuit, & Montis Regalis Abbas constitutus, variis agitur persecutionibus, licet infractus animo esset, locum tamen dare iræ decrevit, & in Flandriam veniens, à Dunensibus Monachis, tanquam Angelus Domini exceptus est. Quo in loco, decem & octo annis conversatus, verba Adriani Butzij ponimus, speculum humilitatis & Religionis sese præbuit, ut nesciam, si in portu illo divino, quem in Dunis vocant, gratius acceptiusque potuerit arrisisse. Nam scientiarum inestimabile talentum intulit, in domo DEI, docendo, legendo, dictando. Erat autem pius ad compatendum, promptus ad succurrendum, liber

Ejus eruditio

erat ad corripiendum, cujus zelo ne deerat scientia moderatrix, neque patrocinium, quo dator hilaris, petitor rarus, acceptor verecundus haberetur. Sermo illi fuit atque risus rarus. Intentus labori & exercitio spiritus, torporis omnis fugavit ignominiam, &c. Ita Adrianus cit. Decessit vir meritissimus Anno Christi 11478. & post obitum gloriosus, ac divino splendore circumcinctus, Dunensi cuidam Monacho apparuit, eique varia cælestis sapientiæ documenta dedit. Adrian. Butzjus cit. Barn. de Montalbo, Chrysof. Henriq. &c.

Apparet gloriofus.

In Monasterio Sancti Felicis Papiæ, natalis S. Felicitatis filia Otthonis II. Imp. Augusti. Hæc celeberrima sanctitatis Virginum nostrarum Papiensium fama inaudita, simulans, Cænobium prædictum devotionis causa velle invisere, statim ut eo devenit, votum quod mente conceperat exprompsit, & opere complevit, atque contra parentum voluntatem DEO sacrata, sacrisque Religionis vestibus induta, à Monastico proposito nec minis nec blandimentis avelli unquam potuit. Vnde factum est, ut in DEI servitio ibidem perseverans, & noctu diuque vigiliis & orationibus vacans, in omnibus virtutibus, atque in primis humilitate, & lachrymarum compunctione tantum profecit, ut post mortem, quæ ipsi obtigisse videtur sub A. C. 1000. Sanctorum adscripta catalogo, æternum Augusto nomini & generi attulerit ornamentum. Ejus sacrum corpus præcipua veneratione honoratur, in præfato S. Felicis (quod olim Salvatoris dictum,) Monasterio, ubi requiescit juxta aram S. Georgii Martyris. Jacob. Gualla in Sanctuario Papiæ, Steph. Brevent. Arnold. Duac. & nos in Annal. Bened. & Germ. nec non Aquila Imp. Ben. &c.

S. Felicitas
filia Otthonis II. Imp.

Canonizatur.

In Cænobio Caurigliæ, depositio S. Berthæ ejusdem loci Abbatissæ. Hæc nobili admodum Bardorum nata genere Florentiam patriam, patrem Lotharium habuit. Ordinem S. P. N. in Monasterio S. Felicitatis, Florentiæ professa, quæ cum illustri sanctitatis fama plurimum celebraretur, à Beato Gualdo Vallumbrosanæ Congregationis Generale inde extracta, sanctimonialibusque B. M. V. de Caurigliæ præesse iussa, cum eas verbo & exemplo plurimis annis sanctissime gubernasset, illustri miraculorum refulgens gloria, ipsa resurgens Christi festivissima die, vinculis carnis soluta, felicem immortalitatem meruit Anno Christi 1163. & in eodem

S. Bertha
Abbat.

Ob. 1163.

dem condita Cænobio, dignis honoribus colitur; etiam post mortem miraculis commendata. Illam Divinitus edocta, cum initio Quadragesimæ infirmari cœpisset, inducias à Domino impetravit, ne ante Dominicæ Resurrectionis diem moreretur, etiam dum cum morbo luctaretur, magno nihilominus rigore esuriales dies transigens, donec superveniente optata die, sacrosanctis munita sacramentis, absque omni doloris sensu extingueretur. Eam alii ex Comitibus de Vernia, alii ex Comitibus de Ravenna oriundam contendunt, dignam de quo æternum familiæ adeo illustres gloriantur. E monim. Vallumbr. Lud. Iacobillo, Annal. nostr. Bened. &c.

Moritur sine
dolo.

V. Iustus.

In Hispania Ven. viri P. F. Iusti, Monachi Montis Sion. Iustus, è Nobili celebriq; admodum Matienzorum de Zorilla apud Legionenses familia ortus, Monachus in reformatissimo sanctissimoque Montis Sion Cænobio professus, tanta virtute præditus effulsit, ut nullus de ejus sanctitate dubitaret. Fuit profundioris sapientiæ dono illustris, neque eorum solummodo, quæ spiritum spectabant, sed & quæ Oeconomiam attinebant, intelligens. Laboravit annis plurimis vehementissimo podagræ morbo, quo etiam denique exhaustus decessit. Eum intimè dilexit, & maximi fecit Beatæ memoriæ Bernardi de Escovar Abbas Montis Sion lectissimus, & moriturum ad felicem immortalitatem mortuus jam ipse, eidemq; apparens invitavit. Quem cum Iustus rogaret: *Vt quid venisset? Vt venias me-*

Vocatur ad
calum.

VIII. CALEND. APRILIS.

XXV. Martij.

S. Hermelandus
Abbas

IN Antro, infula Ligeris fluminis, S. Hermelandi Abbatis, cujus gloriosa conversatio, miraculorum præconio commendatur. Mart. Rom. Hermelandus nobilissimis apud Noviomagenses ortus parentibus, mira ingenii felicitate, puer admodum magnos in studiis literarum progressus fecit. Aulam Clotharii Regis Francorum sequutus ipsi à cyathis fuit, ab eodem præcipue dilectus atque æstimatus. Conjugem dignam genere cum à parentibus ducere cogeretur, quamvis à nuptiis vehementer abhorreret, animum tamen vultu egregie texit, donec occasione oblata Regi aperiret, & missionem peteret. Percussus graviter ea postulatione tam grati sibi Pincernæ Clotharius,

Aulam relinquit.

cum, respondit ille. Subjungente autem Iusto: *Nonne recipiam Sacramenta devotus? Recipies, inquit, sed festinanter, cumque dicto evanuit.* Proin vespere Cænæ Domini, sacro refectus Viatico, crastina Parasceves die, quæ erat Vigilia Annuntiationis, summa cordis exultatione, spiritum DEO reddidit, Anno Christi 1606. Ex Fascic. Sanct. Chrysof. Henriq. & Menol. ejusdem.

Eodem die, depositio Pij Patris Petri à S. Bernardo Congregationis Bmæ. Matris Virg. Fulienfis Generalis, totius perfectionis exemplaris. Hujus Virtutes Carolus à S. Maria Prior Parisiensis compendio complexus his verbis est: R. P. Petrus à S. Bernardo, ex Alvernia, Gallus, superior Generalis Congregationis, vir alti & sublimis spiritus, verus humanarum, & secretissimus cogitationum inspector; penetrat. cujus singulæ actiones, aspectus, verba, & totus homo exterior, interni decoris indicium, nihil non sanctum & supernaturale spirabant. Quinque annis Congregationem mira sanctitate rexit, obiitque magno cum sanctitatis odore in hebdomada Sancta A. C. 1606. Carolus cit. & Henriq. &c.

Cogitationes
penetrat.

Ob. 1606.

In Monasterio Zwifalteni Ven. viri Cunonis de Buhile & Bottingen, quem Manuscripti veteres *Illustrissimum* appellant. Is pro reformatione Claderunensis Cænobii in Bohemiam missus, illic sub A. C. 1130. vitæ egregiæ exemplo aliis præluxit, & post multa merita, sine glorioso quievit. Chro. Zwifalt, Steph. Bochent. &c.

Ven. Cuno
mon.

G.

ne in illo ætatis flore se desereret obtestatus, firmis Hermelandi rationibus ita convictus est, ut nisi annueret, Dei iudicium Rex formidaret. Ergo calcatis honoribus in Fontanellæ Cænobio Christo & S. P. N. BENEDICTO sese emancipans, miranda paulo post vitæ enituit sanctitate. Ad Pascarium Nannetensem Episcopum ab Abbate missus, ejus ope, celebre illud Antrense Monasterium condidit, eique postea Abbas præfuit; in quo plurimos Christo filios genuit, & vitæ mirabili exemplo pascens, ac sanctè educans, viris sanctissimis atq; utilissimis Regnum beavit. Diem plerumque, mira vigilantis pastoris diligentia, Fratribus impendit, noctem sibi inlumens, magna ex parte rerum

Antrum
condit.

rum Divinarum contemplatione, & orationis assiduitate exegit. Fuit miraculorum gloria multum celebris, sed pro sui modestia, atque insigni animi demissione, aliorum omnia fidei, nihil suis meritis seu precibus assignans. A Launo viro Nobili prandio exceptus, domui bene precatus est, cum is in tanti hospitis gratiam, omnem quam eo loco habere poterat vini copiam, in amicos & pauperes profudisset; rogata, post abitum viri sancti, uxore: Nunquid vini in vale superesset? vino inexhaustum & plenissimum esse intellexit. Sic & Arnoldum virum spectatissimum, modico, quod habebat, vino, cum suis omnibus prodigiosè refecit atque recreavit, & bene in super animo reparatum atque institutum, hilarem à se dimisit. Quidem viro DEI boves Cænobii furatus, vi precum ejus restituere coactus est; cum multo labore illos conatus abigere, nihil ageret, imo vano circuitu mane ad fores Cænobii eos se adduxisse miser deprehenderet. Alius quidam furtivè quidpiam de ephippio Hermelandi præcindens, prodigiosè illico inflammatus ignibus, & scelere suo victus, ope implorata ac rogata venia, à sancto viro amanter corripitur & incolumitati restituitur. Idem vir DEI, signo Crucis lumen extinctum reaccendit, & insigni beneficio infestum erucarum agmen oratione repressit. Idem Prophetico spiritu illustratus multa occulta referavit, futura plurima prænuñciavit, & obitus sui diem præcognovit. Abdicato denique Abbatiali honore & onere, curis se omnibus expedit, & soli Numini vacavit. Imminente autem felici transitus hora, Fratres ad suscepti semel rigoris & propositi constantiam miro verborum pondere exhortatus, sacrisque munitus, inter verba orationis & benedictionis expiravit Anno Christi 690. cælestis odoris fragrantia, & insignibus aliis post mortem miraculis illustratus. *Ex Vita apud Sur. Carol. Sauff. Arnold. &c.*

Obiit 690.

SS. Barontius & Desiderius.

Pistorii SS. Barontii & Desiderii Confessorum. *Mart. Roman.* Barontius sive Barontus, Theodorico & Theodeberto Regibus in Gallia nobili genere natus, contempta nobilitate, ductoque secum ejusdem propositi filio Agoaldo sive Ahloaldo, solitudinem petiit, & sese in omni vitæ asperitate exercuit. Monachum postea in Monasterio S. Petri Longoretensi, postea de *Capo dicto*, & Regulam S. P. N. professus, demum divinitus ad-

monitus, petita atque impetrata ab Abbate licentia, præca nostrorum consuetudine eremum repetiit, & relicta Gallia Romam venit. Inde locis sanctis salutat in Hetruriam concessit, locoque prope Pistorium, duos inter montes, solitaria vitæ percommodo reperto, ibidem cellulam extruxit; cumque aqua deesset, fusa oratione fontem venæ indeficientis illic impetravit. Percrebrescente autem ejus sanctitatis fama, Desiderius, vir religiosissimus, cum quatuor aliis eidem sese instituendum tradidit, multumque ejus instructione atque exemplo profecit, ita ut haud impari sanctitatis fama celebraretur. Proin simul conviventes, & solitudinem illam consecrantes, verè mundo mortui, & viventes CHRISTO, hostiam Deo placentem sese in odorem suavitatis obtulere. Quorum deinceps intuitu magnus loco honor est habitus, & insigne ibidem Monasterium adificatum, eorumdemque Divorum honori & nomini nuncupatum, ad quod postea cum S. Baronti corpus translatum esset, Desiderius de nocte Fratribus apparens, questus est se ab Abbate suo dissociatum, signoque ubi sepultus esset edito, ut cum Barontio conderetur, monuit & impetravit. Quorum Translationis etiam Festum ibidem solemnè memoria celebratur. *Sylvanus Razzi; Petrus Bugianus, Arn. Duac. Phil. Ferrar. &c.*

In Belgio depositio Sanctissimi Humberti Episcopi & Confessoris, virtutibus & miraculis gloriosi. Humbertus patre Eurardo, Popita matre, inter proceres Gallia præstantibus natus est. Cum autem puerulus nihil puerile tractaret, perfecta solum & cælestia appeteret, à parentibus DEO consecratus, Laudunensi in Cænobio Monachum professus est. Profecit plurimum eruditione & sanctitate, ita ut suo exemplo plurimos accenderet, Christoque lucraretur. Presbyter postea ordinatus sanctumque Amandum sequutus, Episcopus demum ad conversionem Gentium consecratus, Apostolico in labore sedulo desudavit, & miraculorum gloria exsplenduit. Romam dum pergeret, & ursus ferocissimus, equum ejus, qui sarcinas ferebat, lacerasset, urso deinceps sarcinas imposuit, & ferre coëgit; qui etiam ad mensam Sancto Pontifici assistens, è manu ejus, quas porrigebat panis reliquias, modeste accepit.

Ejus sit discipulus Desiderius.

Confepeliuntur.

S. Humbert. Episc.

Vrsus ipsi famulatur.

acceptit. Ad Divi Petri cum preces funderet, visus multis adstantibus Angelus è cælo occurrere, & supra verticem capitis ipsius Crucem exprimere. Sic & cum ad S. Amandum aliquando properaret, ab Angelo huic prænuñciatus: *Dilectum Domini*, inquebat, *Humbertum*, *noveris te visitatum advenire; cui tu occurrens contemplare, cujus signum gestat in capite, & illius hostiam fore scias.* Vidit Amandus supra caput Humberti Crucem admirabili fulgore exsplendescere; ad cujus proin corruens genua, tam sanctum hospitium incredibili cum gaudio suscepit. In labore agri Humbertus, cum vestem aliquando extimam seposuisset, cerva à canibus acta, sub ea se abdidit, canibus prodigiosè, similiter & venatoribus à persequendo prohibitis ac retentis. Adeum cum S. Aldegundis nostra inviseret, siti penè exhaustæ, arenoso & siccissimo solo fontem elicit. Ab eadem cum linteum pro sui corpusculi sepultura petiturus nuncium destinaret, prius ipsa ab Numine edocta, alium cum linteo direxit, ita ut medio itinere utrinque occurrerent. Claruit vir sanctus Anno Christi 670. cujus sacrum corpus, post annos ab obitu 153. incorruptissimum repertum est. *Molanus, Cratepolius, Galestinus, Hist. Eccl. Maricol. Annal. nost. Bened.*

Schireburnia in Anglia B. Alfwoldi Episcopi & Confessoris. Hic Anglus patria, ex Monacho Wintoniensi Schireburnensis Episcopus ordinatus est. Eo in honore paupertatis Monasticæ temper memor, profusissimo jam tunc in sumptus conviviorum sæculo, ipse inter epulas sui retinens moris, catino usus ligneo, viliori contentus cibo, cerevisia solum modica, eaque bene diluta ut saporem perderet, soli naturæ, minimè autem appetitui indulgit ac satisfecit. Fuit Beatissimæ Matris Virginis amantissimus, quam sive factorum, sive dictorum testem adhibere solitus, Godwino Comiti, in ipsum sive Ecclesiam injurio interminatus: *Per Dominam meam S. Mariam male tibi erit; adeo mox verba ejus, vindicta consequente, ut æstuans corde Comes, vix lingua palparet, consequutusque è famulatio Comitis quidam, sed pedes se ejus prosterneret, & afflictissimo Domino veniam supplex rogaret. Qui adjunctis aliorum item pro reo precibus (nequid sibi tribueretur,) benedictionem Comiti impertitus, statim illum reddidit*

Ab Angelo annunciat

Clar. 670.

Incorruptio

S. Alfwold. Episc.

Cultor Dei paræ.

Miraculum.

incolumitati. Fuit etiam religiosissimus Tutelarum sui S. Cuthberti cultor Alfwoldus, adeo quidem, ut ad omnem ejus mentionem lachrymis perfusus, eam plerumque Antiphonam (quam & moriens cecinit,) in ore haberet: *Sanctus Antistes Cuthbertus, vir perfectus in omnibus, Monachus dignè cunctis reverendus, &c.* Alfwoldi sedem nemo ante & post obitum ejus, insidere ausus est, quin statim spectris perterritus, inde resiliet, cur sedem tanti Pontificis insideret, increpantibus. Ut de ejus sanctitate, & vitæ reliquis facile omineris. *Ex VVilb. Malmesbur. Eduardo Maibevu, &c.*

Sede ipsius nemo sedet.

In Monasterio Cisterciensi B. Ioannis Abbatis, totius Ordinis Generalis, dicti de Pontifera, qui cum omni virtutum genere esset excultissimus, summum magistratum haud in merito adeptus est, quem & summa gloria gessit, & insigni sanctitatis fama mirificè exornavit. Fuit ceteroquin summa animi mansuetudine præditus, metuendus nihilominus in scelere obstinatis. Idem, insigni sanè magnanimitate, & studio sedis Apostolicæ, in Concilio Parisiensi, Philippo Galliarum Regi in Bonifacium Papam rebellem, solus restitit, ob id ipsum Parisiis retentus, qui ne ob Regem offensum detrimento Ordini esset, honore se omni sponte exiit, & privatus vitam sanctè exegit, & ut loquitur Seguinus, *Admirandam vitæ sanctitatem, calos conscendens, innumeris illustravit miraculorum testimoniis.* Obiit Anno Christi 1304. *Philipp. Seguinus, Angel. Manrique, Barn. de Montalbo. Claud. Rob.*

B. Ioannes Abb.

Regi se opposuit.

Innumera miracula.

B. Thomas mon.

Camalduli natalis B. Thomæ monachi. Is Costæ in villa dioceseos Eugubina honestis natus parentibus, ab ipsa infantia insignia prætulit sanctitatis, puer admodum serius, cujus omnis & sola delectatio jam tunc erat, in templo, & adoratione atque veneratione, imaginum Crucifixi DEI paræ atque Sanctorum; visus jam puer partes omnes Monachi explere. Regulam S. P. N. inter Camaldulenses Sitræ professus, mira exsplenduit sanctitate. In studio contemplationis sublimis admodum, in meditatione Passionis Dominicæ assiduus fuit, ita affixus, atqui si præsens, cum Domini Matre Mysterium interesset; cujus Officium, magno ad ipsam affectu, præter alia Ordinis exercitia quotidie devotissimè recitavit. Vixit vitam in eremo admodum rigidam, alter

Paulus

Paulus & Onuphrius habitus, miraculo-
rum etiam summa gloria & frequentia illu-
stratus. Quæ inter, dum Sacerdotes qui-
dam in festo S. Hieronymi, in proximo
cryptæ ejus Sacello, prædicto Ecclesiæ
Doctore consecrato celebraturi occurrif-
sent & Thomas vinum nõ haberet, misso
cũ urceolis ad puteum ministro, utrumq;
aqua impleri iussit, quorum alterum ora-
tione & crucis signo benedicens, aquam
illico in vinum convertit. Alias modico
pane plures homines ad satietatem re-
fecit, morbos varios mirè curavit, cæcos,
claudos, morbo caduco laborantes pro-
digiosè liberavit. Cujus tamen specialis
gratia & Patrocinium, in curandis rupturis
& herniâ celebratur. Ejus mors im-
minens cuidam in somnis præmonstrata
est, cum ipsum in processione quadam
intueretur instar solis effulgentem. Obiit
hac die A. C. 1337. ætatis suæ 75. cujus sa-
crum corp9 ob nimium occursum populi
venerantis ante diem 8. Aprilis sepeliri
non potuit, quod postea in peculiari sa-

cello non multo post obitum à Comuni-
tate structo in Basilica S. Francisci de Co-
stacciaro conditum est, ingenti dein mi-
raculorum frequentia illustratum. *Lud.
Jacobillus, monim. Camald. Annal. nost. Be-
ned. &c.*

In Hispania B. Blasij primi Abbatis
Hortensis, qui sæculi deliciis calcatis, Mo-
nachum Monasterii de Cantavos profes-
sus, ob incommoditatem postea loci, post-
quam Abbas creatus esset, celeberrimũ
illud & sanctissimum illud Hortense Cæ-
nobium condidit, eoque Monachos suos
transferens, illud egregia vitæ sanctitate
fundavit & initiavit. Fuit Deiparenti
Virgini addictissimus, cujus etiam sub ho-
nore & nomine Cænobium illud *Hortum
Beate Mariae*, dici voluit, & verè gratio-
sissimus Cælorum Augustæ Hortulanus
extitit, conditor Horti, ex quo usque ho-
die miracula prodierunt, Mariana digna
majestate, rosarum atque liliorum. *Ex
fascic. SS. Henric. Ang. Manrique, &c.*

B. Blasius
Abbas.

Herniosorum
Patronus.

Obiit A. C.
1337.

VII. CALENDAS APRILIS.

XXVI. Martij.

A.

S. Braulius
Episc.

Cæsar Augustæ S. Braulii sive Braulio-
nis Episcopi. Hic è nobilissima
Gotthorum Regum profapia oriundus
in Agaliensi Cænobio, Religionis, San-
ctitatis & eruditionis fundamenta po-
suit. Magistrum mirificum Sanctum &
Magnum Isidorum nostrum, condisci-
pulos sanctissimos, eosque inter S. Ilde-
phonsum habuit. Episcopus postea Cæ-
sar Augustanus miraculo electus cum in
pleno Patrum eligentium confesso, re-
pente delapsus è cælis globus igneus, su-
per caput ejus delapsus, & vox insuper
cælestis, electionem ejus his verbis desi-
gnasset; *Hic est servus meus quem elegi, po-
sui super eum Spiritum meum.* In confu-
tandis Hæresibus potentissimus verbo
extitit, cui dum quandoque verba ad
populum faceret, columba super hume-
rum verba dictare visa est. Reliquit ali-
qua insignia ingenii monumenta, mor-
tuusque est Anno Christi 646. cum pau-
lo ante obitum cælestis apud decumben-
tem Musica, & hæc denique vox ab om-
nibus audiretur: *Surge & veni Amice
mi.* Quibus verbis respondens Braulio:
*Prosto sum Domine cum his verbis sanctam
animam exsufflavit.*

Natalis S. Ludgeri Episcopi, qui Saxo-
nibus Evangelium prædicavit. *Mari.
Roman.* Ludgerus præcipua Nobilitate
& dignitate parentes habuit. Mox au-
tem ut pedibus insistere puer potuit, &
verba balbutiente formare lingua, futu-
ræ sanctitatis specimen egregium dedit.
Intertrogatus quandoque puerulus, quid
per totum diem operatus fuisset? *Ego,*
respondit, *die tota, aut libros composui, aut
legi, aut scripsi.* Rogatus insuper, quis
eum docuisset: *DEVS,* inquit, *me docuit,
nisi enim DEVS mentem erudierit, labore for-
insæcus homo proficere non potest.* Sancto
Gregorio nostro Trajectensium Pontifici
commendatus, eo magistro plurimum
profecit, & rebus mundi valere iussis,
in Trajectensi Cænobio totum se DEO
consecravit. Alcuinum dein nostrum
in Anglia audiit, & tam in sacris litteris,
quã disciplina Monastica felices progres-
sus fecit, domumque reversus incredibili
omnium gaudio excæptus est. Daventrien-
sibus autem & Frisis strenuam deinceps
operam navavit, & quæ in Frisia sum-
ma Religione seu verius superstitione, *Idolatriam*
colebantur Deorum inanum fana & profugata
simulachra, summo capitis sui periculo
demo-

S. Ludgerus
Episc.

Fit Monachus

demolire non veritus, ingentes fidelium
in Christi horrea manipulos congrega-
vit. Saxonibus autem à Carolo Magno
deficientibus, & novellam Christi Eccle-
siam in Frisia turbantibus, furor gentiliũ
cedendum ratus, Romam primum ad A-
drianum Pontificem, atque inde Casi-
num adiit, ut per sacram rursus Cænobii
quietem sibi ipsi consulere; illicque tam-
diu substitit, quoad edomitibus rebellibus,
revocante Carolo, laboribus sese novo
fervore reassumptis, dare denuo, & juvan-
dis miseris totum impendere juberetur.
Dehinc honoribus auctus, & Lutofæ Cæ-
nobio præfesse iussus, dominatione Caroli
quinque Frisorum pagos accepit. Tre-
verentem Archiepiscopalem Cathedrã,
majore gloria contempsit, quam vix quis-
piam Pontificum admiserit, atque infede-
rit; *convertendarum Gentium negotio se im-
pediri,* causatus: qua excusatione Magnus
Carolus summo opere recreatus est, & ut
Occidentales Saxones, ac finitimos etiam
populos curaret voluit; quorum ille mul-
ta quamprimum millia infero præripuit,
& Christo cælisque asseruit. Apud Wer-
dam Cænobium moliri aggressus, cum
operarii in expurgando loco penè animũ
desponderent, precibus suis, ingentem il-
lico metuendæ tempestatis vim cælo de-
duxit, qua anno sæ arbores radicitus con-
vulsæ, locũ struendo Cænobio per oportu-
num præbuere. Eodem deinceps lo-
co, Episcopatu Werdensi condito, & pri-
mus ipse Episcopus, & Princeps à morte
Patronus, æterna cum Ordinis Monastici
gloria adoptatus est. Nec sui Apostolatus,
tam longis latisque contentus terminis,
in confinia usque Danorum excurrere,
Fosetlandiam Insulam integram Chri-
sto lucratus, dæmonem inde, sub specie
nubis caliginosissimæ feliciter expulit.
Norwegos etiam, aliosque remotiores
populos lustrare parantem Carolus im-
pediit, veritus ne tanto lumine Saxonia
atque Frisia, & ipse in primis tanti Pontifi-
cis solatio, orbarentur. Claruit stupendis
sanè miraculis, eoque inter mortuorum
etiam resurrectione; mortuusque est
magnus omnino Saxonum Frisonumque
Apostolus A. C. 809. ex eo, quo deceffe-
rat, loco, splendentis ignis fulgure emi-
cante, provinciamque omnem mirè illu-
strante, & cælum, ipsis etiam Carolo Im-
peratore & Alcuino Magistro, etsi ingenti
provinciarũ intervallo distitis, inspectan-
tibus subeunte, maximis item deinceps
ad tumultum ejus prodigiis tanti Apostoli

Casinum
ergit.

Recusat Ar-
chiep.

Cænobium
molitur.

Apostolus ca-
leber.

Moritur
809.

merita commendantibus. *Ex Vita per mo-
nachos Werdenses, Cranzio, Iepesio, Annal.
Germ. & Bened. &c.*

Avenione S. Pontii Abbatis miraculo-
rum gloria conspicui. Pontius, Gallus Abb.
natione, parentem Religiosissimum ha-
buit, qui divino amore succensus, sese cũ
duobus filiis Christo emancipans, in An-
daonensi prope Avenionem Cænobio,
cucullum amplexus est. Sanctus vero
Pontius, cum virtutum miro splendore
oculos omnium raperet atque animos,
Cænobii postea renunciatus Abbas, egre-
gio sanctitatis exemplo, discipulos poten-
ter accendit, & de Cænobio illo æternum
meruit. Carpentoratum aliquando ve-
niens ab energumeno proditus: *Ecce,* in-
quit, *vermiculus S. Andreae venit* (Andeo-
nense Cænobium S. Andreae sacrum erat,) cumque rogaretur à socio Pontius ad ener-
gumenum accedere, renuit, *consortio de-
pellis. Damonem
moniorum se uti nolle,* asseverans. Verum
populi flexus precibus, exorcismis qui-
busdam & aqua lustrali, dæmonem profi-
gavit. Claruit mira miraculorum gloria,
cujus aqua, qua manus laverat, cæca mu-
lier oculos eluens, visum recepit. Lym-
phatam aliam & errabundam ad se addu-
ctam sanam reddidit. Decimas piscium
stagni cujusdam (Podium-altum vocant)
cum monachis coloni negarent & sub-
traherent, Pontius stagnum diris devo-
vit, & mortui quamprimum pisces stu-
pentibus universis ad littus enatarunt; ex
quo fætor intolerabilis, per totam illam
oram manavit, atque incolas mirè casti-
gavit & perterruit. Intulerunt nihilo-
minus, iterum atque iterum & tertio pisces
recentissimos incolæ, sed frustra, donec
serio facti pœnitentes, benedictionem
denuo stagno exorarent, & à Pontio im-
petrarent; tum verò sancti Abbatis preci-
bus, multiplicati mirum in modum pisces
sunt, stagnumque ut antea impleverunt.
Suos sacro silentio asuescere cogens, cum
quidam illorum cum laicis occultè fabu-
laretur, non ignorans vir sanctus fratrem,
sed pro sua mansuetudine leviter corri-
puit, eique silentium indixit. Mirum
dictu! Ex eo tempore, sola verbi Abbatis
vi tanta, Monachus ille mutus effectus est,
quoad demum Pontius, in Profesto Pa-
schatis Missam celebrans. *Domine vo-
bis cum de more diceret, & soluta denuo
lingua pœnitens mutus, & cum Spiritu tuo,
responderet.* Avenionensibus, despe-
ratis in rebus Abbas sanctissimus adfuit,
pluviasque cælo prodigiosè deduxit, ac
fertili-

Damonem

Piscina ma-
ledicis.

Miræ restit-
ca silentium

fertilitatem terræ impetravit. Altercan-
ribus de vomere rusticis duobus, uter al-
teri sustulisset? vomerem in fluvium de-
mergi præcepit, iussitque eum, cujus esset,
extrahere. Extrahere dum conaretur,
qui abstulerat, nullo modo potuit, retulit-
que sine vomere manum, velut in cacabo
ferventi elixam, cum tamen absque noxa
alter, quam facillimè suum reciperet.
Tandem vir Dei, tot, tamque præclare
gestis celeberrimus, multo sui relicto de-
siderio, ad superos abiit A. C. 1087. *Ex lib.*
Obsero. 2. Hug. Menardi, & Annal. nostr. Be-
nedict. &c.

B. Petrus.

Populeti in Catalonia B. Petri Margi-
net monachi, miri pœnitentium exem-
plaris. Hic genere nobilissimus, spreta
primum sæculi nobilitate, Christo eman-
cupari exarbitrat, & in Monasterio Popu-
leti sacram Cisterciensium reformatione
amplexus, piissimè educatus, & sanctis
moribus informatus, Crucifixi amoris
adhærere vestigiis cœpit. Sed graviter
tentatus, & mali genii suasionibus sedu-

Ex Monacho
latro.

ctus, projecto cucullo, ex monacho præ-
do nefarius, & prædonum Dux atque ca-
pitaneus factus, scandalum populorum,
multis latrocinii, homicidiis, stupris, ra-
pinis aliisque criminibus, animam suam
turpissimè inquinavit. Verum tangen-
te cor hominis Divina potenter miseri-
cordia, post aliquot demum annos serio
resipiscens, ad Monasterium, quod sacri-
legè deseruerat sponte rediens, Ordinis
rigori magno animo se subiecit, diuque
inclusus, jejuniis, disciplinis, ciliciis aliisque
pœnalitatibus afflictus, spiritum suum
emundari curavit; & mirabili constan-
tia, in suscepto pœnitentiæ opere perse-
veravit, magnam paulo post sanctitatis
opinionem, summas à Numine gratias con-
sequutus; ut nemo non dexteram excel-
si in homine miraretur. Noctes inso-
mnes ducebat; nunquam lecto uteba-
tur, vix oleribus utens, pane & aqua con-
tētus, carni crudele admodum bellum
inferebat. Pervenitque ad eam denique
vitæ perfectionem, ut eidem sese familia-
riter Angeli adjungerent, & cœlestibus
solatiis in terra etiamnum agens frueretur.

Inferis me-
tuendus.

Ipsam Cacodæmones læpe, hor-
rendas induiti larvas terrere conati, intre-
pide excepti, & generosè triumphati ab
ipso inque fugam & umbras abacti sunt.
Fuitque adeo deinceps inferis metuen-
dus, ut ipsum Superbiæ Principem sub
specie asini, Zona sua Petrus ligatum, li-
gna, lapides aliaque ad constructionem

seu reparationem Monasterii necessaria
portare cogeret. Denique plenus me-
ritis & virtutibus, sed & miraculorum il-
luster gloria, ad parata sibi in cœlis præmia
evolavit, Anno Christi 1440. *Ex Vita, & Obiit 1440.*
Angelo Manrique, nec non Henriq. & Annal.
nostr.

In Anglia, Monasterio Rievallensi B. *B. V. Valther.*
Waltheri monachi. Walther sive Gual-
terus è nobili familia de Spec oriundus,
nobilitatem generis Virtute auctorem
reddidit, & sacrum Cisterciensium no-
strorum institutum per Angliam longè
lateque propagans, magnis à Numine il-
lustratus miraculis, æternum nomen
posteris commendavit. *Ex Ealredo Rie-*
vallensi script. Guilh. Neubrig. Harpsfeldio
&c.

In Valle Vmbrosâ natalis B. Melioris *B. Melior*
conversus. Hic Catentinus patria, dictus *conversus.*
de Vagliano, incensus sanctioris vitæ de-
siderio, rigidum Vallumbrosanorum no-
strorum institutum complexus est, in
quo paulo post tantos progressus fecit, ut
ad rigidius eremitarum nostrorum vitæ
genus aspiraret, quod ipsum cum licentia
superiorum aggressus, velut alter Anto-
nius ab inferis variè vexatus & tribulatus,
eosdem invocato Dei & Deiparæ nomi-
ne feliciter triumphavit. Fuit juratus sui *Rigor vita.*
corporis hostis, quod nimis sanè jejuniis,
maximè autem Sacro Quadragesimæ
tempore afflixit, & spiritui subesse coegit.
Decessit hac die Anno Christi 1158. *Obiit. 1158.*

mortuo, ultra campanæ omnes Cænobii,
nemine qui apparebat promovente,
compulsatæ sunt, ad quod miraculum
cum attoniti Abbas & Fratres, loca omnia
circumspicerent, supra rupem, ubi cella
Melioris fuerat, magnum splendorem
intuiti, illico mortuum Fratrem suum su-
spicati, eodem occurrentes, mortuum vi-
vo simillimum, orantis instar elevatis in
cælum manibus, velut Paulum magnus
Antonius reperere, & sacrum funus cu-
rantes Monasterio intulere, continuato
compulsationis miraculo, donec sacrum
corpus tumulo conderetur. *Ex monim.*
Vallumbr. Cajet. Marchesio, Arn. Duac. Hug.
Menardo, &c.

In Anglia B. Egberti sive Eadberti *B. Egbertus*
Northumbriæ Regis dein monachi, qui, *Ren.*
ut ait Huntingdonus, regno relicto, ton-
suram capitis, æternum diadema genera-
turam suscepit, furvasque vestes, æthe-
reum candorem collaturus induit. *Ita hac*
die Eduardus Maibevu, nos 20. Augusti ex
aliorum opinione inferius.

Divi-

S. Bertilio
Abb. Mart.

Divione in Monasterio S. Benigni, S.
Bertilionis sive Bertilonis Abbatis, qui
post Leuthaldum, celeberrimo illi Cæ-
nobio præfuit, & tempore Caroli Calvi
atque Isaac Lingonenfis Episcopi, loci re-
stauratorum floruit, sub A. C. 870. dici-
turque Martyrii demum laurea, etiam de cau-
sa & agone non ita nobis constet, corona-
tus. *Ex Martyr. Gall. Caroli Sauff. Claud. Rob.*
Chron. Divionensi, &c.

S. Felicitas
mon.

Patavii S. Felicitatis Virginis: Fuit hæc
monialis Monasterii SS. Colmæ & Da-
miani in Campo Martio Patavii, quod
nunc de Misericordia appellatur, proxi-
mum Divæ Iustinae illustrissimo Ascete-
rio. Vitam etiam aliquandiu duxit eremi-
ticam, octo millibus passuum à Patavio in
collibus Euganeis, ab admiranda castita-
tis laude plurimum celebrata, quam S.
Leo IX. Pont. Max. Sanctorum albo ad-

scripsit A. C. 1050. cujus usque hodie vene-
randum corpus, in S. Iustinae Regii splen-
doris basilica, in ara peculiari, prope alta-
re S. Lucæ Apostoli & Evangelistæ, reli-
giosissimè asservatur & colitur. *Iac. Cavac.*
Bernard. Scardeonijs, Philipp. Ferrar. Fortun.
de Vicenza, &c.

Laubis elevatio S. Vrsimari Episcopi,
facta A. C. 823. jussu Cameracensis Epi-
scopi per Fulradum Abbatem, anno post
obitum ejus 110. Claruit deinceps etiam
plurimis & gravissimis miraculis; cujus
in primis compassio erga eos, qui dentium
dolore laborant deprædicatur; quod eo
malo novem annos laborasse ipse memo-
retur. Fuit Vrsimarus Lobienfis primum
Abbas, dein Episcopus, magnus Faniæ,
Theoraciæ & Flandriæ Apostolus nomi-
natus, de quo uberius 18. Aprilis. *Annal.*
nostr. Ioan. Molano, &c.

Elevatio S.
Vrsimari.

VI. CALENDAS APRILIS.

XXVII. Martij.

S. Rupertus
Episc.

Salisburgi S. Ruperti Episcopi & Con-
fessoris, qui apud Bavaros & Noricos
Evangelium mirificè propagavit. *Mart. Ro.*
Rupertus Regali Francorum Regum or-
tus sanguine, regio generi miranda vitæ
sanctitate, & præclare gestis decus æternam
addidit. Hic sumam perfectionis monachus,
Monachicæ vitæ institutum mirificè pro-
pagavit, & cum Pontificali postea honore
conjungens, æterno cum Ordinis nostri
ornamento ita gessit, ut in amplissimas
provincias sese fructus inde maximus ex-
porrigeret. Relicta propagandæ Fidei ze-
lo patria, Vangionum sive Wormatiensium
creatus Episcopus, Hæreticorum & im-
piorum conjuratis appetitus odiis, indigna
pro Christi nomine lætissimus pertulit, &
virgis etiam per sumam injuriam publicè
cæsus, urbe ejectus, exulare coactus est.
Verum is exilio benè usus, ad converten-
dos Boios Noricosque Gentilitatis etiamnum
erroribus cæcutientes, animum adjecit,
quod & feliciter deinceps præstitit. Theo-
donem ipsum gentis Principem, salutari-
bus aggressus verbis, eum paulo post ita
permovit, ut sacris Baptismi undis expia-
tus, regionem omnem exemplo suo, &
Ruperti prædicatione ad Fidem adduxe-
rit. Exstructo dein ope atque opibus ejus-
dem Principis Ianuarii Cænobio, eodem
se Rupertus cum Fratribus conclusit, qui-
bus etiam Abbatis honore biennium præ-
fuit, fundatoque ex in Salisburgensi cele-
berrimo atque amplissimo Pontificatu, cum
etiam honorem ingenti cum subditorum

Ab hæreticis
exagitur.Theodonem
Ducem con-
vertit.

fructu plurimis annis gessit, ejusdem post-
ea Cathedralis Ecclesiæ & Dioceseos uni-
versæ Divus Tutelaris primus ac præci-
pius cooptatus, & Bojorum atque Norico-
rum dignissimo Apostoli titulo honora-
tus. Fuit cultor Beatissimæ Matris Virgi-
nis præcipuus, ejusque honorem insigniter
promovens Theodonem & Vthonem Du-
ces, & celebres illas sub honore & nomine
ejusdem Cælitum Imperatricis, Regino-
burgi & Ottingæ Basilicas conderent, im-
petravit, ipse a. sorori seu nepri suæ Eren-
trudi Cænobium exstruens, similiter ma-
gnæ & admirabilis Matris honori sacrum
voluit, cujus cultum ipse primus, certè Prin-
ceps & potissimus, per Bavariam, Noricum
& Regna finitima propagavit, sui que in Dei-
param singularis reverentiæ atque amoris
monimenta non solum ædificiis & libris,
sed & in animis Bojorum atque confinium,
æterna reliquit. Tandem amplissimis di-
ves meritis, cum obitus sui diem prædixisset,
ipso resurgente Christi gloriosissimo Fe-
sto, post celebrata à se Missarum solemnia,
sua sponte ad sepulchrum à se conditum
accedens, & ægrè illud Salvatoris profe-
rens: *In manus tuas commendo spiritum meum,*
inter discipulorum complorantium ma-
nus, gloriosissimo & felicissimo mortis
genere, sanctam efflavit animam; Angelis
solemni cantu meritissimum de cælo ter-
risque Apostolum ad supera illa palatia de-
ducentibus & prosequentibus, cujus etiã
sacrum funus, candidissimis amicti stolis
curare visi sunt. Sepultus est in dilectissi-
mo sibi

Episcopatum
fundat.Cultor DEI-
para.Mors glorio-
sa.

mo sibi S. Petri Cænobio, ex quo superio-
ribus annis, insigni & verè Principe pom-
pa, in novam atque ornatissimam Metro-
politana Basilicam translatus, ibidem
digna fidelium veneratione religiosissime
colitur. Obiit hac die A. C. 623. *Ex Annal.
Bojorum. Vita S. Ruperti, Iepesio, Baronio,
Hundio, Brunnero, Radero, Stengelio, Alberto
Abb. S. Petri Salisburg. Germania nost. & An-
nal. Benedict. &c.*

*S. Andragi-
fina.*

Bellovaci S. Andragasine sanctimonia-
lis Virginis. Hæc illustri admodum nata
genere, Robertum patrem habuit, inter
Palatinos spectatum, qui annulum Regis
Lotharii gestare solebat. Ex ambita autem
à pari generis præstantia marito, Ansber-
to Sinuini filio, qui dein Rotomagensis
Archiepiscopus fuit, cū solius Regum Re-
gis amorem demereretur, ad vota ac pre-
ces confugit, & ut eximia sua pulchritudo
(rara faminis precatone!) in deformita-
tem verteretur à Numine impetravit. Mi-
rum dictu! Leprosa illico apparuit, & ul-
ceribus fædissime scaturit. Subodoratus
miraculū pater, eam de voluntate sciscita-
tus, votum agnovit, & Sinuino rem pan-
dens, optima ejus voluntate, libellum dis-
junctionis virgini impetravit. Andragi-
na metu libera ab S. Audoëno nostro
Deo consecrari expetiit, sacroque amicta
velo, vultus illico, ac totius corporis ele-
gantiam ac formositatem recepit, Cænobio
dein Virginum ad muros urbis Belua-
censis præfecta, admirabili iisdem vitæ
sanctitate præfulsit. *Vti autem, inquit vitæ
scriptor, ceteris prælata, ita cunctis humilior
extitit, in vestitu vilis, in cibo mediocris, ab in-
fanta jugi orationi dedita, pudicitia exorna-
tissima, hilaritate cordis & corporis clara; pa-
tientie virtute, charitatis obsequio, eleemosy-
narumque largitionibus abundantissime cu-
mulata, in medio virginum velut lampas re-
fulgebat accensa, &c.* Cæterum Andragasi-
na decorem corporis, interna venustate
adaugens, puritate, pietate, ac humilitate
admirabilis, omniq; sanctitatis gloria ad-
ornata, ad desideratas demū superni Re-
gis nuptias divinitus evocata perrexit,
post A. C. 670. vel 680. *Ex Vita per Ano-
nym. Vincent. Beluac. S. Anton. Trithem. Cl.
Rob. Carolo Sauff. Hug. Menardo, &c.*

*Votum mi-
rabile.*

*Fit Abba-
tissa.*

In Anglia S. Archibaldi Abbatis &
Confessoris, de quo hac die Galefinius &
Wionus &c.

Ejus virtutes

Eodem die depositio B. Eustachii Mo-
nachi & Confessoris. Fuit hic à cultu cæli-
tum Augustæ singulariter commendatus,
eruditione, sanctitate, & signis admiran-
dis illustrissimus. Cum a. Salutationis An-
gelicæ perquam studiosus, DEIPARÆ Vir-
ginis altare, nisi illa per eandem orationē
salutata, nunquam præteriret, insigni post
mortem miraculo honoratus, in area do-
mus, ut fieri solet, ad sepulturam exposi-
tus, præsentem Abbate & Fratribus univer-
sis, exerta lingua, nihil horroris Fratribus,
sed admirationis atque exultationis pluri-
mum concitavit, cum salutatio Angelica
aureis characteribus exarata, stupendo
prodigio, in eadem ejus lingua legeretur.
*Ex Chron. & monim. Aluensis, Menologio
Henriq. &c.*

Obiit. 680.

*B. Petrus
Abb.*

In Monasterio B. M. V. Farfensi, B. Fa-
roaldi ex Duce Monachi. Faroaldus eo
nomine secundus Spoletanorum Dux
potentissimus, Trasimundi primi filius,
infinitorum ut Vetus loquitur scriptor, ca-
stellorum & Urbium Dominus, idem etiam
Prin-

struxisset, magna virtutum omnium opi-
nione relicta Anno C. 1186. mortalita-
tem exiit, cum non nisi sex menses Ordini
præstitisset, de quo apud Dunenses hoc
extat elogium:

Morum pinguedo, gregis hujus sollici-
tudo, &c.

*Ex Angelo Manrique, Claud. Roberto, Chry-
sost. Henriq. in Menol. Cist. &c.*

In Helvetia, Monasterio Montis An-
gelorum (vulgo Engelberg,) depositio B.
Frowini Abbatis. Hic etli paucis admo-
dum, quatuor nimirum, annis Cænobio
suo præfuisse, collapsam tamen discipli-
nam præclarissime restituit, & multo no-
mine de Cænobio suo æternum meruit.
Fuit postulatus ex fertilissimo Sanctorum
ea ætate Monasterio S. Blasii in Hercinia,
primus ex iis sanctis & optimis Abbatibus,
quos tribus pessimis successuros, S. Adil-
helmus ibidem Abbas, disertè prædixerat
vir, ut vetustū habet Chronicon, doctissi-
mus, sapientissimus, ac religiosissimus. Scripsit
insignem Comentarium in Orationem
Dominicam, aliosque tractatus elucubra-
vit, è quibus ejus sanctitas, & singularis do-
ctrina magnoperè elucet. Vitæ, non sine
eximia sanctitatis opinione excessit A. C.
1178. *Ex monumentis Angelomont. & commu-
nic. Rmi. D. Abb. ib. Christoph. Hartmanno,
Ioanne Stumpffo, Carolo Steng. Hug. Menard.*

*B. Frowinus
Abb.*

Elogium.

Obiit 1178.

*S. Archibal-
dus.*

B. Eustachius

*Prodigium
illustre.*

*Faroaldus
Dux mon.*

*Ipsi DEI para
apparet.*

*Fit mona-
chus.*

Obiit 728.

Princeps religiosissimus, cum grandi ali-
quando comitatu ac pompa Romam iter
intenderet, multosque in idipsum sum-
ptus faceret, eidem apparere dignata Cæ-
lorum Augusta Mater & Virgo, his affata
Verbis: *Et quo pergis, inquit, Faroalde? Im-
pende potius sumptus itineris Monachis meis
Farfa.* Mutavit quamprimum propositum
itineris Princeps optimus, & hac deme-
rendi tantam Reginam occasione lætus,
doctusq; æstimare, quos tanti illa faceret,
& suos diceret, Monasterio deinceps illi
benefacere non destitit, donec purpuram
abjiciens, seipsum deniq; in cucullo ibidē
tantæ Dominæ obsequio emancuparet,
postquam Principatum annis viginti feli-
cissime rexisset. Fuitq; superstes deinceps
in Cænobio annis octo, abstinentia, hu-
militate, & sui ipsius mortificatione factus
exemplar & speculum Monachorum.
Obiit A. C. 728. 19. Febr. memoriâ ejus-

dem ob impeditum tunc S. Bonifacii Lau-
tanensis festo diem, huc translata. *Ex
Chronico Farfensi MS. Lud. Jacobillo, Annal.
nost. &c.*

In Monasterio Zwifaltensi obitus Ven-
viri Ernesti Domini sive Comitis de
Howenstein, in magnis enutritus deliciis,
moribus se conformans sæculi, pompas
aliquamdiu ejusdem consequutus & va-
nitates, Numinis deniq; miseratione ad se
reversus, fugit à ventura ira, & magna
aliorum admiratione, vile cucullum,
præ omni nuper adamato splendore ex-
ambiens, in prædicto Cænobio, Domino
ad finem usque vitæ fideliter servavit. *Ex
Chron. Zwifalt. & communicatis R. D. Steph.
Bochent. &c.*

V. Ernestus.

*Ex sæculi sa-
lio servus
Christi.*

In Monasterio Spanheimensi Ven-
Bernhelmi Abbatis, cujus laudes Trithe-
mius celebrat.

V. Bernhelm.

V. CALENDAS APRILIS.

XXVIII. Martij.

C.

*Obiit
S. P. N.*

*Inventio
ejusdem.*

Prodigia.

Octava Sanctissimi & Admirabilis Pa-
tris & Patriarchæ nostri BENEDICTI,
& ejusdem in Archisterio, & Patriarchali
Ecclesia Casinensi, inventio. Contigit
celeberrima hæc corporis tanti Patris in-
ventio A. C. 1066. sub B. Desiderio Abba-
te XXXVII. qui postea sumus Ecclesiæ
pastor, Rom. Pont. designatus, Victoris
III. nomen assumpsit. Is cum renovato
templo, sepulchrum Sanctissimi Legum-
latoris nostri reperisset, illico terræ motu
ingenti mons sacratissimus concussus est,
& tanta cælestis odoris fragrantia erupit,
ut maximo universi pavore concuteren-
tur, neq; tam nares, quam ipsi etiam ani-
mi ea fragrantia reficerentur, ac recrea-
rentur. Sed & mons idem, non uno so-
lum motu, tanto reperto thesauro exiit,
verum ea die decies septies, prodigiosissi-
mè quassat intremuit. Illud etiā in omni-
um tunc oculis miraculum contigit: quo
cacodæmon ipse minimè conjuratus, co-
actus tamen virtutem ac potestatem san-
ctissimi Patris nostri prædicavit, & ab eo-
dem se expelli ac profligari energumini
cujusdam corpore, ipse voce lugubri &
quetula prodidit, homine afflictissimo,
ad tumulum sacratissimum feliciter cura-
to & liberato. Adductus & alius, inte-
gra pessimorum geniorum legione infel-
sus & gravissime vexatus, qui & ipse quam-
primum tanta peste liberatus, omnes qui

aderant, ad referendas Deo gratias, pro
tanti thesauri inventionem, & calamitoso-
rum liberationem accendit. *Ex Chron. Ca-
sin. Leone Ostiensi, Petro Diacono Arnol-
do VVione & tomo de Gestis S. P. N. &c.*

Apud Nursiam S. Spei Abbatis, miræ
patientie viri, cujus anima cum ex hac vi-
ta migraret, in columbæ specie, à Fratri-
bus visa est ad cælum ascendere. *Mart.
Roman. Spes primævi in Ordine nostro
floris, fructus & primitiæ, exemplar Mo-
nachorum immortale, haud procul à pa-
tria Sanctissimi Patriarchæ nostri Nursiæ,
Cænobium Campense condidit, & ut
charus erat Numini, amanter flagellatus,
probat, & exercitus, patientie miran-
dæ speculum, in quadraginta annorum
cæcitate, discipulis insigniter profuit.
Dehinc curatis prodigiosè oculis, de im-
minente edoctus obitu, jussusque Mon-
asteria circumposita prius invilere & lū-
strare, Monachosque documentis, di-
ctante Divino Spiritu, datis ad perfectio-
nem extimulare, jussa exequutus est, &
quintodecimo prædicationis suæ die, ad
Cænobium suum reversus, convocatis di-
scipulis, sumpto sacro Viatico, in laudes
DEI erumpens, illis prosequens, illis
spiritum in manus Creatoris sui resigna-
vit; & quam S. P. noster ortu felicissimo
patriam, ipse morte & sacris exuvias bea-*

*S. Spes Ab-
bas.*

*Visitat mo-
nasteria.*

moritur.

vit, cujus anima in columbæ specie vilitate à discipulis cæli secreta penetrare, mirè moerentium super morte tanti magistri discipulorum corda recreavit, & ad subvolandum desideria excitavit. *Ex libro 4. Dialog. S. Greg. Petro Equil. Arn. Duacen. &c. Iepesio, &c.*

B. Haymo
Episc.

In Germania, civitate Halberstatensi, natalis B. Haymonis ejusdem loci Episcopi. Haymo, Heymo sive Hemmo, Germanus patria, B. Alcuini nostri discipulus, Fuldenfis primum Monachus, dein Hersfeldiam translatus, magnitudine & præcellentissimi ingenij gloria, nec non sanctitatis eximio splendore, universi terrarum orbis oculos perstrinxit, & omnem Regum famam superavit. Qui postquam lucubrationum labore & mole ingenti, altius confurgens, miranda felicitate atque dexterritate, Scripturæ propè universæ arcana Commentariis complexus explicasset, ab sacro otio tam negotioso, & dulcissimæ contemplationis studio avulsus, & ad Halberstattensis Ecclesiæ Pontificalem cathedram Cænobio extractus, eam tredecim annis, summa integritatis & sanctitatis fama gubernans, eidem, vel solo quidem suo nomine vir tantus ac talis, decus immortalis peperit, gravissimisque meritis commissam sibi provinciam demeruit. Cum autem omnium judicio, vir esset incomparabilis, ad humilima promptior ultimis se demisit, nihil indignum tanti sublimitate ingenij, tantæ famæ atque gloriæ suæ æstimans, cum nihil per ministros seu Vicarios, sed per semetipsum functiones omnes boni pastoris quam diligentissimè exerceret, & incredibili sollicitudine, infimis æque ac summis intenderet, atque invigilaret. Fuit verbi Divini prædicator assiduus, verborum dignitatem, exempli maximè pondere commendans. Neque desuit verus pastor in tanto suorum cura, communem Reipubl. Christianæ abjicere, & lætæ etiam consulere posteritati, quando, quod otio & recreationi dare nonnulli solent, aliis semper ille atque aliis laboribus dedit, & magnos inter rerum diversarum conatus, Interpretum S. Scripturæ veterum lucubrationes comportans, atq; inter se conferens, mira concinnitate, facilitate, nec non brevitate easdem ad compendium redegit: adeo ut ab occupatis, parvo temporis dispendio legi, & à sim-

Illustrat
Biblia.

Fit Episcopus

Vicariis non
utiuntur.

Scripta ejus
mira.

plicibus leviterque litteratis, facillimè intelligi possint. Obiit Illustrissimum Germaniæ nostræ tydus, Doctor & Pontifex meritisissimus Anno Christi 853. Halberstadij sepultus. *Ex Antiq. Fuld. Broveri, Baronio, Trithem. Iepesio, Stengelio, Annal. nostr. German. & Benedict. &c.*

In Gallia obitus Beatissimi Stephani, tertij Abbatis Cisterciensis, DEI paræ Virginis singularis dilecti, cujus tamen solemnitas 17. Aprilis, qua die in Sanctorum relatus est numerum, solemniter recolitur, de quo & nos tunc uberius.

In Monasterio Schœnaugiensi depositio Venerabilis Eckberti Abbatis, pietate & eruditione conspicui. Hic Canonice primus Bonnenfis, S. Elisabethæ sororis suæ impulsu, nuncium sæculo remisit, Deoque in Cænobio S. Florini sese emancipavit. Excelluit ut pietate, sic eruditione, multa que opuscula, ingenij sui monumenta posteritati reliquit. De Ecclesia autem DEI mereri satagens, contra hostes ejusdem fidelissimè & constantissimè telum strinxit, & Cataros Hæreticos, spurcissimam Adamitarum Hæresim resuscitantes, non modo scriptis, sed & disputationibus confudit potentissimè ac confutavit. Magni proin à Catholicis factus, accitus à Colonienfis, tres sectæ illius principes sine Hæresiarachas acriter expugnando, ita convicit, ut quid porro contra opponerent, nihil haberent. Hildelino postea Abbati mortuo successus, egregio vitæ exemplo suus præfuit profuitque annos octodecim, atque anno salutis 1163. non sine sanctitatis opinione ex hac vita decessit. *Chron. Hirsang. Ioan. Trithem. Annal. nostr. Benedict.*

S. Stephanus
Abb.

V. Eckbertus
Abb.

Hæresum op-
pressor.

Obiit 1163.

Eodem die Commemoratio BB. Abbatum, Monachorum & Conventuum Villariensium, qui Prophetico spiritu, miraculorum gratia, & egregiarum virtutum titulis insignes, sacram illam eremum illustrem reddiderunt, & jam gloriosi in æterna patria triumphant. Fuit hoc monasterium inter Illustriora Ordinis, Sanctorum copia tantopere fertile, ut vix credibile videatur, & solum atque unicum in singulos anni universi dies, Menologio spectatissimo sufficientem possit materiam ministrare; haud immerito, teste Baptista Gramme, imo Europa univèrsa, Brabantie decus, Religionis Officina, & Seminarium integritatis, appellandum.

SS. & BB.
Villariens.

Villarii Ele-
gium.

pellandum. Quam sacram solitudinem Heribertus Rosweidus, non dubitavit: Christo persamiliarum, Virgini DEI paræ amatam, Angelis frequentatam, Sanctis expetitam, celo gratam, asserere & celebrare; Cælis etiam ipsis, mortalium illic agentium elogia commendantibus, cum numerosa, ut temper erat, multitudo Fratrum in Choro ad Vigiliis quandoque congregata, summa omnium gratulatione, vocem hanc cælo delapsam inaudirent: *Quotquot hic sunt, mei sunt, ut & de isto, deque alio tot sæculorum numero, facile sit ominari; adeo ad postremam usque ætatem nostram, sacra illa Sanctorum fertilitate continuata, ut multa alibi, & nostri, & superioris sæculi miracula afferamus. Ex Annal. nostr. Benedict. & Ephemerid. Marianobened. &c. Henrig. &c.*

Numerus
SS. magnus.

B. Agnes.

Res mira &
digna.

Elata in
aëra.

extasim rapta, divinam illam dulcedinem miro modo degustaret. Cujus etiam merita post mortem multis signis Dominus comprobavit. *Ex monim. Belloprat. Arn. de Raiffe Menol. Henrig. & Annal. nostr. Benedict.*

Walciodori B. Eilberti Comitis, ejusdem loci meritissimi Fundatoris. Isex Nammerici Narbonensis Comitis, & B. Eilbertus Ermengardis Paviæ Principis oriundus sanguine, Ebroinum Comitem patrem, matrem Libertam Widerici filiam habuit; ipsi Prizerii Comitatum hæreditate fortitus, ea potentia enituit, ut ære proprio, in eventus belli omnes, solus ipse septem diversa castra strueret. Ingenium nactus militare, magno animo enituit, levique clerici cujusdam Rhemensis offensa, Rhemos illico armis aggressus, hostiliter quandoque diripuit, & nobilem illic DEI paræ Basilicam flammis absumpsit. Ductus demum seria pœnitentia, uti septem antea castra, totidem deinceps Cænobia, & quidem septimum Walciodorensè, pro Ecclesia illa exusta, honori & nomini Cælorum Augustæ fundavit; totumque piis sese operibus dedit, & conjugè deinceps Hæresinde sanctè defuncta, ipse verè sæculo mortuus, totus nostrorum fuit, nulla re alia extra Monasterium & à professione Votorum Religionis retentus, quam ut Cænobiis melius consuleret, & Fundata tueretur. Ei supremum decumbenti S. Forannanus noster adfuit, & sanctissima morte extinctum, cum innumerabili turba Monachorum, Clericorum & Nobilium sacrum funus deducens, Walciodori, loco, quo vivens petierat sepeliri, honorificè condidit, Anno Christi 977. *Ex monim. Walciodor. Arnaldo de Raiffe, & Necrologio nostr. Fundat. &c.*

B. Eilbertus
Comes.

Walciodo-
rum fructus.

Mortuus
977.

In Anglia, elevatio S. Fremundi Monachi & Martyris, facta per S. Birinum nostrum Dorciensem Episcopum à Roman. Pont. cum litteris redeuntem, de quo 11. Maij. *Hugo Menard. VVion. &c.*

S. Fremundus.

Pistorii Inventio & Translatio SS. Baronti Desiderii & sociorum Monachorum, per Restaldum Episcopum Pistoriensem Anno Christi 1018. sive ut nonnulli volunt 1118. *Sylvanus Razzi, Bignan. &c.*

SS. Barontis & Desiderii.

In Monasterio Calensi translatio S. Bathildis Reginae & sanctimonialis. *Menard.*

S. Bathildis.

XXIX. Martij.

D.

S. Eustasius,
Abbas

IN Monasterio Luxoviensi depositio S. Eustachij Abbatis, discipuli S. Colum-
bani, qui ferme sexcentorum Monachorum Pater fuit, & vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit. *Martin. Roman.* Eustasius Nobili apud Burgundiones genere natus, magnum columbanum nostrum Magistrum meruit, cui in Abbatia Luxoviensi succedens, tanta vitæ sanctitate celebris fuit, ut ingens undique ad ipsum concursus fieret, potentiaque, opibus, fama & genere Illustrissimi, cucullum enixius exambirent. Eum Clotharius Rex cultu præcipuo, ut Sanctum Domini coluit, & celeberrimum illud Luxoviense Cænobium maximis favoribus prosequutus est. Miraculorum gloria clarissimus refulsit, eaque inter Burgundoforam, Chagnerici & Landegundis Principum filiam, ex oculis perditissimè laborantem, & febrium vi ad extrema deductam, prodigiosè restituit. Similiter Salabergam Gundoini filiam cæcitate liberavit. Ab Agilo discipulo, Resbacensi postea Abbate febrem depulit, cum itineris ejus comes, impedimento, nisi valeret, esse videretur. Sed ante omnia ingens atque immortale Eustasij meritum, labor Apostolicus, quo magnum Apostolum imitatus, impendi & superimpendi pro Ecclesia cupiit, & quæsiit. Relicto proin, dulcissimæ contemplationis otio, ad Warascos se convertens, gentem omnè immortaliter obstrinxit, quam scædissimis detentam erroribus, cum ab impio dæmonum cultu, tum à nequissimis Photini & Bononij hæresibus vindicavit, & Romanæ Ecclesiæ gremio aggregavit. Iis autem ad fidem conversis minimè contentus, ad Boios sive Bajoarios profectus, eis multo labore imbutis, ac Fidei lineamento, uti Ionas ait, *correctis, plurimos eorum ad fidem convertit. Vbi cum aliquantisper moratus fuisset, dimisit sagaces viros, qui in incepti laboris studio desudarent; cum ipse Luxovium revertetur.* Similiter Schismaticum Agrestium in plena Synodo aggressus, ut meruerat, confusum, convictumque triumphavit. *Cum autem ille sapius datum sibi pœnitentiae locum non agnosceret, ut B. Eustasij sententia, ad divinum iudicium vocantis præva-*

Miracula
ejus.Apostolus
Gentium.Bavariam
convertit.Hæresin ob-
teris.]

leret, ante triginta dierum circulum, priusquam vertentis anni meta completeretur, à servo suo, quem ipse redemerat, securi percussus interiit. Eustasij vitam, compendio ita Ionas retulit. Multæ erat abstinentiæ, inquit, & multarum Vigiliarum; quotidiano jejunio corpus macerans: orandi etiam ei erat assiduitas die ac nocte. Nec aberat ab eo sollicitudo omnium Ecclesiarum, interveniendi etiam assiduitas magna & constantia. In rebus quoque Divinis implendis erat fortissimus; sollicitus quoque pro pauperibus & peregrinis. Gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus; nam quoties illi aliquis, ob recipiendam pœnitentiam lapsus suos esset confessus, ita flebat, ut & illum flere compelleret. Erat temperatus in omnibus, discretionem præcipuus: redundabat erga illum timor & amor in subditis, redolebat doctrina in discipulis, labentia cuncta animo ejus tubter erant. Nullus apud eum vel mœrore premebatur, vel immodica lætitia efferebatur, &c. Nihilominus cum sanctitatis ejus fama, sed & meritorum magnitudo tanta esset, reperit tamen Numen, quod in illo, seu in hoc, sive altero sæculo castigaret. Verbis Ionæ referimus: Denique beatum ex hac vita præstolans exitum, omni contentione ad Mysticorum præconiorum documenta desudat, &c. Cumque jam per multorum circulum annorum, hoc in opere intentus vacaret, advenit tempus vocationis, ferturque sententia Iusti Iudicis: Vt quod minus annorum circuli, diversis afflictionibus purgaverant, paucorum corporis infirmitas dierum purgaret. Interrogatusque inter pœnæ incendia sub visione nocturna, si 40. dierum spatio leviori pœna cruciari velit, aut triginta ferventiori incendio purgatus, vitam beatam functus cælos penetrare? ille respondit; melius esse, quamvis duris brevi tempore subjacere flagellis, quam pœnis levioribus prolixius consumi. Tulit ergo provisam atque electam corporis pœnam, & die tricesimo omnibus valedicens, triste remanentibus nūncium depromit, suum exitum eadem die esse futurum, & sumpto Viatico animam Cælo reddidit, &c. Ita Ionas. Floruit vir Apostolicus Anno Christi

Elogium ejus

Castigatur
in hac vita.

Moritur.

Christi 620. & 630. cujus immortalia de diversis provinciis merita, nulla satis posteritas celebrabit. *Iepesius, Baron. Vincent. Beluac. Hugo Menard. &c.*

B. Stephanus
IX. Papa.

Romæ depositio B. Stephani Papæ IX. viri de Ecclesia & orbe universo meritissimi. Stephanus antea Fridericus, regia stirpe oriundus, Gozilonis Lotharingæ Ducis filius, frater Gottifredi, cui supra avitæ ditionis opes, ducta in conjugem Mathilde, Hetrusci dominatus dotales tituli, proventusque accessere, cum & generis & eruditionis, illustriq; insuper sanctitatis fama celebraretur, dignissimis summi honoris purpura & galero titulis, sacro Cardinaliū Collegio à Sancto Leone IX. insertus est. Eo Pontifice Bizantium Legatus, ut Græcos à Latinis dissidentes stabili concordia devinciret, eo munere, confectu difficili, egregiè perfectus est. Romam reversus, cum Leonem fatis concessisse comperisset, sæculi tædio ac latetate captus, Casinum demigrans, positus honorum insignibus, cucullum amplexus est; in quo tantopere se Monachis probavit, ut biennio post communibus suffragiis, Petro Abbati sufficeretur. Confirmationem à Victore II. Pont. Max. petiturus, non solum obtinuit, sed & præter votum, Cardinalis denovo renunciatus, dum in suo è Tuscia reditu Romæ subsisteret, nunciato Victoris obitu, mira Sacri Senatus conspiratione, in demortui Pontificis locum sublectus, est, adeo invitus & reluctans, ut per vim ex hospitio ad Basilicam S. Petri ad Vincula educendus fuerit, postridie summa omnium gratulatione consecratus, & Stephani IX. appellatione insignitus. Rē Christianam, quam perinvitus suscepit, mirè promovit, ac prudentissimè temperavit; adjecto ad Veteris disciplinæ instaurationem animo, coercendæ Clericorum licentiæ, & depravatis moribus corrigendis, multa piè sapienterque instituit. Insigni & admiranda constantia Henricum IV. Imp. aggredi ausus, eundem quod Sacerdotia, Abbatias, Episcopatus, aperta Sacrorum nundinatione venalia haberet, cum Simoniacæ hæreseos insinulavit, tum, quod monitionibus nihil proficeret, piorum cætu prohibuit. Magnum illum Cardinalem, æternum sacra purpuræ decus S. Petrum Damiani Cænobio extrahens, Ostiensis Episcopum renunciavit, ejusque opera Ecclesiæ Universe mirum in mo-

Legatus in
Orientem.

Fit Papa.

Excommu-
nicat Imp.Abbas simul
& Papa.

dum consuluit. Monachorum omnium, & Casinatum maximè suorum disciplinæ plurimum intendit, quos etiam summe in Orbis imperio & Pontificatu minimè deseruit, adeo nimirum, ut eligi quidem Abbatem permetteret, qui tamen non nisi sibi mortuo succederet, ne suis defuisse, priusquam moreretur, videri posset. Decessit immatura morte, singulari omnium dolore ac luctu, ut & summo Reipubl. incommodo Anno Christi 1058. cum decem, non amplius menses præfuisset, multis à funere miraculis nobilitatus, & fidelium Venerationi à Numine commendatus. *Ex Marco Ant. Scip. Ferd. Vghello, Baronio, Iepes, Leone Ostiensis, Ciacconio, Onuphr. Panuino, Hieron. Plato, &c.*

Obiit 1058.

In Cænobio Vallcellensi B. Hugonis monachi & Confess. Fuit Hugo Nobili in primis genere spectatus, sed contemptu Nobilitatis & honorum amplissimorum longè spectatissimus. Cameracensis Archiepiscopalis Ecclesiæ Decanus, Pontifici Maximo ob egregias dotes charissimus, cum mortuo Ecclesiæ suæ Archiepiscopo, honorem sibi deferendum metueret, & vero etiam sciret, sed & diversarum Ecclesiarum Episcopatus se Principari formidaret (verba Cantipratani sunt,) nec Sedis Apostolicæ iustionem subterfugere posset; clam urbe profugit, & in Valcellensi se monasterio condens, cucullum exambiiit atque impetravit. Vbi magno rigori se devovens, vitam sanctissimam egit, & victoriis egregiis illustris, multorum Angelorum circumstipatus cohorte, in gaudium Domini introductus est. Claruit Anno Christi 1236. *Ex lib. 1. Cantipratani, Arnaldo de Raissa, Chrysoptom. Henriciq. &c.*

B. Hugo
mon.Episcopatum
rejecit.

Clar. 1236.

Villarij B. Waltheri conversi, qui cum B. Valtheri delicias omnes atque opes sæculi fastidisset, solitudinem illam adiit, ibique amotis omnibus impedimentis, Christo soli adhærens, in virum sanctissimū evasit; & post multa pietatis opera, animam feliciter efflavit. *Ita Menologium Cisterciense, nec plura indagare licuit.*

Conversus.

In Monasterio Casinensi Inventio corporum SS. Simplicij & Constantini Abbatum, nec non Carolomanni Regis & Monachi, facta hac die à Gregorio monacho Casinate Paramonario, qui ad custodiam corporum S. P. N. BENEDICTI & S. Scholasticæ, à Desiderio Abbate deputatus fuerat, cum easdem prædictorum SS. Reliquias, ad horum sacratissi-

mos pedes requiescere deprehendisset. De qua inventione agunt Petrus Diac. & reliqui scriptores Casinates, Arnold. Duacen. &c.

Triumphus
B.M.V.
Camberon.

In Hannonia, Monasterio Camberonensi, institutio solemnium Supplicationis, ob ingens miraculum, quo numerosa militum hæreticorum multitudo, ope DEI parentis Virginis, Cænobium hostiliter invadentium, fugata fuit. Cum enim Anno Christi 1581. die 29. Martij sexcenti tam equites quam pedites Cænobium illud magnis assaultibus peterent, & jam alij stramen atque ignem portæ adhiberent, alii admotis scalis muros conscenderent, & per trium horarum spatium, disputatione bombardarum infesti Cænobio imminerent, quatuordecim sive quindecim solis, tam militibus quam colonis præsidii ergo, intra muros con-

sistentibus; Abbas interea cum suis latibulum quærens, supra fornicem sacræ ædis sese recepit, & DEI paræ loci Præsidis opem enixissimè implorans, prodigiosam impetravit: cum magnus candidatorum Monachorum equis infidentium, perque Monasterij hortos discurrentium numerus, qui locum illum tuerentur visus est; hostibus grandi timore perterrefactis, atque obrutis, ita ut relicta obsidione in effusissimam sese fugam converterent, neque deinceps, tam charum cælo, tamque probè defensum DEI paræ castrum, aggredi præsumerent; festivissima deinceps & anniversaria ejus Victoriam memoria, DEI paræ Victrici, communibus omnium suffragiis ex debito decreta & celebrata. Valrandus Coult. Ephe-
merid. Marinobened. &c. Henriq. &c.

Hostes mirè
territi.

III. CALENDAS APRILIS.

XXX. Martij.

E.

S. Patto
Episc.

Werdæ in Germania, natalis S. Pattonis Episcopi & Confessoris. Patto Scotus Patria, Monachus Cænobii Ambarbaricani (ex quo multus Sanctorum Martyrum, Pontificum, & Apostolicorum virorum numerus prodiit.) ea vitæ sanctitate in Cænobio vixit, ut inter lætissimos lætissimus, communibus Fratrum suffragiis, sanctissimæ Congregationi præesse cogere. Præstitit suis tanta cum dignitate, ut longe lateque fama ejus celebris haberetur, adeo quidem, ut magno illo Saxonum, Frisiorum, & finitimarum Gentium Apostolo, primoque Werdensium Episcopo Suitperto, viam carnis univærsæ ingresso, Pattoni quamprimum tantus honor, tantæque provinciæ administratio, uti meritissimo decerneretur. Successit Apostolo Apostolus anno Christi 718. & Apostolicos labores incredibili generositate aggressus, tres circiter & quadraginta annos, in iisdem constantissimè & felicissimè desudavit, neq; infidelium solum sive Idololatrarum, sed & Hæreticorum lucrands animis intentus in horum erroribus convincendis & convellendis in fidelibus confirmandis, & grege Domini multiplicando, studium omne posuit, prædicationisque assiduitate, Fidem latissimè disseminavit; universis tantu exempli magistrum venerantibus, & magnalia DEI in eodem demirantibus. Qui tandem im-
mensa meritorum copia locuples, ad

præmia æternitatis vocatus sub Anno Christi 761. mortalitatem exiit, & æternum sui, cum nomine immortalis, desiderium, terris reliquit. Ioan. Leslaus, Vernh. Zimbrensis, Demochares, &c.

Syraculis S. Zosymi & Confessoris. Hic Syracusanus patria, nobilibus ac locupletibus natus parentibus, septuennis in nostro S. Lucie Cænobio, S. Fausto Abbati offertur. Vbi deinceps monasticen professus, cum triginta annis in omni virtutum genere se strenuè exercuisset atque omnibus probasset, Fausto Abbati defuncto succedere iussus est. Celebri dein fama innotescens Theodoro etiam Romano Pontifici commendatus, ab hoc Syracusanis Episcopus datur, et si vel maximè deprecaretur honorem, & obniteretur. In officio Episcopali vitam Monachi minimè deseruit, abstinentia, humilitate, paupertate, continentia, mansuetudine, & cæteris monachorum propriis ornamentis longè excellentissimus. In pauperes maximè pius, cum petenti quandoque duo dari numismata iussisset, & Diaconis, sibi nil porro esse quod daret diceret, penulam ipse suam publicè exutus, vendi, & elemosynam dari præcepit, cui paulo post juvenis (qui fuisse Angelus creditur,) massam auri detulit. Año ætatis octuagesimo secundo, Episcopatus vero quinto, templi Salvatori augustu excitavit. Principè

S. Zosymi
Episc.

Fit Episcop.

Pauperum
pater.

Gentium
Apostolus.

Obiit 761.

Syraculanum Synagogam Hebræis ædificare parantem, à sententia ita removet, ut ex amico hostis illis fieret. Adeo austeritatis & paupertatis amans fuit, ut vel ægrotans Psiatho, pro grabato uteretur, scissurisque vestimentorum operiretur. Cum vero Imperatoris cubicularius eum visitans; molle stratū, & vestimenta quædam nova accipere coegisset, S. Episcopus post illius discessum ea vendi, pretiumque pauperibus erogari iussit. Eloquentia plurimum valuit, omnibusque vitæ ac disciplinæ dans exempla, populi lucratus studia & amorem, magnum apud suos fructum retulit suæ prædicationis. Demum decimo tertio Episcopatus sui anno febri correptus, cum Heliam Archidiaconum successorem designasset, 3. Cal. Aprilis migravit è vita, multis à morte miraculis illustratus. Nam pannus lineus quo corpus ejus extersum fuerat, mulierem diu sanguinis fluxu laborantem liberavit, claudus à nativitate puer erectus est, & femina desperata salute oculorum, visum recepit. Floruit A. C. 642. cujus vitam prolixius descripsit, Elias successor, Episcopus Syracusanus. Ex Philippo Ferrario, & Annal. nosl. Bened. Const. Cajet, Mauro Marchesio, &c.

Moritur.

Clar. 642.

S. Mamertini
Abb.

Antifiodori S. Mamertini Abbatis & Confessoris. Is ad cultum veri Numinis, & gratiam insuper Monasticæ religionis mirè vocatus est. Cum enim Gentilis etiamnum, inanium Deorum idolis, superstitiosè aliquando litaret, excæcatus & mancus insuper effectus, ad S. Amatoris postea sepulchrum, & corporis & animi lumine illustratus & à S. Germano nostro baptizatus esset, exuto veteri homine ut novum conservaret, & in spiritus novitate coram Deo ambularet, factus S. Alodii Abbatis discipulus brevi in magistrum perfectæ sanctitatis evasit, & sui Cænobii creatus Abbas, miraculis & prophetiæ spiritu plurimum commendatus, multis Deo filiis congregatis, eosdem & verbo & exemplo informavit. Fuit compatientissimus, & ursum à Fratribus captum, nocte consurgens, solvit, & ovis iussu parcere, dimisit. A latronibus spoliatus, solo relicto pallio, cū fortè ligatum in eo nummum reperisset, eosdem revocans, si forte necessarius illis esset, denarium acciperent iussit; cum ipsi tota nocte accelerantes iter, mane ad cellam ejus consisterent. Festo denique Palmarum, ad instantiam Fratrum ad Fontaneti occurrens Cænobium, illic

Ursum liberat.

facris operatus, infirmitate laborare cœpit, qua consumptus ipsa Parasceveos die felici agone consummatus est 3. Cadam liberatur. April. cujus corpus dum Antifiodorum deportaretur, in quadam villa moveri non potuit, donec captivus quidam & incarceratus, illic vinculis fractis liber exiit, sacrum funus comitaretur, quod debito cum honore, in nostro S. Germani conditum, asservatur & colitur. Carolus Sauss. Fort. de Vincentia, &c.

Prope Aquinum Italiæ natalis S. Clinij monachi & Confessoris. Clinij sive Clinij mon. natione Græcus, factus Casini monachus, vitæ sanctitate, & miraculis replevit. Is Ecclesiæ Forestanæ, cui titulus est S. Petri inter Pontem-curvum & arcem Gulielminam (vulgo S. Piedro della Foresta,) præpositus, cum ibi aliquot annos, Deo inservisset, tandem cumulatius meritis, obdormivit in Domino, tanti deinceps factus, ut loci Patronus Tutelarum adoptaretur, cujus sacrum corpus in memorata Ecclesia in marmoreo sarcophago conditum asservatur & colitur. Philippus Ferrarius, &c. ex Actis, &c.

B. Raynaldus

In Gallia B. Raynaldi Monachi & Confessoris. Hic in Monasterio S. Amandi Monachum professus, efflorescente primo vigore sanctissima Ordinis nostri reformatione Cisterciensi, exactiore Sanctissimæ Regulæ delectatus observantia, ad Claravallensè Monasterium se contulit, ubi S. P. N. Bernardo insigniter fervorem suum probavit. Fuit in omni virtutum genere exercitissimus, sed Virginitatis in primis purissimo nitore totus niveus, adeo quidem: ut ab utero matris suæ, Virginitatis libidinum incentiva, & carnis spurcitas, ad ejus usque mortis supremum diem, impolluto calle transiret. Quam ipsam ob causam Deo ac DEI paræ charus, cælestibus visionibus illustrari meruit, & variis favoribus atque gratis insigniri. Cumq; sæpè, Beatissimæ Matris Virginis, præsentia perfrui mereretur, eamq; aliquando, Monachorum in agro laborantium sudorem abstergentem, eosq; dulciter amplectentem contemplatus fuisset, ab ipsa deniq; ad æternam requiem vocatus fuit. Cum n. tempus resolutionis ejus instaret, Augustissima Cælitum Imperatrix, ipsi adesse dignata, pulcherrima & candidissima ipsi ostendens ornamenta, ejus non multo post induendum promisit. Cumq; magno incensus desiderio & expectatione: Et quando, inquit, Domina mea desideratissima, ha-

Apparet ipsi
DEI paræ.

ma, habiturus sum ista? quæ mihi præparare dignata es ornamenta? Tunc amantissima dilecto clienti Patrona: Cum veneris ad me, respondit, exuto mortalitatis corpore, recipies ea. Nec multo post, infirmitate correptus, ad promissa munera pervenit. *Rob. Rufca, Bernard. Brito, Manriq. Henriq. &c.*

S. Veron
mon.

Lambecæ in Hannonia, transitus S. Veronis, nepotis Ludovici Pij Imper. qui relictis sæculi pompis, Monasterio à se instructo se inclusit, ubi egregiis effulgens virtutibus, æternæ beatitudinis munera consequutus est. Cujus corpus, cum S. Veronæ sororis, & ejusdè religiosi propositi consortis, primò Lambecæ conditum, post ad Montes Hannoniæ translatum est. Claruit magna miraculorum gloria, & in Castrilocensi Cænobio religiosissimè asservatur. *Ex Mart. Gall. Car. Sauff. Ioan. Molano, &c.*

B. Carolus.

In Brabantia B. Caroli Abbatis Villariensis. Ita hæc die Hugo Menardus; nos ex opinione plurium 30. Januarij superius.

B. Bruno
mon.

In Græcia depositio B. Brunonis, quondam Monialium Cænobii S. Antonii in suburbis Lutetiæ Parisiorum Capellani,

exactissimæ vitæ monachi, orationis studio tantopere addicti, ut verè cor suum sicut aquam in conspectu Domini effundens, noctes diei jungens, totas læpeillas in oratione transigeret. Is denique jussu superiorum, profectus in Græciam, functioni & obedientiæ illic feliciter immortalus, ad veram sanctorum patriam inde evocatus est Anno Christi 1227. cuius merita insigni miraculorum deinceps gloria Numen commendavit. *Thom. Cantiprat. Menard. &c.*

Obiit 1127.

In Anglia B. Rogeri primi Abbatis Bel-lælandiæ, qui postquam suis piissimè præfuisset, cum maxima sanctitatis opinione ad cælos evolavit. *Guilh. Neubrig. Nicol. Harpsfeld. &c.*

B. Rogu.

Apud Cenomanenses S. Childechindis Virginis & Martyris, Chilperici Francorum Regis filia, quæ in Monasterio Cenomanensi cucullum amplexa, cum in eo novennium religiosissimè exegisset, jussu impiæ Fredegundis gladio cæsa, niveum Virginitatis candorem, splendoremque regium spectatiore sui sanguinis purpura decoravit, A. C. 583. *Aimoinus, Ado, Bugianus, Arn. Duac. &c.*

S. Childe-
chindes.

PRIDIE CALEND. APRILIS.

XXXI. Martij.

F.

S. Guido Ab-
bas.

IN Cænobio Pomposiano depositio Sancti Guidonis Abbatis, miraculorum gratia conspicui. Guido honestis parentibus Ravennæ natus, patrem Albertum habuit, Martiam matrem, utrumq; spectata generis clarum nobilitate; apud quos splendide educatus, comptus in vestibus, sæculum adolescens haud aspernari visus est; bonis litteris Ravennæ institutus. Conjugem postea dignam familiæ jussus à parentibus ducere, hinc trahentibus mundi illecebris, inde Divina prævalente gratia, gratiose admodum astu patrem delitit, ut quo raperet Deus, eo etiam consulente, quamprimum concederet: Duas sibi conciliaffe sponfas, patri suggestit, alteram insigni potentia & nobilitate, (Religionem Monachicam intelligens,) alteram longe inferiorem, etsi ejus diligentissimam; terrenam nimirum sponfam, ad hanc facilem, ad illam autem difficilem se habere accessum, patris solummodo super hoc ipso consilium rogare. Tum hilari ille, ne quæso te illius amor, præ tam illustri thalamo abripiat. Ita consilium patris etsi ignorantis sequutus,

Pia fraus.

Patris consi-
lium ut am-
plectatur.

festo Divi Apollinaris Ravennatum Patroni, repente se clandestinus abripiens, pretiosis vestibus in pauperes erogatis, vilissimam induit, & Romam profectus, cleroque adscriptus, inde Hierosolymam abire, neque unquam reverti ad suos statuit. Sed divina monitus revelatione, jussusque Ravennam reverti, & haud procul inde solitariam vitam agentis S. Martino nostro sese subicere, tantum magistrū nactus, triennium totum, perfectioris vitæ apud eundem fundamenta posuit. Eum rogans primo occurrentem Martinus, num cucullo indui vellet, cum id vel unice ex ambire se diceret, & Martinus in diem sequentem differret, veritus, ne rescientibus parentibus impediretur, moræque impatiens, ultro cucullum induit, in eoque se Martino stitit. A Magistro dein ad Pomposiæ missus Cænobium, illic exemplo omnibus fuit; tum S. Severi ad Monasterium destinatus, agere Præpositū jussus est; donec inde, mortuo Pomposiæ Abbate, ad hujus regimen Asceterii expeteretur. Quo tempore Albertus pater ejus, & Gerardus frater, ejurato simi-
liter

Divinitus
vocatur.

Fit Abb.

Miracula.

liter sæculo, cucullum amplexi sunt. Guido autem, Abbatia munere, admiranda felicitate perfunctus, multa & singulari miraculorum gloria à Deo est comendatus, quorum pauca libet ad compendium conferre. Quidam ex operariis Monasterii ab alto cadens, Sancti Abbatis precibus illæsus surrexit. Fratres similiter in structione Cænobii graviter periclitati, precibus ejus mire servati sunt, cum mole lapidum crates diruptæ, alios in terram absque tamen noxa eliderent, alii in sublimi pendentes, orante Guidone illesi deponerentur. Simili casu, vas lignuum vino plenum pro operariis in muro depositum, decidens, non tantum diruptum non est, sed neque vinum in terras effutum. Alias operariis cum alimenta deessent, divinitus accepit, missis duabus navibus vino & frumento onustis, quibus mirè omnium indigentia subventum est. Martinus Monachus in cellula tribus milliaribus à Cænobio distita, morte præventus atque abreptus, stupendo miraculo, ad preces Guidonis vitæ redditus, quæ vidisset alterius vitæ Fratribus recensens, eosque ad reverenda Dei Iudicia concitans, triduo post, percepta Abbatis benedictione denuo in Domino requievit. Alii in mortis agone trepidanti, inducias & pacem impetrans, mox accepta pœnitentia & benedictione ad cælos eundem misit. Claruit & aliis magnis prodigiis, ea autem gratia curationum, ut multi sola qua manus laverat aqua epota à languoribus curarentur. Cū Heribertus Ravennatum Pontifex, Monasterium Pomposianum, odio infensissimo in virum Dei exstimulatus, armata militū adducta manu demoliri statuisset, congregatis quamprimum Monachis Guido, cum iisdem ad orationis præsidium confugit, tantumque apud benevolentissimum Numen effecit, ut Heribertus alter ex Saulo Paulus, mirè mutatus, Ecclesiam religiosissimè ac modestissimè ingressus, Abbatem occurrentem amantissimè alloqueretur, cumque eodem amicitiam deinceps sanctissimè coleret, & summo in pretio Guidonem haberet. Gebhardus Heriberti successor non minus bene affectus, cum refectus aliquando Pomposiæ in Fratrum triclinio, ex aqua Guidoni apposita, sibi ferri peteret, ea quamprimum in vinū generosissimum conversa Episcopū mire recreavit & refocillavit. Ab Henrico II. Imp. in Italiam veniente invitatus, invitatus admodum Guido iter arripuit, Monachisque quod ipsum amplius in hæc terra

Mirè cum
suis pascitur.

Mortuum
resuscitat.

Episcopus
mire muta-
tus.

Evocatur à
Cæsare Gui-
do.

visuri non essent, valedicens prædixit. Cum Parmam itaque & Iuliam, quam nunc Burgum S. Domnini appellant, ut occurreret Cæsari venisset, invadente morbo & opprimente pridie Cal. Aprilis Anno Christi 1046. mortalitatem exiit, raro quamprimum prodigio, mortem ejus civibus nunciante, cum campanæ illico, nullo pulsante, mirè consonarent, & confluyente populi multitudine, cæcus ad sacri corporis contactum mirè illuminaretur. Cum autem de thesauro tanto, In Germaniam trans-
fetur.

Mortuus
1046.

In Germa-
niam trans-
fertur.

S. Ioannes
Abb.

In Monasterio Casinensi, depositio S. Ioannis Abbatis, eo nomine primi. Is Capuæ loco illustri natus, ex Archidiacono ejusdem Urbis Monachus Casinas, ob insignem morum maturitatem, cum virtutum splendore conjunctam, Abbas creatus est, qui Sodalitij sui Patres, post Casinensis Cænobii vastationem Theani aliquamdiu, at minus commodè commorantes, Capuam traduxit. Casinatem autem basilicam à Leone antecessore restauratam perfecit atque exornavit. Cum autem ingentem bonorum copiam, & nonnulla Monasterio Privilegia comparasset, Principes viros quamplures, egregiæ probitatis ac prudentiæ fama promeritus, sanctitatis ac miraculorum duplici gloria conspicuus è vita excessit, prid. Cal. April. Anno Christi 936. cum Archistério sanctissimo, uno de viginti annis sanctissimè præfuisset. *Ex M. Ant. Scip. Leonæ Ost. Petro Diac.*

Obiit 936.

In Anglia B. Iustiniani Ordinis nostri Monachi & Martyris, qui post Martyriū voluntarium susceptæ Crucis, & disciplinæ Monachicæ suum denique pro Christo cum vita exhauriens sanguinem, Martyrum triumphis adjungi meruit, & Trophæi illustrissimi insigne, suum ipse caput ab impiis amputatum humo sustollens, per aliquot millia derulit, miraculorumque gloria à Numine illustratus, Meneviæ condigno cum honore conditus fuit. *Ex Trophæis SS. Angl. Eduardi Mart. hevv. &c.*

B. Iustinianus
Mart.

B. Gofwinus
Abb.

Cistercii B. Gofwini Abbatis, qui ex Monasterio Bonævallis, cujus Antistes erat, ad regimen sanctissimi illius Alcesterii evocatus, ob virtutum eminentiam, vitæ integritatem, & doctrinæ præstantiam, inter suos ceber effulsit, & post longos pro Ordine exantlatos labores, ad præmia æterna evocatus, mortalitati huic valedixit, A. C. 1155. *Angel. Manriq. Barn. de Montalbo, Claud. Rob. Chrysof. Henriq. &c.*

B. Daniel.

Venetis in Monasterio S. Matthiæ de Musano, B. Danielis Conuersi. Is Germanus patria de Vngrilchgraz, cum mercaturam aliquamdiu Venetiis exercuisset, mirè affectus ad prædictum Cænobium, illic deniq; suscipi rogavit & impetravit. Legavit sua omnia Cænobio, ipse se totum Christo consecrans, quem ipse pecuniarum frustranea nocte in cella fures nonnulli repente obruunt, strangulantq; A. C. 1411 in cuius tumulum dum longo post tempore inferretur Paulus Donatus Patricius Venetus, Danielis corpus repertum est incorruptum, & cælesti rosarum fragrantia redolentissimum, quod usque hodie magno concursu frequentatur & cum admiratione spectatur. *Ex August. Florent. &c. & ipsius Cænobii monumentis. Ipsum coram venerati sumus Anno. 1650.*

B. Ludovicus
mon.

In Monasterio Heisterbacensi, B. Ludovici, viri in sæculo potentis & divitis, in cucullo a. postea multo illustrioris. Eius conversionem his verbis narrat B. Cæsar: Miles quidam Ludovicus nomine, de Castro Are, in acutis laborabat, & vocatus est Dominus Abbas, ut infirmum visitaret. Inardescente infirmitate, cum miles idem jam omnino esset desperatus, monitus est ab Abbate, ut se Ordini redderet, & votum conversionis, ut mos est, verbis exprimeret. Qui consilio acquiescens, mox ut ex consensu uxoris, inter manus Abbatis se reddidisset, facies ejus cœpit immutari, & quodammodo alterari, ita ut pallor verteretur in candorem, & color lividus proficeret in ruborem, cunctis qui aderant stupentibus, & Dei donum in moribundo mirantibus. Et ut pius Dominus adhuc manifestis ostenderet, quia propter Votum Ordinis infirmum distulisset, cœpit idem miles sine sudore, sine sanguine, sine sternutatione contra infirmitatis naturam conualescere. Qui non ingratus beneficiis Divinis, deportari se fecit ad Monasterium nostrum, in quo factus Novitius & Monachus, miraculose postea vitam duxisse memoratur; nec mul-

Fit monachus.

Mire curatur.

to post feliciter mortuus migravit ad Dominum. *Ex Casar. Heisterbac. Menol. Cist. Henriq. &c.*

In Monasterio Villariensi B. Godefridi, lachrymarum gratia & Prophetiæ dono clari. De quo hac die Menardus. Molanus 30. Iunij, nos suo loco.

Trecis S. Hoyldis Virginis, quæ illustri profapia edita, patre Signaro Pertensi Comite, viro æque pio ac nobili, matre Leutrade pari nobilitate & virtute, ab ipsis ferè incunabulis, Dei & puritatis amore illustrata fuit, & propositi æmulam Manchildem sororem nacta, relicto sæculo cucullum exambiit, Deoq; consecrata & velata à S. Albino Catalaunensi Episcopo, vitam in terris cælestem instituit, & sancto denique fine terminavit; divinis ab obitu signis mirè celebrata. Claruit A. C. 580. circiter. *Ex diversis Gall. script. Annal. Bened. & Carolo Saussio, &c.*

Leodii B. Sapientia monialis & Priorissæ in monte Cornelio, quo egregiis Virtutibus decorata, prudentia & discretione omnibus venerabilis, sacrum Cistercensium nostrorum institutum in juventute complexa, illud ad finem usque vitæ, non tantum perfectè, sed absq; ulla perturbatione observavit, & per multos annos perfectionis exemplar suis extitit, & demum ex hac vita ad immortalem feliciter transiit. *Franc. Bivar. Ioann. de Assigneis, Ioan. Gilman. &c.*

Eodè die S. Benedicti Monachi Campani, de quo Andreas Bambergensis, nec præter nomen quidquam prodidit.

Item commemoratio omnium Beatorum & perfectionis opinione illustrium Cænobij Pomposiæ Monachorum, quorum certa die memoria celebrari non potest, quorum laudes describens oculatus testis, & S. Guidonis supra memorati cocetaneus, ita illorum disciplinam commendat: Erant tanè apud illos jejunia multa & mirabiles abstinentiæ, multa Psalmidiarum & Vigiliarum instantia, haud vulgaris humilitas & patientia, insignis charitas & mutua reverentia atq; obedientia, singularis aliorum erga alios benevolentia, magni silentii studium, magna in loquendo gravitas, eximia puritas cordis, &c. Ut de posteris Sanctorum ac discipulis nihil memoremus. *Ex Vita S. Guidonis cit.*

In Monasterio Blandiniensi, elevatio & translatio SS. Wandregisili Abbatis, & Ansberti atq; Wulfranni Episcoporum, de qua hac die Molanus, Hugo, Arnoldus, &c.

B. Godefrid.

S. Hoyldis.

B. Sapientia.

S. Benedictus

SS. & BB. Pomposiæ.

Translatio SS.

MENOLOGII BENEDICTINI,
LIBER QUARTVS.
MENSIS APRILIS

CALENDIS APRILIS.

I. Aprilis.

S. Venantius.

In Dalmatia Martyrium San. Venantij Archi-Episcopi Toletani, cujus corpus à Ioanne P. M. IV. in Oratorio sui nominis apud Baptistarium Constantini in Lateranensi Basilica translatum asservatur. Hic apud Regiam Urbem in celeberrimo S. S. Cosmæ & Damiani Agallienis Cænobio Monachum professus in eodem tantis virtutibus profecit, ut sanctissimis collegis ob vitæ meritum Abbas præficeretur. Postea defuncto Sanct. Adelphio Toletano Archi-Episcopo, ad eandem evectus Cathedram, oneris & honoris pensum brevissimo peregit circulo: nam cum in Galliam primò Narbonensem, dein Dalmatiã pervenisset ab infidelibus tentus Martyrioque affectus, ad palmas & triumphos Martyrum evolavit. An. C. 607.

S. Hugo Episcopus.

Gratianopoli Sanct. Hugonis Episcopi, qui multis annis in solitudine vitæ exegit, & miraculorum gloria clarus migravit ad Dominum. *Mart. Rom.* Hugo Valentiniensis patria, loco cui Castrum nomen est, parentibus cum generis dignitate, tum sanctitatis opinione præstantibus natus est. Eo prægnans mater, visa sibi puerum elegantissimum parere, quem DEI sistendum inter Apostolorum Princeps Petrus in cœlum detulissent. Valentiniensis Cathedralis Ecclesiæ Canonicus postea factus, Hugoni S. R. E. Cardinali, Gregorij VII. Legato ab eximio morum & ingenij candore, ita probatus est, ut in locietatem muneris vocatum, ad celeberrimum Avenionense Concilium secum deduxerit. Vbi constitutum sumis precibus Gratianopolitani sibi Pontificè postularunt; quæ functionem, reluctans pro virili, auctoritate Legati Pontificij, plurimumque qui Concilio intererant, admittere coactus est. Meruit de Ecclesia sua æterno merito dignissimus Pontifex, nec prius à laboribus, lachrymis, diuturna nocturnaque precum contentione destitit, quam obscuratam ingentibus flagitijs, Ecclesiæ illius & Diceceleos faciem, ferventissima verbi Divini prædicatione, & sanctissimo integer-

Creatur Episcopus.

rimæ vitæ exemplo, ad pristinum nitorem revocaret. Postea, ceu emeritus, relicto Episcopatu, cucillum amplexus in Monasterio Casæ DEI Monachum professus est, & ut voluit nonnulli, etiam Abbas electus. Redire denique ad sedem suam iussu Pontificis Maximi coactus, longè majore vigilantia & commissio sibi gregi, & sibi ipsi intendit, ne vel muneris suo unquam deesset, vel professionis Monachicæ fructu fraudaretur. Rarius illud & perinsigne meritum, quo Sanctus Pontifex Carthusianum Ordinem, sibi nostrisque æternum obligavit, cum celeberrimum ejusdem Institutorem S. Brunonem sociosque, cœlesti invitatus visione, perbenignè primum suscepit, amantissimè dein fovit, atque in sublevandis eorum & animi & corporis necessitatibus, cura & vigilantia, plusquàm paterna, iisdem adfuit, ac eorum pposito, aptissimos Motes Carthusianos, unde Ordinis postea Univerſi nomen, & prima ac præcipua origo defluxit, dignissima liberalitate dono dedit, quorum fervorem & exercitia, etiã inter gravissima Ecclesiæ negotia imitatus, consecrationis denique suæ Anno 52. ætatis 80. CHRISTI 1132. felicissimè in Domino obdormiit; tantò ad factum ejus funus populorum concursu, ut vix quinta post obitum die eum sepeliri paterentur. Eum sanctorum numero adscripsit Innocent. II. summo deinceps à fidelibus in honore habitum, Ordinis & Galliæ singulare ornamentum. *Ex vita per Guidonem Carthusiæ Majoris Priorem Vinc. Beluac. Pet. Equil. Anselm. Gemblac. Chron. Lemovic.*

Apud Ambianum S. V. Valerici Abbatis, cujus sepulchrum crebris miraculis illustratur. Ita Martyr. Romanum: nos autem fusius pridie Idus Decembris, die ipsius Natali, cum hæc solum Translationis sit. Breunoviæ in Bohemia S. Procopij Abbatis. Hic Cothumæ in Bohemia natus, Pragæ litteris imbutus, & Sacerdotio initiatus est. Sed altiora animo concipiens, à Monacho quodam Breunoviensi Monasticis institutus disciplinis, mox vitæ, ab humanis se junctæ negotiis,

G.

Abbas.

Carthusianensium alter Fundator.

Obiit Anno 1132.

S. Valerici.

S. Procopij us Abb.

X nota

normam accepit, & novo corporis cultu involutus, novum quoque hominem induit, verè carnem suam crucifigens cum concupiscentijs, mortuus mundo, ut Christo, viveret. In ipsam solitudinem incolentem cum occasione venationis incidisset Vdalricus Bohemiæ Princeps, post sacra colloquia mirè accensus, ut certiori spe levandorū sibi criminū, pœnitentiā ut vocamus, aliq̄ imponeret, instantius exoravit. Procopius, ut dignū Divi Ioa. Baptistæ honori & nomini Monasterium ædificaret, & proventibus annuis dotaret, eidem injunxit. Exequutus sedulo Princeps imperata, perfectoque Cœnobio vir Sanctus præfectus est, munusque gubernandi sic gessit, ut sanctitatis nomine longè lateque celebrer evaderet, accedente miraculorum mira gratia, qua (stupenda res!) quotquot undique infirmi, manci, claudi, &c. concurrerent, prodigiosè reddidit omnes incolumitati. Diem mortis triduo ante cognovit, multaque eventura Prophetico prænunciavit spiritu, vitam mortalem cum immortalis commutavit. A. C. 1053. in numero Sanctorum solemniter adscriptus An. Ch. 1204. *Nicol. Salius, Pontanus, Chron. Bohem. Car. Steng. Annal. nostr. &c.*

B. Hugo Abb.

In Gallia, Monasterio Bonæ Vallis, B. Hugonis, ejusdem loci Abbatis & Confessoris. Hugo, loco Nobili natus, Nobilitatem generis Christi servitute, in Cœnobio Miratorij juvenili ætate permutavit. Virginum Virgini præcipuè charus, varias & graves dæmonis insidias atque vires, ejusdē Magnæ Matris auxilio feliciter superavit. Sed & primo Tyrocinijs sacri anno, de deserendo Cœnobio malignis suggestionibus concitatus, cum ad Matrem eandem pro ope convolaret, insolenti prodigio, juxta ipsam, Christum intueri meruit, repetitō quasi Redemptionis labore, natum, circumcisum, captum, flagellatū, illudum, crucifixum, redivivum, & cœlos gloriosè conscendentein. Quæ ipsa multo animi sensu contuenti Hugoni, Crucifixi Mater: *Vixiliter, inquit, age, & confortetur cor tuum in Domino; & certus esto, talibus tentationibus te amodo non pulsandum.* Nimia postmodum abstinencia cum corpus affligeret, ita exhaust, ut sensum & memoriam perdere videretur, ipsum miseratus Divus Bernardus Abbas eo divertens, infirmatorio excipi suavit, & benè curari, & productione somno recreari, quo brevi convaluit, & in virtutum studio mirificè protexit. Creatus Bonæ Vallis in Delphi-

Deipara dilectus.

natu Abbas, & verbo, & vitæ exemplo; sed & Prophetico Spiritu clarus effulgit. Rarissimum illud meritum ejus de Ecclesia universa, cum, postquam mirabili zelo Octaviano Antipapæ restitisset, Pontificem Maximum inter & Cæsarem, miraculose pacem conciliaturus, ad tanti momenti negotium à Deo electus, illud, niveæ columbæ monitu ac voce, negotium suscipere juberetur. Idem solemnitatem *Coronæ Spinæ* primum instituit, quod deinceps Festum, multo bonorum plausu, universa ferè Gallia, & multæ Religiosorum familiæ, receperunt. Tandem de hora obitus Divina edoctus revelatione, suaviter obdormijt Anno Christi 1180. plurimis etiam post mortem miraculis à Deo celebratus, & pro eximijs meritis, Sanctorum Catalogo adscriptus. *Ang. Maria. Phil. Sequinus, Bern. Brito, Barn. de Montalbo, S. Antonin. Petr. E. quil. Behiar. &c.*

Pacis conciliator.

Moritur 1180.

In Anglia depositio B. Lanzonis Monachi. Is ex Monacho Cluniacensi, Prior S. Pancratij de Lieves in Anglia, ferventissimus disciplinæ Benedictinæ Zelator, tantum Cœnobio suo (à Guilhelmo Comite de Varena recens recondito,) nomen peperit, ut præ omnibus Angliæ, religiosissimum haberetur: *Adeo quidem, inquit Malmesburiensis, ut veraciter asseratur, nullum omnino Monasterium posse, illud vincere, religione ad Monachos, affabilitate ad Hospites, charitate ad omnes, &c.* Fuit silentij studiosissimus, Amator Cœlorum Augustæ singularis, omniumque suæ ætatis, Regulæ S. P. N. BENELECTI observantissimus, quæ sic breviter recitat, idem Guilhelmus: Et ut noveris, quam fuerit Religiosi tenax instituti, licet superma ægrotatione cruciaretur, ut nec sedens, nec ambulans, nec jacens, nec stans, ne momento quidem tranquillus fuerit: nunquam tamen noctibus est loquutus, ut silentium solveret, ne Monachus sui pudicitiam liberet; eo quod nunquā, postquam Monachicum suscepit habitum, Completorio exiens, usque ad sequentis diei primam loquutus fuisset, &c. Huic autem, qui præ cæteris sui ævi hominibus Regulam Sanct. BENELECTI observabat, & Beatam DEI Genitricem ejusque solemnia singulari venerabatur affectu, contigit, ut solita sibi consuetudine, & in transitu S. BENELECTI, & in festivitate S. MARIE quæ Annuntiatio dicitur, majorem Missam in Conventu celebraret, & Octavo à præ-

B. Lanzon mon.

Eius laude.

Deipara cultor.

dicti S. Patris BENELECTI transitus die præventus infirmitate; octava nihilominus die ab Annuntiatione Dominica, migraret ad Christum, &c. Ita VVihelmus. Mortuus post sacra suscepta, suis benedicens, & à singulis benedici volens, singulis osculum cum figere vellet, ægerrimus licet in pedes constitit, & inter brachica sustentatus omnes osculatus est. Obmutescens dehinc, rogatus à Fratribus, sui apud Dominum ut memor esset, caput inclinans benignè annuit. Inter Suavia autem SS. Crucis oscula ad extrema deductus, & in Ecclesiam delatus, rosea vultus elegantia nitidus, ante altare S. Pancratij, felicissima morte decessit. Claruit sub Henrico I. Angliæ Rege. *Guilhelm. Malmesbur. lib. 2. de gestis Regum Angl. & lib. 2. de Pontif. Angl. Hugō Menard. &c.*

Moritur.

B. Theodorus.

In Germania, Monasterio Heisterbacensi B. Theodori de Lureck, Monachi & Confessoris. Fuit hic, uti insigni-

vitæ puritate conspicuus, ita gloria miraculorum à Numine illustratus, quæ inter celebre illud præcipuè commemoratur, obedientiæ ne an Fidei singularis, certè innocentie ac sanctitati absolutissimi Monachi adscribendum: cum Fratres reliquos ad opus manuum, & agri laborem sequi jussus, ad eruendos lapides, & locum Cœnobio proximum purgandum conversus, ingenti mole lapidem, quem viri 20. loco movere non poterant, frustra primum aggressus, mox salutatione Angelica cum oratione Dominica completa, non solum movit, verum etiam ita evicit, ut vix apposita manu, lapis Divina virtute levatus, mirè exiliret. *Ex B. Casario, Barn. de Montalbo, Chrysostr. Henric. &c.*

Magnum saxum solum movet.

In Sicilia translatio Beat. Nicolai Monachi ex Monasterio Naëtenfi. De quo Octav. Cajetanus in Idea S. S. Sicilia, &c.

B. Nicolaus.

IV. NONAS APRILIS.

II. Aprilis.

B. Theodor.

A pud oppidum Muros in Gallæcia, in populis Tamaricis S. Theodori Monachi, cujus vita sanctissima exemplis & doctrina admiratione conciliavit, miraculis & prodigijs cultum & admiratione promeruit. Hic ex lascivo concubitu editus, matri viam quasi ad puriorem vitam aperuit priusquam in lucem ederetur. Cū enim illa puero prægnans stellam mirabili fulgore splendidam è cœlis in uterum suum delabi conspexisset, admonita à viris sanctis magnæ id gratiæ signum esse, à turpi deinceps quæstu sese abstinuit. Puerum militiæ cum applicare contenderet, & is proximum S. Georgij templum frequentius inviseret, ob hoc ipsam crudelibus flagris sæpe à matre exceptus est, ac denique lecticæ firmiter alligatus. Inde S. Georgius stricto ense matri mortem minatus est, nisi puerum solveret, qui deinceps templum pro libertate quotidie invens, à dæmonibus sæpe teitriculamētis avertere conantibus, opem S. Georgij expertus est, qui larvas quamprimum infernales profligavit. Litteris postea eruditus, etiam miraculorum gloria juvenis exsplendescere cepit. Monachum in Monasterio B. M. V. Chuzoba professus, ad suum S. Georgij oratoriū revertit, plurimos illic discipulos aggregavit. Cœno-

A.

biū illic dū moliretur, Saxū miræ magnitudinis quacunq; voluit facile direxit, currum ite calce viva onustum ab incendio liberavit, & multa alia prodigiosè gessit. Anastasiopolis demum Electus Pontifex, cū postea iter peregrinationis ad terram sanctam suscepisset, & illic vitam exigere statuisset, nocturna visione à S. Georgio ad sedem suam reverti jussus & coactus est. Vbi magnis meritis dives obdormivit in Domino. A. C. 613.

Moleti, Venerabilis Bernardi, primi ejusdem civitatis Archi-Episcopi, gravissimis meritis spectatissimus. Bernardus Aquitanus patria nobili genere parentes Guilhelmo & Ney miram habuit. Militiam primo sequutus, non sine Numinis singulari gratia & providentia morbo tentatus, projectis sæculi armis, CHRISTO DOMINO vero Regi militaturus, obedientiæ fortissima & præclara arma assumens, in Sanct. Aurentij Auxitano Cœnobio Monachum professus est. Postea Cluniacum à Sanct. Hugone vocatus, magno illi Abbati, è lectissimo tot Sanctorum numero, lectissimus & præcipuè charus fuit. Ibi insignem librum, de Consuetudinibus Cluniacensium scripsit, & vulgavit. Postea Alphonso VI. Legionis, Castellæ & Gallæciæ Rege, Clunia-

B. Bernardus Archie.

Cluniacum vocatur.

centium longè amantissimo, coloniam Monachorum ab Hugone sibi depositente, dignissimus præ alijs Bernardus visus, qui Hispaniæ Cœnobij faciem præferret, isq; non multo post concordibus omnium votis, & summa Regis voluntate celeberrimi Sanctorum Facundi & Primitivi, Saguntinensis Cœnobij Abbas electus, honorem illum summa dexteritate, & miro omnium applausu atq; profectu gessit. Nec multo post profligatis Mauris, & recuperata Toletana urbe, in Concilio Toletano, maxima omnium gratulatione, primus ejusdem celeberrimæ urbis Archiepiscopus renunciatus, & ab Urbano II. Pont. Max. approbatus est, adeo probante electione Rege, ut liberalissima illico donatione, Ecclesiâ illam regie dotaret, & quibuscunq; posset deinceps immunitatibus & Privilegijs exornaret. Bernar. Româ profectus, mereri de Ecclesiâ sibi credita in potissimis habuit, & ab Urbano summo cum honore susceptus ac perbenigne habitus, Primatus per Hispaniarum Regna, Ecclesiæ suæ titulum amplissimum impetravit. Sed & vice Pontificis Maximi Regnorum eorundem Legatus, & ut nonnullis ex inscriptionibus liquet, S. R. E. Cardinalis ordinatus est. Fuit amantissimus B. Matris Virginis, cujus Patrocini insignes de Saracenis sive Mauris, partas ab Hispano Victorias assignavit, ejusdemque honori ac nomini celeberrimum apud Hispanos, Festum *Dominæ Nostræ de Pace*, instituit: quo ipso etiam nomine insignem Basilicâ ex ædificavit. Idem præter alia multa de Hispaniarum Regnis egregia merita, celeberrimam Urbem Tarracensem restauravit, ampliavit & exornavit; plurimos amplissima in provincia, cum verbo, cum exemplo, ad viam veritatis revocavit; Regis & Romani Pontificis cōcessione, ditionem Ecclesiæ Toletanæ latissimæ promovit & dilatavit, eoque nomine cum de Regno, tum de successione Archiepiscopis æternam meruit; Monachorum perfectissimorum colonias, è Regno Galliarum in Hispanias adduxit, ex iisdem diversissimis Ecclesiis, primariâ & dignissima fundamenta posuit; cultum Divinum mirifice auxit & propagavit, eaque inter studia & immortalia merita, quatuor & quadraginta ferè annis, Ecclesiæ præfuit, Regnis præfuit, mundum illustravit. Mortuus demum A. C. 1128. sepultus est in Ecclesiâ de Mezquita, quâ unica Tutelaris suæ cœlitum honori ipse sacravit; acclamantibus dum funus curaretur universis: *Cur nos pater deseris?* Tantum omnes tanti viri desiderium, eoque sublato

luctus intollerabilis aduffit; quem etiâ miraculorum gloria à Deo illustratum Arnoldus Duacenus commemorat. *Ex Roder. Tolet. Vasco, Iepesio, VVione &c. Annal. nost. Ben. &c.*

Leodii transitus B. Notgeri ejusdem civitatis Episcopi. Notgerus Monachus & Monachorum pater etiâ in Pontificatu, quæ gessit dexterrimè, sed & speculû vitæ Monachici Ordini universo fuit. Familia Illustrissima è Sueviæ Ducibus fuisse oriundum monumenta nonnulla habent, apud Divi Galli Monachum ut crederent, plurius eodem nomine illic celeberrimum, diversitas fecit. Cœnobio quodâ haud procul Leodio extractum, fama virtutis commendante, vero simili est, quæ insignia deinceps merita tota celeberrimam Germaniæ reddidit. Leodienis Ecclesiæ res mirifice promovit & auxit, civitatēque ipsam Illustrissimam reddidit, quâ Mosâ fluvio ingentibus impensis introducto, commodissimam effecit, quâque egregio muro cingens, contra assaultus hostium præclare munijt, & quod ei à Capræ montana arce timeretur, hanc funditus subruit. Monasteria plurima cōdidit, restituit, & dotavit. S. Lamberti Basilicâ ruinofam destruxit, & novâ ac robustâ, construxit, cui sexaginta Canonicorum Collegium adjecit. Monasterium Divi Laurentij ab Antecessore ceptum absolvit, & præclare excoluit. Palatium Episcopale etiâ à fundamentis restituens, morte præventus non absolvit. In omnes Ecclesias & pauperes liberalissimus, mirum quantum profuderit, turbulentis maximè temporibus, cum militè perpetuo alere cogeretur; quibus nimirum alendis tertiâ reddituum partem assignans, alterâ Cœnobijs & pauperibus unâ sibi ac domesticis reservavit. Omnium Principum sententia Otthonis III. Tutor cōstitutus, eum præcipuum deinceps Leodij exornandi meruit adjutor. Præfuit summa cum sanctitatis opinione Ecclesiæ suæ, annis 40. felici morte A. C. 1007. consumatus & in Basilica S. Io. Evangelistæ conditus, cujus alia inter merita, Belgæ in primis celebrat, Gandavensem urbem ejus interventu, cum Principe suo, post longam & periculi plenissimam dissensionem reconciliatam. *Ex Annal. nostr. Germ. & Bened. Chron. Magnò Belg. Chapeavillio, Petro Merseo, Annal. Leod. &c. Hug. Menardo &c.*

In Gallijs Beat. Drogonis Monachi & Confessoris. Is Monasticen in celeberrimo ac florētissimo S. P. N. Floriacensi Monasterio amplexus, contemplationis demum studio in solitudinē secedens, loco

B. Notgeri
Episc.

Alter summa
dator.

Tutor Imperator
Otthon. III.

B. Drogo
confessor.

loco qui Palma dicitur, rigidum suo corpori bellum indixit, & soli spiritui omnem operam navavit. Ejus conatibus, quantum invideret cacodæmon, celare non potuit. Festo proin Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI, cum horam, qua Deo laudes persolveret, Drogo exploraret, malus ipsi genius proceræ arboris speciē ementitus, sese objecit, quæ vastissimo incendio undecunque exardescens, ad ejus succendendum tugurium accedere videbatur. Obnixus constanter mendaciorum concinnatori miles Christi, solo Crucis signaculo inveterati hostis terrores omnes ac molimina dissipavit, visusque statim Victori clienti suo Admirabilis Pater BENEDICTUS, immensæ claritatis lumine circumfusus, stolam indutus candidam, qui ipsum perbenigne consolatus, & ad perseverantiam exhortatus est. Floruit Drogo Arcembaldi & Vulfaldi sive Vulfari Abbatum temporibus sub An. C. 950. insignem à magno vitæ rigore & sanctitatis opinionelaudem consequutus. *Ex Hist. Floriac. Airmorno, Annal. nostris, & Liliis Gall. Benedict.*

Apparet ipsi
S. P. N.

Claruit A.
C. 950.

B. Arnulphus
Abb.

In Monasterio Villariensi B. Arnulphi Abbatis; qui patria Lovaniensis, in fertilissimo Deparæ Amicorum promptuario & Collegio Villariensi cucullo amictus, & S. P. N. Regulam professus, decimum tertius postea loci ejusdem Abbas constitutus est. Fuit à singulari Deparæ amore longè illustrissimus, ut quam illa puerum etiam nū dignantissimè complexa sit, eūque, ut in Cœnobio susciperetur ipsa promoverit. Dum enim B. Guilielmus Villariensis Lovanij forte ageret, sacrisque in templo operaretur, cœlitum Regina se ipsi videndam obtulit, & *Venient, inquit, ad te homines quidam, pro receptione pueri cuiusdam te rogantes; sine mora recipe illum, quia vas electionis est mihi,* quibus dictis evanuit, & mox finito sacro, à civibus aliquibus, Arnulphus oblatus est, & corpore elegans, & moribus comptus totusque nitidus, quem Vir DEI Vilhelmus, adoptavit in filium, tanquam à Matre Domini sibi recommendatum. Ut ex hoc uno de dignitate Arnulphi facile omineris, ipsumque vel pro ipsa Electione tantæ Imperatricis venereris. Fuit ob virtutem omnibus charus, & magnis Principibus venerandus, abdicatoque demum Abbatis honore, totum se contemplationi addicens, plenus dierum ac bonorum operum, ad præmia æternitatis commigravit. *Arnol-*

Stupenda
commen-
datio.

O filium
dignissim.

de Raiffe, Chron. Villar. Ang. Manriq. Henrig. &c.

In Monasterio Claræ-Vallis B. Gerardi Monachi, qui pro eximio vitæ exemplo, tanquam insigne quoddam, & speculum sanctioris vitæ, ad portam Cœnobij expositus, & Portarius esse jussus, eadem vigilantia & sedulitate portas sibi cœlorum referari meruit, exemploque tam domesticis quam exteris in omni perfectionis studio fuit, cujus gloria cuidam ostensa est, cum Archi-Evangelista & Dilecto Domini Ioanne inter miræ lucis splendorem apparentis. *Ex lib. 3. Exordii Cisterc.*

B. Gerardi
da.

In Monasterio S. Spiritus de Olmedo, natalis Ven. Virginis Bernardæ, ejusdem loci Abbatissæ, quæ à Divino & verè Seraphico in Deum amore mirè commendatur. Claruit autem, ut multis virtutibus, sic Divinis revelationibus, visa sæpè à monialibus, è terra in sublime elevata. Obiit Anno Christi 1595. felicissimam, & diu desideratam resolutionis suæ horam, viginti ante obitum diebus, indicante Ven. Francisco de Iepes cognoscens, cui id Divinitus fuerat revelatum. *Ex Josepho de Velasco, Chryf. Henrig. &c.*

V. Bernardæ
da.

Bambergæ Ven. viri Henrici Inclusi, qui apud celebre illud Monasterium, vivum quasi pro Christo se sepeliens, carnem mortificans, ut Christo viveret, post longas carceris voluntarij molestias, ad libertatem filiorum Dei evocatus ex hac vita migravit. *Ex Annal. nostr. Germ. &c.*

V. Henricus

Laubijs, Triumphus SS. Viri maris & Eminentissimi ejusdem loci Abbatum & Episcoporum, memorabilis admodum, & per Belgium lætissimus; cum nimirum post vastationem Italiæ, Germaniæ, & Galliæ victor Vngarorum exercitus, Belgio incumbere & Laubium obsideret. Desperatis siquidè rebus, oblectis ad imploranda Tutelariorum suorum suffragia conversis, visæ columbæ binæ ex adytis templi evolare, & trino in gyrum rotatu obsidentium aciem circumdare. Consequuta mox pluvia grandis, quæ gentilitiam illis sagittandi artem, chordarum distentione frustrata est. Consequutus & ingens hostium pavor atque consternatio, ita quidem, ut qua venerant via, fugam maturarent. Quæ quidem lætæ à Tutelaribus opis memoriam, Festo tolemoni & anniversario, grati animi indice ad IV. Non. April. Belgæ concelebrant. *Ex Folquinio Abb. Laub. Sigeberto, Molano, Chron. Camerac. &c.*

Triumphus
mirificus.

PRID. NONAS APRILIS:

III. Aprilis.

B.

S. Burgundofora.

IN Gallia S. Burgundoforæ Abbatissæ & Virginis. *Mari. Rom.* Burgundofora illustrissimo nata genere, Chagnerico Comite patre, Landegunda matre, primâ ætate terrena fastidians, solum Virginum sponsum, Virginis filium Virgo adamavit. Sed cum præter Voluntatem ad nuptias genere dignas, a patre cogeret, puella intensissimo oculorum dolore correpta, tanto in super febrium dolore æstare cepit, ut jam extremum trahere spiritum videretur. Intervenit, volente Numine Luxoviensis Cænobii Abbas S. Eustasius, qui calamitatis illico causam, Chagnerico imputavit, quod Christo præripere Virginem decrevisset, & mortali sponso conjugere, quam castis amplexibus immortalis ille, & supra omnem hominis captum potentior, sibi elegisset. Chagnericus, ut sanam reciperet, pœnitere facti simulans, curatam prodigiosè quamprimû filiam, retinere denuo aggressus, non potuit, cû illa Domini Spiritu concitata, generosissimo periturorum contemptu, in celerè sese fugam conjiceret, animumque, & contra blanditias & minas patris constantissimè obfirmaret. Dignum æternitate insigne illud Virgini dictum, cum fugientem assequuti parentis famuli, nuptias recusanti, jussu concitatissimi furore patris, mortem intentarent: *Non à genitore, inquit illa, talia munera debentur filie; sed jucundius est mihi in hoc loco (ad templû contugerat,) pulchram mortem oppetere, quam florem juvenutis perdere,* cui sanè constat ad Martyrium voluntatem non defuisse, percussorè defuisse. Mutata tamen mente Princeps, dilectissimæ deinceps filie factum approbavit, & in Monachos qui luaserant, & in sacras Virgines, quæ se Burgundoforæ socias addiderant, etiam liberalis fuit. Illa non multo post, cuculum amplexa, & Evoriacensis Cænobij Abbatissa effecta, totas SS. Virginum phalanges Christo sponso adduxit, & admiranda sanctitatis fama patriam, imo orbem implevit, æternû decus generi conciliavit. Inter alia autem vitæ ejus memoranda, perinsigne illud, & longè illustrissimû fuit, cum heroico planè animo atque ausu, illuminatissima virago, magnos Ecclesiæ Pontifices, & fortissimos Christi pugiles imitata, Agrestini erro-

Fit caca & curatur.

Mundum deserit.

Herefi obmittitur.

res non solum damnavit, sed homini scelerato & versutissimo, dignissima sese opponens constantia, in faciem restitit, temeritatemque ejus dignissimè contudit & confutavit. Floruit celeberrima hæc Virginei exercitus Antesignana A.C. 630 *Ex Iona, Hug. Men. Annal. nost. &c.*

In Bavaria S. Thientonis Abbatis & Martyris. Fuit hic nonus Cænobii VVelsenbrunnensis in Bavaria Abbas, cui a suis 13. religiosè & utiliter præfuit. Ungaris autem gentilibus Bavariam populantibus, & sacra omnia pessundantibus, optimus hic Abbas cum sex Monachis comprehensus, & crudeliter interfectus, A.C. 955. ad triumphos Martyrum laureatus admitti meruit. *Ex Metrop. Salisb. Nigul. Hundii, & Bavar. Sancta Math. Raderi, Annal. nost. Germ. &c.*

In Brabantia, Monasterio Villariensi, depositio B. Hermanni Conversi. Hic in illo Sanctorum perpetuo domicilio & Promptuario Villariensi receptus, rudi licet ingenio, perfectionis tamen Monachicæ capacissimo fuit, & inter Conversos Cænobii accensus, ex præcipuis postea Cænobii Syderibus emicuit. Fuit vitæ admodum rigidæ, durus corpori suo hostis, abstinentiæ deditissimus studio, ut gravissimis etiam morbis exhaustis, à carnibus tamen & vino, omni vitæ suæ tempore abstineret. Qua corporis sui attenuatione, spiritu confortatus, gratia Divina mirifice profecit, & in sublimè evolavit, adeo quidem, ut contemplationis studio eminentissimus evaderet, & spiritu raperetur, magna, in excessu mentis positus, perfusus luminis claritate. Accessit Prophetiæ illustrissimû donum, quo multa eventura prædixit ac prævidit; tanta animi præditus perspicuitate, ut occulta atque abditissima hominum, solo eorumdem contuitu, & primo aspectu, mirificè penetraret & panderet. Charitatis operibus addictissimus fuit, mira, in pauperes in primis, propensione, cujus celebre illud memoratur: *quod vetera Fratrum indumenta recipere consueverit pro novis, ad pauperes tradendos.* Sed ante omnia ab insigni in DEI param studio commendatur, quam sui vicissim amantissimam, frequentique apparatione familiarè factam (verba Manuscript. Veteris sunt.) *tantum*

S. Thient Abb. Mart.

B. Hermannus conversus.

Rigor vitæ.

Cogitata agnoscit.

DEI param charus.

Abbatissæ

Abbatissam Ordinis valde diligebat. Deceffit tandem, meritorum copia locuples, non in Cænobio, sed in grangia, ut vocant, aliqua, peractis jam quinquaginta in Ordine Annis, cum ipse ante, se graviter egrotaturum, & in instanti post mortem, absque Purgatorij Pœnis, in cœlum immigraturum prædixisset. Adfuit morituro, ijs etiam qui agoni intererant, intuentibus, Cœlitu Imperatrix, Princeps ejusdem Tutelatis, in cujus præsentia, felicissimus illius animus carne solutus, inque ejusdem felicissimo comitatu, ad cœlestia palatia est deductus. *Ex Chron. Villar. Arn. Raiffe &c.*

S. Attala Abb.

Tauromenii in Sicilia S. Attalæ Abbatissæ & Confessoris. Attala, sive Attalus, Monasterij cujusdam Ordinis S.P.N. BENEDICTI in Sicilia Abbas, eo maxime tempore sanctitatis facem Siculis prætulit, quo primævus Benedictini Spiritus fervor, nova flamma, digno incendio, totum terrarum orbem involvit. *Meminit ejusdem Oetan. Cajetan. atque claruisse Anno CHRISTI 800. cujus vitam necdum videre meruimus; Hugo Menard. in Martyrol. Ord. &c.*

B. Mainardus.

In Stiria Eremito, B. Mainardi Monachi & Confessoris. Is veteri nostrorum more, post absoluta vitæ communis in Cœbio studia, eremiticam aream ingressus, insigni vitæ rigore & sanctitate excelluit, singulari tamen in primis, in injuriis patientia se se exercuit & commendavit. Grædævus licet, & exhausto corpore, de fervore tamen & consuetudine nihil unquâ remisit, & Plateria diebus singulis quatuor implevit. Diès item quatuor omnino hebdomada, absque cibo & potu omni, tam hyeme quam æstate tranlegit. Prima autem cujusque mensis hebdomade, nihil omnino cibi, nisi Dominica solum die vel feria quinta admisit, cujus laudes encomiastes dignissimus, Sanctus Petrus noster Damiani celebravit. *Ex Tract. de perfect. Mon. e. usq. Petri. &c.*

Mira abstinentia.

B. Alphani Mon.

Casini B. Alphani Monachi, magno vitæ rigore conspicui, & strenui Regularis disciplinæ Zelatoris, qui in sacratissimo illo monte, primorum Patrum vestigiis constanter insistens, admirabili sanctitatis exemplo alijs præluxit; ex cujus ore Psalmi non recesserunt, cum dies ferè ac noctes in DEI laudibus assiduus transigeret. Quadraginta totos annos in lectulo non quievit, & S.P.N. imitatione, bis tantum in hebdomade refectionem admisit, Is ægritudine demum cogente, le-

ctulo, cui diu non asueverat, affixus, scalam ad cœlos usque recta ducentem intuitus, per eam simul à candidatis quibusdâ ascendere jussus est, advertitque in summitate scalæ duos gradus deesse. Raptus nihilominus, in Domum Divinis irradiatâ splendorebus, ac dein sibi redditus, mortem suam iminentè prædicens, post paucos dies extinctus est. *Ex Petro Diac. Monim. Casin. Const. Cajet &c.*

Scalam ad cœlos intuitus.

Pisis in Tuscia B. Boni Abbatis & Confessoris. Hic verè Bonus, S. P. N. BENEDICTI Regulam sub Sanctissimo Patrum nostrorum Camaldulensium complexus instituto, laudabili vita omnium amorem & observantiam meritus, S. Michaelis Pifarum Abbas electus est. Quo in munere, tantum abest, ut supra alios excellere sibi videretur, seque extolleret, ut multo magis quam antea omnibus inserviret, & levum in luper inutilem se crederet. *Vir simplex & rectus coram DEO,* in cujus odorem unguentorum currens multitudo Nobilium & Illustrium, paupertatis & humilitatis delectata tam digno studio, Monachis accenseri gestiit, exambit & meruit. Bonus autem relictis plurimis suæ sanctitatis atque innocentie æmulis Ann. Chr. 1070. ex hac vita migravit. Cujus illud singulare memoratur: unicâ tunicâ, itemque camisiâ solummodo unam admisisse. *August. Florent. parte primo Histor. Camald. &c.*

B. Bonus Abb.

Obiit A.C. 1070.

In Lusitania, B. Giomariæ Virginis, admiranda Vitæ sanctitate illustris. Hæc in Lorvaniensi vetustissimo Cænobio Monasticen professâ incredibili vitæ rigore corpusculum afflixit, & crebris vigiliis, jejuniis, orationibus, verberibus, ciliciis duriter habuit. Profecit autem plurimum insigni vitæ perfectione, cujus eximia sanctitatem, miraculorum etiâ gloria D E V S commendavit, ita ut solo Crucis Dominicæ signo, imo amplexu ipso morbos non semel pelleret, graviterque ægrotaantes inexpectatè redderet incolumitati. Cumque jam morti proxima lectulo decumberet, cœlestium spirituum concentus, lætissimû illum Hymnû *Te Deum Laudamus* hilariter ac suavissimè concipientium auditus est, & quando spiritum efflavit, splendor solis instar lucidissimus, ab ipso loco dormitionis ejus ad cœlum usque recta tendens à multis secularibus visus, facile, vel simplici civis, argumentum præbuit, maximorum tantæ Virginis meritorum. *Ex Bern. de Brito, Angelo Manriq. Chryf. Henriq. &c.*

B. Giomaria.

Angelici concentus

IV. Aprilis.

E.

S. Isidorus
Archiep.

HISPALI in Hispania S. Isidori Episcopi, sanctitate & doctrina conspicui, qui zelo Catholicæ Fidei, & observantia Ecclesiasticæ disciplinæ, Hispanias illustravit. *Mart. Rom.* Isidorus Regio ortus genere, Severianum Ducem patrem habuit, avum Theodoricum Ostrogothorum & Italiæ Regem, fratres SS. Leandrum, Fulgentium, sorores Sanct. Florentinam, & Theodosiam Reginam Hispaniarum, Leovigildi Regis conjugem: ut nihil ad splendorem generis & affinitatis deesse potuisset videretur; cum ipse tamen ijs omnibus & eruditionis, & sanctitatis eximie celebritate longè illustrior evasisset, toto spectatior illis universo. Infans in cunis cum jaceret, in ore ejusdem haud aliter atque Ambrosij, examen apum consedit; quo nimirum melliflua olim ejus eloquentia portendebatur. Germanos Sanctissimos Leandrum, Fulgentium & Florentinam exemplo conlequutus, pari generositate sæculum calcavit, cucullum adamavit, & in Agallienfi Cænobio Monachum professus, admiranda sanctitate & præclare gestorum, scriptorumque gloria, universo innotuit. Vtriq; fratri, natu ipse minimus, in litteris operam dedit, simulque ijsdem Magistris in regularibus disciplinis omnique sanctitate plurimum profecit, Latine, Græcè, & Hebraicè edoctus, magnamque nominis claritatem consequutus. Adolescens etiamnum, Arianos aggredi disputando ausus, publicè errores eorundem convincens, ita irritavit, ut prope fuerit, ut ab illis necaretur, admonitus tamen à Leandro & cohibitus, commodiori ut se tempori reservaret, acquievit, & temperavit indignationem. Leandro vita functo, successor designatus, ad Hispalensem Cænobio extractus cathedram, Archiepiscopus ordinatus est, suaque statim industriam toti Ecclesiæ, & omnium sæculorum comprobavit posteritati. Eo inprimis longè meritiſſimus: quo pestilentissimos impij Pseudo-Prophetæ Mahometis errores & conatus, primus ipse observavit ac prodidit, hominemque sceleratissimum Hispania expulit, ac serpens primo ortu venenum pestiferum, felicissime avertens, de amplissimo Regno, imo Europa universa quam inficere Pseudo-Propheta statuerat, immortaliter meruit.

Apes ex ore
eius produnt.

Adolescentis
zelus.

Mahometi
profligat.

Ad alia dein, neque his minora animo maximo conversus, mira felicitate, successu felicissimo Arianos nunc denuo aggressus perniciosissimæ Hæreseos reliquias, Hispaniis exterminavit. Acephalitarum similiter Hæresim obtrevit & profligavit, Catholicos in fide confirmavit, præclarissima multa, summo cum Regni universi bono, & Ecclesiæ incremento instituit, Clerum ac populum, diversis maxime Concilijs & Synodis, Tolerano, Hispalensi alijsque celebratis, quibus summa cum auctoritate ipse præfuit, egregia disciplina & sanctis moribus informavit, plurima Monasteria & Collegia ædificavit, in quibus studijs sacris, & divinis lectionibus vacans, plurimos discipulos, quos inter etiam S. Ildephonsum, aliosque sanctos, qui ad ipsum confluebant, erudit. Scripsit librum Etymologiarum, & sacri Canonis libros plurimos commentatus est, & tot tantaque alia volumina scripsit, ut humana vix vita tantis suffecisse laboribus, videatur. Ea inter Commentaria in Regulâ quoque S. P. N. BENEDICTI edidit, seu potius, magno Ordinis nostri Cænobiorum per Hispanias bono, regionibus illis accomodavit, & ut loquitur San. Braulio noster: *pro Patriæ usu, & invalidorum animis decentissimè temperavit.* Fuit summa apud Rom. Pontific. in æstimatione, tantaque sanctitatis & doctrinæ in opinione, ut coacto Concilio Generali, ultro fuerit à Pont. Max. ad id evocatus. *Vbi mirum est, quantum ponderis & auctoritatis habuerit in singulis rebus Isidori sententia apud Papam & Prælatos. Tanta autem jucunditate, inquit Ildephonsus, affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi, in stuporem verteret audientes, &c.* De obitu viri Sanctissimi sic Lucas Tudensis: *Anno primo Regis Cinthilani (qui fuit CHRISTI 636.) Doctor & Legumlator Hispaniarum Isidorus, stans in Ecclesia, peracto sermone ad populum, & expandens manus, benedicens omnibus, DEO, hæcenus sibi traditum gregem commendans, felicissimo somno obdormivit in Domino.* Decoratus quippe *extitit sanctitate, spiritu prophetiæ clarus, in elemosynis largus, in hospitalitate præcipuus, in prædicatione latus, in expositione Scripturarum cautus, in consilio providus, in actu humilis, in mensa sobrius, in oratione devotus, semper*

Hæreses obtrevit.

Commentaria in Reg. S. P. N.

Mortuus 636.

Elogium.

semper pro Ecclesia & veritatis defensione mori paratus &c. Præterea, pater extitit Clericorum, Doctor & sustentator Monachorum & Monialium, consolator maritentium, tutamen pupillarum ac viduarum, attritor superborum, persecutor & malleus Hæreticorum &c. Insigne illud, quod Mariana lib. 6. cap. 7. de rebus Hispan. affirmat: Bonifacio VIII. Rom. Pontifice deliberante, de iis, qui Doctorum Ecclesiæ nomine & numero essent cohonestandi, fuisse, qui Ambrosio Isidorum præferendum, aut certè quatuor aliis, quantum adjiciendum judicarent. *Opinionis, inquit, fidem facit, tanti viri eruditio, in omni litterarum genere excellentis.* Eum Concilium Toletanum octavum, insignibus titulis cohonestans: *Doctorem egregium, Ecclesiæ Catholicæ novissimum decus in sæculorum sine doctissimum, & cum reverentia nominandum,* appellat; non minori commendatione ejusdem honori Patribus Concilii Aquilgranensis consulentibus, ut dignissime sane & ob merita tanta, & ob conjunctam sanctitati eximiam incomparabilem eruditionem, de tanto sibi Doctore Hispaniarum Regna universa æternum gratulentur, ipsumque præcipuos inter Tutelares, oblatam inprimis diversissimis postea sæculis, in gravissimis præliis, prodigiosam è cælis opem, & servata contra barbaros Regna, cultu religiosissimo, longe meritiſſimum venerentur. *De eo fusius agunt omnes fere rer. Hisp. script. quos inter præcipui SS. Ildephonsus & Braulio Casar August. Luc. Tudens. Luc. Mari. Sic. Vasæus, Mariana, Prud. Sandoval. Const. Cajet. Iepes. Baron &c.*

Quintus S. R. E. Doct.

Aliud.

Tutelaris Hispan.

S. Hildebertus.

mo affectus supplicio, & felicissimi triumphi palmam in cælis, & in causa longè pulcherrima (pro cultu nimirum SS. imaginum.) Protomartyris per Germaniam est titulum consequutus. Occubuit gloriosissimus nostri etiam temporis Hæretum & Hæreticorum Triumphator A. C. 752. cum Cænobio suo aënis 24 præstitisset. *Ex monim. Gandav. S. Bavonis, Ant. Rubæ Vallis mon. Joan. Nolano. Ant. Sand. &c.*

In Gallia B. Aleydis, matris Mellifui Doctoris nostri Bernardi, vitæ meritis conspicuæ. Hæc genere & virtute verè nobilis in statu etiam conjugali & medio sæculi, Monachicam vitam strenuè æmulata, victus parcitate, vestium vilitate, delicarum & pomparum contemptu, jejuniarum, vigiliarum, orationum assiduitate, cum Monachis contendit; ita, ut quod mirum assuro vitæ professionis habebat, elemosynis & diversis operibus misericordia redimeret. *Consueverat inter cetera virtutum insignia circuire domos, exquirere infirmos, pauperes & egenos; eisq; de suo proprio erogare, quod necessarium erat, Claudorum etiam & debiliùm maximam habebat curam, non servis, non aliis utens ministris ad hæc officia, sed per semetipsam hoc agens, ad eorum habitacula veniebat, & unicuique, quod opus erat præbens, per Ecclesiarum Xenodochia devotissimè discretis infirmis ministrabat, alias eorum extergens, cibos porrigans, calices dituens, & alia cuncta faciens, quæ servis & ministris mos est serviliter operari.* Ita Ioan. cæmita in Vita S. Bern. Filios quos genuerat, instruxit piissimè, multisque demum virtutibus & sanctis operibus gloriosa, die & hora à se prædictis, inter plallendum feliciter quievit in Domino circa A. C. 1118. Vifa non semel à filio Bernardo, post obitum, magna claritate & gloria circumdata; quem & in proposito confirmans cum fratribus ejusdem germanis, relicto sæculo monasticam vitam cogitantibus: *Noli, inquit, timere, fili Bernardè, sed viriliter age & efficaciter comple, quod inchoas, quia opus DEI est.* *Ex hoc enim beatos vos dicent posteri, Ego vero expecto vos in gloria DEI.* Quo dicto disparuit. Vifa etiam B. Andreæ Bernardi germano, lærenâ facie subridens, proposito filiorum gratulabunda; ut universorum Bernardi laborum & fructuum copia, ad eam quoque referri debere videantur, *Ex Gonz. de Sylva. Bern. Brito, Ang. Manriq. Barn. Mantalbo. Vinc. Belvac. Henric. &c.*

In Hispania, Monasterio Moretolæ B. Gunzelini Abbatis, viri docti, & vitæ sanctimoniam clari, qui à maxima intentionis puritate,

Protomartyr. German.

B. Aleydis.

Obit A. C. 1118.

Apparet S. Bernardo.

B. Gunzelini.

puritate, morum lenitate, & candore innocentiae plurimum commendatur. Gravissima autem multo tempore infirmitate excoctus, adeoque fractus, ut neque manum ad os levare posset, neque pedes movere, celebrata, jam pridem defuncti S. Bernardi, ob miraculorum magnitudinem fama, insigni concepta spe, ejus imploravit suffragia, & opem meruit, cum in diuturna antea in valetudine, admiranda patientiae & humilitatis exempla edidisset. Tandem confectus senio, & meritorum copia locuples, apud praefatum Ca-

Mirè con-
valescit.

B. Juliana
Abb.

V. Aprilis.

Villarii in Brabantia depositio B. Juliane Cornelienfis, quae multis praecedentibus revelationibus, Festum SS. Corporis Christi institui curavit; & post multos labores, diuturnum exilium, & gravissimas tribulationes, meritis, miraculis, spiritu Prophetico, ac Divinis consolationibus illustris migravit ad Christum. Juliana Retinnæ agri Leodiensis viculo, parentibus religiosissimis, Henrico & Frescendena, infanti ferè ætate iisdem orbata, in Cænobio Montis Cornelii educata est. Vbi prima ætate, poenitentiae & temperantiae mira specimina edidit. Humilitatis studiosissima, cum paululum adolevisset, boni sibi curam ipsa poposcit, foetido ministerio, molesto & vilissimo, summo opere delectata. Singularis videri praecipue cavit, & practica Theoriam, multa ut arte, sic & felicitate conjunxit. Ad SS. Missae Sacrificium & Eucharistiae Sacrificium mirè affecta, Divinis visionibus recreata, multa absentia cognovit, & futura praedixit. Erga Passionem Dominicam propensissima, solo quandoque imaginis, quam Veronicæ vulgo vocant, intuitu, de repente tam acriter correpta dolore est, ut exanimi haud multum ab similibus in terram corrueret. Matris Admirabilis, Virginum Virginis obsequio emancipatissima, ejus celeberrimum cupiebat inter mortales toto terrarum orbe honorem, quam exquisitis modo & ratione, pro virili strenue promovebat. Cantici autem festivissimi illius & Divini, praegnantis gratia & Verbo Divino Dominæ nostrae: **MAGNIFICAT**, longe amantissima, novies quotidie, in novem mensium memoriam, quibus unigenitus aeterni Patris, in utero Be-

Spiritus
Prophecticus

Magnificat,
mirè amat.

nobium non sine magna sanctitatis opinione quievit in Domino. Claruit Anno Christi 1188. *Ex Philippo Seguino, Chrysof. Henrig. &c.*

Binchii, solemnis translatio SS. Hidulphi Ducis Austrasiae, Vrsmari, Ermini, Theodulphi, Vulgisi, Abelis, & Amoluvini Abbatum & Episcoporum Laubiensium, quorum omnium sacratissima corpora, hac die ex Monasterio Laubiensi Binchium translata, ibidem summa fidelium religione, dignissimis loculis asservantur. *Ex Ioanne Molano, Arn. Duac. &c.*

Translatio.

NONIS APRILIS.

D.

nedictae Matris latuerat, & Matrem tantopere beaverat, devotissime recitabat, idque ipsum ut facerent, familiares suos hortabatur. Cænobio praefecta, dum perversa emendare laborat, multa perpetitur caeterum, patientia, humilitate & Sancto vitae exemplo omnes lucratur. Per eam, utpote praecipue sibi, & Divinae Matris dilectam, cum DEVS ad augmentum Orthodoxae fidei, nec non ad profectum electorum, ac confusionem Haereticorum, vellet speciale Festum Corporis & Sanguinis CHRISTI commendari fidelibus, ejusdemque propalatione à summis Ecclesiae Pontificibus approbati, & praecipui, ipsa tanquam inepta tantae rei virguncula diutissime & ferventissime deprecata, inscientiamque suam & abjectionem obtendens, voce hac caelo lapsa: *Confiteor tibi Pater caeli & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus & revelasti ea parvulis, &c.* Parere denique coacta est, & Festi novi Officium, (quod admirationi dein omnibus fuit,) juveni cuidam Religioso commendans, Numinis ope, ut feliciter exequeretur impetravit, quod dein Doctor Angelicus Divus Thomas perfecit atque exornavit. Mirum dictu, quantos eam ob causam, labores, tribulationes & persecutiones, quantoque animo, patientia & submissione perpessa sit, cum Inferorum impulsu, Leodientes maximè cives innocentem appeterent, & cum monialibus ex Cænobio profugere compellerent, oratorio ejusdem per summam injuriam funditus everso. Praevidebat praedixitque mala ea omnia, uti & tempus non modicum desitura & magno applausu fidelium finienda, cum Festum

Institui Festum
Corporis Christi
impetrat

Multa pa-
tium.

stum postea & Officium, ab Hugone S. R. E. Cardinale, Innocentio IV. à Latere Legato, primo approbatum, ac primo celebratum, ab Urbano denique IV. summa cum orbis Christiani exultatione est confirmatum ac promulgatum. Obiit meritissima, & gloriosissima Christi sponsa A. C. 1247. (aliis 1258.) in conspectu SS. Eucharistiae Sacramenti, cui tantopere affecta erat, felicissimo somno resoluta; cum divinitus edocta de die obitus, ad eandem se hilaris praeparasset, ipsamque sororibus praedixisset; è Salsiniensi, in quo decesserat, Cænobio ex suprema voluntate ejusdem, ad Villariense translata, miraculorumque deinceps gloria à Numine illustrata. *Ex Barthol. Fisen. Ioan. Gileman. Ang. Manriq. Bernard. Brito, Gonz. de Sylva, Franc. Bivar. Arnol. Raiffe, Henrig. &c.*

Moritur.
1247.

S. Gerardus
Abb.

In Valconia, Monasterio Sylvae majoris, depositio S. Gerardi ejusdem loci Abbat, S. Arnulphi Sueffionensis quondam discipuli; qui natus Corbeiae in Ambianorum finibus, haud ignobili prosapia, à puero se totum ad DEI cultum convertit, & puerilia aspernatus est. Monachum Corbeiensi in Cænobio professus, rem domesticam bellis exhaustissimam, ita curavit, ut ob labores irremissos, gravem in morbum inciderit, quem post naturalia & sacra remedia nec quidquam adhibita, Sanct. Adelhardus denique Cænobii olim ejusdem Abbas prodigiose liberavit. Vitus aliquando secundum quietem Gerardo Christus Dominus, inter multam Sanctorum frequentiam sacris operaturus, sciscitatusque priusquam rem lacram inchoasset, *Vtrum jam convenire essent omnes? Annuentibus Sanctis: Nequaquam,* inquit Servator, *quia Frater qui foris stat* (erat is Gerardus.) *nondum ingressus est.* Mox ingredi iussus, inque Sanctorum medio collocatus, Sacris interfuit. Vifa eidem, alio tempore, imago Christi Crucifixi è Cruce descendere, & ad motus capiti ejus manibus, demulcendo dicere: *Conservare fili in Domino, & in potentia Virtutis ejus.* Ad terram Sanctam, cum licentia Abbatis profectus, reversus inde, S. Vincentii apud Laudunum Clavatum Cænobio invitatus ac reluctans, praelatus est. Liberalitate postea Vidonis Pictaviensis Comitis & nonnullorum, Sylvae majoris Monasterium condidit, loco Divinitus demonstrato, cum fufis eam ob causam precibus, Christus illi eodem loco

Fit Abb.

co Cruce suffixus, cujus caput calum pertingebat, ipsi apparuisset. Claruit insigni miraculorum gratia, ita ut universo Galliarum Regno, celeberrimum ejus nomen haberetur, multique egregia nobilitate praestantes, sub ejus magisterio, Christi se famulatu sponte addicerent. Decessit plenus meritorum Anno Christi 1050. cujus sacrum funus plurima vicinis ex urbibus populorum frequentia honoratum est, & gravissimis etiam deinceps miraculis illustratum; quae inter, captivorum, nec non rationis usu destitutorum sive amentium prodigiosa liberatio, praeter aliis celebratur. Sed & illud insigne, cum invitata matre quidam militiae nomen dedisset, invocato ab ipsa Divi Gerardi praesidio, filium inermem lancea appetitum, prodigiose hebetato mucrone, certè chalibea duritie obfirmata carne, laedi non potuisse. *Ex Hugon. Menardo, Carolo Sauff.*

Obiit A.C.
1050.

Miracula.

In Monasterio Clarae Vallis depositio Beat. Andreae, fratris Germani, Doctoris Melliflui, qui ab ineunte aetate studiis deditus, adolescens togam cum sago militari commutavit. Tandem Regulam S. P. N. sub reformatione nostrorum Cisterciensi amplexus, Clarae Vallensis Cænobij è nobilissimo equite Ianitor, ea in functione variis virtutibus eluxit, donec vitam cum morte feliciter commutavit, quem DEUS in terris diversorum miraculorum gloria nobilitavit, & in caelis corona donavit aeternitatis. *Bern. Brito, Ang. Manriq. Gonzal. de Sylva. Chryf. Henrig. &c.*

B. Andreae
Portarius

Visio mira.

In Belgio, Monasterio Bellopratenfi, depositio Beat. Ioanne ejusdem loci monialis. Fuit haec superi saeculi perinsigne decus, & raræ sanctitatis eximium speculum; decessitque felicissima morte, sub Anno Christi 1559. Apparuit autem Ioanne cognominis sorori suae, ejusdem Cænobii sacrae Virgini, magna refulgens lucis charitate, sequè à Sponso CHRISTO in magna collocatam gloria affirmavit; taliaque esse caelorum gaudia retulit, ut etiamsi firmamentum totum, nil nisi membrana, pelagus atramentum, herbae & gramina calami, omnes denique creaturae scriptores essent, illa explicare sufficienter nullatenus possent. Interim, manum pectori admotam cum teneret, causam rogata; dixit, pretiosum gestare se in pectore lapidè, cujus splendorè huius manus oculus, absque sui excacatione ferre non

B. Ioanna
mon.

Apparet in
gloria.

non posset, illumque sibi datum, cum propter insignem animi demissionem, tum quod Sanctissimæ Trinitati maximè devota extitisset. *Ex Arnoldo de Raiffe, Chrysof. Henriq. Benedicto nost. red vivo &c.*

S. Baruntius. In Italia Ven. Baruntii Eremitæ, qui in extremis positus, vidit Fratres sese pro illius transitu flagellantes, albis & splendētibus stolis indutos, velutin Choro psallentes. *Ex Petro Dam. l. de Mirac. &c.*

SS. Virg. plures.

Salsiniæ ad Sabim, pia obdormitio Beatarum Agnetis, Oziliæ & Elisabethæ, S. Iulianæ Cornelienfis lociarum. Hæc veras sese ac individuas S. Iulianæ Comites, pia sanctaque conversatione, ac virtutum singulari studio exhibuere, cum qua etiam, omnium adversarum rerum tristes eventus, multiplicisque pro Christo ærumnas & molestias ad finem vitæ suæ perpeffæ sunt. Harum duæ, Agnes & Ozilia, priores pretiosam Sanctorum mortem obiere; Elisabetha vero, aliquanto adhuc tempore superstes, absoluto tandem cum maxima corporis & animi puritate, & sanctitate, vitæ hujus curriculo, ad Sponsum suum Christum felici morte evolavit; & ad alias duas sorores suas apposita fuit. Porro Iuliana, interim dum corpus de more a-

blueretur, flens uberrimè & ideo à loci Antistita reprehensa, non se super defunctam Elisabetham, sed super seipsam flere respondit. Deinceps vero, cum eadem Antistita animadverteret, nullas pro defuncta preces persolvere, nullasque tum ab amicis, tum aliis sororibus se invitentibus pro eadem exposcere: rogata cur hoc faceret: placide Antistita respondit: Injuriam Sanctis illum facere, qui DEVM pro sanctis oret. Quod dictum ita accepit Antistita, quasi Sanctam, & precum minimè indigam asseruisset. *Arnoldus de Raiffe. Annal. German. &c.*

In Monasterio Zvvifaltenfi B. Alberadis Conversæ. Hæc Eginonis Comitissæ de Vrach & Chunegundis Comitissæ Zolleranæ lectissima filia, Gebhardi Episcopi Argentinensis soror germana, ex Abbatissa & Principe Lindovienfi humilis Conversa, servire pro Christo dulcius habuit, quam imperare aliis & Principari, exemploque suo plurimorum confundens superbiam, accendens studia humilitatis, multo illustrior cælo terrisque evasit, post multa sanctè gesta, ad præmium æternitatis evocata. A. C. 1140. & in Sacello S. Nicolai sepultura. *Chron. Zvvifalt. Steph. Bochent. Const. nost. Ben. &c.*

VIII. IDVS APRILIS.

VI. Aprilis.

S. Gallæ mon.

ROMÆ, S. Gallæ viduæ, filia Symachi Consulis, quæ viro suo defuncto, apud Ecclesiã B. Petri multis annis, orationi, elemosynis, jejuniis, aliisque sanctis operibus intenta permanfit: cujus felicissimum transitum B. Gregor. Papa descripsit. *Mart. Rom.* Hæc marito vidua ob illustri generis præstantiam, à maximis quibusque Urbis proceribus exambita, frustra dehortantibus medicis, sacræ Regulæ Monachicæ rigore amplexa S. P. N. BENEDICTI, cognati atque affinis sui accensa alumna, cum is ipse tria jam Monachorum collegia Pontificum procerumque Rom. ope prope Vaticanum construxisset, quartum illa Virginum adjecit, in eoque Viduam se condidit, & multa edidit Virtutum exempla. Fuit amantissima Virginum Virginis magnæ Cælorum Imperatricis, Sancto Patriarcha nostro Pfalterium B. M. V. cum per se, tum per discipulos late prædicante, & cultum B. M. V. plurimum promovente. Vnde & accensa mirificè Galla, etiam antequam in Vaticanum comigraret, magnum omnino à Deipara favorem meru-

Amantissima B. M. V.

it, sacro quodam & inæstinabili munere ab eadem donata: Imagine scilicet longè pretiosissima & nobilissima, DEIPARÆ scilicet ipsius, filium in ulnis foventis, in lapide pretioso Zephirino, aureis lineamentis mirè efformatæ, ac multa luce circumfusæ, quam in domum Gallæ Angeli deportaverant. Quod cum illa ad Ioanñe Pontificem retulisset, ipse ad domum ejus occurrens, imaginem ipsam in aere suspensam admirandus conspexit, campanis, nemine impellente, tota statim urbe consonantibus, quæ novo miraculo ab Angelis in manus ejus deposita, sanctum Pontificem mirè recreavit, & Gallæ deinceps in DEIPARAM studia mirè accendit, quæ ipse die late tunc grassata per Urbem lues pestilens, cælorum Augustæ beneficio extincta memoratur. Cæterum Galla, ipsiusmet, ut ex tēporis supputatione liquet, Sanctissimi Legislatoris, informatione instituta, radiis sanctitatis illustrata, & miraculis, quæ in Vaticano operabatur, confirmata, vitæ ita instituit, ut cælum ipsam raperet admiratione. Vnde & appetente remunerationis

Donatus celestium gine

Informatur. à S. P.

Eius Comes B. Benedicta.

tionis hora cum cancri molestissimo morbo, mira patientia, aliquando laborasset, ab ipso Apostolorum Principe Petro visitari meruit, & ab eodē de peccatorum remissione certificata, ad coronam Regni æterni evocata est. Ausa insuper & pro alia apud tantum Principem intercedere, quæ præ alijs, vel pro ipsa nominis reverentia dilexerat præcipuè, Sororem Benedictam sociam felicissimi transitus admitti rogavit, & meruit, ipsam autem trigesimo primū die subsequituram, quod ipsum sororibus significans, lætissima ex hac mortalitate emigravit. *Ex lib. 4. Dial. S. Greg. Monumentis Cesin. Mauro Marchesio, Constant. Cajet. Balingh. Chronol. nost. Bened. Mariana, Ephem. Mar. Bened. & Annal. nostr. &c.*

S. VVinebaudus.

Trecis depositio S. VVinebaudi Abbatissæ, miraculorum gloria celebris. VVinebaudus, alijs VVermebaudus, & Vermebaldus, Nogentum patriam, Romanæ originis & nobilitatis parentes habuit. A prima ætatula abstinentiæ rarissimo dono & studio clarus, quantus deinceps futurus esset specimen edidit. Litteris probè imbutus, in clerum adscriptus est, ac dein solitudinis & contēplationis amore, in cellula se quadam inclusit, ubi corporis mactationi intentus, solo ferè spiritu vixit. Ejus matri, cum fur quidam vitulum à paucis abduceret, & mactare pararet, sæpius per triduum aggressus, retenta prodigosè semper manu, nihil effecit, arreptusque demum à dæmone, furti dans pœnas, non jam hominis voces, sed mugitus & balatus edidit. Misertus proin miseri VVinebaudus, post acrem correptionem in os ejus exsufflans signoque crucis muniens, pessimum hospitem expulit, & hominem incolumem ac pœnitentem remisit. Evocatus postea à Galomanno Trecaffinensi Episcopo, Lectorem ejus, febri laborantem, suis precibus incolumitati reddidit, & præcipuum Pontificis amorē meruit. Viduatum tunc fortè Abbate, nostrum S. Lupi Trecense Cœnobiū, VVinebaudum sibi præcipuo postulantis universis, ab Episcopo facillè impetravit, coactusque vir Sanctus onus suscipere, ita gessit, ut omnibus Regularis vitæ exemplar, ac penè inimitabile esset. Claruit admiranda prorsus miraculorum virtute, ad quem undique ægri confluentes, sæpè etiam divinitus moniti, sanitatis beneficia rogabant & impetrabant, adeo quidem, ut quos sola manu contingeret, illico curarentur. Fuit mira ejus in dæmones potestas, quos facillimè ex obsessorum

Furtum mirè prodigium.

Alia miracula.

Missi ad ipsam ægri.

corporibus, sola cruce signatis, potenter profligabat. Cū suæ ætatis Reges ac Pontifices, miro favore & studio prosequuti sunt, in cujus gratiam Clotharius Rex, non solum B. Lupū Senonensem Episcopum, scelere quorundam falso delatum, carcere absolvit, & impunè dimisit, sed & captivos universos, VVinebaudi in gratiam liberos esse jussit. Alios alio tempore captivos plures, dum preces funderet prodigosè liberavit: diffugientibus multiplici miraculo, qui carceres servabant militibus, corruente carcere absque inclusorum noxa, solis captivorum obtritis vinculis, illæsis universis; quibus cibo potuque refectis, sanctissimus Abbas manu propria, capita abluit, & capillos totondit, omnesque novis donatos & indutos vestibus, liberos & gratulabundos dimisit. Claruit verus pauperum & afflictorum pater, Magnum Ordinis nostri Sydus sub Ann. Christi 600. & hac die felicissima morte decedens, æternum se vivere, plurimis & insignibus deinceps miraculis comprobavit. Cujus in primis nomine fons limpidissimus celebratur, invocata VVinebaudi ope, si eo febricitantes se prolulant, mirè salutaris. *Ex Prompt. Tricass. Nicol. Camuzat. Hugone Menardo, Joanne Molano, Cl. Roberto, Maurolyco, Lilijs nostr. Gall. Bened. &c.*

Stupendum miraculum

Claruit A. Ch. 600.

B. Ysomon.

In Monasterio S. Galli in Helvetia, natalis B. Ysonis Monachi & Confessoris. Hic parentes ut genere nobiles, sic & virtute habuit, qui cum Sabbatho sancto, immemores scilicet diei operi forte conjugali vacassent, tantis re peracta sese confecere lamentis, ut tota concurreret familia, & questus tam lugubres mirarentur. Nec contenti, factum domi tantum suæ detestari; presbytero, mox populo universo, ceu scelus infandum prodidit, cilicia induti, cineribusque inspersi ac nudis pedibus, preces omnium exorantes. Sed & ad aliū loco vicino Presbyterū occursuri, in Angelum vultus Presbyteri indutum incidere, qui die Sacro Paschatis, stantes ante Ecclesiam tanquam excommunicatos, manu introduxit. & magno collachrumantis populi plausu, sacra communionem reficiens, hilares esse jussit, cui cum postea per nobilem vasallum munera destinarent; compertum est Presbyterum rei ignarum, ad illam Ecclesiam, in qua hæc gesta fuerant, nunquam ea die pervenisse; agnitumque in plena Synodo, per Angelum id factum extitisse. Vertente autem Anno, par-

Eius parentum religio.

Ab Angelo communio nem accipiunt.

tui proxima mater ericium peperisse somnians, accurrentesque pueros, stimulos illi erutos, pro stylis scriptoris usos, nescio quæ, in parietibus exarasse.

Prophetas. Haud leviter territa, marito detexit, isque ad S. Eusebium in Monte Sancti Victoris comorantem recurrens, interpretationem somnii meruit: *Filium*, inquit ille, *uxor tua pariet, quem Sancti Gallo notabis: apud illum enim educatus Doctor erit Magnificus, & multos pueros, ipse asper discipulis, stylis armaturus.* Ita factum, puerque Ifo, in Sancti Cœnobio oblatus, magnus dein & sanctitate & eruditione evasit.

Magister Scholarum Ifo. Missus postea in Burgundiam, Rudolpho Altorffensi Burgundiæ Rege ab Hartmuoto Abbate cognato suo, Doctores efflagitante, ibidem plures annos egit; magnosque discipulos educans, Doctores Burgundiæ dedit, magno è remotis etiam provincijs concursu ad ipsum facto, cum celata diu vitæ sanctitas, manifesta prodigijs redderetur. Cæterum et si doctissimus, adeo tamen simplici ingenio fuit, ut cum maxima ederet miracula, hydropim, paralyfim, cæcitate prodigiosè pelleret, virtute tamen unguenti cujusdam pellere, videri vellet; pueri quandoque pauperis simplicitatis, sapientissimi Magistri prodente simplicitate. Ipsum miseratus Yfo, cum suos quamprimum pro ferendo unguento inclamaret, eoque allato, benedicens oculos liniret; illico cæcus: *Video*, inquit, *Domine, video*, nullius sic rei fatagente Ifone, quam ut hoc, aliaque à se miracula amoliretur. Decessit vir Sanctus in Gallia, Monasterio Grandivallensi, inde ad Sancti Germani translatus, etiam à morte miraculorum gloria à Numine illustratus: Cujus postea sacrum corpus furto ablatum, creditur in Burgundiam transportatum. *Ex Monim. Sangall. Heppidanno, Eggehardo, Hermann. Contracto, Iodoco Mezlero, Mariano Bucelino, Annal. nostr. Bened. & German. &c.*

Miraculis clarit.

B. Elstanus Episc.

Ramesberia in Anglia B. Elstani Episcopi & Confessoris. Is Anglus natione, Abendonienfis Cœnobij Monachus, Sancti Ethelwoldum, summa perfectionis Patrem & Magistrum habuit. Ei incumberebat ex officio cura famulorum Cœnobij, quibus licitum erat vesci carnibus, quas Elstanus ipse coquere solitus, famulus famulorum, necessaria suis ipse manibus diligentissime curabat, aquam portabat, vala mundabat. Suspiciatus autem Ethelwoldus Abbas, alieno ipsum mini-

sterio hæc facere, cum officinas Cœnobij aliquando lustraret, vasaque omnia munda admodum, & tersissimum culinæ pavementum intueretur; ad ipsum bullientia aheno adstantem, de obedientia ejus periculum facturum, ut frustum carnis ab imo sibi extraheret præcepit. Nec mora, ut nullo instructus erat instrumento, Elstanus paruit, ferventissimisque aquis innocentem immergens manum, innoxiam quoque nulpam planè læsus seu adustus extraxit; stupente ad obedientiæ simplicis miraculum aqua, ac fervore ejus, fidei constantia mirè perdomito. Elstanus ex loco deinceps, post Ethelwoldum Abbas creatus, ab eo honore ad Wiltoniensem denique Cathedrâ extractus, egregia sanctitate Pontificatum gessit atque exornavit. Claruit sub An. Ch. 980. *Ex VII. Malmesbur. ex diversis rer. Angl. script. &c.*

Mira obedientia.

Clar. 980.

B. Henricus

Villarij in Brabantia, depositio B. Henrici Monachi ejusdem Cœnobij, qui vitam Monasticam avidissime ibidem arripuit, sanctè coluit, & industriè exercuit. Fuit autem admirandæ virtutis, pietatis, & charitatis ardentissimæ. Cumque in sacra illa solitudine ab hominum turbis planè remotus, spiritum ob omni terrenarum rerum contagione repurgasset, & magnos in Religione progressus fecisset, in cœlum feliciter evocatus est. Cujus corpus, inter alias Beatorum ibidè Reliquias, honorificè quiescit. *Ex Menol. Cist. Henriq. &c.*

V. Martini.

In Hispania natalis, Venerabilis Patris Martini de Vargas, Congregationis celeberrimæ & Sanctissimæ Montis Sion meritissimi Institutoris. Hic Castellanus patria, in civitate Xerez de la Frontera natus, cucullum in Sancti MARIE de Petra apud Celtiberos amplectus est, ubi & religione & eruditione mirificè profecit. Talentis sibi creditis bene usus, de tuo quod acceperat à Domino, liberalissimè alijs impertivit. Cumque oppressionem sui Ordinis, Cœnobijs plerisque Principum ac Magnatum libidini atque avaritiæ COMMENDATIS, non sine maximo dolore intueretur, obtenta à summo Pontifice Martino Quinto auctoritate, in Monte Sion prope Toletum, primævum Patrum, nostrorū vitæ rigorem, mirantibus cunctis & venerantibus tam sanctam intentionem, suscitavit. Vbi in summa paupertate Monachis sibi adherentibus, Sanctissimas Leges dedit; quas summa postea

Reformat. Ord.

DEI para cultor.

postea bonorum gratulatione, insigni Ecclesiæ, & Regnorum, maximè Hispaniæ proventu, Romani Pontifices confirmarunt & amplexi sunt. Fuit amantissimus DEI parentis Virginis; cujus ut singularem amorem Congregationis suæ posteris commendaret, cingulum illis laneum candidumque assignavit, quo signo ab aliis Ordinis sui dignoscerentur in memoriam nimirum rari ejus favoris, quo S. Stephanum, olim Cistercii Abbatem;

eadem DEI para, consimili cingulo, propriis manibus dignata est cingere; eo juxta integerrimæ puritatis studium & amorem eidem commendando. Tandem, virtutibus multis insignis, æternorum meritorum manipulis locuples. Ecclesiæ Pontificibus, & Principibus sæculi charus, sanctissimo fine feliciter in Domino quievit. *Bern. de Montalbo, Aubert. Miraus, Henriquetz, &c.*

VII. IDVS APRILIS.

VII. Aprilis.

S. Aibertus mon.

IN Monasterio Crispiniensi, depositio S. Aiberti Monachi, qui accepta facultate à Paschali Pontifice, peccatorū confessiones audiendi, multorum animas DEO lucratus, clarus postea miraculis obdormivit in Domino. Aibertus, Esperiensi prope Tornacum pago, liberæ conditionis parentibus Albaldo & Helvide natus, eorumdem puerili ætate maturitatem in moribus & religione imitatus, rarissimo exemplo, tenellum corpusculum durè admodum habuit & castigavit; virilijam conatu carnem in spiritus rationisque servitutem fatagens redigere. Postea oblectamenta mundi prorsus fastidians, solitudinem sectatus, Joanni eremita Crispiniensi monacho adhæsit, & frigore, nuditate, rerum omnium inopia, corpus mirè afflixit. Visione dehinc aliqua monitus atque excitatus, Crispiniense celeberrimum jam tunc & sanctissimum Cœnobium subiit, Monachumque sub Reinero Abbate professus, Cellarii primum, de hinc Præpositi munus annis quinque & viginti, mira in omnes benignitate & charitate administravit. Reversus ad solitudinem, sub obedientia tamen Abbatis, stupendo sanè rigore annos 42. carnè excruciat, quorū duos & viginti pane, viginti autè reliquos potu etiā omni abstinuit, à plura pedis ad verticè usque capitis asperrimo cilicio tectus, scamno pro lectulo, sacro cilicino pro cervicali usus. Non potuit occultari tanti viri miraculum. Cumque ingens quotidie ad ipsum multitudo hominum conflueret, presbyter ordinatus, omnium concurrentium confessiones excipere, à Paschali atque Innocentio Romanis Pontificibus jussus est tanto penitentium concursu & fervore, ut præ ingenti multitudine, cum illis propius ipsum conveniendi spes nulla esset,

Rigor vita.

Præpositus Cœnobii.

Eremita.

Penitentium asylum.

gravissima & enormia prorsus delicta, profligatissimæ olim vitæ homines, nimia scelerum pœnitentia ducti atque impulsivi, altissimis vocibus & clamoribus detegere minimè vererentur, dummodo absolute & benedictione tanti viri frui possent; inexplicabili fructu ab exemplo ejusdem & Charitate in longè etiam distitas provincias redundante. Fuit Virgineæ Castitatis in omni vita custos incorruptissimus, & Virginum Virgini, unicissimæ suæ Tutelari longè acceptissimus, cujus ipse in honorem, præter Psalterium Davidicum, quod Domini obsequio intentissimus, totum quotidie persolvebat, centies per diem, insolenti planè cultu, genua solebat flectere, & quinquages, prostrato quidem corpore, sed articulis solis manuum & pedum ad majorem cruciatum, tublevato sive in sublime sustentato, ad unamquamque genuum curvationem, salutatione Angelica dulcissimam Matrem ac Patronam salutando. *Nihil*, inquit Paulus de Barry, *propè totis diebus volebat, quam ritus DEI param colendi, neque acquiescebat, nisi magno numero minutis officiis, quibus preces suas condiebat, diem traduceret. &c.* Quam in se propensissimam vicissim ipse meruit, atque etiam factam sibi familiarem, jucundissima ejus præsentia & alloquio mirificè recreatus. Invisit aliquando ad Cellulam ejus eadem Magna Mater, cum sacris aliquot Virginibus, tecto, incertum quade causa, consueto gloriæ amictu, ita ut ipsam comitetque minus agnosceret Aibertus, & mortalem aliquam Dominam cellulam subiisse putaret. Erupit illico castitatis Zelator, talis ipsi DEI impatientia consortii, & quidem baculo minitatus, nisi quamprimum abcederent. *Tace Frater*, compellavit clientem cæli Regina; & ipse Patronam agnoscebat, *Y a supplex*

DEI para devotissimus.

Amoris inventa.

DEI para apparet.

supplex, facilem ab amantissima, tam digni erroris veniam impetravit. Quiritanti alio tempore, quod aquarum nimia inundatione, cum nemini aditus ad ejus cellam pateret, sacris operari non posset; adeoque & animi & corporis refectioe fraudaretur; buccellam pia Mater, è dulciario suo promens, & ori ejus manu propria ingerens, utque absumeret jubens, tanto opere os ejus dulcoravit, corpusculum refecit, ut facile deinceps alimenta omnia corporis ex eo tempore fastidiret. Solata in super tunc ipsum inexplicabili incomparabili que promisso est: *Omniem nimirum vitam ejus, filio suo juge Sacrificium esse*, ut facilis de Aiberti meritis sit conjectura. Bis fecit quotidie Sacrum, cum tanta assidue peregrinorum accederet multitudo, ut hostili ab exercitu urbs aliqua circumfusa videretur; utque vivis non solum consuleret, sed & de defunctis immortaliter mereretur, Missarum alteram quotidie, pro iis qui Purgatorij plecterentur ignibus ac pœnis, mirâ devotione offerebat. Tandem ipsa gloriosissimi Paschalis Festi Dominicâ, ad gaudia Paradysi evocatus feliciter transit, in vita & post mortem gravissimis à DEO miraculis glorificatus; Pœnitentium omnium & Confessoriorum singularis Patronus merito appellatus; & adoptatus. *Ex Vita per Robert. Archidiacon. itemque per Anon. Crispin. Iepes. Molano, Baronio, Annal. nost. & Ephemerid. Mar. Bened. &c.*

B. Eberhard. Schaffhusi in Monasterio omnium Sanctorum, B. Eberhardi Monachi & Confessoris. Eberhardus Comes Nellenburgi, parentes Illustrissimos habuit, Epponem & Hedvigem Toxonis Regis Vngariæ filiâ, neptem ex sorore Henrici II. Imperatoris. Eppo filiam splendide educavit, Hedvigem ad omnem pietatem instruxit, & revera suis precibus Christo peperit, cujus cum librum precationum Eppo quandoque in ignem iniecisset, liber illæsus flammis triumphavit, & superbiam atq; licentiam mariti insigniter refutavit. Adolescentior Eberhardus Itham conjugem pari generis dignitate duxit, Burcardi Alemanniæ Magni Ducis, ex filio Bertholdo neptem, quacum religiosissime vixit, ut etiam in conjugio Monachorum vitam imitarentur. Vtrique nihil dignius visum, quam si opes omnes Divino cultui applicarent, Eberhardus in primis matris exemplo, quæ Schyvabenheimense in dioecesi

Moguntina Cœnobium condidit in quo & ipsam se postea Numini consecravit. Namque Romam peregrinatus & Compostellam, liminibus Apostolorum visitatis, ubi domum rediit magnis quamprimum sumptibus Omnium Sanctorum Illustrissimum Benedictinæ familiæ Cœnobium fundavit, eo loco Schaffhusii, quo nauta quidam ignem in cælum usque exporrige, & in medio Crucem Dominicam rutilare conspexit. Iterum Romam pro confirmatione profectus cæcum in itinere, jussus à Numine, illuminavit; sed & Burcardum, quem præmiserat filium, morbo correptum lethali, prodigiose liberavit. Domum reversus, paricum conjugem consensu, ipse Monachum in Monasterio Omnium SS. ipsa in S. Agnetis, quod & ipsa fundaverat, monialem profitentur. Vixit sex in Ordine annis, insignibusque dives meritis A. Chri. 1075. 7. Apr. in cælum evolavit, etiam à morte miraculis illustratus. Ex Vita & Elog. Mureri &c.

In Germania depositio B. Hermannii **B. Hermannii** *conversus.* Conversi Monasterii Heimenrodensis, virtutibus & revelationibus illustris. Fuit Hermannus ea simplicitate præditus, qua DEVS ipse sumopere se delectari fateatur: est enim, inquit Spiritus Domini, cum simplicibus conversatio ejus, à qua quidem mira Numinis in se propensione mirros ille in mortali etiam hac vita favores expertus est; quos tamen humilitatis diligenti studio habere secretos ut plurimum conabatur. Sed & Virginum Virginem verè Matrem experiri meritis, raro aliquando, & inconsueto prorsus pietatis genere, ab ipsa quiescere jussus, cum post graves diei labores, jam in strato compositus repente exiliret, *Horamque Cursum*, ut vocant, *Mariani*, quam ob negotia dilatâ recitare oblitus erat, persolvere satageret. Adstitit namque consurgenti de nocte famulo Mundi Domina, & ut quiesceret imperavit: *Se enim pro ipso Horam neglectam suppleturam.* Ut quid cum hoc genere favoris seu dignationis conferatur, haud facile æstimes. Fuit hilari semper vultu, ita ut ridere perpetuo videretur. Aratri & stabuli curam cum haberet, juvenum indomitum, jungere cum non posset, fuste quæsito ad juvenum reversus, mirè mutatum reperit, adeo ut ad pedes viri sancti, se jumentum prosterneret, & humillimo corporis gestu, quasi veniam flagitaret. **Qui vir DEI, quasi rationis capaci:** *Surge jam*

DEI para pro ipso satis facit.

DEI para cultor.

postea bonorum gratulatione, insigni Ecclesiæ, & Regnorum, maxime Hispaniæ proventu, Romani Pontifices confirmarunt & amplexi sunt. Fuit amantissimus DEI parentis Virginis; cujus ut singularem amorem Congregationis suæ posteris commendaret, cingulum illis laneum candidumque assignavit, quo signo ab aliis Ordinis sui dignoscerentur. in memoriam nimirum rari ejus favoris, quo S. Stephanum, olim Cistercii Abbatem;

eadem DEI para, consimili cingulo, propriis manibus dignata est cingere; eo juxta integerrimæ puritatis studium & amorem eidem commendando. Tandem, virtutibus multis insignis, æternorum meritorum manipulis locuples. Ecclesiæ Pontificibus, & Principibus saculi charus, sanctissimo fine feliciter in Domino quievit. *Bern. de Montalbo, Aubert. Miræus, Henriquetz, &c.*

VII. IDVS APRILIS.

VII. Aprilis.

S. Aibertus mon.

IN Monasterio Crispiniensi, depositio S. Aiberti Monachi, qui accepta facultate à Paschali Pontifice, peccatorum confessiones audiendi, multorum animas DEO lucratus, clarus postea miraculis obdormivit in Domino. Aibertus, Epsensii prope Tornacum pago, liberæ conditionis parentibus Albaldo & Helvide natus, eorumdem puerili ætate maturitatem in moribus & religione imitatus, rarissimo exemplo, tenellum corpusculum dure admodum habuit & castigavit; virilijam conatu carnem in spiritus rationisque servitutem satagens redigere. Postea oblectamenta mundi prorsus fastidians, solitudinem sectatus, Joanni eremitæ Crispiniensi monacho adhæsit, & frigore, nuditate, rerum omnium inopia, corpus mirè afflixit. Visione dehinc aliqua monitus atque excitatus, Crispiniense celeberrimum jam tunc & sanctissimum Cœnobium subiit, Monachumque sub Reinero Abbate professus, Cellarii primum, de hinc Præpositi munus annis quinque & viginti, mira in omnes benignitate & charitate administravit. Reversus ad solitudinem, sub obedientia tamen Abbatis, stupendo sanè rigore annos 42. carnem excruciat, quorum duos & viginti pane, viginti autè reliquos potu etiâ omni abstinuit, à plura pedis ad verticem usque capitis asperrimo cilicio tectus, scamno pro lectulo, sacro cilicino pro cervicali usus. Non potuit occultari tanti viri miraculum. Cumque ingens quotidie ad ipsum multitudo hominum conflueret, presbyter ordinatus, omnium concurrentium confessiones excipere, à Paschali atque Innocentio Romanis Pontificibus jussus est; tanto pœnitentium concursu & fervore, ut præingenti multitudine, cum illis propius ipsum conveniendi ipse nulla esset,

Rigor vita.

Præpositus Cœnobii.

Eremita.

Pœnitentium asyllum.

gravissima & enormia prorsus delicta, profigatissimæ olim vitæ homines, nimia scelerum pœnitentia ducti atque impulsivi, altissimis vocibus & clamoribus detegere minime vererentur, dummodo absolute & benedictione tanti viri frui possent; inexplicabili fructu ab exemplo ejusdem & Charitate in longè etiam distitas provincias redundante. Fuit Virgineæ Castitatis in omni vita custos incorruptissimus, & Virginum Virgini, unicissimæ suæ Tutelari longè acceptissimus, cujus ipse in honorem, præter Psalterium Davidicum, quod Domini obsequio intentissimus, totum quotidie persolvebat, centies per diem, insolenti planè cultu, genua solebat flectere, & quinquages, prostrato quidem corpore, sed articulis solis manuum & pedum ad majorem cruciatum, tublevato si ve in sublimè sustentato, ad unamquamque genuum curvationem, salutatione Angelica dulcissimâ Matrem ac Patronam salutando. *Nihil*, inquit Paulus de Barry, *propè totis diebus volebat, quam ritus DEI param colendi, neque acquiescebat, nisi magno numero minutis officii, quibus preces suas condiebat, diem traduceret.* Quam in se propensissimam vicissim ipse meruit, atque etiam factam sibi familiarem, jucundissimam ejus præsentia & alloquio mirificè recreatus. Invisit aliquando ad Cellulam ejus eadem Magna Mater, cum sacris aliquot Virginibus, tecto, incertum quade causa, consuetogloriæ amictu, ita ut ipsam comitesque minus agnosceret Aibertus, & mortalem aliquam Dominam cellulam subiisse putaret. Erupit illico castitatis Zelator, talis impatientia consortii, & quidem baculo minitatus, nisi quamprimum abcederent. *Tace Frater*, compellavit clientem cæli Regina; & ipse Patronam agnoscens, supplex

DEI para devotissimus.

Amoris inventa

ipse DEI para apparet.

supplex, facilem ab amantissima, tam digni erroris veniam impetravit. Quiritanti alio tempore, quod aquarum nimia inundatione, cum nemini aditus ad ejus cellam pateret, sacris operari non posset; adeoque & animi & corporis refectioe fraudaretur; buccellam pia Mater, è dulciario suo promens, & ori ejus manu propria ingerens, utque absumeret jubens, tanto opere os ejus dulcoravit, corpusculum refecit, ut facile deinceps alimenta omnia corporis ex eo tempore fastidiret. Solata insuper tunc ipsum inexplicabili incomparabili que promisso est: *Omnem nimirum vitam ejus, filio suo iuge Sacrificium esse*, ut facilis de Aiberti meritis sit conjectura. Bis fecit quotidie Sacrum, cum tanta assidue peregrinorum accederet multitudo, ut hostili ab exercitu urbs aliqua circumfusa videretur; utque vivis non solum consuleret, sed & de defunctis immortaliter mereretur, Missarum alteram quotidie, pro iis qui Purgatorij plecterentur ignibus ac pœnis, mirâ devotione offerebat. Tandem ipsa gloriosissimi Paschalis Festi Dominicâ, ad gaudia Paradyfi evocatus feliciter transit, in vita & post mortem gravissimis à DEO miraculis glorificatus; Pœnitentium omnium & Confessoriorum singularis Patronus merito appellatus, & adoptatus. *Ex Vita per Robert. Archidiacon. itemque per Anon. Crispin. Iepes. Molano, Baronio, Annal. nost. & Ephemerid. Mar. Bened. &c.*

B. Eberbar. Schaffhusi in Monasterio omnium Sanctorum, B. Eberhardi Monachi & Confessoris. Eberhardus Comes Nellenburgi, parentes Illustrissimos habuit, Epponem & Hedvigem Toxonis Regis Vngariæ filiâ, neptem ex sorore Henrici II. Imperatoris. Eppo filium splendide educavit, Hedvigem ad omnem pietatem instruxit, & revera suis precibus Christo peperit, cujus cum librum precationum Eppo quandoque in ignem inieisset, liber illæus flammis triumphavit, & superbiam atque licentiam mariti insigniter refutavit. Adolescentior Eberhardus Itham conjugem pari generis dignitate duxit, Burcardi Alemanniæ Magni Ducis, ex filio Bertholdo neptim. quacum religiosissime vixit, ut etiam in conjugio Monachorum vitam imitarentur. Verique nihil dignius visum, quam si opes omnes Divino cultui applicarent, Eberhardus in primis matris exemplo, quæ Schvabenheimense in dicecesi

Moguntina Cœnobium condidit in quo & ipsam se postea Numini consecravit. Namque Roman peregrinatus & Compostellam, liminibus Apostolorum visitatis, ubi domum rediit magnis quamprimum sumptibus Omnium Sanctorum Illustrissimum Benedictinæ familiæ Cœnobium fundavit, eo loco Schaffhusii, quo nauta quidam ignem in cælum utque exporrigi, & in medio Crucem Dominicam rutilare conspexit. Iterum Romanam pro confirmatione profectus cæcum in itinere, jussus à Numine, illuminavit; sed & Burcardum, quem præmiserat filium, morbo correptum lethali, prodigiose liberavit. Domum reversus, paricum conjugem consensu, ipse Monachum in Monasterio Omnium SS. ipsa in S. Agnetis, quod & ipsa fundaverat, monialem profitentur. Vixit sex in Ordine annis, insignibusque dives meritis A. Chri. 1075. 7. Apr. in cælum evolavit, etiam à morte miraculis illustratus. *Ex Vita & Elog. Mureri &c.*

In Germania depositio B. Hermannii **B. Herman** **conversus.** Conversi Monasterii Hermenrodensis, virtutibus & revelationibus illustris. Fuit Hermannus ea simplicitate præditus, qua DEVS ipse sumopere se delectari fateatur: est enim, inquit Spiritus Domini, cum simplicibus conversatio ejus, à qua quidem mira Numinis in se propensione mirros ille in mortali etiam hac vita favores expertus est; quos tamen humilitatis diligenti studio habere secretos ut plurimum conabatur. Sed & Virginum Virginem verè Matrem experiri meritis, raro aliquando, & inconsueto prorsus pietatis genere, ab ipsa quiescere jussus, cum post graves diei labores, jam in strato compositus repente exiliret, *Horamque Cursum*, ut vocant, *Mariani*, quam ob negotia dilatâ recitare oblitus erat, persolvere satageret. Adstitit namque consurgenti de nocte famulo Mundi Domina, & ut quiesceret imperavit: *Se enim pro ipso Horam neglectam suppleturam.* Ut quid cum hoc genere favoris seu dignationis conferatur, haud facile æstimes. Fuit hilari semper vultu, ita ut ridere perpetuo videretur. Aratri & stabuli curam cum haberet, juvenum indomitum, jungere cum non posset, fuste quæsito ad juvenum reversus, mirè mutatum reperit, adeo ut ad pedes viri sancti, se jumentum prosterneret, & humillimo corporis gestu, quasi veniam flagitaret. *Qui vir DEI, quasi rationis capaci: Surge jam*

*DEI para
pro ipso sa-
tis facit.*

**Juvenus
ipsi obedit.**

jam, inquit, & cave, ne me de cætero inquietes, adeo deinceps memori monitionis, & obsequenti, ut omnem ferociam exuisse videretur. Appetente remunerationis hora, morbo correptus, rogatus ab Abbate: quandonam moriturus sit? *Post biduum,* hilaris respondit: *Nam tertia post hanc diem, inquit, incipiente Missa hic ero, & incipiente adhuc Evangelio, hic adhuc adero, sed antequam finiatur jam in regno calorum ero. Et videtur hoc triduum prolixius esse, & amplius me gravat, quam totum tempus vite mee, quod feci super terram.* Vnde, inquit Abbas, ista nosti? *Beata Virgo,* respondit ille, *Dominam nostram, hic fuit, & consolata est me, sed & ego raptus sum in cælum, ubi etiam videre merui beatitudinem, quam DEO largiente habiturus sum.* Ita uti prædixit, evenere omnia, & suprema hora, ille mappam sibi sterni, & parari funebria jubens, ante finem Evangelii lætus excessit. *Angel. Manriq. Cesar. Heisterbac. Robert. Rusca, Barn. Montalbo, Henriq. &c.*

**B. VValte-
rius.**

Cluniaci Beat. VValterii sive VValterii Monachi & Confessoris. Is celeberrimi illius Cluniacensis Archisterii Monachus, multorum Collega Sanctorum absolutissimum perfectionis magistrum S. Odilonem habuit. *Fuit autem statura pusillus, virtute magnus, humilitate, simplicitate ac innocentia præcellens, religionisque studiis toto ex corde intentus.* Quantus tamen esset in oculis DEI, illustrissimo indicio mortali-

bus est demonstratum. Cum enim VValterius, initio noctis Magni Sabbathi Dominicæ Resurrectionis, ex hac mortalitate evocatus, in Domino obdormisset, innumerabili tunc confluenti hominum multitudini, columna lucis ignea, ex Monasterio ad cælum usque pertingens apparuit; quo signo universis innotuit, Divinæ gratiæ munere factum, ut qui Spiritu humilis, omnium in oculis pusillus visus fuerat, sublimis Religionis extiterit columna, quæ nixa humilitate, usque ad cælestis gloriæ celsitudinem, sui ipsius contemptu ac demissione pervenerit. *Ex Martyrol. Gall. Caroli Saussay. Bibliotheca Cluniac. &c.*

In Monasterio Luxoviensi S. Sancti **SS. Tilmā-
nus & Gi-
bertus.** Tilmanni sive Titilmi, & Giberti Martyrum, quorum hic Abbas cum existeret Sancti illius collegii, incertum qua ex causa, cum socio Tilmanno; ab impiis sive infidelibus occisus, palma donatus Martyrii memoratur. *Trithemius Virg. Ordin. Ill. lib. 3. c. 320. & Hugon. Menard. in App. &c.*

In territorio Leodiensi, Beat. Ermen- **B. Ermen-
truda.** trudis monialis Montis Cornelii, quæ Beat. Iulianæ Institutrici solemnitatis, Corporis Christi, constanter adhærens, maximis adversitatibus & injuriis superior, post multos labores in pace quievit. *Ex Menel. Cist. Henriq. &c.*

VI. IDVS APRILIS.

VIII. Aprilis.

**S. Vichter-
pus Episco-
pus.**

AVGUSTÆ Vindelicorum Sanct. Vichterpi Episcopi & Confessoris. Vichterpus, VVigbertus sive VVipertus, ab ineunte ætate Monasticis disciplinis institutus, tantum in pietate ac litteris profectus, ut à B. Hariolpho Lingonensi Episcopo, recens à se fundato Eluacensi Cœnobio (vulgo Elvvangen.) Monachorum Prior designatus, eidem postea in regimine Abbatiâ successerit. Pro vitæ exin meritis Monasterio extractus Augustæ Vindelicorum Pontificali sublimatos Cathedralis Urbem illam, totamque Vindeliciam, miris sanctitatis fulgoribus plurimum illustravit, & gravissimis meritis, sibi immortaliter obstrinxit. Quæ inter longè dignissimum illud, præ aliis merito celebratur, quo è finibus Ecclesiæ grassantem etiamnum, invalescentemque altis radi-

cibus Arianam Hæresim, radicitus evul- **Hæresim
profligat.** sit, prorsumque eliminavit. Curam dein adhibuit, ut loca sacra, frequentibus Hærenorum incursionibus, aliisque tumultibus bellicis vastata, pristinum suum nitorem reciperent. Hinc S. Afræ Martyris Ecclesiam dirutam restituit; Fultenbaccense Monasterium fundavit; Benedictoburanum, ac Faucense in Alpibus Iuliis. Campidonens quoque Cellæ Oratorium primus consecravit. Valuit plurima apud Principes auctoritate & gratia, ab insigni nimirum vitæ sanctitate late celebratus, quem eo nomine Pipinus Dux suo honore coluit. ejusque Ecclesiam ac Dicecesim plurimum auxit, & liberalissime dotavit, nec non amplissimos eidem limitibus constituit, ut Vichterpo omnis successorum Pontificum posteritas, modis plurimis

Ejus in gratiam dotatur Episcopus.

rimis æternum sit oblata. Tandem sanctitate plenus quievit in pace, cum cathedræ suæ Annis 16. strenuè præstitisset, adeo incerto mortis Anno, ut ægerrimè definiamus, plurimis ad Ann. Christi 662. alijs ad 732. non paucis ad Annos medios, obitum ejus referentibus. Sepultus primùm in Eppach, postea Augustum translatus, inter Urbis & Diœceseos Tutelares præcipuos merito numeratur. Cujus sacrum corpus A. C. 1064. denuo repertum & elevatum, demùm A. C. 1489. in sacrario Illustrissimi Monasterij SS. Vdalrici & Afræ repositum, inter alias Sanctorum præstantissimas Reliquias, ibidè honorificè aservatur & colitur. *Ex Vita, Chron. Eluac. Barn. Hertf. Carolo Steng. Annal. nostr. Germ. & Bened. nec non Aquila Bened. &c.*

Patronus Diœceseos.

B. Notkerus. Balbulus.

In Helvetia, Monasterio S. Galli, depositio B. Notkeri cognomento Balbuli, ejusdè loci Monachi & Confessoris. Notkerus illustri admodum natus genere, virtute tamen multo illustrior, in fertilissimo Sanctorum Sangallensi saltu, velut cedrus Libani in maximâ se altitudinem attollens, cœloque iminens, non ea solum provincia, sed toto Romano Imperio cù admiratione spectabatur. Fuit Cæsaris ipsis summa in veneratione, qui gravissimas Imperij curas cum ipso comunicabant, ipsiusque & arbitrio & precibus permittebant. Quippe, præter insigne rarissimæ sanctitatis nomen. *Fuit in Divinis Scripturis eruditissimus, in secularium quoque litterarum disciplinis omnium sui temporis facile doctissimus, Philosophus, Poeta, Musicus, Astro-nomus, Theologus celeberrimus, disciplinarum exactor acerrimus, Sophia doctrina famosissimis, & ut uno eloquio complectar omnia, Vas erat Spiritus Sancti, quo suo tempore abundantius nullum, &c.* Ita Manuscript. Vet. Cæterum in tanta donorum affluentia, demissione animi præditus singulari, in eo studio præcipuè sedulus, ne, qui revera erat, magnus videretur & celebraretur. Quæ causa, hominem intuentibus erat, ut quem fama commendatum maximi fecissent, præsentem contempnerent, adeo humiliter gestu, vestituque ambitionis calcato-rem. Ad ipsum Cæsar aliquando cum invisisset, ut de rebus gravibus conferret, morasque ad Divi Galli pro amore & more suo traheret, solum in choro Nothkerum conspicatus, quidam illustri genere Cæsaris Sacellanus, indignum quem tanti faceret Augustus, apud animum iudicans suum, autus etiã ridiculo compellare, & cù Theologus, inquit, antus habea-

Vir maximus.

Cæsarius amicus.

ris, quid, quæso nunc temporis agat in cœlo DEUS? edicito: *Deponit superbas, proptere respondit ille, & exaltat humiles.* Expertusque utrumque mox Sacellanus est, cum signo quamprimum profectionis dato, superbissimus equo in oculis Imperatoris luderet, ulciscente Numine elusus collisusque, & digno crurifragio castigatus, præter meritum tamen, sed jã pœnitens, ab humili, prodigiose tamè medico Notkero, solius contactu manus, integre, restitutus. Fuit dæmonibus invisus niniùm & metuendus, quibuscum felicissimè sæpe congressus, eos non semel assumpto corpore assultantes, verberibus strenuè dedolavit. Semel inprimis, cù de more, noctibus ad aras Divum ipse invisens, calidissimis perfusus lachrymis, neque ejulatus quidem, delictorum pœnitentia compunctus abstinere: malo genio canè mē-tiente, & lugubres questus ejus contemptim imitante, quem quod baculus ad manum non esset, loco & forma iisdè, donec rediret, expectare jussit. Ingerenti: *expectabo si voluero. Spero autem in nomine Domini, ait Notkerus, quia volens nolens me expectabis.* allatoque benè gravi, S. Galli quondam scipione, pessimum canè benè multavit, donec in frustra dissiliret baculus, & horrendos inter latratus & questus cerberus effugeret. Horam aliquando Canonici Officii, negotiis obrutus, dicere oblitus, cum post Completorium in Choro prostratus, privatis orationibus ac gemitibus indulgeret, dæmonè laqueari templi insidentem, & in tabulati tabula, non sinè graviore crepitu, ungue inimico quædam exarantem cum audiret, elato capite vir Sanctus: *Quid agis scelestè?* inquit, cumque is, *prætermissi Officii partem notare se,* respondisset; Notkero cù verbo respondentis: *DEVS in adiutorium &c.* inchoante, ad eo concitatus furore invernalis simius est, ut maximo cù fragore disjecta versus Notkerum in terras tabula illico evanesceret, occurrente ad strepitum familiarissimo viri Sancti Ratperto Monacho, utque modestius cum hoste suo confingeret, ne alii turbarentur, admonente. Ejus alia inter æternum de Ecclesiâ universa meritum: Divino plane Spiritu dictatæ *Sequentia*, ut vocamus, in Sacr. Sanct. Missæ Sacrificio post *Graduale* usurpatæ; quarum longè jucundissima & dignissima illa, quam celeberrimo Pentecostes Festo, totoque Sacri Festi octiduo, per orbem usque hodie universum, filiis suis Mater præcinit Ecclesia

Insigne exemplum.

Dæmonum terror.

Dæmonum nequitia.

Sequentia- rum Au- thor.

Sequentia S. Spiritus.

Beatificatur.

S. Guillelmus Abb.

In carcere moritur.

Apparet in gloria.

fia, orique simul ingerit & cordi: *Veni Sancte Spiritus, & emitte cœlitus, lucis tuæ radium, &c.* Quam quidem compositionem tanti fecisse Innocentius Tertius Papa memoratur, ut vel ex eo uno Notherum supra communem sortem, è præcipuis DEI amicis fuisse colligeret, & ut singulare Sancti Spiritus organum comendaret. Vixit vir Sanctus, ad decrepitam usque ætatem innumeris propemodum & ante & post obitum, ad hanc usque diem miraculis celebratus. Beati titulo auctoritate Leonis Decimi & Iulij Secundi Pontificum Roman. insignitus; cujus festivitas solemniter quotannis, Dominica Tertia post Pascha, apud Sangallenses, inque omnibus eorum dominij locis peragitur, cujus depositionis dies à nonnullis ad Octavum, ab alijs ad sextum Aprilis Iduum refertur. *Ex Vita, Goldaslo, Iodoco Mezlero, Mariano Bucelino, Constant. nost. Bened. t. 2. &c.*

In Monasterio Claravallensi B. Guillelmi Abbatis. Hic Villariensis primùm Monachus & Abbas, ad Claræ-Vallis postea regimen vocatus, eximia morum suavitate & integritate conspicuus enituit. Fuit autem Ecclesiasticæ libertatis vindex acerrimus, nec ipsius quidè Imperatoris Friderici vultum reveritus, à quo, post varios pro Ecclesia DEI exantlatos labores interceptus, & carceribus inclusus, in ipsdè gloriosissimo sine consumatus est, Martyrum procul dubio meritis æquatus & corona donatus; cujus corpus exanime mirâ claritate circumdatum, dum illud lavare conarentur visum est; ejusque Spiritus magna gloria, & divino splendore coruscans, cuidam Sanctæ femina apparuit. Cujus cum pretiosissimam vestem, diversis & pretiosis ex omni parte lapidibus excultâ illa miraretur, cætera inter: *Filia, inquit, omnes isti lapides pretiosi, persecutiones fuerunt validissimæ, tribulationes & angustia, quas innocens, ab oblocutori-bus meis sustinui, & patientissimè ob DEI amorem toleravi, ipsas offerens, & quotidie deferens divinæ Majestati: sunt etiã labores & dolores, in quibus nocte & die desudavi, pro libertate Ecclesiæ defendenda. Corona aurea, quam vides in capite meo, ipsa est Martyrum corona, quam miseratio superna mihi misericorditer voluit, pro duris observantiis Ordinis recompensare; addens se inter Martyres perfrui perenni beatitate. Cla-*

rui Anno CHRISTI 1127. *Ex Arnoldo Raissio, Calario, Aub. Myræo Ioanne de Assignies, &c. Fuit idem celeberrimus gloria miraculorum.*

In Britannia S. Adamanni Abbatis & Confessoris. Adamannus vir longe meritissimus, celeberrimi illius, Sanctorumque millium feracissimi Hucensis Cœnobii Abbas dignissimus, æternum sui sæculi & provinciæ decus mirè resplenduit, & magni exercitus Monachorum antesignanus, ut dignitate tot tantisque prælatu est, sic vitæ sanctitate atque exemplo cunctos anteceffit. Eius, alia inter, præstantissimum illud de Regno amplissimo meritum celebratur, quo gravissimum Ecclesiarum gentis suæ errorem refutavit & convicit; plurimamque Britannorum partem, ad debitam Paschatis celebritatem revocans, cum Matre S. Rom. Ecclesia reconciliavit. Claruit Anno Christi 600. *Ex Ioan. Trith. Sixto Senensi, & Annal. nostr. &c.*

S. Adamanus Abb.

Schisma tollit.

B. Anna.

S. Ionathus.

S. Redemptus Episc.

In Agro Clavium, vulgo Schlüssel-feld, Cisterciensium nostrarum, celebri Cœnobio, Beatæ Annæ Baronissæ de Schlüsselberg, secundæ ejus loci Antistitæ, nobilitate generis, sanctitatis opinione, & Prophetico spiritu Claræ. *Ex Menol. Cist. Henrig. &c.*

In Monasterio Marcianensi elevatio Sanct. Ionati Abbatis & Confessoris, discipuli S. Amandi, quæ facta est tempore Iudith Abbatis. *Ioann. Molan. Arnold. Duac. &c.*

Ferentini in Hernicis Sanct. Redempti Episcopi & Confessoris, qui Magno Gregorio nostro familiarissimus extitit, cum ante Episcopatum Monachus etiamnum existeret. Fuit hic miræ profusus sanctitatis, & Spiritu Prophetico, alias inter gratias, à Numine illustratus. Cum autem aliquando suæ Diœceseos visitaret Ecclesias, atque ad Ecclesiam S. Eutychie Martyris venisset, atque die advesperante statum suum juxta Martyris sepulchrum locari jussisset, inter Ionanum & vigiliam (dormire enim quietius præ lassitudine non poterat) ab Apparente Eutychio: *Redempte vigilas?* interrogatus, cum respondisset: *Vigilo;* tertio congeminantem audit: *Finis venit Futura universa carnis, cumque dicto Martyr disparuit.* Moxque Redemptus, cum se in oratione dedisset, terribilia in cœlo signa, & acies cœcurrentes conspexit. *Nec multo post Logobardi à Septentrione egressi*

P

Italia occupata, cœdibus atque incendiis omnia miscuere, quo tempore, ne videret quæ præviderat mala gentis suæ Sanctus Episcopus, è valle lachrymarum ad

felicissima superæ patriæ palatia transmigravit. *Ex lib. 3. Dial. Petro Equilino, Philippo Ferrario, &c.*

V. IDVS APRILIS.

IX. Aprilis.

S. VValdetruda Princesps.

IN Castro Monte, transitus S. VValdetrudis, quæ ex S. Vincentio viro Nobili, genuit Sanctas Virgines Adeltrudè & Madelbertam. Deinde ab illo, servata charitate, separata in Castri loco ad exercitium spiritale, multam Sanctarum Virginum militiam adunavit. *Mart. Roman.* VValdetrudis Illustrissimo genere parentes, VValbertum & Bertiliam, potentissimos Hannoniæ Comites habuit, quibus hæretes ipsa, in Principatu successit. Ejus soror Aldegundis fuit, Malbodiensis Cœnobij Abbatissa, ab insigni vitæ sanctitate celebrata, cui ipsa, etiam cû in conjugio viveret, religiosi meritis minime impar, agens in sæculo, velut extra sæculû, vixit; & CHRISTI pauperibus fovendis, prædicatoribus alendis, templis ac Cœnobijs construendis, dotandis atque ornandis, omnes facultates suas, seque ipsam impendit. Vt autem Sanctis parentibus edita, Sanctum item maritum meruit, sic rara beatitate liberis etiam felix, omnes egregia vitæ sanctitate celebres, BB. Landricum, Metensem postea Episcopum, Adeltrudem, Madelbertã, & Dentinum septuennem mortuû, eosdemque omnes præter puerum Dentinum in cucullo DEO consecratos, habuit. Cumque B. Vincentius totus inhians cœlestibus, in Alto-monte Monasticum habitû suscepisset, & emergens è sæculi fluctibus, Monasterij portu receptus esset, jugalis ejus S. VValdetrudis, quæ id eianumerat, admonitione S. Gislæni, à B. Auberto Episcopo sacrum velamen impetravit, & constructo Castrilocensi Cœnobia, in eodem se condidit. Cum autem ante conversionem secum luctaretur, dum esset in Basilica villæ Buxuti, apparuit deliberanti S. Gaugerico Episcopus, vilisque calicem vino plenum ebibendum tradere, *age quod agis* dixit & disparuit. Quam visionem passim ipsa narravit, meditarumque opus porro non distulit, magno deinceps animo tolerans calumnias & opprobria, quæ hanc status mutationem, vilam sæculi filiis in tanta Principe stultam atque indignam, conse-

Sanctum genus.

Apparet ipsi S. Gaugerico.

A.

quebantur. Ejus exemplum consecuta magna Illustrium puellarum & fœminarum multitudo, ita ut integras paulo post Virginum sponso cohortes adduceret & copularet, quibus ipsa præfecta, ardentissimi zeli, & fervoris æstuantissimi facem prætulit, æternoque ornamento Illustrissimam Hannoniæ Comitum familiam, & Principatum amplissimû insignivit, illud rarissima vitæ sanctitate consecuta, ut in hodiernam usque diem Montenses, & Herentaalenses ipsã Principem Tutelarem sibi cooptarent, summaque veneratione colerent & celebrarent. *Ex Olberto Abb. Gemblac. Proprio Offic. Eccles. Mont. Chron. Hannon. Ioan. Molano, Bucherio, Miræo, Bardonio, Rosiers, Iepes, VVione &c.*

Antesigna-ua Virginii;

S. Hugo Episcopus.

Rothomagi S. Hugonis Episcopi & Confessoris. Is Baiocensis primum Ecclesiæ Episcopus, ad diversas pro meritis cathedras evocatus, ad Parisiensem etiã, ut volunt nonnulli, subvectus, Rothomagensi demum Archi-Episcopatus cathedræ est impositus, omnibus his Ecclesijs atque Provinciis nomen æternum, rara vitæ integritate ac sanctitate comparavit. Verum contemptis generosissimo animo, sumis honoribus, Monachorum nostrorum tunc maximè per Gallias florescentium instituto ac disciplinis delectatus, humilem eorum vitam, ut præcipue securam & quietam, dignitate omni applausuque populi potioem duxit, Monachumque in felicissimo illo Sanctorum domicilio, Gemeticensi Cœnobia professus, S. Aichardo Abbati, in omni patientia & obedientia sese exactissime probavit, interque Sanctissimos exsplenduit, & virtutû omnium genere cultissimus, Gallias fama coelû gratulatione replevit. Ad quod post decennium à nova vitæ professione, Anno ætatis suæ 74. evocatus, multis & celeberrimis deinceps miraculis claruit, ac Sanctorum Albo adscribi meruit. Fuit autem consobrinus Pipini Galliarum potentissimi Regis, quem malè nonnulli cum Hugone Abbate Caroli Magni ex Austrude filio, confundunt. *Miraculis claret.*

Fit Monachum.

Miraculis claret.

Ejus

Ejus sacrum corpus, quando Nortmanni exigentibus id peccatis Christianorum, Ecclesias Galliarum vastaverunt, in Belgium translatum, in Præpositura Vedastinorum Hasprensi huc usque in Icrinio argenteo honorificè asservatur. *Ex Ioan. Molano, Orderico Vitali, Stephano Cadomensi, Belforest. Demochare, Claud. Roberto Hugone Menardo, Annal. nostr. Benedict. &c.*

S. Azo Casinas.

In captivitate obiit.

Aqua ardet

Clar. 1100

B. Guillelmus Princeps

IN Monasterio Casinensi, Sanct. Azonis Monachi, ejusdem Cœnobii Decani. Hic patria Campanus, Monachum in Sacro Monte Casinate professus, cum egregijs & dotibus præstaret & virtutibus, lectissimi Monachorum Collegij Decanus esse meruit. Missus autem postea à Girardo Abbate, pro construendo Monasterio quodam in Sardiniam insulam, in reditu à Saracenis interceptus, atque abductus, in tristi servitute atque vinculis, cum socijs Fratibus aliquot, Sanctissimè vitam clausit: Ad cujus declarandam sanctitatem, crebris tumultum ejus miraculis, D E V S honoravit, nomenque Amici sui cum fidelium pietati commendavit, tum infidelium ignorantia venerabile reddidit. Sepultus siquidem in Ecclesia aliqua Beatissimæ Matris Virginis, ab hostibus occupata, ab his ipsis post mortem visus est cum libro quodam in manu in ostio Ecclesiæ sedere; cumque rei novitate attoniti Saraceni multi spectatum confluerent, consurgens illè, Ecclesiamque ingressus nunquã deinceps comparuit. Ad ejusdem tumultum, lampas sæpè extincta, divinitus semper exarsit, quod intelligens Rex Saracenorum, oleum effundi præcepit, aqua, pro oleo, infusa, quæ tamen, stupendo in oculis infidelium miraculo, instar olei exarsit, cœlesti quadam stella descendente, & lucernã accendente. Inde Christianis potestate deinceps facta, liberè Ecclesiã illam ingrediendi. Claruit sub Anno CHRISTI 1100. *Ex Petro Diac. de Ortu & vita Iustini Casin. Marchesio, Cajetan. &c.*

IN Monasterio Grandis Sylvæ, depositio Beat. Guillelmi, qui ex Illustrissimo & potentissimo Montis Pessulani dynasta, factus in oculis suis vilis, cum ex Sibylla conjuge, Guillelmum Iuniorè, Hugonis Burgundiæ postea Ducis affinem, suscepisset, & dignè educasset, ejurato sæculo, cucullum induit, uti vivens egregijs virtutibus, sic mortuus crebris miraculis clarus resulsit. Fuit Cœlitum Im-

peratricis, Matris Admirabilis cultui longè additissimus, ac propter eundem, raro & perinsigni à morte miraculo honoratus: cum ex ore ejusdem jam sepulchro conditi, lilium pulcherrimum erumperet, litterisque aureis ac planè cœlestibus undique decoratum, inscriptum mirabiliter AVE MARIA referret; quæ sola verba, cum litterarû cæteroquin rudis esset, latine proferre potuisse memoratur, & semper congeminasse. Cumque multis claruisset miraculis, Sanctorum albo adscriptus est. Vixit tempore Sanct. Bernardi Abbatis, cui & familiaris fuit, & à morte gloriosus apparuit. Illud autem haud parum, inquit Henriquez, hujus Sancti viri gloriam extollere videtur, quod sicut ipse fugiens sæculum, cunctaque prospera contemnens, DEO sibi vacare, & ab omnibus se abstrahere studuit; ita D E V S copiosiore eum benedictione replevit, multiplicans semen ipsius sicut stellas cœli, & faciens iptum magnum, super omnes magnos qui sunt in terra. Et qui ex potentissimo Principe, humilis fieri Monachus voluit, fecit illum patrem Imperatorum, Regum & Principum, ita ut nullus sit in tota Europa Rex, qui ab hoc Sancto viro non trahat originem. Cujus Genealogiam acuratissimè summoque studio contexit, adm. R. D. P. Christophorus Butkens, Monasterij Salvatoris Antwerp. Coadjutor, eam ad omnes Principes, qui hodie Christianam Rempubl. moderantur deducens. *Vid. cit. Henric. Petrus Calzolari. Ang. Marriqui. Bern. de Brito, &c.*

Cantuariæ SS. Virginum Gislæ & Richtrudæ. Fuerunt non sanctitatis solum hæ Virgines, sed & eruditionis laude illustrissimæ, habueruntque Magnum illum & meritissimum de toto terrarû orbe Magistrum, S. Alcuinum nostrum, à quo in Cantuariensi Virginum Monasterio, cum virtutum studiis, tum litterarum exercitijs instructæ sunt. Extat earum ad Alcuinum Magistrum, & Alcuini vicissim data ad easdem Epistola inter opera ejus, initio Commentarii in Ioannem Evangel. præfixa, ut ex Pithio refert D. Eduard. Maihew, & ex hoc Hugo Menardus Observat. *ad Marr. Bened. libr. 2.*

In Brabantia, Monasterio Villariensi, natalis Beat. Arnoldi ejusdem loci Conversi, humilitati alijsque virtutibus ornatisimi. Arnoldus, inter Conversos Villari-

Ave Maria in libro.

Summorum Europa Principum origo.

SS. Gislæ & Richtrudæ.

B. Arnoldus conversus.

rientes adlectus, uti nomine, sic reapse, ab omni periturore amore, solum ad Numen; & crucifixum suum conversus est. Et quamvis ex minimis atque ultimis Fratrum esset, maximi tamen in cælo factus, etiam dum viveret inter magnos æstimari, & pro magnis virtutibus, ipsoque æstimationis & gloriæ contemptu, reputari meruit. Quanto autem honore à plurimis afficeretur, ita Villariensium Annales habent: Confluentibus ad eundem, sicut vir fuit magni nominis, hominibus religiosi, ipse singulos de mundi miseris, infernique supplicij, ac divinarum Scripturarum salutaribus monitis, gaudijs quoque supernæ felicitatis instruxit, & ex ejus monitis æternæ suavitatis dulcedinem sentientes, cum gaudio tandem à se dimisit. Concurrunt ad eum etiam plurimi sæculares, quidam peccandi consuetudine gravi-

Multos convertit.

IV. IDVS APRILIS.

X. Aprilis.

B. Fulbertus Episc.

IN Gallia, civitate Carnotensi, B. Fulberti Episcopi & Confessoris. Fulbertus cognomento Carnotensis, in eisdem Urbis Monasterio Sancti Petri Monachus, pro egregijs virtutibus S. Martini postea Abbas postulatus & consecratus est. Percrebescente autem tanti viri fama, extincto Rodulpho Carnotensium Pontifice, eidem succedere iustus, eum illi, tum universali Ecclesiæ, ornamento singulari fuit. Vti autem ab eruditione celebre nomen toto orbe habuit, sic non minus meruit sanctitate, super omnia tamen, à præcipuo magnæ & Admirabilis Matris, unicissimæ suæ & Ordinis universi Tutelaribus cultu commendandus; cujus ipse honori, templum illud Cathedrale Carnuti longè celeberrimum & verè Augustum à fundamentis excitavit; hymnos autem ejusdem laudem multiplices composuit, & ut pulcherrima illa D E Iparæ commemoratio, usu Ecclesiæ universæ hodie receptissima & decantatissima: *SANCTA MARIA A succurre miseris, juva pusillanimes, reserue debiles, &c.* quotidie deinceps in Vesperis & laudibus ulutparetur, auctor fuit, eoque insigniter Cœlitum Imperatricis, clientumque ejus omnium amorem demeruit. Idem consimili etiã & æterno prorsus merito, gloriosissimum ejusdem Magnæ Virginis

Insigne monumentum.

ter & enormiter irretiti, quidam tentationibus prægravati, quidam vero diversis oppressionibus circumdati. Quibus omnibus in Spiritu lenitatis condescendens, monita salutaria ministravit, ac omnibus omnia quodammodo factus, pro captu singulorum verba accommodavit, &c. Vt videas, quanta per simplices etiam suos D E V S operetur, eruditissimorum quorumvis sapientiam, longè uberiori simplicitatis fructu confundens. Fuit humilitatis exercitijs deditissimus, multoque tempore molitoris munere in Monasterio strenuè perfunctus, inter labores manuum Spiritu sublimiter evolavit. Eum D E V S magnificè extulit, Prophetiæ gratia illustravit, & multorum miraculorum paratorem mirificum effecit. *Ex libr. de gest. Villar. Arn. Raif. sio, &c.*

Molitor Cenobii.

B.

Nativitatis Festum primus in Gallia celebravit, & librum integrum de laudibus ejusdem Cœlorum Augustæ composuit, & posteritati reliquit. Claruit Prophetico Spiritu, & primus Berengarij infandam Hæresim deprehendit: Cum enim morbo prægravatus lecto decumberet, amicosque inter Berengarius quoque suus olim discipulus occurreret, impedita morbi violentia lingua, nisi quanto potuit, expellendum illum ab amicis significavit, testatus postea, immanem prope illum dæmonem constituisse, multosque ad eum sequendum blandiente manu pellexisse, atque illicitè corrupisse. Berengarium autem ipsum aliàs Sanctissimus Doctor, omni ope ac studio, ab illa ingenii ad malum proclivitate retrahere nec quidquam conatus est, ipso à morte primum Magistri, funestissimum sequuturis etiam sæculis virus, in orbem terrarum universum iceleratissime spargente & evomente, cui tamen Prophetico, ut videtur, Spiritu, antidotum Sanctus Pontifex jam tunc excogitans, benè compositum, de Veritate Corporis CHRISTI in S.S. Eucharistia Sacramento librum doctissimum posteritati transmisit. *Fuit Doctorum sui temporis omnium, teste Guillerino, doctissimus, ad quem confluere consueverunt omnes, qui ipsum de rebus du-*

Festum Nativit. B.M. V.

Berengario primus occurrit.

Insigne encomium.

Ejus sacrum corpus, quando Nortmanni exigentibus id peccatis Christianorum, Ecclesias Galliarum vastaverunt, in Belgium translatum, in Præpositura Vedastinorum Hasprensi huc usque in Icrinio argenteo honorificè asservatur. *Ex Ioan. Molano, Orderico Vitali, Stephano Cadomensi, Belforest. Demochare, Claud. Roberto Hugone Menardo, Annal. nostr. Benedict. &c.*

S. Az. Casinas.

In Monasterio Casinensi, Sancti Azonis Monachi, ejusdem Cenobii Decani. Hic patria Campanus, Monachum in Sacro Monte Casinate professus, cum egregijs & dotibus præstaret & virtutibus, lectissimi Monachorum Collegij Decanus esse meruit. Missus autem postea à Girardo Abbate, pro construendo Monasterio quodam in Sardiniam insulam, in reditu à Saracenis interceptus, atque abductus, in tristi servitute atque vinculis, cum socijs Fratribus aliquot, Sanctissimè vitam clausit: Ad cujus declarandam sanctitatem, crebris tumulum ejus miraculis, D E V S honoravit, nomenque Amici sui cum fidelium pietati commendavit, tum infidelium ignorantia venerabile reddidit. Sepultus siquidem in Ecclesia aliqua Beatissimæ Matris Virginis, ab hostibus occupata, ab his ipsis post mortem visus est cum libro quodam in manu in ostio Ecclesiæ sedere; cumque rei novitate attoniti Saraceni multi spectatum confluerent, consurgens ille, Ecclesiamque ingressus nunquã deinceps comparuit. Ad ejusdem tumulum, lampas sæpè extincta, divinitus semper exarsit, quod intelligens Rex Saracenorum, oleum effundi præcepit, aqua, pro oleo, infusa, quæ tamen, stupendo in oculis infidelium miraculo, instar olei exarsit, cœlesti quadam stella descendente, & lucernâ accendente. Inde Christianis potestate deinceps facta, liberè Ecclesiã illam ingrediendi. Claruit sub Anno CHRISTI 1100. *Ex Petro Diac. de Ortu & vita Iustini. Casin. Marchesio, Cajetan. &c.*

Clar. 1100

B. Guillelmus Princ.

In Monasterio Grandis Sylvæ, depositio Beat. Guillelmi, qui ex Illustrissimo & potentissimo Montis Pessulani dynasta, factus in oculis suis vilis, cum ex Sibylla conjugè, Guillelmum Juniorè, Hugonis Burgundiæ postea Ducis affinem, suscepisset, & dignè educasset, ejurato sæculo, cucullum induit, uti vivens egregijs virtutibus, sic mortuus crebris miraculis clarus refulsit. Fuit Cœlitum Im-

peratricis, Matris Admirabilis cultui longè addictissimus, ac propter eundem, raro & perinsigni à morte miraculo honoratus: cum ex ore ejusdem jam sepulchro conditi, liliū pulcherrimum erumperet, litterisque aureis ac planè cœlestibus undique decoratum, inscriptum mirabiliter *AVE MARIA* referret; quæ sola verba, cum litterarū cateroquin rudis esset, latinè proferre potuisse memoratur, & semper congeminasse. Cumque multis claruisset miraculis, Sanctorum albo adscriptus est. Vixit tempore Sancti Bernardi Abbatis, cui & familiaris fuit, & à morte gloriosus apparuit. Illud autem haud parum, inquit Henriquez, hujus Sancti viri gloriam extollere videtur, quod sicut ipse fugiens sæculum, cunctaque prospera contemnens, DEO sibi vacare, & ab omnibus se abstrahere studuit; ita D E V S copiosiore eum benedictione replevit, multiplicans semen ipsius sicut stellas cœli, & faciens ipsum magnum, super omnes magnos qui sunt in terra. Et qui ex potentissimo Principe, humilis fieri Monachus voluit, fecit illum patrem Imperatorum, Regum & Principum, ita ut nullus sit in tota Europa Rex, qui ab hoc Sancto virò non trahat originem. Cujus Genealogiam acuratissimè summoque studio contexuit, adm. R. D. P. Christophorus Butkens, Monasterij Salvatoris Antwerp. Coadjutor, eam ad omnes Principes, qui hodie Christianam Rempubl. moderantur deducens. *Vid. cit. Henr. Petrus Calzolar. Ang. Manriqu. Bern. de Brito, &c.*

Ave Maria in libro.

Summorum Europæ Principum origo.

SS. Gisla & Richtrud.

Cantuariæ SS. Virginum Gisla & Richtrudæ. Fuerunt non sanctitatis solum hæ Virginis, sed & eruditionis laude illustrissimæ, habueruntque Magnum illum & meritissimum de toto terrarum orbe Magistrum, S. Alcuinum nostrum, à quo in Cantuariensi Virginum Monasterio, cum virtutum studiis, tum litterarum exercitijs instructæ sunt. Extat earum ad Alcuinum Magistrum, & Alcuini vicissim data ad easdem Epistola inter opera ejus, initio Commentarii in Ioannem Evangel. præfixa, ut ex Pithio refert D. Eduard. Maihew, & ex hoc Hugo Menardus Observat. *ad Mart. Bened. libr. 2.*

B. Arnoldus conversus.

In Brabantia, Monasterio Villariensi, natalis Beat. Arnoldi ejusdem loci Conversi, humilitati alijsque virtutibus ornatisimi, Arnoldus, inter Conversos Villari-

manavit, formam pauperis assumpsit, Principis mundi exuvias reiecit, &c. Claruit eximijis & in vita & post mortē miraculis, decessit que A. C. 1181. *Ex Alberto Crantz, Henrici Saxonie Grammat. Gonz. de Sylva, Baronio, Ephemer. nost. Mar. Bened. &c.*

Ob 1181.

S. Beda Genuef. Genue in Monasterio S. Benigni, depositio San. Bedæ Monachi, admirandæ sanctitatis viri. Beda Presbyter ac Monachus, eandem, quam alter ille Venerabilis cognomento patriâ, Angliam habuit. Cū autem humanarum divinarumque litterarū scientia, neque minus per insigni vitæ polleret sanctitate, celebritate nominis Magno Carolo proditus, digno cum honore ab eodem accitus est, scilicet ut ejus facundia diligentissimus eruditorum Imperator, frueretur, & in gravissimis Regnorum negotijs, tantū viri consilio uteretur. Quinque & quadraginta annos summa cum laude in curia Regali ac dein Imperatoria versatus, missionē cum peteret, tandem ægrè impetravit, cum frustra Cæsar sumos eidē honores & celeberrimos Pontificatus generosissimo Monacho offerret, tantorumque contemtorē vehementius adamaret & retinere contenderet. Cū autem præcipua tunc sanctitatis fama maximè celebraretur S. Guillelmus noster Gavellitani Cœnobij Abbas, cujus disciplinæ se subiciens, novus velut instituti Monachici Tyrunculus, toto se animo ad perfectionis studium convertit, & vitæ reliquū assidua rerum cœlestium meditatione, & librorum scriptione exegit. Cui Sanctus Spiritus colūbæ niveæ specie, visus quæ scire optabat omnia in aurem dictare, & quotiescunque adibat Oratorium, cum illo simul introire. Post mortē Caroli quinquennium supervixit, & Ecclesiasticis sub mortem munitus Sacramentis, inter manus Abbatis & Venerij Monachis, animam felicem Creatori commendavit, & tradidit. Cujus sacrum postea corpus Genue ad S. Benigni translatum, plurimā beneficia sanitatis, & energumenis maxime impertivit. *Ex Arnoldo Duaceno, Thoma Sirena mon. Gen. Fort. de Vinz. &c.*

Aula fulcrum.

Divinus Spiritus ei dictat.

Obiit 819.

S. Paternus

Paderbornæ in Germania S. Paterni Monachi & Confessoris. Is Scotus patria, professione Monachus, sacri autē rigoris amore in nostro Paderbornensi Cœnobio, *Inclusus* æcelitum mortali etiam nū in corpore studia consecutus, aliud inter miranda, diu ante, divino edoctus Spiritu, Paderbornensis urbis incendium prædixit; quo & ipse, perseverans in sua, qua se Deo consecraverat cellula, absumptus, holocau-

stum Domino in odorem suavitatis se obtulit, A. C. 1058. sexta teria ante Dominicā Palmarum; illustribus à morte miraculis commendatus. *Tribem. Leslaus, V. Viou. Annal. Germ. &c.*

Miraculis claret.

Antifiodori S. Palladij Episcopi & Confessoris. Magnus iste Episcopus, ex Monacho & Abbate S. Germani Antifiodorensis, ad hanc dignitatem evehctus, mira vitæ sanctitate decus æternæ Ecclesiæ suæ addidit, claruitque A. C. 634. Inter plurima autem præclare gesta, in signē S. Eusebij Basilicam condidit, in eaque sepeliri voluit, quo etiam loco S. Tetricus postea, aliūque successores Episcopi tumulati sunt. *Flodoardus, Claud. Robert. Ioan. Chenu. Chron. Antifiod. Lili. nost. Bened. Galica &c.*

S. Palladius Episc.

In Monasterio Firmitatis depositio B. Bertrandi Abbatis illius loci primi, qui vitæ integritate & doctrinæ præstantia, celeberrimam nostri Ordinis Cisterciensem Reformationem, mirabiliter stabilivit, propagavit, & dignè Cœnobij & Præfatus sui nomine Firmitatē se & firmamentum præstitit. *Ang. Manriq. Barnab. de Montalbo, Chryf. Henric. &c.*

S. Bertrandus.

In Monasterio S. Blasii superioris Styriæ Admontensi Venerabilis viri Engelberti ejus loci Abbatis. Is illustri admodum celebrisque Dynastarum de Volckersdorff natus familia, majorum posteriorumque omnium equestria decora, partumque in aulis Regum ac Principum nomen longe transgressus, Virtute atque eruditione singulari famam toto terrarum orbe æternam meruit, demeruit omnem omnino posteritatem. Generositate primū animi, contemptu terrenarum prodens illecebrarum, in sacro illo & gratiosissimo Sanctorum Admontensi latibulo, prudenter se abdidit, & cucillum complexus, magnis illic virtutibus & eruditione tantopere profecit, ut singulare omnino esset sui sæculi ornamentum. Cœnobii proin post Henricum eo nomine secundum fama & factis celeberrimum creatus Abbas, ita Cœnobio præfuit, ut nec sibi, neque Orbi universo deesset, Contemplationis studiis addictissimus, ut ab otio illo & somnio electorum validior ad labores, & suorum confurgeret instructionem. Solitus autem est certo Anni tempore, non relaxandi animi causa, sed sibi D E O quæ liberius vacandi, in eremum quandam concedere, & in antro quodam scopuli excavati, Sanctissimi Patriarchæ

V. Engelberti Abb.

Eius nobilitas.

Fit Abbas.

triarchæ nostri exemplo, habitare secum, Divina speculari, & quæ mente conceperat, fluentissimo deinceps calamo, sequitur comendare posteritati. Fuit DEIPARÆ longè amantissimus, de cujus Gratia & Virtutibus librum insignē scripsit, æternum sui erga Dominam tantam amoris monumentum. Reperitur in libris ejusdem Rythmus ille solemnis: *Omnī die dic Mariæ meæ laudes anima, &c.* quē nonnulli Casimiro Poloniæ Regi tribuunt, ab hoc peculiari adamatum. Sunt tamen qui hujus Authorem Engelbertum haud improbabiler opinantur, qui centum quinquaginta annis Casimiri gratæ anteverterit, nec videatur rythmum illum, autoritate non allegata, suis fuisse operibus inserturus, nisi, is ipse qui se passim in ejus exerit operibus affectus parturisset atque effudisset. Honorat

DEIPARÆ demeretur.

Insignia scripta.

Obiit A. C. 1321.

III. IDVS APRILIS.

II. Martij.

S. Isaac mon.

Spoleti S. Isaac monachi & Confessoris, cujus virtutes S. Gregorius Papa commemorat. *Mart. Roman.* Isaac primævo Ordinis calore ferventissimus, multos exemplo suo ad mundi contemptum pellexit, pertraxitque; quibus facem indeficiente lumine, ad obitum usque prætulit; & insignibus miraculis coruscavit. A custode templi Spoletani, cū diutius in preces incumberet, impostor appellatus, inflicta etiam alapa è templo ejectus, arreptū mox à dæmone percussorem, inemor injuriæ prodigiosè sanavit. Fures hortulo suo insidiantes, in spiritu agnoscens, tot vangas (instrumenta sunt manualia,) in hortō destitui jussit, quot venturos præviderat, qui de nocte longè alio ingressi proposito, mutata repente mente, hortum quem deprædari venerant, colere cœperunt; quos etiam velut conductos abunde refecit, & post laborem, operis mercedē, olera dono dedit. Mentitos nuditatem quosdam, & vestimenta efflictim ab eo postulantes, suis met, quas absconderant in cavitate cujusdam arboris, in mediū prolatis, dono dedit, proprioque delusos ludo, domum remisit. Claruit A. C. 560. *Ex lib. 3. Dial. c. 14. Arnold. Duat. Hugo Menard. &c.*

Ludentes ludic.

S. Guthlacus

In Britannia S. Guthlaci Confessoris, ex Monacho Anchoritæ, qui multis virtutibus fulgens quievit in pace, Guthlacus Regio Britannia Regum ortus sanguine, Penwaldo patre, Tecta matre, Regum

C.

Regis in familiam, utero etiam nū latens transcriptus est, cum ipsa ortus sui hora, cælesti fulgore prodigiosa manus, concurrente, ad tantum prodigium ingenti hominum multitudine, conspiceretur ad fores ædium parturientis, Crucem signare, seu efformare. Puer morib' ad eō gratis fuit, vultuq; adeo liberali, ut solo aspectu innes raperet, cunctisq; & admirationi & venerationi esset. Juvenili ætate; militiam amplexus, generis sui hostes, felicissimo rerum successu depressit, urbes expugnavit, castrā subvertit, tanta tamen in subactos clementia, ut tertiam semper præde partem illis refunderet. Sed medio in gloria cursu, ad castrā Christi animū advertens, in Rependonensi Cœnobio, comutata cum cucullo purpura, eximia paulo post sanctitate celebrer Monachus evasit. Dehinc annuentibus Fratribus in Croylandensem sese recipiens insulam, totus contemplationis studio invigilavit, vitamque solis contentus pane & aqua, illoque hordeaceo solum, hac lutulenta, admodum, totos quindecim annos toleravit. Innumeris illum modis cacodæmon tentavit, & irretire sive eremo expellere allaboravit, quod ut efficeret, totos sæpe exercitus produxit; neque ficta solum pugna, sed ferventissima, & cruenta admodum cum uno hoc heroe conflixit, ferreis flagris tenerrimum conscidit, cænosā paludē demersit, in aera subversit, in vepræta horridissima ac densissima

Heros egre-gius.

Fit eremi-cola.

jecit; crudelemque in modum laceravit; quæ omnia patientissimè cum ferret, neque cedere loco vellet, à Divo Bartholomeo Apostolo Tutelari suo confortari meruit. Terrori autem deinceps adeo dæmonibus fuit, ut solo Crucis signo in fugam eos verteret, & ludibrio superbissimos spiritus haberet, dum quasi stipulas exsufflaret; quem cum religioso in speciem consilio, religiosa hominum facie deludere conarentur, & Moysis, Eliæ, Ægyptique Patrum jejunia comendarent; ipse psallens, in contemptum eorū, hordeæ panis particula vesci cœpit, & dignè irrisos ab sese repulit. Claruit vir Sanctus Prophetiæ spiritu, ita quidem, ut procul positorum dicta, factaque non secus, atque si præsens esset cognosceret & referret. Porro eremi volucres, admiranda reverentiæ significatione, ad ipsum convolabant, scapulis genibusque infidebant, & gratulationis, quanta poterant signa edebant, quod & sylvestres similiter feræ, sed & stagni pisces facere consueverunt, ad vocem ejus haud aliter atque pastoris sese ingerentes, deque manu ipsius cibum lumentes. Præsentem beatæ memoriæ Wilfrido, duabus hirundinibus, ad ipsum cū plausu invisentibus, interq; contentus, in brachiis genibus & pectore ipsius confidentibus, festucam in ventinula posuit (Orderici verba sunt) & sic avibus nidum in sua cella designavit, non enim in casa Guthlaci sine licentia ejus nidificare audebant. Miraculorū frequentia & magnitudine celeberrimus fuit; cum omnium Ordinum homines, Præfules, Comites, Nobiles, pauperes ad ipsum confluerent, animi corporisque egritudinibus certa remedia flagitantes & accipientes. Angelorum consortio jam in terris usus, mane & Vespere quotidie Angeli solatio & aspectu recreatus, arcana etiam multa, & cælestia, eo docente cognoscebat. Moriturus, septima infirmitatis die, oriente sole, tublevato ut poterat corpore, manus ad altare extendens, Corporis & Sanguinis Christi sacro Viatico sese ipse muniit, extensisque in altum manibus, & elevatis in cælū oculis, spiritum Creatori transmisit, cum præcedente nocte ædicula tota, cælesti luminis fulgore circumamicta mirè resplendisset. Vifa illico à morte, eo ipso loco, turris ignea in cælum sese exporrigens, ad cuius comparationem sol, quasi lucerna in die pallefcere videbatur. Sed & canticis Angelis acra resonuerunt, admirandaque cælestis odoris fragrantia, insula re-

pleta est, insignibus deinceps prodigiis corpore ipsius ab Numine honorato, & post anni decursum reperto incorruptissimo. Ex Felice & Guilh. monachis Croyland. Orderico Vitali Vtic. Petro de Blesis, Annal. nost. Bened. &c.

In Gallia passio Beatorum Stephani Abbatis & Hildebrandi Conversi, qui ab Hæreticis Albigenfibus crudeliter interfecti sunt; & Abbas quidem triginta sex vulneribus, Converter autē viginti quatuor saucius & laniatus, cum palma Martyrij, uterque ad triumphos æternos evolavit, A. C. 1209. Abrab. Bzovius, Phil. Seguinus, Chrysof. Henric. &c.

Turonis S. Agerici Abbatis. Agit de hoc Molanus in Addit. Hugo Menardus, & Arnoldus Wion, neque ulterius quidquam indagare, certè comparare, licuit.

Apud Osnaburgum depositio Beatæ memoriæ Reinerij Solitarij, cujus vita virtutibus & miraculis gloriosa refulsit. Petrus Merf. Cratopol. Annal. nost. Germ.

Noviomii S. Godobertæ Virginis & sanctimonialis. Hæc Ambiani nobili orta genere, dum coram Rege Clothario de ejus nuptiis tractaretur, non sine Numinis nutu se ingerens S. Eligius noster, eam Christo soli affirmans sponsam deberi, illico tunc Virginum Sponso, sacro amictā velo consecravit. Admiratus autē vocationis insolentiam Rex Clotharius, maximi deinceps Virginem fecit; suumque ipsi Palatium condendo Cænobio cessit, & multa largitus est. Claruit mira miraculorū gratia, eaque inter Noviomensis Urbis singularis Patrona ac Tutelaris, eandem pestilenti lue gravissime flagellatam, adeo ut nemo esset, qui abjecta undique cadavera curaret & sepeliret, ipsa precibus suis liberavit. Rursus terribili flagrantem incendio, flammis prodigiosè consopitis ab interitu eripuit. Ægros variis detentos languoribus, mira felicitate sanitati quamprimum restituit, omnibus undique ad se convolantibus miraculosa ope subvenit. Nec minus à morte, quam in vita miraculis gloriosa fuit. Ea inter, rarius illud cum anniversaria sacri ejus transitus die, omnes cerei & lampades, à nemine, qui appareret, accensæ, sponte exarserunt; totosque septē consequentes dies, oleo & cera indeficientibus, universo spectante populo, mirabiliter colluxere. Claruit A. C. 640. Ex Vita MS. Molano, & diversis Gall. script. nec non Annal. nost. Bened. &c.

SS. Mart.

S. Agericus

B. Reinerius

S. Godoberta

Pestis Patrona

Inexincti careii

In

V. Angelus. In Hispania obdormitio Beatæ memoriæ Angeli de Victoria, Monachi Ferrariensis, ob vitæ & doctrinæ claritatem omnibus venerabilis, qui postquam variis Cænobiis præfuisset Generalis Reformator observantiæ Cisterciensis per Hispaniam, comuni omnium voto & plausu electus, sanctissimis institutis, gratissimam Deiparæ familiam egregiè restituit & restauravit, & post multa sanctitatis signa, & charitatis ac humilitatis opera, ad extrema deveniēs, admirando & cælesti splendore circumfusus, felicem spiritum emisit; quo ipso etiam tempore, multis intuitibus stella lucidissima, supra locum migrationis apparuit. Henric. Ben. Rod.

V. Theodosius Abb.

In Campania Italica Ven. Theodosij Abbatis & Confessoris. Hic fervente primævo Ordinis flore, inter spectatiora Italiæ sydera insigniter exsplenduit, ipsa virtutum egregiarum commendatione Magno Ecclesiæ Doctore, Gregorio nostro specialiter dilectus. Præfuit autem Monasterio S. Martini in Campania partibus ab ipsomet Sanctissimo Patriarcha nostro, dum in terris superstes esset, sumptibus Liberij Patricij condito, cujus sapius mentionem facit citatus Gregorius, lib. 7. Regist. epist. 15. 16. & 74. Ex monim. Casin. & Sublac. Marchesio, Cajetano, &c.

S. Stanislaus Episc. Mart.

In Cracovia, natalis S. Stanislai Episcopi & Martyris, qui à Boleslao impio Rege necatus est. Fuit hic voto, etsi minus solemni professione Monachus noster, omni tamē vitæ exemplo, exemplar omnium Monachorum. Cæterum de iplo

PRIDIE IDVS APRILIS.

XII. Aprilis.

S. Alferius Abbas.

CAVÆ depositio S. Alferii Abbatis Cavenfensis primi, miraculis clari. Alferitus Salernitanus patria, ex nobili Papagallorum familia, inter proceres Palatii Salernitani, apud Principem primus enituit. Legatus ad Imperatorem in Germaniam, cum ad Divi Michaelis de Clusa Cænobium pervenisset, gravi infirmitate correptus, nihil prius animi cura habuit, & cucullum exambiit, eo quamprimum à S. Odilone Cluniacensium Archi-Abbate, qui forte tunc aderat, donatus, brevi convalevit, Cluniacumque missus, ibidē primæ vitæ Religiosæ fundamenta jecit, inde non multo post, ob insignes præmaturusq; in perfectionis studio progressus, ad gubernandā Salerni Principatus Monasteria destinatus; ubi vitæ sanctitate,

Rector plurimū Cænobiorum

fufius agimus quinto Calen. Octobr. & 8. Iduum Maij quando sacrum corpus illius solemniter translatum est. Vid. Baron. in Mart.

Ipsa die comemoratio, Ven. viri Boleslai Regis, cognomento Impij, immanissimi interfectoris S. Stanislai, qui infanda crudelitate, sanctum Pontificem ad sacrum altare aggressus, multis vulneribus parricidaliter celere interfecit. Is facti postea serio pœnitens, factum tam atrox, miranda prorsus doloris contestatione detestatus, amplissimum Regnum deseruit, & veste mutata, omnibus ignotus, in vastissima Carinthiæ deserta se conterens, ne solus sibi ipsi non sufficeret, in Osiacensi celebri tunc Cænobio, cucullū amplexus, illic inter Fratres Conversos accensus, & vilissimis servitiis addictus, insignia humilitatis, & patientiæ documenta edidit, & sancto denique fine decedens, paulo ante, quam supremum spiritum exhalaret, parricidam Boleslaum se omnibus publicè confessus, non sine multis omnium lachrymis, ex hac vita, & æramnosi exilij calamitatibus ad Regnum æternum conscendit; cum voluntario se Martyrio, diu graviter exercuisset & confecisset. Ex Monim. Osiac. & tumulo, quem illic inspeximus, A. C. 1649. Item Annal. nostr. German. & Benedict. &c.

Ven Boleslaus B. Polon.

Fit Conversus.

Translatio.

In Monasterio Broniensis celebris illatio S. Leodegarij Episcopi & Martyris. Molanus in Addit. & Natal. SS. Belgij Hugo Menard. &c.

D.

qui olim familiæ & honorum dignitate spectatissimus fuerat, multos exemplo suo Christo lucratus, sanctissimi illius & celeberrimi Cavenfensis Monasterii (vulgo S. Trinitatis de Cava,) primus Author & Abbas esse meruit, quod deinceps Sanctissimorum atque eruditissimorum virorum promptuarium fuit, totumq; terrarum orbem admirandæ lucis radiis, & gravissimis meritis implevit ac demeruit; metuente jam tunc infero ab iis Alferii nostri conatibus ac successibus, & ipsi interitū machinante. Salernum aliquando cum tenderet, à malo genio, una cum jumento cui infederat, de excelsissimæ rupis cujusdam vertice præcipitatus, ceu plumaleviator, stupentibus qui viderant atq; audierant universis, illæsus omnino, sed

Casus mirificus.

Alcer Antonius.

Aves & pisces: si obsequuntur.

Angeli familiares.

Lux admiranda.

Musica cælestis.

*Indignus re-
fascitatus.*

*Invitatur
à Christo.*

*Vixit annos
120.*

*Præfuit an-
nis 70.*

*S. Erchen-
bodo, Episc.*

fed neque lella emorus, nedum excussus, ad ima descendit, reliquumque itineris, ad littus maris felicissimè confecit. Prophetiæ spiritu eventura præcognovit & prænunciavit. Burellum quendam à saxo è sublimi cadente miserè oppressum, sollicitis de tumulo lociis, redivivum prodigiosissimè reddidit. Quinque sola quæ habebat ova benedicens, septem viris, singula singulis distribuit, eosque raro miraculo, refecit. Abstinentiæ, vigiliarum, orationis studio addictissimus, in eoque assiduus, eam cordis puritatem assequutus est, ut etiam in carne positus humani generis Redemptorem intueri mereretur, qui ipsum sexta ante obitum die amantissimè invitans: *Die cæna mea*, inquit, *venies ad me.* Quo quidem die, impletis omnibus quæ tantæ solemnitati congruebant, cum Missarum solemnia celebrasset, Fratrum pedes abluisse, pauperibus donativa distribuisset, jejunos mortem exspectans, inter orationis verba, nulla debilitate affectus, sub Vesperû, año ætatis suæ centesimo vicesimo, Christi millesimo quinquagesimo, felicissimè expiravit. Cujus in tam decrepita ætate, nec oculus caligavit, nec vigor unquã defecit, adeo ut ad supremam usque diem, clarissimè videns, & legeret & scriberet, Missas celebraret, & omnia munia per se ipse obiret. *Senescens*, inquit vitæ vetustissimus scriptor, *vigoris sui defectum nesciens; moriens mortis ægritudinem non incurrens.* Miraculis etiam post mortem eximiis coruscavit, sed & suorum tam animi quam corporum curam se habere, nõ aliter quam dum eis conviveret, non semel prodigiosè ostendit. Præfuit autem condito à se Cænobio Cavenfi, rarissima felicitate & diuturnitate, annos omnino septuaginta, ad quem haud immerito innumerus ille meritorum numerus, velut perpetuo fonte scaturiens, ex quo illo Monasterio, in Ecclesiam DEI redundans, immortalis cum nominis gloria, est referendus. *Ex Joanne Cavenfi, Alexandro Neapol. Chron. Cavenfi MS. Marchesi, Victorino Manfo, Fortunato Vicent. Baronio, VVione, Iepes, Annal. nost. &c. Paulo Regio, Phil. Ferrar. &c.*

In Monasterio Sithiu S. Bertini hodie dicto, depositio S. Erchenbodoni Morinorum Episcopi & Confessoris, qui ex Monacho & Abbate ejusdem loci, pro illustribus vitæ exemplo ac meritis, Morinorum creatus Episcopus, ab altissimo contemplationis fomno, ad labores con-

versus Apostolicos, eximio profusus zelo ad conversionem gentium & lucra animarum, se transferens, infatigabili zelo, industria ac sagacitate, gregem Christi multiplicare allaboravit, meritissimis earum provinciarum Apostolis, & Tutelaribus accensendus. Præfuit annis 26. estque magna cum reverentiâ sepultus, in Monasterio S. Audomari, sive in Basilica S. Mariæ, quam S. Audomarus noster pridem dedicaverat, in qua nunc resident Cathedralis Canonici S. Audomari, qui sepulchrum in præfata sua Ecclesia ostendunt: corpus in summo altari, caput vero in particulari vase reconditum conservant. Fuit septimus Tarvanensis Ecclesiæ Episcopus, decessitque A.C. 734. *Ex Annal. Flandr. Jac. Meyer. Chon. Ioan. Iperii, Jac. Molano, Obit 734. Demochare, Iepes, &c.*

Arelate, S. Florentini Abbatis & Confessoris. Hic libro vitæ indelebiter adscriptus, jam à tenera ætate faustum æternitatis iter capessivit, cum Christi amore succensus, vexilla ejus sub ductu S. Cæsarii Junioris Arelatensis Episcopi, tunc magna religionis gloria conspicui, sequutus est. *Cujus exemplo & monitu, factus, Ordinis S. Benedicti, monachus*, iis mox divinæ multiformis gratiæ donis inclaruit, ut nõ tam discipulus, quam magister absolutissimus, omnis observantiæ, pietatis, & cælestis doctrinæ, à quibusque sinceris Dei cultoribus censeretur. Quamobrem, à sancto ipsomet Cæsario, novo Asceterio, quod in suburbio Veteri, titulo S. Crucis construxerat, Abbas præfectus, odore fragrantissimo sanctitatis, & splendore signorum, quibus gloriæ jam æternæ candidatus renitebat, innumeros ad se attraxit discipulos, quibus & cæli desiderium, & Dei scientiâ ac obsequiû, non tam verbis quã factis indidit. *Qua ex schola Hilarius & Ianuarius, viri tam pietate quam sapientia præclari, feliciter edocti prodierunt, qui Divini sui Magistri sanctimoniam inspectatores non solum, sed imitatores præcipui, etiam encomiastæ fuerunt dignissimi.* Postquam n. vir Dei, sanctissimæ conversationis cursum absolvit, hi memoriâ ejus, quam mirabiliter illustrabant, etiam elogiis sculptis in marmore, versibus scilicet heroicis & acrosticis decorarunt. Cujus sacrum corpus, in veteri primum Arelatensi Cænobio est conditum, inde vero trigesimo tertio post obitum anno, ob fulgentia signa beatitatis, ad S. Crucis translatum, ibidem usque hodie,

Apostolus.

S. Florentinus Abb.

*Miraculis
clarus.*

Ejus discipuli

*Sacrum corpus multa in
veneratione.*

magna populi veneratione, præsertim X. Calend. Julij, quo ejus festivitas Translationis, devotissimè celebratur. *Martyrol. Gall. Caroli Saussæus, & Liliis nostr. Gall. Benedict. &c.*

*B. Hugo Ab-
bas.*

Rigor vita.

*B. Helias
Abb.*

Propheta.

*Prædicit
mortem Ar-
chiep.*

In Anglia, natalis B. Hugonis Abbatis Novi Monasterii, viri scientia litterarum, & morum sanctitate clarissimi. Is ab amicis, & deliciis mundi hujus à Spiritu Domini abstractus, eodem auctore monachicæ se vitæ & studiis consecrans, multo suo exemplo mirè permovit, & ad perfectionis indispensandæ sublimem conatum excitavit. Fuit ab insigni disciplinæ Regularis zelo præcipuè commendatus. Ceterum juratus sui corporis hostis, inedia, & algoris patiens, forti & infracto in rebus adversis animo, justus & æqui tenax: *Nemo*, inquit Seguinus, *contemplationis Divinæ studiosior, nemo Dei amantior, nemo inter pares & humiles submissior. Tam munificus in pauperes, ut in uno ore omnes, Hugonem pauperum patrem appellaverint, &c.* Quem pro in Deum quanti faceret, crebris miraculis ostendit, ipsumque Spiritu Prophetico nobilitavit. *Ex Philippo Seguino lib. 3. cap. 57. Chrysof. Henric. &c.*

Coloniam, in Monasterio S. Panthaleonis, B. Helias Abbatis & Confessoris. Helias, Scotus natione, inquit Trithemius, vir prudens & sanctus, cujus merita etiam post mortem in multis fuerunt comprobata; religionis ferventissimus observator, multa bona fecit in Ordine; cujus tanta erat industria, ut duo Ordinis Monasteria pariter regeret in Colonia, S. Panthaleonis videlicet, & S. Martini; non paucas à perveris sustinuit injurias. Ita Trithemius. Fuit & hic Prophetiæ dono à Deo illustratus, quo Pilegrino Archiepiscopo Coloniensi in se injurio, disertis verbis mortem impendentem prædixit. Cum enim Pontifex prædictus, eum cum Monachis Scotis, de Germania nostra pridem immortaliter benè meritis, quos in utroque Monasterio regebat, Elias, è ditionis Coloniensis finibus, malè erga ipsos affectus, exterminare proponeret & minaretur; commotus rei indignitate Sanctus Abbas, in hæc verba prorupit: *Si Christus in nobis peregrinus est, nunquam vivus ad Coloniã veniat Pilegrinus.* Quod ita paulo post DEVS implevit, suosque servans, celeri morte Archiepiscopum, ante suum ad Urbem reditum, & prius, quam id quod statuerat, posset exequi, è vivis abripuit. Claruit sub Anno Christi

1030. *Ex Joann. Trithem. Mariano, Scoto, Lesleo, &c.*

In Monasterio Eberbacensi, B. Theodori Monachi, qui sub Cisterciensium nostrorum sanctissima Reformatione, mundo & ejus vanitatibus crucifixus, mirapierate ac morum gravitate eluxit; & virtutum cumulo onustus, de vitæ hujus ergastulo liberatus, ad cælestem patriam transivit; cui in mortali etiamnum corpore agenti, multa divinitus revelata sunt. *Casarius Heisterbacens. Chrysof. Henric. &c.*

B. Theodori.

In Monasterio Vallis Umbrosæ depositio B. Petri Monachi & Eremitæ, qui cum diu sub Sancto Bernardo nostro de Vbertis sanctè vixisset, & magnis se virtutibus probasset, ex consuetudine felicissimæ illius Congregationis nostræ vitam amplexus Eremiticam, in Monte-plano Diocesis Pistoriensis, vili se includens cellulæ, more & imitatione S. P. N. BENEDICTI habitavit secum, cum solo DEO solus in fervore spiritus, & effusione cordis sui suavissimè conversatus. Ad illum cum ali-

*B. Petrus
Monachus.*

*Sobria memo-
sa.*

quando aberrans à via, famens ac sitiens, divertisset Comes de Vernia, loci Dominus, proferens ille, quidquid paupere cella exquirere poterat, cum aliud nihil haberet, panem siccum, & fructus apposuit sylvaticos, dehinc aquam præmissa benedictione, in vinum generosissimum convertit, Comitemque mirificè recreavit, qui tantum deinceps hospitem suum doctus æstimare & venerari, potestatem ipsi fecit ubicunque vellet locum eligendi, in quo Comes ad honorem cælorum Augustæ Monasterium exstrueret. Designavit Petrus locum, qui sibi tunc captior videbatur; sed cum, quæcunque una die struebantur, altera die cælesti manu & virtute destructa apparerent & jacerent; Petrus sollicitè DEI param ipsam pro signo suæ voluntatis orans, exauditus quamprimum est, & circuiens cum fabro murario seu Architecto, tabulam reperit, aureis inscriptam litteris, cum salutatione Angelica *Ave Maria*, quo ipso loco Ecclesiam struxit, & insigne honori Magnæ Matris Cænobium condidit, vulgo S. Mariæ de Monte-Plano appellatum, ubi deinceps ipse, multis annis vitam ducens sanctissimam in servitio Domini suæ animam posuit, ultimum spiritum exsufflavit. *Ex Monim. Vallumbr. commun. Corist. Gajet. Marchesi, &c.*

*Struis Cænobium.
B.M.V.*

V. Ericus
Rex.

In Dania, obitus piæ memoriæ Erici Regis, filii Aquini, Magni Erici Nepotis, qui diademi Regni, & sæculi divitias atq; delicias fastidians, in Cænobio B. Mariæ de Tyonia, quod ipse fundaverat, Regulam S. P. N. BENEDICTI, sub ferventissimo Cisterciensium nostrorum instituto

IDIBVS APRILIS.

XIII. Martij.

S. Martius
Abbas.

IN finibus Arvernorum S. Martii Abbatis & Confessoris, cujus laudes texuit S. Gregorius Turonensis Episcopus. Martius Arvernensem Urbem patriam habuit, quam postea Abbas effectus, mira sanctitatis gloria exornavit. Exarsere in puero etiamnum Divini Amoris flamme, ita ut corpusculi sui & carnis osor, solum quæ Dei sunt curaret, seipsum negligeret, rigorem vitæ pro deliciis adamaret, vigiliarum & orationum studio intentissimus esset. Constructo autem haud procul ab urbe Cænobio, virili jam ætate, non tam exemplo discipulis, quam miraculo fuit, cum corporis penè oblitus sui, Angeli vitam in terris ageret, orationi & contemplationi usque adeo deditus, ut de nocte etiam, non prius somno, & brevissimo quidem indulgeret, quam fessa nimio labore membra humi laberentur; petra ex in durissima lectuli vice usus. Claruit & in vita & post mortem, per insigni miraculorum gloria, quæ inter rarius illud, quod furem hortulo suo insidiantem, & divino ligatum iudicio, in spiritu cognoscens, nõ tantum ultro absolvit, sed iis quæ per scelus collegerat donatum, & benè onustum remisit. Decessit nonagenarius, & floruit sub A. C. 580. *Ex Greg. Turon. Hugone Menardo, Laur. Surio, Arnolodo Duac. Car. Sauff. &c.*

Claret A. C.
580.

B. Balduinus
mon.

In Belgio natalis B. Balduini Monachi & Confessoris. Balduinus, cognomento de Bocla, patria Gandavenfis, puerulus etiamnum, solitariæ vitæ desiderio arsit, magnique ingenii & indolis per insignis specimina edidit. Undecennis Deo & S. P. N. BENEDICTO in Cænobio Blandiniensi oblatus, Monachus postea perfectionis contentiore studio in primis enituit. Impetrare ejus aliquando parentes, ut ab Abbate ad cognatos visendos mitteretur, cum magno omnium plausu exceptus, pernoctare tamen in parentum amantissimorum ædibus nollet. Cui proin, ne in strata nuda sub dio pernoctaret, in Ecclesia proxima lectulum composue-

Puer celebr.

complexus, in paupere cucullo, Regum Regi dignissimam servitutem servit, & tandem vitæ meritis, quam opibus Regni felicior, sancto fine quievit, A. C. 1147. *Bern. de Brito, Chrysofom. Henriquez. Elias Reufnerus, Hieron. Henning. Sebast. Münsterus, &c.*

E.

runt. Additi juvenes focii, ne solus esset, quos ille Ecclesiam ingressus statim exclusit, timens eorum præsentia ab oratione & consuetis exercitiis impediri. Eum cum nec nosset, nec vidisset venefica quædam, coacta tamen à dæmone insidiis appetere, & necem innocenti machinari, neque in solum tunc quidem, omni industria quidquam potuisse, confessa est, cū pro aliis postea maleficiis ad supplia raperetur. Missus ad curtim quandam Cænobii, Liefdal dictam, sitam in Anglia, in nemore proximo tuguriolum sibi ex ramis arborum confecit, ubi secretius Deo vacaret. Revocatus in patriam, similem occasionem Deo inserviendi ex ambiens, ab Abbate impetravit, & ductu Angelico in Bodecloo accepit, ubi & cælestem musicam audire meruit. Illuc semptem solum panes hordeaceos, & modicos quidem secum contulit, quibus 40. totos dies contentissimus vixit. Vitam egit pauperem admodum, nuditate, fame, siti, aliisque corporis afflictionibus graviter le conficiens. Oblatum à quodam filium, focium deinceps unicum habuit, à quo cum veneranda canitie senex panem emendicaret, & is magistro quereretur, pauxillum protracto jam nimis jejunio superare cœnaturis; dari nihilominus id ipsum præcepit. Cumque senex pulmentarium in super, caseum, butyrum, & siquid porro haberent, peteret, nihil in cella reliqui respondit, nisi falis benedicti modicum, quod & petenti paratum foret. Tum subridens senex: *Domina*, inquit, *Charitas, providebit vobis*, sicque discedens, non multo post reversus, mapam candidis panibus, & grumella (farina est pultibus accommoda,) plenam, in mensa deposuit; &: *Hæc Domina Charitas*, inquit, *mittit vobis*, quem egressum mox cursu assequi conatus Balduinus, nihil hominis videre potuit. Fuit Balduinus, regularis silentij in ipsa etiam solitudine custos solertissimus, cujus rarissimū illud exemplum est: Cum eundo ac redeundo

Est solitarius

Ab Angelo
ducitur.

Domina
Charitas
Hospitalitatis
favet.

Silentij stu-
dium.

deundo per nemus, sera nocte in profundam foveam aquis plenam acerrimo hyemis tempore altera vice decidisset, & vix denique emerisset, trementem ac obrigescentem penè, miratus discipulo ac miseratus, cucullo exiit, quod gelu nimio constrictum, thoracis instar ferrei, erectū inflexumque juxta ipsos constitit. Obmutescente nihilominus Dei viro, adeo ut super silentio ejus attonitus juvenis: *Heu, heu, quia Dominus meus loquelam amisit*, inclamaret. Illud etiam mirum; quod inter luporum occurfantium frequentiam, non aliter atque inter oves ambularet, cumque capras tres aleret, æquè impune cum lupis illæ etiam versarentur; ita quidem, ut quandoque plures lupi easdem ad stabulum comitati, amicè etiam illis colluderent. Invidit quieti ejus, post longos diei & assiduos labores, invidentiæ auctor, quem hominis vocem imitatum, &: *Surge, surge Domine Balduine, inclamantem, mox agnoscens vir Dei, & jam, respondit, in tadium & dedecus tui dormiam & requiescam.* Ab ipso, ut gloriosissimo suo Nominis & honori Cænobium strueretur, etiã tertia vice maxima illa Cælitum Imperatrix Dei Mater, impensè cōtendit; *spondens; Coadjutricem & cooperatricem in omnibus se ei assistere.* Agressus proin rē, stupentibus universis, cum nihil prorsus præmanibus haberet, Bodecolense celeberrimum Cænobium construxit, *cum operariis, quantascunque tam in victualibus, quam in pretiis expensas exponeret, semper ante diei occasum per soluta essent.* Discipulum, ab amicis ut recederet jam penè persuasum (quod ab obitu Balduini diceret locum illum subsistere non posse,) eaque propter, nocte quadam turbatum in lectulo & insomnem, mane alloquutus: *Quid Guilhelme, inquit, per noctem aggravabar? Scias locum istum magnum quid esse, & nominatissimum.* Annuos proventus, cum ipsi Philippus Flandriæ Comes, Balduini Regis Frater offerret, si Cisterciensi reformatione habitum & cucullum nigrum mutaret, constanter renuit; juxta illud divini Spiritus: *in eadem vocatione, qua vocati estis Domino servite perseverantes.* Moriturus; *dico vobis*, inquit, *quod nunquam peccatum mortale commisi; prout ait Apostolus: in nullo mihi conscius sum; nec tamen in hoc à me justificatus.* *Rogo autem Te domine, ne me in pænis Purgatorij morari permittas, sed suscipe in pace animam meam.* Et post pusillum, filius, quorum jam multos Domino genuerat atque educaverat, valedicens, obdor-

Capralu-
dunt cum lu-
pis.

A Beata M.
V. jubetur
condere Mo-
nasterium.

Morituri
mox.

mivit in Domino, A. C. 1206. *Ex Vita, Ant. Sanderi, Hagiol. Flandr. Annal. nostr. Ben.*

In Gallia, Monasterio Bonæ Vallis, B. Hilarii monachi, qui sub S. Hugone ejusdem loci Abbate, habitum Religionis assumpsit. Verum perverfis cogitationibus, in ipso probationis aëno graviter agitatus, Sancti Patris consiliis & orationibus adjutus, viriliter dæmonis tentationes superavit, & in sancto proposito perseverans, transactis in Religione tribus annis, præmatura morte mundo creptus, cælo insertus, S. Hugoni gloriosus apparuit; & inter beatos collocatum gratulabundus indicavit. *Phil. Sequinus, Chrysofom. Henric. &c.*

B. Hilarius
mon.

Camalduli, transitus B. Jacobi de Ceraldio, monachi & Confessoris. Fuit hic nobilissima ortus familia & perantiqua Guitiorum, sive Dynastarum de Guiti; habuitque patrem Albertinum, fratres Guidotum & Ingeramium inter proceres dignitate ipectatissimos. Puer, venustate eximia, & morum gratia excelluit, ob hæc ipsa plurimum & amatus & celebratus. Ipse vero blandimenta mundi pertæsus,

B. Jacobus.

rigidissimo Camaldulensium nostrorum instituto, A. C. 1230. in Sanctorum Iusti & Clementis Cænobio se devovit, delicatissimosque artus, magnis assuefaciens laboribus, non tantum Regulari observantiæ ad amulsim addictus fuit, sed supra omnem Regulæ distractionem, paupertatis, & mortificationis studio se mirifice exercuit. Cæterum Beatissimæ Mariæ Virgini & S. Michaeli Archangelo devotione addictior, eos demereri omni modo allaboravit, atque in primis Sabbathū peculiaribus precibus coluit. Virginitatis amator præcipuus, contra carnis libidinem violentior insurrexit. Orans pro patre & fratribus, ut sæculi & ipsi e cæno emergerent, tantum apud Numen potuit, ut parens optimus, mundi quoque illecebras ejuraret, & humile converforum institutum, in eodem quo filius Cænobio amplecteretur, & post sanctam conversationem ibidem à filio tam sancto sepeliretur. Patris exemplum alter quoque filius, etiam multo post sequutus est, Ingeramius nimirum, qui tamen decennio ante Jacobum fratrem ex hac vita, migravit. Vixit Jacobus in Sancto Religionis habitu aënos sexaginta, obiitque A. C. 1292, in signibus post mortem miraculis illustratus. *Ex parte prioris Ang. Florent. Raphaelis Maff. Volatier. Sylvano Razzio. Fortun. de Vicent. Hugone Menardo,*

Puer delicatiss.

Deipara ad-
dictus.

Patrem con-
versit.

Menardo. Annal. nostr. Benedict. Epheme. Mar. &c.

B. Ida de Lovanio.

Angelicis manibus communicatur.

à B.M.V. ducitur ad Communio- nem.

Iesum puerum stringit.

In Monasterio Vallis Rosarum prope Mechlina, depositio B. Idæ de Lovanio, quæ generosis nata parentibus, spiritu generosior, ab infantia caelestibus favoribus & consolationibus assuetæ, corpusculum delicatissimum rigidissimè habuit, & mira se abstinencia confecit. Carnè tenerrimam spinarum virgis horribiliter eo usque laceravit, ut copiosi cruoris rivuli ad talos usque defluerent, pedesq; & pavimentum balnearent, ipsas etiam manus, sed & pedes taliter castigando. Fuit inexplicabili affecta desiderio, erga Sanctissimum Sacramentum Eucharisticum, ita ut quandoq; præintolerabili ab hoc æstu, sanguis copiosissimus ex ore ejusdem & naribus efflueret, merita sæpius Angelicis manibus communicari, uti & cum aliquando verba illa legeret: *Et verbum caro factum est*, repente Verbum quod protulit, in carnis mutatum substantiam in ore suo sensit, mirificum ejus gustum degustavit, masticare cepit, nec imaginariè sed veraciter deglutivit. Sed & præsentem in Corpore Christi, inter Sacrificandum, ad altare descendens, sentire consuevit. Communicaturam quandoque ad sacram mensam hinc & hinc cælorum Regina, & Ioannes Evangelista, deduxere, præcedente cum incenso, & lucerna Angelo, quo eodem ordine ad sedem sive stallum suum ab altari reducta est. Fuit inflammatissima divinis amoribus, ita ut ardor ipsius etiam corpus quasi accenderet, visiq; non semel radii ex oculis ejus emicare, mirifica item caelestis odoris fragrantia ad forum solatium, ex ejus corpore se diffundente. Ei non semel DEI para cum filio apparuit, & quandoque dum Missæ inter- esset, filium in sinu deposuit, quo cum illa exfatiari non posset, & Matri ipsam repenti dare differret, Cælorum Augusta, amicam quandam adhibens violentiam, filium extorquere ab Ida videbatur. Eam multis miraculis & revelationibus DEVS glorificavit: Cervisiam quandoque in vinum generosissimum mutari impetravit; horribili morbo laborantem, solo contuitu sanavit; sororem defunctam ad vitam prodigiosissimè revocavit. Ejus sanctitatem bruta etiam animalcula venerari visa sunt; sic Galli gallinacei, ad votum quandoque ejus, cum solitaria in herbis federet, ex tota vicinia convolarunt, & circum ipsam, defixissimis in ejus oculos oculis, quasi iussa expectantes, diutius

constiterunt. Vestem autem lavanti ab imo gurgite omnis generis pisces adnata-^{Pisces ei ad- natant.} runt, & ab ipsa pro voluntate extracti, à digitis velut sugentes pependunt. Divinarum scripturarum sensum divinitus edocta est; Virgo prorsum Angelica, & inter Seraphin quandoque Choros abrepta, ubi Divina, supra omnem hominis sensum, contuita est mysteria. Meruit eadem speciali Amoris prærogativa, non solum quinque Sacris Stigmatibus palpabiliter insigniri, sed & corona Spinea, non una solum die sed longo tempore ante suum obitum coronari, intolerabiles ex his ipsis dolores perpeffa. De vulnere lateris ejus miranda refert Gilemannus: Fuisse nimirum aliquo tempore, laterum aperturam tam hiantem & patulam, quod in eadem, ad instar longi vulneris patefacto itinere ad hepar usque progrediens, halitus per ipsa corporis intestina laberetur, quo nimirum loco, tam anxiam, inquit, & acerbam doloris & passionis sustinuit, punctioem, ut ex propinquis quidam ejus dolori compatientes, ad ejusdem levigationem doloris ab omni vestimentorum obstaculo, totam lateris superficiem expedirent. Nullius enim rei materialis contactum in eo loco, sine gravi læsione sustinuit, &c. Capitibus quoque circumferentiam, pergit idem author, ex omni parte tam vehemens læsio comprimebat, ut spineam coronam portare videretur, tum vel maximè, si ab hominibus quamcunque injuriam pateretur, *quos quidem dolores, & læsionis acerbissimam, inquit vitæ scriptor, sicut solo nutu Divina Voluntatis, & nullo rerum materialium instrumento illatum excepit, ita nullo verborum Ordine declarare potuit.* De Ea sic Marianus scriptor Benedictus Valerius: *Miraculum Virginis Ida; miraculum Divinae ludentis in ipsa gratie extitit; nec tam amula Seraphici Francisci, quam filia genuina Magni Benedicti; nec tam contuita immortalium Seraphin mortali in corpore gloriam, quam plenis eorumdem inserta Choris plenam participans; sacra quinque vulnera non visibiliter solum & palpabiliter merita, Christo vivens reapse confixa, sed & simul cum eodem coronata dum compassa; non tam ipsa ex se vixit, quam ipse in ipsa cui vixit; digna rosæ Benedicti rosa, digna diademate Christi gemma, tota gemmea, tota rosca, ejus procul dubio sponsa eterna, cui temporaliter concoronata. Ut tanta Regina haud immerito, & nobis pro tanta sorore gratulemur.* Ita melleus scriptor. Claruit Virgo mirifica sub Ann. Christi 1230.

Quinq; Stigmata meretur.

Item coronâ spineam.

Elogium insigne.

Claruit A. C. 1230.

1230. Neque enim audiendi, qui anno 1200. obiisse autumant, cum certum sit Prædicatorij Ordinis (qui anno primum 1216. institutus fuit, & multo post Germa-

næ illatus,) familiares aliquos amicos habuisse. *Ex Vita ejusd. monim. Rubr. & vall. Rossveido, Chrysofl. Henriq. Annal. nost. German. & Benedict.*

XVIII. CALENDAS MAII.

XIV. Aprilis.

S. Lantperti Episc.

Condit Monasterium.

Fit Archiepiscopus.

S. Vilicarius Episc.

Lugduni S. Lantperti Episcopi & Confessoris. *Mart. Rom.* Lantbertus, Landebertus sive Lambertus, natus in agro Breffiano, Diocesis Lugdunensis, patrè Erlebertum de Taverno habuit, & generis nobilitate & opibus præstantem, qui multa Fontanelleni Cænobio prædia largitus, præcipuis benefactoribus accenseri meruit. Verum Lantpertus, pompis & divitiis omnibus paupertatem Christi potiore habuit, abdicatoque terrenorum amore & cura, ad memoratum Fontanel- læ Cænobium se recipiens, S. Wandregisilo magistro tantum profecit, ut eidem à morte Abbas succedere dignissimus fuerit. *Erat autem* (verba Angradi Monachi sunt,) *charitate plenus, pudicitia supereminens, fide firmus, consilii providus, in bonitate laudabilis, in colloquiis affabilis, vultu & statura decorus, venerandus omnibus, &c.* Condidit idem vir sanctus, Theodorici Regi ope Cænobium Duferanum in Provincia, quod eo deducta Monachorum Fontanellenium colonia insigniter excoluit. Nec minore gloria B. Ermelandum ad constructionem Antrensis Cænobij direxit, numerumque Deo servientium plurimum auxit. Denique diu multumque obnixus, Clero, populo, ac Rege, nec non Pipino Duce cogentibus, Ad Archiepiscopalem Lugdunensium Cathedralam Cænobio abstractus, assiduo & dignissimo prædicationis labore, nec non rarissimo humilitatis, atque insignis sanctitatis exemplo, suos rectissimo tramite ad caelestia dirigens, gravissimis meritis apud Lugdunenses tuos, nomen æternū sibi comparavit, & longè celeberrimæ Urbis præcipuos inter Tutelares à morte accenseri meruit: Claruit autem sub A. C. 660. *Ex Angrado mon. Fontanell. Paradino, Symphorian. Champerio, Ioan. Molano, Claud. Roberto, Ioanne Chenu, Arnaldo Duac. Annal. nost. Bened. & Liliis Gall. Bened. &c.*

In Monasterio Agaunensi S. Vilicarii Episcopi Vieñensis; qui cum pro vitæ meritis, ad memoratam Archiepiscopalem Ecclesiæ Cathedralam evectus esset, murum pro domo Dei constanter se opponens, pro Libertate Domus DEI contra Sacilegam magnatum nonnullorum

ambitionem se strenuè opposuit; multas ob id ipsum molestias atque injurias perpeffus. Sed cum prævalente impiorum scelere bona Ecclesiastica impunè diripi cerneret, & nulla Fundatorum ac Foundationum habita ratione prophanis manibus, DEO & Ecclesiis donata & oblata sacrilege tractari, & ad usus non sacros converti, intolerabile sibi expertus hæc vel solum intueri, Archiepiscopatu abdicare se maluit, projectis lituo ac tiara, in celeberrimo S. Mauriti Agaunensi Cænobio cucullo se involvens, Regulamq; S. P. N. solemniter professus. Vbi paulo post, tanta vitæ sanctitate & perfectione refulsit, ut famosissimi ejusdem Archisterij Abbas deligi meruerit. Fuit a. exemplar absolutissimum humilitatis, speculū charitatis, & Monasticæ disciplinae strenuus reformator, claruitque tempore Caroli Martelli. *Ex Adone in Chron. Ioanne à Bosco, Hug. Menard. observ. l. 2. Liliis nost. Gall. Ben.*

In Monasterio Tyronensi B. Bernardi primi ejusdem loci Abbatis, magnæ sanctitatis viri. Bernardus apud Abbatis-villam in Picardia natus, puer etiamnum pueriles ludos respuit, delectatus feriis, potissima ratione studiorū habita & quam maximè divinarum; ita ut jam tunc à pueris condiscipulis, *Monachi* nomine frequentius, fugillando appellaretur. Amore Divino succensissimus, cum viginti annorum esset, relicta patria, tres ejusdem propositi secum ducens socios, Aquitaniā secessit, inq; Cænobio S. Cypriani Pictavis Monachum professus est; quod loci ejusdem Monachos præ aliis, S. P. N. BENEDICTI Regulam strictius observare inaudisset. In Vigiliis, orationibus, & Sacræ Scripturæ lectione assiduus, cum huic incumbens quandoq; obdormisceret, candela in codicem lapsa, eo non adusto, ardens nihilominus absq; noxa ab evigilante reperta est. Ad S. Savini Monasterium, cum collega ejus, Gervasius nomine, Abbas postularetur, annuere hic noluit, nisi Bernardo adjuncto, quem Priorem constituit. Verum non multo post offensus, cum Ecclesiā quandam Cænobio acquirere conaretur, reclamante Bernardo, quod Simonia interveniret, relicta

Abdicat Archiepisc.

B. Bernardus Abbas.

Fit Monachus.

Prior.

Abba

Abbatia ad S. Cypriani reversus, cum inde in Palesthinam pergeret, ab leone, cū afino cui infederat, discerptus est, quod ipsum revelante mox Numine Bernardi cognovit. S. Salvini interea curam cum solus haberet, conviciis à nonnullis, & Cellerario maximè Monasterii proscissus, ab Numine defensus est, illo, cum inter Fratres medius consideret, repentina morte pessimè multato & sublato. Abbas cum postularetur, celeri se fuga subduxit, nec Episcopo quidem jubente redire annuit, priusquam alium Abbatem electum cognovisset. Verum non multo post ad S. Cypriani à proprio Abbate revocatus, nolens reclamansque Præpositus Cænobii, ac successor Abbatis designatus est. Eo in honore minimū omnium se esse ratus, Hospitalitati, tanquam proprietati Benedictinorum, præcipuè studuit, eoque nomine uti sæcularium animos plurimum demeruit, ita benedictione Numinis largissimam meruit. Clericos maxime reveritus, sexagenos, centenos, eoque numero plures, mensæ quotidie adhibuit, & occurrere ad mensam erubescens quasi coëgit. Ecclesiæ Romanæ tuendæ causa, nec mortem quidem exhorruit, grætantique in Ecclesiæ ministros, Guilielmo Aquitaniæ Duci, constantissimè restitit. Ius in Abbatiam S. Cypriani, cum Cluniacenses sibi arrogarent, litis impatiens vir Sanctus, in Normanniam secessit, & verbi Divini prædicationi insistens conjugatos presbyteros, ad mentem & honestatē reducere sumis viribus allaboravit. Revocatus à suis, dum sacrum rigorem ferventi promovet, reaccensa proprio suorum apud Cluniacenses lite, Romam abiit, præoccupatumque ab æmulis Pontificem Maximum, neque se, ut par erat, audientem, ad tribunal Divinum provocat. Quo quidem is primum graviter indignatus, mutata mox mente, adeo Bernardum reveritus est, & amavit, ut S. R. E. Cardinalem creare, frustra licet, eo nimium obnitente conatus sit, deprecante non solum eum honorem Bernardo, sed & solutione ab Abbatia impetrante. Regressus cum facultate, ubicunque vellet liberè prædicandi, Tyronensè Cænobium Rotroci Perticensis Comitibus ope condidit, quem à Belismensi postea Comite captum, solatus, liberandum ipsum, & qui ceperat, capiendum esse prænuñciavit. Quingentorum paulo post Monachorum patet effectus, eos sub Regula S. P. N. extrema in egestate vitam tolerare docuit, qui

pane identidem carentes, solis contenti herbis, vini usum ignorabant. Ipse autē exemplar virtutum omnibus factus, sese continuo cum animo, tum corpore macerabat, & suis impendebat. Ægrotus nunquam medicum adhibere consensit; hyeme ad ignem non accessit; costæ fracturam, nullo adhibito remedio patientissimè pertulit. Aliquando tres dies, aqua in mensa sibi non appositā, dissimulans, absque omni potu permansit. Fuit miraculorum gratia illustrissimus, è quibus singulare illud, cū ad Robertum de Montcia, hominem in re quidem domestica administranda valdè industrium, sed infelicem prorsus divertisset, ipsum ad extremam egestatem jam redactum, velut Laban Jacob superveniente, rerum deinceps omniū copia affluere cœpisse. Quidam de latè deprædicata ejus sanctitate malè dubitans, dum curiosè eum observaret, vidit de nocte lucernam, nemine tenente ipsum præcedentem, maximiq; deinceps ipsum facere didicit. Fuit celeberrima ejusdem Nominis & virtutis fama, ita ut ipsi etiam Reges, ejus contuendi desiderio flagrarent, & coram, ipsum alloqui desiderarent. Mortuus est inter exhortationis verba, cujus mors procul positi, Monachis divinitus patèfacta est. Asservabant in pixide quadam Fratres pilos barbæ ejus, quibus dum viveret ipse (raro exemplo,) ad miracula patranda utebatur, è quibus ipsa obitus die, aperta forte pixide, mira cælestis odoris fragrantia erumpebat. Sed & quidam in Britannia degens, ejus exequias triumphales in spiritu intueri meruit. Floruit A. C. 1099: *Floruit A. C. 1099. Ex Vita per Gaufridum discip. Guilielmo Malmesbur. Orderico Vitali, Wilhelmo Neubrigensi, Hugone Menardo, &c. Lil. nostr. Gall. &c.*

In Monasterio Salemitano B. Everhardi Abbatis. Fuit hic vir, sanctitate vitæ præcipuus, ex perillustri editus familia vetustissimorum Comitum de Rhodorf; multo illustrior animi dotibus fuit. Eum multipliciter DEVS honorans & remunerans, aliâ inter dona, divinis revelationibus illustravit. Cum autem tunc temporis noviter exorta esset candidissima S. Dominici Ordinis Prædicatorum familia, ejusdem novellos alumnos ipsi Christus Dominus spectabili forma apparens commendavit, cum eorum antea notitiam nullam Eberhardus habuisset. Quos proin sequenti die ad se occurrentes, quam humanissime excepit, & eorum pedibus

Miracula.

Reges magni eum faciunt.

Floruit A. C. 1099.

B. Everhard. Abb.

Christus ipsi Ordinem Præd. commendat.

Abbatiam recusat.

Studium hospitalitatis.

Romam pergit.

Cardinalatum respuit.

Condit Monasterium Tyronensè.

pia figens oscula, omnia necessaria liberaliter subministravit, & tandem diversarū Virtutum decoratus titulis, & eximie sanctitatis excultus ornamentis ad cælos feliciter evolavit A. C. 1240. cum diutissime atque utilissime Cænobio suo, annos unū & quinquaginta præfuisset. *Ex Henric. Barn. de Montalbo, Brusch. &c.*

B. Johann. mon.

In Lusitania B. Ioannis Monachi, discipuli Doctoris nostri Melliflui, qui cum talis esset, ut aliis pro speculo & exemplari dignissimè proponeretur, in Lusitaniam missus, purissimæ vitæ exemplo, & Regularis disciplinæ Zelo, multorum lucratus

animas, Ordinem mirificè comendavit & stabilivit. *Excitatis Henric. Montalbo, & Manrique, &c.*

Alexandriæ S. Frontonis Abbatis, cuius vita sanctitate atque miraculis claruit. *S. Fronti Abbas.* Ejus scriptū nomen in MS. quodam Calendario reperimus, & siquidem noster sit, vixisse & præfuisse in illo Cænobio censendus est, cujus aream S. P. N. BENEDICTO Iustinianus Imperator obtulit, & ut eodem discipulorum coloniam mitteret exoravit. *De quo monumenta Cænobii Casin. & Sublac. Anastas. Biblioth. Cajet. Marchesius, &c.*

XVII. CALENDAS MAIL.

XV. Aprilis.

G.

S. Silvester mon.

IN Cænobio Reomagenfi, S. Silvestri monachi & Confessoris. Hic in Cænobio Noviomenfi monasticen amplexus, legibusque S. P. N. BENEDICTI se devovens, lectissimum perfectionis Magistrum S. Ioannem Abbatem habuit, sub quo humilitatis præcipuè atque obedientiæ clarus virtutibus, admirabili morum probitate & vitæ integritate, ad miraculum enituit, & tanquam speculum singulare Monachorum refulsit. *Ioan. Trithem. Arn. Duat. Hugo Menard.*

B. Leo V. Pa.

Romæ B. Leonis V. Pontificis Maximi. Hic Italus natione, Ardeatinus patria, professione monachus, è Cænobio de Brandalo, Congregationis primæ Benedictinæ, ad eminentissimum Cardinalatus apicem, ob eximia vitæ merita electus, visus postea dignissimus est, qui in summo orbis atque Urbis Pontificatu Benedicto ejus nominis quarto succederet. Præfuit mensē unicum dies decem, cū ob tyrannidem sedem Apostolicam invadentem, plurimis de summo honore contententibus, deterrimis teterrimisque temporibus, de tanti viri electione boni universi, sibi Ecclesiæq; summopere gratularentur. Verum permittente ob peccata populi Numine, Pontifex optimus per sumum scelus, quadragesimo suæ Ordinationis die, à Christophoro Cardinale presbytero, familiariter nuper educato, sceleratissima dominandi libidine exæcato, indignissimè honore dejectus atque incarcerationis, paulo post è carcere illo, simulque corporis ergastulo, in patriæ eternæ felicissimæ libertatem evolavit; scelerum deinceps dignissimas pendente pœnas Tyranno invasore, qui & ipse eo honore dejectus, cucillumque amplecti

coactus, eo indignus, à Sergio III. carceribus emancipatus est. Præfuit Leonoster A. C. 907. eodem, quo in spem magnam Ecclesiæ ortus, etiam extinctus, &c. *Ex Alph. Ciacon. Baron. Trith. Onuph. Panvino, Platina, Iepes, Plato, Vghello, &c.*

In Monasterio Cluniacensi S. Geraldus discipuli B. Petri Abbatis cognomento Venerabilis, à quo Geraldus, cum eximio præfulgeret vitæ exemplo ad Cænobium Alti-Iugi destinatus, & Prior ejusdem loci designatus, magnis non solum Virtutibus se commendavit, sed & miraculorum gloriâ à Numine illustratus fuit. *Ex Chron. Cluniac. MS. & Hug. Menardi Append. &c.*

S. Geraldus

In eodem Cænobio Comemoratio, omnium Sanctorum atque Beatorum, qui Christo Domino sub Regula Admirabilis Patris & Patriarchæ nostri, ibidem militantibus, orationibus, laboribus, consilio, scriptis, aliisque gravissimis meritis, strenuam S. R. E. operam navaverunt; quorum ingentem sanè & incredibilem penè numerum, solus ille numerat, qui singulorum atque omnium sudores remuneratur & coronat. Peperit autem tantum Sanctorum exercitum cælo, & triumphis æternis adjunxit, unicum hoc Galliæ Archisterium, ut, præter Casinense, nullum ipsi toto terrarum orbe comparandum videatur. Vt enim plurium sæculorum in hac felicissimæ fecunditatis gloria commemoranda, generationes & propagines prætereamus; uno eodemque tempore, unius ejusdemque loci tanta frequentia fuit Monachorum, ut communi omnium opinione Sanctorum atque perfectorum ratio, non denario, vicenario, quadragenario, aut centenario, sed quod obstupefascas, millenario solum numero

S. & BB. Cluniac.

Ingens copia.

inire-

iniretur; tribus plerumque millibus ibidē sic conviventibus, ut ad diversas toto orbe misiones, tamquam in spem agri Dominici hanc illacque mitterentur. Vnde factum, non solum ut Occidentis Reges ferē universi & Regna, sed & remotissimi Orientis Principes, & oculos & animum ad tantæ Congregationis miraculū converterent, & à tanto tot Sanctorum atque Doctorum Collegio, opem consiliumque desperatis seu plenis periculi rebus flagitarent, ut haud immerito Gislebertus Petro Pictaviensi querebatur: Nos autem, inquit, quomodo solitarij sumus, qui postquam hujus eremi vastam solitudinem intravimus, tantam post nos hominum frequentiam traximus, ut magis Urbem quam eremum struxisse videamur? Nam ut illam turbam tumultuosam sileam, quæ de tota circumposita regione pro litibus suis, aut sine concordia dirimendis, aut sententia judiciaria limitandis catervatim confluit, tantam nobis, cum transmarin9 Oriens, tum transalpinus Occidens, Legatorum copiam mittit, ut vel cujuslibet magni Regis Curia, vix responsa dare sufficiat, &c. Certè hoc ipsum Archisterium S. Petrus Damiani vocat: *Paradisum, quatuor fluentis Evangeliorum irriguum, & spirituale campum, in quo calum & terra congregatur.* Et Petrus Blesensis, duas celeberrimas Ordinis Reformationes Cluniacensem & Cisterciensem commendans, quas ob amplitudinem quamque suam, Ordines appellat: *In utroque, inquit, posuit Deus mysterium reconciliationis, & negotium salutis.* Inde Paschali secundo, Cluniacum nominatur *Speculum Religionis Monastica*; Ricuino Episcopo: *Curia in qua Deo sacra resultant praeconia*; Petro Cellensi: *Hortus Dei*, itemque: *Urbs Fortitudinis, de qua egrediuntur millia per Episcopatus, per Abbatis, per Regna & Principum coronas, &c.* Ludovico VII. Galliarum Regi: *Nobilis Membrum Regni Gallici, &c.* Vt ex his, aliisque facile liceat de numero Sanctorum loci hujus aestimare, quem constat uno eodemque ferē tempore, omnem praesentis operis Sanctorum Nomenclaturam superasse, augmentumque diversa aetatum saeculorumque successione, sub sanctissimis maximè Abbatibus Bernone, Odone, Aymardo, Majolo, Odilone, Hugone cognomento Magno, Pontio, Petro Venerabili aliisque, penè innumerabilem evasisse. *Ex Annal. nost. Benedict. Iepesio, diversis rer. Gall. & Ord. nostr.*

Script. Liliis nost. Gall. Biblioth. Cluniac. Claud. Rob. & cit.

Augustæ Vindelicorum S. Nidgarii Episcopi & Confessoris. Nidgarius sive Neodegarius Monachus & Abbas Vttoburanus, ob insignem eruditionem & vitæ sanctimoniam Cænobio extractus, & ad celeberrimam Augustanæ Ecclesiæ Cathedram provectus, humilitatis tamen & devotionis studium, summa diligentia conservavit, & talentis à Deo sibi creditis benè usus, ea Domino suo duplicata reportavit. Decessit A. C. 869. sexto Pontificiæ administrationis anno, cum populo sibi commisso, vitæ laudabili exemplo facem illustrissimam prætulisset, & insigni sanctitate sedem suam æternum exornasset. *Vilhelmus Comes Zimbrenf. Gaspar Brusch. Stengel. Chron. August. &c.*

Ipsa die Beati Petri S. R. E. Cardinalis, insignis Psalterij Mariani & Cultus B. Matris Virginis promotoris. Is à puero, Magni Prædicatorum Institutoris Dominici familiaris, & in Scholis Oxoniensibus condiscipulus, cum à Dominico etiā deinceps sincerus amaretur, non desit idem Dominum pro Petro suo exorare, donec & ipse è saeculo emergeret. Cæpit proin mirè ad vitam quamprimum Monachicam affici, & cū magno etiam in flore per Hispanias esset sanctissimo Ordinis nostri Cisterciensis reformatio, huic dare nomen constituit, susceptusque & S. P. N. Regulam professus, magnis paulo post virtutibus enituit. Propter quam nominis famam Romam evocatus, & S. R. E. Cardinalis titulo S. MARIE trans Tyberim creatus, Romanam Ecclesiam, ejusque Pastorem maximum non uno nomine demeruit. Is cum postea aliquando Dominici sui ad populum verba facientis sermoni interesset, audiens ipsum tantopere Psalterii Dominæ nostræ fructus & devotionem celebrantem, evocatum Veterem Amicum amicè habuit, & privatim instructus, Psalterij deinceps cum inter nostros, tum externos etiam ac saeculares, & maxime apud Romanos promotor & propagator singularis extitit. Vt autem post Innocentium III. ad usque Clémentem III. & deinceps sapius, diversis factionibus appetita armis Pontificia majestas est, & variè summi pastores exagitati sunt, fugere compulsum Papam, minimè deserens, eidem fideliter per omnia adstitit, simulque cum ipso in castro aliquo

S. Nidgarii Episc.

Obiit 869.

B. Petrus Cardinalis.

Ex Monacho Cardinalis.

Promotor Psalterii B. M. V.

Insignis quærela.

Cluniaci Elogia.

Ingenocopia Sanctorum.

Romano Pont. bene consult.

Liberatur Pontifex.

Victoria prodigiosa.

DEI para ipsi adest.

Miranda contritio.

quo à factiosis circumfessus, cum illic tantopere premerentur, & jam alimentis deficientibus, etiam Ecclesiasticorum multi equorum & mulorum suorum carnibus vescerentur, nactus occasionem Petrus cum Romano Pontifici, tum omnibus praesentibus, cultum Dominæ nostræ ejusque Psalterium commendandi, qua summa erat in Matrem Misericordiæ confidentia, iisdem audacter liberationem & auxilium promisit, si serio sibi usum Psalterii ejusdem proponerent, & statim aggredierentur. Nec mora, à minimo usque ad Maximum, Romanum Pontificem, omnes devotionis tam laudabilis exercitium suscipientes, triduo post mirè liberati sunt; cum Romani arcem obsidentes terrore quodam repente percussi, attoniti trepidantesque alii armis abjectis in fugam se conjicerent, alii serio poenitentes, gratiam pontificis exarbitrent; ipsi etiam rebellionis auctores, capistris collo alligatis, Papam pro misericordia interpellarent, & quem fugere compulerant, cum plausu ad Urbem reducerent, & Sedi suæ restituerent. Missus postea idem Petrus Legatus ad nostros in Palæstina belligerantes, illic quoque Psalterium miro fructu prædicavit, & cū militibus nostris ejus usum inculcasset, prodigiosam omnino Victoriā ope DEIPARÆ contra infideles obtinuit, ita ut à tribus solummodo Christianorum millibus, centum millia Saracenorum profligarentur. Cardinalis nostri, adeo DEIPARÆ dilecti, ex ejusdem Magnæ Cælitum Augustæ relatione apud B. Alanum ipsi à Secretis mortem audiamus. Sic autem loquitur Summa Dictatrix: Cardinalis ille, posthæc in incepto perseveravit usque in finem vitæ, qui admonitus à me ipsa, per dies 150. ante mortem suam, maximam fecit poenitentiam, jejunando, flendo, se disciplinando, vigilando, & peccata sua confitendo. Sed contigit ei in fine tribus diebus, quod os suum aperire non valeret. Cum igitur cuncti desperarent illum posse Eucharistiam suscipere, die tertia illi apparui, & manu Virginea linguam ejus contingens, eidem & sensum, & perfectum reddidi eloquium. Ob hoc quoque Sacramentis devotissimè susceptis, in tantum flevit, in susceptione Corporis Domini Filii mei, ut nullus praesentium, tantum unquam vidisset fletum, ab uno homine morti proximo. Nam oculi ejus videbantur, quasi duo rivuli parvi aquam stillantes. Cor verò ejus præ

nimia contritione intus vehementissimis agitabatur motibus, ut longius à cubili (res admiratione immortalis dignissima!) sonus motionis cordis ipsius perpendere tur. Mira res! Sic singultibus filius ille salutis æternæ nimis agitabatur, & suspiriis imensis præ peccatorum suorum contritione, & amore Christi, & desiderio Cælestis Curia; quod Cor suum, quasi vas plenum mero optimo & recenti, est fractum & contritum. Sicque cum fracto Sanguine cordis per os emisso, Spiritum inter manus Filii mei assistentis efflavit, & ad gaudia æterna ipso perducente pervenit. *Ita ipsa DEIPARA Alano suo dictavit; retulitque Alanus parte 5. de Psalt. cap. 40. Io. Andr. Coppenstein, Michael de Torres. Annal. nostr. Bened. &c. Ephemer. Marian. Benedict.*

Mors longè felicissima.

In Monasterio Bergensi S. Ingenoci Abbatis & Confess. Fuit hic Iudicælis five Iudaelli Regis Britonum Armorico-rum filius, Regii generis, opum, honorū, deliciarum contemptu illustrissimus, servitute Christi, pulcherrimo exemplo, omnibus mundi favoribus & carnis blandimentis longe antefereus. Purpuram cucullo permutavit, in celeberrimo illo Bertinensi Cænobio, magnoque animo jugum Christi leve portare aggressus, eundem, quem sanguine germanum fratrem habuit, vitæ etiam sanctioris Magistrum & patrem, S. Winocum habere meruit. Cujus vestigiis strenuè instatit, proque meritis, ad Cænobii Bergensis regimen evectus, uti in saeculo splendore generis universos antecessit, sic in Virtutum apice inter Monachos gloriosissimè effulsi. *Aub. Mir. Menard. &c.*

S. Ingenocus filius Regis.

Camalduli depositio B. Iacobi Monachi & Confess. de quo nihil ulterius constat, quam nomen ejus Catalogo Sanctorum Camaldulensium fuisse adscriptum.

B. Iacobus.

Eodem die Commemoratio S. Raynaldi Confessoris; qui Regulam S. P. N. & cōsuetudines Cistercienses inter Guilhelmitas strictissimè observans, sanctissimè observans, sancto sine quievit, & Officio Ecclesiastico ab iisdem coli meruit. *Chrysof. Henrig. Menol. Cist.*

S. Raynaldus

In monte S. Walpurgi, B. Christinae, Angelicæ conversationis Virginis, cui Christus, & gloriosissima ejus Genitrix, plurā & admiranda secreta revelarunt; quæ & ipsum puerum Iesum quasi recen-ter natum, cum sanctissima Matre & Nutricio Ioseph intueri meruit, & tandem tempus migrationis suæ, mirabili visione

B. Christina Virgo.

prævidens, sanctitate plena in Domino obdormiit. *Ex Annal. nostr. Benedict. & German. &c.*

S. Osvald. Eboraci elevatio S. Osvaldi Episcopi & Confess. facta ab Edulpho Eboracensi Episcopo successore A. C. 1002. *Ita Matt. Westmonast. Eduard. Maihevu, &c.*

S. Goduinus In Monasterio Claravallis, B. Goduini Monachi & Confess. Fuit is Aquiscinctinus primum in Belgio monachus sub Alvisio Abbate; Sed ut strictius Regulam quam promiserat observaret, S. Bernardi Magisterio se subiecit; quem Doctor Mellissius magni fecit, & *Sancti viri glo-*

riofissimo titulo honorare & appellare nõ dubitavit, de suo erga illum speciali amore, sic alicubi contestatus; *Meus erat vivus, meuserit defunctus; meum in patria recognoscant. Si quis est, qui de manu Dei posuit eruere, & à me illum separare valebit, &c.* Ita, nimis quam memorabili elogio, ingeniosissimi juxta amoris invento, Virgineus Bernardus.

In Helvetia, Monasterio S. Galli, translatio S. Othmari Abbatis. *Ex tomo 2. Const. nost. Bened. Melch. Gold. Annal. Germ. &c.*

S. Othmar,

XVI. CALENDAS MAII.

XVI. Aprilis.

A.

S. Fructuosus Episc.

BRacaræ in Lusitania S. Fructuosi Episcopi. Fructuosus regio Gothorum in Hispania sanguine oriundus, patrem militari gloria spectatissimum, supremum Hispani exercitus Imperatorem habuit. Puer etiamnum, divino instinctu, mundo valedicere, & monasticen amplecti statuit, propositumque reapse consequutus, haud procul Asturibus, Sanctorum Iusti & Pastoris honori, patris sui consensu Cænobium condidit, Monachicisque institutis disciplinis in Dumienfi Cænobio, & à S. Tonantio nostro ad omnem perfectionem efformatus, conditi à se Cænobii Abbas postea esse meruit, & magnis virtutibus emicuit. Invisi ut odiosi Fructuosi conatus Inferis fuere, ita, ut quibuscunque modis posset, eorum studia posset, evertere conarentur. Marito proin fororis ejus concitato, ut quas possessiones Cænobio tradiderat Fructuosus, suo sibi jure repeteret ac vendicaret, turbata nimio opere Monachorum quiete, donec frustra affinem flectere conatus Abbas, in preces effusus, suæ causæ æquitatem Deo commendaret. Corruptus proin subita infirmitate in vasor & morte abreptus est, dolente vices ejus Fructuosus, quod in tanto salutis discrimine, & fortè impænitens decessisset. Tantus erat eorum, qui fama sanctitatis ejus exciti, ad eum visitatum venerant, confluxus, ut honoris plaususque impatientissimo intolerandus videretur, ac proinde per ardua montium effugiens, in caverna se quadam conderet, donec cælo duce, & cornicularum quasi viam præeuntium & monstrantium volatu eum Monachi reperirent ac reducerent. Coactus paulo post ob nimiam frequentiam discipulorum,

aliud, haud procul à priore Monasterium struere, postea tertium in insula Gaditana, ac deinceps quartum in littore opposito exædificavit. Sed & non multo post, plurima passim virorum faminarumque Asceteria condidit, magnusque Ordinis propagator effectus, magis magisque venerationi & admirationi universis extitit; cum quanto major ab omnibus haberetur, humilior ipse de se sentiens, miro vitæ rigore corpus edomaret, & spiritui subiceret. Ad honores proin varios expetitus, frustra licet obnitens, Dumienfi primum (opinione quorundam,) postea Complutensi, celeberrimis Cænobiis præfectus, inde ad sublimem Archiepiscopatus Bracarenfis Cathedram, ingenti omnium gratulatione evehctus, & ab ipsis Concilii Toletani Patribus, cum pertinacius detrectaret, assentire coactus est, simulque Dumienfis etiam Pontificatus onus admittere. Totius Gallæciæ Primas effectus, mirum, quanta sollicitudine Pontificios labores susciperet, omnibus omnia fieret, in eoque potissimum laboraret, nequid de vita Monachi perderet, adeo quidem, ut maximos inter labores, *etiam examussim Monasticam Regulam observaret, neque quidquam de suis solemmibus jeuniis, voluntariis corporis afflictionibus, & humilitatis modestiæque operibus remitteret.* Opibus Pontificiis non ad pompam, seu splendorem aliquem usus, nova passim Monasteria extruxit, pauperes juvit & sublevavit, aliaque id genus curavit, quæ ad bonum Ecclesiarum facerent dignius & melius promovendum. Ab admirabili zelo ac fervore mirificè comendatus est, quem tanquam verus pastor & Episcopus, in Verbi maxime Divini prædicatione

Plura condidit Monast.

Fit Archiepisc.

Zelus ejus.

Fit Abbas.

Ingens ad ipsum concursus.

Obiit 664.

Lepusculus illi familiaris.

Insigne miraculum.

Patronus pultarum Eccl.

S. Paternus Episc.

tionem exeruit, ita quidem, *ut innumerabilem mortalium multitudinem ex Inferi faucibus præripuisse* memoretur. Decessit felicissime sub A. C. 664. cum convocatis presbyteris & Monachis, præstitutam morti diem ipse prædixisset. Qua ipsa deferri in templum voluit, ibidemque sacris munitus, oculis in cælum sublatis, nullo doloris indicio, placidissime obdormiēs, spiritum Creatori transmisit. Multis adhuc inter vivos superstitem miraculis Numen comendavit: Lepusculum ad se ex venatione confugientem ab odora vicinum cum servasset, perpetuum deinceps comitem tanquam catellum aliquem habuit, si sub vesperum abesset, querulis gestu & vocibus de patrono sollicitum, ad cujus reditum, vestigiis ejusdem sese adolvebat, suumque cubile figebat, quod proin animalculum, cum Numinis laudandi causam præberet, inprimis diligebat. Sed hoc ejus delictum, cum juvenis quidam discolor è medio sustulisset, temeritatis illico poenas luit, & ægritudine ancipiti correptus, cum vitæ metueret, factum viro Dei confessus, & veniam rogans, solo ejusdem contactu restitutus, & corporis & mentis deinceps sanitatem recepit. In solitudine cum suo more, vilem indutus lacernam & nudipes erraret, à bardo & barbaro rupice, ceu fugitivus aliquis calumniis proscissus, & stipite contusus, invadente flagronem dæmone & pessimè exagitante, ejus vicem miseratus, dæmonem profligavit, & malè de se meritum, in demnem abire permisit. Annè aliquando, qui Hispalim alluit, absque remorum & remigum opera mirè trajecit; aliàs ingentem tempestatem precibus consopivit, & optatum ad portum appulit. Sacrum ejus corpus Compostellam translatum, magna ibidem populi veneratione colitur; Tutelarisque multarum provinciarum adoptatus, speciali quotannis Officio Canonico, à Bracarenfi, Eboracensi, Compostellana, aliisque Ecclesiis solemnissime colitur. *Ex Ant. de Iepes, Villega, Vasco. Morale, Ribadeneira, Annal. nost. &c.*

Eodem die, S. Paterni Episcopi Abrincensis. *Mart. Roman.* Paternus apud Pictavos Aquitanæ Urbem, parentes & generis nobilitate, & publica rerum administratione præstantes habuit, à primo autem ætatis flore divino afflatu religiosæ vitæ frenos sibi sponte injecit in Monasterio Enixionensi, ubi vitæ & morum deco-

re florens, in ipso professionis ingressu, non obscura futuræ magnitudinis dedit indicia. Inde cum Scubilione ejus loci Monacho, perfectioris vitæ studio solitudinem petiit, solo secum Psalterio accepto, & extra natale solum in Neustriam ad pagum Constantium secessit. Vnde paulo post, populi pertæsus frequentiam profugiens, inque vicinum Fanum, cui Scisciaci nomen sese recipiens, sanctæ vitæ exemplis illic quoque innotuit, & populum Ethnicismi etiamnum detentum erroribus, Apostolico vitæ exemplo, & prædicationis labore, à dæmonum cultu avocavit, inferisque præripuit, imo tantum apud illos populos effectit, ut in detestationem Idololatriæ, fanum illud porcis pro stabulo assignarent. Cum vero inde quoque profugus latibulum quæreret, à Generoso Abbate quæritus inventusque itidem increpatus est, quod solitudinis cupidior, in victu etiam ac vestitu rigidior, metas Canonicis monastici, *discretionis præcipuas* transiliret. Modum proin tanto fervori ponens Abbas, Scubilionem quidem ad Monasterium reduxit, Paternum vero in optata relinquens solitudine Leuciano Episcopo commendavit, qui invitum postea & frustra deprecantem, Presbyterum ordinavit. Creverunt cum sacri honoris signaculo, virtutum quoque insignia, ita ut deinceps plurimi ad ipsum discipuli confluerent, qui religionis theoremata sub ejus magisterio didicere, à quibus postea non pauca apud Constantienses, Bajocenses, Cenomanos ac Rhedones Monasteria constructa sunt. Interim Childebertus, tanti viri visendi studio accensus, ipsum Parisios evocat, cujus adventus grandibus omnino prodigiis innotuit; cum enim metuendus omnino infernis spiritibus esset, & hi Parisios occurrentem procul adverterent ac sentirent, rarissimo sanè exemplo, universi quamprimum ex corporibus energumenum profugerunt; omnibus item tota & amplissima ac frequentissima Urbe, qui tunc febre laborabant prodigiosissime liberatis, quem Rex plurimum reveritus, concessio quidquid rogaverat, ad cellulam tunc quidem reverti permisit. Cui tamen postquam ad Cænobiū rediit nocte quiescenti, magno cum fulgore apparuerunt SS. Leucianus & Beo Episcopi, qui ipsum senem jam septuagenarium Pontificem ordinate visi sunt. Nec multum intercessit temporis, cum Perpetuo

Apostolus Neustria.

Plura conduntur Cænobia.

Grandis terror dæmonum.

Abrincensi Episcopo mortuo, succedere coactus, Cathedram mira sanctitate exornavit, & à morte etiam cælestibus prodigiis refulsit, cujus memoria festivè celebratur. Obiit sub A. C. 560. *Ex Vita ejusdem Rob. Canali, Car. Sauff. Hug. Menardo, &c.*

B. Scubilio.

Eodem die ad eandem concessit gloriam B. Scubilio S. Paterni comes, qui jubente Abbate ad Monasterium è solitudine reversus, seque, quamvis atate majorem illius disciplinæ committens, apud Mandanenses postea ejus suasionem in cellula se reclusit. Vbi dum divinis fruitur commerciis, eodem quo Paternus ipse momento, in extremum morbum incidit, cumque misissent utrinque nuncios, qui mutuum vicissim expeti significarent aspectum: DEO servorum suorum vota prævertente, ambo eadem omnino hora, animis corpore solutis sibi occurrentes, ad cælestia Regna nobili consortio evolarunt. Sed & cum Paterni exequias celebraret Laudo Constantiensis Episcopus, qui ante dies octo ejus invisendi causa eo advenerat, illiusque corpus ad sacræ ædiculam, quam ambo præpè primam cellulam construxerat deportaret: itemque Lanscius Episcopus S. Scubilionis glebam ad eandem Ecclesiam adduceret; ambo Pontifices, concinente psallentium choro, præter omnem expectationem sibi invicem occurrerunt; venerandaque funera, eodem honore prosequentes, eodem loco consepelierunt. Adeo, ut in his duobus DEI famulis, rursus illud impletum sit, fidelis societatis elogium: Quod sicut in vita dilexerunt se, ita in morte non fuerint separati. *Ex Martyr. Gall. Gar. Sauff. Rob. Canali, Menardo, &c.*

S. Thuribius Episc.

In Hispaniis, natalis S. Thuribii Episcopi & Confessoris, discipuli S. P. N. BENEDICTI. Hic juvenis etiam, Romæ ab ipsomet Sanctissimo Patriarcha nostro ad Ordinem susceptus, & habitu Monachali indutus, cumq; aliis discipulis ejusdem, SS. Euphemio, Exuperantio, Venantio, Adelphio, Davide, Exuperio, aliisque in Hispanias remissus, insignis ibidem propagator Ordinis Monastici fuit, & alia inter præclare gesta Monasterium S. Martini ad montes Libanienses in Asturia condidit, pluresque illic egregia sanctitate discipulos, SS. Tolebeum Bracarensem Episcopum, Synobium, Eusebium, Eufostomum, & Ofarum, splendidissima Hispaniarum ornamenta educavit, ipse pro

vita meritis Telenfis sive Palentinus Pontifex ordinatus. Fuit autem contemplationis studio addictissimus, & quantum poterat à publicis negotiis se subtrahere, totum Orationis studio impendit; solitus haud procul à Cænobio prædicto ad locum quendam solitarium se recipere, folique Deo illic vacare, qui locus usq; hodie cernitur summaque in veneratione est, eoq; illic Thuribio familiares Angeli fuissent, & sapius consortio se ejus delectari demonstrassent, Eremitorium usque hodie Angelorum appellatur. Claruit A. C. 540. ad usq; annum circ. 590. *Ex Marco Max. Casar. Franc. Bivar. Cajet. & Marchesio, nec non Annal. nost. Bened. &c.*

Fit Episc.

In Anglia B. Silvani Abbatis Rievalensis, doctrina & pietate eximii, qui postquam Christi famulis laudabiliter præfuisset, cum magna sanctitatis opinione ex hac vita migravit. *Menol. Henriq. &c.*

Angelis familiaris.

B. Silvanus

In Monasterio Fisanensi, passio multarum SS. Virginum, ejusdem loci monialium, quæ pulcherrimum gratissimæ Virginitatis florem, pretiosissima sanguinis sui purpura tingentes, immaniter à Danis sive Normannis Christi hostibus trucidatæ, Virginum sponso agno immaculato consecrarunt sub A. C. 800. *Ex rer. Gallic. script. & Liliis nost. Gall. Bened.*

Pl. SS. Virg.

In Gallia, B. Guarini, discipuli S. Bernardi, qui ob vitæ merita, celeberrimi primum Pontiniacensis Cænobii Abbas effectus, inde postea ad Archiepiscopatum & Patriarchatum Bituricensem evehctus, Aquitanicæ Primatem, non tam titulo gessit, quam egregia operum demonstratione, eumque honorem rara sanctitatis fama plurimum insignivit & illustravit. Obiit plenus meritorum A. C. 1181. septimo post Pontificatum. Fuit illustri natus genere, cognomento d' Girardo. *Menol. Henriq. Claud. Rob. Ioan. Chenu.*

B. Guarini Archiep.

In Sicilia, juxta Castellum Bonum, sub Marone monte, ac Gemellis collibus, in Cænobio S. Mariæ à partu, depositio S. Guilhelmi monachi & Confessoris. *Ex Molano in Addit. Galefinio, Felici, VVione, Menardo, &c.*

S. Guilb.

Ipsa die Festum Dominæ Nostræ de Pietate, celebre admodum apud amplissimam nostram Cisterciensium familiam, cujus Religionem, multi toto orbe fidelium laudabiliter imitantur. Ephemeredes Mariano-Bened. &c.

Festum de Pietate.

XVII. Aprilis.

SS. Martyres Cordub.

Cordubæ SS. Martyrum Eliæ Presbyteri, Pauli & Isidori monachorum. *Mart. Roman.* Ex his postremi duo, florenti etiamnum ætate; Elias autem jam senex & admirandæ sanctitatis fama celebrer, in arenam Christi pugilum descenderunt, & gloriosissimo triumpho, de nominis Christiani hostibus Mahometanis relato stolas suas in sanguine Agni dealbaverunt, A. C. 894. de quorum agone breviter agit S. Eulogius, Vafæus, Moral. &c. Iepes, &c.

S. Stephanus Abb.

Cistercii in Gallia S. Stephani Abbatis, qui primum eremum Cisterciensem incoluit, & S. Bernardum cum fociis ad se venientem, lætus excepit. *Mart. Rom.* Stephanus cognomento Hardingus, inter splendidissima amplissimi Ordinis sidera merito referendus, è primis enituit, qui longè celeberrimam, & Archiduci nostro BENEDICTO probatissimam Reformationem sumo cum universi bono instituerunt atque promoverunt. Illud autem, cū apud supra modum videretur, paucique primum essent, qui revocatam ad arctiores Sacræ Regulæ limites vitam componerent, & licentiam liberiolem restringere satagerent, Stephanus tædio, desperatæ quasi posteritatis nimium affectus, cum DEIPARENTIS Virginis longè studiosissimus esset, ab eadem sibi apparente solatium meruit, jucundissimo atq; optatissimo promisso recreatus; fore nimirum, ut maximis paulo post incrementis Congregatio illa mirificè aucta & dilatata, in plurimas mundi partes sese effunderet, multiplicesque fructuum manipulos, diversis ex provinciis collectos, cælo inferret. Quod ipsum Beato quoq; monacho quodam sibi apparente & prænunciante cognovit. Cujus quidem voti sui exequutorem felicissimum Bernardum postea habuit, quem cum triginta fociis ad Conversionem venientem hilariter suscepit, in sancto proposito confirmavit, & religiosissime instituit, quemq; non multo post, condito à se Claravallensi Cænobio, tenella etiamnum ætate juvenem, mirantibus cunctis Abbatem præfecit, eoque jam prævidisse se, quantam Ecclesiæ operam navaturus Bernardus esset, demonstravit. Meruit postea per insigniter Stephanus, *Constitutiones* scribens atq;

Reformat Ordinem.

DEIPARENTIS devotus.

Constitutionum Cist. author.

edens, puritati Regula, & paupertati Religio-
sa conformes; & Leges illas sanctissimas
condens, quas *Chartam Charitatis*, solent
appellare, de qua ita Robertus continua-
tor Sigeberti: Porro à principio, cum novos
in ramos novella cæpisset plantatio pullulare,
Ven. pater Stephanus, sagacitate pervigili, mi-
ra providerat discretionis scriptum, tanquam
putationis ferramentum, ad præcindendum
videlicet schismatum furculos, quinque succre-
scentes mutua pacis exorturum poterant præ-
focare fructum, unde & scriptum illud *Char-
tam Charitatis competenter voluit nominari,*
quod ea tantum, quæ sunt Charitatis, tota ejus
series redoleat, &c. Eum alias inter gratias,
singulari aliquando favore prosequuta est
cælitem Regina, cum ipsum labori ma-
nuum, inter Fratres reliquos in agro in-
tentissimum, repente, contuentibus &
stupentibus universis, ipsa Admirabilis
Mater visitare dignata, illum benigno in-
tuitu vultu, candidissima & lanæa Zona,
quam è cælis afferre visa est supra scapula-
re propriis manibus cinxit, eoque miram
suam in clientem sibi addictissimum pro-
pensionem, in oculis omnium tam evi-
denter ostendit. Eadem, cum flexis ali-
quando genibus coram imagine sua, ter-
ventius ille in preces incumberet, expe-
ctatissimo nuncio ipsum mirificè exhila-
ravit: sine nimirum vitæ tunc ipsi revela-
to, & præmio æternæ beatitudinis, quod
ipsum jam certo expectaret, promisso.
Fuit egregiarum Virtutum titulis, & mi-
raculorum inprimis gratia conspicuus,
cumque diu sanctissime præfuisset, horâ
migrationis suæ Fratribus prædicens, eo-
rumque precibus, & SS. Ecclesiæ Sacra-
mentis se muniens, spiritum Deo reddidit:
post cujus transitum divino splendore, &
cælesti odoris fragrantia, eiusdem in quo
obdormierat cubiculum repletum fuit, &
Angelorum voces suavissimè concinen-
tium auditæ sunt ab omnibus, atque supra
templum, in quo sacrum corpus exposi-
tum jacuerat, crux pulcherrima & ludici-
dissima, ex quinque stellis lucidissimis
composita apparuit. Fuit autem hac die
Stephanus ob signem miraculorum fre-
quentiam in numerum sanctorum sole-
mniter relatus, & Officio Ecclesiastico,
ab omni sacra Cisterciensium nostrorum
familia religiosissime colitur. *De eo Sigeb.*

B.

Eum cingit DEIPARA.

Ab eadem de morte edocetur.

Insigne funus

ab omni sacra Cisterciensium nostrorum familia religiosissime colitur. *De eo Sigebert. 1107. Angel. Manriq. Barn. de Montalbo, &c.*

Landricus
Episc.

Sonegiis natalis S. Landrici Metensis Episcopi & Confessoris. Habuit Landricus parentes & genere, & vitæ sanctitate Illustrissimos. Sanctos Vincentiū cognomento Madelgariū, & Waldetrudem potentissimos Hañoniæ, &c. Comites quorum omnes liberi, æterna eorumdem cū gloria, & rara omnino parentū felicitate, Sanctoꝝ albo adscribi meruerunt. Landricus autē natu maximus, neglecto tam Illustri natalium splendore, contemptisq; opibus perituris, ad celestes totum animū advertens, solius Regum Regis delectatus servitio, sacris initiatus, sic gradatim virtutum acceleravit iter, ut ad Metensis Pontificatus dignitatem assumi meruerit.

Rejicit ca-
thedram Me-
tensem.

Verū contemptu gloriosiore florentissimi tunc Episcopatus, ahiā sibi ipse deposcens arcam, qua non tam splendorem quærere comprobaretur, quam laborem, incertæ potius sedis eligi Episcopus, & ad conversionē Gentium ordinari prælegit ac meruit, maximo quamprimum animo labores Apostolicos aggressus, promptissimo animo, si ita visum Numini; Redemptoris Sanguini, sanguinem suum redditurus, seq; victimam consecraturus. Condidit non multo post Sonegiense percellibile Cænobium, eoq; se condens, multos illic Deo famulos congregavit, quibus Regularis ipse observantiæ exemplar fuit, & egregia vitæ sanctitate faciem prætulit, simulque omnes mirè accendit, & tandem ibidem sancto fine decessit. Ejus alia inter miranda illud præcipuè memoratur: Cum Advocatorum Cænobii scelere, bona seu redditus annui paulatim minuerentur, & libertas Religiosorum, scelestæ illorum dominandi libidine, multum opprimeretur, non paucis jam possessionibus, dolo an vi adhibita, sub Titulo Protectionis, in læcularium potestatem abreptis, prolato S. Landrici corpore, ejusque imploratis suffragiis, coactos prodigiose factilegos invasores, injustitiam suam agnoscere, prode- re, satisfacere, sancteque instituta & Deo consecrata religiosius deinceps revereri factilegasque de cætero manus abstinere. *Ex divers. rer. Belg. script. Ioan. Molano in Natal. SS. Belgii, Officio Proprio, Annal. nos. Bened. &c.*

Monasterii
sui resuetur

In Vasia, sylvæ Cosfort, depositio B. Bernardi Monachi, qui assiduis precibus & jejuniis, ad DEI amorem indies magis magisque se provocans, in omni virtutum genere omne studium posuit. A Deo autem, ad majoris augmentum meriti, exercitiumque virtutis, & Fratrum reliquorum utile exemplum, gravissimis infirmitatibus, tanquam Iob innocens flagellatus, patientissimè sustinens, multorum meritorum gloria dives animam efflavit. Moxque facta ejus commendatione, B. Abundo, ejusdem Cænobii Monacho in gloria apparens atque assis- tens, in hæc verba prorupit: *O si vellem, quam magna, & quam mira, de Divinitate DEI omnipotentis dicerem. O si vellem, quam dulcia & quam stupenda de beatitudine sempiterna, & gloria Sanctoꝝ enarrarem!* Et post aliā, sic denique concludens: *Ex eo tempore*

B. Gervinus
Abb.

Gervini Abbatis Aldenburgenfis. Gervinus Flander natione, loco mediocri natus, religiosi actibus perpetuo addictissimus fuit. Romam, atque alia sacra loca, peregrinationis studio veneratus, Hierosolymam etiam altera vice adiit, reversusque in nostro S. Winoci Cænobio cucullum amplexus, insignes in vitæ Monasticæ perfectione progressus fecit, & à Tervanensi Episcopo ad Presbyteratus honorem provehi meruit. Reclusorum

Inclusus.

postea nostrorum rigidissimum sectatus institutum, apud S. Petri Aldeburgense Cænobium aliquamdiu cellula apta conclusus, sibi ac Deo vacans, corpus suum duriter habuit, carnemque hostiliter afflixit & excarnificavit. Inde ad Casselium montem secedens, revocatus non multo post, & Abbas secundus Aldenburgenfis Cænobii creatus est. Rem Monasticam præclare gessit atque promovit; & miraculorum gloria, juxta vitæ sanctioris exempla mirè effulsit. obsessos à malo genio & lunaticos sanavit; Prophetico etiam clarus spiritu eventura prædixit. Quadraginta annis à carne & pinguedine abstinuit. Munera potentum, qui iniquitate prævalebant, nullo modo admisit, iisque similiter, Monachis suis, ne deinceps admitterent, serio interdixit. Demum abdicato honore, contemplationis studio ad solitudinem nemoris Cosfort secessit; ubi ædiculam exstruens, eaq; se condens, vitæ finem præparatissimus expectavit accepitq; A. C. 1117. *Ex Hariulpho Abbate successore, Ioan. Molano, Hugone Menardo, Annal. Germ. & Bened. &c.*

Abbas.

Resignat.

Ob. 1117.

B. Bernardus
mon.

In Monasterio Villariensi natalis B. Bernardi Monachi, qui assiduis precibus & jejuniis, ad DEI amorem indies magis magisque se provocans, in omni virtutum genere omne studium posuit. A Deo autem, ad majoris augmentum meriti, exercitiumque virtutis, & Fratrum reliquorum utile exemplum, gravissimis infirmitatibus, tanquam Iob innocens flagellatus, patientissimè sustinens, multorum meritorum gloria dives animam efflavit. Moxque facta ejus commendatione, B. Abundo, ejusdem Cænobii Monacho in gloria apparens atque assis- tens, in hæc verba prorupit: *O si vellem, quam magna, & quam mira, de Divinitate DEI omnipotentis dicerem. O si vellem, quam dulcia & quam stupenda de beatitudine sempiterna, & gloria Sanctoꝝ enarrarem!* Et post aliā, sic denique concludens: *Ex eo tempore*

Alter Iob.

Martyribus
sociatur.

tempore, inquit, quo veni in Ordinem, & facta professione factus sum Monachus, in debilitate capitis, & infirmitate corporis, ac tentationibus cordis, longum duxi Martyrium. Et quoniam tot sustinui incommoditates, tam cordis quam corporis, bonus Deus, largitor & remunerator omnium bonorum, mihi requiem æternam præparavit in Collegio Martyrum. Et cum hæc dixisset, ex oculis viri DEI elapsus, non comparuit. *Arn. de Raiffe, Ioannes de Assyni, Chrysof. Henriq. & nos in Annal. Bened. & German. &c.*

Eodem die S. Malfridi Abbatis & Confessoris. Claruit vir iste DEO dilectus multis virtutibus, sed & magnificis sancti-

tatis signis exsplenduit; præfuitque Cænobio Palatioli, ab hoc ad palatia Regum Regis sempiterna, post fidele & arduum in terris servitium evocatus. *Tritheim. lib. 3. Vir. Illustr. cap. 281.*

V. Godefridus
Abbas.

Bambergæ in Monasterio S. Michaelis, Ven. Godefridi ejusdem loci Abbatis, qui ex Præposito celeberrimæ Cathedralis Ecclesiæ Ratisponensis, humilis Monachus, subesse quam præesse maluit; verum exigentibus meritis, super candela- brum positus, & lectissimi loci Abbas electus, egregio virtutū & bonæ famæ splendore emicuit. Ex Monim. Monast. Prufenigenfis, &c.

XIV. CALENDAS MAII.

XVIII. Aprilis.

C.

S. Perfectus
Mart.

CORDUBÆ S. Perfecti Præsbyteri & Martyris, à Mauris, quod in Mahometis sectā inveheretur, perempti. *Mart. Roman.* Perfectus civis Cordubensis, Monasticam vitam in S. Aciscii Cænobio amplexus, litteris & Ecclesiasticis disciplinis præclare institutus, Arabici etiam sermonis usu probè exercitus, cum eam ob causam Mauris notus admodum esset, de Christo & Mahomete proferre testimonium aliquando iussus, expositis exaggeratisque, nefariis impii Pseudoprophetae commentis ac facinoribus, explosaque doctrina, Christi Divinitatem libere professus, à Maurorum cohorte comprehensus, ad Iudicem raptatur. Cujus iussu compedibus vincus, in ergastulum traditur. Vbi vigiliis, jejuniis, & orationi deditus, Spiritus Sancti virtute roboratus, liberius, fortiorique animo sententiam suam confirmavit. Et multis deinceps mensibus detentus, ac demum è carcere eductus, constantissima rursus confessione, Christi gloriam deprædicans, Mahometisque cultum detestans, gladio percussus, triumphali Martyrum corona & laurea donatus est; Aera 888. Christi nimirum anno 850. *Ex Memor. Sanct. Eulogii, Iepes, Ambr. Moral. &c.*

Martyrio
afficitur.

S. Vrsimarus
Episc.

In Cænobio Laubiensi, S. Vrsimari Episcopi. *Mart. Roman.* Vrsimaro gravidæ matri, per visionem veneranda canitie senex, puerum offerens; *Accipe*, inquit, *hunc puerulum nutriendum.* Ingens tunc fames regionem (Theoracensem, Vrsimari patriam,) oppræsserat: Cumque illa, unde aleret in tanta rerum angustia, puerum sibi creditum, ex viro sciscitaretur; senex

porrecto candidissimo panē, qui in manibus accipientis prodigiosè crevit; *Hoc, Mira de eo ait, nutries illura. Filium namque, pergit, prædictio.*

paritura es, qui de Regno aliquam partem Christo lucrifaciet, quod & præclare deinceps in vita præstitit: Monachum namque Laubiensi in Cænobio professus, ex Monacho Abbas, ex Abbate Episcopus, admiranda vitæ sanctitate & exemplo, plurimos Christo lucratus, in Galliæ inprimis partibus fructu insigni laboravit; ac in Fania, Theoracia, Menapumque finibus, plurimos populos Ecclesiæ Matri adjungens, vanis superstitionibus & impiis ritibus longè lateque abolitis, diversis passim locis, CHRISTI Domini, Cælitumque honori Ecclesias exstruxit, & consecravit, deque Republ. Christiana multo nomine meruit. De Vrsimari virtutibus, sic, alia inter Laubiensium monimenta: *Gregem sibi commissum ita diligebat, sicut Veritas ipsa, diligendum docuerat. Custos animarum, nutritor orphanorum, defensor viduarum, redemptor captivorum. Singulare etiam patientiæ exemplar: novem enim annis, & decem hebdomadibus ægritudinem pertulit, absque alimonia panis, &c.* Fuit miraculorum gloria longè illustrissimus, adeo ut non tantum in loco felicitis requietionis, ait Molanus, sed etiam in remotis ejus memoria dicatis, raris prodigiis meritorum ejus magnitudo commendaretur. Multos autem à dentium dolore, peculiari compassione liberavit, quod eo malo novem annis laborasse memoretur. Sed & mira ejus in dæmones potestas commendatur, quæ causa est, ut pro signo ex impositione

Apostolus
Gentium.

Miraculo-
rum gloria.

singulari, dæmon ad pedes ejus protitus seu prostratus depingatur. Deceffit felicissima morte A.C. 713. *cum in carne positus, nihil cum carne commercii habuisse videretur.* Cænobij autem sui etiam ab obitu nunquam curam reliquisse visus est: adeo quidem, ut certum monachis in quacunque necessitate ad ejus tumulum perfugium esset, & spe sua potiti, cum festivissima semper gratiarum actione, solemnem Ecclesiæ hymnum, *Te Deum laudamus*, læti occinerent. Præter Apostolicum titulum, quo *Flandrensi, Menapensium & Theoracensium Apostolus* deprædicatur, meruit præclarissime de Laubiensi Vrbe & ditione, contra Vngarorum infestissimum exercitum & furorem prodigiosissime defensa, quæ Solemnis memoria, insigni æternoque plausu quotannis 4. Nonas Aprilis festivè recolitur. *Ex Ratherio Episc. in vita S. Vrsuarii, Monumentis Laubiens. Ioan. Molano, Iepesio, &c.*

Obiit 713.
Victoria memorabilis.

S. Rotulphus
Mart.

In Monasterio Fuldensi, S. Rotulphi Monachi & Martyris. Fuit Rotulphus longè celeberrimi Germaniæ Monasterii Fuldensis Monachus, eruditione, & divinarum maxime litterarum cognitione instructissimus, insignique juxta facundia præditus, qua benè & dignè pro concione usus, laboris sui longè præstantissimam mercedem, lauream nempe Martyrii accepit: cum Vngaris in Cænobium illud irrupentibus comprehensus, & crudeliter trucidatus, ad Triumphantis Ecclesiæ exercitum aggregatus, purpuratorum splendidissimis agminibus insertus est. *Annal. Fuld. Brovver. Trithem. German. nost. Bened. &c.*

B. Aya Dn-
cissa.

In Montibus Hannoniæ depositio B. Aya, Hannonum Comitissæ, virtute non minus, quam sanguine Illustrissimæ. Fuit Aya sive Agia, Brunulphi Hannoniæ Comitissæ potentissimi filia, neptis ex fratre Walberti IV. Hildulpho primū, Austrasiæ & Lobensium Duci desponsata, sanctissimo æque atque opulentissimo Principi; cujus permisso Castrilocense Virginū Cænobium, quod S. Waldetrudis cognata ejus struxerat ingressa, abdicatis sæculi curis ac pompis, cucullum amplexa est, & ex tanta Ducissa & Principe humillima Christi facta ancillula, tantis paulo post ad perfectionem progressibus sublimiter e-
vedta est, ut etiam miraculorum gloria ipsam Deus honoraret, ea in super in terris felicitate verè felicem que maritum, quem pro Christo dimiserat, sui amantissimum, pari honorum potentia atque opum fasti-

Ejus maritus
& ipse sit
monachus.

dio, in suo quod condiderat Laubiensi Cænobio Monasticen professum, ab eximia similiter celebrari audiret vitæ sanctitate. Claruit sub A.C. 618. insigni illo, diu post obitum prodigio memorabilis; cum hæreditatem ejus, sive Dominia, ab ipsa Montensi Ecclesiæ legata & donata, jure propinquitatis quidam Proceres repeterent; Montensibus in preces effusis, testemque mortuam invocantibus, clarè & disertis verbis, è tumulo respondisse: *Quæ donaverat rata se habere*, ut facilè deinceps propinqui rata agnoscerent, & manus sacrilegio abstinerent, tanto prodigio absterriti, & ad Sacrorum reverentiam salubriter concitati. *Ex Chron. Hannon. Franc. Rosiers, Ferr. Locrio, Molano, &c.*

Mortua lo-
quitur.

In Gallia B. Jacobi Abbatis Cistercii, & Generalis, qui propter singulares dotes, & infinitas animo virtutes testatamque sanctitatem, toto orbe clarissimus enituit, & per Monasticæ vitæ austeritatem, viam sibi in cælum muniit. Fuit nobili ortu staturæ lia, dictus de Flagniaco, & Epitaphio: Religionis forma, devotionis exemplar appellatur. Obiit hac die A.C. 1389. *Ex Angelo Manriq. Chrysof. Henriq. &c.*

B. Jacobus
Abbas.

In Monasterio Hemmenrodensi B. Everardi Conversi, pietate, humilitate, ac cæteris virtutibus clariqui ollam æneam, ignis calore diruptam, sola oratione integritati restituit, & multis signis illustri migravit in cælum. *Cesar. Heisterb. Henr. &c.*

B. Everardus
Conversus.

Eodem die S. Bartholomæi Conversi. Hic florentissimæ nostrorum Vallumbrolanæ Congregationi accensus, licet nulla eruditionis laude nitesceret, verè tamen sapientiæ studio in sublimè provectus inter sanctissimi Cænobii sydera mirè exsplenduit & eximia vitæ sanctitate, è Fratrum Conversorum ordine, ipsis etiam presbyteris facem prætulit, atque jejuno maxime, præque aliis irreligioso sæculo, ipse fructibus spiritus locupletissimus, exemplo suo plurimos Christo lucratus est. Obiit A.C. 1240. *Ex monim. Vallumbr. &c. Annal. nost. p. 2. &c.*

S. Bartholo-
mæus Con-
versus.

Dunis in Flandria, depositio B. Idesbaldi tertii Abbatis Dunensis, qui conversatione Angelica, & miraculorum gloria refulsit. Is plurimis annis Cantoris in Cænobio illo functus officio, tantam jucunditatem in continua laudum Creatoris sui decantatione ponebat, ut sapius neglectis naturæ fomentis & necessariis, visus fuerit ad Divina cantica recurrere, iisque diebus integris & noctibus in-
hætere. Abbas postea electus, exemplar fan-

B. Idesbaldus
Abbas.

Cantor.
fan-

sanctitatis omnibus se præbuit, deceffitque A.C. 1167. cujus sacrum corpus, annis post obitum 72. repertum est integrum atque incorruptum, quod mox tantam odoris suavitate naribus adstantium afflavit, ut balsamo, aliisque unguentis perfusum credi potuisset, ubi tamen aliud appositum non erat, quam nonnihil calcis. Cæterum post aliquot annos cum ejus quoque beatis auspiciis novum templum Cænobio junctum consecrandum esset, pridie quam ab Episcopo factaretur, nocte apparuit nubes quædam perlucida, instar flammæ tectis ejus supereminens, quæ animos omnium, propè ac longè existentium ita permovit, ut Bergentes, incendium proclamarent. Elevatum altera vice sacrum corpus A.C. 1624. post annos à morte 457. repertum denuo est, constanti & testatissimo prorsus miraculo incorruptum. Res dignissima, quam ex ipsiusmet Iprensis Episcopi Antonii de Hennin testis oculati relatione audiamus: Erat corpus sacrum vestitum veste religiosa, &c. Caput integrum, adhuc munitum capillis, inter quos eminebat corona Religionis, frons integra, oculi suis tecti palpebris, & ornati superciliis; nasus aliquantulum fractus violento quodam ictu, quo, ut dicebant, & Abbas testabatur, in eundem impegerant, ejus integritatem exploratam non habentes, dum funem cum linteo, quo involutus erat, frustra vi in partes detrahere tentaret. Genæ

Incorruptio
à morte.

Etiam altera
vice.

integræ, labia integra, coloris aliquantulum lividi; os parum patens, ita ut duo aut tres dentes in ipso aliqua sui parte videri possent. Barba valde copiosa, quam quis ab octo, aut novem diebus rasam judicasset, ita tamen firma, ut præsentibus nobis, fortiter pili ejus à Chirurgo tracti, evelli non possent. Tota vultus constitutio tanquam dormientis, in sinistrum latus versa, collum adhuc ductile & prorsus integrum. Humeri & brachia omnino integra, sicut manus, in quarum dextra adhuc parvi vulneris vestigium apparebat, pectus adhuc valdè crinitum & integrum. Venter præterea cum coxis, genibus, & tibiis prorsus integris, & pilosis, ipsis etiam musculis prominentibus; pes sinister integer & justæ magnitudinis, dexter vero, sicut & dextra manus, paulo contractior, ita ut videretur adhuc in vivis existens, paralyti spasivo aut apoplexiæ malo laborasse. Tibialia omnino integra, ita ut etiam futuræ omnes dignoscerentur. Ita Iprensis Episcopus. *De Idesbaldo videantur fusiores Chrysof. Henriq. Arnoldus de Raiffe, Annal. nostr. German. &c.*

Insigne testi-
monium.

Spoleti in Umbria Festum translationis S. Eleutherii abbatis S. Marci ibidem, S. Gregorii Magni, quondam in Monasterio S. Andreae in Vrbe sanctissimi collegæ, viri eximie sanctitatis, de quo die ipsius Natali 6. Sept. prolixius agemus. *Philipp. Ferrar. hac die, &c.*

S. Eleutherius
Abb.

XIII. CALENDAS MAII.

XIX. Aprilis.

S. Elphegus
Episc.

Cantuariæ in Anglia S. Elphegi Episcopi & Martyris. *Mart. Roman.* Elphegus, splendidissimis ortus natalibus in Derhirstensi Cænobio, vitam Monasticam complexus, Inclusionum dein rigidissimū Institutum consecutus, admiranda vitæ effulsi sanctitate. Mortuo Wintoniense Episcopo, dissidentibus votis, à S. Dunstano Archiepiscopo, jussu Divino cellula extractus, nihil à consuetis exercitiis & rigore remisit; pauperum in primis, etiam pro concione publicus Advocatus: *eum, qui pauperum inopie studiosè non consuleret, Dominici corporis membrum esse pernegabat.* Cantuariensem postea Archiepiscopale in Cathedram subvectus, ornatissimam & Principem Ecclesiam, cumulatissimis meritis, æternum beavit, atque exornavit. Romam pro pallio dum pergeret, oppidi alicujus civium scelere spoliatus, verbisque

Verè paupe-
rum pater.

ac verberibus graviter afflictus, dum ferret patientissimè, Deus non tulit, nec ulcisci servi sui injurias distulit; terribili mox incendio, oppidum undique ac undique inflammante & depauperante, quod tamen rogatus ille à pœnitentibus facti, prodigiosissime illico consopivit atque extinxit. Fuit miraculum quasi Pontificis Monachi; Elphegus, ita quidem ut in se fidelium omnium oculos converteret, plurimosque Apostolico prædicationis labore & exemplo sanctissimæ vitæ è barbaris & infidelibus Christi Ecclesiæ aggregaret. Ita autem omnium se moribus conformavit, ut & omnibus charus esset, & nemo, quod rarum est inter homines ejus gloriæ invideret. Vti tamen in omnes pius & beneficus, sic in se nimium severus, & quasi carnis apparet; cum brumali tempore media

Miraculum
Pontificis.

Vita rigor.

media confurgens nocte, per nivem ac glaciem nudipes incederet, & ad aurorā usque precibus infisteret; prānsus verò, tam jejunos ferè e mensa surgeret, quam accessisset. Vnde factum, tanta ut maciè corpus attenuaret, ut cum in altum manū extenderet, per medias etiam palmarum juncturas claritas aëris perspici posset. *Tam aperta praterca, & ingenua fuit natura, ut quivis ex ejus sermone animi sui sensum facile colligere potuisset.* Danis Cantuariam occupantibus, cū miseratus civium cædem, sponte se hosti objiceret, & ut parentes innocentibus, in se potius furorem verterent atq; effunderent, rogaret, ab impiis, arte vinculis constrictus, septem menses angustissimo carceri includitur. Vlcescente mox Numine, & Danorum exercitu gravissimo viscerum dolore dignè mulctato, quem vir sanctissimus, injuriæ omnis inmemor pane à se sacrato, ac in milites distributo, gravissimis à viscerū tormentis, & pessimo contagionis malo prodigiosissimè liberavit. Sed à barbaris & ingratis pessimè nihilominus habitus, demū securi capiti infixæ, victorem animum ad triumphos æternos ablegavit. Ramus aridus, sacro ejus cruore tinctus, altera mox die viruit, fronduit, floruit. Principes quivis cædis auctores, prodigioso deinceps pavore consternati ac trèpidi, dum comunem hominum conspectum formidant, consensu navibus fugam meditati, Dei effugere manum minime poterunt; namque insurgente vindice ab imo procella, grandi omnino clade oppressi, cum navibus centum sexaginta profundo merli sunt; quinque autem & sexaginta alię naves, hinc inde disjectæ, & ignotis appulsiæ littoribus, barbaros barbarorum gladiis exposuere. Elphegum decennio post reperimentum incorruptissimum, Canutus Daniæ Rex Cantuariam transtulit, cum Voto ad sacras Martyris exuvias facto, Danis quietem, & à calamitatibus diuturnis immunitatē, tanti Martyris precibus & meritis impetrasset. Duravit ea corporis & sanguinis sanctissimi Pontificis incorrupta & prodigiosa integritas, ad usq; perditissima nostræ ætatis tempora, insigni prorsus, contra Rom. Ecclesiæ hostes argumento, juxta & monumento. Passus est, A. C. 1025. ætatis suæ 59. Episcopatus sexto. *Ex Osberto mon. Vincent. in Spec. Edinero, Iepes, Baronio, Harpsfel. Elovardo Maibevu, Trith. Hug. VVion, &c.*

Romæ S. Leonis Papæ IX. virtutum & miraculorum laude insignis. *Mart. Rom.*

Leo IX. Bruno antea vocatus, perillustri Comitum Dagspurgi atq; Ellingæ genere natus, Tullensis, Cluniacensium Congregationis monachus, juvenilibus jam annis cælo charus, à S. P. N. BENEDICTO sibi apparente, pestilenti laborans ulcere prodigiosè curatus, summo Ecclesiæ universæ bono, amplissimi Ordinis ornamento servatus est: *Professus* postea, inquit Wibertus, *se beatissimum Patrem, illico luce clarius agnovisse, ex claritate vultus & habitus, cujus corporis accidentalem cognoscensiam, ita hætenus commemorat, quasi præ oculis carnis adhuc habeat, &c.* Tullensium Pontifex deinceps electus & factus, autoritate demū Henrici III. Imperatoris cognati sui, ad Romanæ Cathedræ sublimitatem evectus, cum suadentibus Cluniaci Abbate & S. Hildebrando nostris, honorem illū tanquam malè acquisitum à se abdicasset, electione libera Clero & populo Romano restituta, factū tam illustre insigni prodigio, voce hac cælo lapsa: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis Deus: comprobavit, & Bruno comuni jam omnium consensu, miroq; applausu & gratulatione Pontifex electus, eodem ipso die consecrationis munus, & coronationis insignia accipere meruit. Insignis & memoranda in primis visio eidem oblata; cum honesta, sed tristior atque annis quasi obfita matrona sese eidem exhibens, mox in conspectū ipsius, *juventute Aquila* renovari visa, hilaris, vegeta, tota pulchra & nitidissima apparuit, quod ipsum, visus eidem sanctissimæ memoriæ Odilo Cluniacensis Abbas, interpretatus, Ecclesiam esse ostendit, quæ variis pressuris & calamitatibus, diu afflictæ, & quasi attrita, Pontificatu ipsius & opera, primævo suo flori atq; nitore restituenda esset. Ex quo uno, satis superq; liceat, de tanti Pontificis ingentibus meritis ominari. Cœpit Pontificatū, maximarum illico rerum conatibus, successu longè felicissimo, & tria statim eodē anno Concilia, maxima cu fidelium, Ecclesiarum & Regnorum utilitate, Papiæ, Rhemis, & Moguntia celebravit; Simoniacæ hæresi, funestissimum bellum indixit; nefanda carnis vitia excidit; miraculorum insuper gloria ipse illustris, Ecclesiæ & Cathedræ tantæ, opportunè in primis, decus & honorē perpetuum addidit. Mox sequente aho duo Romę Concilia cœgit; Cojacentē, tertium in Hispania congregari iussit; & de Venetis æternum meritū, Patriarchatum Gradensem, sumo cū ejus Reip. splendore Venetias transtulit. Henricum

cūm dein Imperatorem, & Andream Vngariæ Regem, gravissimis inter se discordiis dissidentes, ut conciliaret, & impendentia Regno utriusq; mala averteret, difficillimum ipse iter in Germanias suscepit. De Normanorum dein jugo ab Ecclesiæ cervicibus dejiciendo cogitans, ad sacrum Casinatem montem & Monasterium profectus, Patri & Patriarchæ nostro sanctissimo supplex negotiū comendavit, Fratrum ibidem omnium pedes tantus Pontifex lavit, eorumdemque juyari precibus humillimè expetiit. A Nortmannis autem captus, ipsis etiam hostibus summæ venerationi fuit, propensosque deinceps & faciles habuit. Ad extirpationem postea hæresis Berengarianæ se totum convertit. Sed & de Orientis Imperio sollicitus, misso summa cū potestate S. Humberto nostro Tullensi monacho, errores Orientalium clarè demonstravit, & feliciter convicit; Sepulchrum Dominicum restituit; Germaniæ patriæ, multis modis consuluit; Angelorum autem, imitatione S. P. N. BENEDICTI, plurimum promovit; quibus demū Christi anno 1054. immensa meritorum copia locuples, sociari meruit. De quo ita S. Desiderius Abbas Casinensis, postea Victor III. Pont. Max. *Vir, inquit, per omnia Apostolicus, regali genere ortus, sapientia præditus, Religione conspicuus, omnique Ecclesiastica doctrina apprime eruditus, ac qui, quemadmodum scriptum est, cepit invocare nomen Domini; à quo omnia Ecclesiastica studia (NB.) renovata ac restaurata, novaq; lux mundo visa est exoriri, &c.* Hic sæpe *Sacerdotale Concilium advocans, Sacerdotes, Diaconos, & reliquos Clericos non regulariter ordinatos removit, & in eorum locis, ad veri, & summi DEI cultum, qui dignè ministrare possent constituit. Quotidie quoque per se suosque discipulos, ubique missos, populis viam Domini, litteris & verbis predicans ostendebat. Qui per Apostolicam viam semper gradiens Apostolicos etiam viros in miraculis est imitatus, &c.* Ita Desiderius. *Consul. Baronius, Iepes, VVibertus, Platina, Platus, Panvin. Ciacon. Trithem. Ferd. Vghellus, Annal. vof. Bened. & German. &c.*

In Burgundia, natalis B. Burcardi Abbatis de Balerna, discipuli S. Bernardi, qui mirabiliter in sacra religione proficiens, plenus meritis migravit ad Christum, quem, utpote extra adulationis periculum sua ex parte Bernardus, extra adulationis titillationem, ex parte illius, & consensum, laudare in vita superstitem ausus,

inter alia data ad ipsum Epistolæ, sic affatur: *Si laboravi in te, uti humiliter memoras, non me piget. Aravi in spem profecto percipiendi fructus, & spes non confundit; & de fructu operum meorum satiantur viscera mea. Et si cum parerem, tristitiam habui; jam non memini pressuræ præ gaudio, quia natus est infans in mundo. Infans dixerim malitia, non sensu, quem posset Salvator præponere senibus ad imitandum denuo dicens: Nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabit in Regnum cælorum, &c.* Ita Bernardus, ut pigeat de nostro porro Elogium meditari. *Ex Ioan. Picardo, Barn. Montalbo, Henric. &c.*

In Monasterio Sithivenfi B. Bernardi cognomento Pœnitentis, qui Magalonenfis patria, pœnitentiæ studio, universum penè terrarum orbem, in angustia carnis, & spiritus tribulatione peragravit. Hierosolymam tertio adiit, reversusque, apud S. Audomari denique urbem confedit, & vitam insolenti planè rigore continuavit. Singulis annis quadragesimas quatuor jejunans, tribus per hebdomadē diebus panem solum cum aqua sumpsit. Stans ferè orare consuevit. Nudis incedebat pedibus; vinculis ferreis quinque stringebatur; circa pectus nimirum, lumbos, collum, brachia, & crura sic obarmatus; cilicio insuper & lorica ferrea ad nudam carnem indutus, cui durus lectulus, lapidibus sternebatur. Mortem sibi impendere divinitus edoctus, in nostro Divi Bertini Cænobio, Monasticen prius amplecti statuit; atque ibidem susceptus, tantis demum laboribus, & vitæ finem felicem imposuit, sepultus in Sacello S. Catharinæ Virg. & Mart. A. C. 1183. *Ex Ioan. Bert. in Vita, Ioan. Molano, &c.*

In Germania B. Wernheri monachi & Confess. Hic sæculi pompis rejectis. Monasticam humilitatem in Cænobio Hemenrodensi amplexus, vitæ sanctissima conversatione, & Angelicæ puritatis exemplo cæteros anteivit, & ad culmen religionis perfectionis pervenit. Ibidem vero Prior constitutus, zelosissimus & rigidissimus Constitutionū Ordinis observator extitit, & ipse prius opere, quod verbo docebat implevit. Demum agone consummato ad cælestem patriam migravit; cujus spiritum inter Beatorum Choros, pretiosissimis & splendidissimis vestibus amictum, & lumine instar solis radiantem Beatus Maynerus raptus in extasim vidit, & Monachis Hemenrodensibus indicavit. *Cæs. Heist. Henric. &c.*

Vita rigor.

Pro ovibus pastor.

Fit Martyr.

Incorruptio.

S. Leo IX. Papa.

Supplex Casini.

Merita.

Mors.

Elogium.

B. Burcard. Abbas.

Fit Episc. Tulli.

Fit Papa.

Visio mira.

Merita ejus.

Concilia.

Elogium.

B. Bernardus Panitens.

Fit monachus.

B. Wernherus.

Ejus gloria.

Ven. Annas
Cardin.

Hoc ipso die (verba Martyrologii Gallici sunt,) stadio mortalitatis successit piæ memoriæ Annas Scarfius S. R. E. Cardinalis, tituli S. Susannæ, de Giurii nuncupatus Metensis, vir sua ætate in omni virtute præcipuus; qui natus Lutetiæ, Divione in S. Benigni Cænobio monachum professus, Abbasque ejusdem factus, tum Lexoviensis delectus Antistes, tota Gallia dilectus, Romam publico patriæ bono profectus, interque cardines orbis ob rara animi insignia cooptatus, demum vocatus ad Metensis Ecclesiæ gubernacula: cum Pontificatum felicissimè iniisset, spectabilis senio, insignis religione, stupendus castitate, amabilis charitate, innata, simul gravitate & lenitate admirandus: post non exilem amplificationem juris ac decoris Ecclesiastici, cultus divini virilem vindicationem, egregiam pastoralis vigilantia perfunctionem, ætatis anno 78. placido mortis sopore obdormiens, ad vitam, quæ Christus est emigravit. Ita Martyrol. cit. Natus fuit A. C. 1546. Parisiis 3. Cal. Aprilis, parentibus illustribus Iacobo d'Escars, & Francisca de Long-uic. obiitque Vici, quod est oppidum Dioceseos Metensis 19. April. A. C. 1612. sepultus Metis in Cathedrali, à puero ad supre-

Insigne elo-
gium.Mortitur
1612.

XII. CALENDAS MAII.

XX. Aprilis.

B. Guido
Cardin.

Andavi depositio B. Guidonis S. R. E. Cardinalis Episcopi Prænestini, gravissimis de re Christiana meritis conspicui. Guido, sive Wido de Parè, monachus & Abbas Cistertii, ab ea dignitate, ad Archiepiscopalem Rhemenis Ecclesiæ Cathedram evectus, eruditionis & virtutis laude ita excelluit, & celebratus fuit, ut tanti operam viri Romana Ecclesia merito sibi deposceret, eumque eminentissimo purpuratorum Patrum sacro Senatui à legendum evocaret. Diaconus primū Cardinalis, tituli S. Mariæ trans Tyberim à Clemente III. creatus; sequenti mox año à Cælestino III. Presbyter Tituli S. Calixti ordinatus, ab Innocentio demum tertio Episcopus Prænestinus renunciatus, æternum decus sacræ purpuræ & Ecclesiæ Romanæ, præclare gestis, & immortalibus meritis addidit. Ea inter, duo præcipuè Arnoldus Duacensis commemorat: Duo, eaque hæcenus inaudita inquit, sua sancta inventione, Ecclesiæ beneficia intulit. Missus namque aliquando Coloniæ, ut Otthonis electionem confirmaret,

Insignia me-
rita.

main usque ætatem, omnibus amabilis, de cuius jam grandævi senecta, ipso per familiariter usus Galpar Scioppius, cum summa prudentia, inquit, eam ipsam omnibus probabat innocentiam, in qua S. Benedicti habitum, non plus octo annos natus suceperat, &c. Laudat9 fuit oratione funebri ab Andrea Valoderio postea S. Arnulphi Abbate, cujus mortis annus hoc numerali carmine indicatur.

La Vs p la p Vrp VreI CæT Vs CLa Vstr Is-
g Ve CoL VM na.

Anno hIC eXpresso GIVRIVS astra
petit.

Epitaphium.

Demeruit plurimum S. Francisci de Paula Ordinis Minimorum magnos alumnos, qui sub ejus auspiciis Metis Cænobium condiderunt. Ex Annal. nost. Benedicto Redivivo, Martyr. Gall. cit. Car. Sauff. Gasp. Sciopp. Ferd. Vghello, Claud. Roberto, &c.

In Monasterio Blandiniensi elevatio S. Florberti primi ibidem Abbatis, facta A. C. 975. per Albertum Rhemorum Pontificem ab ejus obitu annis 330. Ioan. Molanus in Natal. SS. Belg.

S. Florbertus

optimam illic consuetudinem induxit, eamque suo præcepto firmavit (Legatus enim erat Pontificius à latere) videlicet, ut ad elevationem Hostiæ Sacrosanctæ, omnis populus in Ecclesia constitutus, ad sonum campanule, quam hac de causa altari affigi iussit, veniam peteret, sicque usque ad Calicis benedictionem prostratus jaceret. Præcipit etiam isdem Cardinalis, ut quoties Venerabilis altaris Sacramentum ad infirmum deferendum esset, Scholaris, sive campanarius, sacerdotem præcedens, per nolan illud proderet; sicque omnis populus, tam in plateis, quam in domibus, Christum transcuntem adoraret. Quid hæc inventione gloriosius? Quid hac consuetudine laudabilius? Quid hoc sanctius institutum? Quod & usque modo in Ecclesia permanet, & in veteri Testamento fuerat adumbratum &c. Ita Arnoldus. Sed & alia multa præclare instituit, quæ inter, ea præsertim comendantur, quæ ad Cleri reformationem spectantia, Leodii cū ageret, ordinavit: In Sacerdotum, atq; Canonicoꝝ, inquit Placentius, luxuriam, multa fortiter asseruit. Et vocatis Collegiorum præpositis, aliquot cantiones, autho-

Pulsus ad
Ven. Sacr.Reformat
Clerum.

authoritate Romani Pont. promulgavit. Ne Canonici Horis diurnis, pariter Nocturnis à templo abessent, qui & comuni Refectorio, ac dormitorio se continerent, ne mulierum strepitu impediti, minus suo instituto satisfacerent. Canonici tantum Acolythi, in tractatu Collegiorum nullius authoritatis haberentur, donec sacris initiarentur. Perinde Archidiaconi, nisi Diaconi essent, stipe, & honore, atque auctoritate carerent. Ambientes plura Sacerdotia, despicabiles collegiis fierent, & comatuli, comamque calamistrò rotantes, non prius Ecclesiastica immunitate gauderent, quam coronam in capite deferrent. Et nonnulla alia adjiciens, hoc modo vitii Ecclesiasticorum prospexit, &c. Hæc Placentius. Vt facile advertere liceat, quanta hic Cardinalis noster sollicitudine, munere suo sit perfunctus, quamque dignis institutis de Ecclesia meritis; cujus proin nomen, illustrissimis titulis, ad omnem sæculorum posteritatem perseveret consignatum. Decessit felicissima morte Gandavi in sua Legatione sub A. C. 1220, ibidem in Monasterio S. Petri tumultus. Casarius, Placentius, Ferdinan. Vghellus, Ciacom. Miraus. Claudi Rob. &c.

S. Hildegun-
dis, Virg.

Schœnaugiæ, depositio S. Hildegundis Virginis, quæ simulato sexu in Monasterio vivens, à Fratribus Ioseph appellabatur; incognita ad mortem usq; in DEI militia perseverans. Hæc Nuffiæ, quinque fere à Colonia milliariibus nata, tenera etiam num ætate, patrem suum, orationis causa Hierosolymam usque sequuta est. Patre apud Tyrum mortuo, fidei servi alicujus credita, sumo ejusdem scelere, ablatis omnibus, peregrino in solo relicta, fame penè contabescens, idiomaticis signa, ostiatim stipem flagitare, quibus poterat signis, cum verbis non posset, coacta est; quoad altero post año, in Germanum nobilem quendam incidens, ejus beneficio in patriam reducta est. Haud procul Augusta Vindelicorum, quidam furti reus, scelere deprehensus, cū ad supplicium se queri procul videret, simulatâ brevi secessione, Hildegundem ad sarcinas manere rogans, indo profugit, pro quo innocens comprehensa, frustra se purgans, laqueo adjudicata & damnata est. Res mira! Comendans se Numini, appensa patibulo, pependit prodigiosissime incolumis biduum totum, nihil prorsus seu doloris seu noxæ experta; imo centu Angelico recreata, & ab eo, qui fi-

In terra san-
ctâ multa
patiitur.Innocens ad
mortem da-
mpnatur.

bi Custos aderat Angelo edocta, eam inter Musicam, Agnetis sororis suæ animâ in cælum deferri, quam & ipsa biennio post sequutura sit. Post biduum, pietate pastorum aliquot, ut sepeliretur deposita, inciso fune, cum minimè caderet, sed Angeli ministerio, paulatim demissa, erecta consisteret, diffugientibus illis, cū, incertum quam ob causam, Veronam cogitaret, in momento ferè temporis, eo usque ab Angelo transportata est, cum septem minimum dierum itinere distaret. Inde reversa, Schœnaugiense petens Cænobium, juvenem veste, piè mentita, Iosephi sibi nomine imposito, à Theobaldo Abbate, sacris accensa Tyronibus, ingeniosissimè sexum dissimulavit, & verè manum suam ad fortia misit, virili animo labores & rigorem Monachicum generosè aggressa, facta viris exemplar generositatis, omnibus egregiæ speculum sanctitatis. Tandem imminentem exitus sui diem prædicens: Scio cui credidi, ait, fidem servavi, cursum consummavi, de reliquo reposita est mihi corona Iustitiæ. Cum defunctus fuero, apparebit in me, unde stupeatis, & divinæ virtuti gratias merito referatis. Quibus dictis carnè solutus Virginea spiritus ejus, ad gaudia æterna evolavit Anno Christi 1188. Tunc primum, quando lavandum factum corpusculum exuebatur, ad rei novitatem stupentibus universis, & DEVM collaudantibus, qui ipsam insigni deinceps miraculorum gloria commendatis, illustravit. Casarius Heisterbac. Renatus Chopinus, Bern. Brito, Ioan. Molan. Trithem. Manriq. &c.

Mirè servata transfer-
tur.Sexum disti-
mulat.Mortitur
1188.

Erfordia in Germania, S. Adelarii Episcopi & Martyris. Adelarius magni & sanctissimi nostri Germanorum Apostoli & Metropolitæ Bonifacii discipulus, strenuè eidem in conversione gentium operâ navavit; & nomen atque honorem apud Germanos æternum promeruit. A Bonifacio autem, pro magnis vitæ meritis & exemplo sanctitatis Erfordensium Pontifex designatus & consecratus, primus & ultimus eo loco dignitate Episcopali & munere functus, plurimis & gravissimis exantlatis laboribus, innumerabilem hominum multitudinem, ab idololatriæ erroribus, dæmonū cultu, imo Inferi ipsius faucibus eripiens, Christo & Ecclesiæ aggregavit. Vocante autem ad Martyrum lauream & præmia, ejus Magistrum Numine, & ipse cum eodem occurrens, gloriosissimo in certamine cum Magistro decer-

S. Adelarius
Episc.Martyrio co-
ponitur.

deceatans, à barbaris & ingratis immaniter contrucidatus, ad aternitatis coronam assumptus est. Qui etfi eadem die, quo Bonifacius, occubuerit, hac tamen potissimum die, fortè ob sacri corporis translationem, à gratis olim fidelibus, dignissimi sui Apostoli memoria est celebrata, priusquam à prima Apostolorum suorum doctrina, provinciæ illæ, temerè declinantes, perjuri & Apostatae Monachi placita, omnibus omnium Patrum & Orthodoxorum Doctorum doctrinæ atque exemplis anteferrent. *Ex nostris German. Annal. Ioan. Trithem. Hugone Menardo, Arn. Duac. &c.*

B. Ioann. Episc.

In Gallia B. Ioannis Episcopi & Confessoris. Hic ex monacho regii Monasterii S. Dionysii Parisiensis, exactiori Sanctissimæ Regulæ nostræ studio, ad ferventissimam tunc Ordinis apud Claram Vallem reformationem transiens, tantis ibidem Virtutum profectibus claruit, ut Igniacensis primum Abbas, Claravallis postea electus, inde ad Archiepiscopalem Mithelenensis Ecclesiæ dignitatem subvectus sit; quam ita gessit, ut verè exemplar Pontificum se exhiberet, inculpatis moribus, mirà eruditione, omnibusque virtutibus optimo pastore dignis, celesber, atque ob hæc ipsa omnibus venerandus. Vacavit continuis ferè orationibus, & jejuniis, & post multas huius exilii ærumnas, ad patriam & quietem æternam emigravit. Claruit Anno Christi 1257. *Ex Chrysoptom. Henric. Cl. Rob. Manriq. &c.*

Commemoratio S. P. N.

Ipla die Comemoratio Gratia & Gloriam in terris atque cælo, dulcissimi & admirabilis Patris nostri BENEDICTI, qua

nimirum, à grata filiorum posteritate recolitur & colitur, propensissima Divini Numinis, in Sanctissimum Patriarcham voluntas, ex abundantissima in ipsum gratiarum effusione, qua in mortali etiamnum agentem corpore, tam copiosè implevit, ut Magnus ille Ecclesiæ Doctor Gregorius, postquam præcipuis illum veteris & novi testamenti Sanctis comparasset, *Iustorum* denique omnium *Spiritu* *Iustorum omnium spiritum plenum* contenderet & concluderet. De gloria autem sua, sui jam in cælo triumphantis, ipso Beatissimo Patre de semet affirmante: Sui odoris admiranda fragrantia, cælum universum impleri, eaque omnes, felicissimæ illius aternitatis, & civitatis DEI domesticos mirificè recreari, omnium omnino tot millium Sanctorum atque Beatorum in amplissimo suo Ordine, secundum Regulæ suæ præscripta viventium, tanto jam sæculorum decursu, innumeris & gravissimis meritis, in se redundantibus, & tanquam à fonte exundantibus. *Ex Gerardo Belga, p. 1. & 2. Opusc. Lib. Insinuat. Div. Piet. S. Gertrud. Vita S. P. N. & diu. oper. nost.*

Iustorum omnium spiritum plenum.

Ingens gloria

Cæsaraugustæ S. Walderedi Monachi & Ejusdem Urbis Episcopi. Hic nobili Gotthorum prosapia in Vrbe Toletana prognatus, juvenis sæculum sprevit, & Monasticum S. Benedictini habitum complexus, tantis profecit virtutibus, ut deinceps S. Leocadiæ Abbas constitueretur. Demum Cæsaraugustanus creatus Pontifex, cum sedem illam magnis impleisset meritis, & multis Conciliis interfuisset: Demum in Domino Sancti obdormiit. Æra 748. sepultus in æde B. M. V. de columna.

v Walderedi mon.

XI. CALENDAS MAII.

XXI. Aprilis.

F.

S. Anselmus Archiep.

Cantuariæ in Anglia S. Anselmi Episcopi, sanctitate & doctrina conspicui. *Martin. Roman.* Anselmus veluti sol purissimus ac lucidissimus, inter illustrissima sui temporis, Ecclesiæ sydera mirificè exsplenduit, & insolentissimo fulgorè, orbem terrarum percelluit, simulque illustravit universum. Is Gundulphum Comitum patrem habuit, Emerbergam matrem, religiosissimam faminam, quæ puerum Anselmum sollicitè & sanctè educans, ita assuescit, ut terrenorum fastidians, supera solum æstimaret, & cucullum

Genus illustra.

inhiantius exambiret; quod patris ejus metu monachi non ausi, ut differret propositum agrè juveni persuaserunt. Mortua autem matre, patris æmulatus mores, pompas ac voluntates sequutus, volente tamen Numine, paulo post revocatus est, cum patris odium fortè incurrens, nullis obsequiis lenire ejus animum posset, qua offensus auctoritate, uno solum ministro comite in Burgundiam primum, postea in Franciam secessit. Inde Lanfranci nostri fama illectus, ut ipsum audiret Nortmanniam adiit, & litteris probè institutus,

Lanfranci auditor.

stitutus, Monasticæ denuo vitæ desiderio pulsante, Monachum sub Herluino Abbate, Beccensi in Cænobio professus est. Lanfranco loci Priore, ad regimen Cadomensis Cænobii postulatò, Anselmus id muneris subire coactus; Novitiis postea præfuit, æternum Præfecturæ ejusmodi, Novitiorum speculum & Magistorum, quamvis nunquam deessent, qui excoctissimi Magistri, facta etiam omnia carperent, ejusque lenitatem & patientiam, ceu remissionem traducerent, cum tamen mirificè omnes ille mansuetudinè caperet, raperet amabilitate. Sed apud exteros, eam institutione juvenum laudem meruit, ut non ex Nortmannia solum, Francia, & Flandria, sed & Anglia universa, primæ nobilitatis plurimi, milites insuper, clerici, aliique cucillum amplexi, Anselmi Magistri fama excitati, se suaque omnia Monasterio traderent. Erluino Abbate mortuo, consensu applausive comuni omnium Cænobio præesse coactus, ea prodigiöse sanctitatis fama celebratus est, ut cum Lanfrancum, magistrum olim suum, Cantuariæ electum Archipræsulem salutaturus in Angliam advenisset, veuti lapsò è cælis Angelo, omnis sexus atque ætatis homines, certatim ipsi occurrerent, & sua obsequia ingererent, ipse etiam Rex Senior Guilielmus, rigidam cateroquin cervicem, elatam frontem viro DEI flecteret & submitteret. Fuit ad commendationem Anselmi, insigne eo ipso tempore miraculum, quo Principum quidam, sed lepra miser atque miserandus, jussu cælesti, aqua, qua manus post Sacrum laverat Anselmus, bibens, prodigiöse quamprimum convaluit. Mortuo Lanfranco, & Guilielmo Juniore post patrem Regnum moderante, cum hic Cænobia & Ecclesias nimio opere premeret, exoratus, imo conjuratus Anselmus in Angliam contendit, acclamantibus illico universis, Archiepiscopum suum, Primatem suum advenisse; admonitoque & correpto pro sceleribus Rege, cum hic paulo post in languorem incideret, ab ipsomet Cantuariensi cathedra dignissimus pronunciatus, summa Angliæ universæ gratulatione, eligitur, obnixusque cogitur, trahitur, sedi imponitur. Verum, dum Ecclesiastica libertate, intolerantissimo correptionis Regi opponere se nihil veretur, è Curia paulo post jubetur discedere. Tulit patienter repulsam Pontifex, & Ecclesiæ jam uni-

Magister magnus.

Ejus fama.

Insigne miraculum.

Fit Archiepiscopus.

Hæreses debellat.

versæ operam suam probaturus, ad Inferos debellandos consurgit atque accingitur, repullulascensque Sabellianorum Hæresim obterere aggressus, doctissimum *De Incarnatione Verbi*, volumen scribit, atque examinandum Urbano II. Romano Pontifici transmittit. Intercessit paulo post gravior, ipsum inter ac Regem conflictus, cum hic sumum sibi in Ecclesias jus arrogaret, Anselmus admirando Zelo & constantia obsisteret. Appellavit ad Urbanum vir sanctus, & singulari Numinis providentia Romam veniens, ab Urbis Pontifice, & S. R. E. Cardinalibus, summo honore, & mira gratulatione exceptus, infideles quamprimum plurimos, sub Rogerio militantes, verbo & scriptis Ecclesiæ lucratus est. Concilio autem Barenfi cum interesset, Græcis cum Latinis, *de Processione Spiritus Sancti* altercantibus, nimiumque hos urgentibus, recordatus Anselmi Urbani, audientibus & succlamantibus universis, virum sanctissimum invocans: *Pater & Magister Anselme*, inquit, *Anglorum Archiepiscopo ubi es? Veni, ascende huc & defende Matrem tuam Ecclesiam, succurre, tanquam à DEO missus.* Convicit adeo potenter Græcos Anselmus, ut toti mox rubore confusi & elingues facti, ridiculo omnibus exponerentur, & applaudentibus universis, silentio demum facto, in hæc Urbanus erumperet: *Benedictum sit cor tuum, & spiritus tuus, os & sermo oris tui benedictus.* Mox de Anglorum Regis scelere edoctis Patribus, adversum Regem conclamatum; pulcherrimo charitatis in hostem infensissimum exemplo Anselmo ad pedes Pontificis abjecto, dilationem excommunicationis enixissime perente, & vix impetrante. Roma discessurum detinuit Urbanus, ut Concilio etiam Romano interesset. Terrori tunc adeo Schismaticis fuit, ut dum sæpè captivum tracturi in plateis concurrerent, viso vultu illius, armis illico abjectis, supplices ab eo benedictionem flagitarent. Occurrentibus passim, qui pedes ejus osculari contendeabant, detestante eum honorem sancto, coactus est per obedientiam, jubente Urbano Papa, dolens & ingemiscens admittere. Antequam Vrbe excederet, questus eidem Urbano lamentabiliter, Cænobio se extractum, obedientiam fructibus privari, rogansque enixius, præponi sibi aliquem, cujus jussis vitam disponeret, Edinerum ipsi Pontifex comitem itineris

Vir Apostolicus multos convertit.

Græcos triumphat.

Incomparable elogium.

Terror Schismatic.

Stupenda obedientia.

itineris monachum præfecit, cujus deinceps iussa tanti Anselmus fecit, ut cum eum cubili locasset (ò verè Obedientiæ Martyrem,) non solum sine præcepto ejus non surgeret, sed nec latus inverteret. Lugdunum ubi pervenit, de morte Regis Guilielmi nuncios accepit; multisq; cam lachrymis dolorem testatus, sua se morte, vitam ipsi quam libentissimè redempturum, pronunciavit. Henricum Guilielmi successorem, eadem deinceps in causa hostem habuit, à quo Sede sua ejectus, urgentibus denique conscientiaë stimulis revocatus, & summo in pretio habitus; Concilio postea Londoniensi, cui ipse præfuit, litem terminavit, & Ecclesia demum Regnoque optimè compositis, inter Charos suorum amplexus, sublata manu Regi ac Reginaë benedictionem impertitus, felicissimè moritur, Anno Christi 1109.

Obiit 1109.

Festi Conceptionis B.M. V. author.

Elogium.

S.VV. Volbodo. Episc.

Pacem com-ponis.

sem Archiepiscopum simultates composuit, ita quidem, ut Henricus Natalitiis Domini feriis Coloniam properans, publicè Heriberto satisfaceret. Mortuus est in amplexu sanctissimæ Crucis Christi, Anno 1020. tantis à morte prodigiis coruscus, ut Abbas S. Laurentii, quo in Cænobio præclare à se restituto sepultus fuit, per Divinum amorè obtestatus sit, ut ab illis temperaret, tanta ab occurrentibus interdiu noctuque Monachis inquietudo & molestia causabatur. De aliis ejus meritis gravissimis, mentio fit alia inter, in pervetusto ejusdem Divi Epitaphio:

Miraculo-ssimus.

Hoc Duce prostravit Turcos Cæsarq; fugavit, &c.

Hâc in Vrbe pius primus statuit Litanias, &c.

Pacis & ipse dator, sed & amissæ reparatur, &c.

Vt merito sibi de tanto Pontifice, rebusque ab eodem præclarissimè gestis, Vrbs celeberrima Leodiensis, imo Germania universa, de tanto Principe, & patriæ patre, æternum gratulentur. Ex Aegidio Bucherio, Chapeavillo, Reynero, Molano, Democh. Cratepolio, Annal. nost. German. & Aquila Bened. &c.

S. Bodini Episc.

Trecis depositio S. Bodini Episcopi, qui ex Cellensi prope Trecas Cænobio, cum sanctioris vitæ laude celeberrimus haberetur, ad Tricassinam extractus Cathedrâ, vicefimus nonus ejusdem Ecclesiæ Episcopus ordinatus est. Vixit circa tempora Caroli Martelli, æternumque sanctitatis illustri nomine decus Ecclesiæ suæ addens & relinquens, post mortem ad suum relictus Cænobium, ibidem requiescit, ejusque translationis dies illic religiosissime 11. Calend. Maij celebratur, cum natalis ignoretur. Fuit Aquitanus patria, ejusque pars Reliquiarum in Cænobio Belli-loci, Trecensis item diceceseos, aservatur. Nic. Camuzat. Prompt. Antiq. Trecass. Hugo Menard. &c. Lilia nost. Gall. Bened. &c.

Translatio.

In Gallia obitus B. Fastredi Abbatis, miraculis & revelationibus celebris, de quo nos uberius 18. Maij, ex aliorum opinione.

B. Fastredus.

In Monasterio Hemmenrodensi, depositio B. Henrici, ejusdem loci monachi sanctissimi. Hic primo sacri Tyrocini anno, cum ægrius ad Laudes Matutinas confurgeret, & ob id ipsum gravi tenta-

B. Henricus mon.

tionem pulsaretur, ab ipsa Cælitum Imperatrice, Virgine Matre consolari & confortari meruit. Raptus namque in extasim; ipsam mira dignatione cucullam Ordinis indutam, more Iudaico velatam, & corona diversorum colorum in capite insignitam intuitus, juxta ipsam, copiosam Sanctorum Fratrum multitudinem incedere conspexit, quæ proximè accedens, & quasi ex necessitate, ut ipse referebat, ipsum tangens & veste percutiens, omnè illico tentationem expulit, ita, ut inter delicias deinceps, consurgere ad Matutinas reputaret. Vixit deinceps vitam, vocatione tanta dignissimam, & tandem sanctitatis laude conspicuus, & piis operibus plenus, sicut actiones suas ad Christi Salvatoris exemplum direxerat, sic ad ipsum exuto corpore, recto cursu feliciter migravit. Ex Casar. Heisterbac. Barnaba de Mont. albo, Angelo Manrique, Chrysof. Henriq. &c.

DEI para ipsi adest.

B. Rodulphus mon.

Eodem die depositio B. Rodulphi Veronensis, Monachi Montis Virginis, gratia discretionis præcipui. Hic liberalibus disciplinis non mediocriter eruditus, Olivetanæ primum Sanctissimæ Congregationi nostræ nomen dedit, ex in majori perfectionis studio, ad eam quæ Montis Virginis dicitur, transiit, eaque vitæ perfectione enituit, ut ipsi non multo post Generalis præfici meruerit. Solitudinem porro sic adamavit, ut per annos viginti (quo tempore, semper ferè, aut Major,

aut Prior extitit,) ab eremi ostio egressus non sit. In senectute autem, etiam altera vice, veterum nostrorum more, reclusionem obtinuit, cujus conversatio per omnè vitam, non solum sine crimine, sed etiam sine criminatione seu reprehensione cujusquam transiit. Fuit placido admodum vultu, ea insuper morum gratia & gravitate, ut cum ab omnibus unice diligenter, juxta etiam tantopere timeretur, ut solius oculi intuitu, gravior delinquentibus, quam gravissima cujusque alterius Prælati correctio, videretur. Ejus in omnibus discretio mirificè extollitur, & in cunctis religiosis actibus, gratiositas quædam admiranda. Perpetua ei Psalmorum cū meditatione prolatio, ita ut quoties extra cellam inveniri contingeret, aliquem per susurrum alloqui cogitares. Fuit denique, inquit vitæ author, scriinium quoddam virtutum, Regularis vitæ exemplar, & solitaria vitæ norma, obiitq; plenus dierum ac meritorum, quiete, sine afflictione, & cū manifesto lætitiæ signo, A.C. 1584. æt. 79. hac die. Ex Luca Eremita, Hist. Mont. Corona, &c. & Bened. nost. Redovivo, &c.

Reclusus.

Vir discretissimus.

Scriinium Virtutum.

Dedicatio S. Germani.

Ipsa die solemnissima Dedicatio Ecclesiæ Monasterii S. Germani à Pratis, in suburbio Parisiensi, facta ab Alexandro Papa III. A.C. 1163. in præsentia S.R.E. Card. Maximorum Principum & innumerablem penè multitudinis, ad tantam confluentis solemnitatem. Iac. de Breul. Hugo Menard. &c.

X. CALENDAS MAII.

XXII. Aprilis.

G.

B. Alexander II.

Romæ depositio B. Alexandri II. Pontificis maximi. Is Anselmus de Bædagio antea vocatus, Mediolanensis patria, Anselmi item, viri olim in ea Vrbe primarii filius, nobilitate generis, doctrina & vitæ integritate præcipuus, sed monastica imprimis disciplina & religione spectatissimus, è Monacho Laterani Lucensis Episcopus, S. Hildebrandi nostri, tunc S.R.E. Cardinalis opera, à Clero populoque Romano, in Petri Cathedram evectus, hanc, orbemque Christianum universum, ingentibus statim meritis demeruit, & variis celebratis Conciliis Ecclesiam mira felicitate, per Hildebrandum maxime, & Petrum Damiani Cardinales, & Legatos suos reformavit, Gentiles & Schismaticos compescuit, Hære-

reses Nicolaitarum, Incestuosorum & Simonitarum oppressit, Clerum ad sanctitatis studia concitavit, Canonicos ut in commune viverent passim effecit; pacem orbi & Ecclesiæ reddidit, cumque quantum exemplo suo & industria possent Monachi adverteret, Casinum ipse profectus, plures inde secum abduxit, & in Cardinalium numerum adoptavit. Sed & altera vice eodem profectus, & Sanctissimo Patri suo BENEDICTO supplex factus, ejus Basilicam de novo conditam, per semetipsum dedicare voluit, eoque totum Patrum Purpuratorum senatū, decem Archiepiscopos, 43. Episcopos deduxit & multis ac magnis Privilegiis locum exornavit; adeo ad Casinates affectus, ut tanquam compares

Casinum dedicat.

Bb 3 & Epi.

Miracula
ejus.

Ob. 1073.

S. VVolphel-
mus Abb.Juvenis An-
gelicus.

Fit monach.

Abbas.

Hospitalita-
tis miraculū

& Episcopos, Epistola ad Desiderium Ca-
fini Abbatē scripta, tantus Pontifex, Con-
fratres suos appellaret, & sum̄ opere cole-
ret. Claruit insigni miraculorum gloria,
& dum Cafini moraretur, energumenum
quendam pessimo infessore cacodemone
liberavit, apud Aquinum a. fāminā clau-
dam prodigiosē erexit, & incolumen red-
didit. Sed & prophetico spiritu illustra-
tus, eventura prædixit, & post multa egre-
giæ sanctitatis signa, & imortalia merita,
Romę in Laterano sancto sine decessit, A.
C. 1073, *Ex monim. Casin. Const. Cajet. Mau-
ro Marchese, communicatis div. Ital. script.
Ferd. Vghello, Annal. nost. locupl. &c.*

In Cænobio S. Nicolai de Brauviler,
depositio S. Wolphelmi Abbatis doctrina
& sanctitate conspicui. Wolphelmus illu-
stri admodū natus genere, Frumoldo pa-
tre, Eveza Comitissa Matre, tenerē, at piē
ac religiosē domesticū inter familię splen-
dorem, & famulitii frequentiam, liberis
sæpē noxiam, educatus est. Sancto Heri-
berto Colonienſi Archiepiscopo comen-
datus, Cathedralisq; ejus Ecclesiæ factus
Canonicus, miros in litterarum studiis
progressus fecit, à sobrietate & castitate
insigniter comendatus, ea vultus morum-
que gratia, ut verē Angelicus & cælestis
appareret. Neq; Angelo dissimilis ille,
Angelicam in terris vitam æmulaturus,
exquisito sanctioris vitæ Cænobio, in quo
se Namini totum consecraret, in S. Maxi-
mini apud Treveros Monachū professus
est. Doluit plurimum Colonienſibus tan-
tum sibi decus subtractum, effeceruntq;
apud Hermañum ex Palatino Rheni Ar-
chiepiscopum, ut is, cum Canonicum jam
non posset, saltem Monachum solatio ci-
vium repeteret, iisdem S. P. N. BENEDI-
CTI institutis, apud Colonienſes sui aman-
tissimos in S. Panthaleonis victurum. Co-
actus redire, ægrē aliquamdiu inter fre-
quentiam Canonicorum, consanguineo-
rum, aliorumq; procerum se quotidie sa-
lutantium substitit, quoad deniq; Gladba-
censis Monasterii Abbas postulatus, eum
honorem spe vitæ quietioris, admitteret.
Mox otio benē usus, de Ecclesia Christi
universa mereri aggressus, Berengarii pas-
sim invalescentem hæresim, felicissimē
profligavit. Dehinc Brauvilerensis Cæno-
bii constitutus Abbas, gravibus injuriis ab
mildolpho Archiepiscopo appetitus, pa-
tientissimē toleravit, quoad Hildolphus,
ulciscens servi sui injurias Numine, mor-
te sublat9 est. Hospitum & pauperum cu-
tam, secundum præscripta Regulæ, præci-

puam habuit; quorum incumbente ali-
quando nimia multitudine cū solarium
oppressum corruisset, omnesq; perempti
crederentur, reperti cum Wolphelmo in-
columes omnes, eo majore miraculo q;
ruente cum cæteris pincerna ejus, nec va-
la læsa, sed neque vinum ulla ex parte ef-
fusum videretur. Claruit eximiis aliis,
cum in vita, tum post mortem miracu-
lis, quam præostensa gloria sibi imminere
cælitus didicit & præcognovit Fratribus-
que prænunciavit. Cujus, triduo toto post
obitū, mira elegantia vultus refulsit, rosei
coloris & sudoris guttis respersus. Decessit
A. C. 1069, cujus ad exequias Hermannus
Archiepiscopus, officiosissimē occurrit,
tumq; præsentibus S. Panthaleonis & Si-
gebergenſi Abbatibus, sum̄a cum rēve-
rentia terræ comendavit. *Ex Conrad. Brau-
viler. in Vita, Chron. Colon. Annal. nost. &c.*

In Monasterio Weingartenſi depositio
B. Meingosi loci ejusdem Abbatis & Con-
fessoris, miraculorū gratia illustris. Mein-
gofus, sive Meingus, vulgo Meingots, il-
lustri Comitum de Lechsgmundt, ut con-
jectamur, genere natus, generoso læculi
contemptu illustrior extitit, & sitientissi-
mus fluentorum Divinæ gratiæ, adlympi-
dissimos Hirsaugiæ fontes, tanquam cer-
vus anhelās occurrit, totumq; se imergens
Sanctorum illic confluentium exemplis,
& proluens, tantus deinceps evasit, ut in-
ter præcipua Archisterii illius decora ce-
lebraretur. Reichenbacense postea Cæ-
nobium curare jussus, inde paulo post, ad
Weingartense postulatus, loco viris illu-
stribus frequenti, novum tamen seipso lu-
men intulit, & velut sol meridianus Vineā
illam Domini, & palmites electos, in no-
vum vigotem exsuscitavit. Excelluit ra-
rissima in omnes charitate, & per insigni
animi demissione. Vigiliarum, orationis,
lectionis scriptionisq; studio intentissim9,
juratus semper otij hostis extitit. Curam
hospitum & pauperum, singulari & pro-
prio Ordinis nostri instituto, tanquam
Abbati peculiarius relictam, & serio com-
mendatam, cordi sum̄ opere habuit, suisq;
singulariter comendavit, & ut posteris
quoq; comendaret, nullum aliud in stru-
cturis nominis sui monumentum extare
voluit, quam domum Hospitum, ut vo-
cant, à fundamentis excitatam, & juxta
S. P. N. præceptum, dignē, tanquam Chri-
sto ipsi suscipiendo, instructam atq; adorna-
tam. Cui pro tali charitate, Numen
optimum, vicissim benevolentissimē pro-
vidit, procerumque ac divitum animos
excitavit

Obiit 1069.

B. Meingos-
sus Abbas.

Prior.

Abbas.

Hospitalita-
tis monimen-
tum.

Miracula

Ob. 1200.

S. Oportuna
Abbat.

Mira vocatio

Rigor vita.

excitavit atque accendit, quorum libera-
litate rursusque Meingosi laudatissima
profusione, res Cænobii plurimum auctę,
& nomen in primis religiosissima pietatis
comendatione latissimē est celebratum.
Denique cum multos insigni cum fructu
annos, in Vineâ Domini strenuē laboraf-
set, & egregias virtutes vanæ gloriæ metu,
summo studio texisset, pluribus & perin-
signibus à morte miraculis proditus & à
DEO comendatus, cæcis, claudis, surdis
aliisque variē ægris beneficia contulit fan-
nitatis, sepultusque est in Sacello Princi-
pis Apostolorū Petri Anno Christi 1200.
X. Cal. Maij. *Ex Chron. VVeing. MS. &
diversis Cænobii monim. Irish. Annal. nost. &
Ephemerid. &c.*

Apud civitatem Sagienſem in Britan-
nia Minori, S. Oportunæ Virginis & Ab-
batissæ, multarum Sanctimonialium Ma-
tris. Oportuna pago Oxomensis nata,
Regali profapia parentes habuit. Ex pe-
tita plurimorum votis in conjugem, auri,
gemarum, potentiæ, pomparum, delicia-
rumque omnium, nimis quantum fasti-
diens, suam corporis animique miram
pulchritudinem, soli Virginum sponso,
summo rerum induperatori Deo destina-
bat. In Ecclesia illud Christi audiens: *Si
vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes,
& veni sequere me.* Sibi dicta accipiens,
ad genua parentum provoluta: *Eia, in-
quit, mi dulcis pater, & amabilis mater, per
tremendum, & amandum nomen ejus, cujus
verba sonuerunt modo in auribus nostris, atte-
stor: ne mihi amplius quaratis sponsum in ter-
ris. Sequar jam vestigia Domine mee DEI
Genitricis, ne ullius filii admittam copiam, nisi
illius, quem Virgo concepit, Virgo peperit, &
Virgo permansit. Hujus ego Matris depre-
cabor gratiam, ut me ancillam suam, nuptiis
Filii sui faciat dignam, &c.* Obstupere eo
facto & dictis filia, Illustrissimi parentes,
ejusque constantia demum victi, consen-
sere, filiamque dulcissimam multis cum
lachrymis, ad Cænobium Monasterioli
in saltu Algia honoris ergo prosequuti,
DEO obtulerunt, in quo exactissima SS.
Regulæ observantia, & humilitatis maxi-
mæ atque obedientiæ studio & gratia ex-
cellens, mortuæ Cænobii Abbatissæ suc-
cedere meruit. Rigore abstinentiæ penē
incredibili delicatissimum corpus exhau-
sit, solis Dominicis diebus paucos &
exiles pisciculos admisit; vino, uti &
carnibus perpetuo abstinuit; feriam IV.
& VI. sine omni cibo transegit. Roga-
ta tantæ abstinentiæ causam? scite re-

spondit: *Adam, ait, de Paradiso ejectus
est, quia pomum vetitum manducavit, &
nos illuc redire jejunando oportet.* Virtute
miraculorum illustrissima, varia mor-
borum genera à diversis ad se undique
concurrentibus prodigiosē profligavit.
Fures & latrones, Cænobii res auferen-
tes sola oratione ligavit, donec quæ ab-
stulerant restituissent, quæ & lupos, &
vulpes atque Aquilas, similiter ablata
restituere compulit. S. Godegrano E-
piscopo germano suo impiē occiso, ei-
dem jungi desiderans & efflagitās, exau-
ditam se intellexit; ac proin sorores ul-
timum exhortata, cum lectulo decum-
beret, à SS. Virginibus & Mart. Cæci-
lia atque Lucia visitari meruit, ad quos
conversa: *Avete, inquit, sorores Cæ-
cilia & Lucia, quid præcipit Ancilla suæ o-
mnium Regina Virgo MARIA? Expectat,
inquiunt illæ, adventum tuum, ut filio
ejus conjungaris in calo. Itaque ornata co-
rona gloriæ & accensa lampade, debes ob-
viare Sponso & Sponse.* Post lætitiā au-
tem tam claræ visionis, inter Psalmo-
rum jucundas voces, & psallentium ju-
bilibus, respiciens ad ostium domus:
*Ecce, inquit, advenit Domina mea Beata
Virgo MARIA, cui vos commendo, quas
hic amplius non videbo, dumque brachia
in amplexus Admirabilis Matris, exten-
dit, longē felicissimo mortis genere ex-
tincta, à Virgine Matre, Virginum Spon-
so consignatur. Floruit sub Ludovico
Germaniæ Rege. Ex vita per S. Adeli-
num Episcop. Felici, Molano, Annal. nost.
&c. & Ephem. Mar. Bened. &c.*

Cistercii in Gallia B. Guillelmi ejus-
dem loci Abbatis, qui maximarum vir-
tutum exemplis suis præluxit, & plenus
bonis operibus ex hac vita migravit An-
no Christi 1178. *Ex Menol. Cisterc. Hen-
rig. &c.*

In Italia B. Huberti Episcopi Nepen-
sis, qui senatorii generis parentibus edi-
tus, sprete generis nobilitate S. Bernar-
dum sequutus, in Claravallis Cænobio
Monasticen arripuit, inde pro meritis ad
Nepensem extractus Pontificatum. Ve-
rum fugere conatus, à Bernardo (qui
multis aliis suasor erat ejusmodi honores
recusare,) acceptare monitus, & confor-
tatus, invitus admodum acquievit, po-
pulumque sibi creditum sanctē guber-
nans, ad præmia Veri pastoris, post mul-
tos pro grege suo labores evocatus est.
Arnulph. Abb. Bonavallis, Phil. Seguin. &c.

B. Seniorina Abb.

In Lusitania depositio B. Seniorinae Virg. & Abb. quae a teneris annis in aede S. Ioannis a Concha sub matertera Guodinae nutrita, in miram profecit sanctitatem, ejusdemque in honore successit. Fuit illustri admodum nata sanguine, filia Adulphi Comitis, qui tres ipsi Ecclesias cum suis redditibus, ad condendum Canobium assignavit. Comendatur autem a Virgineae in primis castitatis intaminatissimo flore, cum corpus & animam Christo soli consecrans, puella etiamnum potentissimi cujusdam Comitis dignissimum conjugium, constantissime respuisset. Decessit A.C. 982. Ant. Vascontell. Anaceph. Reg. Lusit. Bern. Brito, Hugone Menardo &c.

V. Antonia de Orleans.

In Gallia obdormitio Religiosissimae Principis, Antoniae de Orleans, Congregat. B.M.V. & S. Scholasticae de Calvario Institutricis. Antonia postremae aetatis nostrae decus rarissimum, praesca & primavae exemplum praecipuum, futurae exemplar sempiternum, cum esset & genere, & fortunis, corporisque atque animi dotibus spectatissima, universum Galliarum Regnum, Regum ac Principum oculos, ipso mundi illecebrarum miro contemptu, incredibili juxta vitae rigore, in se merito convertit; de Ordine autem nostro aeternum meruit, cum sanctissimi Patriarchae nostri, maximorumque Fundatorum ac Reformatorum Ordinis, maximos conatus, mulier aggressa, vergenti in praecipitium mundo, facto ipso ostendit, quantum optimi Numinis gratia, perditissimis temporibus etiam illi possint, qui omnium opinione, & sexus infirmitate, & corporis debilitate, rebus dignis, nedum magnis gerundis, ineptissimi judicantur. Facta enim, virorum etiam, & Religiosorum quidem

Infirma mundi Deus eligit.

toto orbe speculum, statera, & calcar, tam exactam districtamque ad amissim SS. Regulam, vivendi rationem inivit, tenerimisque ac delicatissimis puellis injunxit, ut nemo satis mirari posset, imitari a plurimi vellet, ipso etiam Romano Pontifice virile ejus propositum, summo opere commendante & promovente; ita ut paulo post Congregationis Sanctissimae Institutricis titulum gloriosissimum; mereretur; & supra hanc saeculi faciem alte emergens, prodigiosa etiam sanctitatis alumna numeraret. De ea sic Carolus a S. Maria: Sed inter ceteras omnes, Domina Antonia de Olerans, a S. Scholastica nuncupata, Princeps femina, Ducis de Longaville filia, Marchionis de Bella Insula, Ducis de Rets primogeniti quondam conjux & vidua, & Ducis de Rets nunc in vivis agentis mater, ob nobilitatem & sanctissimae vitae virtutes facile primas tenet: nam & Francorum Regibus sanguinis propinquitate conjuncta, adhuc juvenis formosissima, simulato habitu, ut ignoraretur, parentibus primo nesciis, ac postmodum invitae ac indignantibus, Rege renitente, toto Senatu Tolosano reclamante, vitam hanc asperrimam professam est post annuam probationem, aetate sua 27. Christi 1601. successu temporis, Deo per Sanctam Sedem Apostolicam ita disponente, facta est Institutrix Monialium Benedictinarum primae Regulae, sub nomine Congregationis B. Mariae de Calvario & S. Scholasticae &c. Ita Carolus. Occubuit terris Illustrissimum hoc sydus A.C. 1618. hac die, cujus vitam, dignasque admiratione aeterna res, alias prolixè referem. Ex relat. PP. Gall. & Burg. Hugone Menardo, Carolo Cit. Chrysof. Henric. & Benedicto nostro redi vivo, &c.

Institutrice nova Congreg.

Genus Illustrissimum.

Obiit 1618.

IX. CALENDAS MAII.

XXIII. Aprilis.

S. Adalbert. Archiep.

In Prussia, natalis S. Adalberti Pragensis Episcopi & Martyris, qui Polonis & Vngaris Evangelium praedicavit. Mart. Roman. Adalbertus Slavici & Strefilavae, Libercae sive Libecensium Comitum filius, Regio genere oriundus, Voytichius (quod est Exercituum consolator,) antea vocatus, a S. Adalberto nostro primo Magdeburgensium Pontifice educatus, nomen etiam & virtutem indeptus est. Puerulus etiamnum desperata jam vita ad Dei pararam, mirantibus qui aderant, adrepens, Matris Virginis ope prodigiosè & repente convaluit, quam & in vita deinceps omni praecipue veneratus est.

Juvenilem aetatem licentia vitae temerans, horrenda Pragensis Episcopi morte teritus & compunctus, saniora consilia suscepit, ita repente mutatus, ut jam tunc ab ipso sibi Inferus metueret; cumque communibus ipse votis Pontifex eligeretur, ex energumeno validis vocibus Adalbertum infensissimum sibi detestatus, coactus hospitium desereret; tantis mox Adalberti de Cathedra illa meritis, ut merito a morte deinceps Patrono cooptaretur. Cum a patriam Christo lucrari pro viribus satageret, & Bohemos a feritate, rapinis & impio daemonum atque idolorum cultu revocare frustra conaretur, pertaesus eorum-

Invisus daemoni.

Ejus obedientia.

Mira humilitas.

Ingens miraculum.

Stupenda res!

eorumdem pertinaciam Romam demigravit. Vnde Pontificis Maximi permisso Casinum se transferens; Monasticae vitae exercitationem de integro complexus, exactis ibidem aliquot annis, cum, ut Episcopum, honorari se non ferret, Romam denuo concedens, in Monasterio S. Bonifacii, S. Leoni Abbati multo tempore subditus, obedientia & humilitate ita se omnibus probavit, ut admirationi merito esset, cum suae oblitus dignitatis, culinam everret, lances elueret, abjectissima mediastorum officia alacer obiret. Mirus ille de seipso & daemone triumphus fuit, cum hoc frequentius impellente, ad mensam ministrans, vasa testacea seu cadens in terram, seu impingens, frangeret, cibosque effunderet; quo toties repetito damno malus genius sperabat, nimio denique rubore suffusus, ab dicenda de morte culpa absterrendum. Verum, cum nihil minus, quam hoc modo proficeret, eique & humilitatis, & patientiae majoris auctorem se esse doleret, adeo deinceps, ab infestatione ejus abstinuit, ut nec vel levissima quidem peccatilli suasionem ipsum aggredi praesumeret. Adalbertum Romae, spectante etiam summo Pontifice, miraculorum gloria Deus mirifice illustravit; in cujus oculis, cum jussus ille poculum vitreum vino lenum afferret, & cacodemonis scelesti (qui canis nigerrimi forma, visus Adalberti pedibus se objicere,) impingens & concidens illud rupisset, vinumque effudisset, surgens illico fufis precibus, poculum & integerrimum, & vino plenum, grandi prodigio, Pontifici obtulit, eoque tantum hospitem mirifice recreavit. Alias jussu ejusdem sacris operatus, cum inter sacra obdormisse eum suspicatus excitari juberet, & expleto officio, praesentibus Cardinalium nonnullis modestè corripere; jussu Divino, fratrum germanorum funera se in Bohemia curasse respondit, quos impii idololatrae in causa Fidei trucidassent, eoque ipso loco, in altari alteram Chyrothecam per oblivionem reliquisse. Quod ipsum missis nunciis curiosè exquirens Pontifex, verissimum deprehendit; Bohemis Archiepiscopum suum adfuisse affirmantibus, & Chyrothecam illic relictam remittentibus. Repetitus postea enixissimis Bohemorum precibus, aegre e Canobio discessit, & flagellata toto absentiae suae tempore, sicitate, fame, & peste patriam, prodigiosissime absolvit. Dignissimum Summi Pontificis ad legatos Bohemorum

responsum, & minimè praetereundum, quod collecta, in causa Adalberti, Synodo, audientibus Patribus dedit: Reddimus, inquit, quod juste quarunt male merentes filij. Sed dabitur eis hac lege: si audierint eum, teneant eum cum benedictione Dei, & faciant sub eo fructum centuplum. Si autem a consuetudine iniquitate recedere nolunt, absque periculo sui capitis malorum consortia declinet &c. Bohemis leges utilissimas & sanctissimas condidit, multos ejuratis Idolis Ecclesiae aggregavit, templa & Monasteria varia condidit, & viris religiosissimis comendavit. Cum majore Bohemorum parte in scelere obfirmata rursus eosdem deferret, mox anxie repetitus, reverti compulsus est. Verum potestate ipsi a summo Pontifice facta, apud quoscunque vellet populos Evangelium praedicandi, condito prius, jussu Numinis in honorem S. P. N. BENEDICTI Breznovienfi Canobio, eodemque a Boleslao Pio Duce, jussu Divino similiter, liberalissimè dotato, & dignissimo nostrorum colonia instructo, in Vngariam primò se contulit, & Geisa Duce ad Christum adducto, ac baptizato, natum postea filium Stephanum, Sanctissimum illum atque celeberrimum Vngarorum Regem, sacris quoque aquis abluit, ac benedictione sua impertit, plurimasque toto passim Regno Ecclesias aedificavit. Ad Polonos dein conversus, Miecislam Ducem cum omni populo a cultu idolorum avergens, finitimas etiam provincias Regno Christi felicissimè adjunxit. In Livoniam denique & Prussia delatus, dum ibi rationes Ecclesiae plurimum auget, Sacrificulorum scelere appetitus, ab irruentibus barbaris post SS. Missae Sacrificium celebratum, gratissima Deo victima caeditur, ipsa Crucifixi Servatoris anniversaria Parasceveos die, conto primum prostratus, ac infixis terrae osculis in hac erumpens: Benedictus Deus, benedicta misericordia Dei, si plus non accipiam pro Crucifixi merito, unum pretiosum ictum habeo. Septem postea lanceis confossus, quo nimirum amantissimae & unicae Tutelari suae Dei parae, septem etiam doloribus concideret, manibus in modum Crucis extensis, felicissimum Spiritum Creatori transmisit. Cujus sacrum corpus in arbore suspensum, aquila per triduum custodivit, donec membra crudelissime concisa, per hospitem Sancti viri in sportam collecta, juxta locum Martyrii primum humata, aequali dein auri pondere a Polonis redempta, Gnesnamque summo cum honore omniumque gratulatione trans-

Legumlator Bohemiu

Geysam Ducem convertit.

Item Miecislam.

Martyrium illustre.

Magnus omnino Apostolus.

translata sunt. Claruit innumeris deinceps & stupendis miraculis, magnus Bohemorum, Ungarorum, Polonorum, Luiticorum, Russorum, &c. Apostolus, magnus magni Regni & Princeps Tutelariorum, sed & Ungarie atque ingratae olim Bohemiae Patronus cooptatus. Tam illustre autem Martyrium, dono admirabilis Matris Virginis se consequuturum, ante pugnam edoctus, insigni desiderio sese accendens praeparavit: Vidit namque purpureum sibi floridumque ac incomparabili ornamento pretiose vestitum thalamum praeparatum, cujus in superiori panno capitali, aureis inscriptum seu praetextum litteris erat: *Munus hoc donat tibi filia Regis.* Quod ipsi interpretatus S. Leo Abbas hoc tibi cito, inquit, invenies, quod quaeris: dono Virginis procul dubio Martyris. Meruit etiam a morte gravissimis meritis de patria & Bohemis suis, praestantissimus Apostolus; & multo quidem nomine, eoque in primis quo Triumphatoris, & exercituum Tutelariorum apud eosdem titulum est consequutus, maximis saepe hostium copiis, praesenti ejusdem ope prodigiosissime triumphatis. Sed & illud rarius celebratur a multis: Boleslaum Poloniae Ducem Otthoni Imperatori tanquam pretiosissimum munus donasse brachium S. Adalberti, postea Romam delatum, & in S. Bartholomaei ab eodem condita celebri Basilica repositum; Et Imperatorem in vicem muneris hujus, aliorumque obsequiorum ergo, Boleslaum dignitate Regia insignisse. Ut non immerito magnum Patronum, Apostolum & Martyrem suum, incredibili amore, cultu & celebritate solemnitate Poloni usque hodie venerentur. Passus est Anno Christi 997. Ex Mart. Cromero, Ioan. Sandelio, Aenea Sylvio, Dubravio, Pontano, Bonfinio, Sigeberto, Baronio Petro Damiani, Iepesio, Ribadeneira, Aquila nost. Bened. & Annal. &c.

Eadem die S. Senorinae Virginis, de qua nos ex aliorum opinione pridie.

Dono B.M. V. Martyr.

Quanti fiat.

B. Senorina

S. Mellitus Episc.

Abbas.

VIII. CALEND. MAII.

XXIV. Aprilis.

IN Anglia depositio S. Melliti Episcopi, qui a S. Gregorio in Angliam missus, Orientales Saxones & Regem ipsorum ad Fidem convertit. Mart. Rom. Mellitus, dignus Magno Gregorio nostro discipulus, ut nobili ortus genere, sic sublimes mentis celsitudine spectatus, terrena omnia contemptui habuit, caelestia solum appetiit & spiravit. Monachum in S. Andree Romano Canobio professus, tan-

Signiaci in Gallia B. Gerardi Abbatis. B. Gerardus Abb. Is ex Abbate Floriaceno, exactiore sacri rigoris & Regulae studio, ad Cisterciensium nostrorum ferventissimam transiens reformationem, vilis in oculis suis in Monasterio Signiacensi Tyro Novitius effectus, postquam ibidem sancte & religiose conversatus fuisset, plenus gratiae & bonorum operum ad caelos migravit, & sicut in vita admirandis virtutibus claruit, sic post obitum evidentissimis signis sanctitatis emicuit. Ex Aub. Miraeo, Ang. Manriq. Roberto Rusca. Barn. Montalbo. Henriq.

In Gallia Monasterio Trium Fontium, natalis B. Rogerii Abbatis. Rogerio, nobili natus genere, humilitatem Monachicam, opibus & honoribus praeferebat, B. Bernardum Doctorem Mellifluum habere Magistrum meruit, cujus institutione tantopere profecit, ut ejusdem judicio dignissimus haberetur, qui aliorum deinceps magister esset. Ergo Trium Fontium in Catalaunensi Diocesi, primus ab eo Abbas constitutus, fundamentalis, simulque angularis lapidis partes egregie implevit, magnisque virtutum splendoribus mirifice illustratus, & sanctitatis titulo celeberrimus, uti locum peregre stibilivit, sic & splendidissimum reddidit. Claruit sub A. C. 1120. Ioan. Picardus, Barn. Montalbo, Ang. Manriq. &c.

Ipsa die, S. Pusinnae Virginis sanctimonialis, quae ex pago Partensi Catalaunensis Diocesis orta, claris parentibus Sigmaro & Lutrude, a tenera aetate, florem suae integritatis DEO dedicavit in Monasterio Basionensi, cum sorore sua S. Lutrude, in cujus, sui amantissimae sibique dilectissimae brachiis, quae ipsi extrema officia reddidit venerat, post vitam sanctissime exactam, igne divinae dilectionis consumpta expiravit. Car. Sauss. Mart. Gall. Hugo Menard. Ioan. Molan. Arnold. Duaten. &c.

B. Gerardus Abb.

B. Rogerius Abb.

S. Pusinna

Apostolus.

virtutibus effulsit, ut in lectissima perfectissimorum virorum Congregatione Abbas eligi, sed & non multo post Apostolico labore, & Pontificali honore fungi meruerit. A Gregorio, cum illustri Fratrum Monachorum colonia, altera missione ad conversionem Anglorum destinatus, primus postea Londoniensium creatus Episcopus, initia celeberrimi deinceps Pontificatus, mirifice sanctitatis fundamento composuit & consecravit,

Regem convertit.

Adversus jaetatur.

Impii Reges.

Vltio Numinis.

secravit, atque aeterno merito, fructu in numero, felicissimus Orientalium Saxonum Apostolus effectus, Sebertum Regem cum universa familia sua & Regno Christo adjungens, S. R. Ecclesiae gremio aggregavit. Romam postea profectus, de confirmandis Britanniae rebus cum Bonifacio Pont. Max. summa industria egit, qui illico coacta Synodo super negotio cum Patribus tractavit, omnibusque negotiis Mellitum adhibuit, qui & omnia illic sancita & decreta sua auctoritate & subscriptione confirmavit, ac in Britanniam rediens, eadem Ecclesiae Anglicanae observanda dedit. Nec desuere in prosperis rerum successibus sermo DEI adversitatum fluctus, cum mortuis Ethelberto & Seberto optimis Regibus, impii haeredes in Regnum succederent. Serredus, Sivardus, & Sigebertus, Seberti filii abhorrebant in primis a nomine Christiano, ita quidem ut Sacro sancta & praecipua Fidei Mytheria etiam irrifui haberent, quae patre superstite per simulationem venerabantur. Sacris operante aliquando Mellito, cum de industria adessent, eoque pervenisset Mellitus ut Eucharistiam de more populo porrigeret, sibi etiam inter ceteros dari postularunt: Cur non, inquit, panem illum nitidum etiam nobis porrigis, quam patri nostro Sabae (sic enim eum appellabant) dare solebas, & adhuc populo dare non desistis? Abnuit constanter Sanctus Pontifex, sic ut parum abesset, quin ibidem illi manus violentas in ipsum injicerent, quem illico Regni excedere finibus imperarunt. Tulit patientissime injuriam & exilium vir sanctissimus, & in Cantiam secedens, pari fere procella jactatam, cum Laurentio & Iusto coepiscopis tractavit, quidnam hac in re faciendum judicarent, decretumque communi consilio, satius esse, redire in patriam, liberaque ibidem mente Domino deservire, quam inter rebelles Fidei barbaros sine fructu residere. Mellitus proin cum Iusto in Galliam demigrans, cum rerum finem expectare disponderet, paulo post vidit, cum ulciscente Numine, scelerati Reges cum suo pariter exercitu una & grandi clade universi corruissent. Mortuo postea S. Laurentio Cantuariensium Archiepiscopo & Primate Angliae, ad eam cathedram Mellitus evectus, rarissima vitae sanctitate admirandus enituit, & gravissimis meritis Ecclesiam & Regnum immortaliter sibi obligavit. Ejus, alia inter, eximium sub vitae finem miracu-

lum comendatur, quo Servatoris Cantuariae titulum meruit, cum jam in cineres collapsuram prodigiose eripuit. Urbe siquidem, flagrantissimo jam incendio undique collucente, confertatis civibus, ad Pontificem suum lecto affixum concurrentibus, ipse adversum ignem deportari se voluit. Cujus adventum, res mira! refugiens flamma, illico, grandi consopita prodigio, conquievit: *Nec mora*, inquit Ven. Beda noster, *ventus, qui a meridie flans, ubi incendia sparserat, contra meridiem reflexus, primo vim furoris sui a lesione locorum, quae contra erant abstraxit, ac mox funditus quiescendo, flammis pariter sopitis atque extinctis compefcuit, &c.* Mortuus est, insignis Regni Anglici Apostolus A. C. 624. Eadbaldo Rege regnante, qui & ipsum ab exilio revocavit, & Christo insigni cum animi demissione nomen dedit; cu brevi Pontificatu, quinquennii nimirum multa praclare gessisset & statuisset, sepultus in Monasterio & Ecclesia Principis Apostolorum. Ex Ven. Beda, Vilhelmo Malmesbur. Nic. Harpsfeld. Eduardo Maiborn, Iepes, Baron. Annal. nost. &c.

Servat Cantuariam.

moritur.

S. Egbertus mon.

In Hybernia S. Egberti Presbyteri & Monachi, admirandae humilitatis & continentiae viri. Mart. Rom. Egbertus, absolutissimae perfectionis Monachus, vir vere Apostolicus, & cu omni, ut Beda ait, honorificentia nominandus, ingens plane opus aggressus, quod tamen ipse, aliorum vocante Numine, non potuit, per filios & discipulos suos felicissime explevit; & si quis alius, de universo Septentrione praclarissime meruit, ad quem Christi Ecclesiae conjungendum, praestantissimos Apostolos, & numero 5 & Zelo primorum Christi discipulorum 12. aemulos ablegavit, & fructum inuentum retulit. Eam provinciam, seu mundi partem, cum prius ipse sibi delegisset, superno prohibitus oraculo, eo convertere studia iustus est, unde postea, velut ex fonte celeberrimarum provinciarum Europae praecipua dimanavit utilitas, & plurimorum Regnorum, tanquam e Promptuario deprompti Apostoli, ut non tam Apostolum suspicias Egbertum, quam Magistrum Apostolorum. Dubitavit primum de monitu caelesti Egbertus, cum altera vice visus cuidam S. Boisilus Abbas: *Vnde, inquit, & dic illi, quia velit, nolit, debet ad Monasterium Columbae venire, quia aratra eorum non recte incedunt.* Rursum cum addubitaret, & jam solvere in Germaniam pararet, nolens retentus, navi mersa, cui res suas imposuerat,

Magister Apostolorum

Mire retinetur.



integris tamen & salvis omnibus, quæ sua fuorumque fuerant. Proin in Scotiam profectus, Monachos ejus Regni in gravem prolapsos errorem schismatis, ad Ecclesiæ Matris sinum revocavit, & sanctissimè instituit, à quibus deinceps inexplicabilis bonorum copia, in provincias Europæ univèrsas, multo sæculorum decursu profuxit. Institit nihilominus, flagrantissimus proximorum amore Sancti. Abbas primo proposito, à quo animum avertere sive avocare nunquam potuit, & misso Apostolico 12. discipulorum Collegio SS. VVillibrordo, Suitperto, Acca, VViperto, VVillibaldo, VVunibaldo, Lebui- no, Euvaldis duobus, VVerenfrido, Matcellino & Adelberto, jure meritissimo Germanorum aliorumque populorum Patroni & Apostoli, etiam abtens titulū, & amorem æternum meruit. Ipse autem manipulorum, granis innumeris prægnantissimorum copia locuples A. C. 729. ætatis suæ 90. felicissimè decessit. *Ex Ven. Bedæ, Marcellino Molano, Surio, Annales nost. &c.*

Rhemis Sanctarum Bonæ & Doda Virginum. *Mart. Rom.* Fuit utraque regio nata genere, contemptu autem factus regii utraque Illustrissima. Bona, sive Bova, ut nonnulli legunt Sigebertum Austrasiæ Regem patrem habuit, avum Dagobertum, fratrem germanum S. Baldericum Abbatem, quocum ipsa Cænobium facris DEO Virginibus condidit, in eoque rejecta purpura cucullum induens, Abbatissa præesse meruit, & miræ sanctitatis exemplo præfulsit. Eam sequuta neptis Sanctissima Doda, quæ ex magnatibus Sigebertum Regis cuidam desponsata, persuasa ab amita, relicto sponso Christū sequuta est. Quam cū ascenso equo spon- sus persequi conaretur, lapsus, fractis cervicibus miserè interiit. Successit Bonæ defunctæ in regimine Doda, atque utraque demum à morte miraculis coruscavit. *Ex Flodoardi Hist. Rhemensi, Hugone Menardo, Annal. nost. &c.*

In territorio Arvernensi S. Roberti Abbatis. Robertus Arvernus patria, Giraldum patrem, matrè Raingardem habuit, quæ non sine eventurorum puero argumento, cum ad castrū forte aliquod tenderet, ipsum in solitudine genuit. Sed & illud mirum, cum nutrici impudicæ traditus, infans ejus ubera horrui, & nocentem innocens prodidit. Puerulus etiamnum, totas cū lachrymis noctes continuatis precibus transegit, pauperes fo-

vit, scædisima eorumdem ulcera benefica manu piè contrectavit & abluit. Vnde jam tunc creditum, eo tactu multos prodigiosè curatos. Adolescens, contemptis deliciis Cluniacum petiit, monachum professurus; sed fama proditus, & ex fuga retractus, adeo impeditum se doluit, ut etiam in morbum incideret. Demum voti compos factus, non Monachus solum sed & pater atq; Abbas Monachorum factus, præstantissimi in super Cænobii, Casæ Dei Fundator esse meruit; cui dotis egregiæ vice, hæreditariam quasi legavit sanctitatem. Excelluit mira miraculorum gratia, quam tamen minimè sibi, sed Tutelarium Ecclesiæ nomini & meritis adscribens, gloriam humanam nõ aliter atque luem pestilentem execratus est. *Sed & tota ipsius vita, ait hujus scriptor, iuge miraculum extitit, quam cum sanctissime, ad gravem usq; ætatem exegisset, obitus, ut creditur, diem prænosens, convocatis Fratribus, singulis figens osculum, valedixit, eorumque se precibus piè commendans, felicissimè in Domino obdormiit, A. C. 1040. Ex Vita ejusdem script. Hug. Menardo, Annal. nost. &c.*

In Germania B. Brunonis Archiepiscopi Colonienfis. Fuit hic illustrissimo Cliviæ & Montensium Principum natus genere, patre Everhardo Altenæ Comite, ex Præposito Cathedrali, Colonienfium creatus Archiepiscopus, S. R. I. Elector potentissimus, qua dignitate, longè spectatissima, cum quadriennium ferè potitus esset, salutari tactus honorum omnium atque divitiarum fastidio subito, stupente Imperio universo, purpura & Electorali cydari posita, ab aula se prori- piens, in Veteri monte cucullum amplexus, ex eminentissimo humillimus, non sine magna sanctitatis opinione, ibidem felicissimo fine decessit. Claruit sub A. C. 1196. *Ex script. Colon. Petro Merseo, Democh. Claud. Rob. Annal. nost. German. &c.*

Bleis S. Deodati Abbatis & Levitæ. S. Deodatus. *Ejus meminit Molanus in Addit. & Menardus hæc die.*

In Cænobio Werdensi elevatio S. Ludgeri Episcopi, Saxonum & Frisiorum Apostoli, cujus sacrum corpus multis post obitum annis repertum est incorruptum, cælesti odoris fragrantia odoriferum, & admiranda deinceps miraculorum gratia gloriosissimum. *Molanus in Indic.*

Avenione translatio S. Agricoli Episcopi & Confessoris. Fuit hic ex monacho Lirinensi Avenionensium Episcopus, singularis

gularis postea ejusdem celeberrimæ Urbis Patronus, quam ex diversissimis calamitibus, ad hæc usque tempora sæpius prodigiosissimè vindicavit, & constantissimè propugnavit. Mortuus est A. C. 700. de quo uberius 4. Non. Sept. Translatio autem hæc facta est A. C. 1612. per Reverendissimum Dominum Stephanū Archiepiscopū Avenionensem, & sacrum tanti Tutelaris corpus in majori ara, & arca argentea reconditum. *Ex Vincent. Barrali, Chron. Lirin. & Annal. nost. &c.*

In Clara Valle, B. Honorati Conversi, qui cum ipsa conversione sua, ingentium virtutum specimina & futuræ sanctitatis signa non modica dedisset, seque piis, humilibus, & laboriosis exercitiis addicens noctes infomnes, in altissima rerum cælestium contemplatione, & in Divino con-

fortio traduceret, ab ipso Christo Domino visitari, & ad ipsius sacratissimæ manus osculum admitti, atque de sua æterna salute, certior fieri meruit. *Ex Menol. Cist. Henric. & Lil. nost. Gal.*

Illici in Hispania citeriori B. Coronæ B. Coronæ Virg. Benedictinæ, quæ cū omnibus bonis vacaret operib9 & in vita ac post mortem innumeris clareret miraculis, honorifico in posterum visitata concursu, insignem meruit in Hispaniæ tabulis memoriam & populorum reverentiã ac venerationem. *Ex Menolog. Hispan. &c.*

Prope Coloniam natalis B. Elisabethæ B. Elisabethæ monialis Cisterciensis, quæ Christo fideliter militans, cum magna opinione sanctitatis migravit è sæculo. *Ang. Manrique. Henric. &c.*

VII. CALEND. MAII.

XXV. Aprilis.

Romæ Litanæ Majores ad S. Petrum. *Mart. Rom.* Eas æterno Ecclesiæ Universæ ornamento, fructuq; fidelium permaximo, primus instituit, & in Ecclesiam introduxit, Magnus Ecclesiæ Doctor S. Gregorius noster, Pont. Max. ipsis etiam Litanis ab ipso primum compositis, quas in honorem Sanctorum omnium, universa deinceps toto terrarum orbe posteritas, tanto sæculorum decursu, tam utiliter frequenterq; usurpavit & decantavit, ejusdè institutionis initiis, insigni & spectatissimo miraculo, sublata nimirum pestilentissima, quæ Romam diu vexaverat & exhausserat, lue, confirmatis & consecratis; cum in eadem processione Gregorius, DEIPARÆ imaginem, pulcherrimo & religiosissimo exemplo circumtulisset; acclamantibus ex aere Angelis, & Gregorio primum populoq; Romano præcinentibus, lætissimam illam Antiphonam: *Regina celi letare Alleluja, &c.* versumq; ultimum adjungente dictatis Angelicis: *Ora pro nobis Deū Alleluja.* *Ex Rituali Rom. Operibus Magni Greg. Martino Polono, Onuphr. Panvino, Baron. Iepes. Annal. nost. &c.*

Laubiis natalis S. Ermini Episcopi & Confessoris. *Mart. Rom.* Erminus sive Herwinus Ercliaco pago natus, parentes de Francorū genere non infimos habuit: Ex monacho Abbas Laubiensis, ac loci ejusdem Episcopus tertius, Sanctissimò Vrsinò Flandriæ occidentalis Apostolo succedere dignus fuit. Cumq; esset, sapientia, doctrina, sanctitatis laude maxi-

mè conspicuus, plebem sibi commissam tam verbo, quam exemplo, quoad vixit *mirabiliter* instruens, magnum sui desiderium moriens posteris dereliquit. Re- *Apostolus.* fulsit tam monachus quam Episcopus, multis virtutibus & signis, à Prophetico præcipue spiritu celebratus, & ob plurimos ad fidem Christi assidua prædicatione conversos, magnis gentium Apostolis merito accensendus. Mortuus est sub *Obiit A.C.* A. C. 737. regiminis sui anno octavo, interque *737.* Divos relatus, & *Secundus Patriæ Patronus* cooptatus; eo, alia inter, merito decantatissimus, quo eandem ab Vngarorum incurfione, & infestissimo exercitu prodigiosè defendit & liberavit. Quod *Patronus* ejus singulare beneficium, haud immerito, grati Laubiensium posteris, certa quotannis die, singulari memoria & celebritate recolere consueverunt. *Ex monim. Laubiens. Ioan. Molano. diversis rer. Belgic. script. Trish. Iepes. Menard. Annal. nost. Germ. &c.*

Antifiodori S. Heribaldi Episcopi & Confessoris, qui ex monacho & Abbate celeberrimi Monasterii Sancti Germani in Vrbe Antifiodorensi, post S. Angelel- mum factus illius sedis Hierarcha, miris virtutum splendoribus, quos in cella ab- *Episc.* conderat, emicuit; quibus Gallias irradians, magnorum etiam virorum suæ ætatis, amorem non modo, sed admirationem emeruit, quorum præconiis celebratus, at magis meritis dives quam laudibus, ad beata æternitatis præmia excel- *Ei debetur* sit. Eum Carolus Calvus Imp. & Rex *dotata Eccl.* insigni-

insigniter coluit, Ecclesiamque ejus amore Antisiodorensis plurimum extulit & ornavit. Præfuit annis 33. transfuitque corpus S. Germani Cal. Sept. A. C. 841. Ipse autem 7. Calen. Maij obiit, sepultus in Crypta sui Monasterii. *Card. Perron. Rob. Antisiodor. Ioan. Chenu. Claud. Rob. Hincmar. Lupus Ferrar. Lilia nost. Gall. Bened. &c.*

B. Benedictus XII.

Avenione B. Benedicti Papæ, eo nomine XII. eximiis de Ecclesia universa meritis celeberrimi. Benedictus, olim Iacobus Furnerii, alias novelli appellatus, patria Tholosanus, de loco Savarduno, diceceos Rivenfis oriundus fuit. Adolefcens S. P. N. Regulam in Canobio Bolbonensi, sacre Reformationis Cisterciensium nostrorum professus, Parisios studiorum gratia missus, sacre Theologiæ Magister renunciatus, Abbas postea frigidimontis creatus est. Inde ad Pontificatum Apamiensem, mox Mirapicensem evehctus, à Ioanne dein XXII. purpureo galero donatus, Pontifex demum Maximus electus, maximis meritis orbem terrarum demeruit universum. Inter præclarè gesta, insigni æquitatis & constantiæ Pontificiæ exemplo, nihil veritus, tot, tamque potentium Principum oppositionem *Commendas* tollit. *Commendas* ut vocant, *ornes*, per prædecessores suos, de Ecclesiis Cathedralibus & Abbatibus, quibuscunque personis factas, seu concessas, revocavit, atque Ecclesiasticæ libertati & dignitati præclarè consulens, *suum cuique Ecclesiæ jus*, indignè à multis usurpatum restituit. Quæstionem præterea inter Theologos diu agitatam, definiit, declaravitque: Animas, quæ non indigent purgatione, statim post mortem Deifaciem videre; condens Decretalem: *Benedictus Dominus Deus in domis suis*, &c.

Palatium Pontificale.

Curiam transferre in Italiam statuit, sed contumacia rebellium cognita, Palatium Pontificium Avenione construxit, & urbem illam mirè excoluit. Quos ad Ecclesiasticas dignitates, & eminentissimam in primis Cardinalatus dignitatem promovit, virtute non solum eminentissimè excultos, sed & eruditione sacrique ac civilis Iuris scientia præstantissimos esse oportuit, cujus dignum immortalitate omni dictum illud, de iis, quos his omnibus minus excultos noverat: *Nolle se lutum exornare*, cum indignos iis honoribus homines, lutum appellaret. Sed ante omnia æterno exemplo commendanda tanti Pontificis de carne & sanguine propriis victoria, ita ut neque ex obliquo

Digna Pontificæ vox.

quidem, sanguine junctissimis quidquam concederet siye annueret. Agnatos siquidem & consanguineos fingebat sibi ignotos. Cumque instarent quotidie multi, urgerentque ut eos promoveret, Davidicum illud subinferens, pro insigni argumento iisdem objiciebat: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto Maximo*, dignissima & convenientissima Pontificis Majestati & Sanctitati voce, sæpissimè ingerens: *Pontifices Romanos consanguineos non habere*. Vnicum è propinquis, dignissimum licet, instantibus nimio opere Cardinalibus, ut Episcopum crearet, vix tandem, & ægrè admodum assensit. Neptim, quam habebat unicam, cum multi magnates & Principes conjugem expeterent, noluit, sed mercatoris Tholosani filio non adeo diviti conjunxit, dotemque non aliam, quam statui conjugum utriusque convenientem dari voluit. Ipsum autem Romanam quandoque venientem, ad colloquium quidem admisit, magnaque humanitate tractavit; verum nil quidquam, nisi sumptus in itinere factos, refundi iussit: *Se quidem, ut Iacobum Furnerium agnatos libenter agnoscere, at Pontificem cognatos non habere assererans*. Eum Philippus Francorum Rex, pro decimis, quas prædecessor ejus concesserat, cum conveniret, respondit: *Quod si duas haberet animas, alteram Regi libenter daret; sed cum haberet unicam, eamque valde charam, eam se servare velle*. Prælatos & pastores omnes Ecclesiarum, insigni cum fidelium fructu & gratulatione, ad suas quemque Ecclesias se conferre iussit; cum omnibus & singulis renunciasset: *Se velle uti Iuris remediis contra eos, qui nulla causa legitima, ab omnibus Christi, sue curæ commissis abessent*. Ut autem summo bono Reip. Christianæ natus erat, oculis perspicacissimis amplissima Regna pervagando, quieti & paci omnium mirificè consuluit, nervosque in primis omnes intendit, ut Ludovicum Bavarum Ex-Imperatorem, ad saniora consilia revocaret; gravissimum Schisma, orbique universo perniciosissimum tolleret; inter Philippum Galliarum, & Eduardum Angliæ Reges, gravissimè diffidentes, pacem componeret. Tantæ verò ipse constantiæ fuit, ut ne latum quidem unguem dimoveri à recto, vel vi, vel pretio, vel pollicitationibus, siye comminationibus unquam potuerit, bonis omnibus amicus, malos aperto odio prosequutus.

Ejus constantia in bono.

Pontifex Romanus non habet cognatos.

Vindex libertatis Ecl.

Merita ingentia.

Triumphus miraculosissimus.

Hæreses evertit.

Reges pleclit.

Apostolus gentium.

Aulam reformat.

Prædictio.

quutus. Misso in Italiam Legato, Senatui populoque Romano persuasit, ut Senatoriam dignitatem, quam diu Regio nomine gesserant, suis tandem & Ecclesiæ auspiciis administrarent. Insigni postea de Ecclesiâ & regnis maximè Hispaniarum merito, bullam Cruciatam contra Agarenos scribens, qui Cruce contra eodem signarentur magnis gratis donavit. Vnde plurimis conscriptis, quamvis impari numero nostri pugnarent, ingens Fidei hostium clades consequuta, quippe miraculosa prorsus victoria, dum Alphonso Castellæ & Legionis Regis copiæ 14. millibus equitum 35. millibus peditum constarent, hostium tamen 85. equitum, & sexcenta peditum millia devicere, cum ex his supra quadringenta millia partim caderentur, partim caperentur, nostrorum, non supra quindecim siye viginti circiter, desideratis. Fratricellorum sceleratissimam Hæresim auctoritate Apostolica damnavit, sed & contra Simoniacos miranda constantia imperterritus Pontifex consurrexit. Sed neque potentissimum Principum indignationem veritus, in delinquentes accerrimè animadvertit, eosque inter Ioannem Bohemiæ Regem libertatis Ecclesiasticæ contemptorem; similiter Eduardum Angliæ Regem Anathematis fulmine percussit, quod hic præter decimationem omnium Ecclesiasticorum proventuum in triennium impositam, etiam confiscatione bonorum aliquot Monasteriorum graviter excessisset. Ejusdem ad imortale meritum & gloriam referendum: Anno Christi 1341. etiam ad barbaras & infideles nationes animo, conversum Apostolica functione, Armeniam ad communionem Ecclesiæ excitasse, Legatosque & Apostolos ad Tartaros misisse. Neque indignius est commendatione: Honori Italiæ præcipuè consuluisse, Ecclesiarum ejusdem omnium & paci & dignitati prospexisse. Curiam denique Pontificiam mirè reformasse, ordinem in expeditionibus Pœnitentiariæ Apostolicæ instituisse, & pretio in primis Bullarum Apostolicarum & Brevium taxato, & avaritiæ scelere è sanctissima aula longissimè proscripto; ut in ejus meritis & virtutibus, commemorandis, nemo planè disertissimus dignè satis se possit explicare. Prævidit hæc, prædixitque disertissimis verbis ante ipsam electionem Benedicto magni nominis & Virtutis Episcopus qui-

dam, his ipsum verbis alloquutus: *Pater, inquit, ille qui mihi monstravit faciem vestram introduxit me in stabulum immundissimum, stercorebus plenum; ubi vidi arcam marmoream, albißimam sed vacuam. Vos estis illa arca, quam debetis in officio vestro virtutibus implere & signis. Et o pastor & stabularie, pergit, curiam & sedem Apostolatus, jam immundissimum stabulum, ab avaritiis & Simoniacis stercorebus expurgate, Vobisque S. R. Ecclesiam & Urbem commissas habete*. Sic paulo post occulto DEI confilio, electus Iacobus noster, mirantibus ipsis qui elegerant, quomodo ipsum præter expectationem nominassent. Sed multo magis ipsomet obstupescente, & pro sancta animi submissione exclamante: *Asinum elegistis*. Decessit sapientissimus & meritissimus Pontifex, dignissimus Ordinis nostri Reformator, magnus Ecclesiarum restitutor, Anno Christi 1342. longiore vita dignus, nisi digniorem meliore & æterna DEVS judicasset quem etiam pro meritis miraculorum gloria à morte illustravit; de quo vitæ ejus scriptor Fuxinensis: *Post Martyres*, inquit, & alios, quos Ecclesia veneratur ut Sanctos, inter meliores ipsum unum fuisse & merito reputandum. Ex Annal. nost. Benedicti. Aquila Bened. Alb. Argentinenfi, M. Fuxinensi, Dithmaro, Illeica, Ciacon. Panvin. Plat. Bzovio, &c.

Mira electio.

Obiit A.C. 1342.

Bajoci S. Marculphi Abbatis & Confessoris. De quo alii & nos alias.

In Hispaniis depositio S. Tarasiæ Reginae & Virginis. Hæc Veremundi II. Castellæ atque Asturum Regis, & Geloyræ Navarreæ filia, invita atque renitens àb Alphonso V. fratre suo, Abdallæ Tolerano Saracænorum Regi conjugio copulata, miraculosè ab eodem relicta intacta, Monasticen in Canobio S. Pelagii Ovieti professâ, socias propositi ejusdem Geloyram matrem Reginarum, & sororem Sanciam habuit, deliciasque Regales summo vitæ rigore permutans, stupentibus universis, spectaculum mundo & Angelis facta, humilitate & cucullo magis, quâ diademate nuper & purpura effulset, ac sanctitatis, rarissimum decus Principum, adepta, Hispanias nomenque ac genus Regium æterno honore insignivit. Evocata ad Regnum æternitatis Anno Christi 1039. *Ant. de Iepes, Ambros. Moral. Vasens, &c.*

Obiit 1039.

Syracusis S. Roberti Abbatis & Confessoris, qui sub Anno Christi 800. sanctitatis

S. Robertus.

tatis fama celebris resplenduit. *Cujus meminit in Idea SS. Sicilia Octavius Gajet. Menard. Marchesius, &c.*

S. Franca
Abb.

Placentiæ in Italia depositio S. Franche Virg. genere & virtutibus illustris. Hæc perillustri Comitum de Vidalta genere oriunda, parentes ut familiæ splendore, sic pietate præstantes habuit. Ejus electio, prægnanti etiam nûmatri præostensa est, cum candidam catulam in ventre gestare, in visione quadam intueretur, quæ magnos latratus ederet, exponente prophetico spiritu mysterium Comitissæ Confessario: *Paries filiam*, inquit ille, fidelissimam Divinæ Legis & voluntatis interpretem, quæ linguam habens medicinalem, impiorum cordium leniter lingers curabit ulcera scelestum, & latratibus suis, fideles animos in servitio suo confortabit. Septuennis exoratis parentibus impetravit, ut Cænobiū adire cucullumque amplecti sibi liceret. Et ingressa S. Syri Monasterium, vigiliis & orationibus assiduis sese exercens, mira maximè injuriarum patientia exsplenduit ac mirificè profecit. Ad Professionem admissa, cū sacrum capiti ejus velamen Episcopus imponeret; alio insuper velo caput ejus spectabili forma Angelus operuit. Carentiæ Nobili Placentinæ, ut ædificaret

Septennis fit
mon.

Miracula.

Cænobium persuasit, cui ipsa Cisterciensem Ordinis amplexa reformationem præesse iusta est. Claruit insigni miraculorum gratia, quæ inter, celebratur imprimis, cum vinum haurire sororem iussisset, dolia duo, planè vacua & exsiccata, vino prodigiosè plena esse deprehensa. Sed & illud rarum, de nocte templum petenti, non semel ostia ejus clausa, sponte patuisse, mirè relecta. Obdormit placidissimè in Domino Anno Christi 1218. non minus à morte, quam in vita miraculis illustrata, raro in primis illo & perpetuo, quo sacratissima ejus ossa, pretiosissimum liquorem emanant, oculis præcipuè infectis potentissimum collyrium, & cunctis infirmitatibus efficacissimum medicamentum. Ad cujus etiam tumulum, plures à dæmone obsessi liberati sunt. *Robertus Rusca, Montalbo, Mirans, Bannez. Ferrar, Montalbo, Bezovius, &c.*

Obiit 1218.

Mirificum
oleum.

Villarii in Brabantia B. Ioannis Conventi. Hic, cognomento Rost appellatus, divinarum rerum contemplationi deditissimus, & sæculi deliciarum contemptor egregius; eremum illam purissimæ conversationis splendore mirum in modum illustravit, & præcipuos inter loci Sanctos ac Beatos, accenseri meruit. *Ex Menol. Chrysof. Henric. &c.*

B. Ioannes.

VI. CALEND. MAII.

XXVI. Aprilis.

D.

S. Richarius
Abbas.

IN Monasterio Centula, S. Richarii Presbyteri & Confessoris. Richarius, in villa Centula insulæ Pontinæ natus, natalium splendore & opibus præfulgens, primam è potissimis à Numine gratiam *Hospitalitate sua meruit*, cum verbi Divini præcones hospitio receptos, peramanter habuisset, quorum colloquiis, addente verbis illorum gratiam & efficaciam Numine, ita succensus est, ut nihil deinceps quam cælestia suspiraret; ac proin corpus proprium duriter haberet, ac post longa jejunia, pane hordeaceo cinere mixto, & pauxillo aquæ, lachrymis benè dilutæ contentus, vitam continuo ferè cum Martyrio duceret & toleraret. Presbyter primum conditam à se Ecclesiam, & liberaliter dotatam ipse administravit. Tristiaci postea monachus, raris virtutibus effulsit, inque mortificationis studio magis magisque profecit, adeo quidem, ut vix arentia ossa, dissipatis juncturis sibi adhererent; illum quotidie vincens in eremo, à

Rigor vita.

Fit monachus.

quo Adam olim victus est in paradiso. Centulensis dein Cænobii Abbas factus, de Pontina non solum provincia patria sua bene meritus, in ea Fidei Christianæ incrementa plurimum promovit, verum de ultramarinis insuper Britannia populis, mereri æternum studuit, apud quos insigni cum Apostolici laboris fructu strenuè laboravit & desudavit. Eum tanti Dagobertus Rex fecit, ut ad ipsum inviens, blandiri nescium, sed acrius se corripientem patientissimè attenderet, & humillimè eum veneratus, precum ejus suffragia emendicaret. Aëgris, afflictis, pauperibus, captivis ope omni, & prodigiosa plerumque affuit, de innumeris penè, meritissimè dum viveret, sed & post mortem in supplices mirè beneficis, qua felicissimè occubuit *splendidissimus Lucifer Pontivensium, Ultramarinorum & Apostolus gloriosissimus* sub Anno Christi 642. cum eandem revelatione Numine sibi imminere didicisset, & discipulis prædixisset; quem

Apostolus.

Obiit 642.

quem Sigobardus post obitum in gloria apparentem, inæstimabili lucis splendore circumfusum, intueri meruit, & audire; misericordissimi Numine collatos in se favores & gratiam mirificè prædicantem. *Alcuinus in Vita, Iepesius Vincent. in Spec. Molanus, Annal. nost. Menard. &c.*

S. Floribert.
Episcop.

Apud Legiam S. Floriberti ejusdem loci Episcopi. Floribertus ex Aquitania Ducibus genere Illustrissimo editus, patrem Hubertum Ducem habuit, virum sanctissimum, quem per omnia calcatis amplissimis opibus ac honoribus, & Monachatu, & Pontificatu, inque utrisque sanctissimis vitæ perfectissimæ exemplis, diligentissimè ac felicissimè imitatus est. Monachum in celeberrimo illo Stabulensi Cænobio professus, absolutissimum perfectionis magistrum S. Remaclum habuit, cujus institutione mirificè profecit, isque virtutum prærogativis enituit, ut communi omnium voto

Ducalis genus

Patri in omnibus succedit.

Ecclesiam demeretur.

Obiit 754.

S. Radpertus
Abbas.

Abbas deligi meruerit, cujus exemplo plurimi diversarum provinciarum viri nobiles & Illustres eò convolantes, sæculum ejuravère, & cucullum amplexi sunt. Sed mortuo Huberto patre, à Leodiensibus sive Legiensibus ejusdem sibi simillimum expetentibus, Cænobio extractus, & in Pontificia cathedra collocatus, filium Huberti se esse, & Pontificem juxta ac Stabulensis sanctissimi Cænobii Monachum, vita ipsa ostendit, & Ecclesiam illam miro sanctitatis nomine æternum exornavit, cui rara illa felicitas contigit, primos, post translationem Sedis Leodium è Trajecto, tantos tamque sublimi genere Principes, patrem & filium, utrumque in Cænobio excoctum, utrumque sanctitate celebrem, Pontifices habere meruisse. Auxit uterque opibus aliisque ornamentis Ecclesiam & Urbem, ut de tantis conditoribus & Patronis, seti successores & posthumi Leodii cives, jure merito sibi æternum gratulentur. Mortuus est Anno Christi 754. sive, quod verso numero alii contendunt 745. *Ex Buserio, Capeavillo, Demochare, Cratopol. Annalys. nostr. German. & Aquila Benedict. &c.*

In Gallia, Monasterio Corbeienfi depositio S. Radperti Paschasii Abbatis, magnæ sanctitatis & doctrinæ viri. Radpertus natione Romanus, dignitate Levitica, septimus in ordine Diaconorum,

tantæque humilitatis fuit, ut nunquam ad Sacerdotii fastigium ascendere voluerit. Admiratus Romam venientis S. Adelhardi Corbeia Abbatis, Caroli Magni Imper. patruelis, miram animi submissionem & egregiam vitæ sanctitatem, cucullum illico exambiens, tantique se viri submittere regimini gestiens, abeuntem sequutus, inter præstantissima fetitissimi Sanctorum Cænobii sydera deinceps eluxit; cujus virtutis studiis, admirabilis juxta profundissimi ingenii eruditio accessit, qua orbi terrarum univervo innotuit, & admirationi fuit, in hodiernam usque diem inter celeberrimos Orbis Doctores, præcipuis laudum titulis magnificè celebratus. Reliquit ejusdem tanti sui ingenii plurima sequitur sæculorum posteritati præstantissima monimenta, eaque inter Commentariorum in Matthæum libros 12. librū item de corpore & Sanguine Domini, quo sequuturis etiam nostræ atatis Hæreticis provido intuitu obviavit. Commentaria super Ieremiæ Lamentationes, atque alia plura. Abbas Corbeia esse coactus, de insigni illa animi demissione nihil remisit, & quamvis sedulam regendis Monachis impenderet operam, nunquam tamen à litterarum studiis, atque in primis Divinarum, animum avertit, magna cum utilitate eadem suis commendavit. Senio gravis, obitum sibi imminere præsentens, convocatis Fratribus Vale supremum dicturus: *serio, ne quis vitam suam scriberet interdixit*, & in Domino obdormiscens, prodente sanctitate & merita ejus Numine, plurimis à morte miraculis coruscavit. De eo, alios inter, ita Trithemius noster *Pascasius Ratpertus, vir undecunque doctissimus, Græco & Latino ad plenum eruditus, eloquio, Theologus & Philosophus omnium suo tempore laudè celeberrimus, ingenio subtilis, scientia profundus, sermone disertus, &c.* Claruit sub Imp. Carolo Magno, Ludovico Pio, & Carolo Calvo. *Ex Annal. nostr. Sirmundo, Iepesio, Petronio, Harleo, Bellarmino, Baronio, Trithem. Hug. Menardo, Claud. Rob. Sauff. &c.*

Doctor celeberrimus.

Humilitas
cauta.

S. Ioannes
Episc.

In Gallia, natalis B. Ioannis Episcopi Valentini & Confessoris. Is Lugdunensis primum Clericus, cum vitæ Monachicæ desiderio inflamatus, eandem suscipere per negligentiam distulisset, mirabili terrefactus visione propositum adimplevit. Cum visus per noctem Christus

stus Dominus, præsentibus Petro & Iacobo Apostolis, illoque inter prædestinatorum nomina Ioannis nomen legente: *Tolle, diceret Dominus; dele eum, dele, quia meum se futurum promiserat, & resiliit à promisso.* Fidei iustorem autem pro illo (peregrino nimirum suo,) cum se Iacobus offerret, & intra 15. dies satisfactorum promitteret; expergefactus Ioannes, solo prostratus, inque lachrymas effusus, Apostolo liberatori suo actis gratis, denuo obdormiit. Eosdemque quos ante intuitus, Petrum legentem audiit: *Murennulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Moxque surgens Ioannes, præfixum præveniens diem, Vocationi Divinæ respondit, tantisque postea virtutibus excelluit, ut Bonavallensis primum Abbas, Valentianæ postmodum apud Allobroges Ecclesiæ Pontifex sit renunciatus. Cui cum plurimis annis strenuè præfuisse, multasque adversitates pro iustitia constanter tolerasset, sanctis operibus plenus feliciter obiit sub Ann. Christi 1140. *& à morte, quam multiplicibus, & immensis claruit miraculis;* cujus anniversaria celebritate memoria apud Valentinos digne recolitur. *Ex Helinando, SS. Antonin. Vincentius, Roborat. Rufca, Henriq. &c.*

Camalduli depositio S. Petri cognomento Teutonici, Monachi & Confessoris. Fuit Petrus, rarum sui ævi, hominis à mundo penitus abstracti, verè mortui sæculo, vivum exemplum, exemplar lectissimum, labascenti in deteriora ætate, difficillimis temporibus oportune propositum. Vixit ad decrepitam usque senectam rigidissimi sanè instituti tenacissimus, variisque à DEO gratis cumulatus. Quas inter, pro sua reverentia à Patre Misericordiarum exauditus, cum extremum Camaldulo quandoque ab imminente exercitu excidium immineret, illud mirè avertit, cum ad se recurrentes pro solatio & consilio Fratres, benè sperare & processione instituire iussisset, qui consilium exequuti, bini ac bini ad cellulam viri beati processere. Proinde Petrus ab oratione exiliens, dextra signum Crucis, contra milites jam jamque sacræ sylvam ingressos formavit. Et ecce repente, murum quasi aliquem inexpugnabilem densissimæ & frigidissimæ caliginis illis objici impetravit, qui sacræ eremum undique cinxit atque protegit, ita ut dies ante clarissima in ictu oculi, in atras quasi noctis tenebras conversa sit, tantusque hor-

ror omnes invasit, aliorque & confusio affixit, ut non absque magna difficultate in castra reverterentur. Idem Petrus Pio II. Pont. Maximo vita functo, vidit procul positus animum ejusdem tribus coronis redimitum, angelicis manibus in cælum deportari, ejusque obitum Fratribus significavit. Ipse autem plenus dierum ac meritorum, felicissimè hâc die in Domino requievit Anno Christi 1473. ætatis 98. corpore apud B. Peregrinum condito, cui Divini æquè honores à Patribus tributis sunt. *Ex August. Florent. Hist. Camald. Annalibus nost. Bened. typo vulgatis, Const. Cajet. Mauro Marches. &c.*

In Monasterio Claræ-Vallis, B. Gerardi Monachi Abbatis quondam Cænobii Longi-Pontis, qui ut Divo Bernardo Doctori Mellifluo continuo adhæreret, dignitati renunciatis, Bernardum sequitur, ejus exemplo vitam sanctissimè instituit, & felicissimè consumavit. Claruit Anno Christi 1140. *Philipp. Seguinus, Angel. Manrique, Chrysof. Henriq. &c.*

Senis, depositio B. Aldobrandesæ Sanctimonialis Ordinis Patrum nostrorum Humiliatorum, admirandæ patientiæ & sanctitatis fæminæ. Hæc anno Christi 1245. 28. Februar. Senis in Tuscia patre Petro Francisco de Pontis, viro in primis Illustri, matre Agnete de Bolgherinis edita, quanta olim futura esset, etiam antequam nasceretur, matri prægnanti præostensa est, cum locum in quo jacebat parturiens divinis illustrari splendoribus, & multitudinem sibi servientium intueretur, hancque in somnis vocem exaudiret: *Tene bonam curam Agnes istius creaturæ, quia DEVS eam elegit suam.* Inde plena timoris donec pareret Agnes, tunc autem plena solatii, cum & absque dolore prolem edidisset. Infantula admirabili corpusculi pulchritudine enituit; angelicis deinceps moribus cultior, speculum Virgunculæ ad omnem sanctitatem efformatæ. Octodecim nata annos, coacta à parentibus nubere, Bindo Bellanti nobilissimo juveni desponsata est, tale par conjugum, quod miraculo omnibus esset, cum Angelis quam hominibus similiores sanctissimè conviveret, & ipsa Annæ Prophetissæ exemplo, in perpetua Virginitate permanens, DEO servire & placere omni modo satageret. Mortuo autem sponso, habitum Sanctæ Religionis, de manibus Venerabilis viri Accursii Tolomæi assumens, tanta religione vixit, ut & in vita, & post mortem, multis & magnis claru-

Viffo.

Obit 1473.

B. Gerardus

B. Aldobrandesæ.

Præsentatur.

Virgines conjuges.

claruerit miraculis. Mira fuit vis orationis ejus, ita ut nihil negare ipsi posse Virginum sponsum videretur. Sic SS. Trinitatis Mysterium, visione mirabili intueri meruit, & novem Angelorum Choros conspexit. Similiter Nativitatem Christi, Passionem, Resurrectionem & Ascensionem videre desiderans, eadem mirifice sibi repræsentari impetravit. Sic & DEI para se etiam altera vice id ipsum enixius oranti, spectabili forma eidem se stitit, cujus doloris etiam gladio quandoque rogans transigi, statim exaudita est. Sed & exemplo S. P. sui BENEDECTI orbem aliquando universum sibi objectum intuita, alias secretissima hominum, sed & longè remota, velut præsentia cognovit. Inter mensam quandoque cum vinum deesset, rogata aquam benedicere, si forte melior efficeretur, benedixit, quæ illico in generosum conversa vinum fuit. Obiit Anno Christi 1310. 26. April. tunc primè cognita ejus morte, cum præter morem in templo non compareret. Pro in omni-

bus ad cellulam ejus occurrentibus, janua aperta, solis splendor inde emicuit, & admiranda cælestis odoris fragrantia sese inde effudit. Ipsa autem, (stupendares!) stabat, viventi quam simillima, manibus junctis, capite elevato, ore aperto, quasi crucifixum alloquens, non aliter atque si ut alias frequenter rapta in extasim esset, stans tamen modo, cum sæpius alias, in aère supra terram elevata apparuisset. Nec creditum, mortuam esse, prius quam B. Baptista Tolomæus Dominicanus occurreret, & verè mortuam esse affirmaret, quod vidisset eam in forma columbæ candidissimæ, ad cælos ab Angelis deduci. Sepulta est in Basilica S. Thomæ, Humiliatorum, magna semper miraculorum illustrata gloria, & Anno Christi 1489. solemniter elevata. *Ex monim. Const. Cajet. Mauri Marchesii, Ephemerid. nostr. Mar. Bened. &c.*

Apud Luxovium translatio S. Malberti Meldensis Episcopi, de quo fusius 2. Maij, die ipsius Natali.

V. CALENDAS MAII.

XXVII. Aprilis.

S. VV alberg. Abb.

Etiam viris præst.

IN Cænobio Haidenheimensi S. Walpurgis Virginis & Abbatissæ: *Mart. Roman.* Walpurgis Richardi Anglorum Regis, & Bonæ sive Wunnæ, magni Bonifacii Germanorum principis Apostoli sororis filia, Wilibaldi primi Eistettenensis Episcopi, & Wunibaldi Abbatis Haidenheimensis germana soror; parentes fratresque omnes, ut genere sic sanctitate Illustrissimos habuit, quos & ipsa strenuè imitata, Regii generis decus æternum mirè enituit. Juvenili ætate contemptis opibus ac pompis vitam monachicam professæ, virili postmodum proposito germanos & patrem Richardum, pro Christo peregrinos & sponte exules sequuta, cum iisdem maris ingentem tempestatem fufis precibus prodigiosè consopivit. Haidenheimensi postea virorum & Virginum Cænobio, simul cum fratre Wunibaldo præfuit, à cujus obitu, raro exemplo, pro admiranda tanta Virginis sanctitate & meritis, instantius expetito, virorum etiam curam, tanta Virago, quindecim ferè annis summa diligentia, dexteritate atque utilitate gessit. *In quo quidem Monasterio, ait Philippus Episcopus in Vita, omnem excessum strenuè, & ut ita dicam, viriliter correxit, ut si diversitas sexus non existeret, digne nomen Patris mereretur. Tanta etiam fuit, cura tempus & res ex-*

postulabat, pietatis ac mansuetudinis, & cuncto tempore, in omni conversatione tanta extitit gravitatis in dissimulandis, tanta compassionis in recreandis, tantaque, sanctitatis in omnibus agendis, ut merito veneretur ut Domina, & à cunctis diligeretur ut mater amatissima, &c. Eam Deus & in vita & post mortem, insigni & rarissima miraculorum gloria illustravit, quæ inter, dum ad potentem quandoque Dynastam invisisset, filiam ejusdem desperatissima valetudine ad extrema devolutam, præparatis jam funeri necessariis, afflictissimis parentibus & domesticis, prodigiosissime restituit, & valentissimam è lectulo eduxit. Quam tam feliciter medicam, cum multo auro aliisque muneribus, remunerari illi vellent, Walpurgis minime admisit, verum mox inde recedens, multo deinceps ferventius delicatissimo suo corpori bellum indixit, idque exquisito rigore excruciauit. Sed & illud rarius, cum imminente nocte, scelere cujusdam negato lumine, in preces sese effunderet, insolenti sanè prodigio admiranda luce splendorem cælo descendisse, impletoque quo cum foribus agebat loco, totam eam noctem ad usque solis exortum, ancillis Christi prodigiosissime illuxisse, ut quanti deinceps matrem facerent suam, tam illustri miraculo, tamque prolixè spectato comendatam,

Stupendares!

S. VV albert.

Miracula innumera.

Lux in tenebris.

tam, facile sit ominari. Claruit autem non his solum, sed innumeris, teste Philip-
 po, in Vita, miraculis, à morte tamen lon-
 gè gravioribus celebrata; è quibus, istud
 solum, utpote plurium prægnantissimū,
 rarissimum insuper atque perpetuum at-
 tingimus: Stillat usque hodie castissi-
 mum Regiæ Virginis corpus, sacrum
 quoddam & prodigiosum oleum, ex pe-
 thoribus maximè profusum, toto ter-
 rarum orbe notissimum, quod cæcis lu-
 men, surdis auditum, claudis gressum
 sæpe contulit; quodque observatum est,
 tunc maximè copiosius fluere, cum SS.
 Corporis & Sanguinis Christi Iesu myste-
 ria, in eo sub quo requiescit illud altari,
 tractantur. Tunc vero cum vasa pro ejus
 receptione, indebitè disponuntur, (quod
 est prodigiosissimum,) guttas in modum
 botri, ne extra locum debitum cadant
 coherere; sicut etiam evanescere penitus
 solet, & quidem è vitro benè clauso atque
 obturato, si minus honesto vase, aut lo-
 co, sive à peccato gravi, libidini maximè
 impuræ obnoxii, aservetur. Sed & il-
 lud admiratione dignissimum: Cum ci-
 vitas Eistettensis Ecclesiastico aliquando
 Interdicto subjaceret, oleum fluere desi-
 disse, quod reconciliata deniq; urbe, sup-
 plice nudis pedibus Episcopo cum uni-
 verso populo sacrum Virginis tumulum
 venerante, inter Missarum solemnias, sub
 confectione SS. Eucharistici Sacramen-
 ti, oleum quod annum integrum consti-
 terat, ubertim, conspicientibus & con-
 gratulantibus sibi universis, denuo erum-
 pere cœpit, & consueta deinceps variis
 ægris beneficia impertiri. Similiter, si
 quod delictum in ejusdem Virginis patre-
 tur Cænobio, oleum fluere desinere, te-
 stis est Henricus Rebdorffensis, exem-
 plum afferens de fure, qui ut ædituum
 cecidit, mox oleum fluere desiit, ab II.
 Calend. Aprilis, per septimanas, usque
 post octavas Paschæ, appropinquante
 ejusdem Virginis festo die. Illud etiam
 observatione dignissimum, sacrum illud
 oleum, adeo cæleste, purum & defæca-
 tum, ut per ducentos etiam annos asser-
 vatum in vase aliquo, tanto post, incor-
 ruptissimum, & ab omni labecula alic-
 nissimum conspiciatur. Eam proin,
 tantam Virginem, merito Eystettenses,
 Ecclesiæ, Urbis & Dioceseos suæ Tute-
 larem, religiosissimè venerantur, quam
 non superior solum, sed & inferior Ger-
 mania, sive Belgium, præcipuo cultu ce-
 lebrat, in ejusdem honorem non altari-

bus solum & Sacellis plurimis, sed & Ba-
 silicis atque Cænobiis, neque virginum
 tantummodo, sed & virorum, sed & ca-
 stris atque arcibus, raro exemplo (qua-
 lis Leodiensis illa arx percelebris fuit, te-
 ste Hoefemio S. Walpurgæ appellata,) aliisque monumentis tanto decursu sæ-
 culorum structis & consecratis. Ex Vita
 ejusdem apud Henric. Canis. Stevartio, Ra-
 nero, VVolfhardo, Philippo Eystett. Grefero,
 Ribadeneira, Iacobo Casinio, Iepesio, Trithe-
 mio, Annal. nostr. Bened. & German. Aquila
 Bened. &c.

In Cænobio S. Galli apud Helvetios,
 depositio B. Tutelonis Monachi & Con-
 fessoris. Tutelo illustri & Principe ge-
 nere natus, cucullum honori omni, &
 deliciis opibusque potius habuit. Con-
 discipulos pari nobilitate & sanctitate BB.
 Notkerum cognomento Balbulum, Rat-
 pertū, & Salomonem Comitem à Ram-
 schwag Constantiensem postea Episco-
 pum, habuit; magistrum autem B. Mar-
 cellum, sub quo non sanctitate solum,
 sed & eruditione tantum profecit, ut to-
 to Romano Imperio maximè suspicere-
 tur. Sed & Musicis atque aliis artibus
 instructissimus, pictor, cælator, sculptor,
 aurifaber, architectus celeberrimus ha-
 bebatur, eloquentia insuper, moribus,
 statura corporis, viribus, vultus majesta-
 te & gratia, membrorum perfectissima
 proportione & compositione, ingenii
 acumine, lepore, & comitate, rerum-
 que gerundarum dexteritate, tantis, ut
 Carolus Crassus Imperator, eidem fami-
 liarissimus (verbis Eckhardi vetustissimi
 authoris, sunt,) ei maledixerit aliquando,
 qui talis natura hominem, monachum fecerit.
 Verum, lachrymarum dono, orationis
 studio, Virginea castitate, insigni animi
 demissione, cælitibus quam Cæsaribus &
 charior, & propior, Magnæ Virginum
 Virginis Admirabilis Matris, familiarem
 etiam amorem meruit. Quæ cum Tu-
 telo suus, Metensi quandoque in Basilica
 imaginem ejus moliretur, ipsi & Magi-
 stra, & ministra adsidere dignata & visa,
 radios insuper, seu colores & penicillos
 eidem manu ministravit & sustentavit.
 Exclamârunt super hoc duo peregrinorū
 juvenū forma Angeli, & rem ipsā adstanti
 Canonico Cathedrali prodiderunt, Tu-
 teloni sic applaudentes: *Benedictus tu pa-
 ter Domino, qui tali Magistrauteris ad opera.*
 Quibus primū ille: *nescire illos quæ dicerent,*
 respondit, quos cū etiā objurgatos vellet,
 disparuere, ipso nihilomin⁹ adeo se peditū,
 dolente,

B. Tutelo
mon.

Artes variæ.

Casim. Ch-
rus.Deipara ipsi
colores mini-
strat.ipsa perficit
opus.Zelus
Tutelonis.

Epitaphium.

B. Raynaldus
Abbas.S. Bernardo
charus.

dolente, ut mox altera die, honoris impa-
 tiens, Metis profugeret, bractea quadam
 aurea, quam imperfectam reliquerat, ipsa
 manu Deiparentis, ad reliquam imaginis
 perfectionem mirè absoluta, hisque litte-
 ris & inscriptione consignata:

Hoc Pantheonia pia calaverat ipsa Maria.
 Quam ad sua usque tempora, sedentis
 Virginis, & spirantis quasi ac vivacissimæ
 imaginem ibidem spectari, Eggehardus
 affirmat. Fuit & illud admirandi zeli, in
 viro sanctissimo argumentum, puritatis
 intaminatissimæ evidens signum, cum ad
 S. Albani Monasterium Moguntiam del-
 atus, ante fores Cænobii, ab itinere qui-
 escens, monachus quendam è vineis re-
 versum, occurrentis matris suæ mamil-
 las pultare advertisset, minime se conti-
 nens, quin illico advolaret, & velut alter
 Phinees, capillis apprehensum in terram
 dejiceret, flagelloq; quo eques usus erat,
 caderet: *Hoc, inquit, tibi S. Gallus, fra-
 ter S. Albani dedit; supplice illo errati ve-
 niam, & ne se proderet rogante, ac faciliè
 impetrante. Protraxit vitam, ut ex char-
 tis quibusdam constat, eo ipso subscriptis,
 ad Annū Christi 909. in vita & post mor-
 tem miraculis gloriosus, relictis ingenii
 præclarissimis monumentis, cujus extare
 etiamnum tabulas Astronomicas artifi-
 ciosissimè confectas & elaboratas, Stum-
 pfius narrat; & cujus sacra neumata, ab
 Admirabili suavitate in Ecclesia olim fuere
 plurimum commendata. Honoratus hoc
 Epitaphio, in Sacello Divæ Catharinæ
 apud S. Gallum sepultus:*

*Virginis almifica egregius pictor Tutelo
 Excellens meritis & pietate potens
 Nemo tristis abit, qui te colit & veneratur
 Fers cunctis placidam quippe salutis
 opem.*

*Ex Eggehardo, Iod. Mezlero, Mariano
 Buccelino, Henr. Canisio, Melch. Goldasto, An-
 nal. nostr. Ben. & German. nec non Ephemerid.
 & Chronol. Mariano Bened. &c.*

Fusniaci in Gallia B. Raynaldi Abba-
 tis, S. Bernardi discipuli, ipsique singula-
 ris amoris prerogativa ob ingentes animi
 dotes dilectissimi: quas Raynaldo ipsi
 Doctor Mellifluus, tanquam laudum sua-
 rum compertissimo contemptori, inge-
 rere vel nolenti non veritus, sic alia inter,
 absentem atque à se ægrius avulsam sola-
 tur: *Alioquin, quando ego te, comitem mihi
 charissimum, valdeque necessarium: quippe
 obedientissimum in agendis, studiosissimum in
 inquirendis, in conferendis utilissimum, prom-*

*ptissimum in rememorandis paterer longè fieri
 à me, si non esset Christus in causa. Beatè, si
 sic permanserimus usque in finem, &c.* De-
 cessit Fusniaci, cujus Cænobii primus Ab-
 bas, licet invitatus, fuit, ut in ejus sanctitate
 fundamentum firmissimum, magno &
 sublimi ædificio dignissimum substrueretur.
*Barn. Montalbo, Rob. Ruscum, Auber-
 Miræus, Ang. Mauriq. Chrysofom. Henriq.
 &c.*

In Cænobio Ramefciensi in Anglia S. Meruvina
 Meruvinae Virginis & Abbatissæ. Hæc
 ab egregia vitæ sanctitate latè celebrata,
 adeo quidem sua ætate refulsit, ut Regum
 etiam oculos suo fulgore perstringeret.
 Cum proin Rex Eadgarus, dictus Pacificus,
 in Monasterio Ramefciensi, quod
 Eduardus Rex Senior ejus avus constru-
 xerat, sacrarum Deo virginum illustrem
 coloniam induxisset, dignissimam hanc
 esse judicavit, cujus curæ & vigilantia le-
 ctissimum illud examen apum & sacra al-
 vearia crederentur. Præluxit tuis admi-
 rabili virtutum omnium exemplo, & à
 morte illustrioribus Angliæ Sanctis ac-
 censerit meruit. Vixit sub Anno Christi
 976. *Ex Rogerio de Horveden. Nic. Harpsfeld.
 Eduardo Mahevu, Guilh. Malmesbur. Hu-
 gone Menardo, &c.*

In Obosima S. Stephani ejusdem Mo-
 nasterii primū Abbatis, qui in regimine si-
 bi credito ita se habuit, ut non tam filiis
 quam successoribus in honore eodem ex-
 emplo esset, à spiritu lenitatis in primis, qui-
 bus pax & charitas in Cænobiis solidatur,
 maximè commendatus. De Sanctis ejus
 moribus & exercitiis ita Seguinus: Erat
 vero DEO devotus, meditationibus san-
 ctis assidue intentus, operibus misericor-
 diæ indefessus, & ut uno verbo multa
 complectar, omnium virtutum gemmis
 decenter ornatus, sicut in gestis ejus pro-
 lixius narratur, &c. Postquam autem san-
 ctissimè & piissimè Cænobium rexisset,
 multis virtutum titulis gloriosus, ultimū
 cum eximia sanctitatis significatione spi-
 ritum edidit. *Seguin. Henriq. Annal. nostr.
 &c. Montalbo, Rusca, &c.*

Noviomi translatio S. Godoberte Vir-
 gin. sanctimonialis, facta per Balduinum
 Norciomensem Episcopum Anno Chri-
 sti 1167. sacris ejus exuviis ad templum B.
 M. V. Virg. deportatis *Ex Democh. Chr.
 Noviomi. &c.*

Cantuarie Ven. viri Theobaldi Archi-
 episcopi, qui ex Abbate Beccensi, pro vi-
 tæ meritis ad celeberrimam illam assum-
 ptus cathedram, eam mira sapientia & re-
 ligione

S. Meruvina
Abb.

Clar. 966!

S. Stephanus
Abbas.Transl. S.
Godoberte.Ven. Theo-
baldu Ar-
chiep.

ligione gubernavit. Eum maximi Eugeni-
nius Papa fecit, Legatiq; perpetui honore
insignivit, quod postea munus ab eodem
ad successores ita transfusum est, ut ab eo
tempore Legati jam non tam adventitio
facti, quam insito & per manus deducto
antiquitus jure, nati dicantur. Fuit obser-
vantissimus Rom. Ecclesie cultor, voca-
tusque ab Eugenio Rhemos ad Conciliū,
obnitente quantumvis Rege, extremum
adire vitæ discrimen non exhorruit, ut
Pontifici obtemperaret, iterque marinū
clam, & in quassa atque lacera cymba in-
gressus, maximis honoribus & plaufibus
a Papa exceptus est. Qui ad summam ejus

laudem contestabatur, mirificam quan-
dam hominis in Deum, Ecclesiam, & se-
dem B. Petri reverentiam fuisse: qui sui
præsentiam in Synodo, natando magis
fecisset, quam navigando. Fuit multa
passus pro libertate Ecclesiastica, dignus,
omnino, ut proximus, S. Thoma Marty-
re antecessor. Coronavit Anno Christi
1154. Henricum II. Angliæ Regem, &
post insignia merita in Domino requievit
A. C. 1163. eo imprimis meritis, quod sua
apud Regem & electores comendatione,
effecerit, ut idem sibi Thomas succede-
ret in Pontificatu. *Ex Nicolao Harpsfeldio,
aliisque Angl. script.*

Obiit 1163.

IV. CALENDAS MAII.

XXVIII. Aprilis.

F.

IN Anglia S. Accæ Episcopi Domno-
centis & Confessoris. Acca Strenshal-
censis Monasterii celebris in Anglia mo-
nachus, egregium virtutum & disciplina
Regularis magistrum S. Bosam nostrum
meruit, cui & in Episcopatu successit. Quæ
cum æterno sanctitatis Pontificiæ exem-
plo & ornamento honorasset, ad Hagul-
stadenfem etiam Cathedralam exornan-
dam acjuvandam expetitus, pari felicitate
eamdem beavit, & litterarum maximè
studia imortali cum merito ibidem pro-
movit, ac per insignem bibliothecam in-
struxit. Invidentiæ autem quorundam
scelere, innocens sede sua pulsus, anno
Christi 732. propagandi Christiani nomi-
nis & Fidei, sive Martyrii succensus desi-
derio, in Frisiam profectus, tam illic, quam
alibi passim Apostolico labore & fructu,
plurimos Christo & S. R. Ecclesie aggrega-
vit, & earum provinciarum magnis Apo-
stolis accenseri dignus fuit. Ad sedem
autem suam postea reversus, ac multa bo-
norum gratulatione susceptus, mereri
denuo de Ecclesia & grege sibi creditis
studuit; cujus, alios inter, Venerabilis
Beda noster gesta quædam breviter, his
verbis complexus est: Acca, vir strenuif-
simus, & coram Deo & hominibus ma-
gnificus, qui & ipsius Ecclesie suæ, quæ in
B. Andræ Apostoli honorem consecra-
ta est, ædificium multifario decore, ac mi-
rificis ampliavit operibus. Dedit namq;
operam, quod & hodie facit, ut acquisitis
undique Reliquiis BB. Apostolorum &
Martyrum Christi, in venerationem il-
lorum poneret altaria, distinctis portici-
bus, in hoc ipsum intra muros ejusdem
Ecclesie. Sed & historias passionum eo-

rum, una cum cæteris Ecclesiasticis volu-
minibus, summa industria congregans, am-
plissimam ibi, ac nobilissimam Bibliothe-
cam fecit. Nec non & vala sancta, & lu-
minaria, aliaq; hujusmodi, quæ ad ornatū
domus Dei pertinent, studiosissimè para-
vit. Cantorem quoq; egregium nomine
Mabar, qui à successoribus discipulorum
S. Gregorii Papæ, in Cantia fuerat can-
tandi tonos edoctus, ad se suosq; institu-
endos accersit, ac per annos 12. tenuit,
quatenus & ea quæ illi non noverant car-
mina Ecclesiastica doceret, & ea quæ
quondam cognita, longo usu vel negligenti-
a inveterare cœperant, hujus doctrina
in priscum renovarentur statum. Nam
& ipse Episcopus Acca cantator erat pe-
ritissimus, quomodo etiam in litteris
sanctis doctissimus, & in Catholicæ Fi-
dei confessione castissimus, in Eccle-
siasticæ quoque institutionis Regulis fo-
lertissimus extiterat &c. Hucusq; Beda
Synchronos, ad studia maximè priscorū
Pontificū nostrorum comendanda. De-
cessit Sanctissimus Pontifex, & gloriosissi-
mus Apostolus noster A. C. 740. Pontifi-
catus 24. cujus sacrum corpus in Ecclesia
Cathedrali conditū, post annos verò tre-
centos, divina revelatione translatum, in
magna deinceps veneratione est habitū,
ob cujus sanctitatis meritum demonstrandum,
ait Houedenus, casula, & tunica, & suda-
rium, quæ cum sanctissimo ejus corpore
in terra posita erant, non solum speciem,
sed & fortitudinem pristinam, usque in
hodiernū diem servant. *Ex Ven. Beda. Hist.
Anglic. Rogerio cit. VVilh. Malmesbur. Eduar-
do Maiberv. Nic. Harpsfeld. Iepes. &c.*

Cantum re-
stituit.

Obiit 740.

In Monasterio Wessenbrunnensi B. S. Balihon.
Balthonis Abb.

S. Baltho
Abb.

Balthonis Abbatis & Confessoris. Is in
memorato, cui præerat, Cænobio, non
tam verbo, quam exemplo, facem suis ad-
eo illustrem prætulit, ut intuentium ani-
mos merito percelleret, & ad sui imitatio-
nem non tam illiceret, quam concitaret
ac penè cogeret. Vitam ejus, eximius mi-
raculis Deus nobilitavit, magnumq; tam
verbis ejus quæ factis pondus addidit. Mi-
racula inter, celebrius illud, cū solo crucis
signaculo; aquam illico in vinum genero-
sum prodigiosè convertit: quem etiam om-
ni modo latere cupientem, sæpè Deus
prodigiis prodidit, ejusque sanctitatem
mortalibus comendavit. *Ex VVigul. Hund.
Matth. Radera, Car. Steng. &c.*

Miracula.

B. Bernardus
Abbas

In Lusitania, Monasterio de Tarouca,
depositio B. Bernardi ejusdem loci Abba-
tis. Is à teneris unguiculis pietatè colens,
ut generis splendore, sic virtutum studio
excelluit. In aula Regum Gallie educatus,
Palatinorū execratus vitia, orationis Do-
minicæ & salutationis Angelicæ tanto
amore tenebatur, ut assidua meditatione,
sacra illa verba decoqueret, & utiliter per-
petuo ruminaret. A dexterrimo fortuna
cursu, ad sacri rigoris exercitia animo cō-
versus, cū primis initiis mirè jam exsplen-
desceret, sacre Cisterciensis familie no-
stræ observatio, Claramvallem convolās,
cucucillum exambiit, in eoque mirificè
virtutibus profecit. Cum autem Divus
Ioannes Baptista, Doctore Mellifluo ap-
parens, Monachos mitti in Lusitaniam
postularet, Bernardus iste noster cum B.
Boemundo destinatus est, & quartus post-
ea Taroucæ Abbas designatus. Quo mu-
nere strenuè perfunctus, omni deniq; Vir-
tutum genere cultissimus migravit ad
Dominum, cujus merita, varia ad tumu-
lum deinceps ejus patrata miracula con-
firmarunt. *Ex Vita, Bern. de Brito, Angelo
Manrique, Annal. nost. &c.*

Lusitania
jubar.B. Steph.
Archiep.

In Anglia depositio B. Stephani Ar-
chiepiscopi Cantuariensis S. R. E. Cardi-
nalis, gravissimis meritis spectatissimi.
Stephanus cognomento Langtonus, Ang-
lus patria, litteris operam Lutetiæ Pari-
siorum navavit; ubi Philosophicis Theo-
logicisque adeo excelluit, ut admirationi
merito esset, & Canonicis primum Ca-
thedralibus ea ipsa in Vrbe accensus, post-
ea supremis Vniversitatis Cancellarius
deligeretur. Percrebrescente autem ejus
ob eruditionem, & Virtutem, fama, Ro-
mam evocatus, & ab Innocentio III. Pa-
pa S. R. E. Cardinalis Tit. S. Chryfogni
creatus, ejusdem postea opera à mona-

chis Cathedralibus Archiepiscopus Can-
tuariensis electus est. Mirum! quantas
eo in honore calamitates injuriasque sit
perpeffus, cum ob ejus electionem Ioan-
nes Rex graviter offensus, eam omnino
evertere moliretur. Admissus tandem,
cum pro libertate Ecclesie libidini Regis
constantius obniteretur, exactus in exi-
lium, Pontiniaci permittente Rom. Pon-
tifice, Monachum professus, inde tamen
postea repetitus, Cantuariensem cathedram
insignibus meritis præcipuè adornavit;
aliaque inter, bina Concilia sive Sy-
nodos celebrans, ad reformandum Cle-
rum ac populum Anglicanum insignes
Ecclesiasticas constitutiones, numero 48.
prudentiissimè composuit. Eo tamen,
de Ecclesia & posteritate univèrsa præcla-
rissimè meritis: *quando omnes, cum Novi-
tum Veteris Testamenti libros, primus omnium,
capita, uti nunc habemus, ad eorum qui sacris
litteris student utilitatem, multo cum judicio
distribuit, ac distinxit. Quod ante illum vix
quisquam forte unquam cogitavit, & in eis post
illum nemo mutandum aliquid cœsavit. Quo
suo laudabili factò, quantum judicium ipse
ostenderit, quantum lumen attulerit, quan-
tum Sacrarum litterarum studiosis adjumen-
tum suppeditaverit, doctorum hominum judi-
cem esto, &c.* Reliquit ingenii subtilissimi
& profundissimi monumenta quampluri-
ma, quorū præcipua, doctissimi in omnes
& singulos Veteris Testamenti libros, in-
que Apostoli Pauli Epistolas Comentariorum
celebrantur. Decessit sancto sine A. C.
1228. *Ex Phœnice reviviscente Henric. Nic.
Harpsfeld. Hist. Britann. Annal. nost. &c.*

Multa per-
peffus.Bibliæ in ca-
pita distin-
guit.

Obiit 1228.

Translatio
S. Lamberti.

Leodii translatio S. Lamberti Episcopi
& Martyris; cum nimirum Sanctissimi
Martyris nostri corpus è Trajecto ad Vil-
lam Legiam, ignobilem quidem tunc vi-
cum Lotharingiæ, à S. Huberto nostro
translatum esset, tantisque deinceps mi-
raculis extplendesceret, ut invalescente
per orbem fama, multa mortalium millia
eo convolarent, plurimi sedes figerent,
villaq; pertenuis in urbem deinceps cele-
berrimam, opulentissimam & magnifi-
centissimam excresceret, quæ modo Leo-
dium, à mediæ autem ætatis scriptoribus
Leudica, & Leodicum est appellata. *Ex
Annal. nost. Germ. Molan. in Indic. Sanct. &c.*

Duaci elevatio S. Amati Archiepiscopi
Senonensis & Confessoris. Fuit & hæc
elevatio, miraculorum gloria Illustrissi-
ma, de qua Vitæ auctor apud Surium plu-
rima refert admiranda. *Ex Molano, An-
nal. nost. Bened. &c.*

Item S.
Amati.

Spiræ

Ejus obedi-
entia.S. Acca Epi-
scopus.Apostolus
Frisorum.Domum Dei
excolit.

Item S. Guidonis.

Spiræ in Germania translatio S. Guidonis Abbatis Pomposiani; cujus sacrum corpus Henricus III. Imp. Aug. cum de eo Parmenses cum Pomposianis contenderent, sese interponens, illud Germaniæ meruit, Spiramq; convehens, magno omnium plautu in S. Ioan. Evang. basilica ibidem collocavit. *Ex vita S. Guid. Chron. Spirensi, Car. Sigonio, Annal. nost. &c.*

V. Ioannes Barterius.

Romæ depositio Beatæ memoriæ Ioannis Barterii Abbatis Fulienfis, & Congregationis eo nomine sanctissimæ felicissimi Institutoris. Ioannes de la Barriere, per vetustæ Nobilitatis familia apud Cadurcenses editus, Bartholomæum de la Barriere, matrem Leonardam de Amadon habuit. Is raro, & insolenti planè exemplo, *Commendatarius*, ut vocat, pro parentum apud Reges gratia, creatus, commendatorum sibi Monachorum comoda, & proprii animi curam in præcipuis habuit, & postremæ ætatis nostræ, imo & superæ miraculum, & quidem prodigiosissimum exitit. Cum n. puerili ætate, in hoc uti inmeritis, atq; ignorans, Christi & S. P. N. BENEDICTI patrimonio, quasi iure usurpandis devoveretur atq; imponeretur, singulari Numinis impulsu, Monachorum *Vocatione* (sic sacri vocamus) diligentius discussa, cum fortè S. P. N. Regulam, quam nunquam antea viderat, in cella cuiusdam Monachi reperisset, & in caput secundum: *de Abbate* incidisset, verba magni Legumlatoris reveritus, de indignè à se usurpatis nomine & possessione erubescens, de satisfaciendo quamprimùm, ut insolens omnino, sic constans prorsus atq; generosum consilium suscepit. Ac proin, *verus ut Pastor*, nō *mercenarius* esset, cucullum & vitam Monachi sedulo amplexus, ut sui quoq; Fulienfes, Cisterciensis quidem Instituti nostri, sed cura destituti pastorū, in omnem licentiam solutissimi, pari secum animo, passu non impari progredierentur, multum, sed nequidquam laboravit. Illos proin, quanquam invitūs à se dimisit, aliosq; permultos Religiosioris vitæ percipidos ascivit & congregavit, quibuscum incredibili studio & conatu ad exactissimā S. P. N. BENEDICTI Regulam actiones conformare aggressus, neglectorum insuper & à se, & ab aliis, velut pœnitentiam sibi suisq; præfigens, admirando vitæ rigore licentiam pristinam sarcivit, & Monachorū toto orbe omnium studia accendit, fovit, & mirifice promovit. Asperitatem vitæ maximam, in qua præibat ipse aliis exemplo, perpetua cruce

corpus suum configens, induxit. In victū quidem perpetuam à carnibus, ovis, piscibus, vino, oleo, sale abstinentiam, cum jejuniis juxta Regulam S. P. N. ita sine intermissione severeq; continuatis, ut in eorū decursu, neq; dies Dominici, nec ipse Domini natalis exciperentur, ac nihil prorsus velperi, ne aquæ quidem stilla sumeretur. Quin etiam sublato mensarum usu, Fratribus humi sedentibus, quasi perpetuam in pœnitentiam, pro mensa solum esset. In vestitu lanam, nulla interjecta subucula cuti proximam, & perpetuam crurum, pedum, & capitis nuditatem. In cubitu nudam sine ullo stramento tabulam, aut ipsum solum, sive cæmento incrustatum, sive coctis lateribus constratum. Quem quidem vitæ rarissimum rigorem dici vix potest, quanto ardore, quantoque fructu plurimi paulo post sint amplexi, iisdemq; ita à Numine roborati, ut multo majora sibi injungi expeterent, multi triduum aut quadriduum in hebdomade, diebus partim continuatis, partim interpolatis, nihil omnino cibi, nec potus degustarent, cum tamen labori minimè parceret. Aliqui eorum per id ipsum tempus, diebus Festis, ad oppida & Castella, quinque aut sex passuum millibus à monasterio disjuncta, sacras conciones, unam in uno, alteram in altero oppido habituri excurreret, nec tamen quidquam cibi aut potus, vel in illis oppidis attingerent, sed integram famem ad panis gregarii, & olerum canā aridam, vespere aut etiam nocte, in Cænobio apponendam reversis, reservarent. *Ampla Congregatio.* Barterius tamen ipse, exemplo & vita longè omnes antecessit, & jam non unius Cænobii, sed amplissimæ Congregationis, in aliquot nō multo post, Galliarum non solum, sed & Italiæ provincias diffusæ, Institutor esse meruit, & pro eximia vitæ sanctitate, & sumis Pontificibus, & regibus sumæ admirationi venerationiq; fuit: *Cujus Anglicanæ conversatione, ait vitæ scriptor, vitæ puritatem, morum integritatem, Religionem in Deum, humanitatem in proximos, in seipsum rigorem, admirandum potius quam imitandum, tota Europa miratur & veneratur, &c.* Decessit Romæ A. C. 1600. ætatis 56. miraculis & revelationibus, in vita & à morte Illustrissimus, cujus Reliquiæ per orbem sparsæ, cor quidem in Fulienfi Monasterio, membra alia alibi religiose asservantur. *Ex Lud. à S. Malachia, Carolo à S. Maria, Philippo Malabayla, Aub. Miræo, Henric. &c.*

Stupenda res!

Ampla Congregatio.

Elogium.

Obiit 1600.

TER-

XXIX. Aprilis.

G.

S. Hugo Abbas.

Illustrissimi natales.

Grandia miracula.

Spiritus Prophet.

IN Cænobio Cluniacensi S. Hugonis Abbatis & Confessoris. *Mert. Rom.* Hugo Illustrissimo in Burgundia natus genere, patrem Dalmatiam habuit, Samurensis Principem, matrem Eremburgam, sanguinis atq; animi præstantia inclytam. Puer etiamnum aulicorum intemperantiam ac luxum execratus, invitis parentibus Cluniacum profugiens, magno Odilone magistro, eam in cucullo perfectionem indeptus est, ut qui Fratribus, Prioris honore præfesset; dignior è tanto Sancto- rū numero non haberetur. Odilone mortuo Abbas ipse subrogatus, admiranda virtutum fama, Gallias non solum, sed orbem terrarum universum implevit, adeo, ut Germanis, Italis, Anglis, Hispanis, Orienti ipsi, sanctum Hugonis nomen esset; ipsum Pontifices omnes, Imperatores, Reges, Principes suspicerent & venerarentur, quorum ope, diversissimis toto orbe provinciis, plurima sexus utriusque Cænobia condidit, eaq; sacris coloniis instruens, universi hujus, regna ferè omnia, inæstimabili merito, veris Dei cultoribus beans, ferventissimis horum exemplis inflavit. Claruit eximia miraculorum virtute, quæ inter mortuum vitæ restituit; Alphonsum Hispaniæ Regem, fratris sui Sancti scelere Regno dejectum, & catenis vincitum atq; carcere sumam per injuriam clausum, cum tanto terrarum ipse abesset spatio, ad se conversum exaudivit, & prodigiosissimè liberans, Regno restituit. Apud Aldechiarcum, ab Ludovico Comite, & uxore ejus Sophia hospitio exceptus, posita in viridario mensa, & turbato paulo post aère, anxius de transferendis mensa & Dapibus ministris, solum ille crucis signum tempestati objecit, adeoq; compescuit, ut inter imbriū ac tonitruorum circum undiq; præcipitantium & minantium horrorem, ne guttula quidem ulla, convivas securos infestaret. Intimos animorū recessus penitissimè perspexit, peccata occultissima cognovit, & prædixit. Dæmonibus adeo terrori fuit, ut ad conspectum seu præsentiam ejus, nec subsistere quidem ausi, illico autugerent, summo agonizantium præsertim solatio & comodo, qui gravissimè tentati, solo Hugonis adventu, omni impugnatione liberati sunt. Sic Stephanus Papa apud Florentiam, vi morbi oppressus sumasque in

angustias tentatione demonum redactus, superveniente Hugone, ita recreatus est, ut importunum Inferum statim in fugam conversum, se vero maximis angoribus liberatum fateretur. Vidit sub mortem Sancti viri B. Fulgentius Affligemienfis Abbas, duos in cælo thalamos, miro splendore præparari, quos Hugonis Cluniacensis, & Anselmi Cantuariensis esse intellexit, qui paucos post dies ad requiæ felicitatis æternæ vocati, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati A. C. 1109. cum Hugo totos sexaginta annos Cluniacensi Cænobio & amplissimæ Congregationi sanctissimè præfuisse. Mortuus est in dilectissimæ Tutelaris suæ DEIPARÆ Basilica, illic superstratum sibi cilicium atque insperfos cineres, supremam horam expectans, cui morienti obvia cælitū Regina, in occursum ejusdem, Magnum etiam Patriarcham nostrum BENEDICTUM, cum Apostolorum Principibus, nec non SS. Martino & Martiale Episcopis, Martyrum quoque & Confessorum choro adduxit. Patris optumi sacrum cadaver, cum honorare gemebundi filii conarentur, vixque tantillum, quo caput inungerent baliama adesset, prodigiosè illud sub manibus crevit, adeo, ut ad alias etiam reliqui corporis partes ungendas sufficeret. Vti autem solus (stupenda res!) supra bina Cænobia- rum millia, tanquam Generalis omnium pater curavit, sic solus, justum sanè exercitum Sanctorum Monachorum cælo peperit & conscripsit, aliosq; inter, duos sanctissimos & meritissimos S. R. E. Pontifices maximos, Gregorium VII. & Urbanum II. præter plurimos Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, &c. inaudita sanè felicitate, filios & discipulos habuit atque educavit. *Ex Annal. nost. Benedict. Aquila Imp. Bened. Hugone vitæ script. Cluniacens. Hildeb. Cenoman. Iepes, Baronio, &c.*

Eodem die passio S. Guntberti Martyris. Hic è nobilissimis Francorum ortus proceribus, virorum unum, Virginū alterum condidit Cænobia; in quorum altero, dum relicta conjugè, & quæ habebat omnibus strenuè Deo servit, & die quadam orationi intentus in Ecclesia pro- cumbit, irruentibus in eam barbaris de- collatus, illustri Martyrii corona donati meruit.

Ejus gloria.

Mortuus 1109.

2000. Monasteriarum.

S. Guntbertus Martyr.

Dd

meruit. Ex Flodoardo, Hist. Rhemensis, Hugone Menardo, Annal. nost. Bened. &c.

S. Adaldagus Episc.

Bremæ S. Adaldagi Episcopi & Confessoris. Hic Illustri ortus genere, Adwardi Werdenfis Episcopi discipulus & cognatus, ex Monasterio nostro Cathedrali Hildesheimensi, ad Archiepiscopalem Bremensium sedem evectus, eam gravissimis meritis extulit, & vitæ sanctitate præclare exornavit. De eo sic Historia Bremensis: *Iste est, qui nobis Rempublicam restituit, genere illustris, ætate juvenis, decorus specie, morum probitate speciosior, cujus studium totum fuit, in conversione Gentium, in exaltatione Ecclesiarum, in salute animarum, &c.* Ut ad laudes veri Episcopi, dici amplius haud quidquam potuisse videatur. Romam profectus, summoque honore habitus, Ecclesiæ suæ maximis obtentis privilegiis mirè consuluit, & provinciam universam, illatis celeberrimorum Sanctorum exuviis æternum beavit, quæ inter, Sanctorum maximè Quiriaci & Cæsarii Diaconorum corpora; BB. itè Cosmæ & Damiani, Victoris & Coronæ, nec non Felicis & Feliciani exuviæ celebrantur. Tulere adeo ægrè tam utilem etiam tunc absentiam Adaldagi sui Clerus & Cives Bremenses, ut vix sustinerent. Cui proin, *venienti*, inquit Hist. cit. *tam extranei quam cirves cum Clericis, occurrerunt itinere trium dierum, cum gaudio flentes & canentes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.* Obiit longè meritissimus Pontifex & circumjacentium provinciarum Apostolus A. C. 938. cum Ecclesiæ suæ quatuor supra quinquaginta annos strenuè præstitisset, & plenos meritorum manipulos cælo intulisset. Ex M. Adami, Hist. Bremensi, Anonymo item de Episcop. Bremens. Annal. nost. German. &c.

Elogium insigne.

In Monasterio Molismensi S. Roberti primi Abbatis Cistercii. Mart. Rom. Robertus Illustrissimis natus parentibus, Theodoricum patrem habuit, ex Augustissima Imperatorum Germaniæ & Ducû Burgundiæ familia oriundum; Emergardem matrem, è Nivernensium Comitum sanguine editam. Hujus latentem etiamnum utero foetum, cæli jam Imperatrix Virginum Virgo adamavit, insolentiq; prodigio amorem dignata pueri præripere & præoccupare, vita prægnanti, annulum aureum manu præferens, hisq; Erengardem compellans. *Volo quem utero gestas filium, hoc mihi annulo desponderi, cui & altera etiam vice apparens, promissum confirmavit.* Ut proin maximo desiderio optima Princeps teneretur, filiû, quem necdum viderat, videndi, & primo quoq; tempore, Deo ac Deiparâ consecrandi. In lucem editus, mira corporis ac membrorum compositione decorus apparuit, adeo, ut de gratia animi, & futura sanctitate, jam tunc omnes facile ominarentur. In Cellensi postea S. P. N. BENEDICTI Cænobio Monachis instituendus traditus, ab illis deinceps abstrahi non potuit, donec emissis monachicæ Professionis votis, totum se Deo devovisset. Exemplo cû omnibus præluceret, loci Prior electus, adeo ceber sanctitatis nomine paulo post evasit, ut fama per orbem circumlata, è remotis provinciis plurimi ad ipsum concurrerent, & benedictionem ipsius flagitantes, animi corporisque salutem referrent. Abbas S. Michaelis Tornodorensis postulatus, cû illos ab æquitatis tramite deflectere, nec reduci velle adverteret, ad Cænobium suum, contempta dignitate reverti maturavit. Dehinc constructo Molismensi Cænobio, cû loco aliquamdiu præfuisset, inde quoque ob laxiorem Fratrum disciplinam discedens, Hauriensis Abbas effectus, importunis Molismensium precib; ad ipsos denuo rediit. Verum iisdem paulo post ad vomitum reversis, lectissimus Abbas, & Cænobii illius, & Ordinis ferè universi rigorem in licentiam defluentem nimio perè dolens, cum viris Sanctis Alberico & Stephano, de eodem reformando arduum licet, & plenum periculi consilium & negotium suscepit, cumque sociis illis Cistercium secedens, illic æterno & inæstimabili merito, præcipuam Ordinis reformationem, sub auspiciis intemeratæ Matris Virginis, Vnicæ Ordinis non tam Tutelaris, quam propriæ Institutricis, ipso Sanctissimi Archiducis nostri solemnni Festo inchoavit. De quo ipso ita liber Exordii Cisterc. *Dum quotidianas Regula lectiones audirent, & aliud Regulam præcipere, atq; aliud Consuetudines Ordinis tenere perpenderent, gravissimè contristabantur, videntes se ceterosque Monachos Regulam B. P. Benedicti solemnni professione servaturos verè promississe, sed secundum Instituta ejus nequaquam vivere, primitus privatim inter se sapius colloquentes, transgressionem suam conquerebantur, detestabantur, & quomodo hujus tanti mali remedium invenire possent, sollicitè tractabant, &c.* Successit adeo feliciter nova Reformatio, ut vix quidpiam ob stupendum

Plausus fidelium.

Obiit 938. quatuor supra quinquaginta annos strenuè præstitisset, & plenos meritorum manipulos cælo intulisset. Ex M. Adami, Hist. Bremensi, Anonymo item de Episcop. Bremens. Annal. nost. German. &c.

S. Robertus Abbas.

In Monasterio Molismensi S. Roberti primi Abbatis Cistercii. Mart. Rom. Robertus Illustrissimis natus parentibus, Theodoricum patrem habuit, ex Augustissima Imperatorum Germaniæ & Ducû Burgundiæ familia oriundum; Emergardem matrem, è Nivernensium Comitum sanguine editam. Hujus latentem etiamnum utero foetum, cæli jam Imperatrix Virginum Virgo adamavit, insolentiq; prodigio amorem dignata pueri præripere & præoccupare, vita prægnanti, annulum aureum manu præferens, hisq; Erengardem compellans. *Volo quem utero gestas filium, hoc mihi annulo desponderi, cui & altera etiam vice apparens, promissum confirmavit.* Ut proin maximo desiderio optima Princeps teneretur, filiû, quem necdum viderat, videndi, & primo quoq; tempore, Deo ac Deiparâ consecrandi. In lucem editus, mira corporis ac membrorum compositione decorus apparuit, adeo, ut de gratia animi, & futura sanctitate, jam tunc omnes facile ominarentur. In Cellensi postea S. P. N. BENEDICTI Cænobio Monachis instituendus traditus, ab illis deinceps abstrahi non potuit, donec emissis monachicæ Professionis votis, totum se Deo devovisset. Exemplo cû omnibus præluceret, loci Prior electus, adeo ceber sanctitatis nomine paulo post evasit, ut fama per orbem circumlata, è remotis provinciis plurimi ad ipsum concurrerent, & benedictionem ipsius flagitantes, animi corporisque salutem referrent. Abbas S. Michaelis Tornodorensis postulatus, cû illos ab æquitatis tramite deflectere, nec reduci velle adverteret, ad Cænobium suum, contempta dignitate reverti maturavit. Dehinc constructo Molismensi Cænobio, cû loco aliquamdiu præfuisset, inde quoque ob laxiorem Fratrum disciplinam discedens, Hauriensis Abbas effectus, importunis Molismensium precib; ad ipsos denuo rediit. Verum iisdem paulo post ad vomitum reversis, lectissimus Abbas, & Cænobii illius, & Ordinis ferè universi rigorem in licentiam defluentem nimio perè dolens, cum viris Sanctis Alberico & Stephano, de eodem reformando arduum licet, & plenum periculi consilium & negotium suscepit, cumque sociis illis Cistercium secedens, illic æterno & inæstimabili merito, præcipuam Ordinis reformationem, sub auspiciis intemeratæ Matris Virginis, Vnicæ Ordinis non tam Tutelaris, quam propriæ Institutricis, ipso Sanctissimi Archiducis nostri solemnni Festo inchoavit. De quo ipso ita liber Exordii Cisterc. *Dum quotidianas Regula lectiones audirent, & aliud Regulam præcipere, atq; aliud Consuetudines Ordinis tenere perpenderent, gravissimè contristabantur, videntes se ceterosque Monachos Regulam B. P. Benedicti solemnni professione servaturos verè promississe, sed secundum Instituta ejus nequaquam vivere, primitus privatim inter se sapius colloquentes, transgressionem suam conquerebantur, detestabantur, & quomodo hujus tanti mali remedium invenire possent, sollicitè tractabant, &c.* Successit adeo feliciter nova Reformatio, ut vix quidpiam ob stupendum

Eum sibi sponsum deligit B.M.V.

lum confirmavit. Ut proin maximo desiderio optima Princeps teneretur, filiû, quem necdum viderat, videndi, & primo quoq; tempore, Deo ac Deiparâ consecrandi. In lucem editus, mira corporis ac membrorum compositione decorus apparuit, adeo, ut de gratia animi, & futura sanctitate, jam tunc omnes facile ominarentur. In Cellensi postea S. P. N. BENEDICTI Cænobio Monachis instituendus traditus, ab illis deinceps abstrahi non potuit, donec emissis monachicæ Professionis votis, totum se Deo devovisset. Exemplo cû omnibus præluceret, loci Prior electus, adeo ceber sanctitatis nomine paulo post evasit, ut fama per orbem circumlata, è remotis provinciis plurimi ad ipsum concurrerent, & benedictionem ipsius flagitantes, animi corporisque salutem referrent. Abbas S. Michaelis Tornodorensis postulatus, cû illos ab æquitatis tramite deflectere, nec reduci velle adverteret, ad Cænobium suum, contempta dignitate reverti maturavit. Dehinc constructo Molismensi Cænobio, cû loco aliquamdiu præfuisset, inde quoque ob laxiorem Fratrum disciplinam discedens, Hauriensis Abbas effectus, importunis Molismensium precib; ad ipsos denuo rediit. Verum iisdem paulo post ad vomitum reversis, lectissimus Abbas, & Cænobii illius, & Ordinis ferè universi rigorem in licentiam defluentem nimio perè dolens, cum viris Sanctis Alberico & Stephano, de eodem reformando arduum licet, & plenum periculi consilium & negotium suscepit, cumque sociis illis Cistercium secedens, illic æterno & inæstimabili merito, præcipuam Ordinis reformationem, sub auspiciis intemeratæ Matris Virginis, Vnicæ Ordinis non tam Tutelaris, quam propriæ Institutricis, ipso Sanctissimi Archiducis nostri solemnni Festo inchoavit. De quo ipso ita liber Exordii Cisterc. *Dum quotidianas Regula lectiones audirent, & aliud Regulam præcipere, atq; aliud Consuetudines Ordinis tenere perpenderent, gravissimè contristabantur, videntes se ceterosque Monachos Regulam B. P. Benedicti solemnni professione servaturos verè promississe, sed secundum Instituta ejus nequaquam vivere, primitus privatim inter se sapius colloquentes, transgressionem suam conquerebantur, detestabantur, & quomodo hujus tanti mali remedium invenire possent, sollicitè tractabant, &c.* Successit adeo feliciter nova Reformatio, ut vix quidpiam ob stupendum

Fit Abbas.

Reformationem aggreditur.

Intentio reformationis.

dum rei successum admiratione dignius videatur; cum summus rerum omnium opifex, humilem suam familiam ita dilaret, ut brevi temporis intervallo (res admiratione immortalis dignissima!) Monachorum Cænobia ad quatuor, Monialium verò ad sex millia extiterint; tanto quidem fructu ab hoc Instituto nostro in orbem terrarum univèrsam dimanante, ut Christus ipse Dominus, S. Mechtildem alloquutus, illud Columnam, appellaret, Ecclesiam sustentantem, cui tota domus inniteretur. Molismum demum jussu Roman. Pont. repetere coactus Robertus, ibidem plenus dierum, & immenso- rum meritorum, anno ætatis 83. Christi 1100. (non ut Baronio placuit 1098. cum horam obitus prædixisset, placidè in Domino obdormivit, sepultus in Sponsæ suæ Cælorum Augustæ Basilica, innumeris postea miraculis illustratus. Post cujus obitum binæ irides, supra domum, mira colorum varietate conspectæ sunt, quæ in quatuor terræ partes extendi videbantur, in quarum summitate lux clarissima in circulum ducta, cum Crucè in medio rutilante, noctis tenebris prodigiosa illa luce depulsis, sub natis circumquaque plurimis aliis circulis, iisdemque omnibus cruce signatis, quibus Molismus mirificè illustrabatur. Ex Vita; Ang. Manriq. Gundisalvo de

Columna Ecclesia.

Obiit 1100.

Mirares!

Illegas, Barn. de Montalbo, Ephemerid. nost. Bened. &c.

Eodem die Natalis S. Roberti de Brugis, primi Abbatis Dunensis, viri Angelicæ Conversationis. De quo aliàs ob concursum Festorum.

S. Robertus.

Dononii juxta Valencenas; festivitas S. Avæ Virg. secundæ ejus loci Abbatissæ. Hæc Illustrissimo nata genere, sanctissimos parentes Adelbertum Austrofundia Comitem, & Reginam habuit Pipini Regis neptim. Cum autem cæca esset, prodigiosè ad tumulum S. Ragenfredis sororis suæ curata, ejurato mox sæculo, ibidem cucullum amplexa, non impari postea sanctitatis splendore explenduit. Ex Vita; Ioan. Molano, Annal. nost. Bened. &c.

A. Avæ Virg.

Ipsa die elevatio S. Venerii Insulæ Palmaria Monachi, Congregationis Casinatis, qui à Lunensi Episcopo, cui apparuerat è terra elevatus, repertus est incorruptissimus, cælesti odoris fragrantia è sacro ejus corpore emanante, & prodigiosum oleum fundente, ad cujus tumulum cum custodes positi, aquam dulcem non haberent, meritis viri sancti fontem perennem ad ipsum altare erumpentem impetrarunt, cujus potu seu aspersione varii deinceps morbi curati sunt. Ex Fortunato de Vincent. Mauro Marchese, monim. Casin. &c.

Translatio S. Venerii.

PRIDIE CALEND. MAII.

XXX. Aprilis.

A.

S. Erconwaldus Episc.

Londoni in Anglia S. Erconwaldi Episcopi, qui multis miraculis claudit. Mart. Roman. Erconwaldus; Earconwaldus sive Erckenwaldus, eo tempore, quo Anglia velut Paradysus Domini floruit, & non tam, Anglis quam Angelis beata fuit, inter columnas & decora Ecclesiæ præcipua effulsit. Monachus primum Certeseyensis, sive Certotesensis Cænobii; ob virtutis præstantiam ejusdem postea Abbas fuit. Ad Londoniensem demum cathedram à S. Theodoro nostro evocatus, eam sanctitatis egregio titulo, & meritis gravissimis plurimum exornavit. Monachicæ autem vitæ studia, in ipso etiam Pontificatu minimè prætermittens, duo præclara Monasteria, loco oportuno, sibi alterum, B. Edilburgæ sorori suæ condidit, quæ & ipsa mira vitæ sanctitate refulsit. Inter celebriora Ercon-

waldi gesta, perinsigne illud summopere celebratur: Cum enim, etsi æger pedibus, & lecto affixus, à visitanda tamen Diocèsi, præcipua Episcoporum cura minimè abstineret, & lectica circumvectus, die quadam ad oram amnis rapidissimi venisset, hæsitantibus sociis, quod infirmus nec equo, nec pedibus transire flumen posset (dictu mirabile!) aqua repente disparuit; flumine quamprimum cum suis transfisset Episcopus, naturam & cursum suum in oculis omnium repetente. Rarum & illud, quod de arida etiam lectica ejus Beda commemorat: *Cujus, inquit, viri, in Episcopatu, & ante Episcopatum vita & conversatio fertur fuisse sanctissima, sicut etiam nunc cælestium virtutum signa indicio sunt. Etenim usque hodie feretrum ejus tabularium, quo infirmus vehi solebat, servatum à discipulis ejus, multos febricitantes;*

Flumen disparat.

Miracula.

Monasteria duo condit.

res, vel alio quolibet incommodo fessos, sanare non desistit. Non solum autem suppositi eidem feretro, vel apposti curantur aegroti, sed & assula de illo abscissa atque ad infirmos allata, citam illis solent afferre medicinam, &c. Ita Beda. Migravit ad Christum meritissimus Pontifex Anno Christi 690. sepultus in Ecclesia S. Pauli Londinensis, & ob miraculorum celebritatem, in magna deinceps habitus veneratione. Ex Ven. Beda, VVilb. Malmesbur. Polyd. Harpsfeldens. Tritheimius, Maiheou, &c.

S. Petrus Mart.

In Hispania S. Petri Monachi & Martyris, qui Amatori Presbytero, & Ludovico prædicationis munere junctus, ob eam causam comprehensus, cum in Fidei confessione inconcussus permaneret, ab Arabibus simul cum iisdem necatus est Anno Christi 855. Fuere autem hi omnes patria Cordubenses, quorum corpora flumine mersa, post dies aliquot, magna cum fidelium consolatione in littus evecta sunt, & quidem S. Petri nostri in Pinnæ Mellariensis Cænobio conditum est. Ex Memoriali Sanct. B. Eulogii nostri, Alph. Villega, Ambr. Moral. Ant. Iepes, &c.

S. Forannanus Archiep.

Walciodori, S. Forannani Episcopi & Abbatis. Is nobili loco in Scotia natus, à puero optimis moribus & artibus imbutus est. In Clerum adscriptus, Archiepiscopus postmodum Dominormorensis eligi meruit, totiusque Hiberniæ & Scotiæ Metropolita factus, tanta dignitate dignissimum se esse, facto ipso comprobavit. Postquam autem strenuè gregi suo verus pastor præfuisset, post gravissimos, & dignos tanto Pontifice labores, ad dulcedinem vitæ Contemplativæ vocatus, monente Angelo divinitus ad professionem Sanctissimæ Regulæ nostræ vocatus, & ad regimen Cænobii Walciodorensis destinatus, adjunctis sibi fociis duodecim, patriæ & amplissimis honoribus valedicturus, ad littus maris contendit. Vbi nullo reperito navigio, duo ligna decussata in Crucis formam, fluctibus prope littus innantia conspiciens, eadem cum fociis, miranda prorsus in DEI providentiam confidentiâ conscendens, inaudito, & stupendo prorsus miraculo è portu solvit, & afflante Divini Spiritus aura, tanto maris spatio superato in Gallias appulsus est. Inde cum Eilberto Co-

Monitu Angeli fit monachus.

Stupenda navigatio.

mite, Malciodorensis Cænobii Conditor, Romam profectus, à Benedicto VII. Papa Foundationis illius confirmationem obtinuit. In reditu autem ad Monasterium Gorziense delatus, Regulæ Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI cum fociis nomen dedit, vitæque Monachicæ disciplinis probe institutus, ac Walciodorum profectus, primus eidem Cænobio Abbas aânis duodecim, mira vitæ sanctitate illustris præfuit; simulque jussu Pontificis Maximi Episcopali etiam in ea provincia functus munere, cum Apostolico labore, Monachi studia pulcherrimè conjungens, ibidem felicissimo consummatus fine, sanctè decessit, Anno Christi 982. insignibus deinceps miraculis à DEO honoratus, cujus stola inprimis, contra morsus carnis rabidi, prodigosè salutaris celebratur. Ex Vita, monim. Walciodor. Ioan. Molano, Annal. nost. German. & Benedict. & divers. rer. Belg. & Brit. script. &c.

Fit primus Walciodori Abbas.

Tolosæ S. Eremberti Episcopi, miraculis clari. Erembertus de Villecourt, territorii Pinnacensis vico, nobili ortu genere, spretis sæculi pompis Fontanelle monachus, S. Wandregisilum Abbatem, perfectionis magistrum habuit. Postea communi omnium voto, ad celeberrimam Tholosanæ Ecclesiæ cathedrani evectus, id unum jam Archiepiscopus præcipuè studuit, ut magni luminaris instar, omnium splendore virtutum, cunctis in domo DEI prælueret, & exemplo esset. Accessit virtutibus ejus præstantissimis, insignis miraculorum gloria, tanta quidem ut ingenti oborto incendio, ignis flagrantissimæ, solum illius baculum reveritus refugiensque, eo quo fixus erat loco, terminum sibi positum agnoscens quasi, in seipsum retrocedens, prodigosè consopitus illico conquiesceret. Abdicato demum Pontificatu ad Cænobium denuo suum reversus, quanti cucullum, præ Archiepiscopali pallio faceret, clarè demonstravit, neque multo post, fenio & laboribus confectus, post Divinas laudes, signo Crucis sese Communiens, ac Fratribus valedicens in domino obdormiit, tempore S. Lamberti Abbatis. Ex monim. Fontanell. Claud. Rob. Hugon. Menardo, &c.

S. Eremberti Episc.

Incendium extinguit.

Apud Vernonium ad Sequanam, sub Præ-

S. Adjutor monachus.

Præfultu Ebroicensi, S. Adjutoris monachi & Confess. qui illo ex oppido, stirpe nobili, patre Ioanne illius loci Dynasta, matre Rosemunda natus, teneris ab unguiculis pietati addictissimus, futuræ sanctitatis vix ex ephæbis egressus eximia edidit specimen, tantis jam tunc vigiliis, jejuniis, assiduisque precibus tenerimum exhauriens corpusculum, ut sola pelle & ossibus constaret. Adultior bello sacro, cruce signatus, ducentos circiter strenuos fidei pugiles secum ducens, presis dura obsidione Antiochiæ Christianis, oportunè adfuit. Nec multo post, majora ausus, sed ab hostibus captus, implorata Tutelaris suæ S. M. Magdalene ope, votoque domus suæ de Monte, Cænobio S. Bernardi de Tyron dono dandæ, mirabiliter cum suis evasit, cum oborto repente grandi ventorum turbine, commixtis fulmine & grandine metuendis magna clade hostis obrueretur, simulque dissiparetur. Perstitit exin annos ipsos 17. in persequendis fortiter Saracenis, donec ab iisdem denuo comprehenderetur, & ad negandam Christi Fidem pressuris variis, etsi frustra, cogeretur. Invocata siquidem denuo Tutelaris suæ ope, prodigosè iterum evasit, cum SS. Magdalena & Bernardus Abbas Tyronensis, nuper cælitibus adscriptus, ipsi spectabili forma apparentes, ergastulo liberatum, una cum vinculis, ex Oriente in patriam, pernici transmeatu prodigosissimè reveherent, & propè Vernonium ad Sequanæ ripam collocarent. Oblulit deinceps, non latifundia solum sua, & quas amplissimas habebat opes, Tironensi Cænobio Adjutor, sed seipsum illic Christo & S. P. N. mancipavit, assumpto è manibus Guilhelmi Abbatis sacro indumento, de cujus licentia denique juxta Capellam S. Magdalene, eo loco, ubi mirè depositus ad Sequanam fuerat, à se constructam, suam postremam ponens mansionem, totus à DEO pendens, miris refulsit sanctitatis indicis; solo oleum, modico sale conditorum pabulo & frigidæ profluentis haustu victitans, asperum sub cucullo cilicium indutus, & prope Sacelli altare humo indormiens, perpetuis, inter calentes lachrymas, precibus intentus; miraculorum etiam gloria à DEO honoratus. Quæ inter, fretus Tutelaris suæ præfidiis, sævum caco-damonem, ab Hilgoldi energumeni cor-

Miles egregius.

Mirè liberatur.

Mirificè transfertur.

Fit Monachus.

pore ejecit, gurgitem item horrendum in sinu Sequanæ fluvii patentem, metacesque quotidie ac homines absorben-
tem, injecta in voraginem vinculorum suorum particula, DEI & Magdalene implorato nomine, penitus obstruxit, & placida illic Sequanæ fluentia, æterno beneficio, reddidit. Sed & cæcis, furdis, languidis prodigosè medicus fuit; non minoribus etiam à morte miraculis commendatus. Quem insignibus clogiis ornans Hugo Archiepiscop. Rotomagensis in quodam diplomate: *Patientia robur, contemptum sæculi, zelum animarum, sacrarum adium reparationem, Cænobiorum augmentum, Monachorum fomentum, studium Ecclesiastica pacis, concordia Regum affectum, &c.* in ipso mirificè comendat; appellatque: *Solatum pauperum, speculum juvenum, seruum decus, castum Virginum delictum, continentium gaudium, piorum vividum sydus, Virtutum denique omnium animatum domicilium, &c.* Claruit sub Anno Christi 1120. circiter. Ex Vita, Car. Sauff. Liliis nostr. Gall. Benedict. &c.

Elogium.

B. Aymon.

In Monasterio Savigniacensi in Gallia B. Aymonis Monachi, qui Armoricam Britanniam patriam habuit, è villa Londacot oriundus, cum autem & eruditione, & vitæ sanctitate plurimum excelleret, apicem perfectionis conscensus, distributis in pauperes quæ habebat omnibus, Savigniaci Monachū professus, Angelis propior quam hominibus, vita & æstimatione exitit. In corpore quasi extra corpus, nulla re quæ carnè delectabat affici videbatur. Ipsum magnates & sæculi nobiles tanti faciebant, ut intima cordium ipsi referarent, totique ejus ab arbitrio dependerent. In tremendo Missæ Sacrificio, cum ad illa devenisset Verba: *Qui pridie quam patere-*
retur, &c. Suspiciens aliquando, cælos apertos, Iesumque stantem, facie ad orientem conversa intuitus, spiritum in se loquentem audiit: *Hic est filius Dei, & tibi sic ob tuæ consolationis gratiam apparere dignatus est. Qui dum tanta gratiæ ubertate frueretur, ait Sequinus, insensibilis animo factus, exiit carnem, carnis non relinquendo habitaculum, sed carnis nullum sentiens adminiculum. Nihil terrenum intuebatur, nihil corporeum, præsentiam ullius personæ non sentiebat, calicem vel altare, quibus assistebat, non videbat; solus cum solo jucundabatur, homo DEV M sed in hominè con-*

Multi Magnates ab ipso dependent.

Miraviso.

templabatur, sacerdos cum sacerdote epulabatur. Celebrato denique tam amica congratulationis gaudio rediit ad se, &c. Ita Seguinus. Meruit cæteroquin frequentius dum Sacris operaretur, Angelorum præsentia & aspectu recreari, quos benevolus & hilari admodum vultu gratulabundos, stolisq; eximie pulchritudinis amictos intuitus est, eosq; inter Angelum five Archangelum aliquem forma multo præstantiorem, qui solus sublata de altari Sacra hostia sursum euectus, eam Divinis conspectibus præsentabat, suæque oblationis obsequio plurimum exultans videbatur. Fuit & multis aliis gratis Aymo à Numine donatus, è quibus præcipua illa, qua cordium secreta etiam abditißima penetravit, sed & illustri miraculorum gloria honoratus, desperatam valetudinem, multis prodigiosè restituit, plurimosque in præcipitia scelerum abreptos, precum instantia ab interitu vindicans DEO conciliavit. Obiit plenus meritorum Ann. Christi 1173. *Ex Philippo citat. Ang. Manriq. Chrysoftom. Henriq. &c.*

Angeli ipsi apparent.

Cordium secreta novit.

B. Radalphi

In Monasterio Affligemienfi B. Radulphi monachi cognomento Tacentis. Is illustrissimi Cænobii haud minimum sydus, Regularis disciplinæ observantissimus, silentii autem studio longè utilissimo, addictissimus fuit, cui perfectius condiscendo, septennium totum (five, ut Cantipratanus habet, totos 16. annos) impendit, sibi que loquendi facultatem prorsum interdixit. Quantus autem in oculis DEI esset, orator hic mutus, insigni prodigio innotuit, cum solo Crucis signo, ingentis incendii horribiles flammæ, prodigiosè atque illico conso-pivit.

S. Gualfard.

Ipsa die natalis S. Gualfardi Eremitæ prope Veronam, qui Sanctissimo Camaldulensium nostrorum instituto se devovens, in eodem admirabili rigore, corpus suum perpetuo quasi Martyrio excrucians atque exhauriens, post multa præclare gesta, sancto fine decessit, anno Christi 1127. *August. Valerius, Angu-*

stinus Florentinus, qui Gualprandium appellat. VVion. &c.

In Monasterio S. Martini in Germania depositio S. Liutfridi Abbatis, qui ferè 30. annis mundo crucifixus, & soli DEO vacans & vivens, in senectute bona quievit in pace, anno Christi 1096. *Ex Berthold. Constant. ad Herm. Contr. Arn. Duac. &c.*

S. Linsfridus

In Monasterio Spanheimensi B. Sophiæ, discipulæ S. Mechtildis, de qua *Trithemius noster in Chronico Spanheimensi, & nos in Roseto German. & Annal.*

B. Sophia.

In Monasterio Iotrensi S. Sabinæ Virginis, testimonio sanctimonie singularis, quæ ob Angelicam puritatem, visionibus divinis asuefacta, à B. Virgine DEIPARA, sibi cum copioso Beatorum agmine apparente, de hora transitus S. Hugonis Abbatis Cluniacensis certior facta, eodem quo obiit ille momento sodalibus indicavit, multisque charismatibus pol-lens, eum ad gloriam subsequuta est. *Ex Car. Sauff. & Liliis nost. Gall. Bened. &c.*


S. Sabina Virgo.

In Gallia B. Oildis Virg. quæ sæculo renuncians S. P. N. Regulam sub sacro Cisterciensium nostrorum amplexa Instituto, Christo Virginum sponso, mentis puritate, & charitatis amplexu firmiter adhæsit, ad quem Virtutibus & signis illustris migravit. *Ex Menol. Cist. &c.*

B. Oildis.

In Hispania Ven. viri P. Ambrosii monachi Ferrariensis (de Herrera.) qui Charitatis, humilitatis & obedientie admirandis exemplis celebris, cælestes consolationes inter orandum experiri meruit, easque inter, gravi quandoq; morbo oppressus, & lecto affixus, speciosum præ filiis hominum cælesti splendore circumdatum, & candidissimo Cisterciensium nostrorum cucullo indutum conspiciens, mirificè recreatus, & prodigiosè restitutus convaluit, postque annos aliquot sancto fine decessit, anno Christi 1613. *Ex Thesauro Obiit 1613. Monast. Perf. Henriq. &c. & Bened. Redivivo, &c.*

V. Ambrosius



MENO.

MENOLOGII BENEDICTINI,

LIBER QUINTVS.

MENSIS MAIUS,

CALENDIS MAII.

I. Maij.

S. Asaphus Episc.

IN Anglia S. Asaphi Episcopi. *Mart. Roman. Asaphus, S. Kentigerni Abbatis discipulus, egregia vitæ sanctitate, post absolutissimi Magistri sui decessum, Magistrii honorem assequutus, & Abbas creatus, è Cænobio postea ad Cathedrâ Pontificiam extractus atque euectus est. Meruitque tantum apud suos, rarissimo vitæ sanctioris exemplo, & præclarissimè gestis, ut non contenti Pontificem tam illustrem olim habuisse, perperum etiam cû Ecclesiæ Cathedralis, tum Urbis & Dioceseos universæ Patronum sibi deligeret; neq; hoc solum, sed & Ecclesiam Urbem atque Diocesim easdem, perpetuo ad posteritatem omnem meritorum tanti Pontificis, & grati sui animi in meritissimū Tutelarem monumento, ab ipso, Sancti Asaphi nomine, appellandam decernerent atq; appellarent. Claruit vir sanctissimus sub A. C. 580. cujus acta dolendum est injuria temporum, & scelere impiorū, pleraq; deperiisse. *Ex Hist. Britann. Annal. nostr. Benedict. Arnoldo Duac. Hug. Menard. &c.**

Patronus sua Cathedra.

Clar. 580.

SS. Zoerardus & Benedictus.

In Vngaria SS. Monachorum Zoerardi Confessoris & Benedicti Martyris. Zoerardus rusticis quidem, sed piis admodum natū parentibus, è Polonia, ad Zoborense nostrum in Vngaria Cænobium delatus, à Philippo Abbate susceptus, cucullum insigni vitæ sanctitate mirifice ornavit. Monasticis autem disciplinis, fraterna ex acie, ad singularem eremum pugnam benè instructus, ingressus solitudinem, assiduum carni bellum denunciavit, nec nisi post triduum exhausta jejuniis membra refecit. Quadraginta solemniore Ecclesiæ jejunio dies, solis quadraginta nucibus exegit. Laboribus præterea perpetuis sudans, ita ut quandoq; longius à cella positus deficeret; quem insolentissimo obsequii genere, Angelus spectabili apparès vultu, vehiculo impositum, ad cellulam revexit. Trunco quercino, sellæ loco usus, eum sæpe circumdederat, præcutis undique arundinibus præfixa & metuen-

Mirus rigor.

Voluntarii Martyrium.

B.

da, ut ad somnum capiendum confidens, quamcumq; in partem corpore nutaret, graviter faucibus somnum rumperet. Ad-didit tertum desuper ligneum, quatuor hinc inde lapidibus obarmatum, ut si caput consopitum quocumque inflecteret, lapidi graviter caput impingens, somnolentiam lueret. Tam longo, tamque gravi Martyrio benè excoctus, coronandus denique digna his cruciatibus & patientia, laurea in cælum abiit, paulo ante mortem præcipiens, ne quis de vestimentis quidquam sibi detraheret, prius quam Philippus suus Abbas adesset, qui cum de more lavandum sacrum corpus vestibus dispoliaret, ipsis ferè visceribus immersam catenam, ex nodo solum apparente deprehendit. Ad cujus cellam, fortè deportatum latronis defuncti cadaver, prodigiosissimè revixit, & is homo, locum dein sanctè incolens, nunquam deseruit. Pari miraculo, reum in patibulo suspensum, invocatus Zoerardus, mirè solum restituit, quantique apud DEVM meriti esset, maximo sanè miraculo demonstravit. Benedictus autem, Zoerardi discipulus, triennium supervixit, magistri rigorem & vitam sedulo imitatus, donec latronum scelere, spe prædæ, jugulatus, & ipse ad triumphos Martyrum æternos pergeret. Abiectus à latronibus in flumen proximum, annum integrum suis latuit, toto illo temporis decursu ripam fluminis aquila servante, donec tam assiduo ejusdem obsequio & indicio proditus, incorruptus prorsus reperiretur, eodemque cum magistro tumulo condere-tur. Floruit uterque sub Anno Christi 990. *Ex Vita per Maurum Episc. Quinque-Ecclesiensem, Carolo Stengelio, Annal. nostr. Germ. & Bened. &c.*

Moritur.

Defunctos excitat.

S. Benedict. Mart.

Clar. 990.

Rhemis depositio S. Theodulphi Presbyteri & Confessoris. Is illustri admodum ortus genere, Palatinæ gloriæ, humilitatem vitæ Monachicæ longè prætulit, quâ in Divi Theodorici Cænobio professus, omni contentus vilitate, extremis omnium esse

S. Theodulphus.

Ad stivam
Claret.

esse studuit, boumque atque aratri curam habuit. Eximiis ad stivam miraculis illustratus, cū virgam aridissimam sive stimulum humi fortè defixisset, mane reversus, frondiisse vidit; quam viator fortè quidam defecans, facinus illico luit cæcitate. Sed & aratrum deinceps Theodulphi in Ecclesia suspensum, contra dentium dolorem insigniter valuit, cum assulæ minimæ inde petita pessimo malo certum remedium afferrent. Abbas postea electus, sanctitatis rarissimæ exemplo, facem discipulis prætulit; miraculorum autem gloriâ mirè refulsit, atque omnis generis morbos prodigiosè sustulit. Equū præstantissimum Austrasiorum Legati extinctum, ad vitam revocavit; porcum, in Fratrum puteum prolapsum mirabiliter extraxit, cum ipso orante, aqua ab imo puteo centū profunditate pedum emergens atq; exundans, porcum incolumem reddidisset. Rusticum viam publicam aratro profcindentem, cum reprehenderet, & ille negligeret; reversus eadem via, & caput hominis contingens; *Per caput*, inquit, *istud, te homo contestor, ne viam istā amplius ares*; moxq; cum verbis, ea quam tetigit capitis pars, candida, ut lana apparuit, quo deinceps prodigio ac signo, omnis agricolæ illius posteritas notata fuit. Mortuus est nonagenarius, cælitum antea visione recreatus, & de exitus sui felici hora edoctus, sub A. C. 590. *Ex Vita, Flodoardo, Menardo, &c.*

Mortuus
590.

S. Theodardus
Episc.

Apud montem Albanum depositio S. Theodardi Episcopi Narbonensis. Hic nobiles genere parentes in territorio Cadurcensi habuit. Verum contempta sæculi vanitate, cucullū amplexus, in Monasterio S. Martini Montis-Aureoli monachū professus est. Ob insignia a. vitæ merita, ad Archiepiscopalem Narbonensis Ecclesiæ cathedram evectus, cū multo tempore eidem strenuè & utiliter præstitisset, divinitus de obitu suo monitus ad Monasterium suum reversus, ibidem dignissimè præparatus, vocantem ad contubernium Sanctorum Dominum expectavit, & à morte sepultus est, claruit sub A. C. 887. *Ex Crucio Hist. Narbon. Claud. Rob. Hug. Menardo, Ioan. Chenu, &c.*

Clar. 887.

S. Vltanus
Abbas.

Ipso die S. Vltani Abbatis & Confessor. Vltanus Philtani Hiberniæ Regis filius, Christi servitutem universis pompis atq; illecebris sæculi prætulit. Monachum in Knobbersburgensi Cænobio professus contemplationis postea studio, in solitudinem aliquamdiu concessit, cumq; ger-

mano fratre suo S. Furseo aliquamdiu vixit, regium corpus fervire spiritu miro rigore condocesciens, & orationis assiduo studio arduisq; manū laboribus tempus utilissimè transigens. Postea Zelo Apostolico verbum DEI prædicandi exardescens, fratremq; in Gallias sequitur, S. Gertrudis Nivellensis Abbatissæ familiaritatē meruit; ab eaq; villam, à situ loci Fossas appellatam, in territorio Leodiensi obtinuit, in qua insigni constructo Cænobio, primò eidem Abbas præfuit, suumq; germanum alterum S. Foillanum Martyrio coronatum divinitus cognovit, eoq; deductum honorificè sepeliit. Vbi & ipse denique, Regii generis decus, & virtutis admirandæ exemplar imortale, post vitam sanctissimè exactam, sui corporis exuvias relinquens, ad palatia æterna concessit. Ejus alias inter virtutes, peregrinorum & hospitum, veteri & proprio Benedictinorū instituto, cura diligentissima comendatur, quam in præcipuis semper habens, tantopere suis comendavit, ut non tam Cænobium, quam peregrinorum & pauperum hospitium appellari voluerit, neminemq; excludens, omnes tanquam Christum summa gratulatione exceperit, inque adventantibus quibuscunque adoraverit, & reverentissimè complexus sit. Decessit autem hac die; cuius tamen solemnitate Fossenses in diem 3. Non. Maij transferunt. *Ex Sigeberto, Vincent. Beda, Molano, Trithem, &c.*

Apostolus
gentium.

Ejus Hospita-
litas.

S. Briocus

B. Bernardus
Carden.

In Britannia Minori depositio S. Brioci Episcopi & Confessoris discipuli S. Germani Episcopi Parisiensis. De quo solemnior eij Traslacionis festo die 18. Octob. Romæ depositio B. Bernardi S. R. E. Cardinalis, vitæ meritis illustrissimi. Hic Monachum primo apud Claram vallem professus Doctorem Mellifluū perfectionis magistrum & exemplar habuit. Ob egregias a. virtutes, Eminentissimo Patrū purpuratorum adlectus Senatui Cardinalis Diaconus Tituli SS. Cosmæ & Damiani creatus, cum honorem summa animi demissione, & rarissima vitæ puritate mirificè adornas, humillimus idem & Eminentissimus, Cardinalis & Monachus, ab omnibus mundi illecebris alienissimus, sanctitatis celebrer titulo, è sacro collegio peregrinantium, ad felicissimum illud assumptus est æternaliter triumphantium. Et si autem omni virtutum genere decoratus venerandus cunctis extiterit, & inter præcipuos viros, quos illo ævo sanctitas comendavit, egregium locum

Munera ex-
cratur.

Elogium.

cum obtinuerit, inter primas tamen laudes ejus præcipuè celebratur, adeo à numeribus fuisse alienum, ut sanè admirandè eo nomine plurimis videretur. De quo Sarisburienfis alia inter: *Bernardus Cardinalis, inquit, Roma degens, in excelsis singulariter habitavit, excutiens manus suas ab omni munere, ut nondum natus sit, cujus aurum vel argentum in munus acceperit, &c.* Obiit felicissimum regii & Apostolici honoris speculum sub A. C. 1170. *Ex Ioann. Sarisbur. Cuf. Card. Baron. Ferd. Vghello, Henrig. &c.*

B. Philippus
Episc.

Nuceria in Vmbria B. Philippi Episcopi, qui ex Comite Atignani, humilis Fontis Avellanæ Monachus, delicias sæculi hujus magno rigore mutans, cum insigni vitæ sanctimonia celebrer haberetur, è Monasterio ad Pontificatum Nucerinum extractus, cum Cathedram illam magnis impleffet virtutibus, & meritis plurimis provinciam obstrinxisset ad gaudiū Domini servus fidelis assumptus est A. C. 1285. cujus sacrum corpus Anno Christi 1623. solemniter elevatum, & ad Cathedralē Ecclesiam, cui præfuerat translatus est. *Ex Ferd. Vghello, Lud. Jacobillo, qui tamen 1265. extinctum vult. & monim. Nuceria.*

Obiit 1285.

V. Matthæus
Camald.

Eodem die felix obitus Ven. viri Matthæi Monachi & Prioris SS. Angelorum Florentiæ, Sacræ Congregationis nostræ Camaldulensis, de quo ita Historia Ord. *Iustus coram DEO in vita & morte, ut Religiosus, sic hilaris; imo nunquam latior, quam moriturus: Cujus cadaver, inquit Beatæ memoriæ Ambrosius Camald. ex anime, omni vitro purius & mundius, nulla refragante macularidebat, eā quā migrarat serenitate in ejus vultibus perseverante. Vidimus in illo, atq; eus corpore signa futura gloriæ.* Cujus obitum sive potius abitum cum dedolere se non posse, idem Ambrosius fassus esset, subit: *quāquam certò scio, meritis exacta sanctissima vitæ, gloria celesti ac beatæ immortalitate donatum, esse que advocatum nostrum apud Patrem.* Ita Ambrosius. *Ex communicat. RR. PP. Camaldul. Venet. Mauro Marchesio, Cajet. &c.*

Signa gloriæ.

S. Bertha.

Rhemis in Campania passio S. Berthæ Abbatissæ. Hæc natione Galla, nobilibus parentibus edita, uxor primum S. Gumberti itidem Martyris, Dynastæ potentissimi, à quo ex pietatis devotione, mutuo consensu separata, conditumq; à se loco quem designaverat Angelus S. M. V. de Avenay Cænobiū ingressa eidem pro singularib9 meritis Abbatissa præfici meruit, Cui cum fons aquæ lypidæ deesset, ipsa à proximæ sylvæ possessoribus, fontē

emens, hunc grandi miraculo, vi orationis, duobus ferè diffitum miliaribus, largiter fluentem ad Monasterium deduxit. Privigni deniq; ejus contra eam æstu avaritiæ exurgentes, ipsam interfecerunt, qui tamen ulciscente Numine omnes in rabiè vetri, teterrimo sine obierunt. Berthæ vero corpus centum ab obitu annis repertū incorruptissimum, adeo sanum & quasi vegetum, ut sanguine etiam recentissimo deflueret, atq; si eadem ipsa hora Martyr occubisset. Requiescitur, juxta maritum olim suum similiter Martyrem in Monasterio S. Petri Rhemensis. *Ex Sigeberto, Renato Bened. Carolo Sauff. Arnold. Duac. &c.*

Grandemiraculum.

B. Sapiencia
mon.

In Brabantia, Monasterio de Rameya depositio B. Sapientiæ Monialis ibidem, B. Idæ de Nivella sociæ & familiaris. Hæc quanti meriti apud Deum esset, vel ipsius quidē Christi Domini, dignantissimo erga ipsam favore est declaratum, cū desperata valetudine laborante Ida sociæ tam chara, tamq; utili ac felici Divini amoris magistra, ob illud ipsum sapientia in conspectu Dei cor suum validè affligeret, interque ferventissimas preces, multo lachrymarum imbre largius deflueret. Non potuit continere misericordiæ viscera Virginum sponus, Virginis filius, quin amantissimam sui ipse solaretur, & forma humanis etiam conspicua oculis, ploranti adesset, mœroremq; præsentia sua non solum pelleret, sed & Idam ipsi reddendam incolumen promitteret, hisce affectuum plenissimis vocibus eam dignatus alloqui: *Sopiat, ô soror, tristitia tua, & lachrymarum rivulus ab oculis tuis effluere cesset; quoniam Ida dilectæ meæ, hæc vice non morietur.* Ut facile appareat, quanti sit facienda, cujus amicitia cum Ida tantopere Deus approbavit, & lachrymis tantū dedit, ut non Angelū mitteret, qui solaretur, sed ipse occurreret Deus totiq; consolationis. *Ex Ioan. Gillemans. Liliis Cist. &c.*

S. Idam deplorat.

Eam Christus solatur.

Elen S. Arnulphi.

Aldenburgi in Flandria elevatio S. Arnulphi Episcopi Sueffionensis facta A. C. 1121. per Lambertum Noviomensem, & Lisiardum Sueffionensem Episcopos, ex auctoritate Patrum Concilii Bellovacensis, eadem multis & egregiis miraculis illustrata. *Iac. Meyer. Ioan. Molan. &c.*

Furnis in Belgio translacio Reliquiarū SS. Wilibaldi, Wunibaldi & Walpurgæ facta sub Ottkero VI. Eistetteni Episcopo & Balduino Ferreo Comite Flandriæ sub A. C. 870. parte Reliquiarum huic concessa. *Ex Gretsero, Molano, &c.*

SS. v. Vilib. v. v. unib. v. v. Walpurga.

Ipsa die solemnior olim fuit Translatio S. Wal-

S. VV. alpurg. S. Walpurgæ Eichstadii, cum sacrum ejus corpus ad illum quo hodie colitur locum transferretur. *Exitatis.*
El. SS. plur. In territorio Abrincensi elevatio SS. Vitalis, Gaufridi & Guilelmi Abbatum, necnon Petri & Hamonis Monachorum facta solemnè admodum pompa ab Episcopis Cenomannensi, Abrincensi & Redonensi, de quibus singulis suo loco.
S. Amelbergæ In Monasterio Blandiniensi translatio S. Amelbergæ Virg. & consecratio primæ

Basilicæ Cænobii ejusdem per S. Aman- dum. *Ioan. Molanus, &c.*
 Eodem die translatio S. Ioannæ Ca- *S. Ioanna.* maldulensis, facta per Iacobum Castella- num, & Guilelmum Aretinum Episco- pos A. C. 1287. pompa per celebri institu- ta, ob patriam ejusdem Divæ patrocini- o, à pestilenti lue liberatam. Ex August. Florent. Histor. Camald. Arnold. Duac. &c.

VI. NONAS MAII.

II. Maij.

S. VV. iborad. **I**N Alemannia, Monasterio S. Galli, na- talis S. Wiboradæ Virginis sanctimonia- lis & Martyris, quæ irruentibus Vngaris in Germaniam, in sua cellula martyrio coronata in cælos evolavit. Wiborada no- bili orta genere, virtute multo nobilior extitit, tunc maximè, quando Monachi- cis exculta disciplinis, rigidissimo edo- mandis corporis exemplo, Inclusorum vi- tæ arctissimum complexa institutū, Mar- tyrio in super consecravit. Eam magnus ille Vindelicorum Pontifex Vdalricus, à puero in Divi Galli educatus, ut matrem sanctè dilexit, neque alio deinceps nomi- ne, etiam Pontifex, quam suæ Matris ap- pellavit. Ipsum cingulo aliquando do- nans Wiborada, è fetis equorum confe- cto, adversum castitatis Virgineæ hostes mirè instruxit, de eventuris etiā, creden- disq; ipsi Pontificatus infulis disertè edo- cuit. Eodem spiritu Germaniæ cladem ex Vngarorum irruptione prædixit, diem et- iam ipsum qui pari calamitate S. Galli op- pressurus Cænobium esset, Engilberto Abbati, in sequentem annum designavit. Monita autem, ut quod suaderet aliis, & ipsa periculum subterfugere non præter- mitteret, Martyrii sibi decretam lauream respondit: *Et ego, inquit, confidens de adju- torio Dei, nō timebo quid faciat mihi homo &c.* Nec retulit quidquā sic respondenti Ab- bas, sed lachrymis vultum perfusus, sese amoris & curæ Virginis commendavit. Se- quenti anno consequuta quæ prædixerat omnia; dilapsisq; jubente ipsa, ad tutiora monachis, vastatunt Divi Galli Cænobiū Vngari; Wiboradam a. effracta cellula in præces intentam, & spiritum contribulatum Deo sacrificantem, vestibus exspoliant, tum tribus in capite vulneribus faucia, femine- cem, suoq; projectam in sanguine & cili- cio relinquunt. Supervixit in alteram usq; diem Martyr, funcribus non nisi octiduo

post paratis, quod Vngarorū infidiæ me- tuerentur & caverentur. Tū incorruptis- simo etiamnum, abluto de more corpore, nec vestigiū quidem cicatricis apparuit, præter unum, latum ambitu voluntarii Martyrii vulnus, quod catenæ ferreæ per- petuo affricu admorsuq; tenerriima Vir- go sibi ipsa intulerat, quam paulo ante mortem resolvens, ne deprehenderetur absconderat. Eam ipsam a. (voluntate Numinis, mulier viris exemplum rigoris ut esset,) excubantibus ad sacrum funus, ipsa apparens, ubi abdidisset prodidit, & ut secum sepelirent, imperavit. Sollici- tis qualiter mortuā componerent, quod pede & brachio flexis obriguisset; mirum dictū! visa Virgo se se ipsam tumulo apta- re, & brachium atque pedem extendere, faciem miro quodā rubore perfusa, qua- si in risum hilaresceret. Excelluit miris deinceps prodigiis; quæ inter, lampade ad tumulum ejus usque tertio sponte suc- censā, cælesti alias lumine & odoris fra- grantia Basilicam implentibus. Sed & illud rarius, cum frater ejus germanus, B. Hittho ejusdem Cænobii monachus, fa- niculum circa ejus tumulum fixisset, mirè excrevissens, tota etiam hyeme, viruisse nō solum, sed eousque excrevissens, ut comis in modum ferti nexis, sepulchrum inte- geret, & dignissimè coronaret, quod plu- rimi dein, variis remediū morbis, & effi- cacissimum & prodigiosissimum expe- tire. Passa est A. C. 925. *Const. nost. Bened. Eckhardus, Hepidannus, Mezlerus, Marian. Bucelinus, &c.*
 Luxovii S. Walberti Abbatis Luxovi- ensis, Episcopi Meldensis & Confess. Hic illustrissimi generis illustrissima propa- go, Hagnericum Burgundiæ Comitē, apud Theodoricum Regē auctoritate pa- trem, matrem, Leodegundā pari nobili- tate fæminam habuit, utrumque pietate atque

Ejus fratres. atq; in viros Religiosos & pauperes bene- ficentia spectatissimos. Fuit & germa- nis fratribus felix, SS. Pharaone & Cha- gnoaldo Episcopis, necnō Burgundofora, Abbatis, sorore; quorū decantatissimū nomen ob egregiā vitæ sanctitatem, toto terrarū orbe celebratur. Walbertus, uxore primum ducta, spectatus & ipse inter Proceres Regni, pietatem tamen paren- tū, præ omni hæreditate, imitando com- plexus, S. Bertino Abbate familiariter usus est, ipsum adeo solitus revereri, ut absque ejus recedere benedictione, religioni sibi duceret; qua sine subitò evocatus cum fortè recederet, mox equo excussus, membris graviter collisis, Divi Bertini ejusdem ope prodigiosè curatus est. Do- tavit proin liberalissimè tanti medici Cæ- nobium, neque multo post cucullum am- plexus, magisterio sese ejusdē plenè sub- didit. Luxovium postea missus, ea ibi- dem vitæ & morum gratia effulsit, ut di- gnissimū universi reputarent, quem mor- tuo S. Eustasio, sanctissimi Cænobii Abba- tem constituerent. Inde postea ad Mel- densis Ecclesiæ Cathedram evectus, æter- num eidem admiranda vitæ sanctitate, & miraculorum gloria (*in finitibus*, namque ait Trithemius noster *miraculis claruit*,) no- men & famam peperit. Vixit tempore Theodoberti Regis & successorum. *Ex S. Vincent. Iepes, Meyero, Molano, &c.*
Mire cura- tur. Treveris S. Theodulphi Presbyteri & Monachi. Is generosissimo rerum sæcu- li hujus, honoris, opum, deliciarum con- temptu sublimis exsplenduit, cumq; esset Magni Caroli Imperatorum gloriosissimi nepos, in domo Dei abjectus esse elegit, & in quodam Urbis an territorii Treveren- sis Cænobio, cucullo se condens, omni virtutum genere excultus, sanctitate illu- strior evalit, quam quisquam Regno & summo Imperio fuerit. Claruit sub A. C. 860 *Cratep. & divers. rer. Trever. & Colon. script.*
Ejus perfectio In Monasterio Sithiveni depositio B. Bertini cognomento Junioris. Hic illu- strissimis natus parentibus, patrē S. Wal- bertum Burgundiæ Principem, Comitē Arckenlem, matrem pari nobilitate Re- gentrudem habuit. Ostendit Berrinus, non tam opum, quam virtutum patris sui hæredem se esse, eademq; ejusdem per omnia imitatus studia, in ipso etiam quo primum ille Cænobio, cucullum ample- xus, magistrum perfectionis eundem quem pater, S. Bertinum seniore habuit, à quo ipso, Patrino olim suo in Bapti- smate nomen meruit, præclare ab ipso fa-

cta, dignissima affectus imitatione, atq; in eodem Monasterio vitam sanctè con- cludens, summo deinceps in honore post mortem est habitus, cujus sacrum corpus una cum Reliquiis S. Erchenbodonis su- pra majus altare in Ecclesia Canonico- rum S. Andomari repositum, venerationi fi- delium fuit expositum. *Iperius, Molanus, Menardus, Ann. nost. &c.*
B. Aibertus Crispinii festivitas S. Aiberti ejusdem Cænobii Monachi. De quo nos libro su- periore 7. Aprilis juxta Mart. Rom. die depositionis, cum hæc translationis vi- deatur.
B. Conradus mon. In Cænobio Montis Angelorū in Hel- vetia, passio B. Conradi loci ejusdem fun- datoris & Monachi. Conradus liber Ba- ro de Seldenbüren agri Turicini castro & Dominio, virtute ut genere atque opibus præcipuè effulsit. Cum autem non tam sibi quam Deo viveret, maturo tempore, ei à quo sibi bona evenerant omnia, red- denda decrevit. Cænobium proinde cū prope Buchs pagum multis exemplis mo- liretur, mox quæ construxerat corruenti- bus, locum à Numine reprobari doctus, indomiti tandem bovis ductu, repetitaq; frequentius Angelorū musica, aream cui hodie incumbit Cænobiū delegit, & quo erat singulari in Dei param studio, magne Matris honori nuncupavit, quod tamen postea & à prædicto Angelorum concen- tu, & quod loco editiore situm, Angelo- montanum appellatum est. Secundum *Deipara ad- dictus.* hæc, rebus mundi hujus valere jussis, No- bilitatis suæ insignia, coronatam galeā, paludamentum, telum, ac pugionem me- ritæ militiæ symbola, sumæ aræ imponēs, Deo Deiparæq; consecrat, aliis deinceps armis supremo Imperatori militatur. Ha- buit per insignem novæ militiæ magistrū, *Rigor vitæ.* S. Adilhelmum primum loci Abbatem, cujus exemplo excitatus de virtute in vir- tutem, quotidianis passibus mirè profecit, sacro vitæ rigore, precibus, vigiliis, je- juniis, lachrymis, flagris, aliisque carnis castigationibus semet conficiens, ut for- ma omnis, vultusque venustas ac gratia defluerent. Fuit dignissima Monacho animi præditus demissione, qua fiebat, ut omnium vilissimum se reputans, o- *Obedientia.* mnibus sese submitteret, omnibus ser- viret; Abbati autem per omnia obe- diret, in obedientia demum vitam cum sanguine profunderet. Missus nam- que à Sancto Antistite, tuendæ rei domesticæ causa, quas nonnulli sacri- legè invalerant, ab eorum quopiam specie

Prophetissa.

Ejus magna- nimitas.

Eit Martyr.

Ejus cilicium

Mira post mortem.

Medicina prodigiosa.

S. VV. albert. Abbas.

B. Aibertus

B. Conradus mon.

Fundat Mo- nasterium.

Deipara ad- dictus.

Rigor vitæ.

Obedientia.

Fit Martyr.

specie officii comiter exceptus, inter simulatos amplexus, bino in latus utrumque inflicto vulnere confectus est Ann. Christi 1126. Percussorem festinus quoque mucro vindex trajecit; Conradus autem in Monasterio suo digno honore conditus, miraculis deinceps frequentibus à DEO commendatus effulsit. *Ex monim. Canobii Engelberg. & communicatione Rmi. DD. Placii ejus loci Abbatis, Constantia nostra Benedictina, Annalib. & Ephemerid. Mariano Bened. Stumpffio, &c.*

B. Guarterus

Pontifex B. Guarteri Abbatis; qui egregiis virtutibus & admiranda vitæ sanctitate sub A.C. 1120. Ordinem nostrum ejusque lectissimam Reformationem Cisterciensem exornavit. *Ex Menol. Henric. &c.*

B. Mafalda Regina.

In Lusitania B. Mafaldæ Regiæ Monialis Aroquensis, signis & Virtutibus gloriosæ. Mafalda Sancii Lusitaniæ Regis filia, Alfonsi II. foror, Henricum primū Castellæ Regem maritum habuit, à quo ob nimiam sanguinis propinquitatem, publica sententia disjuncta, orbitatem solata cucullo, in restituto suis sumptibus Aroucæ Cænobio sese condidit. Effulsit rarissimis Virtutibus, à præcipua in primis erga Sanctissimam Trinitatem devotione, & SS. Angelorum veneratione commendata. Fuit orationis etiam, & sacro meditationis studio dies noctesque addictissima, tenerrimi item & Regii corpusculi hostis acerrima, quod asperrimo affligens atque atterens cilicio, multis jejuniis attenuabat, feriis II. IV. & VI. solo pane & aqua sese reficiens. Silentii insuper studiosissima, & tenacissima disciplinæ Regularis, variis in vita & post obitum signis à Deo meruit illustrari. Cum autem felicem transitus horam propediem sibi instare certa foret, de sepultura sua, ipsa disponens, funus suum mulæ imponi, atque ibi demum sepeliri jussit, ubi mula subsi-

Rigor vitæ.

steret. Obiit autem prope Amaranthum, & mula sacro onusta corpore, nullo duce Aroucam contendens, templum ipsum ingressa, stupentibus universis, flexis ante aram S. Petri genibus substitit non solum, sed & deposito pretiosissimo onere, mox ibidem extincta est. Nuda proin omni veste sancta regina prout moriens flagitaverat, grandi solum suo ad staturam corporis cilicio cooperta, tabulæque cinere conspergæ imposita ac sepulta, multis deinceps atque insignibus prodigiis celebrata est, innumerabili populi multitudine ad tumulum ejus confluyente. Inventum est nostra ætate sacrum ejus corp9 A.C. 1617. incorruptum, præter paucas partes, quibus ossium aliquid apparebat, cæterum facie ita vivida ac florida, ac si ea ipsa hora vivere desiisset, cælesti odoris fragrantia universos recreante, Angelorum etiam centu à nonnullis audito, & præsentem ac intuentem Episcopo, non paucis ibidem prodigiosè curatis. *Ex Ant. Vasconcelio, Roder. Archiep. Tolet. Ang. Manrique, Bern. Brito, &c.*

Miracula.

Incorruptio

In Monasterio Sithiu gloriosa elevatio pretiosissimi Confessoris Christi Bertini Abbatis cognomento Senioris, facta Anno Christi 1052. *Ex Annal. Flandr. Jacob. Meyer. Molano, &c.*

S. Bertinus

Merbeccæ elevatio SS. Berlendis, Celsæ, & Nonæ Virginum Monialium. *Mennardus, Molanus, Iac. Meyerus, Arnold. Duacen. &c.*

SS. Virg.

In Hibernia dormitio Apostolici viri Candidi Monachi Nucalensis, postremæ ætatis nostræ speculi & miraculi, mortuorum mirifici suscitatoris, qui innumerabilem mortalium multitudinem verbo & exemplo convertit, & Christi anno 1616. in pace quievit. De quo nos prolixius 15. Decemb. Festo S. Candidi Martyris Africani, die ipsius natali.

P. Candidus

V. NONAS MAII.

III. Maij.

S. Aufridus Episcopus.

Trajecti depositio S. Aufridi ejus loci Episcopi & Confessoris. Aufridus sive Ansfridus, ex potentissimo Brabantia Comite, humillimus Christi servus effectus, de celeberrima in primis Trajectensi Ecclesia & Episcopatu æternū meruit, quibus amplissimis donationibus liberalissimè consulens, celeberrima loca & ditiones ejusdē sedis Episcopis assignavit, & splendorem promovit. Neque minus

de Leodiensi Cathedra meritus, Comitatum opulentissimum Hoyensem eidem tradidit, sed & apud diversas alias Ecclesias, sive Fundatoris sive dotatoris gloriosissimos titulos sibi comparavit. Ipse demum generosissimo contemptu, opes ac potentiam sæculi, ut vanitatem vanissimam risit ac despexit; & conjugem Hilsmundem, filiamque Benedictam, in condito à se Cænobio Thurinensi, volent-

Fundator Ecclesiarum.

Fit Pontifex.

Abdicato Pontificatu cum illum amplectitur

Cultor Dei para

S. Ioannes.

Fit Episcopus Eugubinus.

S. Valtherus.

Regis Scotia filius.

Archiepiscopus & primas Scotia.

volentissimo DEO consecrans, in Clerum adscriptus, Ultrajectensis demum Ecclesiæ Pontifex ordinatus, quam temporalibus olim bonis munificentissimè instruxerat, exemplo vitæ, & Verbi Divini prædicatione, cumulatissimè beavit. Appetente autem senecta, ubi dilectus filius, caligantibus oculis, cæcitate flagellatus, flagellum amantissimi Numinis reverentissimè ad osculatus atque amplexus, condito haud procul Amerfordiâ, in honorem Admirabilis Matris, quâ impensius dilexerat, Môtis Sancti Cænobio, relicto amplissimo Præfulatu illic se abdidit, & sanctissimæ Regulæ nostræ diligentissimè observantiâ, ad summam vitæ perfectionem conscendens, multis virtutibus clarus emicuit, etiam à morte miraculorum gloria à DEO illustratus, quâ felicissimè decessit Anno Christi 1010. in eodē suo Cænobio terræ comendatus. *Ex Hadriano Burlando, Gerardo Noviomag. Anton. Balinghen, Ioanne Molano, Trithemiot. 1. Sanctior. Ordinis, &c.*

Eugubii, Sancti Ioannis cognomento Laudensis, ejusdem civitatis Episcopi & Confessoris. Is Monachum sub Regula S. P. N. BENEDICTI, in Monasterio Fontis Avellani professus, miro vitæ rigore corp' edomuit, & exactissimæ disciplinæ Magistrum juxta atque exemplar magnū illum S. R. E. Cardinalem S. Petrum Damiani habuit, cujus vestigiis strenuè insistens ad Pontificatus Eugubini Cathedram è Cænobio ab uberibus contemplationis & consolationis abstractus, melliflues doctrinæ fontes in medio Ecclesiæ eructavit, eamque sanctissimi exempli radijs mirè illustrans, gravissimis meritis demeruit. Claruit super stite Damiano, qui ejus frequenter in suis operibus meminit. *Ext. 1. SS. Ord. &c.*

In Cænobio Meilrosensi S. Waltheri Abbatis & Confessoris. Valtherus Davidis Scotiæ Regis celeberrimi atque Sanctissimi filius, Malcolmii Pij nepos, majorum virtutem strenuè æmulatus, à rebus mundi hujus, vanis fluxis, illecebrarumque futillum plenis, ita fuisse alienus perhibetur, ut Regiis primū pompis atque deliciis Clericalem præponens vitam, cum ad diversos in eâ etiam honores expetiretur, eâ quoque cum amplissimo & præcipuo Scotiæ Santandreano Archiepiscopatu & Primatus dignitate desereret, ac Monasterio se includens, repositis ad cōmertationem certis horis, reliquam diei partem, unius Numinis amoris & contemplationi impē-

deret, egrè denique, multorum hortationibus & cōtinuis importunisque efflagitationibus permotus, ut Abbas Meilrosensis creatus, præesse consentiret. Præfuit sanctissimè, Abbatum sanctissimorum norma factus, & magnâ miraculorum gloria à Deo honoratus, Sanctorum albo ritu solemnè adscribi à morte meruit. Floruit æternū Regii Scotorum generis decus & ornamentum sub An. C. 1170. cæteraque inter non virtutis solū, sed & ingenii præstantis monumenta, volumen insigne posteris reliquit, quod *Regula Ecclesiastica* nomine inscripsit, eoque Scotiæ in primis Ecclesiis consultum voluit. *Ioan. Lesleus l. 6. rer. Scot. ca. Barnab. de Montalbo, Henr. Arn. t. 1. SS. Ord.*

Monachus & Abbas.

Eius Regula Ecclesiastica.

S. Marculphus.

In pago Laudunensi S. Marculphi Confessoris. In nobilissimis atque ditissimis apud Baiocassinos natus parentibus, puerulus etiamnum, ludos jocos omnis generis execratus est. Litteris & pietate plurimum delectatus, in utrisque progressus juvenili ætate maximos fecit. Eum jam tunc aliquando *Beatissimum* spectabili forma Angelus salutavit: *Pax tibi*, inquit, *Beatissime Marculphe*; quem ad Monasticæ professionem vitæ invitans ac concitans, Childebertum Regem adire, & locum Nantum condendo Cænobio postulare jussit. Regem forte in Ecclesia precibus intentum offenderat; cumque in angulo latens, negotium suum Deo comendaret, ab energumenis prodit' est, altâ voce clamantibus: *Parce, parce nobis Christi serve*

Puer ab Angelo Beatissimus salutatur.

Terrori demoribus.

Marculphe, quos graviter tua præsentia cruciat. Ita protractus ad Regē, facile quæ voluit impetravit, cum intuentem ipso & proceribus, demones illico ab obsessis perscriberet. Condito Nantum Cænobio, plurima deinceps alia fundavit, & totum Monachorum exercitū cælo conscripit. Vitam incredibili traduxit rigore, pane hordeaceo, & crudis herbis contentus; brevi somno, nuda decubēs humo, p̄ cervicali lapidē habuit. Eius precibus, triginta Insulæ Agniæ incolæ, hostiū aliquot millia, insigni & prodigiosa victoria, superavere; inque fugam coniecere. In Venatione regia, cum lepisculus sub vestem ejus cōfugisset, temerarius quidam, mortē ipsi minitatus est, nisi excussa veste leporem abigeret; minitabundus autem ille minas illico ipse luens, dimisso in libertatem lepore, equo excussus, effusis miserandum in modum visceribus, à sancto viro grandī miraculo & beneficentiâ, curatus est, canes autem lepisculo capiundo intenti, adeo solo affixi sunt, ut impunè leporem

Lepisculus ad ipsum confugit.

Mirè servatur.

Ee fugi-

fugientem, sequē ludentem intueri cogentur. Fuit exactissimus disciplinæ Regularis observator, & primæ nostræ in Gallia Congregationis Glanofoliensis, per Bajocentem atque alias provincias, ut hodie vocamus, Provincialis, Monastici rigoris felicissimus propagator. Ob admirandam autē celebratissimamq; vitæ sanctitatē, à potentissimis Galliæ Regib⁹, & principib⁹, sumo in pretio & veneratione habitus, cujus precibus & benedictione perpetua illa & admiranda sane, Regibus ipsdē gratia à DEO concessa est, ut solo manuum contactu, scdissimum strumarum vitium tollant, & prodigiosè quasi abstergant, præter & supra alia, gravissima beneficia, ab eodem DEI amico singulari, in Galliarū regnum amplissimum collata, sive à Numine impetrata. Claruit plurimis alijs maximeque præstantibus in vita & post mortem miraculis, cujus sacra ossa, integerrima cute obducta, multo post, in translatione intuens Sanctus Audoenus noster, cum partem sibi ab Vernuino Abbate rogaret, & caput tollere constitueret, dela-

Strumas curandi gratiam Regibus impetrat.

Miracula.

psā cælitus in manus schedulā, deterritus est, cujus hic tenor fuit: *Cæterorum membrorum Beatissimi Marculphi,* (qui rarissimus titulus, etiam altera vice, voce & scripto, rarissimo sanè Encomio, ipsi cælo delatus, maximi faciendus videtur) *quod vobis sumito: caput autem eius, nequaquam tangere præsumas.* Quod quidem tunc, vultu adeo vivido emicuit, ac si vitali spiritu fo- veretur. Claruit superstes etiamnum sub An. C. 590. *Ex Vita ejusdem, t. I. SS. Ord. diversis rer. Gall. script. Annal. nostr. Benedict. &c.*

Incorruptissimum caput.

Bellovacii, inventio corporis S. Hildemanni Episcopi & Confessoris. De quo suo loco uberius.

S. Hildemanni

Brugis in Flandria translatio B. Idesbaldi tertij Abbatis Dunensis, cujus venerandum corpus innumeris ferè miraculis illustre, ex Bogardio, Dunensium in territorio Furnensi olim refugio, Brugas translatum, & publicè fidelium venerationi expositum, multis miraculis indies illustratur. *Ex rer. Belg. script. Henriquezio, t. I. SS. Ord. &c.*

B. Idesbaldi translatio.

IV. NONAS MAII.

IV. Maii.

E.

S. Gothardus Comes de Scheyren IN civitate Hildesheimensi in Germania, depositio S. Gothardi Episcopi, admirandæ sanctitatis viri. Gothardus Bavarus, Illustrissimo Palatinorum Schyrensi genere natus, cognatus Henrici II. Imp. Ex Canonicorum Præposito Alai-chenensis Monachus, ejusdē postea Cœnobij Abbas esse meruit. Ad Hirsfeldē de- in celeberrimū Monasteriū, Antistes postulatus, id ipsum insigni merito, in statu utroque felicissimè reformavit. Pari dexterritate, in comendatis sibi Tegernseensi & Cremesi usus, & Monachis & Monasterijs præclare consuluit, quorū deniq; absolutā reformatione, curā se abdicās, ad suū Altahense reversus, promptuarium illic locupletissimū, virorum illustrium instituit, & Patres atque Doctores plurimos, sumo cum universæ provinciæ fructu, in diversa passim Cœnobia ablegavit. DEI parentis cultor præcipuus, elegantissimum ejusdem honori templum in Monte Sancto (vulgo *Heiligenberg*) condidit; cujus postea, ut videtur, ductu & auctoritate, Hildesheimensem Pontificatum, ut admitteret, consensit. Bernwardo namque mortuo, cum neque Cæsaris, neque Pontificum suasionibus precibusque ce-

Monachus & Abbas.

Plura Cœnobia reformat.

DEI parentis cultor.

dens, infulas acceptaret; visā per noctē admirabili splendore cultuq; matrona, quæ altercante super electione Clero ac populo, ipsum manu ad Ecclesiam, inter Sanctarum Virginum comitarum duceret, & ut veniam à Crucifixo peteret, admoneret, sub iis psallentium verbis: *infunde unctiōnem tuam, &c.* quæ inter experrectus, reclamare ulterius minimè ausus est. Speculum deinceps, eo honore adito Episcoporum omnium factus, vigilijs, orationibus ferè perpetuis deditus, solatio viduis, orphanis, pauperibus, terrori ac venerationi Regibus & Principibus fuit, ita tamen, ut ab omnibus amaretur juxta ac timeretur. Miraculorum gloriā insigniter effulsi, quibus non corporis solum, sed & animi morbos atque afflictiones mirè depulsi; neque præsentibus solum, sed & imminentes calamitates sæpè avertit. Dæmoni ita exosus fuit, ut nec audire, nec videre se Gothardū, ipse fateretur, & illico quiritabundus profugiens, diu possessā coactus desereret. Claruit & Prophetiæ illustri spiritu, quo & suam, & aliorum mortem diserte prædixit. Sacrum aliquando facere differens, imminente jam prandij horā à suis monitus: nuncium se expectare, super morte

Ejusdem suasionē Episcopatus admittit.

Miraculo sum.

Claret spiritu Prophetico.

morre amicissimi cujusdam, respondit, adfuitque repente, qui Meinwercū Paderbornensem Episcopum è vivis excelsisse nunciavit, pro cujus pijsimīs manib⁹, eā ipsā horā sacris operari, & amico unicissimo justa persolvere non distulit. Mortuus denique est felicissimè, eā quā prædixerat die, A. Christi 1037. cum concinentis Cleri verbis, in Matutinarum laudum officio: *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent; ipse subjiceret: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Inter verba Antiphonæ Festi Ascensionis: *Ascendo ad Patrem meum &c.* Sanctissimū animū corporis solutum ergastulo Deo comendans, subsequēte illico sorte & morte eadē Brunone ephibulo, quem tenerè ac Sanctè dilexerat, metuentique ac quiritanti de optumi Patris ac Patroni discessu, secum certò conducturum promiserat Sepultus in medio Chori Basilicæ principis, eximiis etiā à morte, cui vivens, miraculis gloriosus refulsit. Fundavit & condidit plurima Cœnobia & templa, quæ inter celebre etiā illud Holtshausense Monasterium, quod in honore & nomine S. & Admirabilis Patris nostri BENEDECTI construxit & dedicavit. Idē æterno titulo, de spectatissimā urbe Hildesheimensi præclare meritis, eam plurimum exornavit, cujus à morte, ut & universæ Dioceseos Patronus cooptari dignus fuit. Relatus est in Sanctorum numerum ab Eugenio II. sumo Pontifice in Cœcilio Rhemeni &c. *Ex Annalibus nostris Germania tom. I. SS. Ord. Baronio, Crazio, Vernh. Zimbrensi, Bruschio, Trithemio, Manuscript. diversis, & Chron. Hildesh. &c.*

Bremis depositio S. VVillerici Episcopi & Confessoris. VVillericus, sive VVilharius, S. VVillehadi nostri perfectissimus discipulus, secundus Bremensium Archiepiscopus, Apostolico labore se æternum Ecclesiæ suæ comendavit, & amplissimā provinciam nullis parcens laboribus, sollicitè circumiens, strenuum Prædicatoris officium indefessus peregit, & inanium DEorum infelicem cultum feliciter profligavit, Ecclesias per Diocesim plurimas passim exædificavit, maximam Cleri frequentiam congregavit, Ecclesiæque suam Cathedralem munificentia, erga pastorem tam sibi charum, novelli gregis sui, plurimum locupletatam reliquit, cui cum Annis quinquaginta utilissimè præfuisset, æternā nominis & immortalium meritorum relicta memoriā, Apostolico labore & fructu ditissimus ad felicissimæ æ-

Mortis eius felicitas.

Ephibulum secum ad sidera ducit.

Patronus Hildesheimensis.

S. VVillericus.

Apostolico labore Idolaniam destruit.

Merita eius maxima.

ternitatis præmia evolavit. *Ex Anonymi Brem. Hist. M. Adam. Hist. Eccl. Brem. Annal. nostr. Germ. t. I. SS. Ord. &c.*

In territorio Petragoricensi Sancti Sacerdotis Episcopi & Confessoris. Incertum fueritne Monachus, verosimile tamen fuisse, quem nonnulli cum Sacerdote Saguntino Episcopo confundunt, de quo nos cum Martyrologio Romano die sequenti.

S. Sacerdos

In Monte Thabor, passio plurimorum SS. Monachorum, qui à Turcis everso Monasterio trucidati sunt. Fuerunt hi Congregationis nostræ Cluniacensis Monachi, quæ pridem, ante ea etiam tempore, propagines felicissimæ generationis suæ, non in Orientem solum extendit, sed & aucta ibidem incrementis maximis, crevit in gentem magnam, & Palæstinā maximè à Christianis receptā, plurima illic, Sanctissimis quibusque locis Monasteria condens, cultum Divinum amplissimè propagavit; ac tandem nutantibus ambitione Principum, & scelere militum Christianorum rebus, Sanctissimā provinciā gloriosissimo sanguine pro Christo effuso, impinguis, sequitur æ olim, DEO propitio sementi & messi, aptiorem reddidit. Passi fuerunt, hi gloriosi Martyres, cumque Christo glorificato in eodem monti, in montibus æternis juncti, sub finem nostrorum in Palæstinā imperij. *Ex Annal. nostr. tom. I. SS. Ord. Cluniac. Mon. Men. &c.*

S. S. Martyres in Thabor.

Congregationis Cluniac. laudes

In Anglia B. Ethelredi Merciorum Regis, postea Monachi & Abbatis. Fuit Ethelredus, Pendæ potētissimi & bellicosissimi Merciorū Regis filius, frater Vulpheri Regis, cui & in Regnū successit, annisque uno & triginta sumā in pace felicissimus imperavit. Regalem denique vitā aspernatus, cum feliciorem Monachorum contueretur, Bardoniense Diocesis Lincolnensis Monasteriū ingressus, stupētibus universis, purpurā ac diadema cucullo permutavit, & insuetum vitæ rigore amplexus tanto, non multo post virtutum splendore renituit, ut Abbas ejusdem Monasterij eligi mereretur. Obiit non sine sanctitatis celebri opinione sub A. C. 716. ab eo etiā, ut rarissimo, sic immortalī memoria dignissimo comendandus, quod, præterito filio charissimo Principe Ceolredo, successorē sibi fratris filium Coenredum designarit, quē utilissimū Regno fore, ob pbatissimā sibi pietatis eximias notas nō ignoraverat, qui tamē postea, uti patruū Religiosissimū in Regno, sic & in cucullo sequutus, filio

S. Ethelredus Rex.

Monachus.

Abbas.

Inauditum optimi Regis exemplū

eiusdem Ceolredo, post quinquennij felicissimam gubernationem, Regnum sponte cessit ac resignavit. *Ex Ingulpho Abb. Croyland. Guil. Malmesbur. Matth. Westmonast. Polydoro, Annal. nostr. Bened. t. 1. SS. Ord. &c.*

S. Alexander.

Princeps Scotiae.

In Gallia depositio B. Alexandri Principis Scotiae, Monachi Conversi Fufniacensis, admiranda humilitate conspicui. Alexander pervetusto Scotiae Regū oriundus sanguine, parentes, fratres, cognatos ferè omnes ut genere, sic virtute & vitæ Monachicæ studijs illustrissimos habuit. Eum, cum pater ad suscipienda regni gubernacula cogeret, fratresque majores natu meliorem MARIÆ partem jam elegerent, animo fluctuantem, his verbis aggressa Mecthildis soror, viginti solum

Sororis eius mira Religio.

annos nata: *Alexander, frater charissime, quid nunc ages? Fratres tui majores natu, terram vel mundum deseruerunt, ut Cælum acquirerent; Regnum spreverunt mortale, ut regna perpetua possiderent. Tibi ergo soli Regnum relictum est, pro quo es caelestem gloriam perditurus.* Nec mora resolutus in fletus Alexander: *Heu, ait, toror, quid consulis facere? Paratus ego sum, quidquid jusseris adimplere.* Mirares! tantum apud Principes tantos, melioris perfectionisque vitæ studia potuisse! Recreata responso fratris sancta soror, cum eodem consilium illico de capeffendâ fugâ iniit, mutatisque

Regnum deserit.

vestibus ad remotiora ductum, infueto Regibus labore mirum unde ipsa docta, mulgere vaccas, lac ad coagulum cogere, & probatissimæ notæ caseos formare docuit. Indè pij transfugæ, ad Fonij Galliae Cœnobium delati, & Alexander, suafu sororis pro multore se venditans, cum opera ejus in caseis conficiendis maxime probaretur, inter Fratres Conversos adlectus, S. P. N. Regulam sub Cisterciensium nostrorum ferventissimo instituto amplexus, admirandâ postea excelluit vitæ sanctitate. Recreavit nihilominus dulcissimæ sororis, novellum CHRISTI militem, propinquo agentis loco præsentia, quâ ut carere libens vellet, ad majorem meriti cumulum, rursus soror virili animo generosissima, sic alloquuta quandoque iplum est: *Multum, inquit, apud DEVM meritum acquiremus, quod terram nostram, & parentes dimisimus. Sed in hoc specialissimam remunerationem habebimus, si usque ad tempus futurum, quo nos invicem in caelo ad consolationem perpetuam videamus, ad præsens nos, ut nostrum nullus amplius alterum videat, ab invicem sequestremus.*

Fit Conversus Fufniacensis.

Non potuit, quin in lachrymas erumperet amantissimus meritissimæ sororis frater, graviolem jacturam illam multo, quam Regni totius æstimans, imperavit tamen animo, & avulsionem illam DEO item consecrans, ad mortem usque in Cœnobio incognitus, & vilissimis quibusque servitijs addictus perseveravit. Facto tamen quopiam pene proditus fuit, cujus vel sola quidem recordatio, sui contemptorem gravius afflixit: Aprum siquidem immani magnitudine ac ferocia infectatus Hugo de Birmennio vir nobilis, cum cursu denique multo fatigatus ille resisteret, dentesque adversum equitem obarmaret, trepidantem nobilem conspicatus Alexander, qui p̄p̄inquo loco vaccas curaverat, arrepto è manibus consternati pugione, bestiam athletico ausu aggressus, feliciter triumphavit, & neci dedit. Quo viso, in Alexandri oscula ruens Hugo: *Vere, inquit, nunquam vaccarum custos, nunquam etiam rusticus, undecunque venis, increvisti.* Constrictus denique adjuratusque sub mortem à Priore, unde, & quis esset edicere, invitatus edixit, neque multo post ad gaudia Regni æterni evocatus, hilaris mundum deseruit. Claruit insignibus & in vitâ & post mortem miraculis, visusque à Fratre quodam Monacho, diademate illustri coronatus, aliam item coronam manu præferens, ipse sole splendidior, cum frater ad tumulum ejus supplex, pessimo in pectore ulceri remedium flagitaret. Sciscitanti, quidnam corona duplex portenderet: corona, respondit, quam gesto manibus, corona extitit temporalis, quam pro Christo detulit. Corona vero, quam gesto in capite, corona est, quam communem cum Sanctis accepi. Et ut tibi fidentius in ista visione credatur, secundum fidem tuam sanus eris, ab omni incommodo quo torquearis. *Ex Henrico Granio, Barnaba de Montalbo, Henriquezio, Manrique, Rusca, t. 1. SS. Ord. &c.*

A sorore agere divellitur

Pone proxtus fortis facto.

Miracula

Gloriosus apparatus.

B. Catharina Iudæa.

Ad Deiparentem nomen puella afficitur.

cordi suo nomen ut exaudiret. Per absentiam autem parentum Christianorum liberis se jungens, rerum laudatissimæ vitæ Presbyterum nacta, incredibili inhiantissimi desiderij sagacitate rudimentis Christianæ imbuta fidei, reversis parentibus suspecta & prodita, eâ ipsâ, post quam sequenti mane ableganda erat nocte, ab ipsâ DEI parente visitata, & virga splendida donata, utque surgeret monita, cui *nimirum grandis restaret via*, consopitis mirè parentibus, per noctis tenebras, ad Presbyterum, cumque ipso ad Parcū Dominarum profugit. Ausi Iudæi, & conati, re compertâ, plurimis sumptibus plurima, Ducem Brabantiae, Episcopum Leodij, ipsum denique Pont. Max. Honorii pretio aggressi: quorū sceleri non defuere Theologis, qui auro conspecto faverent, & infantem, his ausis, imaturam assererent, atque 12. usque ætatis annum, quod solum rogabant parentes, probandam ejus constantiam contenderet.

Ab eadem ad fidem vocatur.

Mali Theologi.

Episcopum & iudices mire convincit.

Dei parentis studiofissima.

Anxij de puellula sacris Virginibus, Divini haud dubiè Spiritus impulsu, ipsa Episcopum & iudices compellere liceret, & de vocatione sua instruere cum impetrasset, Leodium deducta, tanta cum omnium admiratione fatiscit, ut argumenta non solum Doctorum everterit, sed & lachrymis excusserit, adeo quidem, ut *voles ululantium*, inquit Cantipratensis, & *clamantium*, cum lachrymis præ stupore, in Ecclesia S. Lamberti à locis distantissimis audirentur. Ita absoluta, & Cœnobio redita, admiranda postea vitæ sanctitate effulsit. Fuit DEI parenti virgini, ut addictissima, sic vicissim dilectissima, sapissime alloquio ejusdem familiari recreata, cui humilis Christi Sponsa dicere consueverat: *aliæ, inquit, huius Monasterij sorores, à matribus & Amicis solatium habent & gaudium, ego autem pauper cula, pupilla & indigna, ad te Dominam, ut cognatam meam, fidenter accedo; Tu sola pro omnibus esto mihi refugium & solamen.* Quievit ibidem post multa pietatis opera in pace, ad cuius tumulum multa postea miracula patrata sunt. *Th. Cantipra. Rob. Rusca. Hen. Gran. Manriq. Mont. Hen. &c.*

P. F. Didacus Donatus

In Hispania obdormitio Pii Fratris Didaci, Donati, Cisterciensium nostrorum sanctissimi instituti, qui in valle Paradyfi longo tempore sanctissime conversatus, admiranda simplicitatis & humilitatis exempla reliquit, cui Deus inter orandum, caelestia arcana & Divina Mysteria revelavit, & futurarum rerum eventus indicavit. Vir fuit in oculis suis humilis & abjectus, sed in conspectu DEI & hominum verè magnus, & diabolicis spiritibus tantopere formidandus, ut conspectu ejus solo territi illico aufugerent. Post purissimam tandè vitam, sanctâ decedens morte, locū sepulturæ in Claustro obtinuit, ubi per multos annos pernoctaverat, divinitus prævidens, illum tandè locum futurū expectationis suæ. Claruit postrema ætate hæc nostra & tempestate sub A. Ch. 1601. *Ex monim. Cist. Henriq. Manriq.*

Terror demon.

B. Paulinus mon.

Eodem die depositio B. Paulini Monachi Sacrae Congregationis nostræ Sylvestrinorum, qui ex illustrissima Comitum Bigazzini & Collatinorum editus familia, omnes dignitates servitio Christi, postposuit, inque Monasterio SS. Marci & Luciae ab Vgolino Comite cognato condito Regulam S. P. N. professus, ipsum S. Sylvestrum Institutorem meruit, totique congregatione egregia vitæ sanctitate felicissime præluxit. Claruit magnis in vita & post mortem miraculis eaque inter, cum aliquando S. Sylvester nocte, nives inter & magnum frigus, ex itinere occurreret, nec haberet quod ipsi apponeret, egressus in hortum DEO exorato herbas illicò recentissimas, & pira momento producta meruit, & Patri mirè recreato apposuit. Ejusdem postea gloriosum exitum raptus in spiritu cognovit, & campanam Monasterii Montis Fani, ultra 20. millia distantis mirè audiit, & Fratribus indicavit. Obiit A. C. 1280. *Ex Vita.*

Insigne miraculum.

Obiit 1280.

III. NON. MAIL.

V. Maii.

S. Sacordos nobilis ortus genere.

In Hispaniâ, Sancti Sacerdoti Episcopi Saguntini. Sacerdos ab eventu post mortem mirabili appellatus, alias Martinus Munnoz de Finoxosa dictus, præstâtissimâ generis nobilitate parentes Michaëlem & Sanctiâ habuit, qui & opib

& morum probitate eminentes, non mediocri auctoritate apud Reges Hispaniæ præpollebant. Puer mature Magistris traditus, mirâ facilitate ingenii insignem eruditionem indeptus, tantus non multo post evasit, in quo ingravelcens parentis

Ee 3 utri-

utriusque ætas secure requiesceret. A morte patris, rerum terrarum fastidio, ijs absolvi inhiantissimè expetens, in Sanct. *MARIAE* de Cantavos Christo se consecravat, ubi tantis sanctioris vitæ progressibus adolevit, ut admirationi omnibus esset, humilitatis maximè studio omnibus venerandus, castitatis autem Virgineæ nitore adeo nitens, ut in vita omnem puritatis nitidissimæ vestem intaminatissimam conservavit.

Hortensis postea Abbas primus creatus, reluctans plurimum, honorem adit, quem ita deinceps gessit, ut quamvis rigoris Monachici zelator religiosissimus erat, omnes tamen suavissima benevolentia caperet, inque deliciis & suis & exteris esset. Fuit celeberrimum ejus ob virtutem nomen, ita ut Reges Hispaniarum summo honore ipsum colerent, iidem alijque Principes ac militiae Duces, absque ejus benedictione ad bellum progrediendum sibi non esse ducerent, militem prius omnem ab eodem inter solemnia sacra corpore Domini reficiendum curarent; plurimi, si fortè occumbere in bello contingeret in ejus Cœnobio sepeliri eligerent; Episcopi, Oxomensis, Saguntinus, Tiraſonenſis, Calagurritanus, alijque ipsum, ut patrem colerent, decimas passim Cœnobio offerrent; nobiles & opulenti quivis certatim prædia & opes conferrent. Saguntinus postea Pontifex creatus, cum lachrymis clericorum, minimè moveretur, ut annueret, Lucij III. Rom. Antistitis, & Regis Castellæ præcepto coactus est.

Clerum ut reformaret cura præcipua fuit: licet enim, inquit vitæ scriptor, *suavis alloquio, & corde mitissimus esset, tamen disciplina Ecclesiastica tenacissimus ita fuisse perhibetur, ut in quos oporteret, tela etiam sacra censura fortiter expediret. Sed quis ipsius, pergit idem, erga calamitosos pietatem, erga egenos enarrabit misericordiam? Cum tamen quæ ad Episcopi usum habere potuit, pauperibus erogavit, &c.* E captivitate multo pretio plurimos redemit, Ecclesias & Monasteria, amplis possessionibus locupletavit; jura & libertatem Ecclesiasticam mirâ constantiâ propugnavit, & ut patris absolvamur, talem se Pontificem exhibuit, ut teste Richardo Synchrono uno omnium ore: *Lumen Pontificum, Patrie Pater, Forma Cleri, Hesperia Lux, Regula morum,* titulis longè dignissimis atque exquisitissimis appellaretur. Gravissimis demum perfunctus laboribus, Epi-

scopatu felicissimè reformato, laborum id unum solatium instantissimè expetijt, ut honore Pontificatus abdicato, ad suum sibi reverti Cœnobium liceret, quod ægre licet, auctoritate tamen & consensu Pontificis Maximi & Alphonsi Castellæ Regis impetravit. Reversus, mirum, quanto rigore sacrum corpus affecerit; *quis enim,* ait vitæ scriptor, *mortificationes, jejunia, disciplinas, cilicia, quibus corpus suum tanquam si de novo converteretur, acriter affligendo edomabat, narrare sufficeret? Vel quomodo humilitatem, quâ abjectissimis operibus exercebatur, obedientiamque, quâ non modo Abbatem, sed (accuratissima Serenissimi P. N. Regulæ observatione), quoscunque inferiores Monachos venerabatur, stylo comprehendere potero? &c.* Orationem etiam & contemplationem, cui dum insisteret, non raro in extasim rapiebatur, *silentio pretermittere judico &c.* Ut Abbatis, ut Episcopi, ut Monachi rursus absolutissimum exemplar habeamus. Missus postremo ad Sanct. *MARIAE* de Ovila, quod Rex Alphonsus construxerat, Cœnobium visitandum, ibi Divinâ revelatione transitus sui horam cognovit. Accelerato proin ad Cœnobium suum itinere, cum ab exteriore viri sancti hilaritate Ovilenses vitæ ejus finem instare conjicerent, & frustra inæstimabilia sacri ejus corporis pignora servare contenderent, impedire ille non passus, cū ad Subdosâ devenisset oppidū, gravi infirmitate correptus, cursum sistere coactus, ibidē sacris munitus inter orationis verba sanctū animū creatori transmissit A. C. 1210. sedulo præcipiēs, ne alibi, q̄ Hortensis suo in Cœnobio sepeliretur. Consequuta mortē illius admiranda celestis odoris fragrantia, quæ domum non solū totam replevit, sed multos post dies, eo jâ translato, ibidem perseveravit. De obitu mox ejus Divinitus Hortenses edocti sunt, cujus reliquias, fuis lachrymis, & debito recipientes honore, sepulchro lapideo condidēre; ad quod innumerabilis deinceps populi cōfluxit multitudo, Deo sanctum suum illustribus absq; numero miraculis comendante & glorificante. Insoletus istud, & æternis sæculis memorandū, quo, insigni bonitate & in Saguntinâ Ecclesiam singulari propensione DEUS ejusdē & honori & solatio mirè prospexit. Ne enim tanti Pontificis olim sui, nihil pignoris desertæ oves haberent, dignissimo munere eas beans, caput ejusdem Sanctissimi Episcopi, Angeli ministerio eidem destinavit. Is cœlesti forma juvenis

Deserit Pontificatum.

Stadium SS. Reg.

De morte divinitus edocetur.

Mira à morte odoris fragrantia.

Magnus Sacerdos unde dicitur

Mirum munus.

Incorruptio diuturna.

Vere Magnus Sacerdos.

S. Maurontus Regii generis.

Puer mirè curatus.

evocato Episcopo & Canonicis, caput jussu Divino eis consignans: *Illud Magni Sacerdotis Eiusdem Ecclesie Episcopi esse,* affirmans, his dictis disparuit. Et quamvis ambiguum nemini esset, Martini illud esse, quod nullus Antistitum Saguntinorum, tanta sanctitatis & miraculorū gloria, celebris haberetur; evidentissimè tamen aperto Magni viri apud Hortenses tumulo, res ipsa apparuit, cum corpus ejusdem iucorruptissimum, Sacerdotalibus indutum vestibus invenirent, caput vero minimè, verum loco ejus mitra proximè collum collocata appareret. Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Divinâ præmonitione Hortenses cum sacrum corpus clevassent, hoc ipso modo integerrimum reperere, cœlesti odoris fragrantia fragrantissimum, quod ipsi, qui præsentem viderant, his verbis literis consignarunt: *Qui ejus Translationi interfuimus, testificari possumus, quod omnibus illis diebus, suavissimi odoris fragrantia, quæ totum templum repleverat perseveravit, quam etiam sensimus in baculo, qui ex ejus sepulchro extractus fuit &c.* & hæc quidem annis post obitum Magni hujus Sacerdotis, trecentis viginti quinque. Ut haud immerito, dissimulato Martini nomine, Magnus Pontifex, non à Saguntinis solum, sed & ab Ecclesia Romana, non aliter, quam Sacerdotis nomine appelletur. *Ex Vita t. i. SS. Ord. Henrici. Ricardo disc. Ambr. Morat. Villega, Montalbo. &c.*

Duaci in Belgio, depositio Sancti Maurontis Abbatis & Confessoris. Maurontus è veterum Galliarum Regum sanguine oriundus, sanctissimi juxta generis felicissimus surculus fuit; patre Adalbaldo, Rictrude matre, illustrissimis editus Principibus, Regni Gallici, & Belgicarum maximè provinciarum decus æternum fuit. Eum è sacro Baptismi lavacro Sanctus Richarius Abbas suscepit, desperatumque ex gravi casu & collisione infantem, à præsentissimo mortis discrimine prodigiose liberavit. Cum enim Sancto Abbati, in equo insidenti, optima Princeps Rictrudis, infantulum Maurontum benedicendum obtulisset, invidentiæ auctor pessimus genius, coacto occulte innocentissimi fessoris in rabiem equo, & puero cadente ac graviter colliso, ingenti mœrore & contuminatione, hilares tunc maximè è servi DEI præsentia Matrem & domesticos affecit, cui tamen terrori atque malo præsentissimus medicus Richarius, mox frendente infero, remediū

reperit, & gaudium domus duplicans, fusâ oratione, & puero incolumitatem, & equo efferatissimo mansuetudinem, insigni miraculo applaudentibus universis, reddidit. Sororibus, ut parentibus felix Maurontus, eas omnes, egregia vitæ sanctitate illustrissimas habuit; Clotfendem nimirum, Eusebiam, & Adalsendē, mortuo patre, exemplum Matris strenuè æmulatas, omnes Ordinem Sanctissimi Patriarchæ Nostri BENEDICTI professas: quibus, ne quid cessasse Maurontus videretur, aula cognati & amantissimi Regis, amplissimèque possessionibus relictis, purputam cucullo permutavit, & paratis jam sibi dignissimis tanto genere nuptiis, sponteque lectissimæ renuncians, sacro vitæ rigore corpus duriter habuit, & insigni animi demissione in primis excelluit, Hamatici primum, postea Marcenis DEO serviens, Broylensi demum condito Cœnobio primus Abbas præfuit, qui postea locus ab ipso nomen meruit Meurivilla, quasi Mauronti villa, contractus vulgo Mervilla appellatus. Ad ipsum, cum Sanctus Amatus noster Senonensium Pontifex Theodorici Regis tyrannide & scelere proscriptus divertisset, eundem prædictis locis præesse voluit, & ut angelum cælo missum, religiosissimè coluit & suspexit, neque prius, quam ipso mortuo & Broyli tumulto regnum recepit. Cum autem ab obitu S. Amati duodecim ferè annis sanctissime præfuisset, plurimosque pulcherrimo vitæ exemplo Christo lucratus, sub A. C. 701. ex hac lachrymarum valle, ad gaudia æterna vocatus hilaris discessit, plurimis & peregrinis deinceps miraculis gloriosus. Cujus, alia inter, celeberrimus maximè de Galpate Colinæo Gallorum Ammiralio triumphus celebratur, cum Christi Anno 1556. Duacenam splendidissimam urbem (visus spectante populo, vestem Monachicam fulgidam, aureisque liliis respersam indutus, dextra Regale sceptrum tenens mœnia obire.) prodigiosissime defecisset; quod singulare ejus beneficium S. P. Q. Duacenus, memoria solemnique quotannis, die capiundæ urbi condita, merito concelebrat. Ioan. Molan. Ferreol. Locrius, Aubertus Mirzus, Arnoldus Duacenus, Annal. nost. Bened. & t. i. SS. Ord. Hucbaldus &c.

In Monasterio Fossatensi, Sancti Vitaliani Abbatis & Confessoris. De quo nos iuxta Molanū plurimumque probatissimorum auctorū opinionē egimus primā hujus.

S. Valdrada.

Metis in Monasterio S. Petri, depositio Sanctæ VV aldradæ Virginis & Abbatissæ. Hæc nobilissimo orto sanguine, nobilitatem generis servitute Christi permutavit, in Cænobio Sancti Petri civitatis Merensis, ab Eleutherio propinquo suo constructo, cujus etiam postea Abbatissa electa, exemplo vitæ, & miraculorum gratiâ effulgens, inter Sanctos Regni Gallici, digno honore & cultu celebratur, Claruit temporibus Theodorici & Theodoberti Regum. Tom. I. SS. Ordni. Ren. Benedict. &c.

Fit Abbatissa.

B. Aleydis. Abbatissa.

In Valle Ducis, depositio Beatæ Aleydis Abbatissæ, admirandæ pietatis & charitatis fæminæ, quæ Virginum cætum mira sollicitudine rexit, & ad æternam patriam sanctis admonitionibus & proprio exemplo deduxit, cujus alia inter virtutum genera, Hospitalitatis sanctissimum perpetuo nostris studium comendatur, quo non solum, divites & spectatos genere seu virtute perbenigne complexa est, sed

Hospitalis.

PRIDIE NONAS MAII.

VI. Maii.

B. Ioannes.

Damasci natalis Beati Ioannis Damasceni, sanctitate & doctrina celebris, qui pro cultu Sanctarum imaginum, verbo & scriptis, adversus Leonem Isauricum strenuè decertavit: cujus iussu, cum ei dextera manus amputata fuisset, imagini Beatæ MARIAE Virginis, quam defenderat, seipsum commendans, protinus dexteram integram, sanamque recepit. Ioannes à patria urbe Damasco Damasceni nomen sortitus, parentibus, ut generis, sic opum dignitatumque præstantia inclytis natus est, quorum Virtutem, raro exemplo, fortunæ bonis feliciter copulatam, felicissimè æmulatus, puer etiamnum magnam de reliqua ætate spem omnibus fecit. Magistrum pueritiæ Sanctum Cosmā nostrum Italum meruit, quem à Saracenis captum, ut plurimos solebat, pater Ioannis pretio redemerat. Litteris probè institutus, Saracenorum Principis in aulam accitus, invitatus licet, auctus honoribus, & in pretio habitus est. Postea, quod sacras imagines acerrimè propugnaret Leonis Imperatoris scelere truncatâ manu, & in foro suspenso gloriosus, Admirabilis, ad quam confugerat, Matris ope, prodigiose curatus, receptam deinceps, multo audentius & felicius in Hæreticos strinxit, & inferos debellavit, Princeps Senatus postea declaratus, tantum abest ut inde sibi, unde alii, multum applauderet, quin potius Cosmi Magistri optimi exemplo cu-

pauperes inprimis, in quibus teste S. P. N. Christus magis suscipitur, in iisdem Christû adorans, velut Dominos suos reverita, eorumdem servitio, omni obsequiorum genere, sese latissima emancipavit. Estulit eadem, antequam Cænobio præficeretur, insigni Obedientiâ, & Virginæ puritatis studio; non minus in omni vita à mira abstinentia commendata. Phil. Seguinus, Th. Cantiprar. Anb. Miræus &c.

Sibi rigida.

Eodem die Canonizatio tolemnis S. Petri de Morone, olim Cælestini V. Papæ, qui sumâ contentione sumum honorem fugiens, stupente mundo Vniverso Pontificatum Maximum, quem maximè invitus sanctissimè aliquamdiu rexit, multa bonorum omnium comploratione abdicavit, & miraculorum à morte gloria illustris hâc die anni 1313, à Clemente V. canonicè in Sanctorum numerum est adscriptus, quod factû necquidquâ nonnulli Ioan. 21. assignant. Rer. Pont. script. & nos t. I. SS. Ord. &c.

S. Petri Cælestini Canonizatio.

cullum exambiret, eodemque quo ille jam prior, ad Sabæ Lauram, Cænobio se includeret. Ibi ad amussim S. Regulæ accuratissimè exercitus, animi demissione inprimis, atque Obedientiâ sane admirandâ Abbati se suo probavit; cujus iussu alia inter, Damascum profectus, duplo majore, quam conveniebat, pretio sporas vilissimas venum proponere, eoque ipso, vir olim illustrissimus, ejusdem urbis Præfectus, probro & fannis omniû exponi, nec detrectavit, nec erubuit. Sic lodes atque excrementa fratrum congerere atq; exchere cû juberetur, minimè indignum se duxit, sacramque dono intantissimæ Virginis Matris receptam dexteram, taliter inquinare non abherruit. Sed quod Ioannem clientem suum, illa, aliis destinasset laboribus, impediri que à scribendis libris ægrius ferret, visa per noctem, Abbatem sic alloquuta corripuit: *Ecquid fontem illum obstruxisti, qui tam suavem tamque lymphidum laticem profunderè potest? Fontem fluere sine. Fluet enim uberrimè, atque unquam versum terrarum orbem peragrabit. Hæresumque maria operiet, eaque in admirandam dulcedinem convertet.* Scripsit deinceps, Magnus hic Doctor, & ut Bellarminus loquitur, alter Sol Orientis, quæ non sui solum, sed sequutorum quoque sæculorû Hæreticos & Hæreses iugularent, Iconoclastarum maximè infandis erroribus felicissimè

Sordes Fratrum eredit

Insigne eloquium Ioannis ab ipse DE-versum

Sol Orientis.

Hæresum profligator.

Ecclesia vindex.

simè profligatis. Gnaphei etiam repullulascensem in Oriente pestilentissimâ Hæresim, solus hic Christi pugil gloriose evertit; cui, inquit Cæsar Baronius, nisi citius Ioannes occurrisset sui celebritate nominis, ingentem attulisset illadem Ecclesiæ. Abijt invictissimus hic Hæresum triumphator & Ecclesiæ Doctor ad triumphos & lauream æternitatis sub An. Ch. 749. Ex Vita, t. I. SS. Ord. Annal. Eccles. Baronij, & nostr. Bened. Steng. tepes &c.

S. Benedicta.

Romæ Sanctæ Benedictæ Virginis. Benedicta primo post BENEDICTI S. Patriarchæ nostri transitum sæculo, cuculli & nominis felicissima hæres, prope Vaticanam S. Petri Basilicam (quam tribus Monachorum Collegiis, ipse Legislator noster Beatissimus intruxerat) in lectissimo Virginitatis nostrarû Cænobio Monasticen professâ, Sanctam Gallam Symachi Consul filiam, ejusdem Cænobij Monialem, familiarissimâ habuit, quam etiam moritura illa tanti fecit, ut cum ad coronam Regni æterni ab ipso Apostolorum Principe vocaretur, velut ad cumulum beatitudinis sibi

Monasteria Vaticani.

Ad coronam & æternitatis sociam expetitur.

S. Eadbertus.

Monachus Episcopus.

Pauperum pater.

omnium atque pomorum, nec non & vestimentorum partem pauperibus daret. De ejus morte, sic Malmesburiensis. *Eadbertus, pro maximâ sanctitatis prærogativa, meruit in tumulo sepeliri, quem antecessor suus felicissimæ memoria (S. Cuthbertus.) undecim annis suo consecraverat cadavere. Evēntum autem, cito sequituræ mortis, & sepultura ipse prædixit, allatis ad se sacratissimis (ejusdem S. Cuthberti.) induviis, quæ tot annis infossæ, labem putredinis evaserant: Eo autē loco signa sanitatum aliquoties facta, meritis amborum testimonium illustre redderunt. Ex Ven. Bedæ, Guil. Malmesbur. t. I. SS. Ord. &c.*

Miracula

S. Ioannes.

Fit Episcopus.

Multa peritur.

S. Aldulphus.

Duobus locis idem præfuit.

S. Petri.

Gerundæ in Hispania Sancti Ioannis Gotthi ejusdem civitatis Episcopi Ioan. inter præstantissima illustrium virorum sydera, Hispaniæ regna, egregio sanctitatis exemplo mire illustravit. Monachum in Biclarensi, sive Vallis Claræ Cænobio professus post longa & cælestia contemplationis studia, ad pascendum gregem Dominicum evocatus, & Gerundensis Episcopus constitutus bene expensè in Cænobio temporis insigni cum fructu argumenta illustria edidit, ab admirabili non solum sanctitate, sed eruditionis præcipuæ fama celebratus. Rexit Ecclesiam suam inter gravissimas Hæresum procellas, pro insigni Catholicæ fidei Zelo plurimas & gravissimas ab Arianis perpeffus injurias, de quibus gloriose triumphans, miraculorum gloria illustris Victorem animam Christo transmisit sub A. C. 635. relictis haud cotemnendis profundi ingenii monumentis Rer. Hisp. script. Morales &c. & nos t. I. SS. Ord. &c.

Eboraci Beati Aldulphi Episcopi & Confessoris. Aldulphus ex Monacho & Abbate Burchensi, à somno Contemplationis excitatus, ac Cænobio ad Pontificatum extractus, Eboracensis juxta Archiepiscopus, & Episcopus VVigorniensis esse coactus est. De quo sic Malmesburiensis: *Ipsi pro sanctitate ignoscitur, quod contra Regulas Canonû duas sedes tenuerit, quod scilicet, non hoc ambitione, sed necessitate fecerit.* Fuit dignissimus suo antecessore successor, Magno & sanctissimo illi Pontifici Osvaldo, quem & vitæ sanctioris exemplo, & meritis de Episcopatu dignissimis strenuè sublequutus est. Præfuit autem VVigorniensis sedis annis 21. Eboracensi 10. sive 12. Matth. VVestmonast. Guil. Malmesbur. t. I. SS. Ord. &c.

Casini Sancti Petronacis Abbatis & Confessoris. Hic Brixianus patriâ ad sanctissimi

Restitutor
Casini &
disciplina
Monast.

ctissimi nominis onus, à Gregorio III. summo Pontifice euectus, Casinensis Cœnobij primus post primam everfionē Abbas & Restitutor esse meruit, tantumque eidem nomen suū & suorum illustri sanctitatis fama peperit, ut potentissimi quique Principes, abjecta purpura, Casinatibus non solum Patribus, sed & ministris accenferi, etiam anxie exambirent: Diceres (ait eloquentissimus & familiaris noster Scipio Casinas) D. BENEDICTI felicissima tempora redivivā disciplinæ observatione recurrisse: usque adeo, ad Regulæ præscriptum exactè omnia referebantur ab omnibus. Hinc domicilium Casinas, antiquo Religionis cultu & splendore brevi recuperato, cum innumerabiles eduxit præstanti sapientia & integritate alumnos; tum vero multis quoque latifundijs ac vestigialibus, piorum hominum benignitate insigniter est auctum; quippe Ordini nostro solemne ac perpetuum fuit, ut hoc opibus abundaret magis, quo in Divini obsequij cultum, susceptique institutioni observantiam diligentius incubuit. Tamen tamen (pergit idem) Petronax reliquarum omnium Virtutū præfidijs, quas in Sanctissimi Cœnobij præfecto elucere par est, egregiè fuit instructus, præcipuè tamen inflammatam quandam communis disciplinæ tuendæ voluntatem ac zelum præ se tulit; cujus admonitu non solum à cæteris sodalibus, sed à duobus etiā Regibus, totidemque Reginis, quos in Religiosa palæstra formandos fingendosque susceperat; totius domestici moris artificiam custodiam severus exigebat, præteritæ Majestatis recordationem, & tumentes sæculi spiritus, abjectissimis functionibus prudenter contundens ac pulcans, quippe Carolomanum duplicis Regni administratione, rebusque præclare gestis, apud Francos, antea celeberrimum, infimo primùm coquinæ ministerio; tum pascendarum ovium muneri addixit; at Rachisio, qui Longobardorum populis imperaverat, serendæ vineæ, suisque manibus excolendæ laborem demandavit: Nam Thesiam ejusdem Rachisij uxorem & Ratrudam filiam ad montis radices, cū alijs Sanctimonialibus peculiari Cœnobio inclusas, ad pietatem instituens earū profectum & constantiam, similibus religiosæ ac patientiæ tentamentis exploravit. Illustri utique ac memorando in paucis ad sacrorum Cætuum Rectores documento, ne avitæ disciplinæ severitatem ac robur, cujusvis subditorum languore ac de-

Reges 2. &
Regina 2.
Casini sub
Petronace.

idem servilibus deputati.

fidiā, infringi sinant, vel remitti, cum longè consultius sit, honestiusque, clarissimis ortos natalibus, ab Religionis ingressu arcerere, quam cum tenui primæ institutionis jacturā, in convictum & locietatem recipere. Siquidem dicatis Deo familijs, non adventitio sæcularis potentæ ac nobilitatis splendore; sed ardenti humilitatis studio, honorumque contemtionem ac fuga, verum decus; & germana nominis celebritas comparatur. Ita Scipio noster. De Casinatis Montis & totalium Petronace Abbate, felicitate ac numero, ita Baronius: *Mirum dictu, quanta mox, ex nova plantatione Petronacis propagata fuerint eo in loco germina Monachorum, & aucta ipsorum examina, instar apum, quæ ex turgescentibus alvearijs procedentes, in diversa Orbis loca, ad factus multiplicationem volaverint, &c.* Porro suscepti à Petronace regiminis anno 17. Zacharias Pontifex Casinatem Basilicam, ritu ac pompa maximè solemniter dedicavit, Archiepiscopis tredecim, Episcopis vero sexaginta octo præsentibus; quo tempore idem Pontifex, inventa à se DD. BENEDICTI & Scholasticæ corpora, nulla parte læsa aut diminuta, uti repererat, ita prorsus intacta, illibataque reliquit. Demum Petronax sanctitate ac rebus gestis clarissimus migravit in cœlum Anno Christi 753. sepultus in porticu juxta ædem Divi Martini, cujus alia inter, studium in DEI parentem minimè prætermittendum, quā S^mi. Patriarchæ gra. exemplo unicè adamans, ne Patris honorum consulens BENEDICTAM MATREM præterijse videretur, in tanti Cœnobij molitione, & expensarum magnitudine, alterum nihilominus Virginum Cœnobium struere aggressus, non sine liberalis Numinis præsentis gratia, S. MARIE in Cingla, loco amœnissimo Monasterium exædificavit. Ex M. Ant. Scipione, Leone Ostiense. Petro Diac. Iepes, Annal. nostr. & t. I. SS. ord. &c.

In Gallia plurimorum Sanctorum Monachorum illustre certamen, qui varijs in locis, diverso tempore, uno tamen spiritu, parique constantia, diversis quoque tormentorum generibus, propter fidei confessionem gloriosè occubuerunt, cum invalescente Albigenisum Hæresi, sese constantissimè pro S. Matre Romana Ecclesia opponerent, quo in numero Martyrū, Cisterciensis hortus noster fecundissimus, felicissima, centum omnino, germina DEO consecravit & impinguatus fertilissimo sanguine Regni amplissimi ager, pau-

Documen-
tum illustre

Baronii de
Casinote-
stimonium.

Dedicatio
Casinensis

SS. P. N. &
Scholastica
sororis cor-
poris ante-
pora inte-
gra.

Cultus Dei-
paræ.

Plurimi
SS. Mart.

paulatim revirelens, pristinum florem, summa Matris Ecclesiæ gratulatione, est assequutus. Ex Annal. nostr. & tom. I. SS. Ord. Henrici &c.

B. Petrus
Prior.

In Ostrogothia Beati Petri Prioris de Alvastra. Hic famem, sitim, labores & pericula itinerum, contumelias & persecutiones quamplurimas æquo animo toleravit: somni parcissimus, sæpius super nudam terram recubuit. Divinis rebus dies noctesque intentus, sodales suos exemplo præclaro ad sanctitatem vitæ provocavit. In seipsum severus, sui que contemptor, erga alios benignitatis & charitatis viscera ostendit. Pij exhortationibus, elemosynis, officijsque alijs eximie charitatis, pauperes adjuvit. Extra septa Monasterij vivens, vivendi Monasticam rationem severiorem, in vigilijs, jejunijs, mortificatione carnis, devotione, humilitate, non neglexit. In Missis quotidie celebrandis, in precibus diurnis nocturnisque recitandis, in Divinarum rerum tractatione assiduus & intentus, nihil temporis vacuum à sanctis exercitijs prætermisit. In cœlestium contemplatione, animo & vultu hilari, se jam in cœlis conversari, exultatione erumpente præ se tulit. Gravi tentatione cum jactaretur circa Mysterium SS. Trinitatis, eam Divinâ ope, visione cœlitus factâ, superavit. Idem insigni thesauro, patriâ beans, eò Sanctæ Brigittæ corpus retulit, cujus etiâ revelationes, Divinâ inspiratione admonitus, conscripsit, ejusque Ordinis Instituta, æterno & præstantissimo de Ecclesia & sacra illa familiâ merito, præscripsit, led & Divini Officii formulas composuit, quæ postea sedes Romana approbavit. Cumque omnibus virtutibus, & varijs revelationibus ac miraculis effulgeret, admirandæ Vitæ suæ finem felicem imposuit. A. C.

Eius exerci-
tia.

Insigne &
immortale
meritum de
Ordine SS.
Brigittæ

1378. Ex Abrahamo Bzovio, Joann. Vastorio, Henrici &c.

In Hannonia depositio B. Henrici ex Episcopo Monachi Camberonensis. Is mira Numinis bonitate ad conversionem vocatus, cum Parisiensis, ut nonnulli volunt, certæ Gallicæ cujusdam Ecclesiæ Episcopus esset, à Principe Apostolorum apparente territus, ac librum quem proponebat legere coactus, legeret: *Mortificas animas que non moriuntur, & vivificas, que non vivunt.* Cumque horreret nimium legendo pergere, Glossam textus, gravi cum comminatione legere jussus, sic in margine depræhendit: *Quando reduces animas de Inferno, quas per tuum desitut as exemplum, æterno supplicio tradidisti?* Quanto ad hæc horrore concussus sit, facile est æstimare, cum præsertim periculo obnoxius, æger lecto decumberet, & evigilans è tam gravi somno, sudore totus diffunderet. Habuit cordi admonitionem non tam rigidam, quam etiam piam, eminentissimique Perfectionis statui Pontificali, illico renuncians, ad rudimenta vitæ Monachicæ conversus, in Camberonensi Cisterciensium nostrorum felicissimo Cœnobio paupertatē Christi amplexus, gravissimo reddendæ rationis, & tot ovicularum salute, onere de cætero absolutus, assumpto poenitentia luctu, de neglectis, cum respondere non posset, labore disciplinæ Monasticæ satisfecit, & quem Iudicem rigidissimum eundemque vindicem metuendissimum habiturus erat, Patronum ac Patrem demeruit, cumque insigni sanctitatis opinione, beatissimo fine quiescens, inter Sanctos Ordinis referri meruit. Ex Abrahamo Bzovio cit. Barnaba de Montalbo, Henrico Grano, Chrysofom. Henriquez, tomo primo Sanctorum Ordinis, &c.

B. Henricus

Episcopus
negligens.

Miravoca-
tio.

Caveant
pastores ne-
gligentes.

Sancte mo-
ritur.

NONIS MAII.

VII. MAII.

S. Joannes.

EBORACI in Anglia, Sancti Joannis Episcopi vita & miraculis clari. Joannes Anglus, ex Monacho Streneshalcensi, Hagulstadenfis Episcopus, Sanctissimū Eatham antecessorem suum, vitæ mirandæ sanctitate, egregiè assequutus est, quā meritum famam deinceps celebratus, ad celeberrimam Archiepiscopalis Eboracensis Ecclesiæ Cathedram euectus, etiam sedem atque provinciam æterno virtutū splendore ornatiorem reddidit. Fuit insi-

Episcop.

Archiep.

A.

gni miraculorum gratia à DEO donatus. Coenburgam Hereburgis Abbatissæ carne & spiritu filiam, ex venæ cujusdam infelici sectione graviter ægram, & ultimum jam penè trahentem spiritum, suis precibus, prodigosè curavit tumorem brachii grandem ac tædū felicissimè depulit, dolores repente absterfit. A Comite quodam ad dedicandam Ecclesiam evocatus, tantum abest, ut officio solemni perfunctus, festivo postea epulo adesse vellet, ut pluri-

Infelice
venæ sectio-
nem curat.

plurimum exoratus, jejunus tamen ad Cœnobium reverti, non solum statueret sed & debere se affirmaret, certe ut sic reverteretur conveniens & sui esse muneris autumaret. Retentus denique eo uno est, cum, si maneret, in pauperes se liberalem fore, voto concepto Comes promitteret. Maximæ, quæ evenerat domui Comitum felicitati id unum deerat, quod gravi ægritudine lecto affixa Comitissa, conviva esse non posset, cui missa aqua, à se illa die benedicta, Sanctus Pontifex, ut eam gestaret, & loca doloris ablueret, imperavit. Mira res! ea dolorem infirma non abluit solum, sed & vires sibi vigoremque redditum miraculo sentiens, focrum Petri Apostoli imitata, stupentibus & congratulantibus universis, lecto confurgens valentissima, poculum Episcopo infudit ac obtulit, totoque eo epulo ministra convivis adstitit, & vinum hilaris propinavit. Sic alterius cujusdam Comitum puerum, præparato jam loculo desperatissimum, ex ipsis mortis faucibus revocavit, cum similiter ad dedicandam Ecclesiam evocatus, impransus reverti decrevisset, & ferventissimis lachrymis exoratus à Comite, ad ægri solatium diverteret, atque ægrè ipse persuasus prandere annueret. Moribundum siquidem benedictione sua muniens, cum ab eo digressurus; bene convalescas, & cito, paucissimis his verbis, valefacientium more, super premium salutasset; æger dum in menta confedissent, poculum propinari sibi expetens; eo, quod benedixerat Pontifex, hausto, lecto illico confurgens, tuisque se vestibus induens, ingressus Cœnaculum, mensæ affedit, hilaris hilares recreavit, integerrimamque deinceps ea valetudine plurimis annis, bene usus est. Herebaldum, tunc juvenem Clericum, postea Monachum, miserè collitum, mirè restituit, cujus etiam casum prævidisse, ideoque præcavere studuisse ex Herebaldi ipsius apud Bedam relatione innotescit: cum enim studiorum gratia ille apud Joannem versaretur, cumque aliis juvenibus in itinere, quodam ipsum comitatus, reliquis in aperta quadam campiplanitie cursu equorum contendendi veniam ab Episcopo rogantibus, & ipse valentissimo usus equo, certare gestiret, prohibuit primum omnes vir sanctus, otiosum esse dicens, quod desiderabant; annuit tamen nimium instantibus: Facite, inquit, si vultis, ita tamen ut Herebaldus ab illo, se certamine absteineat. Institit diligen-

tius obsecrando nihilque effecit Herebaldus, donec agitantibus equos fociis, & ipse ultra se minimè continens, injussus effusissimo equi cursu, se ludentibus jungeret: quod dum agerem (sic ipse profectur,) audiivi illum post tergum mihi cum gemitu dicentem: O quam magnum Væ facis mihi sic equitando. Et ego audiens, nihilominus captis insiti vetitis. Nec mora dum fervens equus, quoddam itineris concavum valentiore impetu transiliret, lapsus decidi. Et mox velut emoriens, sensum penitus, motumque omnem perdidit. Erat namque in loco illo lapis terre æqualis, obiectus cespiti tenui, neque ullus alter in tota illa campi planitie lapis inveniri poterat. Casuque evenit, vel potius Divina providione, ad puniendam inobedientie mee culpam, ut hunc capite ac manu, quam capiti rucis supposueram, tangerem atque infracto pollice, capitis quoque junctura solveretur. & ego, ut dixi, simillimus mortuo fierem. &c. Condoluit nihilominus inobedienti tamque graviter luenti pastor optimus, postque preces in faciem ejus exsufflans, dolores illico profligavit, nequid autem miraculi sibi tribueretur, evocato medico, juncturam cranij dissolutam ut jungeret curavit. Tantumque, ait Herebaldus, mox accepta ejus benedictione convaleui, ut in crastinum ascendens equum, cum ipso iter in alium locum facerem, &c. Cui tunc quoque rite baptizatum non esse, significavit, & probavit, institutumque postea lacris undis ipse Ioannes abluit. Aliàs, mutum solo crucis impresso signo eloquentem reddidit, quibus, aliisque virtutibus bene meritus, cum Archiepiscopatu præfuisset annis, plus minus, decem, & gravi jam senecta, minus præesse aptum se ipse judicaret, ad dilectam Cœnobii reverens quietem substituto pro se VVilfrido discipulo, in Sancti Petri Sylvæ Deirorum, vitæ reliquum humillimè & sanctissimè exigit; mortuus CHRIS TI Anno 721. Relictis ingenij monumentis aliquot, quæ inter Homilia in Evangelia celebrantur. Ex Ven. Beda, Angl. diversis script. tom. I. SS. Ordin. &c. Harpsf. 147.

In territorio Sagienfi Sancti Cerenici Abbatis, qui tempore Mileardi Sagiourum Episcopi, Sacram Christo militiam sub Regula S. P. N. aggregavit, Cœnobiumque construxit, in quo cum religioso cætu, multa puritate Domino serviens, vitæ cursu beatè peracto Sancto fine quievit. Martyrolog. Gall. Carol. Sausf. &c.

Roma, Sancti Benedicti Secundi Papæ & S. Benedicti. Con-II. Papa.

Inobediencia cuiusdam.

Inobedientie pena.

Insigne miraculum.

Resignat Archiepiscopatum.

Insignia miracula.

Moribundum sanat.

Simile miraculum.

S. Benedicti Confessoris. Benedicti II. cognomento Junior, patria Romanus, Joanne patre, Romanæ ab infantia Monastica vitæ consecratus. Divinæ scripturæ ita operam dedit, ut doctrinâ & exercitatione, in rebus Divinis singularis tum haberetur. Fuit omnium virtutum genere excultissimus, quibus corda hominum ita sibi devinxit, ut tum unus haberetur, qui omnium suffragiis in locum demortui Sancti Leonis nostri II. merito subrogaretur. Ejus vitæ sanctitas cum celebris admodum esset, factum, ut summis Principibus tumo honori esset, eoque nomine Ecclesiæ mirificè consulere; quem adeo reveritus est Constantinus Imperator (ejus item, ut Platina habet, sanctitate permotus,) ut sanctionem conderet, Benedictoque mitteret; ne deinceps in Romano Pontifice creando, Imperatoris assensus, & Italia Exarchi auctoritas expectaretur. quâ quidem potestate factâ, vix quidquam Ecclesiæ poterat oportunitus, feliciterque obtingere. Meruit & aliud à DEO singulare brevi Pontificatu Benedictus, quo nomen tanti viri, rarâ felicitate æternum posteris commendetur. Vigente nempe tunc temporis consuetudine, ut per capillorum exhibitionem quis alteri offerretur in filium, & qui eum accepisset, Patris nomen consequeretur. Sic pius Imperator Constantinus, capillos Dominorum Justiniani & Heraclii filiorum, ad Benedictum direxit, & ipse cum clero, & exercitu, inquit Anastasius, quasi dicat, cum quâdam solemnitate, suscepit. Fidem dein, ut ab omni novitate conservaret, datis ad Episcopos litteris; quod in lecta Synodo verbis ambigua nonnulla definita essent, serio & sollicitè cavet, & Concilio Toletano XIV. indicto, ut explicarentur à Patribus, imperavit. Ad restituendas postea Ecclesias curam & operam convertens, plurimas per Urbem restauravit atque exornavit. Verum toto animi nisu, his, maximisque quibusque Rei Christianæ rebus intentum, cælitates collegam voluere, ad quos post ingentia, brevi magistratu, merita, feliciter hac die transit Anno Christi 685. Pontificatus II. in Sanctorum numerum à morte relatus: cujus eminentis virtus, ut ait Platus, ostensa est potius Ecclesiæ quam data: sublatus cum omnium dolore & lachrymis. Ex Baronio & nostris Bened. Annal. Plato, Platina &c.

In Cracovia, Sancti Stanislai Episcopi

pi & Martyris, qui à Boleslao impio Rege necatus est. Stanislaus nobilis Polonus, quamvis noster Professione non esset. Voto tamen fuit, neque eo solum nomine nostris accensendus, sed reapse, rerum mundi hujus omnium liberrima abdicatione, quas, absolutis studiis, parentibus optimis licet, commodum tamen morte sublatis, ut ad Cœnobium convolaret, omnes omnino in pauperes erogavit. Sed destinatum Pontificio honori, multorumque salutem juvenem, auctoritas Episcopi invitum retinuit, & Ecclesiasticis honore ac onere, ob insignem eruditionem, conjunctumque huic peraptum vitæ sanctioris exemplum, insignivit, quo munere haud diu perfunctus, Pontifice defuncto in Cracoviensem Cathedralam evectus, admirabili vitæ sanctitate, in regenda Ecclesia dexteritate, & vigilantia, ac insigni in pauperes misericordia, apud omnes spectatissimus fuit. Soli Boleslao Regi invisus, cujus immanem libidinem, licentiam, atque crudelitatem, cum pro officio redarguisset, furorẽ vesani Principis in se se mirum in modum succendit. Qui cum sanctum Pontificem sede dejectum vellet, neque causam excogitare posset, litem denique de villa quadam intendens, eo denique optimum Præsulem adegit, ut cum testes rei veritatem edicere timerent; Petrum pagi venditorem, qui triennio ante obierat, intra tres dies, in judicium adducturum promitteret. Conditione cum risu accepta, Stanislaus in preces effusus, ipsa sponsonis die evocatum è tumulo mortuum, coram Rege adduxit, quem testimonium dicere iussit, & siquidem vitam sibi ad annos aliquot protrahi vellet, eidem optionem dedit, se enim a DEO impetraturum, Verû Petrus egregie confuso Rege, mori maluit, id unum, contendens ab Episcopo, maturius purgatricibus locis eriperetur, Numen exoraret. At Boleslao frustra sæpe admonitum, dum a communiōne fidelium Stanislaus removeretis, immisissis militibus in Ecclesiã, qui virum DEI confoderent, iis tertium Divina repulsi virtute, ipse re aggreditur, sacrisque tunc operantẽ scelestam manu Rex ipse obruncat, quẽ milites illico minutatim concidere. Collegere sacra membra in agrum projecta, & ab Aquilis mirabiliter defensa, nocturni de cælo splendore indicio Cracovienses Canonici, quæ subito, ita inter se copulata sunt, ut nulla vulnerum vestigia extarent, FF. Passus

Voto nostrum

Fit Archiepiscopus Cracoviensis.

Mortuum ad Regem deducit.

Regem excommunicat.

Regis manu cruciatur.

Celebris ejus sanctitas.

Insigne ejus meritum.

Ei Constantinus Imperator filios ut Patri comendat.

Alia Benedicti merita.

Insigne eloquium.

S. Stanislai.

Rara miracula. Passus est insignis CHRISTI Martyr Anno Christi 1079. 3. Non. April. Hac autem die solemni pompa translati festi-
**Breviario Rom. infer-
 tu.** vior memoria celebratur, quem plurimis illustrem miraculis Innocentius Quartus Anno Christi 1253. Sanctorum albo ad-
**S. Cereni-
 cus.** scripsit, & superiori ætate Clemens VIII. Romano inferi Breviario, & toto terrarū orbe sub *Semiduplicis* (ut vocamus,) me-
**Multorum
 Monacho-
 rum pater.** moria celebrari imperavit. *Ex Ioanne Longino Canon. Cracov. Martino Cramero Breviario Romano, Baronio, Chronicis Polon. t. 1. SS. Ord. &c.*

In finibus Cenomannorum, depositio Sancti Cerenici Abbatis, multorum Monachorum Patris. Cerenicus, sive Serenicus, ædificavit Monasterium in edito monte, quem totū ferè Sarta fluvius ambit, inter fratres Cemanensium & Normannorum. Illic autem dignam cælo cohortem discipulorū legens, centum quadraginta numero, regularibus disciplinis diligenter instituit, & sancto in primis vitæ exemplo ad perfectionis studium invitavit. Claruit sub An. Christi 580. Vitæ autem cursu beatè peracto, plenius meritorum decessit, & ibidem primū conditus, postea Caroli Simplicis tempore, cū Hastings Danus Neustriam popularetur, ad Castrum Theodorici translatus est. *Ex Orderico Vitali, Hugone Menardo, tomo 1. SS. Ord. &c.*

In Germania, Monasterio Pataviensi, Beatæ Gisilæ Reginæ & Abbatissæ. Gisila sive Gilala, Henrici, aliàs Hezelonis Saxonix & Bavarix Ducis filia, Sancti Henrici Augustissimi Imperatoris soror, Magistrum sanctitatis dignissimum, Beatissimum VVolfgangum nostrum habuit, qui præcius futurorum, infan-
**Regina Vn-
 gar.** tulos etiamnum suæ curæ creditos, & Henricum, CÆSAREM; & Gisilam, REGINAM appellare consuevit, iisdemque quos præviderat honoribus, & gradui, dig-
**Regem com-
 vertit.** ne formavit. Gisila autem, marito Stephano Vngarorum Rege felicissima, eum ipsum Christo & Ecclesiæ copulavit, & sanctioris vitæ æmulum habuit. Neque infelicio filio, Beato Emerico, cum hanc, & matitum cælo præmississet, rever-
**Fit Abba-
 tissa.** sa in patriam, & viduitatem cucullo solata, Abbatissa demum, Amitæ suæ Helicæ in regimine Cænobij succedere meruit. Vbi demum, bonis & sanctis operibus opulenti-
**Comme-
 moratio S.
 Gabrielis.** simè ditata in pace requievit Anno Christi 1095. cum ætatis annum centesimum superasset. *Ex VVig. Hundio, Arnoldo, Hugone, t. 1. SS. Ord. &c.*

In Italia Beat. Villani Episcopi Eugubini, egregia vitæ sanctitate conspicui. Fuit is Nobilis Eugubinus, sed contemptu sæculi illustrior professus est Monachum in Cænobio Sanct. Crucis Fontis Avellana, inde ob merita extractus ad Pontificalem suæ patriæ Cathedram Anno 1206. eidem sanctissime præfuit, aliaque inter præclare gesta Monasterium B. M. V. dictum de Pelagio Ordinis nostri, & alterū Virginibus Clarussis, nec non Hospitale S. Spiritus condidit, & miraculis illustrer Anno 1230. decessit, ætat. 70. sepultus in Cathedrali, cuius fons prodigiolus celebratur. *Annal. Eugub. Iacobæus.*

In Provincia Partica depositio Beat. Adam Abbatis Monasterij Sanct. *MARIAE* de Trappa. Hic illustri miraculorum gloria à DEO honoratus, *ex nobili*, ait Segunus, *humilis, ex divite pauper*, postquam Monachicæ vitæ puritatem, summa mentis puritate, diu fuisset lectatus, & proprio exēplo, ac crebris exhortationibus, multos ad eandem amplectendam invitasset, ad mercedem fideliter DEO servientium evocatus, mortalitati valedixit. *Ex Philip. Seguino, Henriq. &c.*

Eodem die, natalis Sanctæ Euphrosynæ Abbatissæ Argensoliensis, quæ post multa virtutum opera, cum magna sanctitatis opinione, in pace quievit. *Ex Menolog. Cister. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Gallia elevatio corporis Sancti Guillelmi Archi-Episcopi Bituricensis, operā Gerardi Vulgrini successoris ejusdem, qui Anno Christi 1217. cum plurima DEVS ad sancti viri tumulum miracula operaretur, Romam contendens, acturus apud summum Pontificem, ut idem Guillelmus in numerum Sanctorum referretur, eo obtento reversus, sacras Reliquias è terrâ, magnâ cum solemnitate elevans, digniore loco collocavit, & fidelium consolationi ac venerationi exposuit. Fuitque deinceps Guillelmus, Tutelaris Biturigum Præses, insigni universorum in Patronum optimum studio, adoptatus. *Claud. Robert. Ioan. Chenu, t. 1. SS. Ord. Henriq. &c.*

Romæ festiva Comemoratio S. Gabrielis Archangeli, in Collegij Gregoriani Ord. S. P. BENEDICTI, ejusq; Alumnorū, per universum mundum Fidē Christianā æquè ac Catholicam propagantium, Custudem ac Patronū cooptati, eo quod eâ ipsâ die, & An. Ch. 1632. ejusdem Collegij unio facta est cum sacra Eminentissimo-
Patronus. rum Duorum S. R. E. Cardinalium Congrega-

gregatione, de propaganda Fide. *Ita in suis ad me datis, missisq; Copiis Instrumenti Conventionum. His ipsis verbis Illustrissimus & Reverend. D. D. Constantinus Cajet. ejusdem Collegii Conditor & Abbas, qui, ut Menologio insere-
 V. Gertru-
 da. rem commendavit.*

In Monasterio Zvvifalten. depositio Ven. mem. Gertrudis Ducissæ Polonia, filix Boleslai Crivousti Ducis Polonorū, quæ abjecta purpura cucullum illic exam-

biens, illustrissimo periturorum contemp-
 ptu, plurimis aliis facem prætulit, suoque exemplo mirifice accendit & informavit. Claruit sub annum Christi 1160. *Ex monim. Zvviv. no 1160. salt. Const. nost. Bened. &c.*

Trecis inventio Sanct. Mastidix Virginis DEO dicatæ, cuius corpus à Milone Præfule diu post felicem transitum inventū est in sepulchro incorruptū. Martyriūq; indice cucullo purpureo tectū. *Carol. Sauf.*

VIII. IDVS MAII.

VIII. MAII.

B.

In Scotia Sancti VVironis Episcopi. VViro postpositis parentum blandimentis, opibus, ac deliciis contemptis, cucullum amplexus, insigni postea sanctitate fama Scotorum eligi Episcopus meruit; quem quidem honorem dum refugeret, ab Honorio summo Pontifice invitus consecratus, redire in patriam, commissoque populo consulere & præesse coactus est. Verum benè merendi postea studio, ad prædicandum Gallis Belgicis Evangelium, relicta patriâ, difficile iter, & Apostolicum laborem, magno animo suscepit, & ad Pipinium Ducem delatus, *ejus in primis favorem demeruit. Qui egregia viri sanctitate* perspecta, studiis ejus opē atque opera nunquam defuit, & Montem Sancti Petri, locum à turbis remotum eidem tradidit; ubi VViro insigne Cænobium excitans, Basilicam ibidem DE Iparæ suæ, Ordinisque, præcipuæ Tutelaris honori dedicavit. Vbi demum Pontificatū abdicato, cucullum & vitam Monachi denuo assumens, quanti institutum Monachicum præ summis honoribus faceret, illustri exemplo palam omnibus voluit. De Pipino, ut alios taceam, longè meritissimus, ejus omnibus actionibus præfuit, & consilio direxit, quem & gravissimis negotiis religiosissimus Princeps adhibuit, atque adeo suspexit & veneratus est, ut eodem à confessionibus usus, non nisi detractis, reverentiæ ergo, calceis, ad ipsum accedere præsumeret. Claruit vir Apostolicus insignibus à morte miraculis, & inter primâ Belgii decora celebratus, Ruræmundensium Divus Tutelaris est cooptatus, cuius tamen præcipuâ corporis parte, Archiepiscopalis (teste Molano.) Trajectensis Ecclesia gloriatur. Floruit post annum Christi septingentesimo, cum sociis san-

ctissimis peregrinationis suæ Plechelmō & Otgero. *Ex Ioanne Molano, Ferreolo Loricario, Auberto Miræo, diu. rerum Belgicarum script. Annal. nost. & tomo primo Sacrosanct. Ord. &c.*

In territorio Bisuntino, Sancti Petri Episcopi. Petrus religiosus admodum parentibus in Dicecesi Viennensi natus, adolescens Christi servitum in Bonæ-vallis Cænobio professus, cum ob virtutem admirabilis omnibus esset, paulo post Stamedien-
S. Petrus. sis Abbas esse iustus est. Mira jam tunc ejus in omnes charitas, in pauperes autem profusissima beneficentia fuit, quos perpetuo mensæ adhibuit, tanto magis ipse delectatus, quanto pauper magis, & infirmior sibi obtigisset; quos liberalissime fovens, & reficiens, soli sibi curam corporis nullam impendit, simplici panē, atque aqua fluminis contentus. Tarentasiensis Archiepiscopus renunciatus, cum totis viribus reniteretur, auctoritatē Melliflui Doctoris nostri, Clarævallis Abbatis Divi Bernardi perurgente, demum acquievit, paupertatis & sacri rigoris multo deinceps studiosior, quanto supra cæterorum hominum sortem prælatus videbatur. In pauperes, quidquid habere poterat, erogavit, neque in suâ solum Dicecesi, sed & extra passim, rarissimo in exhausta liberalitatis exēplo, Xenodochia construxit, & dotavit, atque quo religiosus & diligentius, dilectissima Christi mēbra tractarentur, Religiosos, qui curarent, præfecit, quos charitate in primis atque humilitate cæteris præstare animadvertēbat. In partibus Provinciæ, per itineris suscepti occasionē, depræhensa pauperculâ quâdam, in vili quodam tuguriolo, extremo inopiæ malo laborante, ipse præ nimio dolore voce intercepta, post magnâ

S. VViro. *In Scotia Sancti VVironis Episcopi. VViro postpositis parentum blandimentis, opibus, ac deliciis contemptis, cucullum amplexus, insigni postea sanctitate fama Scotorum eligi Episcopus meruit; quem quidem honorem dum refugeret, ab Honorio summo Pontifice invitus consecratus, redire in patriam, commissoque populo consulere & præesse coactus est. Verum benè merendi postea studio, ad prædicandum Gallis Belgicis Evangelium, relicta patriâ, difficile iter, & Apostolicum laborem, magno animo suscepit, & ad Pipinium Ducem delatus, ejus in primis favorem demeruit. Qui egregia viri sanctitate* perspecta, studiis ejus opē atque opera nunquam defuit, & Montem Sancti Petri, locum à turbis remotum eidem tradidit; ubi VViro insigne Cænobium excitans, Basilicam ibidem DE Iparæ suæ, Ordinisque, præcipuæ Tutelaris honori dedicavit. Vbi demum Pontificatū abdicato, cucullum & vitam Monachi denuo assumens, quanti institutum Monachicum præ summis honoribus faceret, illustri exemplo palam omnibus voluit. De Pipino, ut alios taceam, longè meritissimus, ejus omnibus actionibus præfuit, & consilio direxit, quem & gravissimis negotiis religiosissimus Princeps adhibuit, atque adeo suspexit & veneratus est, ut eodem à confessionibus usus, non nisi detractis, reverentiæ ergo, calceis, ad ipsum accedere præsumeret. Claruit vir Apostolicus insignibus à morte miraculis, & inter primâ Belgii decora celebratus, Ruræmundensium Divus Tutelaris est cooptatus, cuius tamen præcipuâ corporis parte, Archiepiscopalis (teste Molano.) Trajectensis Ecclesia gloriatur. Floruit post annum Christi septingentesimo, cum sociis san-

**A. Confes-
 sionibus Pi-
 pino Duci.** *Confessionibus Pi-pino Duci.*

**Ruræmun-
 densium
 Patronus.** *Ruræmundensium Patronus.*

**Fit Archi-
 episc. Tra-
 jentis.** *Fit Archi-episc. Trajentis.*

**Mirā in
 pauperem
 benignitas.** *Mirā in pauperem benignitas.*

vim lachrymarum, ut pauperis ejusdem inopiæ etiam cumulatè mederetur, non suas sibi tantum, sed & famulis vestes detrahens, cum ingenti argenti pondere famina largitus est. Tanta ejus sanctitatis fama fuit, ut quacumque incederet, innumerabilis fere hominum multitudo ipsi occurreret, Petro, admirandâ prodigiorû virtute, in oculis omnium, cæcos, claudos, surdos, quibuscunque morborum generibus oppressos illico curante, pauperes juvante, afflictos solante, peccatores DEO conciliante. Tanti autem occurus applaususque fastidio metuque, relicto Pontificatu, in Germaniam profugit, & in Cœnobio quodam incognitus delitescens, proditus non multo post, longè majore omnium gratulatione, ad sedè suam reductus est, & novis deinceps beneficiis universos obstrinxit. De Regnis diversissimis longè meritissimus, incredibili dexteritate, inveterata Principum odia frequenter extinxit; bella gravissima complevit; quæ inter: dissidium funestissimum, inter Hymbertum & Comitem Tolosanum, magnis incendiis grassans consopivit; bellum perniciosissimum, ex quo miseranda Ecclesiarum destructio, regionum amplissimarum & pulcherri-marum vastatio, & innumerabilium strages hominum procedebat, inter Galliarum & Angliæ Reges, felicissimè composuit, à Regibus iisdem honorificentissimè exceptus, quo quidem procul conspecto Rex Angliæ, equo desiliens, in occursum ruit, pedesque viri sanctissimi amplexus, cappam ejus attritam atque undique lacertam, reverentiæ ergo, abstrahens; sumique ac regii muneris loco habens, eam deinceps regios inter thesauros reposuit, erubescens non nihil & quiritantibus super Rege Fratribus viri Sancti sociis, quod lacernas ejusmodi tanti aestimaret; quibus ille refondit: *Aliter vobis loquendū fuerat, si sciretis de ipsius cingulo, quod præteritis annis accepi, quanta provenerint beneficia sanitarum.*

In Gallia, pari gratulatione applausu- que à Rege exceptus, confluentè undi- que ad spectandum hominis miraculum innumera mortalium multitudine, alios inter prodigiose curatos, cum puerum cæcum forte illuminaret, *non dissimulavit Galliarum Rex flexo genu, virtutem in puero Divinam adorare, caput ejus, oculosque de oscu- lans, & honorans oblatione propria manū ejus.*

Hæreticorum & Schismaticorum mal-

leus, unus fere ex Metropolitanis, pro do- mo DEI se murum opposuit, pullulan- tes undecunque & emergentes Hæreses oppressit atque obtrivit, nutantesque in fi- de, verbo & Virtutum ostensione mirifi- cè juvit & confirmavit. Tanti à Friderico Imperatore Augusto, Romanæ Ecclesiæ vel maximè tunc infido, factus est; ut cum optimos quoque ac dignissimos Pontifi- ces, honoribus dejiceret, proculque à sese amoveret, Petrum tamen summè reveri- tus; non raro supplex ejus se precum suf- fragiis commendaret. Heriberto Chry- sopolitano antistiti, ob constantiam invi- sus, multa & gravia ab ipso illata, patienti- ssimè pertulit; verum cum is neque ar- mis abstinentum sibi duceret, Christi- que fidelibus gravis oppressor incum- beret; Petrus indictis quinque dierum jejuniis & precibus, sanam mentem Schi- smatico, vel saltem malo remedium, cum à DEO flagitaret, quinta die Heribertus, urgente vindicta, miserando atque horri- bili mortis genere, miserè extinctus interiit. Præfuit vir sanctissimus Ecclesiæ suæ annis triginta tribus, & præclare gesto- rum gloria immortalis, ad præmia æterna evolavit, salutis anno 1175. ætatis 73. Pro insigni postea miraculorum & meritorû copia Sanctorum albo adscriptus. *Ex Gaufrido Abbate Alt. cum b. Vincent. Bel- vac. Petro Equilino, Henric. Annal. nost. Bened. t. 1. SS. Ord. &c.*

Nivellæ Commoratio Sanctæ Ydu- bergæ Viduæ & sanctimonialis, matris Sanctæ Gertrudis Abbatissæ ibidem. I- dudberga Godini Aquitanæ Comitissæ filia, uxor Pipini, cognomento Laudensis, Hasbanæ & Brabantia potentissimi Ducis, celeberrimum illud Nivigellæ, vulgo Nivellenfæ, Virginum Cœnobium condi- dit; cui cum filiam sanctissimam Gertru- dem præfecisset, marito defuncto seip- sam etiam, stupendo sane humilitatis in tantâ Principe exemplo, eidem submisit, & vitam Monachicam professa, eam- dem, quam olim filiam, matrem & magi- stram perfectionis habuit & coluit, mi- randam paulo post eâ animi submissione, sanctitatis sublimitatem assequuta. Per- tulit gravissimas magno animo à cogna- tis Principibus injurias, quod DEO fili- am seque consecrasset, decesitque duo- decimo ab obitu Pipini conjugis anno, Nivigellæ prope aram Divi Petri tumu- lata, cujus sacrum corpus postea elevatū, & in tumba portatili honorificè colloca- tum,

Magni sibi ab Imp. Frid.

Bellum flagrantissimum sopit.

Mortitur.

S. Tandbergæ.

Pipini Ducis uxor.

Mater filiam se subdit.

Eius Reliquia.

Miraculo- rum rarissimæ gratia

Pontifica- tum deserit

Regna di- versa demeretur.

ARegibus summe colitur.

Cingulum eius miraculosum.

Hæreticorū mallem.

tum, quotannis Rogationum ut voca- mus solemnibus feriis, dignissima pompâ circumfertur. *Ex Ferreolo Locrio, Auberto Mirao, Molano, Tepes, Baronio, Trithemio, to- mo. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Claræ-vallis, beati Gal- terii Conversi puritatis & innocentia ad- mirabilis viri, qui laicus licet & illiteratus, litteraris fide & devotione non inferior, Vestiarii officium in Monasterio mul- to tempore gerens, non secundum personarum acceptionem, sed secundum necessitates indigentium, vestimenta Fratibus, multa cha- ritaris dulcedine providebat. Meritus idem ab angelo visitari, & mirabili visione divi- nitus illustrari, post multa pietatis exem- pla posteris derelicta sancto fine consum- matus excessit. *lib. de exord. Cist. Ordin. Barn. de Mon. albo, Henric. tomo. 1. SSanct. Org. &c.*

Patmæ in Monasterio Sancti Joannis

Evangelistæ, translatio Sancti Joannis, primi ejusdem Cœnobii Abbatis, & alio- rum nonnullorum Sanctorum, facta Anno Christi 1588. De qua consulendus *VVi- on, aliique ab eodem citati.*

Casini B. Sergii cognomento Amal- phitani, qui sub Girardo Abbate magna perfectionis opinione claruit. Hic cum supremum decumberet, Gregorium Monachum Presbyterum oravit, ut se- cum maneret; ad ultima autem deveni- ens, DEI param ad se occurrere intuitus: *Domina mea, Domina mea,* exclamavit, rogatusque causam clamoris à præsentibus: *Nunquid, ait, Beatissimam Virginem MARI- AM videtis? Hic nempe est,* quæcum dixisset illico extinctus est, illa utique quam viderat & devotè coluerat duce, ad palatia subvectus felicissimæ æternitatis. *Petrus Diac. monim. Casin &c.*

S. Joannis Ab. translat.

B. Sergius mon.

Ipsi adest Despart.

VII. IDVS MAII.

IX. MAII.

C.

TOLETI in Hispania, Sancti Iusti Episcopi & Confessoris eximii. Iustus Sancti Helladii discipulus, sanctissimi illius Hispaniæ Cœnobii Agallienfæ Monachus, eruditionis & sanctitatis titulo, (Helladio ad Cathedram Toletanam assumpto.) perfectissimorum Monachorum Magister & Abbas esse meruit. Eum- dem autem, quem in Abbatia honore, in Pontificatu etiam postea consequutus, Archiepiscopalis Toletanæ Ecclesiæ honorem & commoda mirificè promovit, & Antecessorum successorumque eodè ex Cœnobio petitorum sanctitati & meritis per omnia respondens, celeberrimi Pontificatus nomen longè illustrius reddidit. Fuit grandis, ut vitæ auctor loquitur, ingenii, insigni acumine & eloquen- tia præditus, quibus talentis à Domino sibi creditis benè usus, Cathedram suam mira prudentia gubernavit, cujus, ob nominis & eruditionis celeberrimam famâ, Concilio Toletano quinto, spectatissima inter Patres auctoritas fuit. Vti autem omnis generis Virtutibus excultissimus enituit, sic ab humilitatis ac patientiæ laude mirificè est commendatus, cumque decennium populo sibi commendato strenuè præfuisset, migravit ad Dominū sub Anno Christi 633. succedente sibi Sancto Eugenio II, ejusdem Cœnobii A-

gallienfæ Monacho, suo quondam disci- pulo. *Ex S. Ildephonso, Tepesio, & rel. Hisp. scri- pto. Annalibus nost. Bened. tomo 1. SSanct. Ord. &c.*

In America passio aliquot SS. Mona- chorum, Beati Bucillii nostri, primi Novi orbis Patriarchæ sociorum. Hi Christi anno millesimo quadringentesimo no- nagesimo tertio, ad Apostolici laboris in- ter Gentiles & barbatos functionem, è lectissima nostra Congregatione Hispani- ca assumpti, Pontificisque Romani benedi- ctione muniti, cum Buellio Catalano, Buellius Montisferrati Monacho, primo Novi Orbis consecrato Archiepiscopo, Patri- archa, Summique Pontificis vicario, diffi- cillimam ac periculi plenissimam legatio- nem suscipere, & immensa Oceani vasti- tate superatâ, sedentibus in tenebris & umbra mortis, æterno cum meritò, primi amplissimarum provinciarum, post Di- vum Thomam, postrema ætate, in præci- pitantis ad occasum mundi senecta Apo- stoli, strenuam Christo & Romanæ Ec- clesiæ operam navantes, illustrissimum fidei Christianæ lumen intulerunt. Ha- buere felicissimos successus egregii Chri- sti præcones, & plurimis paulo post ad sacra Christiana conversis, Episcopis per diversa loca institutis, Ecclesiis, Cœnobi- is, scholis, seminariis passim erectis, regio- nibus

S. Iustus Episc.

Plurimi è nostris mira sanctitate Tolet. Eccl. ornent.

Buellius primus Archiepiscop. Novi Orbis.

Apostoli.

Ingens Idolorum numerus destructus.

bus illis mirifice confundi. Tantum autem Idolorum numerum, lugente & frendente nimium Infero, destruxere, ut in sola Sanctae Crucis Insula, plus quam centum septuaginta millia evertisse, comminuisse & cremasse memorentur. Quae tanta, ut barbari rebantur, jactura, obstinatiores in errore nonnullos concitavit, ut in meritissimos Apostolos, immaniter irruerent, & quosdam ex iisdem, procul ab Hispanorum praesidiis positos, crudelissime trucidarent, ea singulari plane optumi Numinis in Sanctissimum & meritissimum, de Ecclesia Universam Ordinem nostrum propensione, ut, omnibus jam olim Europae, Africae, Africae, Occidentis atque Orientis nostrorum pro CHRISTO effuso sanguine, gloriosissime purpuratis, eadem eorumdem felicissima purpura, Novus etiam, recentissime repertus a Columbo Orbis, primum tingeretur atque exornaretur, uberrima deinceps fecunditate, CHRISTI Martyrum sanguinem consequente. Ex Fernando Gonfalso Ovetensi, Honorio Philopono, Arnaldo Duaceno, Petro Cieza, Gilberto Genebrardo, Annalibus nostr. Ben. t. i. SS. Ord. & c.

S. Adelgarius Archie.

In Germaniam Sancti Adelgarii Episcopi Bremensis tertij. De eo uberius agimus, ex aliorum de Depositionis ejus die opinione, Idibus Maij. Ejus autem meminere hac die Albertus Abbas Stadenfis & Crantzius.

B. Vilfridus II.

In Anglia Beati Vilfridi Secundi ejus nominis, Archiepiscopi Eboracensis. Sanctus Vilfridus, magni & celeberrimi illius primi Vilfridi cognatus, Eboracensis Coenobij Monachus (quem tamen prius Riponensi in Monasterio nonnulli Monasticen professum existimant) ad Pontificiam sublimitatis dignitatem evehctus, minimè & a sanguine, & a nomine atque virtute degenerasse se, praclare factis ostendit; & quod longe dignissimum, sanctissimum honorem, dignam vitam perfectione excoluit, & beato sine labores tuos coronavit. Sepultus est autem in Monasterio supradicto Riponensi, cujus sacrum corpus, cum revelatione Numinis, Sanctus Oswaldus Archiepiscopus reperisset, ad Ecclesiam secum Vigornensem tranfexit, & digno honore recondidit. Ex Guillelmo Malmesburienfi, Vita S. Oswaldi, Hugone Menardo, t. i. SS. Ord. & c.

Eius elevatio.

In Hispania felicissimus ad aeternitatis Regnum transitus Beati Gregorii S. R. E. Cardinalis, qui ob insignia vitae merita & laudem eruditionis Coenobio extractus, Sacram purpuram admirabili vitae sanctitate excoluit, & eminentissimo illi Cardinum Ecclesiae Senatui ornamentum aeternum addidit. Hic ab Urbano Secundo Legatus a Laterane missus in Hispanias, suo praclaro functus munere eidemque immortalis, Regnum amplissimum admiratione rapuit, & mirifice demeruit, grandibus in vita & post mortem miraculis a Numine illustratus, quibus saepius amplissimis provinciis prodigiose consuluit, & ab immani locustarum vastatione liberavit. Ob hoc ipsum singularis Tutelaris cooptatus, atque usque hodie celebratus. Decessit Ann. Chr. Obiit 1098. cujus vitam prolixè descripsit, Abbas Caietanus.

S. Gregorius Cardinalis.

Merita.

Obiit 1098.

B. Petrus Frater Alph. I. Reg. Lusit.

In Lusitania depositio Beati Petri, fratris Alphonfi Regis Lusitaniae. Petrus Henrici Comitis Lusitaniae, Illustrissimi Regum Lusitanorum Parentis, filius, Alphonfi primi Regis frater, Heros bello spectatissimus, miram rerum gerendarum dexteritate, insignique nominis celebritate Hispanias non solum, sed & Gallias implevit; ubi, cum juvenili aetate militiam sequeretur Divo Bernardo familiariter auctus, fratri Alphonfo impulsor fuit, ut Alcobatiam, opulentum Coenobium, sub illius auspiciis erigeret. Memorabile illud, cum gloriosissimus Princeps, cum lectissima quandoque nobilitate ad Bernardum divertisset, ac imminente proximè sacro quadraginta dierum jejunio, vir sanctus enixius ab iisdem contenderet, ne, quod parabatur torneamentorum, ut vocabant, ludò, adesse vellent, reclamantibus atque abnuentibus universis in hac denique Bernardum prorupisse: *Confido autem, inquit, in Domino, quod ipse dabit mihi inducias quas negastis.* Accersitoque Fratre, qui cervisiam ipsis propinaret, eam benedicens, insigni & raro propinandi ritu: *Vt Biberent Potionem Animarum* auctor & suator fuit. Biberunt universi, inviti tamen nonnulli, nimio obstricti deliciarum amore, quodque effectum, qui postea consequutus, valde metuerent. Mirares! Vix Coenobio egressi, Virtutem cerevisiae Divinam experti sunt, fueruntque non jam alii, quam de deserendo saeculo sermones, reversique eadem

Bello clarissimus.

Mira vis cerevisiae.

Victoria Petri.

A S. Bernardo apparete cucullo induitur.

Mirus Dei para cultor

Rigor vite.

A Deipara liberatur.

dem hora, & conversi à viis suis, militiae spirituali nomen dederunt. Petrus tamen in Lusitaniam reversus, aliquot deinceps annis praelia cum fidei Christianae hostibus gessit, gloriosasque de Saracenis victorias reportavit, donec à Bernardo coelitis jam sociato, mire visitatus, ad professionem vitae Monachicae concitatus, cucullo Cisterciensium nostrorum caudido, ab eodem indueretur. Mox relicta militia Alcobatiae Coenobium ingressus, de seipso deinceps triumphare studuit, multoque illustriores, quam antea unquam victorias reportavit, Deiparentis Virginis praecipue amori atque obsequio longè addictissimus; suam totiusque Ordinis Benedictam tutelarem singulari studio demereri sollicitè contendit. Cujus dum effigiem contemplaretur, vel Angelicam salutationem pronunciaret, rarissimo nimij amoris exemplo atque argumento, felicissimus Princeps, a sensibus abstractus, in extasim rapiebatur. Fuit juratus sui corporis hostis, quod plenè spiritui subicere, & emancipare sedulo allaborabat. Totas proin ferè noctes insomnes transigebat, neque nisi semel tantum, & quidem parcissime in die reficiebatur. Cilicio item continuo usus, delicatam carnem perpetuo cruciatu damnabat, additis durissimis verberum laniationibus, quibus, si quae in saeculo admisset, expiare fatagebat. A luxuriae nihilominus spiritu, hunc inter vitae rigorem graviter pulsatus, cum Coelitem Imperatricis, unicae Tutelaris suae opem implorasset, eam forma humanis etiam oculis conspicienda, sibi occurrentem, atque opem ferentem, intueri meruit. Nunquam sa-

ros suscipere Ordines assensit, verum Monachus laicus vivere atque mori praeelegit. Silentii & regularis disciplinae observantissimus, per sex menses aliquando continuos, silentium strictissime observavit. Cumque egregiis virtutibus clareret, feliciter tandem in Domino obdormit, mira caelestis odoris fragrantia, stupentibus universis, totam illico domum replente. Ex Bernardo Brito, Antonio Vasconcelio, Henriquezio, Marique, Annalibus nostr. Benedict. tom. primo SS. Ord. & c.

Mors, & odoris fragrantia.

In Brabantia, Monasterio Villariensi, natalis Beati Gerardi Monachi & Confessoris. Hic & generis nobilitate, & opum affluentia, in saeculo spectatus, illustri familiae de GREYS decus singulare esset, contempta saeculi vanitate, CHRISTI servitio nobilitari exambuit, & Sanctum Villariense Coenobium ingressus, rejecto baltheo militari, in illa solitudine militiae spirituali nomen dedit, victorq; sui gloriosus ad Christum migravit. Menolog. Cist. Joan. Baptista Grammaye, t. i. SS. Ord. & c.

B. Gerardus de Greys

Eugubii in Italia natalis B. Fortis Monachi & Eremitae. Is nobili genere Eugubii natus, familia perillustri Gabrielia, Monachus in Monasterio Fontis Avelanæ professus, Sancti Lodolphum Abbatem, Sanctitatis Magistrum perfectissimum habuit, cujus exempla strenuè imitatus, vitam admodum rigidam vixit, quam felicissimo fine clausit Anno 1040. hac die, cujus corpus in Cathedrali templum translatum ibidem Sacello separato insigni colitur, per cujus intercessionem multas gratias Numen Eugubinis largitus est. Ex monim. Font. Avel. Ludov. Tacobill. & c.

B. Fortis.

VI. IDVS MAII.

X. Maii.

B. Hamularius.

Luxoviensis mon.

In Germania depositio Beati Hamularii cognomento Fortunati Archiepiscopi Treverensis & S. R. E. Cardinalis; viri, Sanctitate, eruditione, & meritis gravissimis illustrissimi. Hamularius sive Arnalarius, Sanctissimi Luxoviensis Coenobii perfectissimus Monachus, non uni solum provinciae, sed orbi terrarum universo, & nomen, & virtutem praclarissime gestis comendavit. Eum S. Leo noster, tertius eo nomine, Pontifex Maximus, Monachum etiamnum, ob exi-

mias virtutes & dotes praecipue coluit, & ob conceptam de ipso rei bene gerendae spem maximam, Galliae Belgicae Primatè, Treverensiumque Archipraesule renunciavit. Prosequutus Leonis studia Magni Carolus Imperatorum Augustissimus, sumis honoribus Hamularium augendum censuit, sententiam ejus maximi fecit, cumque ipso gravissima Reipub. Christianae & Imp. negotia contulit, ac dignissimum denique judicavit, quae praecipuum ac dexterrimum pacis conciliatorem, summa

Fit Primas Galliae Belgicae.

Legatus
Casaru.Fit Cardi-
nali.

Merita eius

Immortale
meritum.Officii De-
functorum
Institutor.

cum potestate in Orientem ablegaret. Successit felicissime Hamulario Legatio, & Michaeli Curopalati Constanti-
nopolitano Imperatori, adeo tanti vi-
ri ingenium arrisit, ut quæcunque vellet
facili negotio impetraret, quæ causa &
Carolo & successori ejus Ludovico Pio
fuit, ut eo velut cælo misso, benè usi,
maximi momenti res ipsi crederent, in-
hiantissimoque cæteroquin viri Sanctif-
simi animo promovendæ salutis publi-
cæ, copiam facerent, studiumque benè
merendi perpetuo accenderent ac pro-
moverent. In sacrum postea Purpura-
torum Patrum Collegium à Gregorio
Quarto cooptatus, nullo eminentissimi
honoris sensu tactus, onus longè gravi-
simum humeris impositum suis credi-
dit, quantaque potuit virium contentio-
ne sustinere Ecclesiam totiusque rei
Christianæ commoda cordi habere oc-
cepit, & quid in Cardinale requireret
Mater Ecclesia, posteritati omni, factò
ipso demonstravit. Quantum à nego-
tiosotii erat, minimè otiosus expendit,
plurimosque bono publico libros scri-
psit, quibus Officium præcipuè Eccle-
siasticum accuratè distinxit, in melio-
rem ordinem redegit, ritus & cæremon-
ias doctè & sanctè explicavit, eoque
tam utili labore, Ecclesiam universam,
omnemque omnium sæculorum poste-
ritatem, sibi plurimum obligavit. Il-
lud autem omnium meritorum longè
præstantissimum fuit, quo non viventes
solum, sed & mortuosi vivit, ac cælum ip-
sum cœlitesque mirificè recreavit, dum
zelo juvandi proximos nimio succensus,
ad ipsos etiam Inferos anxius penetra-
vit, atque studium suum utilissimè ex-
porrexit; eo, si nullo alio, vel solo quidem
titulo verè *FORTVNATIVS*, cui æter-
num, afflictissimi purgatricibus flammis
animi deberent, opem ac remedium sin-
gulare Hamularium suum reperisse non
solum, sed & omnium sequuturis sæcu-
lis torquendorum cruciatibus prædendis-
se, OFFICIO nimitum, ut vocamus,
MORTUORUM COMPOSITO atque
ordinato, quod Sanctissimo Gregorio no-
stro Quarto Pontifici Maximo tantope-
pere placuit, ut haud inferiori merito il-
lud ipsum quamprimum Ecclesiæ & or-
bi universo commendaret, ejusque de-
inceps, qui in hodiernum usque diem,
inexplicabili cum fidelium vivorum pie-
tate, mortuorum utilitate fuit perpetuus,
usum præciperet, & Officio Ecclesiasti-

co, illud MORTUORUM inferendum
curaret. Deceffit denique singulare Emi-
nentissimæ dignitatis decus, Imperij co-
lumna, Gallia Belgicæ Primas Fortuna-
tissimus Hamularius Christi Anno 833, *Moritur.*
relictis quidem dignissimis & ingenij &
meritorum monumentis æternis, sed quæ
felicissimum pacis compositorem, non
præsentis tunc solum sæculi Principes ar-
dentissimis notis desiderarent, sed quo
sequuturo deinceps temporum decursu
Impèrium in primis eguisset. *Ex Constantino, Cajet. Annal. Trever. Annal. nost. German. & Bened. tom. primo Sacrosanct. Ordin. Anton. de Yepes, Trithem. Democh. Crætepol. &c.*

In Monasterio Gemulæ depositio Bea-
tæ Beatricis Atestinæ, filia Actij Marchi-
onis celeberrimi, & Leonoræ Sabaudia
Principis, quæ Sanctissimi Patriarchæ no-
stri Regulâ in Monasterio Salariolæ pri-
mum professâ, Gemulæ deinceps Cæno-
bio, tanquam gemâ pretiosissima inser-
ta, egregia vitæ sanctitate, longè illustri-
simo generi decus immortalis conciliavit,
& humilitatis in primis ac paupertatis stu-
dio admiranda effulsit. Dignum, alia
inter ejus præclare facta ac dicta, æterna
comendatione, illud purissimi ab omni
terrenorum concupiscentia animi argu-
mentum: cum aliquando numus argen-
teus super altare repertus fuisset, & nullus
alius in toto Monasterio foret reliquus;
præcepit anxia quamprimum in egenos
erogari: *ne queso*, inquit, *nummus iste*, *Rarissimū
splendidum nomen perfectissima paupertatis
obnubilet, quam DEO promissimus, & is arva-
ritia principium, & malum propagandæ cupi-
ditatis semen apportet nobis.* Vixit vitam
longè purissimam, verum sui ævi, maxi-
morum Principum, (quos tota ferè Eu-
ropa sanguinis propinquitate omnes at-
tingebat,) eximium speculum, & rarissi-
mæ exemplar sanctitatis sub Ann. Christi
1220. ad meliorem Beatorum, sexto post
hunc anno translata, atque in Sacello
Sancti Ioannis Baptistæ sepulta. Post
cujus mortem, per longum temporis spa-
tium est observatum: quod quoties novi
aliquid Atestinæ suæ, vulgo Estensi, fami-
liæ imineret, toties, multis ante die-
bus, in Sacello ejus strepitus prægrandis
audiretur, & sacrum corpus ejus, quod
de more lupinum in sepulchro jacebat,
videretur in alteram le partem revolvif-
se; tantæ Patronæ suæ beneficio, illu-
strissima gente fideliter deinceps com-
monita, ne quis inopinatus calus, mi-
nus

Speculum
Principum.A morte de
familia sua
præclare
merita.

nus præparatam offenderet, ac obrueret.
Ejus vitam composuit Albertus Prior Vi-
nearum. *Ex Ioann. Bapt. Pigna, Chron. Es-
tensi, libro nostro 2. de Guelfh. Princ. ex Atest.
Scardeonio, Molano, Arnoldo, tom. I. SS. Or-
din. &c.*

B. Albericus
Casin.per 9. dies
raptus.

Vita rigor.

B. Theresa.

Ex Regibus
Arag. orta.DEI para
addicta.

In Monasterio Casinensi, Beati Albe-
rici Monachi, à magno vitæ rigore atque
pœnitentiæ studio laudatissimi. Is de-
cennis etiamnum puerulus, singulari
Numinis providentia morbo correptus,
& ad extrema perductus, raptus spiritu,
ad loca pœnarum & paradysi, à Principe
Apostolorum Petro deductus est. Quo
quidem tempore, raro ipsa prolixitate ex-
emplo, diebus novem, totidemque no-
ctibus, in nobilis sine sensu, ac velut mor-
tuus jacuit. Redditus sibi, ad Sacratissimū
Casini montem convolans, ibidem sub
Girardo Abbate Monachum professus,
mirabile dictu, quanto rigore vitam exe-
gerit A carne & vino prorsum abstinuit,
nudis pedibus incessit, omnique virtutū
se genere excolens, humilitatis præcipuè
studio mire enituit. An. Christi 1120. &c.
*Ex supplem. Chron. Casin. Pet. Diac. tom. I. SS.
Ord. Menard. &c.*

In Hispania, Monasterio B. M. V. de
Gradefes depositio Beatae Theresæ Vir-
ginis, & Abbatissæ. Hæc ex Regibus A-
ragonum oriunda, Regii generis splen-
dorem, cum humilitate Monachica con-
ferens, hanc ut potiolem multo, felicio-
rem atque utiliolem prætulit. Illustri-
simum autem sui erga DEI parentem a-
moris atque obsequii monumentum con-
ditura, insignis ejusdem honori & nomi-
ni Cœnobium in Dicecesi Legionensi ex-
truxit, in quod dignissimum Sacrarum
Virginum cœtum aggregans, illud am-
plissima donatione egregiè dotavit, & ne
quid ad cumulum liberalitatis deesset,
seipsam contulit, DEI que ac DEI paræ
servitio, in cucullo sese emancipans, &
sanctissima & celeberrima evasit, *admi-
randisque virtutibus & miraculosis operibus*
Regium genus mirificè exornans, cæteris
Virginibus, quibus Abbatiali dignitate
prudentissimè præfuit, insignia sanctitatis

exempla reliquit. *Petrus de Vreeyo, Philipp.
Sequinus, Menolog. Cist. &c.*

In Monasterio Claræ-Vallis, Beati Pe-
tri Conversi. Hic primùm militiæ sæcu-
lari deditus, gloriosum sibi nomen inter
commilitones peperit. Fallaces tamen
mundi delicias fastidians, ad Claram Val-
lem secessit; ubi humilia quæque & abje-
ctiora servitia exambiens, clarissimus e-
vasit. Post obitum siquidem Melliflui
Doctoris nostri Bernardi, ipsum dulcissi-
mum Patrem Divino splendore circū-
datum Petrus intueri meruit, à quo mira-
biliter edoctus, vir omnino idiota, litte-
rarum scientiâ prodigiosissimè donatus
est, tandemque cœlestibus revelationi-
bus, & egregijs signis illustris, ad CHRIS-
TUM gloriosus migravit. *Bernardus Bri-
to, Ang. Manriqu. Henriqu. tom. I. SS. Or-
din. &c.*

Apud Bituriges, Sanctæ Eustadiolæ
Abbatissæ. Fuit Eustadiola Fundatrix &
prima Abbatissa Monasterij Medii apud
Biturigas, quod primò monialium, post-
ea Canonicorum fuit. Sepulta est à Ro-
cho Episcopo Bituricensi in Ecclesia Sancti
Pauli, quam in ejusdem urbis suburbio æ-
dificaverat. Claruit autem Anno Chri-
sti 696. Agunt de eadem Ioannes Chenu
in Chronol. Archiep. Bitur. Claudius Ro-
bertus in Gallia Christ. *Hugo Menard. libr.
2. observat. &c.*

In Monasterio Villariensi depositio Pij
& DEO dilecti Patris Ioannis cognomen-
to Currificis, qui ex Ordine Canonicor-
um Regularium, ad sanctissimum Cister-
ciensium nostrorum Institutum transi-
ens, copiosissimos sanctitatis fructus pro-
tulit, & sacras Virgines, quarum curam in
Monasterio Reformatarum de Martis, in
se suscipere iussus est, pijsimè informavit
exemplis, relictisque demum illustribus
ingenij monumentis, plenus bonorum o-
perum, ad felicem immortalitatem emigra-
vit. *Cuius opera*, inquit Paulus Vasseux, *re-
spirantia suavitate sicut odor agri pleni cui
benedixit Dominus, manibus viventium tan-
guntur & geruntur.* *Ex Paulo cit. Menol.
Henriq. t. I. SS. Ord. &c.*

V. IDVS MAII.

XI. Maii.

S. Maiolus
illustri ge-
nere.

APVD Silviniacum depositio Sancti Ma-
ioli Abbatis Cluniacensis, cujus vi-
ta, Sanctis meritis fuit præclara. Ma-
jolus illustri genere majores habuit, di-

E.
gnâ parentum curâ ac diligentia edu-
catus. Litteris probè institutus, Ma-
ticensis, sive Matifconensis primum Ca-
thedralis Ecclesiæ Canonicus & Archidia-
conus

Ex Canonico
Cathedr.
Monachus.

conus effectus, eo dignitatis officio, & vana nobilitatis fastu posito, Monachum apud Cluniacenses professus, tanta perfectissimos inter sanctitatis cum opinione versatus est, ut animi tamen generosissima demissione, indignum se Fratrum collegio, & infra omnes longè vilissimum reputaret. Morte sublato Aymardo Abbate sanctissimo, communibus omnium suffragiis successor nominatus, *interdicto*, ait vitæ auctor, Abbas ut esse annueret, *coactus est*, quo quidem in munere ita se gessit, miraculo ut omnibus esset, *oraculum Principum sæculi* hujus habitus, orbem quantum is erat, fama & virtute implens. Eum, Ottho II. Romanorum Imperator, ob perfectissimam Vniversis, virtutem, eruditionem, & in rebus maximis gerendis dexteritatem, cum creari summum Pontificem omni modo satageret, summa contentione vir dignissimus ac sanctissimus obstitit, & onus mundi universi longè gravissimum, religiosè admodum avertens, & prudenter declinans; agrè admodum, exquisitissimis in sui liberationem argumentis & obtestationibus ut à ceptis desisteret Ottho, impetravit. Quantum autem nihilominus tanti viri auctoritate fructus Ecclesiæ Vniversæ accreverit, nemo unquam dignè ac satis explicaverit; quando innumeros mortalium Majolus, non tam verbo quam exemplo, ad CHRISTVM convertit, eque profundissimo vitiorum cœno, mira in omnes charitate extraxit; & conditis plurimis passim Cœnobijs, totoque orbe innumeris penè reformatis, vitæ suæ imitatores perfectissimos, in diversissima & remotissima regna, longè lateque distribuit, & gentes etiam barbaras, ad mansuetudinem Christianam sectandam, per se suosque pellexit. Perinsigne illud, quod de solo animarum fructu ab illo facto & parto, Sanctissimus Odilo his verbis prædicat: *Quod si vero anima est plus quam corpus, multo excellentius est, animas semper victuras, à peccati morte exsitasse, quam extincta corpora, ad vitæ huius pericula, & ærumnas revocasse. Porro eorum, quos ab anima horrenda morte, & immani vitiorum voragine, ad vitam reduxit, & suis exemplis, invitæ vias perduxit, Beatus Maiolus, tantus est numerus, ut soli DEO cognitus sit, &c.* Ita magnus Odilo. Transit ad beatissimam immortalitatem, fama & meritis in ipsis etiam terris immortalis magnus Abbas, magni Ordinis præstantis-

simus propagator Anno Christi 993. ingenti non solum Monachorum omnium, sed orbis terræ Principum comploratione, quem Ottho II. Imperat. Adelheydis Imper. Hugo Capetus Galliarum, Conradus Germaniæ Rex, Guilelmus Aquitaniæ, Richardus Normaniæ, Henricus Burgundiæ, Duces, aliique Orbis Christiani Præfules & Principes, merito ut Patrem, ut Angelum Domini suspexere & venerati atque reveriti sunt. Tanta autem fuit, & in vita, & post mortem miraculorum gloria à DEO illustratus, ut in genere, post ipsos CHRISTI Sanctissimos Apostolos, parem habuisse neminem, à gravissimæ & Sanctissimæ fidei authore Divo Odilone celebretur. De quo etiam liberalius & audentius, pari fide & sanctitate scriptor, Sanct. Petrus Mauritius, cognomento Venerabilis, centum sexaginta duobus ab obitu Maioli annis, affirmare, his ipsis verbis, non dubitarit: *Maiolus, inquit, ut magnus vita, sic miraculis, & dum mortalis viveret, & post mortem maximè insignis extitit. Hac miraculorum gratia, in tantam iam, per centum sexaginta duos annos, hoc est à tempore mortis suæ claruit, VT POST SANCTAM DEI GENITRICEM nullum Sanctorum in tota Europa nostra in hujusmodi operibus parem habeat, &c. Ex Vita per Sanctum Odilonem, Biblioth. Cluniac. Petro Venerab. Iepes, Annal. nost. Bened. t. I. SS. Ord. &c.*

Martianis Vigilia Sanctæ Rictrudis Abbatissæ, quæ licet inter Pascha plerumque & Pentecosten incidere soleat, cum summâ tamen religione ibidem celebratur.

In Anglia passio Sancti Fremundi Eremitæ & Martyris. Fremundus Regio ortus genere, Algarum Orientalium Saxonum Ducem patrem habuit. (quidam Offa Merciorum Rege natum, sed falso tradunt.) Contemptis tamen generosissimus Princeps, amplissimis opibus, delicijs & honoribus, Christi paupertatem sequi, quam populis dominari maluit; qua quidem professionis sublimitate, & exactissima vitæ puritate, supra omnem Regum famâ & gloriam enituit. Eum abjectâ purpurâ vilem in oculis suis factum, longè digniore ornatu DEVS vestiit, & Martyrij pretiosissimâ stolâ & laureola insignem voluit. Cum enim voluntario cruciatu tenerrimum corpus, rigide admodum habuisset atque excruciasset, nefarius quidam à fide apostata,

Regum Patris & Angelus.

Ingens miraculorum gloria.

Rarissimè eloquium.

Vig. S. Rictrudis.

S. Fremundus Regis generus.

Eius rigor vita.

Martyrium Vir.

Abbas esse interdicto cogitur.

Pontificatū Maximum recusat.

Innumeros convertit.

Insigne eloquium ab S. Odilone.

Moritur S. Maiolus

Virtuti ejus invidens, an fidei ardori succensens, innocentissimum cæde indignâ è medio iustulit, quem latus cœlestium exercitus, triumpho æterni locium excepit sub Annum Christi 740. *Ex diversis rerum Anglic. script. tomo primo SS. Ord. &c.*

B. Guido illustris genere.

Reclamat conversioni uxor.

Guido Oeconomus.

Eius mortē absens videt S. Bernard.

B. Eulalia.

Filia charissima à Deipara appellatur.

In Gallia depositio Beati Guidonis Monachi Oeconomi Claræ-Vallensis. Guido Melliflui Doctoris Divi Bernardi frater Germanus, & quidem natu maximus, ausu tamen & nisu maximis sæculi funes & compedes abruptit. Cum enim hæsitans primum, mox tamen rem ferius expendens, fratri Bernardo ad Christi paupertatem invitanti, ita tamen annueret, nisi quam pridem duxerat, & jam filias procrearat, amantissima uxor, Comitissæ Florestensis filia, suo jure obnoxia reclamaret, morituram propediem, si impediret illa, Bernardus asseruit. Re-nuit constanter illa, donec morbo flagellata, prior jam maritum moneret, urgeret, & perurgeret, imo, ipsa etiam conversionis assensum à Bernardo peteret. Vitam vixit deinceps Sanctissimam Guido, & Oeconomus Claræ-Vallis constitutus, ita actiones omnes instituit, ut fructum Monachi minimè perderet, & vel ex ipsis quidem rei domesticæ negotijs, lucrum cœlesti extraheret. Decessit Pontiniaci; ubi dum ultimum traheret Spiritum, Bernardo id fratri divinitus innotuit; qui convocatis Fratribus, Guidonis sui obitum jam jamque instare nunciavit, & post paululum, sereno vultu, & placido ore in hæc verba prorupit: *Fratres, rogate Guidonem, ut oret pro nobis, jam enim id potest, & eo loco est, ut possit.* Cui non semel deinceps Guido post mortem, magnâ in gloria & splendore apparuit. *Gonzal. de Silva, Bernard. Brito, Barn. de Montalbo, Manriqu. Henriq. tom. I. SS. Ord. &c.*

Eodem die depositio Beatæ Eulaliæ Virginis, quæ humana contemnens & cœlestia appetens, sanctissimam Cisterciensium nostrorum amplexa reformationem, egregijs virtutibus celebris refulsit. DEI parentem singulari colebat affectu, se ei sollicitis precibus totam commendans: quam & quotidie piâ Angelicæ salutatione frequenter compellabat: cuius grata præsentia frui meruit, & Angelicæ visitatione compellari. Eam quanto affectu Cœli Imperatrix filiam & quidem charissimam compellarit, alia inter, Alnensis Monachus Anonymus his ver-

bis retulit: Apparuit ei vigilanti, inquit, Beata DEI Genitrix Virgo semper MARIA, dicens: Dormis Eulalia? dormis filia? Cui illa: Non dormio, inquit, Domina mea charissima. Sed à te quæro, cur ad me peccatricem & indignam venire dignata es mundi Regina? Et Domina: Sic ne timeas Matrem piâ filia charissima, cui quotidie quamplurima exhibes servitia. Quando autem me salutas (pergit Beat. Virg.) Angelica salutatione, noli, si vis mihi placere, & magis tibi proficere, amodo illam salutationem tam cito proferre. Scias me tunc gaudium magnum percipere: maximè cum dicis: DOMINUS TECUM prolixè; hujus modus gaudij inenarrabilis est, quò tunc afficior. Nam ea videtur mihi intra me, præsentem habere filium meum, sicut, cum de me dignatus est nasci DEVS & homo pro peccatoribus. Sicut tunc fuit mihi gaudium ineffabile: ita & nunc, cum dicitur mihi: DOMINUS TECUM Angelicâ salutatione. Hæc audiens illa DEI famula, repleta nimirum est ingenti lætitia. Agente illa gratias pro tam pia consolatione, & admonitione, Virgo pia cum charitate magna redijt ad cœlestia regna, &c. Hucusque Alnensis. Porro Eulalia, à Virginum Virgine specialiter adamata & adoptata filia, longè deinceps ferventiore studio atque obsequio amantissimæ Mariæ addicta, cujus singulari patrociniò, ad miram perfectionis sublimitatem conscendit, cui in acceptis merito, omnis DEI paræ cultorum posteritas, hunc SALUTANDÆ Cœli Reginæ cultum atque usum retulerit: quemque singulari sine affectu, hæc legens & audiens, nemo usurpaverit. Cum autem magnò exemplo Vitæ Regularis institutum exornasset, ad Dominae Matris perpetuos amplexus evocata, à carne mortali educta, ad immortalitatis locum emigravit. *Menol. Cisterciens. Chrysostr. Henriq. Alnensis Mon. cit. tomo primo SS. Ord. &c.*

Casini Beati Obizonis Monachi, qui post vitam lætidabiliter exactam Capuæ, ubi Præpositi in Monasterio, munere functus est, defunctus, inter dulcissimam Angelorum Musicam, quam Ioannes Lateranensis Monachus audire meruit & de morte & gloria Obizonis edoceri, evolavit. *Leo Diac. Chron. Casin. &c.*

In Austria inferiori Natalis Venerabilis

Ave Maria docetur.

Insigne meritum eius.

Moritur.

B. Obizonis.

V. Ioa-
chimus
Moma-
chus.

Martyrio
afficitur.
1617.

lis viri P. F. Ioa-
chimi Tabernicii Cella
M A R I A E infra Anassum Cœnobitæ,
Parochi Inzerstorffensis, viri religiosi
admodum & eruditi, qui cum pro suo
munere nova A catholicorum dogma-
ta, læpius convelleret ac refutaret, Anno
CHRISTI 1617. hac ipsa die ab illis in-
terceptus, tredecim ictibus lethalibus, &
duodecim insuper alijs fauciat, atque
crudeliter interemptus ad præmia Mar-
tyrum evolavit, cujus animam plures
qui eodem convolaverant A catholici,

& duo qui intervenerant viri Catholici,
in specie splendidissimæ Spheræ, & globi
rotundi, in cœlum conscendere contui-
ti sunt. Corpus ejus in Ecclesia Paro-
chiali per dies quindecim expositum,
nullum omnino fœtorem reddidit, imo
grata elegans rubedine, dormientis in-
star se habuit. Sepultus est tanto post
honorificè in sui Monasterij Eccle-
sia, ejusque memoria habe-
tur in benedictione.

Res mira.

IV. IDVS MAII.

XII. Maii.

F.

S. Domini-
cus.

IN civitate Calciatensi, Sancti Dominici
Confessoris. Dominicus, cognomen-
to Calciatensis Italus, à prima pueritia
Divino cultui omnique Virtutis studio
addictus, ut se totum DEO manciparet,
patrimonium vendidit, conflatumque
inde pretium omne in pauperes erogav-
it. Cæterum, ignotus latere ut posset,
relictâ patriâ in Hispaniam concessit, at-
que in Monasterio Sanct. BENEDICTI de
Baladena cucullum exambijt. Sed quod
externus, ignotus, litterarumque expers
esset, dignissimus juvenis repulsam tulit.
Similiter è Divi Aemiliani exclusus, à
proposito tamen amoveri non potuit, &
quamvis nullo in Monasterio admittere-
tur, Monachum tamen ipse induit, sed
& cucullum postea meruit. Magistrum
Vitæ Monachicæ absolutissimum nactus
Sanct. Gregorium nostrum Cardinalem
Ostiensis Episcopum, Legatum in Hi-
spanias destinatum, ei deinceps perpetuo
adhæsit, & gravissimis vitæ ejus exemplis,
miraculorumque gratia conspectis, di-
gnâ æmulatione succensus, & ipse mirifi-
cè exarsit, & Hispaniæ paulo post uni-
versitæ innotuit. Mortuo optimo Magi-
stro perpetuam sibi stationem, eo loco e-
legit, qui ad hanc usque diem ab ejus no-
mine cognomen retinuit; ad id consilij
capeffendi permotus, quod densissima il-
lic sylva, multis infesta latronibus & fici-
arijs esset, qui insidias struere Compostel-
lam euntibus non desinerent, quam la-
trocinij occasionem, ut impijs præcinderet,
sylvâ ferro atque ignibus extirpata,
cellulam illic sibi condidit, & insolentem
planè rem, unus homo, jejunijs, vigilijs
que exhaustus, ausus aggredi, planam la-
pidibus viam, fumo peregrinantium cõ-
modo, stravit tam commode tamque sci-

In Cœnobio
varijs re-
pulsam pa-
titur.

S. Greg.
Legatum
Apost. Ma-
gistrum
meretur.

De peregrini-
is Compo-
stellanis æ-
ternum me-
retur.

tè ac elaborate, ut ab eo deinceps nomen
obtinuerit. Addidit cellulæ suæ Sacellum
DEI paræ sacrum, quam cum impensius
coleret, quanto pro facultatibus & viri-
bus potuit, monumento honoravit. Præ-
terea ad excipiendos peregrinos, qui sup-
plicatum ad Sanctum Iacobum perge-
bant, Xenodochium constituit, quem
Dominus, cujus instinctu id fecerat, sub-
missis multorum elemosynis, insigniter
juvit, plurimisque & vivum & mortuum
miraculis illustrem reddidit. Vixit annis
plurimis, vir oppido sibi rigidus, & pœni-
tentia operibus addictissimus decessit; A
C. 1060. eodè loco sepultus, quo postea
pro maximis ejus vitæ meritis. Cathedra-
lis sub ejus honore & nomine Ecclesia est
erecta, & civitas exædificata, quæ & ipsa
meritissimi Tutelariorum sui Sancti Dominici
Calciatensis nomine est appellata. Ex Vita t.
1. SS. Ord. Ant. de Iepes, Petro Ribadeneira, di-
vers. rer. Hisp. script. &c.

Deipara
cultor sin-
gularis.

Xenodochi-
um instituit.

Cathedra-
lis Ecclesia
& civitas
ejus nomini
dedicata.

Martianis depositio San. Rictrudis Vi-
duæ & Abbatissæ. Rictrudis illustrissimo
orta genere, Valconiâ patriam, Ernoldu
patrem, Luciam matrem habuit. Educata
piè & splendide, maturior Adalbaldo Re-
gii sanguinis viro copulata, ex eo dignissi-
mâ prole felix, Mauronum filium, Clot-
fendem, Eusebiam, & Adalsendè filias su-
scepit, omnes quatuor, propositum matris
postea æmulatos, cucullum amplexos, &
inter sanctos referri eximiâ vita perfectione
meritos. Mortuo marito, consilia Ev-
angelica animo proponens, quanto magis
sæculo renunciare gestit, tanto frequentius
ferventiusq; à potentissimis quibusque
conjug exambitur, Dagoberto inprimis
Rege enixis modo precibus, modo minis
etiâ & terroribus perurgente. Rictrudis
dissimulans propositi, Regem cū optima-
tibus

S. Rictrudis
Regii gene-
ris.

Conjugata.

Liberi eius
omni Sæc. &c.

Exambitur
à multis.

Regem piè
deludit.

Ipsa sacro
velo se regit.

Furorem Re-
gis non for-
midat.

Propositum
idem filie 3.
amplectun-
tur.

Fit Abbatiss.

Miracula.

B. Verricus

tibus epulo sanè Regio excipit, quos ter-
monibus sale conditis, & ad omnem gra-
tiam compositis, uti ingenio principe &
sublimi erat, plurimum exhilarat. Au-
sa dein rem miram, at dignam aggredi,
dum incaluisse mero proceres putaret;
confurgens, compositissimo ad hilarita-
tem vultu, Regem sciscitata: num, quod
inprimis vellet, propriis sibi in ædibus, bona Re-
gis ipsius venia, aggredi liceret? Annuente
& facili Regè, quod poculo propinato à
cognatâ Principe, haud dubiè provocan-
dum se esse existimaret: illa invocato ter-
ribilis Dei nomine atque ope, prolato è si-
nu velo sacro, suomet illud ipsa capiti im-
posuit, frendente Rege, relictisque epulis
summâ cum indignatione, ex ædibus se
propripiente. Nec curavit illa terreni fu-
rorem Regis, quæ Regum Regis amorem
solum & fumo quidem desiderio exam-
biebat & spectabat. Ad quem pro in to-
to corde conversa, Marcianensi sese in
Cœnobio, rogata inprimis S. Amandi no-
stri voluntate, inclusit, qui sanctissimus
Pontifex non solum libenter consensit,
sed & ipsam inter, & Dagobertum Regem
pacem conciliavit. Eam non multo post
omnes etiam filia consequuta, præstan-
tissimorum Principum amorem spemq;
deluserunt; visumque S. Amando, Cæ-
nobium, quod primum viris destinave-
rat, soli jam Virginum sacro cœtui deputa-
re, quibus ipsam loci Fundatricem Ri-
ctrudim sanctissimam præesse voluit, quæ
cum vitæ reliquos annos in regulari obser-
vantia sanctissimè transegisset, fumoque
rigore, assiduis orationibus, jejunijs, vigi-
lijs, delicatissimum corpus indurasset, ple-
na bonorum operum, ad delicias æterni-
tatis felicissimæ evocata abiit anno Chri-
sti 687. ætatis suæ 74. plurimis ad sacras
ejus exuvias miraculorum signis (quæ duo-
bus libris complexi sunt Marcianenses) à
Deo commendata, & brevi hoc Epitaphio
loco tumuli honorata:

Hic quondam jacuit, totum vene-
randa per orbem
Rictrudis, Virtutis ager, pietatis
imago.

Cujus sacrum postea corpus elevatum,
digno ibidem honore religiosissime colit-
tur. Ex Vita per Hugaldū Evouensem
Mon. Ant. de Iepes, Ioan. Molanum, Ba-
ron. &c.

In Monasterio Alnensi depositio Beati
Werrici ejusdem loci Prioris. Werrico
in alendo corpore nihil parcus, nihil in
eo crebris disciplinis, ut vocamus, sive

verberibus edomando copiosius fuit. Sed
& orationis studio longè addictissimus, cū
teste Alnensi Anonymo, Veterum Patrum
more, à S. Patriarcha nostro proposito,
non imperato; non contentus consueto
Divino servitutis penso secedens post Cœ-
pletorium retro Chorum, ad Matutinas
usque horas Psalterium recitaret, adeoq;
raro exemplo nocturnas horas diurnis
jungeret. Ut autem rigidus sibi, sic be-
nevolus & liberalis in alios, maximè in
pauperes fuit; ita quidem, ut Martini Tu-
ronensis præcipuè dilecti Tutelariorum sui, &
virtutes reliquas, & in primis liberalitatè
imitatus, mediam partem habitus sui,
pauperi mulieri quandoq; largiretur, sæ-
pissimè autem, rigidissimo etiam hyemis
tempore, ut frigore oppressos juvaret, ve-
stes sibi suas detraheret, femoralia etiam
ipsa, tibialia, & calceos exuens iisdem
largiretur, quod in ipso etiam itinere
constitutus, equo descendens, taliterque
se spolians facere non omittebat. Mi-
rum autem & rarum illud, quod de equo,
quo utebatur nonnunquam vitæ ejus
scriptor memorandum censuit: qui, ut
ita loquar, inquit, quandam speciem rationis
præferbat. Conspicito enim egeno, ulterio-
rem progressum non dabat, ut beato Verrico
spatium aliquod, verbum adificationis, seu
elemosynam impertiendi permetteret. At,
res omnibus admiranda, si virum aulicum,
comptum, superbum conspiceret, incredibili
celeritate, secessum ab ipso faciebat, &c. Cla-
ruit rarâ etiam miraculorum gratiâ Wer-
ricus, quæ inter notissimum vulgo illud,
quo certatim aquam quâ manus post sa-
cra peracta abluerat, homines loci illius
sibi expetebant, domum deterebant, quâ
plurimi à variis infirmitatibus prodigiosè
liberati sunt. Effulsit insuper spiritu Pro-
phético, quo non semel eventura præ-
nunciavit; sæpissimè etiam interiora cor-
dium, & occultum conscientia statum
alterius cujusque cognovit, & patefecit,
multosque ad perfectioris vitæ tramitem
revocavit. Idem, cum adhuc in vivis
esset, multa futuræ suæ beatitudinis ac æ-
ternæ felicitatis indicia, & manifesta in-
dicia, Divinitus accipere meruit, quæ in-
ter cum quâdam die, ferventi oratione
absorptus esset, lumen quoddam cæleste,
miro splendore per Ecclesiam sparsum,
septemq; inprimis ex eodem radios pro-
minentes conspicatus, hanc etiam vocem
ad se factam inaudit: Corpus, quod modo
geris, gravissimis dolorum procellis concurre-
tur, post resurrectionem vero, septies lucidius
sole

Orationis
studium.

S. Martinus
æmulatur.

Mirum de
equo viri
Dei.

Miracula.

Spiritus pro-
pheticus.

Vox cælestis
ad ipsum
facta.

soleradiabit. Deceffit vir meritissimus A. C. 1217. sepultus loco eminenti in capitulo. Ex Alnensi cit Ioan. Aflig. Arn. de Rayffe, &c.

B. Ioannes Mont. Virg.

In Monasterio Montis Virginis depositio Beati Ioannis Abbatis & ejusdē sanctissimæ Congregationis Generalis. Fuit Ioannes illustrissimum novi Instituti nostri sydus, meruitque insigni virtutis famâ, ut secundus Sanctissimæ Reformationis Abas Generalis deligeretur. Cum autem sanctitatis & bonorum operum exemplis clarus haberetur, conciliatis sibi fratribusque suis omnium amore & reverentiâ, mox certatim quibusq; opes suas Deo per Ioannē offerentibus, multis paulo post divitiis Montis Virginis Cænobiū abundavit, quarum ille primitias illico Deiparenti post Deum Opt. Max. Vnicæ Ordinis nostri Præsidi consecravit, & principem Cænobii, atq; universi Instituti Basilicam, gloriosissimo ejus nomini struxit, & sacram voluit, quam & undecimo die Novembr. præsentibus Archiepiscopis Beneventano & Salernitano, Episcopis 14. Abbatibus 5. aliorumq; utriusq; sexus & variæ dignitatis infinitâ multitudine solemnissimè consecrari curavit. Et tandem bonis operibus plenus, & miraculis, Dæmonum maximè ejectione clarus migra-

Bonorum omnium cum reformatione abundantia.

Deiparacultus.

Miracula.

TERTIO IDVS MAII.

XIII. Maij.

Dedicatio Deipar. ad Mart.

Roma Dedicatio Sanctæ Mariæ ad Martyres, quam Beatus Bonifacius Papa quartus, expurgato Deorum omnium veteri fano, quod Pantheon vocabatur, in honorem Beatæ semper Virginis Mariæ, & omnium Martyrum dedicavit, tempore Phocæ Imperatoris. Fuit hoc templum jam inde à M. Agrippa, Urbis ædificium nobilissimum, sub felicissimo Augusti Cæsaris Imperio confiditum, & quod simulachrū omnium videretur esse Deorum, Pantheon vocatum. Illud, datis sub initia sui Pontificatus litteris, Bonifacius noster, sibi dari à Phoca Imperatore impetravit; & accepta liberè utendi potestate, omni quamprimum sublata inanum Numinum memoriâ, imagine, & superstitione, Reginæ Angelorum, Deiparæ Virgini, nec non Sanctorum omnium, honori, sacrum voluit, & ritu solemniter dedicavit. Cujus ex imitatione cultus Cælitum Imperatricis, etiam in terris mirificè promotus, & plurimæ passim per universum, sub ejus Magnæ Matris honore & nomine Basilicæ consecratæ sunt. De

vit à corpore A. C. 1189. & in Monasterio suo conditus pro Sancto veneratur & colitur. Ex Arn. Duac. Thoma Costo Neapol. t. 1. SS. Ord. &c.

In Monasterio Veteris Montis, Beati Ioannis Conversi. Ioannes, Herechim cognomento, dono Prophetiæ & variis visionibus à Deo illustratus, alia inter Sancti Engelberti Archiepiscopi Colonienfis mortem, & Martyrium diserte, eo omnino modo, quo postea evenit, prænuñciavit. Sic & alias Wilhelmi Dynastæ de Helpenstein, ab ipsa, quam diligebat unice, Deiparente Virgine edoctus, interitum prædixit. Cum n. is Monachis molestior incumberet, juraq; eorum violare nõ formidaret, rapt9 in extasim, Admirabilemque Matrem intuitus, clara voce sic quiritantem audiit: *Oportet me recedere à loco isto.* Dicente Ioanne: *Et, quo ibis ò Domina? Ad filium meum,* respondit, *conqueri de Wilhelmo de Helpestein, qui me non sinit quiescere in loco isto.* Eiusdem dein Tyranni mortem cum prædixisset, cum irrideretur à quopiã, is brevi pede truncatus irrisionis pœnas dedit, Wilhelmus a. designatâ à Ioanne die lanceâ transfossus miseram animam efflavit. Ex Casario Heisterb. Henriq. t. 1. SS. Ord. &c.

B. Ioan. Con-versus.

Propheticus spiritus ejus.

Querela Deipara.

Irrisoris pœna.

G.

Bonifacio fufius agimus tomo Annaliū nost. Benedict. & 25. Maij, &c.

Ravennæ Sanctorum Hilarii Abbatis, & Olybrii Monachi, qui die noctuque in Dei laudibus, & in contemplatione rerū Divinarū vitam agentes, multis clari miraculis abierunt in cælum. Hilarius ex Tuscia oriundus puerul9 etiamnum dum Pauli Apostoli Epistolas legeret, Divino monente spiritu, læculum fastidiit, & cucullum exambit. A Monacho a. quodâ Romæ institutus, & dignè instructus, latere cum cuperet, tertio decimo ætatis sue anno, S. Patriarchæ nostri exemplo Urbē deferens, Angelo duce, ad montem Æmilii pervenit; ubi triennium ferè vivens solitarius, sacre militiæ postea fociū Olybrium virum illustrem & hâc quidem occasione nactus est: cū Virum fama, opibus & omni blandientis fortunæ beatitate felicissimū, pessimus hospes cacodæmon, miserè inessum ac possessum pessimè habuisset. Agressus siquidem fortem armatū Hilarius, fortior ipso superveniens, vicit & elisit,

Olybrium Energumenum liberat.

Olybrius fit Monachus.

& elisit, stupente ad virtutē tantam Olybrius, & longè jam plus cucullo quam purpuræ tribuente, hâcque abjectâ, illud amplectente. Quâ tanti Principis conversione multī conversi, proceribus potissimis ac potentissimis Hilarii magisterium certatim exambientibus; quæ fama admirationem primum; adulantium dein arte suspicionē Regi Theodorico movit, ceu nova in semq; Regnum Hilarius moliretur, cumq; quatuor cum cohortibus centuriones, ad capiendum Abbatem, & expilandum Cænobium destinasset (res mirra!) frustra omnes in exquirendo Cænobio cæteroquin spectatissimo & notissimo laborarunt, cū biduum totū, per avia atq; in via exerrassent. Suscepit proin negotium ipse Rex, haud impari successu, cū prope septa Cænobii consistens equus ej9, nulla deinceps vi cogi seu propelli posset. Quibus prodigiis territus Theodoricus, è palatinis proceribus misit, qui suo nomine Hilariū officiosè salutaret, rogaretq; Regem venire ne recusaret. Occurrit illico Hilarius, & hilarius Regem excepit, & nullo jam impedimento, mutatum, & Monachorum jam studiosissimum, qui paulo ante iisdem infensissimus fuerat, secū ad Cænobium deduxit, & mensæ Fratrum frugali adhibuit; Theodorico deinceps Cænobium, quod eversum voluerat, regiâ liberalitate dotante & exornante. Demum Hilarius, Olybrium cælo præmittens, non multo post consequutus est, cum uterq; & verbo & exemplo, gentiles etiam plurimos Ecclesiæ Christi aggregassent. Claruerunt primo propagati Ordinis florè, & inter ipsos Sanctissimi Patriarchæ nostri discipulos numeratur. Hier. Rubeus, Silu. Razzi, &c.

Res mirra!

Rex Theodoricus mirè detinetur.

Fundator ex everfore.

V. Hermingardis Regina.

Repudiata.

Fit Monialis.

Abbatissa.

nore successit, sanctoq; demum sine post vitam immaculatè exactam, ibidem in Domino requievit, A. C. 809. Ex monim. Brixin. Bugiano, Bellforestio, Iepesio, tomo 1. SS. Ordinis & Annal. nostr. Bened. Arn. Duac. &c.

Obiit 809.

In Monasterio Habenfi Sancti Amati Abbatis & Martyris. Ita hâc die Andreas Bambergensis, nec ulterius indagare licuit.

S. Amatus Abb. Mart.

Dunis in Flandria Beati Thomæ Monachi & Martyris. Hic post longam in celebri Dunensi Cænobio religiosæ vitæ & spiritualium exercitiorum experientiam, à suis superioribus in Angliam missus, eo tempore, quo Ecclesia Anglicana à fide majorum deflectere incipiebat, sub gravissimo Henrici Octavi imperio, pietatem quam imbiberat, non modo interpersequutionum fluctus non deseruit, sed ad eam omnes invitatis, veritatemque Ecclesiæ Catholicæ & Romanæ sedis auctoritatem atque primatum libera voce prædicans, iniquorum Iudicum furorē in se convertit, à quibus comprehensus & incarceratus, cum in confessione orthodoxæ fidei constantissimus esset, & temerarios atque impios Regis Apostatæ conatus execraretur, & liberrimè damneret, morti adjudicatus, & ad supplicium ductus; primum suspensus, ac dein patibulo depositus, & semivivus in frustra dissectus, ejusque cor à corpore inhumaniter extractum est, sicque felici agone consummato, coronam immortalitatis, & laureolam Martyrii promeruit. Trophæa Eccl. Angl. Fascic. SS. Cist. Chrysoft. Henriq. Aub. Miræus, Barn. de Montalbo, Ang. Manrique, t. 1. SS. Ord. & Annal. nost.

S. Thomas Martyr.

Persequutio Anglicana.

Capitur.

Martyrio afficitur.

In Monasterio Sancti Æmilianii in Hispania, comemoratio, omnium ejusdem loci Abbatum atque Monachorum, eximiâ vitæ perfectione & sanctitate, nec nõ miraculorum gloriâ illustrium. Fuisse ingentem ac spectatissimam eorum multitudinem, cum ex antiquitate Cænobii ejusdem, supra mille jam annos, inter nostra Hispaniarum Cænobia spectatissimi, tum ex frequentissimo omni ætate Monachorum numero, ex magistrorum dein lectissimâ copiâ, famâ item Cænobii ob sanctitatem toto orbe celebratissimi, admirandâ autem potissimum Numinis in locum eundem benevolentia, & testatissimâ propensione, liquet; ut totas sanctorum cohortes seu legiones ex toto illo Cænobio Triumphanti in cælis Ecclesiæ submissas atque insertas, veneremur.

SS. atq; BB. plurimi.

Ingens numerus.

remur. De singulari Numinis erga locum illum affectione, & curâ, eamque ipsam ob causam, barbarorum reverentia, ita Prudentius noster Sanduallius: *Sancti AEmiliani Cœnobium Regium, Sanctum, atque Hispaniâ totâ celeberrimum, sive veneratione, sive antiquitate, apud ipsos quoque barbaros, quorum furor toties, miserandum in modum populatus Hispanias fuerat, huc tamen jam inde à Sancti BENEDICTI memoria, id est totis mille sexaginta annis, nunquam aspirare est ausus: Nimirum DEO sic visum, asperrimis temporibus fideles suos solari, & hujus piæ familiæ splendorem in Hispania tueri. Ita Sandouallius, & rer. Hispan. script. tom. I. SS. Ord. &c.*

Mira Numinis cura & gratia.

SS. Tilberti & soc. elevat.

In territorio Eboracensi Sanctorum Abbatum Tilberti, Bottwini, Sigredi, & Wildeni, nec non plurimorum Cœnobia Riponensis in Anglia Monachorum, eximiâ vitæ perfectione & sanctitate illustrium. De quorum numero licet certo constare non possit, facile tamen æstimare est, in Cœnobia frequentissimo, sub tantis Abbatibus, fuisse magnum, quorum res memoratu dignas, dolendum admodum est, sive litteris non fuisse consignatas, sive temporum injuria deperditas. Fuere Sanctorum Abbatum illorum sacra corpora, revelatione Numinis, à Sancto Oswaldo nostro Eboracensium Archiepiscopo, inventa, translata, & fidelium venerationi exposita, ac digniore loco collocata, sub Anno Christi 990. *Rogerus, de Hoveden, Hugo Menard. to. I. SS. Ord. &c.*

A.C. 990.

Translatio Sancti Hugonis Abb.

Eodem die Translatio Sancti & Magni Hugonis Abbatis Cluniacensis, multorum millium Monachorum Patris, miraculorum & meritorum multitudine longè celeberrimi. Dequâ hâc die *Chron. Cluniac. apud Arnoldum Duac. &c.*

Lactatio Melliflui Doctoris.

Eodem item die, sanctissimus & præstantissimus Magni Ordinis nostri Reformator, Doctor Mellifluus Bernardus, singulari amoris prærogativâ, lacte Virgineo, à magnâ illâ Cœlitum Imperatrice, lactari meruit. Verbis gravissimi testimonii apud Castellionem servati & approbati, ex Ven. Memoriam P. Francisci de Bivar singularis Amici nostri, Bernardovindicato referimus: In Ecclesiâ S. Beroli castri Castellionis, Lingonensis diocesis; quædam imago in veneratione & honore Beatæ Virginis MARIÆ antiquitus extitit constructa: quæ quidem ima-

go, Sancto Bernardo filium suum obtulit miraculosè in Ecclesia, dicens: Bernarde, suscipe puerum meum, totius mundi Redemptorem. Deinde quoque, ultra *Stupendus* omnem humanæ naturæ virtutem, ac si *favor Deipæ* CHRISTI frater naturalis fuisset, manu dictæ imaginis suscepta mamilla, illico Beato Bernardo sibi devoto, ore aperto tres guttas lactis, ab ejusdem imaginis mamillis profluentes, miraculosè distillabat. Quibus sic susceptis, ab eodem, dictæ imaginis mamillæ guttis, ejusdem DEI Genitricis Orator, & Christi filii sui professor, ac cœlestis militiæ confessor fidelis, laudes quamplurimas Cœlorum Reginæ, sancto spirante Pneumate, ejusdem MARIÆ opitulante gratia composuit. Huc usque testimonium cit. Illud autem miraculum accidisse fertur, cum in composito à se hymno Bernardus, in illa verba erumperet: *Monstra te esse Matrem.* Quem ipsum Hymnum *Ave Maris Stella*, miles postea quidam religiosus, nomine *Picant*, civili flagrante bello, Castellum memoratum pro suo munere de nocte circumiens, ultra quinquagies in eodem sacello, mirè decantari, audire meruit, & audisse testatus est. Est in hodiernam usque diem summa in Veneratione imago illa, & primo illi miraculo, haud uno argumento fidem astruere visa; De qua aliud testimonium sequentia habet: *Bellis sopitis, castroque destructo, (imago memorata,) in templum tutius conservanda deportata est, ubi magna cum veneratione, & populi concursu, maximè vero ubi temporis necessitas exigit, in loco celebri & eminenti asservatur.* Ex quo deponitur à tribus Sacerdotibus trium dierum jejuniis præparatis, & solemnibus in processione, una cum Reliquiis Sanct. Veroli, à plurimis Virginibus, eodem jejuniis triduo præmissis devotissimè circumfertur. Sunt Castellione, qui dicant, eandem imaginem lactis guttas, cum demittitur stillare. Nunc quoque supersunt, vitæ probatæ Presbyteri illic demorantes, unus Edmundus vocatur, alter Clemens, quondam Præceptor Domini Vice-tenentis Gaillard, qui clarè & palam affirmant, in manus tertii Sacerdotis, qui Iacobus Viandot dicebatur, modo defuncti, lactis copiam defluxisse, ita ut Sacristiam petere, illicque manus abluere cogeretur. Ita test. cit. Eam autem tam admirandam à DEI gratiam, qua ubere ejus lactaretur,

Imago illa in summa veneratione.

Mos notabilis

Mira res.

Gratia eadem sæpè Bernardo obtigit.

retur; non semel, sed iterum atque iterum obtigisse, Spiræ, nimirum & apud Claravalem, gravissimi authores attestantur. *Menolog. Cisterc. Chrysofom. Henric. Franciscus Brvarius*, multorum prodigiis illustrium Sanctorum Collega, &

Pater spiritualis, vir meritissimus, nofterque, ut speramus singularis in cælo patronus, *Barn. de Montalbo, Bernardus, de Brito, Guillelm. Eisengrien, tom. I. Sanct. Ord. &c.*

PRIDIE IDVS MAII.

XIV. Maij.

S. Paschalis I. Papa.

Roma, Sancti Paschalis Papa primi, qui plurima Sanctorum Martyrum corpora, è cryptis levavit, & in diversis Ecclesiis honorificè collocavit. Paschalis; Maximi Bonosi filius, Romanus, ex Monacho & Abbate Sancti Stephani Romæ; Sac. Roman. Eccles. Cardinalis, ex Cardinale Summus Vrbs atque Orbis Pontifex, reluctans quantumvis & pro viribus obnixus Anno Christi 817. creatus est. Fuere inæstimabilia ejus, vix adito Pontificatu, merita; de Oriente etiam ipso, à magno illo Sole Orientis Theodoro Studita celebratissima, qui alia inter ad Thomam Patriarcham Hierosolymitanum scribens de Paschali: *Quantum profuerit, inquit, quid opus est loqui? partim quidem resistentium mentes summo opere confirmans, partim impiorum insolentiam, à Spiritu profectâ reprehensione profligans; quo quid potuisset esse salutaris? &c.* Quem ipsum alloquens per litteras idem Studita; *Supremum lumen, Vniuersalem Dominum nostrum Papam, salutans: Vos, inquit, illimis ac sinceris ab initio fons Orthodoxæ veritatis, vos adversus omnem Hæreticam procellam, tranquillius sepositus portus Ecclesie Vniuersæ, &c.* Ut quid ad hanc comendationem tanti Orientalis Ecclesie Doctoris addi debeat, non videamus. Misit eodem anno alteram ad Græcos legationem Paschalis noster, Schismaticis hæreticisque sollicitè ad agnoscendam matrem Ecclesiam vocatis atque invitatis; quorum plurimos Romam profugientes, velut verus omnium pastor, amantissimè excepit, iisdemque de necessariis vitæ providit; Monachis item eorundem Monasterium ad Sanctæ Præcedis Basilicam construxit, Titulum presbyteralem ejusdem Ecclesie restauravit, locum ornavit, & multis Sanctorum Reliquiis donavit; litteris postea ad Iconomachos datis, eosdem gravissimi erroris redarguit, & ab Ecclesie Catholice commu-

Creatur 817

Orientem demeretur.

Insigne Elogium.

De Gracis sollicitus.

Gracis consulit.

Schismaticos & Iconomachos redarguit.

nione separatos indicavit. Istud rariùs ac perinsigne tanti Pontificis, de omni successorum posteritate & Romana Ecclesia meritum, quod in hodiernam usque diem Hæreticorum sacrilega ac impiissima esuries, nequissime invidet inhiatque: Patrimonium Sancti Petri insigniter auctum, & Ecclesia Romana plurimum locupletata, inque summum splendorem asserata. Sæculares enim Magistratus, qui in Pontificè deligendo, partes sibi indebitas usurpabant, confregit & abjecit: liberâ cum Pontificis Romani, tum Episcoporum eligendo- ac perinsigne tanti Pontificis, de omni successorum posteritate & Romana Ecclesia meritum, quod in hodiernam usque diem Hæreticorum sacrilega ac impiissima esuries, nequissime invidet inhiatque: Patrimonium Sancti Petri insigniter auctum, & Ecclesia Romana plurimum locupletata, inque summum splendorem asserata. Sæculares enim Magistratus, qui in Pontificè deligendo, partes sibi indebitas usurpabant, confregit & abjecit: liberâ cum Pontificis Romani, tum Episcoporum eligendo- (antea enim eâ in re Imperatores Augusti consulebantur,) potestate Ecclesie redditâ. Romam item, & Italiæ regiones aliquot atque Vrbes, Aretium, Volaterram, Ceusium, Florentiam, Pistoriam, Lucam, Pisam, Perusiam, Urbem-veterem, &c. restitui, à Ludovico Pio Imper. impetravit, cum Exarchatu Ravennæ, aliisque, quæ omnia pridem ambitiosissimus Longobardorum Dominatus forbuerat, & S.R.E. per vim atque fraudes abstulerat. Eidem sanctissimo Pontifici, Sancta Cæcilia Virgo & Martyr apparuit, & de sui corporis thesauro latente, ipsum certum reddidit, quod ille incorruptum repertum simul cum corporibus, Sacro-Sanct. Valeriani, Riburtii & Maximi nec non Sanctorum Urbani atque Lucii Romanorum Pontificum elevans, constructo Sanctæ Cæciliæ templo & Titulo ibidem condidit, & Monasterio Virginum Ordinis nostri exornavit. Tandem, plurimis Ecclesiis structis atque dotatis, cum stipendia Clericis auxisset, captivos in transmari- nis regionibus redemisset, pauperes, viduas, orphanos, tanquam piissimus & amantissimus omnium parens curasset atque fovisset, ad palatia æterna evocatus Ann. Christi 824. mortalitatem exiit, & æternum sui desiderium Vrbi atque Orbi reliquit. *Anastaf. Ciacon. Baron. Platina,*

A.

Patrimonium S. Petri recuperat.

Libertatem eligendi Rom. Pont. recipit.

Vrbes Pontificie.

S. Cæcilia apparet.

Tit. S. Cæcilia condit.

Alia merita.

Obiit 824.

Palatina, Panvinus, *Annales nost. Benedict.*
tom. I. SS. Ord. &c.

S. Tuto Epi-
scop.

Ratisponæ Sancti Tutonius Episcopi & Confessoris. Tuto ex Monacho celeberrimi Cænobii Sancti Emmerammi, ob vitæ eximia merita ad Cathedram Ratisponensem euectus, eam eximiis meritis demeruit, & plurimum illustravit. Arnulpho Imperatori longè acceprissimus eum in Gallias usque sequutus, regiis muneribus ab ipso honoratus, alia inter Magni Dionysij Areopagitæ, Galliarum Magni Apostoli & Tutelarum sacrum corpus dono retulit, quod Imperator quam occultissimè fieri poterat, è Regio Sancti Dionysij Cænobio Parisiensi, abstulit, atque una cum codice precationum Caroli Calvi Imper. litteris aureis scripto & auro atque gemmis pretiosissimis exultissimo, Tuto suo dedit, qui tanto thesauro Germaniam beavit, & in Sancti Emmerammi Cænobio suo condidit; ubi in hodiernam diem religiosissimè inter Principes Germaniæ Tutelares Dionysius asservatur & colitur. Exsplenduit Tuto Episcopus præstantissimâ vitæ sanctitate, & miraculorum gloriâ à Numine honoratus fuit. Librum supra memoratum, cum inhiantius sibi deposceret Conradus I. Imperator, mitteretque qui etiam per vim extorqueret, ipsum diris devovit Tuto, adeo potenti execratione, ut qui missus erat dysenteriam illico captus, relicto codice animam efflaret, & eodem correptus morbo Augustus, paulo post, & ipse morte lueret. Morbis & senio gravis cum denique cæcitatem incurrisset, prophetiæ nihilominus spiritu multa vidit, & futura prævidit. Apud Lunæ-læum (vulgo Mansée,) constitutus, triginta fere leucis Ratisponâ distantem, sædum ejusdem urbis incendium suis nunciavit. Præfuit annis quinque & triginta decessitque Ann. Christi 926. De Episcopatu & Sancti Emmerammi Monasterio bene meritus, quod præter allatas tantas Reliquias plurimum exornavit, & altare aureum, mille gemmis exultissimum Sancto Emmerammo condidit. Ex Arnulpho l. I. de Sanct. Emmerammo, Henric. Canif. VViguleo Hundio, *Annal. nost. Germ. & Benedict.* tom. I. SS. Ord. &c.

S. Dionysij
Germania
infert.

Miracula.

Valida Tu-
tonis impre-
catio.

Spiritus pro-
phet.

Obiit 926.

SS. Marty-
res plurimi.

mâ Cisterciensium nostrorum institutione, Domino famulantes, pro eodem vitam hæreticorum furori liberè obtulerunt, & corona Martyrii redimiti, ad cælestem patriam feliciter commigraverunt, quorum gloriosa oblatio, quam grata in conspectu Domini fuerit, quamque pretiosa mors, continuo, rarissimo & stupendo miraculo ipse comprobavit, arboribus, quæ tilia appellatur, in quibus suspensi fuerant sanctissimi Christi Martyres folia deinceps, caputiorum instar, quibus Monachi utuntur, profertentibus, & sædissimam Hæreticorum tyrannidem & impietatem uti æternam Martyrum CHRISTI gloriam loquentibus & prædicantibus. Passi sunt sub Anno Christi 1420. &c. Ex *Histor. Boëm. Annal. nost. German. tom. I. Sacro-Sanct. Ordin. Menolog. Cist. Chrysof. Henriq. &c.*

Continuum
& rarum
miraculum.

Caduini in Gallia Beati Petri Monachi. Hic à puero sacra & Ecclesiastica doctrinæ studiosus, ut eruditione, sic vitæ profectio enituit. Monachum autem Caduini professus, Monachicis disciplinis se totum dedit, & verè mundo mortuus, animum suum in cælestibus fixit. *Erat, inquit, Seguinus, cogitatione mundus, actione præcipuus, in silentio discretus, utilis in verbo, affabilis in alloquio, cujus vita multis miraculis resurgens, omnibus imitanda proponitur.* De eodem agunt *Barnab. de Montalbo, & nos tom. I. Sacro-Sanct. Ordin. Menolog. Cisterc. Chrysof. Henriq. &c.*

B. Petrus
Monachus

Miraculis
claret.

In Monasterio Claravallensi Beati Gerardi Prioris. Fuit hic lectissimi & lactiflui Doctoris nostri Bernardi discipulus, Eberbacensis postea Cænobii Abbas dignissimus, verum eâ sarcinâ relicta humilis denuo Claravallis Monachus, invitatus & reluctans licet sarcinam aliam admittere coactus, & sanctissimi Cænobii nonus in ordine Prior esse iustus. Vbi tandem senio, morum gravitate, religionis integritate, prudentiâ juxta & simplicitate, venerandus, & sanctitate illustris felicissimo fine requievit. *Exord. Cisterc. libr. 6. Menolog. cit. tom. I. SS. Ord. &c.*

B. Gerardus
Prior.

Abbas sit.

Resignat.

Fit Prior.

Cantuariæ in Angliâ Sancti Lanfranci Archiepiscopi, Berengariæ Hæresis profligatoris, sanctitate vitæ, eruditionis laude, & infantuli juxta innocentiam ac simplicitate admirandi. Hujus natalem hæc

S. Lanfrancus
Archiep.

hâc die afferit Andreas Bambergensis, aliis 5. Non. Julij, de quo nos tunc ex plurimum opinione, locupletius; hæc autem die Elevationis potius memoriam recolimus ominamur.

S. Erckan-
trudis.

In Monasterio Brigenfi Beatæ Erckantrudis Virginis sanctimonialis. Hæc nobili nata loco, servitutum & ancillatum CHRISTI honoribus universis & commodis prætulit, sacroque amicta velo, sub magnæ & sanctissimæ Burgundoræ Abbatis Magisterio mirâ vitæ puritate & sanctitate ad sublimiora se extulit, cujus patientiam maximè bonum Numen morbis variis iisque gravissimis & probavit & exercuit. Morti proxima, admirandæ lucis splendore, & concentu Angelico recreata, psalmum illum jucundissimum sacros genios concinentes læta audiit: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus, quâ in confessione paulo post illa felicissimè expiravit.* Ex *Vita Sanct. Burgundoræ, & tom. I. Sacro-Sanct. Ordin. &c.*

Angelos au-
dit.

V. Hierony-
mus Pragen-
sis.

Eodem die illustris memoria Venerabilis viri F. Hieronymi Pragensis, eruditionis laude, & sanctitatis eximia opinione celeberrimi. Hic sanctissimæ Congregationi nostræ Camaldulensi nomen dedit, simulque decus æternam addidit. Interfuit Concilio Basileensi, Se-

nis primum instituto, ubi pro concione bis cum stupore & admiratione omnium dixit, & magnam sibi auctoritatem & gratiam conciliavit. Missus à Patribus Concilii ad Vladislaum Poloniæ Regem, Legatione præclare functus est. Ab hoc postea acceptis litteris commendatitiis ad Vitoldum Lituaniæ Ducem, illic arduos & verè Apostolicos suscepit labores, cum populi illi serpentes pro Diis adorarent, alii ignem, alii solem Divino honore colerent, & lucos Cacodæmoni sacrent, apud quos ille, omnibus contemptis periculis strenuè laboravit, & ut serpentes in foro exurerent, & lucos succiderent. In hoc opere, cum quidam credens se arborem cedere crus proprium graviter læderet, & semianimis concideret, populo flente & Hieronymum accusante, hic ut fascinatis mederetur, surgere hominem incolumem jussit, atque mox meruit. Sed cum alia etiam nemora succidere pararet, toto muliercularum exercitu ad Vitoldum concurrente, querulis læmentisque effecere, ut à Vitoldo Hieronymus Lituania ejiceretur. Reliquit multa præstantissimi ingenii monumenta, & varios contra Hæreses tractatus, obiitque anno Christi 1440. nonnullorum judicio inter Sanctos relatus. *Aeneas Sylvius, Hist. Camald. Hieron. Razzius, &c.*

Vir Aposto-
licus.

Obiit anno
1440.

IDIBVS MAII.

XV. Maij.

D.

S. Adalgarij
Episc.

Remis depositio Sancti Adalgarii Archiepiscopi & Confessoris. Adalgarius Germanus patria, in celeberrimo illo Corbejæ Saxonum Sancti Viti Cænobio Monachum professus, ob insignem vitæ integritatem, eruditionis copiam, & ferventissimum propagandæ Christianæ fidei Zelum, dignissimus habitus est, qui maximis illis Septentrionis & Aquilonarium Regnorum Apostolis, Ansgario & Remberto Apostolici laboris & meriti socius esset. Is in Daniam primum missus, ingentes in Christi horrea manipulos collegit, suamque operam, inter frequentissima pericula, terrores, rerum inopiam, cæli ac terræ inclementiam, admirabili constantia & patientia probavit, & plurimis annis, insuperabili magnanimitate in arduo inprimis opere desudavit, nomenque & apud Da-

Apostolus
Aquilonis.

Ingentes la-
bores.

nos, & Ecclesiam universam, æternum meruit. Mortuo autem Remberto, tertius Hamburgensium atque Bremensium Archiepiscopus renunciatus, tanto magis, sacro vitæ rigore, humilitate, paupertate, patientia excellere studuit, quanto sublimiorem perfectissimum Vocationis suæ statum, munus Episcopale, agnovit, & serio secum expendit. Opes proin Ecclesiæ, ut verus pastor ac pater, in pauperes, ac captivos expendens, longè majoribus sese laboribus addixit commissisque sibi populis se impendit non solum, sed superimpendit, nullisque territus difficultatibus, in asperrimis, & maximè frigidis rigidisque Regnis ac provinciis, assiduis discursibus sese fatigans, prædicationis perpetuo clamore, animi Zelo ac fervore corpus velut exurens, tandem viribus in Apostolica functione gloriosissimè exhaustis,

Fit Archiep.

Ecce verum
Episcop.

vicesimo Pontificatus sui anno, ad mercedem æternitatis evocatus, sanctissime in Domino obdormit, Anno Christi 909. Suecorum, Gotthorum, Danorum Frisonumque illustrissimum & Augustissimum Apostoli nomen, jure merito indeptus, & ad omnem posteritatem commendandus. *Ex Vita Sancti Angarii & notis ad eandem nostris, Annal. item nostris German. & Benedict. tom. I. Sacro-S. Ordin. Iepesio, Alberto Stadenfis, Crantzio, &c.*

Obiit 909.

Apostolicus Titulus.

S. Berethus Abbas.

Beda familiaris.

S. Alfredus Rex.

Virtutes ejus

Fit Moaach.

705.

Exercitia ejus

In Anglia, Cænobio Beverlacensi Sancti Berethi Abbatis. Berethus, aliis Bithunus Eboracensis primum Monachus, & Sancti Ioannis Ecclesiæ ejusdem Episcopi Diaconus, Inderavudensis postea Cænobii Abbas, digno magistro, dignissimus discipulus extitit, & præter virtutum varia & splendidissima ornamenta, miraculis etiam gloriosus enituit. Fuit sanctissimo & Venerabili Bedæ nostro familiaris, cujus relatione non pauca, ideim, maximè de vitâ Sancti Ioannis Episcopi excepit, & scriptis posterorum memoriæ commendavit. *Histor. Eccles. Ang. Ven. Bed. Hugo Menard. tom. I. SS. Ordin. &c.*

In Monasterio Mailrosensi, Sancti Alfredi Regis & Confessoris. Alfredus, Alfridus, sive Ealfridus Northumbriæ Rex decimus tertius, non tantum fortunæ & dignitatis eminentia sublimis, sed & rarâ in Regibus, veteris quam maximè ævi, eruditione singulari cultissimus, huic non impari studio, pulcherrimo dignissimoque conjugio virtutem conjunxit; & præter Regni curas, Monachorum perfectionem in ipsâ aulâ & purpurâ consecratus, fastidito demum summo imperio, impedimenta & moras magnanimitate rumpens, stupentibus universis, vile cucullum amplexus, Monachum in celebri fertilique Sanctorum Cænobio Mailrosensi professus est; sub Anno Christi 705. cum Regnum undeviginti annis summâ cum laude ac felicitate gubernasset. Profecit plurimum, Sanctissimi Edilwaldi Abbatis magisterio & exemplo, & obedientiæ, humilitatis, paupertatis, lacri rigoris spectaculum & miraculum omnibus factus, tanta felicitate in perfectionis studio ac studio progressus est, ut qui terrenum Regnum reliquerat, cæleste mereretur, nunquam regio titulo tantum sibi nomen

comparaturus, quantum humilitatis & sanctitatis studio est consequutus. *Ex Histor. Eccles. Ang. Ven. Bed. VVernhero Rolewinck. & diversis Rer. Anglic. script. Annal. nostr. Benedict. tom. I. Sacro-Sanct. Ordin. &c.*

In Anglia Beati Richardi, qui Regulam Sanctissimi P. N. BENEDICTI à juventute professus, tepescente nostrorum, ut fit, cum tempore disciplinâ, desiderio eam rigidius observandi divinitus tactus cum esset Eboracensis Caleberrimi Monasterii Præpositus, exorata à S. Truistino nostro ejusdem loci Archiepiscopo facultate, & loco qui de Fontanis dicebatur, impetrato, ardentissimam primo fervore Cisterciensium nostrorum reformationem amplexus, ad recens à se conditum Cænobium cum duodecim Fratribus transit, & primus ejusdem Abbas constitutus, illud egregia vitæ sanctitate velut profundissimo fundamento fundavit & exornavit; ac demum post multa præclara opera & merita, sancto sine ibidem decessit. Memoratu dignissima, quæ ad ipsum in proposito reformationis, & recenti instituto confirmandum, alia inter scribit Doctor Mellifluus, his verbis: Quanta audivimus & cognovimus ea, & Fratres nostri, uterque Gaufridus annuiciaverunt nobis, quem admodum noviter recaluitis igne DEI, convaluistis de infirmitate, refluistis in novitate sancta. Dignus DEI est iste subtiliter operans, suaviter renovans, salubriter mutans, non quidem de malis bonos, sed de bonis faciens meliores. Quis dabit mihi, ut transeam, & videam visionem hanc magnam? Nec enim minus mira, minusve jucunda ista promotio est, quam illa mutatio: nisi quod multo facilius reperias, multos sæculares converti ad bonum, quam unum quempiam de religiosis, transire ad melius. Rarissima avis in terris est, qui de gradu quem forte in Religione, semel attigerit, vel parum ascendat. Vestrum proinde dilectissimi, tam insignis, quam salubre factum, non solum nos, qui servi vestræ sanctitatis esse percipimus, sed & universam merito lætificat civitatem DEI; quippe quo rarius, eo & charius. Erat autem & necessarium ad cautelam, proximam defectui mediocritatem, transcendere, & declinare teporem, qui DEO vomitum provocat; sed & sic oportebat propter conscientiam.

B. Richardus

Reformatio-nem amplectitur.

Differentia inter reformatos & ir-reformatos.

NB. memoranda sententia.

NB. accurata fervoris nostri descriptio.

Professus

Professis siquidem Sanctam Regulam, an circa ejus puritatem sistere gradum, tutum sit, ipsi sensistis, &c. Ita Bernardus, Philipp. Seguin. Barnab. de Montalbo, tom. SS. Ordin. Henric. &c.

B. Margar.

In Valle-Rosarum prope Mechliniam depositio Beatæ Margaretæ Duyterhelst, ibidem sanctimonialis, quæ à vanitate sæculi ad DEVM conversâ, humilitatis operibus, religiøsæ perfectionis studio, & meditationi continuæ se totam addixit:

fic ut quandoque extases fuerit experta, ac Beatissimæ Matris Virginis præsentia Deiparæ perfrii meruerit. Claruit spiritu prophético, & signis ac virtutibus admiranda, piissimè, ante Abbatissam, quæ simul ægra decumbebat & usum linguæ perdidit, uti prædixerat decessit, atque ut promiserat, loquendi facultatem eidem à Numine obtinuit. Obiit Anno Christi 1618. *Arnoldus de Raiffe, Menolog. Cisterc. Chrysoft. Henric. t. I. SS. Ord. &c.*

Obiit 1618.

DECIMO SEPTIMO CAL. JUNII.

XVI. Maij.

C.

S. Brandanus Abbas.

Trium millium pater.

Apostolus Canariarum

Ingentia pericula septennis navigationis.

Miracula.

Spiritus propheticus.

Ad Conciliū vocatur.

Mirares!

IN Scotiâ, Sancti Brandani Abbatis. Brandanus miraculum hominis, Apostolici meriti vir, & Angelicæ puritatis, cum esset trium millium Monachorum in Britannia Abbas, non satis habuit, tot tantisque benefacere, nisi maximorum Christi Apostolorum exempla consequutus, ad remotissimas etiam totoque cælo distitas gentes proficisceretur, iisque Christi fidem, & amorem, quo totus ipse deflagraret, prædicaret. Quippe, periculosissima septem annorum navigatione suscepta, quatuordecim peregrinationis fociis, è Cænobio suo assumptis, Canarias celebres illas in hodiernam usque diem Insulas, verè Fortunatas (ut alias solent appellari suo adventu fecit, & primus iisdem prædicationis lumine, & exemplo vitæ illucescens, æterno merito, & quidem gravissimo, eas sibi & Monachis obstrinxit; superatisque denuo, tanti, & incogniti eousque maris periculis; ad suos reversus, miraculorum illustrissimus gloria Ecclesiam universam mirificè exornavit. Claruit spiritu prophético, & mira atque longe posita, stupendâ illâ cognoscendi facultate clarè ac distinctè intuitus, eo etiam nomine, insigni ut raro exemplo, Concilii sive Synodi in Scotia celebrati Patribus innotuit, qui cum Sanctum Columbam nostrum, de facto ipsius quodam, minus rectè informati, præter meritum damnassent, & excommunicassent, & is ipse ad Concilium occurreret, conspicuus eminens venientem Brandanus, surgens quamprimum, demisso vultu, ipsum veneratus, & in oculis omnium osculatus est. Repræhensus autem, quod cum excommunicato communicaret, quæ sibi de Columba Dominus revelasset aperuit, sed

& columnam igneam cum per campos adventaret ipsum præcedere, sanctosque Angelos itineris ejus comites se spectasse professus: *quæ, si vos, inquit, vidissetis, nunquam excommunicassetis, quem Dominus non solum, secundum vestram non rectam sententiam, non excommunicat, sed & magis & magis magnificat.* Qui proin mox absolutus summo in pretio à Patribus habitus est. Fuit Brandanus eximius DEIPARÆ Virginis, magnæ Cælitum Imperatricis, cultor, cultusque propagator, cui navigationis suæ septennis laborem consecrans, cum in sacra Eidem arâ, librum, in quo peregrinationis suæ feriæ pertexerat, imposuisset, voce cælo delapsa ad coronam æternitatis vocatus, mox ad aram sacro facto, & solemniter decantato, eoque absoluto, felicissima morte decessit. Cujus transitum in spiritu intuitus, longè absens Sanctus Columba Abbas, sacra quamprimum Ministeria præparari iussit: *Hodie enim, inquit, natalis Brandani est dies, cujus animam, cælo aperto, vidi, quorum luminosa & incomparabili claritudine, totus eadem hora, illustratus est mundi orbis.* Claruit Anno Christi 580. *Ex Vita MSS. Rer. Anglic. script. Annalib. nostr. Benedict. tom. I. Sacro-S. Ordin.*

In Italia ad Montem Bardorum depositio Sancti Moderamni Episcopi Rhedonenfis. Moderamnus, loco nobili natus, cum esset omni virtutum genere exornatissimus, Rhedoniensis Ecclesiæ Pontifex creatus est. Romam peregrinationis studio cum contenderet, ad Sancti Remigii prope Rhemos Cænobium divertens, ibi nonnullas vestium Sancti Remigii Reliquias impetravit.

Modeste Patres Concilii informat.

Deiparæ ad dictissimus.

Mira gratia mortis.

Clar. 580.

S. Moderamnus Episc.

Rarum miraculum.

In Monte Bardone pernoctans, cum Reliquias in ramo ilicis suspendisset, manè oblitus eas recipere, Vulfadum Clericum remisit qui easdem referret, qui nulla ratione eas, quantumcunque enixus, eas contingere potuit, prodigiosè semper supra conantis manus elevatas. Sed nec ipse Moderannus reversus potuit, donec in propinquo Berceti Monasterio sacris operatus, Monachis illius loci partem Reliquiarum dono dandam destinaret. In sedit Bercetenſis Cænobii amor & magna deinceps æstimatio Moderanno, atque ubi primum reversus domum est, de succèssore deligendo laboravit. Abdicato proin Pontificatu Bercetum reversus, cucullo se induit, & votis Monachicis se adstringens, ubi Reliquias reliquerat, se ipsum reliquit, & carnis demum etiam farcinam posuit; ob egregiam vitæ sanctitatem inter Sanctos relatus, cujus festum hâc die solemnè memoria Rhedonenſis Ecclesia quotannis, solemnè item precum Officio religiosissimè celebrat. Obiit Anno Christi 719. Hugo tomo 1. SS. Ordin. Claud. Rob. Ioann. Chenu, &c.

Abdicat Episcopatum.

Ob. 719.

S. Fidulus Abbas.

Trecis depositio Sancti Fidoli presbyteri & confratris Sancti Brandani. De hoc ita Chronicon Cluniacense: Fidulus Sanctus Abbas, Ordinis Sancti Benedicti, qui conversationis suæ vitæ mores, & vitam disciplinæ, tam virtutibus sanctis & misericordiæ operibus, quam jejuniorum afflictione, meruit thronum duodecimum possidere. Cujus lacrum corpus requiescit in partibus Burgundiæ, in Ecclesiâ suo nomini dicatâ, in Episcopatu Lingonensi, juxta Monasterium, Gallicè *Potieres* vocatum, prope oppidum *Mucii*. Fuit Fidulus, Arvernensis patriâ, nobili ortus genere. Puer autem à prædonibus captus & abductus, jussu Numinis à Sancto Aventino Cellensi Abbate redemptus est, cujus illico sese ille Magisterio subdidit, tantumque litteris & disciplinis Monachicis profecit, ut morienti in honore succedere meruerit. Corpusculum suum rigidissimè habuit, quadragesimæ in primis tempore, *solum* *servitutis suæ pensum* tantopere augens, ut tribus cum panibus totam exigeret, imo in Cænæ Dominicæ die, tertius ipsi adhuc totus superesset. Miraculorum gratiâ præcipuè effulsit, quæ inter, triduo integro in patibulo pendentem, precibus suis à morte servavit; cum judex crude-

Puer cura Numinis &c.

Fit Abbas.

Miranda.

lior, ad preces viri sancti, juveni vitam donare noluisse; visus suspensio, triduum totum, scapulis suppositis pedes suos excipere, quoad ipse à parente suo ad sepulchrum petitus, & vivus depositus, rem stupentibus enarraret. Sic & servum quendam victum, prodigiosè è carcere & vinculis liberavit, immisericordè Domino ejus, in vicem graviter afflictio, quoad supplex à Fidolo veniam & gratiam exoraret. Equum Sancti Abbatis furatus, triduum totum errans, demum prope Cænobium, consistere se miser erubuit, neque prius equo descendere potuit, quam à viro DEL, occultis quibus tenebatur vinculis, & febris, quibus æstuabat ardoribus liberaretur. Claruit temporibus Galliarum & Regnorum plurimum Institutoris S. Mauri nostri sub Anno Christi 580. Ex Nicolao Camuzat, Molano, Baronio, Chron. & Bibliothec. Cluniacensi, tomo 1. SS. Ord. &c.

Ingens prodigium.

Immisericordè Dominus ejus, in vicem graviter afflictio, quoad supplex à Fidolo veniam & gratiam exoraret.

Furis poena.

Clar. 580.

In Monte-Iovis depositio Sancti Bernardi eremita, qui in Ordine Cisterciensi vitam Cænobiticam sanctissimè exercuit, & Divino fervore impulsus, de licentiâ superiorum, in Alpibus solitarii usque ad consummationem vitæ, cum magnâ opinione sanctitatis piissimè degit, de cujus glorioso nomine Mons, sive Alpes-Bernardi appellantur, ejusque sanctitatis & magnitudinis perpetuum perennant monumentum. Arnold. Duacen. Menolog. Cisterc. Annal. nostr. Germ. t. 1. SS. Ord. Aub. Miræus, Molan. Glareanus, &c.

S. Bernardus

Alpes S. Bernardi.

In Monasterio Hemmenrodensi Beati Eustachii Abbatis, contemplationis studio addictissimi, *Deiparæ*que charissimi, quæ merita ejus & Monachorum eidem subditorum futuram gloriam, mirabili visione demonstravit. Cum enim Matutinis Horis cum suis omnibus devote interesset, & solemnem Hymnum *Te DEVM* laudamus, ferventissimè concinerent, visa est in magnâ gloria Angelorum Regina, quæ miræ pulchritudinis coronam, per catenam auream super Conventum demitteret, in cujus summitate pretiosissima ac lucidissima gemma apparebat, in qua scriptum legebatur: *O Clemens, O pia, O dulcis MARIA*, quo postremo ex nomine radii splendidissimi sese effundebant, & nomina Eustachii, & cæterorum in Choro existentium Monachorum, per circuitum coronæ sculpta, illuminabant, ipsâ Ordinis

B. Eustachius Abbas.

Deiparæ charus.

Mira visio.

Vox Deparæ.

B. Raynaldus Abbas.

Illustrissimi generis.

Homo Angel.

Obiit 1151.

S. Albertus Mon.

S. Adam Abbas.

Miraculis clarus.

Translatio S. Aigulphi & soc.

B. Paulus Diacon.

Palatinus.

nis nostri unica Præsides & Tutelarii in has voces erumpente: *Sicut ego hodie sum in gloria mea, ita isti omnes mecum erunt in æternum*. Eustachius autem post multa virtutum insignia mente jugiter cælo intentus, è præsentis sæculo ad beatam immortalitatem migravit. B. Casar. Haisterbac. Barn. de Montalbo, Chryf. Henr. t. 1. SS. Ord. In Gallia Beati Raynaldi Abbatis Cistercii. Raynaldus sive Raynardus, Milonis Comitis Batri super Sequanam filius, contemptu gloriæ in primis enituit, quæ ex Clara-valle assumptum Doctor Mellifluus amplectebatur ut filium, reverebatur ut patrem; cujus denique mortem etiam abiens cognoscere meruit, & supra modum luxit, totique sacræ familiæ condoluit. Fuit autem Raynaldus charitatis operibus mirificè intentus, & cælestem in terris vitam ducens variis signis effulsit, quem à morte Beatus Christianus in extasin raptus inter Angelorum choros gloriosum apexit, magnæ lucis radios undique diffundentem. Obiit A. C. 1151. cujus alibi depositio 17. Cal. Januarii adnotatur. Basilius Sanctoro in Prato Spirituali, Vincent. Belyac. Renat. Chopinus, Robert. Rusca. Claud. Robert. t. 1. SS. &c.

In Monasterio Vallis Umbrosæ, S. Alberti Monachi, cujus vita plena sanctitatis extitit. Obiit A. C. 1094. Tabulæ Vallum brofanæ, tom. 1. Sacra Sancti Ordinis. &c.

Firmii in Piceno natalis S. Adæ Abbatis & Confessoris. Hic in Monasterio S. Savini apud prædictam Urbem Monasticam professus, iis vitæ exemplis præluxit, ut merito supra candelabrum locaretur, & Abbas ejusdem loci crearetur, cujus sanctitatem multa miraculorum gloria Numen commendavit, corpus autem in Ecclesiam Metropolitanam translatus magno in honore fuit, & clarere in hodiernum diem miraculis dicitur. Vixit sub A. C. 600. Ex monim. *Marchesianis*, Phil. Ferrar.

In Sancta Insula Lirinensi translatio S. Aigulphi Abbatis & Sociorum Martyrū: Facta est hæc translatio de Insula Amatu-

na, in quâ passi sunt Sanctissimi Martyres, ad insulam Lerinensem, post octo ab eorumdem passione mentes; de quâ sic monumenta Lirinensia: *Colligentes tandem corpora SS. Martyrum in sportellis, honorificè, ut poterant, condiderunt. Unde tanta odoramentorum fragrantia est sequuta, quod navis aromatis onusta, vel rosas crederetur. Navigantes inde, 16. Maii luce, Domino favente ad Cænobium Lerinensè applicuerunt*. Vincent. Barral. Chron. Lirin. t. 1. SS. Ord. &c.

Messanæ translatio Sanctissimi Protomartyris nostri Placidi & sociorū ejus, ex Veteri Ecclesia, in novum Sacellum & aram. De quâ agit hæc die Octav. Cajet. & nos t. 1. SS. Ord. &c.

Cenomanis S. Domnoli Episcopi & Confessoris. Hic ex Abbate S. Laurentii Parisiis, Cenomannensium creatus Pontifex in ipso Pontificatu Monachum nunquam exiit, recensq; propagatum in Gallia per S. Maurum Abbatem Ordinem mirè promovit, & in suæ urbis suburbiis Sanctorum Vincentii & Laurentii Cænobia condidit, nec non cellam S. Iuliani Cenomannorum Apostoli in Monasterium vertit, quod quinquaginta Monachis commisit. Abstinencia rigidissimus, in orationibus & vigiliis assiduus, in elemosynis profusus, totus cælestium rerū meditatione absorptus fuit. Fuit miraculorum gloria illustrissimus, oleo à se benedicto & crucis signo cæcum illuminavit, dæmonia ejecit, salivæ inunctione grave vulnus curavit, aqua qua manus laverat cæco visum reddidit, carceres, & vincula vi orationis aperuit, eo divini luminis splendore illustratus fuit, ut intima cordium secreta cognosceret, peccata detegeret & emendaret. Tanta prædicationis gratia excelluit, ut non homo sed Angelus loqui crederetur. Sacrilegi ejus monita contemnentes mox iram Dei experti, ejus precibus curati sunt. Decessit vir sanctus sub annum 573. in Monasterio S. Vincentii tumulatus 1. Dec. cujus tum festum hodie peragitur. Ex *Carolo Sauss.* &c.

Translatio S. Platidi & sociorū ejus, ex Veteri Ecclesia, in novum Sacellum & aram. De quâ agit hæc die Octav. Cajet. & nos t. 1. SS. Ord. &c.

Obiit annus 573.

DECIMO SEXTO CAL. JUNII.

XVII. MAIJ.

A. Pud Casinum Beati Pauli, cogno-mento Diaconi Monachi Casinatis eruditione & Virtute præstantissimi. Paulus Longobardus natione, patre Varnefrido, matre Theodolinda natus, Desiderii Longobardorū Regis aulâ ingressus, liberalium artium insigni comendatione, in

intimâ ejus familiaritatē irrepit, eo successu, ut per honorificū, regia gesta litteris consignandi munus, & Aquileiensis Ecclesiæ Diaconatū herilis benevolentia præmiâ retulerit. Hinc Paulo *Diaconi* cognomē, adeptâ dignitate, ppetuo adhæsit. Inclinate Desiderii fortuna, Paulus, raro inter Palat. exemplo

Unde dictus Diaconus.

Mira aulici constantia. exemplo; in eodem fidei & observantiae vestigio, erga Principem, de se optime meritum, constantissime perseveravit; Italique Regni dominatu à Carolo Magno exutum, libenti ac prompto animo, in Gallias captivum prosequutus est. Quin etiam, quod magis mirere, politioris doctrinae studiis & ingenii dexteritate conciliato sibi Caroli favore ac gratia, nunquam tamen in animum induxit, conclamatis Desiderii rebus amplissimas Gallias opes, & efflorescentem gloriam anteferre. Invidiorum postea fraude & calumnia, majestatis eo nomine postulatus, quod Desiderium asserendi in libertatem studio, necem per insidias Carolo molitus esset, Iudicum sententia exilio multatus, in Diomedis Insulam deportatur (utique ne gravius in eum animadverterent, ipso met Carolo prohibente,) quâ in latebrâ cum aliquot annos vitam in mœrore atque ærumnis traduxisset, demum Custodis sui ope ac beneficio elapsus, Salernum ex fuga se contulit; ubi apud Arichim Desiderii generum, & Adelbergam filiam, Salerni humanissimos Principes, summis honoribus cultus, biennium demoratus est, quo ipso tempore fortunæ inconstantiam, fallaces mortalium spes, irritos vitæ superioris conatus ac labores, adita pericula, toleratas ærumnas, & præfens in primis æternæ salutis discrimen, attente ac serio contemplatus, prudenter constituit, aulæ simul ac sæculo Vale-dicere, quod etiam (defuncto tunc commodum Ariche,) expeditius securiusque exequutus, in sanctissimo Casinate Archisterio cucullum amplexus, omnes eo curas convertit, ut re ac factis, dignum tantâ professione alumnum se exhiberet. Simul autem Carolus Rex Pauli consilium & susceptæ vitæ rationem cognovit, de salute charissimi capitis mirifice lætatus teneri non potuit, quin eidem, metro exaratis litteris, arreptæ disciplinæ locique sanctitatem, atque otium gratularetur; his ipsis inter alia:

*Hinc celer egrediens celeri mea charta volatu
Alma Deo chari Benedicti tecta require.
Est, nam, certa quies fessis venientibus illuc, &c.
Dic Patri, & sociis cunctis salve valete.
Colla mei Pauli gaudendo amplecte benigne,
Dicit multoties, salve pater optime salve, &c.*

Sed & suavissima impostero amici-tia, Carolum inter & Paulum, sermonisque frequens communicatio intercessit. Paulus autem, ne quiescere, & soli sibi vacare ab ingressu Cænobii videretur, verum potius, ingenio & concessis à Numine talentis uti, litterasque ad Ecclesiam, seræque posteritatis utilitatem accommodare, Sanctorum res gestas, diligenti investigatione perquisitas, acuratiore stylo complexus est, plurimosque alios dignos æternitate libros absolvit. Alia etiam gravissima inter merita: *Lectionum in Divino Officio* selectiora ex Sanctis Patribus, jussu Magni Caroli comportavit, & *Vitas Sanctorum*, in Breviario ut vocamus, legi solitas, ad pulcherrimum compendium referens, certas cuicumque festo lectiones composuit, & assignavit. Quæ ejus dispositio, æternâ cum Casinensium, tum Ordinis univèrsi gloriâ, ad hæc usque nostra tempora, est inviolabiliter observata. Ingenium item ejusdem præstantissimum monumentum celebratur, Hymnus ille, festo dignissimo Præcursoris Domini Joannis Baptistæ decantatus, pulcherrimo metro, pedumque consonantia ad mirabili compositus

Vt queant laxis resonare fibris
Mira gestorum, famuli tuorum,
&c.

Ex quo, divino postea docente Spiritu, Beatus Guido Aretinus Abbas Sanctæ Crucis Avellanæ, Musices, quâ hodie utimur, dogma & rationem omnem, desumptis inde initialibus litteris, ac fundamentis: Vt, re, mi, fa, sol, la, felicissime deprompsit, & Ecclesiæ universæ in signe ornamentum addidit. Paulus denique post plures apud Casinates annos religiosissime exactos, sanctis operibus plenus, senio & laboribus confectus, gloria & virtute immortalis, mortalitatem exiit, & juxta Ecclesiam Patriarchalem Sanctissimi Patris sui BENEDICTI sepeliri meruit, à præcipuo suo in eundem Magnum Legislatorem amorem commendandus, cujus res gestas metro conscripsit, & in Regulam Commentariis editis, omnium Monachorum studia mirè accendit. Ex Marco Antonio Scipione, amico nostro, Ant. de Iepes, Petro Diac. Chron. Casin. Paulo ipso, Trithemio Arnold. Duac. Annal. noſt. Bened. l. i. SS. Ord. &c.

Magnopoli in Cænobio Falderæ Sancti Tethmari discipuli Sancti Vicelini Episcopi. Fuit Thetmarus meriti Apostolici

Familiaritas Caroli cum Paulo.

Labores Pauli.

æterna laus.

Musica elementa ex Paulo.

Moritur.

S. Tethmarus.

Apostolus. stolici Monachus Magistro suo Vicelino Hoflatiæ & Wandaliæ meritissimo Apostolo strenuè cooperatus, verbo & exemplo potentissimus, cujus æternum nomen apud eas gentes haud immerito vigeat, atque utinam factis institutioni ejus nimium contrariis, Hæreticæ pravitate lolio optimæ sementis puritas extingueretur. Claruit vir sanctissimus A. C. 1160. *Helmold. de reb. Sclavorum, Alb. Crantzius, Annal. Bened. t. i. SS. Ord. &c.*

B. Gisilbert. Abbas.

Discretio rara.

Manfuetudinis fructus.

Mortuum exsuscitat.

Clar. 1150.

B. VValtherus Abbas.

1158.

In Monasterio Hemmenrodenſi Beati Gisilberti Abbatis, qui cupiens pio Christo in hoc mundo vilis reputari, vitam solitariam elegit, verum admirandæ lucis, eximia nimirum sanctitatis splendore proditus, ac pater Monachorum effectus, eosdem piissimè ac prudentissimè gubernavit. Ejus in correctione Fratrum discretionem ac mansuetudinem mirè deprædicant. De quo Beatus Casarius: *Gisilbertus Abbas*, inquit, *tanta fuit misericordia, ut si aliquando quis Monachorum vel Conversorum coram eo proclamatus fuisset in Capitulo, & ille neglecta virtute patientia extra se feret, infirmitati illius compassus diceret: Bone frater, vade modo sedere, & cras eandem culpam recognosce.* Recensetur illico fructus mansuetudinis: *Qui datis induciis, inquit, ad tranquillitatem animi reductus, & de commotione verè recundatus, in crastino rediit, seque peccasse recognoscens, duram poenitentiam cum multa patientiâ suscepit.* Gisilberti a. merita, signa miraculosa comprobantur, ita ut Beatum Mengosum Cænobii sui Conversum in coquina servientem, per absentiam suam mortuum, ad nuncium mortis ejusdem occurrens ad vitam revocaverit. Quam minimè vanam fuisse resuscitationem seu tantum apparentem, porrecto quod comederet, & sumpto demonstravit. Mengosus autem, cum Abbate sancto aliquamdiu colloquutus, petita benedictione & accepta denuo obdormiit, & ad splendidam sibi in cælesti Regno præparatam sedem emigravit. Claruit vir sanctus A. C. 1150. & 1160. *Fascic. SS. Chryf. Henriq. Menol. Cist. t. i. SS. Ord. & Casarius, cit. &c.*

Apud Noricos in Cænobio Mansee depositio Beati Waltheri ejusdem loci Abbatis & Confessoris. Fuit hic successor in eodè Monasterio Beati Conradi Martyris, præfuitque annis 12. ea vitæ sanctitate, ut etiam miraculis claruerit. Obiit A. C. 1158. *VVigul. Hund. Carolus Steng. tom. i. SS. Ord. Annal. noſt. German. &c.*

In Monasterio Villariensi Beati Laurentii primi ejusdem loci Abbatis. Laurentius Melliflui Doctoris nostri Bernardi discipulus, tanti ab ipso factus est, ut dignissimum duceret, quem aliis præficeret, & velut exactius exemplar perfectionis, ad remotas etiam provincias exemplo omnibus futurum destinaret. Fuit primus Villariensis Cænobii Abbas, quod modicis initiis, mirifice postea sanctitate Monachorum, & liberalitate fidelium crevit, adeo ut inter spectatissima Belgii numeretur. Laurentium patientia in primis & singulare paupertatis studium commendavere, cum in extremâ rerum omnium inopia, varia perpeſſus incommoda, nunquam animû desponderet, Oratorium & tuguriola pro suis Fratribus ex arborum ramis componeret, oleribus & aqua victitaret, ferè nudus incederet, & plurima perpeſſus incommoda, eâ cum admiratione omnium mirâ magnanimitate superaret. Cum autem annum solummodo unum honorem gessisset, eo se abdicans, in omni humilitate ibidem DEO serviens, in pace & tranquillitate mentis maxima sancto fine decessit, insignibus tam in vita quam post mortem miraculis illustratus. Obiit Ann. Christi 1154. circ. Phil. Seguin. Henriq. Brito, tom. i. Sacro-Sanct. &c.

Laudono-clavato, translatio corporis Sancti Montani Monachi & Confessoris. De eâ agit hæc die *Hinckmarus & Molanus, &c.*

In Monte Romarico, celebris elevatio Sanctorum Romarici, Amati & Adelphi Abbatum. Facta est hæc sub Anno Christi 910. præfente Drogone Tullenſi Episcopo, in magna Cleri populique frequentia multis tunc signis fervorum suorum sanctitatem attestante Numine. Sepulchro autem impositum lapidem cum primo Clericorum quidam amovere tentaret, temeritatis illico pœnas, jacturâ pollicis retulit, qui tamen postea poenitenti sanctorum meritis restitutus fuit. Terminus eâ ultione Episcopo, id muneris Monacho comisit, qui tremebundus absque tamen noxa omni lapidem dimovit, quo sublato in caveam descendit, atque inde sacra corpora, sine ullâ corruptione, integre extraxit; quibus ne vel minimus quidem barbæ pilus defluxit. Abrafâ autem, & vino unguentis condito abluti, pretiosisque pannis involuti, separatis quisque capis reconditi sunt. Stupendum tunc quoque illud accidit, cum (ut digna tanto Principe statura erat è Duce Lotharingia

B. Laurentius Abbas.

Rigor primæ vs Reformationis.

Abdicat à se honorem.

Obiit 1154.

Transl. S. Montani.

Elev. S. Romarici & soci.

Temeritatis pœna.

Incorruptissima corpora

Mosellanica humilis Luxoviensis Monachus S. Romaricus, capsa corpori tanto non congrueret, negotiumque illo die Episcopus confectum vellet, quippe incisis, jussu Episcopi, in Theuderico Presbytero, & Feromone Diacono, genuum nervis, copia mox sanguinis maxima effluxit: quo viso Theudericus, delicti pœnitens cultrum abjecit, qui nusquam postea reperiri potuit, & ut facinus expiaret, quotidie lacrum montem circumiens: *Fili David miserere mei*, ingeminavit. Diacono autem, manus supra modum (verba MS. sunt,) abscessit, ita ut vi doloris penè

interierit: quamvis acerbissimam patra- ti delicti veniam egisset. Fuit & illud mi- rum, cum sacra corpora transferrentur in Ecclesiam, palumbes Veteris Mona- sterii convolasse, & supra capsas volitan- tes, pompam prosequutos, Ecclesiam si- mul ingressos, depositis demum capsis ad turrim Basilicæ se recepisse. *Ex MS. Vete- rit. 2. SS. Ordin. Hugone Menardo, Gall. divo. script. &c.*

Eodem die Beati Surani Abbatis. De quo hâc die Andreas Bambergensis, nos autem ex aliorum opinione alibi.

DECIMO QVARTO CAL. JVNII.

XVIII. Maij.

E.

Argentorati Sancti Remigii Episcopi & Confessoris. Remigius illustris- simis ortus natalibus, facile tamen fortunã omnem risit, dum cucullum amplecti li- cuit, quod in Monasterio Vallis-Gregorij amplexus, sanctitatis, & dignis Monacho operibus, supra omnem purpuram exco- luit, ob eamque sancti nominis famam ad culmen & dignitatem Pontificalem è se- curissima & beatissima cellulæ quiete ex- tractus est. Præfuit multo cum fructu Argentoratensi Ecclesiæ, & religiosissi- mæ vitæ fulgore Alsatiâ universam per- strinxit, laboribus beneficiisque æternum demeruit. Intulit provinciæ illi pluri- morum & illustrium Sanctorum pretio- sissima pignora, partemque præcipuam in Eschaugienfi Virginum nostrarum Cœ- nobio condidit, & ut pietatem fidelium plurimum accendit, sic præsentis Sancto- rum ope patriam mirè beavit ac juvit. De- cessit meritissimus Pontifex Ann. Christi 803. ob egregiam sanctitatem inter Di- vos Argentinæ Tutelares cooptat. *Franc. Guillemannus, Jac. Kônishof. Bernhard. Her- zog. Annal. nost. German. & Benedic. Chron. Argent. Iepes, tom. 1. Sacro-Sanct. Ordinis, &c.*

In Gallia Beati Fastredi primi Abbatis Camberonenfis, miraculis & revelatio- nibus insignis. Fastredus sive Fastradus de Gavitinier in Hannonia nobili natus genere, à pueritia virtute & eruditione plurimum profecit, adeo, ut quintum- decimum ætatis annum agens insolitæ perfectionis indicia ederet, mirarenturque omnes, ait vitæ scriptor, in juvene tantam modestiam, tantam humanitatem in Nobili, & humilitatem in divite, &c. Adolescentum consortia fugiens, jam tunc solitudi-

ne delectatus, omnem in Contemplatio- ne felicitatem reponebat, biennio ante conversionem, licet adulta necdum æta- te, sacri rigoris, & abstinentia cum primis, tantopere studiosus, ut nunquam, *paze saltem, & aqua vellet saturari.* Monachum postea apud Claram-vallem professus, absolutissimum perfectionis Magistrum, Sanctum Bernardum nostrum habuit, à quo ob eximia merita primus Camberonenfis Cœnobii Abbas renunciatus, san- ctissimo vitæ exemplo suorum pietatem mirificè accendit. Celebrata alias inter virtutes, admirandæ ejus humilitas, & sa- cræ paupertatis dignissimum studium, cujus exemplum aliquod quin in mediũ afferamus, prætermittere non possumus: Quodam siquidem die, cum Vestiarium, ut vocamus Cœnobii, dignissimo Abba- tum, tunicam, quâ ipsum indui vellet, to- lito meliorem, lectulo ipsius appendisset, gravius ferens Fastredus: *Quid est, inquit, dilecte Frater mi, quod facere cupis, ut à com- munionem Fratrum nostrorum me separe, & res. nobili habitu decolores? An, quia Abbatis nomine censor, propterea Monachus esse non debeo? Nunquid idcirco, constitutus sum minister & servus aliorum, ut lautioribus epu- lis debeam saginari, aut nitidioribus ornari ve- stimentis? Si ergo me diligis, si pacem meam quæris, & præceptis meis obedire non despicias: precor atque præcipio, ne id de cætero facere ve- lis. Nam cum ego sim minimus omnium, & in conspectu Domini indignus & humilis, magnum mihi est, si communi omnium victu at- que vestitu fuero honoratus. Ex quo enim assumptus sum ad regimen animarum, hoc unum est, quod & timui semper, & timco, ne occasione dignitatis istius, pauperem vitam, quam professus sum deseram, & Monachi præ- miurn*

Mira res!

Pltio in te- merarium.

S. Remigius Episc.

Fit Episc.

Obiit 803.

S Fastredus Abbas.

Adolescentis exercitia.

Palumbes Reliquiaso mitantur.

B. Surani Abbas.

Abstinentia

Fit Monach.

Abbas.

Paupertas.

Memoranda

Mira humi- litas.

Epigramma dignissimũ.

miurn obtinere non possum, &c. Dignissima sane verba, quæ pro Epigrammate, tam tricliniis quam vestiariis universis præfi- gantur. Claræ-vallensi postea Abbate mortuo, ad electionem vocatus, occurre- re noluit, & prævolante famâ, de sui con- cordi postulatione edoctus, antequam Legati Clarævallis advenirent, fugam ar- ripuit, & in Carthusiâ quadam dies ali- quot delitescens, mirâ visione instructus atque coactus, impositum sibi onus admi- sit. Eum siquidem solari dignata Cæli- tum Imperatrix, in magnâ apparens glo- ria: Quid turbaretur sciscitata, Regem gloriæ infantili specie, velut Simeoni in ulnas ingerens: *Accipe, inquit, filium me- um, & serva mihi illum;* cumque dicto di- sparuit. Ut facile deinceps acquiesceret, cum in tam dulcis pueri contuitu, signata membra ejus, credendam sibi Congre- gationem, intelligeret. E Clarævallen- si Cœnobio denique ad Cisterciensis regi- men evocatus; admirabili sanctitate illi etiam loco, atque Ordini universo decus immortale conciliavit. Inter alia tanti Patris insignia, *ita Spiritus Paracliti gratia,* inquit vitæ auctor, *in ipsius vultu angelico radiabat, ut vix possent fidelium animæ, desi- derabili ejus aspectu satiari.* Ejus obitum Beatus Petrus Tholosanus præcognosce- re meruit, Christumque in majestate in nubibus intuitus, coram ipso monumen- tum gloriosissimum apparari vidit; scisci- tatusque: *Cuinam tantâ magnificentiâ tumulus pararetur? hoc responsi retulit: Sepulchrum istud scias esse cujusdam sancti vi- ri, de terrâ proximè assumendi, de cujus tran- situ, magna in partibus istis longè lateque deso- latio erit. Cujus etiam mors futura est in con- spectu Domini pretiosa, & in conspectu homi- num præclara.* Decessit non multo post Fastredus, summo cum Regni Gallici lû- ctu, de cujus obitu ita Monumenta Cister- censis habent: *Decedenti, tota Romana Curia dignitas adstitit; ita, ut ipse quoque Do- minus Papa, propriis illum manibus inungens, atque Apostolica benedictione communiens, magno pietatis affectu morienti compateretur, & mortuo congratularetur. Et non solum Apostolicus, verum etiam piissimus Francorum Rex Ludovicus, qui & ipse præsens erat cum suâ nihilominus curia, planctu magno sanctissi- mum virum, quasi patrem charissimum plan- xit, multasque super eum lachrymas fudit. Ut autem obitum ejus multæ gloriôsæ reve- lationes præcesserunt, sic etiam post obi- tum, eximia sanctitate vir tunc in Anglia positus, animum mortui, ab Angelo in*

Deipara favor.

Fit Abbas Cisterc.

Ejus obitum præcognoscit B. Petrus To- los.

Elogium in- signe.

Mors hono- rata.

Obiit 1163.

calum deportari, intueri meruit. *Annal. Cist. Casarius, Montalbo, Fascicul. SS. Cisterc. Menol. Henric. t. 1. SS. Ord. &c. Obiit A. Ch. 1163.*

Querecti in Hannoniâ depositio San- cti Quiniberti Prioris Monasterii Salesij, & Confessoris, miraculis clari. Fuit hic Monachus celebris Cœnobii Maricolen- sis; cujus res gestas periisse Jacobo de Bar- laymont nostro, Molano questus, ait nu- dum fere nomen restare, Calendariis qui- dem Maricolensibus sub solemnitate fe- sti medii insertum. Cæterum sacrum ejus corpus, apud Serlechtes vicum conditũ, crebris miraculis sanitarum refulsisse. *Ex Indic. SS. Belgii, t. 1. SS. Ord. &c.*

In Clara-valle, Beati Petri cognomen- to Monoculi, genere & Virtutibus illu- strissimi. De quo nos ex opinione aliorum alias.

In Italiâ, Sancti Salvii Confessoris. Fuit Salvius, Campanus patria, professione Monachus, in Monasterio sanctissimo Casinate Monasticen professus, quem ab obitu insignibus miraculis Deus com- mendavit. Sepultus est in Ecclesia S. Cle- mentis in Plumbata. *Chron. Casinense, to. 1. SS. Ord. &c.*

In Cœnobio Vallcellensi Beati Hugo- nis Monachi. Is nobili natus genere, in Clerum adscriptus, & pro vitæ dignitate promotus, Ecclesiæ Cameracensis Deca- nus constitutus est. Sed quam tantis im- pensis quærent alii gloriam & splendorem fugiens, veritus ne ad Pontificatum aliqũe promoveretur, cucullo se abdens Mona- chum Vallcellis professus est. Fuit insignis vitæ ejus innocentia, vel in ipso quidem Novitiatus initio comprobata, cum, si mensæ accumberet, ad ipsum aves advo- larent, & de manibus ejus micæ expete- rent ac fumerent. Adfuit morienti innum- mera Angelorum multitudo, ex quorum præsentia, an morientis gratiâ, tanta cre- ditur dulcedo redundasse, ut omnibus, qui præsentis erant, singularis item à Nu- mine gratia videretur comunicata. *Tho- mas Cantiprat. Menard. &c. Alii alias.*

Rameyæ in Brabantia, B. Margaritæ Virginis, quæ post obitum suum, Beatæ Idæ de Nivellis gloriosa & exultans appa- rens, multa ei de æternâ felicitate indica- vit, multa futura prædixit. *Ioan. Gilleman- nus, Menolog. Cist. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Anglia, Venerabilis viri R. P. F. Mar- ci Barckruorth Monachi Ordinis nostri S. P. BENEDICTI, qui presbyter factus in Valle Lidæ, litteris operam dedit, in cele- berrima

S. Quiniber- tus.

Miracula.

B. Petrus Abbas.

S. Salvius.

S. Hugo Abb.

Avicula, ipsum exam- biant.

B. Margar.

S. Barckr.

berrima Belgii universitate Duacenâ; unde in patriam conigrans, insigne postrema hac ætate nostrâ testimonium perhibuit veritati, sanguinis sui pretiosissima purpura patriâ irrorans Ann. Christi 1601. Londini supremo supplicio affectus cum R. P. Rogero Filkox Societat. Ietu. Catal. Mart. Duac. t. I. SS. Ord. &c.

A.C. 1601.

B. Ascetina.

Eodem die B. Ascetinae neptis S. Bernardi ab ipsa quasi infantia electa, quæ quinquennis etiamnum puella, si vel acû vel frustillum casei furaretur, monentem non solum sed juxta per vestes trahentem audit: Cessa cessa, nequaquam expedit tibi. Decennis puella visionibus jam & revelationibus illustrata fuit, & cælites familiares habuit. Secularis adhuc cum esset, Religioso cuidam Sacerdoti, à S. Ioanne Evangelista commendata fuit, non aliter atque Matrem sibi Virginem Christus commendasset. Ipsi & Matri fores aliquando Ecclesiæ mirè patuere. Sollicita quandoque de Virginitate, ex Evangelista Ioanne audit: Constans esto filia

& certa, quia inter Christi Virgines, & locum habebis, & primum. Burlencuriæ habitum suscepit. Custos facta Ecclesiæ & Monasterii de Polangero, fossulam ante altare fecit, à quâ nunquam abiit, prius quam lachrymis impleret, intellexitque divinitus, lachrymas illis qui sic plorarent pro baptismo esse. Feria 6. Sabbatho, Dominicis & Festis diebus ac lect. 12. duo quotidie Plalteria, & 300. Ave recitabat, Sabbatho autè mille. Sic & Festis DEIPARÆ omnibus, sed & quotidie per octavas, mille, & septies Plalterium Dominæ nostræ. Eâ cum Matre ad pristinum (Professionis putato) locum, DEIPARÆ & S. Ioan. Bapt. redire iussere, cui aliquando in Vigilis Dominæ ad legendas Lectiones, divinitus lumen ministrarunt. Monialè à dæmone singulis noctibus per vim oppressam, docens AVE MARIA ut recitaret, mirè liberavit, & multis aliis præclare gestis A. Ch. 1195. ex hac mortali vita, ad immortalitatis gaudia emigravit.

DECIMO TERTIO CAL. JUNII.

XIX. Maij.

F.

S. Dunstanus Archiep.

Deiparæ acceptissimus.

Insigne prodigium.

Regum pater & Magister.

Puer mirus.

CANTUARIÆ Sancti Dunstani Episcopi. Dunstanus nobilissimo ortus genere, Virginis tamen DEIPARÆ favore illustrior, etiam in utero Chinedritæ matris ad amatus, in pueritiâ, prodigiosè curatus, Pontifex autem factus ab eadem Cælitum Imperatrice, stupendo dignationis genere, in foribus Ecclesiæ, inter solemnes cælitum Virginum cantus, honorificentissimè exceptus, ad altare deductus est. Eo prægnans mater, cum Festo Purificationis DEIPARÆ, inter frequentiam concurrentis populi in Ecclesiâ moraretur, omnium omnino cereis, non sine admiratione omnium, sudâ admodum tempestate, & nullo auræ flatu repente extinctis, grandi & spectatissimo prodigio honorata est, cum in oculis omnium flamma cælo descendens, cereum ejus accenderet, universis, à felici matrona lumen mutantibus, & venerantibus. Fuit Dunstanus in vitâ omni admirandus, de Regno Angliæ & Ecclesiâ universâ meritissimus, quem Reges Edredus, Edgarus, Eduardus, velut Patrem ac Magistrum venerati & reveriti sunt. Neque mirum cum ab admiranda sanctitate & prodigiis etiam puer celebraretur; & jam tunc inferis ipsis metuendus esset, qui infantulum ag-

grediausi, signo crucis, & virgulæ quam forte humi jacentem repererat minis ac flagris turpissimè abigeret, & feliciter triumpharet. Ut autem inferis terrori, sic Angelis venerationi, angelicis aliquando manibus & ministerio deportatus, & à præcipitio servatus, eorum item operâ clausis januis in Ecclesiâ introductus, ibidem desperatâ valetudine prodigiosè convaluit. Adolefcens aulam Regiam sequitur, uti pietatem nunquam deseruit, ita cum eruditionis laude, tum variis artibus, scribendi, pingendi, in cerâ, ligno, osse, are, argento, auro, fingendi sculpendique, nec non Musicorum instrumentorum peritia multiplici usque ita excelluit, ut admirationi haud immerito haberetur. Verum non multo post, ad Christi vestigia, opprobria, & adversitates vocatus, Cytharam ad parietem suspensam, spontè & mirè resonantè, Antiphonamque: *Gaudet in cælis anima Sanctorum, &c.* ludentem, non solum ipse, sed qui aderant universi, audierunt & mirati sunt; cum Dunstanus dehinc aulæ odium esset, & quidquid ageret, vitio verteretur. Palatio proin valedicens, ab æmulis in fugâ interceptus, verberibus graviter mulcatus, & cæno merlus, ne interimeretur, concurren-

Angelis venerationi.

Aulam sequitur.

Peritia.

Mira res.

Ex aula profugit.

Fit Monach.

Dæmonem graviter affligit.

S. Cænobia condit.

Regnum ejus arbitrio permittitur.

Exilio plectitur.

Revocatur.

Regni felicitas sub ipso.

Episcopus & Archiep.

Mirus Zelus.

Pietas ejus.

currentium ac propugnantium molossorum multitudine servatus est. Monachum postea professus, multo se rigore afflixit, & arctissimæ cellulæ inclusit. Ibi fabrili aliquando intentus operi, dæmonem muliebri specie sibi illudentem mirè lusit, & simulata benevolentia, dum forcipem de industria igni creditam, candentissimam extraheret, speciosissimas puellæ nares tenaculo arripuit, plurimūque gementem, quiritantem atque oblitantem fortiter retinuit, ditè afflixit, & dignè confudit, ex quo deinceps tempore, tanta pudicitia gratia è vultu ejus eluxit, ut Angelo similior quam homini apparet. Mortuis parentibus, & ut viderat, inter Angelorum choros insertis, hæreditate omni ad se devoluta, quinque Cænobia condidit, multosque illic discipulos congregavit. Sanctitatis fama celebratus ab Edmundo Rege in aulam evocatus, detentus, tantiq; factus est, ut nihil in Regno, nisi Dunstani arbitrio gereretur; ex quo summa pax Regno & felicitas, donec æmuloꝝ denuo scelere, à Rege aula prosciberetur. Recordatus tamen paulo post Dunstani Edmundus est, cum ruptis habenis effrænis ac efferatus equus, intervenandum, ipsum in præcipitium raperet, mirè illico servatus, cum de Dunstano revocando, Deo promississet; quem longè deinceps chariorè habuit, & celeberrimo Glalconiensi Cænobio, cui ille præfesset, sumptus suppeditavit. Edgarum Edmundo natum divinitus intellexit, concinentesq; in aère Angelos audiit: *Pax Anglorum Ecclesiæ, exorti nunc pueri, & Dunstani nostri tempore.* Edmundo mortuo, ab Edredo, qui successerat pari honore cultus atque observatus, Wentanum Episcopatum ut admitteret persuaderi non potuit; Wigorniensem tamen postea, Londoniensem, ac demum etiam Cantuariensem Archiepiscopatum, admittere, mirâ visionè, ab Apostolis Petro, Paulo, & Andrea coactus fuit. Ejus mirus, etiamnum Abbatis, Zelus fuit, cum Odone Archiepiscopo Edwinum (qui Edmundi successor erat,) corripere metuente, ipse Regem violenta manu, à complexu dilectissimi scorti abstraxit. Neque miranda minus, patientia, an charitas in hostem fuit, cum scelere ejusdem Herodiadis, expilato Cænobio Regno pullus, exilium apud Belgas tolerantissimè tulit, & Regi mox sede deturbato, piè condoluit, neq; multo post mærorè tabescentis & mortui animum, inferis præripuit. Ab Edgardo Re-

ge summo cum honore reductus, Regno felicitatem, quæ cum ipso exulaverat, restituit. Nec dissimili libertate in Regem Edgarum usus, cum is sibi advenienti officiosissimè occurreret, & manu obsequiosa, qua paulo ante vitium Virgini attulerat, ad solium Regium deducere conaretur, retracta Pontifex manu in ista erumpere ausus est: *Tu, postposito omni timore adulterium commisisti. Tu, despecto Deo, si-gnum castitatis non veritus, Virgini suam integritatem præripuisti; & cur manum, summo Patri Virginis filium, immolantem, impuris manibus non tradam quæris? Lava prius per penitentiam manus tuas à sordibus tuis, & tunc demum, quo gratia DEI reconcilieris, honora, & amplectere manum Pontificis.* Mox territum, gemebundum & prostratum, indicta septem añorum pœnitentia, pacato vultu amantissimè amplexus sublevavit, & piè solatus est. Præpotentem Regni Comitem illicito cognatæ connubio cum prohibuisset contumacemque sacris interdixisset, is apud Romanum effecit, ut Dunstano imperaretur, mitius cum peccante agere, & ut verba, sonant *condescendere, atque Ecclesiæ gremio integrè conciliare.* Ad quæ Dunstanus: *Equidem cum illum de quo agitur, sui delicti pœnitentiam gerere videro, præceptis Domini Papæ libens parebo. Sed ut ipse in peccato suo jaceat, & immunis ab Ecclesiastica disciplina, nobis insultet & exinde gaudeat, nolit DEVS.* Inaudiit comes, quæ respondisset Pontifex, ejusq; constantia ita motus est, ut in pleno Regni totius Concilio, nudis pedibus, lateas indutus vestes, virgas manu præferens, in omnium Patrum oculis, gemebundus & ejulans, abdicata jam conjugè, ad pedes Dunstani se abjiceret, quæ condolentissimus licet Pontifex, *severe tamen, inquit vitæ auctor, lachrymas ejus ad horam sustinuit, donec Patrum precibus, lachrymans & ipse culpam indulsit, & communioni fidelium, gaudentibus cunctis, cum restituit.* Sed & illud memorabile, rarum atque intolens, cum suæ ditionis homines falsæ monetæ reos, edicto per universum Regnū regio morti addictos, non tantum liberos noluit, sed quod, ob celeritatè festi Pentecostes supplicium in sequentem diem differretur, sacris prius operari recusavit, quam flagitium illi morte exsolvisset. Tunc, primum inquit: *Quia Dominum obediendo statutis justitiæ legibus audivi hodie, confido quod & ipse per misericordiam suam, sacrificium de manu mea suscipiet hodie.* Visaque est sub ipsum sacrum officium niveo candore

Regno restituitur.
Mira constantia.
Memorabile exemplum.
Obnititur quasi Rom. Pont.
Rigor & mansuetudo.
Severitas in adulterantes monetam.

Insigne miraculum.

columba capiti ejus insidere, & à Canone, in finem usque alis quasi in silentio ipsum protegere. Quo spectaculo attoniti, cum post sacrum, mutuo nutu famuli, & miraculo stupentes casulâ de manu ejus excipere negligenter, ipsa in aëre suspensa pendit, ne servum Dei, cadens, inquit Osbertus, à sua turbaret intentione. Canonicorum libertatem & vitæ licentiam execratus, cum monitis nihil proficeret, eos denique expulit, & Monachos substituit, quorum causam, cum interpellatus Rex, contra Monachos suscepisset, in publico Regni conventu præsentante Rege, Regina & proceribus ventilata est res Dunstano de objectis facile triumphante, & in sententiam ejus universis euntibus. Rege nihilominus Canonicis veniam rogante, silente ac cogitabundo Dunstano, suspensis expectatione responsi universis; Crucifixi imago è sublimi pendula, respondit: *Non fiet, non fiet. Iudicatis bene, mutaretis non bene.* Ut facile deinceps Dunstano omnes acquiescerent. Sic alio tempore, dum querelas pararent novas, & fundarent Canonici, solarium corrui, omnesque præcipitans haud leviter læsit, Dunstano solo cum Monachis, immoto illæfoq; Memorandus ante omnia admirandus in ipso, prædicationis fervor & Zelus, quem inaudit ad eam diem exemplo, appetente remunerationis horâ manifestissime ostendit, & probavit. Cum enim Festo Ascendentis in cælum Christi, post Matutinas in Choro preces, à Cherubin atque Seraphin ipsis, tam Divino exercitu, ad triumphos æternos invitaretur; (stupenda res!) *Noctis, inquit, O sancti & beati spiritus, officii mei esse, oves ipsius Domini mei, mihi commendatas, hâc die, vitæ æternæ pane reficere, & eas, quo tramite illum sequi debeant, quo processit informare. Cujus etiam rei gratia plurimi convenere, nec meum est, in tali negotio illos desipere. Propter hæc, quo me invitatis, non possum hodie venire.* Proin sequens transitui ejus Sabbathum designatum; quo inter sacræ exhortationis verba, prodigiosè cum lectulo, ad tabularum usque conclavis sublevatus felicissime decessit, æternum & singulare Anglicani Regni, Ordinis & Ecclesiæ universæ ornamentum, anno Christi 988. à morte, ut in vita miraculorum miranda gloria illustrissimus, & ab eventibus eorum, quæ spiritu prophetico prædixerat, in primis celebratus. *Ex Osberto Mon. Rer. Angl. div. script. Iepes. Baro. Annat. nost. t. i. SS. Ord. &c.* Eodem die S. Petri de Morono, qui ex Ana-

choreta sumus Pontifex creatus, dictus est Celestinus quintus, sed amore quietis abdicans se Pontificatu, laboribus & arumnis pressus occubuit, multisq; miraculis claruit. Ita hâc die Martyrologium Rom. nos autem prolixius solemniore ejus festo Canonizationis, 5. Maij superius.

In Gallia natalis Beati Alcuini, Magistri Magistrorum, eruditione, virtute, & meritis gravissimis illustrissimi. Alcuinus, alias Flaccus Albinus, ex Leodiniensi primum, Cantuariensi dein Monacho ad Abbatiam Ferrariensem & Turonensem evectus, non ea solum Cænobia mirificè illustravit, verum orbem universum doctrina sua implevit & excoluit. Ex innumeris penè meritis paucissima numeramus: Magnum in primis Carolum, alios inter lectissimæ eruditionis & virtutis principes, litteris & optimis quibusq; disciplinis imbuit, ac Imperio Regnoq; formavit; Scholarum per Angliam, Galliam, Italiam celebrium auctor & institutor extitit, quas inter spectatissimæ & principis illius Parisiensis universitatis fundamenta jecit; Eboraci, Cantabrigiæ, Ticini, Romæ, Turonis, Sueffione, Parisiis, publicè docuit; litterarum amorem barbaris etiã gentibus innoxit; litteratis viris gratiam & auctoritatè conciliavit; Hæresim gravissimam, de Adoptivo & Nuncupativo DEI filio, doctissimis scriptis profligavit. Divinum Officium, Antiphonis, Hymnis, Lectionibus, Homiliis auxit & exornavit; Præfationes multas, & Missas Votivas, quibus etiam nū utitur Ecclesia Romana & universalis, composuit. Ut ab aliis, quibus diversa demeruit Regna beneficiis commemorandis, consulto absteinamus. Fuit a. sanctissimus æque atq; doctissimus, prodigiis à Deo miris honoratus; quæ inter, mundi hujus machinã universam, sub exiguo collectam circulo, non aliter atq; sub uno solis radio S. P. N. BENEDICTUS conspiciere meruit. Mortuus est felicissimè, inter suprema hæc verba: *O Clavis David, & sceptrum domus Israël, &c.* effuso è cælis in occursum beatissimi animi, Sanctorum Levitarum Ordine. Ex Sigulpho, Rhabano, Meginfrédo, Monacho Sangall. Anonymo, Asegiso, Baronio, Annal. nost. Bened. t. i. SS. Ord. Iepes, &c. & rer. Gall. script.

In Calabria Beati Ioachim Abbatis & prophetæ, meritis & sanctitate conspicui. Ita nonnulli hâc die, nos alias.

Atrébati, Nobiliaco Monasterio, Sancti Hadulphi Episcopi & Confessoris. Fuit hic

Celestinus Papa.

B. Alcuinus.

Fit Abbas.

Innumera merita.

Hæresim gravissimã profligat.

Miracula.

B. Ioachim Abbas.

S. Hadulph. Episc.

hic

Stupenda res!

Stupenda res.

Obiit 988.

S. Petrus

hic Monachus Nobiliacensis & secundus ejus loci Abbas, Atrébatenfis postea & Carneracensis Episcopus, tantæ eo in honore humilitatis, ut nollet à Fratribus Episcopus, sed Abbas solum appellari. Assumptus est ad eam dignitatem, acclamatione populi, favore Cleri, & Hilperici Regis iussione A. C. 717. cum jam aâs 19. Cænobio suo præfuisset. Mortuus, conditus est in S. Petri Ecclesia, cumq; ejus sanctitas multis mirisq; portentis declararetur, translatus est ab Engrammo Episcopo ad Ecclesiam S. Vedasti. *Ex Chron. Camerac. Molano Menardo, &c.*

Clar. 717.

B. Guillelm. Abbas.

In Monasterio Cisterciensi B. Guillelmi Abbatis, qui ex Monacho Clarævallesi ad eum honorem subvectus, cū suis aliquamdiu strenue præstitisset, ad Clarævalleñse Cænobium reversus, reliquum

DODECIMO CAL. JUNII.

XX. Maij.

S. Austregifilius Episc.

Propugnator Ecclesiæ.

Nobilitas generis.

Ad duellum provocat.

Mirè servatur.

Miracula.

Bituricis S. Austregifili Episcopi, ex Monacho & Abbate S. Nicetii; qui Gallias miro virtutum & prodigiorum splendore illustravit, & Ecclesiæ suæ non vivens solum, sed & mortuus præclare consuluit, quam à gravissimis, rigorum ministrorū exactionibus liberavit, sævissimumq; exactorem Guarnerium, inflicto primum gravi vulnere perculit; exin contemnentè, terribili mortis genere, effusus in cloacam visceribus, è medio sustulit; atque ex eo tempore, cæterorum aulicorum libidinem atque avaritiam, multo cum Ecclesiæ fructu & commodo compefcuit & avertit. Fuit autem Austregifilius, nobili in primis apud Bituriges ortus genere, à patre Gundino Regi Guntranno comendatus, & in primis charus, ejus Mapparius (mappam lavanti pro officio solemniore porrigens,) miraculū sane aulæ, ex splendore ejus nidore intaminatus evasit, soli è proceribus Betellino invisus, qui scelus innocenti gravius affingere ausus, eum insuper ad duellum provocavit. Coactus ab irato Rege id examinis acceptare, à Numine mirè defensus est, cum Betellinus mansuetissimum cæteroquin concendens equum, ab ipsomet illico excusus, junctisque pedibus miserandum in modum obrutus, horribiliter extinctus esset. Relicta postea aula Deo se emancipans, Sancti Nicetii effectus Abbas præstantissimo sanctioris vitæ exemplo suis præfulsit, & miraculorum gloria celebratus fuit; quæ inter prodigiosè vinum in

vitæ in omni humilitate sanctissime exegit. Claruit 1228. Men. Cist. Henr. &c.

In Hiberniâ, passio BB. Patricii & Malachiæ Bullienfis Cænobii Monachorum; qui ab Hereticis, pro fide Catholicâ tuendâ suspensi, & semi-vivi, alter quidè in quatuor dissectus est partes, alter ab inferiore corporis parte, lanceâ ad cor usq; perfossus A. C. 1585. Martyrii palmam meruerunt. *Fascic. SS. & Menol. Chryf. Henr. t. i. SS. Ord.*

In Gallia Beati Petri, cognomento Cantoris Monachi Fontanellensis, Virtutibus & miraculis celeberrimi. De quo ob concurrum festorū nimiū suo loco alias.

S. Petrus Cantor.

In Anglia S. Elsginæ discipulæ S. Dunstani Archiepiscopi, de qua in ejus Vita. Qua ipsa die solemnis est memoria Anonymi Monachi ejusdem Magni Pontificis alumni, ib.

Cellario auxit; clausam sacrarii januam prodigiosè referari, & vinum atq; aquam sacris operaturo, cælesti ministerio sibi ferri, meruit; morbos varios mirè depulit, neque minus à morte quam in vita miraculis claruit. Duodecim annis Archiepiscopalem honorem sanctissime gessit (velut ab Angelo, ipsi multo ante prædictum fuerat,) & plenus meritorum Christi anno 634. mortalitatem exiit; Monachorum à morte defensor acerrimus, in quorum persequutores, terribili mortis genere, rigidissime sapius animadvertit, ob eximiam sanctitatem, diversis passim locis Tutelaris adoptatus, & sub honore ac nomine ejusdem conditis diversis Basilicis, apud Castrum-novum, Gratiaci, in Vrbe, & in Castro Bituricensi &c. honoratus. *Ex Vita per æqualem, tom. I. Sacro-Sanct. Ord. Annal. nostr. Benedic. MSS. divers. Rer. Gallicor. scriptorum Iepesio, Arnoldo, &c.*

Obiit 634.

Patronus malis locis.

In Monasterio Cluniacensi Beati Algeri Monachi & Confessor. Algerus Belga, ex Scholastico Leodiensi Monachus Cluniacensis celeberrimi Cænobii, sub magno illo & Sanctissimo Abbate Hugone jugum Domini amplexus, virtutibus & eruditione mirificè exsplenduit. Fuit in tanto, viro miranda præ omnibus aliis virtutibus, sancta quædam simplicitas, & singularis sui ipsius contemptus ac neglectus, ut cum tanta eruditionis laude celebris haberetur, ut, teste Sancto Petro Venerabili, nulla ei Christianæ Fidei Regula

B. Algerus Mon.

Hh 4 credere.

credetur incognita, alter sua aetate Job, simplex & rectus pulcherrimo virtutum conjugio prædicaretur. Fuit invisus admodum pro tantis virtutibus inferis, à quibus gravissimas frequenter injurias ac molestias patiebatur, adeo ut sancto Abbati suo sæpius quereretur, quibus tamen Christi virtute superior, non sine magno sanctæ conversationis præconio, plurimis annis, bonum certamen certavit, & summa cum felicitate cursum vitæ consummavit, sub Beato Petro Venerabili, qui mortuo dignissimum vitæ elogium concinnavit. Consuluit multis modis Romanæ Ecclesiæ Doctor celeberrimus, atque alia inter, tribus doctissimis libris de Sacramento altaris scriptis, tam Veterum, quam recentiorum Hæreticorum errores felicissimè confudit ac confutavit. Nec minore cum utilitate, insignem librum, de gratia & libero arbitrio edidit, aliaque præstantissimi ingenii monumenta posteris dereliquit. Claruit anno Christi 1100. &c. Petrus Ven. Chron. Cluniac. Annal. nostri Bened. Trithemius, qui tamen Corbeiensis Cænobii Monachum facit, quem & nos alibi sequuti fuimus, t. i. SS. Ordin. &c.

Dæmonibus
invisus.

Monimenta
ingenii.

Claruit
1100.

Omnis SS.
& BB. Cist.

Fodem die commemoratio omnium Sanctorum atque Beatorum sacræ familiæ nostræ Cisterciensis. Quem quidem sanctorum numerum penè innumerabilem fuisse liquet, ex ingenti Cænobiorum multitudine, quorum masculini tantum sexus jam olim supra 4000. sæminini ad 6000. fuisse numerata, ex diversis scriptoribus deprompsimus, è quibus uti nullum sine sanctis & beatis aliquot, tanto sæculo decursu esse & quasi subsistere potuit, sic certissimum est, pleraque frequentes ejusmodi Dei amicos aluisse; multa autem, uno eodemque tempore, nedum tanta annorum ferie, totas cælo cohortes conscripsisse ac submisisse. Ut una hæc sanctissima Ordinis nostri Reformatio, quadam immensitate meritorum videri possit Ecclesiæ Dei thesaurum cumulasse, & universum terrarum orbem mirificè beasse, juvisse, atque exaltasse. Ex diversis Bteviariis & Calendariis Cist. Menolog. Chrysof. Henr. &c. t. i. SS. Ord. &c.

Merita S. familia Cist.

B. Vivianus
Abbas.

In Sabaudia Beati Viviani Abbatis Monasterii Altæ-cumbæ, meritis ac virtutibus sublimis, Mellisui Doctoris nostri discipuli & ejusdem Angelicæ conversationis strenui æmulatoris; cujus insignem religionem ac pietatem, ipse Bernardus, ut plurimum dilexit, sic litteris suis extu-

lit ac celebravit. *Ex Epist. S. Bern. Barn. de Mont. albo, Henriq. tom. i. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Eodem die Sancti Orlandi Conversi Vallis-Vmbrosæ, magnæ in liberandis energumenis virtutis, quem nonnulli Ordandum appellavere. Obiit A. C. 1242. Arnold. Duac. Tab. Vallumbros. tom. i. SS. Ord. &c.

Bononiæ depositio Sancti Alberti Abbatis Ordinis nostris Vallis Vmbrosæ eximiiis meritis conspicui, qui post plurima sanctitatis opera & exempla ad præmia æternitatis felicissimæ evocatus, è carnis carcere excessit A. C. 1245. *Monim. Vallumb. Arnold. Menard. tom. i. Sanctorum Ord. Phil. Ferrar. &c.*

In Gallia Beati Guidonis S. R. E. Cardinalis. Guido Virtutis & eruditionis laude, sumum in sacra familia nostra Cisterciensi honorem meritis, sanctissimi Cænobii Abbas effectus, Generalis amplissimo titulo non solo, sed animo suos complexus est; quibus cum sanctissimè aliquamdiu præfuisset, inter Patres Purpuratos conscriptus, eam etiam eminentissimam dignitatem, insigni vitæ sanctitate exornavit, & de Ecclesia vel eo quidem solo nomine optimè meritis, anno Christi 1272. Romæ & mortalibus valedicens, ad cives felices & æternæ Ierusalem emigravit. *Menolog. Cisterciens. Chrysof. Henriq. Monim. Cisterciens. Catal. Abb. Cist. Claud. Rob. Annales nostr. Benedict. to. i. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Horrei apud Treviros, depositio Sanctæ Basilissæ Virginis & Abbatissæ. Hæc præclaræ opinionis & meriti Beatæ Anastasiæ discipula, tam sanctæ & innocentis vitæ extitit, ut ex lectissimo & frequentissimo perfectissimarum Virginum numero, eidem sanctissimæ magistræ suæ succedere in Abbacia meruerit. Quo suscepto regimine, qualem se exhibuerit omnibus, quam humilem, quam piam, quam denique pro disciplina Regulari Zelosam, nullius sermo dignè explicaverit. Claruit anno Christi 780. etiam dum viveret miraculis gloriosa. Ioan. Trithem. Cratopol. Molan. Arnol. Duac. &c.

In Blandinio, translatio corporum SS. Guduali Episcopi, Bertulphi Confessoris, & Amelbergæ Virginis, facta per Ratbodum Noviomensem Episcopum A. C. 1073. eo imprimis miraculo illustrior, cum diuturnorum imbrium incommoda, sacro aperto tumulo, prodigiosè illico ablata sunt,

S. Orlandus
Conversus.

S. Albertus
Abbas.

B. Guido
S. R. E. Card.

Obiit 272.

S. Basilissa
V. Abbat.

Clar. 780.

Translatio
SS. Guduali
& soc.

Prodigia.

sunt, & multis expetita votis serenitas, repente rediit. Sed & illud insolentius; cum pars Reliquiarum Sancti Bertulphi in Harlebecensi urbe asservata, urbe incensa, Angelorum opera mire erepta, supra flammaram incendii vastissimi apicem elata, super expansum denique sacerdotis vestimentum sese demisit; cumque de veritate Reliquiarum dubitans sacerdos, conspicatus prætervolantem alitum turmam, eas inter postremam colore niveam, sic alloqueretur: *In nomine Dei tibi precipio, ut si vera hæc Sancti Bertulphi sunt Reliquia, tu super ipsas sine morâ descendas.* Descendit illico avis, & manu se sacerdotis, dū placuit, in oculis omnium contrectari permisit, quoad avolare de novo juberetur. Sacra autem Reliquiarum pars corpori rursus sociata, cum eodem ad Monasterium nostrum Blandinense delata, ibidem summa veneratione colitur. *Ex Monacho Gandensi scriptore Vita Sancti Bertulphi, Ioanne Molano & div. Belg. rer. script. t. i. SS. Ord. &c.*

Mirares!

Translatio.

Dedicatio
Firmitatis.

In Gallia, dedicatio solemnis Ecclesiæ Beatissimæ Matris Virginis de Firmitate;

anniversaria in Calendariis Cisterciensium nostrorum memoria celebrior, quod Cænobium illud sacræ illius familiæ primarium fuisset, & sanctissimæ Reformationis viam aperuisset; ab eo imprimis *Firmitatis* appellatum, utpotè firmissimum contra tam visibiles quam invisibiles perfectionis Monachicæ hostes propugnaculum, insignibus Fidei & disciplinæ propugnatoribus instructissimum atque munitissimum. *Menolog. Cist. Chryf. Henriq. t. i. SS. Ord. &c.*

Apud Bellovacum, in Monasterio Flayacensi, depositio S. Geremari ejusdem loci Fundatoris & Monachi atque Abbatis, qui Regali ortus stemmate Dagoberto Regi charus, ejus consiliis diu præfuit, à morte vero, Domaniæ pari sanctitate conjugii, aulæ, & sæculo valedicens, purpuram cucullo mutavit, struetoque nunc dicto Cænobio, collectis illic monachis Abbas præesse meruit, & consummatus felici agone, multis à morte coruscus miraculis, sui Cænobii ut Fundator, sic & Patronus postea cooptari meruit. *Carolus Sauff. &c.*

S. Geremarus
Abbas.

DVODECIMO CAL. JUNII.

XXI. Maij.

A.

S. Hospitius
Reclusus.

Propheta.

Mirè servatur.

Vltio Divina
in hostes.

Servatur
Patria.

*N*icia in Gallia, Sancti Hospitii Confessoris, virtute abstinentiæ & Prophetiæ spiritu insignis; qui nihil metuentibus Gallis, repentinam Longobardorum irruptione, & septem civitatum nobilium vastationem prænuñciavit, & ut bona sua alio transferrent, dignosq; poenitentia fructu agerent, admonuit. Longobardi autem ea in irruptione ad cellam etiam Hospitii delati, cum nusquam aditum reperirent, recto tandem effracto, virum Dei, ferreis constrictum vinculis admirati, homicidam esse arbitrati sunt; cumque is scelestum sese omnium reum fateretur, quidam vibrato in caput ejus ense, illico dirigisse brachium sensit, poenitensq; facti, ab Hospitio prodigiosè curatus, ejusdem se disciplinæ subdidit. Exhortatus autem ad frugem meliorè, reliquos, apud Duces præcipuè duos oratione multum profecit, qui & incolumes patriæ redditi sunt; iis qui contempserant, paulo post eadem in provincia, morte deletis, aliis à dæmone correptis, atque exclamantibus: Cur nos sancte & beatissimè sic crucias & incendis? Quos tamen sola manu impositione prodigiosè liberabat, de hostibus, & Regno patrio summè meritis, ad

quem & mali præcognitio, & ejusdem averfio, atque illustis Francorum Victoria spectare videatur. Claruit & aliis miraculis ac virtutibus, ut longè lateque nomen ejus celebre haberetur. Fuit rigidissimus corpusculi sui tortor, catenis ad carnem, ut supra dictum, ferreis constrictus, ac cilicio desuper indutus, ita ut putrefacta exesione ferri carne, vivus vermium esca esset, & sanie deflueret. Ad quem cum Crescens quidam, paulo ante obitum ejus inviseret, & qualiter tam valida tormenta tolerare possit, sciscitaretur: *me confortat, respondit, ille, pro cuius nomine hæc patior. Dico autem tibi, quia jam absolvor ab his vinculis, & vado in requiem meam.* Excessit tertio post die inter orationis verba & lachrymarum singultus; quo mortuo vermes omnes, qui sacros ejus artus perforaverant disparuere. *Ex Hist. Franc. li. 7. Greg. Turon. lib. de glor. Confess. t. i. SS. Ord. &c.*

Admirandus
vitarigor.

In Monasterio Besvensi Sancti Ansvini Monachi, qui à Danis infidelibus in Christianos sævientibus anno Christi 888. captus & supremo affectus supplicio Monachicæ vitæ præstantiam dignissimè Martyrii laureola coronavit. Hugo Menardus

S. Ansvinus
Mart.

nardus, t. I. Sacro-Sanct. Ordin. Monim. Bef. &c.

S. Godricus.

In Monasterio Dunelmensi Sancti Godrici Eremitæ & Confessoris. Vixit hic sub curâ Monachorum Dunelmensium, & Regula S. P. N. BENEDICTI, in loco qui dicitur Finchala. Fuit autem natus in pago Norfoikensi Ailwardo patre, Radwenna matre, primisq; adolescentiæ aânis mercaturam exercuit, perq; navalia lucra animi curandi minimè oblitus, quacunq; occasione data ad sanctorum limina divertit. Hierosolymam religionis ergo alterâ vice dum pergeret, mater ejus locia peregrinationis esse voluit; quam festam pius juvenis in humeros sustulit, quibus, & alia quædâ mirâ specie matrona comitem se addidit, quam nemo nisi Godricus, & mater intueri meruit, quæ mirando obsequio illis fervire dignata, & pedes ablueratq; exosculari, nec agnita, nec quæ esset rogata, ipsis in patriam reversis, his ipsis verbis valedixit: *Tempus est, ut illuc redeam, unde sum digressa; Vos a. benedicite Deû, qui sperantes in se non deserit, scientes, quoniam illud eveniet, quod Romæ ab Apostolis postulastis.* Quibus dictis, deinceps non comparuit. Godricus a. valedicens parentibus, eorumque munitus benedictione, ad extremos Angliæ fines se contulit, & prope Karfeolum in solitudine, inter magnam serpentum vim illæsus confedit. Reperto dein S. Ailrico nostro in speluncâ quâdâ, uterq; sese invicem ignotus incognitum ex proprio nomine compellavit; quem post biennium mortuû in cælos evolare Godricus conspexit. Voce postea cælo lapsâ, tertiâ jam vice pergere Ierosolymâ jussus, S. Cuthberto nostro apparente mirè recreatus est: *Vade, inquit Cuthbertus, Hierosolymam cum Domino crucifigi, & ego tibi sum futurus adjutor in omnibus & Patronus. Et itineris hujus labore consummato, sub mea protectione apud Finchale Domino militabis.* In Iordane lotus, calceamenta deinceps abiecit, dicens: *Deus, qui in hac terra nudis pedibus ambulasti, & eos pro me in crucis patibulo clavus affigi permisisti, ego deinceps calceamenta pedibus non apponâ.* Reversus in patriâ, loco à Tutelare suo prædicto condita cellula, Dunelmensium & Patroni sui institutus se subdidit, & admirandis virtutibus claruit. Ejus se pedibus lupus ferocissimus prosternens, ferocitatis quasi veniam postulavit. Serpentes non solum innocui, sed & obsequentes imperiis ejus contingi se passî, etiâ amanter ingesserunt, & tanquâ Meccenati suo alluserunt,

Mirares!

Fit Eremita.

Cælesti voce compellatur.

Calceamenta abiecit.

Serpentes ipsi obsequuntur.

quos tamen deniq; ut distractionum causam, cellulâ suâ perpetuo prohibuit, neq; deinceps admittere voluit. Vitæ ipsius rigor, supra humanum fere modum fuisse perhibetur. Saturitatem in panem nimis quam gregario nimis quam exhorruit, eoq; uti & aquâ, folis, non nisi summâ cogente necessitate frugalissime usus est. Loricam quinquaginta annis longo cruciatu præter cilicii usum carni adhibuit, & quod vix credibile, certè intolerabile videbatur, totas noctes, nive & frigore per hyemem rigentibus aquis totum se immerit, donec cum aurora emergeret, quem taliter rigentem etiam ludere ausus cacodæmon distortissima membræ specie, lusus ipse & signo crucis elusus evanuit. Sic alio tempore, cû meris, in aquis vestes asportare nõ vereretur, velut in flagrante facinore fur deprehensus, ad clamorem viri sancti adeo exhorruit, ut vestes illico abiciens, trepida sibi ac celeri fuga confuleret. DEIPARÆ ut cultor præcipuus, sic ipsi vicissim charus præcipue fuit, cujus, & crucifixi imaginem, cum ad parietes cellulæ utrinque suspensas haberet, ex ore aliquando Crucifixi puerulum speciosissimum prodire conspexit, qui ad gremium matris properans, totas tres horas, in sinu inque amplexibus imaginis DEIPARENTIS, prodigiosè amantis, motæ & moventis conquievit, atque inde ad, inque os crucifixi rediit, motu illo DEIPARÆ, trabibus ipsis cellulæ tremantibus, & ruinam minantibus. Sed longè major illa, quam à Cælitum Imperatrice ad se invisente meruit, gratia; quæ secum Magdalenam filij sui dilectissimam adducens: *Nunquid me, inquit, Godrice cognoscis?* quo dicente: *Domina, hoc nemo potest, nisi cui tu volueris revelare. Verè, respondit illa, dixisti, quia Mater CHRISTI sum, & per me ipsius gratiam obtinebis. Ista est autem Apostolorum Titulus Magdalenæ præclarus.* Cumque sup-

Mirus vite rigor.

Dæmonem mirè ludit.

Deiparæ cultor.

Favor Deiparæ.

Titulus Magdalenæ præclarus.

Solatum dele mea crimina, regna in me, duc me ad felicitatem cum solo DEO, cumq; admiranda cælestis odoris fragrantia post se relicta disparuit. Claruit admirandis cum in vita, tum perpetuis à morte prodigiis, quæ inter mortuam puellam à parentibus allatam,

Mortuos resuscitat.

Spiritus Prophetæ.

Mira humilitas.

Rara titulum congrues.

Mirares!

Ob. 1170.

S. Romanus Abbas.

latam, cum rogatus vitæ restituere, pro sua animi demissione nollet, an non præsumeret, relictam ex impatientia parentum, ut vel nolens cadaver saltem sepeliret, tertia postmodum die vitæ & parentibus, imperato prius silentio reddidit, neque multo post consimili miraculo puerum à mortuis revocavit. Claruit prophetico spiritu, adeo, ut absentia & remotis distita locis, non minus quam quæ præsentissimus intueretur. Sed & eventura pari perspicacitate cognoscens ac prædicens, quæ longû nimis esset singula enarrare. In tanta autem gratiarum affluentia, miranda ejus præ omnibus animi demissio effulsi; Vnde Nicolao, familiariter dilecto, Monacho Dunelmensi, pro ædificatione, ut vocamus aliorum, quædam de vita ejus sciscitanti, & scribere proponenti: *Vitam Godrici, inquit, Amice, talem esse cognoscas. Godricus, primo rusticus pinguis, fornicator, immundus, sænator, falsarius, deceptor, perjurus, adulator, discurrens, petulans, & gulosus; modo pulex mortuus, canis fetidus, vilis vermiculus; non eremita, sed hypocrita, non solitarius, sed mente diffusus, devorator elemosynarum, fastidiosus, deliciarum cupidus, & negligens, otiosus, & stertens, prodigus & ambitiosus, & qui non esset dignus alii servire, quotidie sibi ministrantes verberat & objurgat. Hac & bis pejora scribere poteris de Godrico. Ita ille.* Fuit cælitibus perquam familiaris, Sancto Iohanni Baptistæ inprimis, quem post DEIPARAM præcipue coluit. Rarissimæ benevolentia signum illud fuit, cum Princeps Apostolorum Petrus cælo descendens piacularem ejus confessionem audiit, sacrisque solemniter operatus, sacra eidem Communione porrexit. Vixit sexaginta totos in solitudine aânos, & octo postremos perpetuo decumbès, nec movere se valens stupendo patientiæ exemplo hilaris exegit, mortuusque A. C. 1170. æternis deinceps miraculis effulsi: *cujus vita, inquit scriptor, & virtutes, supra homines esse, & impossibilia relatu videntur.* Ex Vita, to. I. SS. Ord. &c. Nicolao Harpsfeld. Guil. Neubrig. Molano, &c.

S. Maurelius

B. Iohannes Abbas.

S. Idaberga B. V.

Flor. 780.

V. Iacobus de Rupe.

V. Iohannes Abb.

S. Florentini S. Florentini Abbatis egregiæ pietatis & abstinentiæ Viri. Martyrol. Gall.

Trecas S. Maurelii Monachi & Conf. Fuit is Monachus Oppidi & Cænobii Insulani, cujus obitus à Numine revelatus S. Leoni Abbati Metuniacensi; *Surge, inquit, secundâ die primo diluculo, & cû ea laude, quâ dignus est, sepeli cum in Basilicâ S. Vrsionis.* Claruit ex splendescente maxime per Gallias primævo Ordinis splendore, cum magnus Legumlatoris nostri discipulus, Maurus, Gallias fama, & imperio impleret. *Nic. Camuz. Hug. t. I. SS. Ord. &c.*

In Clarâ-valle depositio B. Iohannis ejusdem Monasterii Prioris, qui postquam variis in locis munia varia obiisset, & Abbatis de Albis-Petris munus strenuè administrasset, ad Claram-vallem reversus, magna sanctitatis opinione relicta decessit. *Menol. Cist. Chryf. Henr. t. I. SS. &c.*

Apud Aream Artesiæ, natalis S. Idabergæ Virginis, filia Pipini Regis, miraculis claræ. Hæc vitæ majorum gloriæ minimè inmemor, sed gloriosè contemptrix, veræ gloriæ ratione, in Regum Regis felici servitute collocans, læta purpurâ cucullo permutavit, & lacrum vitæ rigorem præ deliciis amplexa, delicatas manus extendit ad fortia, & humilitate ipsâ, Regum omnium majestate sublimior, dignam, Regû Regis amplexibus, vitæ puritate se reddidit, à quo quanti fieret crebra & insigni miraculorum attestazione universo innovuit. *Floruit A. C. 780. Molan. Trith. t. I. SS. Ord. Arn. Duac. Hugo Men. &c.*

In Alvernia obdormitio Ven. P. F. Iacobus de Rupe, viri genere, virtute & eruditione spectatissimi, qui inter Fulienfes nostros asperrimam vitam ducens, eâ familiam, universumq; Ordinem mirabiliter illustravit, Episcopales, sibi oblatas, dignitates respuit, & suis concionibus *innumeros in viam salutis æternæ reduxit, to. I. SS. Ord. Menol. Cist. Carol. à S. M. Chryf. Hen. &c.*

In Monasterio Bursfeldensi Ven. viri Iohannis ejusdè loci Abbatis, strenui Ord. Reformatoris. *Chron. Hirsau. ad an. 1502.*

Arelate in Ecclesia S. Crucis translatio S. Florentini Abbatis egregiæ pietatis & abstinentiæ Viri. *Martyrol. Gall.*

VNDECIMO CAL. JUNII.

XXII. MAIJ.

B.

In pago Autiosiodorensi, Sancti Romani Abbatis, qui Sancto BENEDICTO ministravit in specu; inde in Gallias proficiscens, ædificato Monasterio, relictiq; multis sanctitatis alumnis, quævit in pace. Romanus multo no-

mine de Ordine universo meritis, Sanctissimo Patriarchæ Nostro, post Deû ac DEIPARAM & S. Angelos, Monachi Instituti auctor & adjutor præcipuus fuit, cui, durum licet, amicum tamen hospitium designa-

designavit, eumdemque voluntariū Christi pauperem, voluntariē vincitum, recreavit, fovit, pavit, vestivit, & vivum, dignā pietate, tumulo, speleo nimirum illo Sub lacensi condidit. Equo deinceps, quasi prodigiosissimo copiosissimoque Divinæ gratiæ fonte, tanta in orbem terrarum univertum felicitas dimanavit. Romanus postea in Gallias delatus, condito ad Fontem-Rogi Cænobio, incertane, an certa vitæ Regula, Monachos plurimos sanctè instituit, quoad, Alumni quondam sui, Sanctissimi Legislatoris nostri BENEDICTI fama, & institutis longè lateque propagatis, laboris sui fructum centuplum in mortali etiamnum vita pius senex cumulatè recipiens, mirè exhilaratus, suis quoque discipulis, & vivum Legislatoris exemplum, & Legem ejusdem sanctissimā proposuit; sed & abdicato à se magistratu, discipulus discipulorum Alumni quondam sui BENEDICTI, esse conatus, ad majorem tamen suorum profectum retentus est. Eum beatissimus Maurus noster in Gallias directus, pridie transitus Admirabilis Patriarchæ nostri, de ejusdem in crastinū resolutione edocuit; quo audito, cum Romanus illico in lachrymas resolutus, inconsolabiliter gerneret, his verbis consolatus est: *Gaudere potius quam flere ideo de ejus migratione debemus, quia & Patronum magnum pramittimus, & presentiore eum nunc, quam si in carne viveret sumus habituri.* Sequutus non multo post abitum Mauri, Alumnum & Patrem Romanus, ad eisdem & Placidi Protomartyris felicissimū confortium evocatus sub A. C. 544. *Ex tom. de gest. S. P. N. tom. I. SS. Ord. Fausto in vita S. Mauri, Claud. de Rota, Perthar. Abbat. Gall. script. Iepesio, &c.*

Pistorii Sancti Acti ejusdem civitatis Episcopi. Actus, Hattus sive Hatto, natione Hispanus, Pacensis patria, litteris & moribus cultissimus, sub annum Christi 1125. in Italiam veniens, ut sacra inviseret loca, Vallumbrosanorum nostrorum religionē & sanctitatis viva imagine delectatus, relicto sæculo cucullum amplexus, sanctissimi P. N. BENEDICTI legibus sese devovit, tantumque virtute & apud omnes existimatione profecit, ut quinquennio post, Abbas, & deinceps totius sacre familiæ Generalis deligeretur. Quo in munere, & alios ad sui imitationem provocavit, & multis Monasteriis conditis sacrum vitæ rigorem mirè propagavit. Fama autem sanctitatis ejus ubique diffusa à Pistoriensibus Episcopus instantissimè Inno-

centio II. Pontif. Max. deposcitur A. C. 1134. Pontificale munus, invitus licet & multum reluctans, admittere coactus, de Monachicis nihilominus studiis atque exercitiis nihil prætermisit. Divino cultui addictissimus Horis omnibus, tam Diurnis quam Nocturnis interfuit. Ægrotos, ut verum pastorem decet, diligentissimè fovit, ad eosque invilere frequentiq, dignissimum Episcopo duxit; neque minus, afflictos, viduas, pupillos, ac pauperes curavit, quos ope ac opera juvit, & sanctè juxta instituit. Cumque Ecclesiam suam aſis viginti sanctissimè gubernasset, felicissimo fine decessit sub A. C. 1155. Fuit insignibus à Deo miraculis honoratus, cujus sacrum corpus post annos ab obitu centum octuaginta quatuor repertum est incorruptum & celestis odoris fragrantia fragrantissimum, coliturque tam ab universa sacra familia nostra Vallumbrosana, quā Pistoriensi civitate Officio duplici. Ejus alia inter merita, haud minimum fuit, impetratio Reliquiarum S. Iacobi Apostoli, à Didaco Archiepiscopo Compostellano, quem deinceps Pistorienses Urbis suæ Tutelarem adoptaverunt. *Ex Vita, t. I. SS. Ord. Monim. Vallumbr. & Pistor. Philippus Ferrar. Arn. Duac. &c.*

In Monasterio Sancti Ioannis Evangelistæ Parmensi, Sancti Ioannis ejusdem loci Abbatis. Ioannes Parmensis patria, Ioanne patre, Euphrosyna matre, è cuius defunctæ utero extractus est, nobilitate generis, virtutisque atque eruditionis laude excelluit. Adolescens à Sigifredo Episcopo, Canonicus Parmensis Ecclesiæ creatus, factus grandior sæculi pertæsus in Palæstinam se contulit, ubi loca sancta sæpius non sine lachrymis invisit, & Sanctissimi Patris nostri BENEDICTI se Regulæ devovens, cucullum induit. Reversus in patriam ab eodem Episcopo Monasterio Sancti Ioannis Evangelistæ à se constructo Abbas præesse iustus; eo in munere mira humilitatis, patientiæ, mansuetudinis, & in pauperes misericordiæ exempla reliquit, peregrinosque, viduas, orphanos modis omnibus juvit ac fovit. Ieiuniis, vigiliis, precibus, ac dignissimo contemplationis studio, quantum per occupationes Cænobii licuit, totum se dedit, inque iisdem assiduè exercuit. Claruit magna miraculorum gloria, quæ inter, modico vino omnes fratres prodigiose refecit, flascione semper pleno, nec deficiente vino; inde ipsius natali, vinum

Verus pastor.

Obiit 1155.

Incorruptio longa.

Meritum S. Acti.

S. Ioannes Abbas.

Fit Canonicus.

Monachus.

Fit Abbas.

Ejus exercitia.

Iolemni-

solemniter benedicatur & dispensatur. Imminentem grandem cum grandine tempestatem mire avertit; Arnun fluviū summopere tumentem, absque navigio mirè superavit. Muliercula quædam in ipsum irreverèter invecata, mox miro gutturis dolore luit, quam pœnitentem & supplicem cruce signans illico curavit. Ipsum pessime inferus odit, & necquidquam de nocte, variis terroribus & vocibus impetiit. Effulsit prophetico spiritu, quo multa eventura præcognovit. Cum autem dies felicissimi transitus instaret, ab Augustissima Cælitum Imperatrice visitari, ejusque inter immensum splendorem præsentia, & solatio perfrui meruit, ad cuius castissimæ os amplexus, non multo post, adstantibus Sigefrido Episcopo & Monachis felicem animum præmisit anno Christi 976. Quem Gregorius VII. Pontif. Maxim. ob miracula, quibus post mortem micuit, Sanctorum albo adscripsisse memoratur, *Ex monim. Parmens. Philipp. Ferrar. tom. I. Sacro-Sanct. Ordin. &c.*

In Monasterio Claræ-vallensi Beati Clementis Monachi, innocentissimæ & purissimæ vitæ viri, qui ut alter Antonius, contra humani generis hostem, qui eum horrendis formis terrere conabatur, viriliter decertavit. Damnatorum supplicia, & gloriosa Beatorum præmia, in Eccliam raptus, comitante magno Ecclesiæ Doctore Augustino contemplatus est. Christum Dominum in pueri speciosissimi forma videre meruit, multisque meritorum & virtutum cumulis dives, cum magno Dei munere, corporis integritatem, & castissimam puritatem ex utero matris ad obitum usque conservasset, ad æternam felicitatem, & Virginum triumphos emigravit. Collat. Patrum Cisterc. Menolog. Cisterc. Henriq. Montalbo, &c.

Florentiæ natalis Sanctæ Humilitatis Viduæ & Abbatissæ, primæ Institutricis Monialium sanctissimæ Congregationis Vallis-Vmbrosæ. Humilitas, prius Roxanes nominata, Faventiæ honesto loco nata ab ineunte ætate Angelorum Regiæ obsequio addictissima, humili gaudens amictu, à puellarum cæterarū consuetudine abhorruit. A patruo, quo tempore Fridericus II. Imp. urbem obsidebat, cum egregia forma esset prædita, in matrimonium postulata, non alium se sponsum velle, præter Christum, constanter respondit. Verum patre defuncto, præ-

Deipara favor.

Obiit 976.

B. Clemens.

Alter Antonius.

Virgo mortua.

S. Humilitas Abb.

Deipara adictissima.

Desponsatur

ter voluntatem, cuidam civium à propinquis desponsa, duos eidem filios genuit, qui sacris Baptismi undis lustrati, ad vitam meliorem translati sunt. Castitatis amore, sæpius concitato viro, ut pari consilio Monasticen amplecterentur, ab ægroto demum impetravit, ut in Sanctæ Perpetuæ Faventino Cænobio cucullo se indueret, eam paulo post consequutus, Monachis ipse adscriptus est. Humilitas autem, sic enim appellari voluit 24. ætatis anno Monialis effecta, cæteras humilitate, abstinentia, & sanctissimæ in primis Regulæ observantia longe antecessit. Solitudinis postea desiderio æstuas, die quædam rapta in extasim, se extra Monasterium apud Anemonem fluvium invenit, & in constructa sibi à patruo cellula, prope S. Apollinaris Ecclesiam inclusa habitavit, cujus reclusioni Abbas S. MARIÆ de Crespino, tota penè præsentē civitate, adfuit. Post aliquot annos, fama sanctitatis celebrata, à Prælati persuasa, Monasterii S. MARIÆ Vallumbrosani instituti prope eam civitatem structi curam admisit, & sanctissimè præfuit. Spiritu Prophetico illustrata, occulta cordium penetravit; monialemque, quæ præ verecundia peccatum in Confessione reticuerat, Clericum item Capellanum, in peccato celebrare volentem, secreto admonuit. Cuidam sanguinis è naribus fluxum, signo Crucis cohibuit, cum humana remedia nihil profuissent. Benedictione patientem unum ita auxit ut distributus in sanctimoniales universas sufficeret. Cum ardentissima febre mense Augusto laboraret, glaciem sibi ferri petiit, & mirantibus, ut in puteo haurirent imperavit, eaq; hydria plena extracta illico fuit. Strumas à mulieris gutture, solo crucis signo mirè depulit, pluraque in memorato Cænobio miracula edidit, donec Magni Apostoli & Archievangelistæ Ioannis iussu, qui ipsi spectabili forma apparuerat, ad Cænobiū Florentinum ejusdem Apostoli honorac nomini structo, demigraret, ubi puerum mortuum, grandi prodigio, ad vitam revocavit. Equitem Florentinum familia de Rubeis, qui ut salutis suæ consulere, ad ipsam inviserat, quod proximo Iovis die moriturus esset, admonuit, quod etiā evenit. Denique febre correpta in festo S. Lucie, amissa loquela, ad usque 11. Calen. Junii, qua die in cælum migravit, morbū patientissimè pertulit. Obiit nonagesimo nono ætatis anno, anno Christi 1310. Cujus sacrum corpus, everso Cænobio in

Fit Monialis

Fit Abbatissa

Spiritus Prophet.

S. Ioan. Ev. ang. apparet

Mortuum suscitatur.

Ecclesiam S. Antonii A. C. 1529. 21. Sept. in urbem translatum, postea A. Ch. 1534. 14. Aug. in Monasterio Sancti Salvii conditum fuit. *Monim. Florent. & Vallumb. Philipp. Ferrar. Menard. Arnold. to. 1. SS. Ord. &c.*

B. Helfvinds Abb. Prope civitatem Aquensem Beata Helfvinds Abbatissa Porcetenfis. Hæc vix nonum ætatis attingens annum, invitis parentibus, reclamantibus & furentibus cognatis, Monasterium occulte adiit, & in S. Salvatore Monasticum habitum assumpsit. Cujus pater id quam ægerrimè ferens cum fratribus & amicis furibundus ad Cænobium contendit, fores effre-

Mirapuelle constantia.

DECIMO CAL. JUNII.

XXIII. Maij.

S. Guibertus.

Genus regii.

Fit Monach.

Exercitui solus occurrit.

Servator ac pater patriæ.

Leodium liberat.

Episcopatum recusat.

IN Cænobio Gemblacensi depositio Beati Guiberti Monachi & Confessoris. Guibertus est vetustissimus Austrasiæ Regibus oriundus, summa apud Reges Galliarum Germaniarumque auctoritate & gratia viguit. Verum contemptu generosissimo, amplissimarum fortunarum, multo illustrior, relicta etiam, quam sequutus aliquamdiu fuerat militia, castro suo Gemmelaus, in Cænobium converso, liberalissimeque dorato & locupletato, reliquis in Ecclesiis Dei & pauperes distributis. Monachum in celeberrimo tunc temporis, ob eximiam Monachorum sanctitatem, Gorziensi Cænobio professus est; cuius exemplo, multi cum genere illustres, tunc opibus ac deliciis affluentes, ejurata sæculi amicitia, & fictis pictisque honoribus, paupertatem & servitium Christi in cucullo venerati, atque induti, solidiora æternitatis bona assequuti & consequuti sunt. Ejus inter alia, insigne illud cum vastantibus Germaniam Lotharingamque Ungaris, solus ipse animo intrepidus, effertissimo felicissimo rerum successu exercitui occurrit, idololatriæ gravissimum errorem ac stultitiam, nec non immanem in innocentes crudelitatem exprobravit, multosque eorum Sanctæ Romanæ gremio adduxit, ac immanem à patria cladè avertit. Sed & illud meriti ingentis fuit. quo Leodium demeruit, quam urbem ab oppressione sacrilegi & impii Episcopi liberavit; Hilduino nimirum, Simoniaca labe contaminatissimo, deturbato, cui, cum Carolus Galliarum Rex, ipsummet Guibertum substitui summopere conneretur, maximo animo obnixus, ut Sanctus Richarius noster Hannoniensis Co-

git, filiolarum vociferantem extraxit, & amicis à proposito revocandam tradidit; quæ tamen plùs quam virili constantia, animo infracta, omnibus amantium & terrentium molitionibus superior extitit, nec minis terri, nec pollicitationibus seduci potuit; donec re ad cognitionem Episcopi Leodiensis delata, patre Virginis & complicibus excommunicationis diro fulmine perterrefactis Cænobio redderetur; in quo postea ob insignia vitæ merita, Abbatissa electa, tam in vita quam post mortem miraculis effulsit, & sancto ibidem sine requievit. *Barnabas de Montalbo, Menolog. Chryf. Henr. t. 1. SS. Ord. &c.*

Fit Abbatissa

Miracula.

mitis filius, vir longè dignissimus subrogaretur impetravit. Mortuus est Guibertus A. C. 962. cuius sanctissimum corpus, cum Gemblacenses ab Abbate Gorziensi impetravissent, Gorziensis populus, armata manu illud repetiturus, prodigiosissima tempestatis vi, & densissimis tenebris impeditus, Gemblacenses iter felicissimè prosequentes assequi non potuit. Fuit postea, plurimis post annis, sacrum ejus corpus admirandis à Numine prodigiis honoratum, ad cuius tumbam, frequentiore populi concursu, plurimi confedere, Gemblacensi oppido suam ad Divum hunc originem referente. *Sigebert. Gemblac. Ioan. Molan. Annal. nos. Benedict. t. 1. SS. Ord. &c.*

Obiit 962.

Origo oppidi Gemblac.

Niciæ Sancti Siacrii Episcopi & Confessoris. Siacrius longè illustrissimis ortus natalibus, Magni Caroli nepos, & Comes Briensis fuit. Juvenis, Carolum patrum contra Regem Chimeriensem, Cimeliensem & Niciensem sequutus, eo victu atque fugato, cum Ecclesiam, Sancti Pontii Martyris corpore beatam, inviseret, captus loci religione, ut Monachum sibi profiteri liceret, & Cænobium illic condere Regem patrum exoravit. Iuvit liberalissimè pios nepotis dilectissimi conatus, Rex optimus, & Cænobio illi in gratia Siacrii, perpetua donatione Cimeliensem Comitatum tradidit. Vbi Siacrius Monachum professus, admiranda vitæ sanctitate enituit, atque inde extractus primusque Niciensium, post restitutam illam noviterque fundatam à Carolo Sedem, Pontifex creatus, eam seipso ornatis & consecratis, inter Tutelares præcipuos cooptari à morte meruit. Claruit & in ipsa adolescentia, & vita

S. Siacrius Episc.

Genus Regii

Fit Monach.

Id. Episc. Nicia.

Tutelar.

vita

Miracula.

Mortuum suscitatur.

Obiit 787.

B. Guillelm.

Deipara preces.

S. Angelus

Deipara favores.

vita omni, rarà miraculorum gratià, & glorià, dæmonibus in primis metuendus, & variorum morborum prodigiosè medicus. *Et quamvis*, ait antiquus MS. Codex, *magna & ineffabilia Dominus per ipsum, populo vidente, & audiente, ederet miracula, nunquam tamen vitio vana gloriæ subjacuit.* Rarius illud, cum puerum equo lapsum & mortuum, populi clamore excitus, in omnium oculis ad vitam revocavit; universis Episcopo suo acclamantibus: *Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.* Mortuus est præclarissimus Niciensium Patronus & Pontifex sub A. C. 787. sepultusque est in suo quod condiderat Sancti Pontii Monasterio. *Vincent. Salernitan. Chron. Lirin. Menard. Annal. nos. Ben. d. to. 1. SS. Ord. &c.*

In Gallia Beati Guillelmi Monachi & Confess. Guillelmus apud Claram-vallem Monachum professus, eximia vitæ puritate enituit. Fuit, ut habet Menologium Cisterciense, admirandæ sanctitatis vir; cælestium rerum meditationi, & pietatis operibus addictissimus; cuius pietatem, fervorem, & in Divinis laudibus decantandis singularem sollicitudinè, evidentibus signis Dominus patefecit. Qui aliquando Christum severo vultu mundum adspicientè, & quasi jam jam ultima sententia damnaturum, Beatam vero Virginem pro eodem mundo interpellantem conspexit, eamque in hæc verba prorumpentem audivit: *Parce dilecte fili, etsi non propter illos, saltè propter amicos meos, personas Ordinis Cisterciensis. Quà visione vir sanctus timore pariter & exultatione, repletus, ut severi judicis sententiã evaderet, & piissimæ peccatorum Protectrici gratus existeret, fideliter per viam mandatorum Dei, usque ad consumationem vitæ cucurrit.* *Ita Menol. Cit. Chrysof. Hen. Ang. Manriq. Casarius Heisterbat. &c.*

In Monasterio Vallis-Vmbrosæ, depositio Sancti Angeli Monachi & Confess. Hic & nomine Angelus, nobili Lignorum familia Florentiæ ortus, calcatis sæculi honoribus, sacrum vitæ rigorem amplexus, spiritu liber, ad summum perfectionis apicem conscendit. Beatissimæ Matris Virginis, Angelorum Reginæ longè studiosissimus, gratiam ejus, miram industriam exambit, aliosque inter ab eadem acceptos favores, insignem sanè illum meruit, ut in elevatione Sacrosancti Eucharistici Sacramenti, *Dei, ut fertur, gloriã intueretur.* Denique vitam sanctissimè exactam,

ad felicem immortalitatem felicissimus evolavit, & quorum studia mortali in corpore pro virili imitatus est, Angelorum choris associatus est A. C. 1505. ætatis suæ octuagesimo, in Cænobio de Ripolis tumulatus. *Tab. Vallumb. Arnold. Duac. t. 1. SS. Ord. &c.*

Dei gloriã intuetur.

Obiit 1505.

S. Tezelinus.

In Monasterio Claravallensi S. Tezelini Monachi. Tezelinus Melliflui Doctoris Bernardi secundum carnem patrens, religionea. & spiritu filius, cum generis nobilitate & opum affluentia spectatissimus in sæculo esset, in eo etiam vitam genere, & quod magis mirè, inter licentiam atque petulantiam militum (ut domi non solum sed militiæ clarus erat) continentissimus, *neminem concutiebat, inquit Seguirius, nemini calumniam faciebat, contentus stipendiis suis quibus ad omne opus bonum abundabat; sicq; consilio & armis serviebat Principi suo, ut etiam Deo non negligeret reddere, quod debebat.* Rarius modestiæ, & pietatis exemplum, quod Ioannes eremita in Vita Bernardi commemorat, fuit, cum ab hoste, minò multo quam ipse erat nobili, ad monomachiam provocatus statuta utrinque die, jamque appetente, Numinis recordatus Tezelinus, ipse animo, viribus, exercitatione, clientum frequentia, Principum favore major, cedere jure suo maluit, quam hostem opprimere, quod summa cum gloria & lucro facillime potuisset. Sed quem de seipso gessit, triumphus longè maximus fuit, & Bernardi, filiorumque omnium simili triumpho felix, ad castra, ad vexilla eadem convolvavit, amplissimisque relictis opibus, quem olim filium postea parentem agnovit, & in Claravallensi Cænobio cucillum amplexus, jugum vitæ Monachicæ etiam in senectute, sponte suscepit, sub quo mirabili humilitate & constantia perseverans, plenus dierum ac meritorum sancto fine quievit. *Guilh. Abbas S. Theod. Montalbo, Brito, Philippus & Ioannes citati, &c.*

Modestia in militetara.

Hosti parci.

Fit Monach.

S. Aleda.

V. Nicolaus a Pratis

In Anglia Sanctæ Ateæ sanctimonialis, discipulæ Sanctæ Moduvenæ Abbatissæ, quæ magistram sanctissimam strenuè æmulata, perfectionis fructibus locuples migravit ad Iponsum. *Ex Nicolao Harpsfeldio, tom. 1. SS. Ord. &c.*

Parisiis in Monasterio B. M. V. Cælestinorum, Ven. P. F. Nicolai de Pratis, qui Sanctæ hujus domus Alumnus, Sacerdos Anglicæ puritatis, Beatissimæ Virginis cultor præcipuus extitit, ejusdemque Immaculatæ Conceptionis præco singularis, cuius

cujus suæ denationis memorabilem aliquando fructum retulit, cum ipso præcipue Authore sacræ Cælestina familia Octavam Conceptionis celebrandam suscepisset, hortum quippe præ lætitia ingressus rosam decerpens pulcherrimam sive, ut alii volunt, coronam è rosis colligens, eam coram DEIPARÆ imagine collocavit: Mater, mater, inquires, si tibi

gratum fuit, quod nos ter Ordo de Octava Tuæ Immaculatae Conceptionis me agente statuit, rosa hæc quam tibi offero, vertente anno, hæc ipsa die pulchritudinem suam conservet. Quod & meruit, plurimique id prodigium viderunt, formositateque & colorem tanto post mirati sunt, *Anton. Solarius, Hugo Menardus, Car. Sauss. &c.*

NONO CAL. JUNII.

XXIV. Maij.

S. Vincent.
presbyt.

IN Monasterio Lirinensi Sancti Vincentii presbyteri, doctrinâ & sanctitate conspicui, Hic inter præcipua sanctissimi Lirinensis Insulæ decora effulsit, & mortificatæ carnis exemplar suis factus, sanctitatis gloriosissimo nomini, eruditionis dignissimam laudem conjungens, cæli supremi syderibus accenseri, & Sanctorum albo inferi meruit. *Ex Bibliothec. & Chron. Lirin. Vinc. Barr. tom. I. Sacro-Sanct. Ordinis. &c.*

SS. Plurimi
Mart.

In Hispaniâ, plurimorum Sanctorum Martyrum Monachorum, qui læviente Sarracenorum in Christianos immanitate, squallore carcerum, acerbitate flagellorum, vario & longo tormentorum genere cruciati, digna & admiranda constantia Christum confitentes, & impia Mahometis dogmata detestati, illustri sanguinis purpura, & morte pretiosissima Regnum amplissimum exornârunt, & cælos triumpho impleverunt, anno Christi 852. *Ex Annal. nostr. Bened. Ant. de Iepes, & variis rer. Hisp. script. t. I. SS. &c.*

S. Hildebert.
Archiep.

Moguntie Beati Hildeberti Episcopi Confess. Hildebertus, Hildevertus, s. Hildebrandus illustrissimo Franconie Ducum natus genere, splendorem familiæ omnem, delicias, favores, opes, vili cucullo posthabenda censuit, & habuit, atque à teneris annis in celeberrimo Germaniæ Archisterio Fuldeni educatus, Monasticæ vitæ amorem, cum litteris imbibit, in quibus feliciter admodum profecit & excelluit. Monachus effectus, cum in ipso sapientia omnibus miranda, vitæ integritas, ac sacrarum litterarum scientia præ cæteris effulgeret, omnium iudicio dignissimus habitus est, qui mortuo Abbati in honore succederet. Post quinquennium ab electione exactum, quo industriam, pietatem, & zelum suum mirè probaverat, ad illustrissimam Moguntinensis Ecclesiæ

Fit Monach.

Abbas.

Fit Archiep.

expetitus, & Cænobio extractus, eidem felicissimè ac utilissimè annis novemdecim præstitit, & inter alia præclare gesta Otthonem Magnum Imperatorem coronare meruit. Fuit, Vrspergeni teste, *mirâ sanctitate præditus*, & inter alia gratiarum à Numine dona, *Spiritum Prophetiæ* accepisse prædicatur. Obiit anno Christi 939. In Monasterio Sancti Albani Moguntia tumulatus. Petrus Merfæus, Gaspar Bruschius, Wilhelm Comes de Zimbera, Browerus, Vrspergenis, Menard. Claud. Rob. Trithem. *Aquila nostr. Bened. Annal. Bened. t. I. SS. Ord. &c.*

Obiit 939.

In Hispaniis natalis S. Froilani Episcopi & Confessoris. Hic Lucæ Gallæciæ oppido, genere illustri natus, matrem Froilam habuit sanctitate non minus quâ genere Illustris, miraculorum insuper gloria celebrem. Monasticen adolescens professus est in Cænobio Sancti Facundi, ad Sancti Claudii postea translatus, ubi egregia excultus est vitæ sanctitate. Prædicationis postea accensus studio, cæli approbantis mirificum argumentum meruit, dum columba prunas ardentis rostro adferens, has ejusdem labiis apprimeret, sicut revera gratia in labiis ejus diffunderetur. Fuit mira etiam ejusdem Electio cum ex Abbate Moreruelano, Legionensis Episcopus deligeretur: cum enim sanctus Abbas cum Priore Cænobii sui Sancti Attilano colloqueretur, vacante tunc etiam Zamorensi Pontificatu, una eademque die & hora, ille quidem Legionensis, hic Zamorensis Episcopi electi sunt, electionem Numine quam primum comprobante, cum inter utrumque columba advolaret. Dum autem prædicando assiduus obiret Regnum, a felloque librorum uteretur bajulo, invidiæ genius, per lupum utile viro DEI animal aggressus dilaniavit. Sed vir sanctus lupo imperans ferocissimum illico mitissimum reddidit,

S. Froilanus
Episcop.

Vir Apostolicus.

Mira electio

Miraculum

Ob. 1006.

S. Atnocus
Regis filius.

reddidit, & a felli deinceps loco esse jussit, onusque imposuit, admirantibus quacunque occurreret incolis, minusque jam Froidani monitis resistere ausis, cui bruta etiam animalia obedirent. Obiit anno Christi 1006. ætatis 73. cujus mediâ corporis partem Morerolæ Monachi, alteram meruere Canonici Legionenses. *Ex vita, Angelo Marriq. &c.*

Mira contentio.

Exemplum rarum.

Sancta amulatio.

S. Petrus
Episc.

Genus illustr.

Abdicat Episcopatum.

In Britannia Aremorica, Sancti Atnocii filii Iudicaelis II. felicissimi & sanctissimi Regis. Hic patris, patruorum, avi, cognatorum, exempla sequutus, avitum Regnum, omnesque mundi favores ac delicias, juvenili ætate contemnens, cucullum in Monasterio Sancti Maini exambit & meruit; stupentibus universis, è tanti generis numerosissima familiâ, vix repertum, qui non majori industria & contentione, diadema Regium, cum omni deliciarum affluentia, majestate & potentia, à se se averteret, quam ambiciosissimus quiscunque, eadem sibi obvenire, etiam per fas & nefas elaboraret. Habuit eodem in Cænobio Atnocus, patrem avumque collegas Monachos, demissionis miracula, dignissimum cælo terrisque spectaculum factos, patientiæ, obedientiæ, simplicissimæ innocentia, & sacri rigoris exemplaria admiranda, quorum fervore, instructione, & piâ emulatione mirificè accensus, sanctitatemque strenuè amulatus atque assequutus, eorumdem in cælo gloriæ & coronæ particeps, & Regni collega factus est, quorum terrenam hæreditatem, gloriosissimo contemptu ac neglectu pro Christo dereliquit. *Ex Annal. nostr. Benedict. rerum Britann. script. Vincentio Beluac. &c. tom. I. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

In Gallia Beati Petri Episcopi Parisiensis, viri genere, virtute & eruditione præstantissimi. Petrus spectatissimo in Gallis natus genere, patrem Galtherum habuit Francici Regni Camerarium, fratres Galtherium juniorem patri cognominem, Stephanumque Noviomensis, ac Guilielmum Meldensem Episcopos; ipse autem ad diversos honorum gradus promotus, ex Thelaurario Turonensi, & Cantore (ut vocamus,) Parisiensi, ad hujus ejusdem Ecclesiæ celeberrimum evehctus Pontificatum, dignâ in Monachos liberalitate, in omnes benevolentia, & Zelo in primis Divini honoris mirè enituit. Hic, ne quid per absentiam suam græx Domini-

cus detrimenti pateretur, cum desiderio contuendæ Palæsthine, atque ab hostibus recipiendæ, ferventissimo teneretur, Pontificatu abdicato crucem suscepit, & in Saracenos profectus, atque inderediens, in Fontanelleni Monasterio cucillum amplexus, virtutibus, & miraculis celeberrimus, necdum a no probationis completo, ad præmia & mercedem manevientium, & diutissimè laborantium, evocatus est, & in Capitulo tumulatus, cujus, cum multo post, in reparatione quâdam ædificii sepulchrum referretur, admiranda inde cælestis odoris fragrantia erupit, & mirifice nares atque animos omnium præsentium recreavit. *B. Cas. Heisterbac. Barn. de Montalbo, Rigordus, Claud. Rob. qui tamen in obitu multum aberrat, Chrysostr. Henriq. &c.*

Fit Monach.

Mira fragrantia.

B. Guillelmi.

Responsum dignum.

S. Benedictus

B. Godwinus

B. Ioannes de Montfort.

Monasterio Villariensi in Brabantia depositio Beati Guillelmi Monachi. Guillelmus de Donglebiert, insigni generis nobilitate in sæculo clarus, claritatem generis cucullo involvit, & longè deinceps illustrior emicuit. Fuit à præcipuo humilitatis & paupertatis studio præcipue commendatus, cujus à morte corpus auctoritate Ecclesiasticâ elevatum, & publice venerationi fuit expositum. Ejus insigne illud dictum celebratur, cum excurrere laborans, quiescere juberetur: *Abstine, inquit ille, ut propter crus infirmum à vigiliis me subtraham.* Cujus merito sacra ossa hodie præcipua habentur in veneratione. *Arn. de Raiffe, Ioan. Bapt. Gramaye, Henriq. t. I. SS. &c.*

In Monasterio Cassinensi depositio S. Benedicti ejusdem loci Monachi, qui tempore Beati Desiderii Abbatis, postea Romani Pontificis claruit, & miraculorum illustri gloria ex hac vitâ ad immortalē transit. *Petrus Diac. Arnold. Duac. tom. I. SS. &c.*

In Clarâ valle, Beati Godwini Monachi & Confessoris. Hic ex Medico Monachus, relicta humani corporis curâ, soli animo intendit, & totum se divinis studiis atque obsequiis mancipavit, virtutumque omnium splendore decoratus, sanctis operibus plenus quievit in Domino. *Angelus Marriq. Henriq. tom. I. Sacro-S. Ord. &c.*

Nicosiæ in Cypro, depositio Sancti Ioannis Comitis de Monteforti (vulgo Montefourt,) qui Regulam Sanctissimi Patriarchæ nostræ sub Instituto Militum Templi, sive Templariorum professus, admirandis

presbyterorum, & Gerwardi ac Regenhardi Diaconorum. Hi ad Monasterii sui custodiam relictī, cum Dani barbari infestis armis Belgium popularentur, exulto sacro loco ab impiis detenti, & diris suppliciiis excruciatī, Martyrii laureolā donari meruerunt, A.C. 861. *Molanns in Anacephalosi Chronologia SS. Belgii, Hugo Menard. &c. t.1. Sanctorum Ord. &c.*

Pasii 861.

S. Gennadius Episc.

In Hispaniā Sancti Gennadii Asturicensis Episcopi & Confessoris. Fuit Gennadius, celeberrimi ob eximiam vitæ sanctitatem nominis; Monachumque primo professus est in Monasterio Argeo, ex quo permittente Abbate, transit ad Monasterium Sancti Petri de Montibus, quod in eo arctiorem vitæ disciplinam & solitudinis, sub Regula S. P. N. BENEDICTI, studium vigere inaudisset. Cujus postea Abbas, ac demū Episcopus Asturicensis creatus, unus plura Cænobia condidit, & relicto denuo Episcopatu ad suū Aquilinū montis Cænobium se conferens plenus mēritorum in pace quievit; A. C. 916. meritis à morte inter celebres Hispaniæ Tutelares numerari. *Prudentius noster de Sandoval. Episc. Pampel. &c. Ant. de Iepes, Ambr. Morales, t.1. SS. Ord. &c.*

Fit Episc.

Abdicat se.

Ob 916.

B Gilbertus Abbas.

In Anglia Beati Gilberti de Hoylandia Abbatis Suinsetensis, qui sub Mellifluo Doctore nostro Monachus factus in Clarā-valle, eum tanto cum fervore imitatus est, charismata meliora æmulando, ut simillimus ei in omnibus evaserit; qui postmodum Abbas constitutus suos verbo & exemplo pavit, & cum litteras, tum virtutes diligentissimè docuit. Fuit cælestiū rerum contemplationi impensè deditus, passionumque suarum motus tantā animi moderatione repressit, & rationis imperio rexit, ut non tam pravās inclinationes restringere, quam nullas prorsus habere

Passionum domitor.

videretur. Claruit anno Christi 1150. *Clar. 1159. Philipp. Sequin. Sixtus Senensis, Trithem. Ioan. Pitseus, Menolog. Cist. Chryf. Henriq. t.1. SS. Ord. &c.*

Eodem die Commemoratio Institutionis solemnissimæ festivitatis SS. Corporis Christi, procurante Beata Iuliana nostra per Urbanum IV. Pontif. Max. Cisterciensium nostrorum Congregationis Monachum, in Ecclesiam universam introducta. *Menol. Cisterciens. Chrysofom. Henriq. Annales nostr. Bened. &c.*

Institutio Festi Corporis Christi.

In Hispania B. Adelmi Abbatis & Confessoris. Hic Lugduni in Gallia natus, patrimonium omne in pauperes erogans Monachum in Casa Dei Cænobio professus est. Sacris, jussu Superiorum, Ordinibus initiandus, dum in proximam civitatem brumali tempore cum accenso cereo pergeret, hic ab omni ventorum injuria insuperabilis atq; inextinctus mansit. Eiusdem Cænobii postea Abbas creatus, verbo & exemplo discipulis mirificè profuit, ob mirabilem sanctitatem longe lateque celebratus. Angliæ Reginam lethargo desperatam prodigiōse curavit, cum vix exorari se sineret, ut ipsi panem à se benedictum mitteret, quo & ipsa & plurimi deinceps ægri sanati sunt. Evocatus à Constantia Hispaniarum Regina Alphonfi VII. conjugē, ab hoc & illa amantissimè excipitur, & colitur, locum eligere jussus Sacellum quoddam S. Iohannis Evang. elegit eoq; & vivum se condidit, & sepeliri voluit. Alia inter miranda Togum aliquando fluvium, cum totus inundatione impeditus Regis exercitus illic sistere cogeretur, ipse stupentibus universis parvo ascello evehctus superavit. *Ex Vita, Mauro Marchesio, Const. Cajetan. &c.*

B. Adelmi Junior.

Fit Abbas.

Reginam à morte liberat.

Togum fluvium mirè superat.

SEPTIMO CAL. JUNII.

XXVI. Maij.

F.

S. Augustin. Archiep.

In Angliā Sancti Augustini Episcopi, qui una cum aliis missus à Beato Papa Gregorio genti Anglorum Evangelium prædicavit, eosque ad fidem Christi perduxit. Augustinus Romæ natus in Monasterio Sancti Andreae Monachum professus, ejusdem denique Cænobii Præpositus fieri meruit. Inde cum fociis aliquot à Magno Gregorio nostro Pontifice Maximo, in Angliam destinatus, Apostolici muneris, felicissimo successu, Regnum amplissimum, ad Ecclesiæ gremium adduxit, Edilbertumq; Re-

Gregorii M. discipulus.

gem salvari unda expiavit; fidemque Christi, quā late propagaverat, sanctissimis integerrimæ vitæ exemplis, & admirandis prodigiis confirmavit, Regno singulari industriā consuluit, diversissimas passim Ecclesias exstruxit, Xenodochia erexit, Scholas & Gymnasia excitavit, Episcopatus amplissimos, æternò posterorum bono designavit, Parochias distinxit, Clerum instruxit, Cænobiiis vitæ Regulam præscripsit, perfectissimos Monachos Cænobiiis extraxit, & Ecclesiis præfecit, lan-

Regem convertit.

Scholas & Episcopatus instituit.

Regulam scribit.

sanctissimas leges Regno dedit, Reges in-formavit, populum juvit, pauperes & orphanos fovit, Britones Schismaticos insigniter convicit ac confudit, obstinatis autem suo in errore poenas tanto dignas scelerè prædixit; quæ paulo post eos consecuta, quando grandi collecto exercitu Rex Edilbertus vires illorum attrivit; regionemque populatus, stragem hominū ingentem edidit. Idem Pontifex verè Magnus, & alter sui sæculi Augustinus, pravas Regni consuetudines sustulit, cultum Deiparæ & Sanctorum mirè promovit, barbariem proscripsit, Iustitiæ cultum promovit, adulteria, furta, rapinas, latrocinia, exclusit, pacem & felicitatem Regno intulit, & innumeris quasi beneficiis, æterno sibi merito Angliam obstrinxit, & pluribus synodis celebratis, omnium utilitati plurimum consuluit. Emigravit ad supera Magnus Angliæ Apostolus, Archiepiscopus & Primas anno Christi 609. juxta Ecclesiam Monasterii Sanctorum Petri & Pauli sepultus. *Ex Annal. nostr. Benedic. tom. 1. Sacro-Sanct. Ordin. Andr. Bamberg. & diversissimis rerum Angl. scriptoribus, &c. Baronio item, Iepesio, &c.*

Pœna inobedientium.

Alia merita Augustini.

Ob. 609.

S. Hildebert. Episc.

Fit Monach.

Eodem die depositio Sancti Hildeverti Meldensis Episcopi, & Confessoris. Hildebertus, Hildevertus, Hildenutus; Hildeuntus, sive Hildemicus (tanta enim est nominis ejus variatio) natus est in Vrbe Meldensi, & quinquennis Sancto Faroni nostro loci ejusdem Episcopo litteris imbuendus traditus, ubi, tantillâ ætate puer sui ipsius victor extitit, & convitia sodalium patientissimè ferre novit. Monente postea Episcopo Monachum Luxovii professus, mirā vitæ sanctitate enituit, ex quo dein extractus, Pontificatu patriæ sublimatus est. Annuens quibusdam, Ecclesiam quodam loco molientibus, & avaritiæ causa factum potius quam Religionis, ex eo postmodū intelligens, quod jam dedicanda illa subito corruisset: Romam contendit, & septem annorum pœnitentiam à Summo Pontifice suscipiens, quacunque pergeret, prædicare jussus est. Reversus anno septimo, cum Latiniacū peteret, Sanctus Furseus noster ab Angelo monitus jussusque ipsi cum honore occurrere, eo quod DEVS omnia peccata ejus delisset, cum is ad pedes ejus accideret, Hildebertus & ipsi accidit. Postea Ecclesiam, quam ante susceptam pœnitentiam honori Tutelaris suæ Præcipuæ Beatissimæ Matris Virginis construxerat, dedicavit. Claruit rarā miraculorum gra-

Omnia ejus peccata deleta.

Deipara cultor.

tiā, quæ inter, puerum sine Baptismo mortuum ad vitam revocavit, & post septennium moriturum denuo eundem prædicens secum sepeliri præcepit, quemque una cum Sancti Hildeberti postea corpore Sanctus Majolus ex revelatione Angelicā de terrā levavit. Chyrothecās etiam suspensuro, solis radius minister fuit, & ne in terram laberentur, mirè excepit, & tenuit. Claruit anno Christi 670. *Claud. Rob. Ioan. Chenu, Petrus in Catal. Vincent. in Spec. Histor. tom. 1. Sacro-Sanct. Ordin. Trithem. &c.*

Mortuum suscitavit.

Clar. 670.

S. Lambertus Episc.

Fit Monach.

Studia ejus.

Fit Episc.

Aqua tercio in vinū versa.

Epilepticorū medicus.

S. Berengari Mon.

Vencii in Galliā, natalis Sancti Lambertus Episcopi, admirandæ sanctitatis viri. Lambertus Bandunio Regensī oppido natus, parentes generis nobilitate conspicuos habuit. Matris excisus utero, cum illa partus doloribus occubuisset, tantum postea, cum Monachum Lirini professus esset, morti matris condoluit, ut matricidam se asserens, gravissimo pœnitentiæ luctu sese conficeret, & carnem hostiliter tractaret. Enituit admirandā morum gratiā & venustate, vitæ puritate, animi demissione, quibus virtutibus delicæ Dei & hominum factus, soli tamen Numini placere studuit, & continuato conjunctoque, vigiliarum, orationis, & abstinentiæ studio, in miram sanctitatem profecit; cujus famā proditus, ad Venciensis Ecclesiæ Cathedram extractus est. Claruit rarissimā miraculorum virtute, quā confluentibus ad se undique agris prodigiōssimè medebatur. Aquam cū sibi ferri peteret, allata & ab ipso signata in vinum generosissimum versa est; cumque irascens famulo, denuo sibi aquam ferri juberet, rursumque in vinum prodigiōse verteretur, in pelvi denique ferri voluit, ex quā ipse poculum implevit, atque mox tercio in vinum mutatam, cum hilaritate bibens, clericis etiam suis propinavit. Præfuit Episcopatu sanctissimè annis quadraginta, obiitq; ann. Christi 1154. gravissimis & assiduis etiā à morte miraculis corulcus, lymphidissimā inprimis aquā è sacro ejus tumulto manante, & prodigiōse morbis medente, Epilepticorum inprimis singularis Patronus & Medicus celebrandus, quem deinceps Venciensis Cathedralis suæ Ecclesiæ & Episcopatus Tutelarem adoptarunt. Ex Vita per æqualem, *Vincent. Barral. Claud. Rob. rer. Gall. script. tom. 1. Sacro-Sanct. Ordin. &c.*

In Septimania Sancti Berengarii Monachi & Confessoris. Berengarius in territorio

ritorio Tholosano, patre Bernardo, matre Hilloarde genere nobili natus est. Prebuit à teneris unguiculis specimen sanctitatis. Ingenio mitis, eloquio suavis, moribus simplex: adeo ut vix quenquam, nisi *filium*, aut *filiam Dei* appellaret. Virginitatem in vitâ omni indemnem servavit. Monachum in nostro S. Papuli Cænobio professus, corpus durè admodum habuit, duram humum lectulum, pulvinar faxû, & vilia quæque adamavit, & minimus omnium haberi ac postremus voluit. Multa Cænobii munia strenuè obiit: puero- rum Magister, Eleemofynarius, operum Custos fuit, quo in munere, populum cû admoneret, tanto cum plausu auditus est, quasi Angelus pro salute omnium cælo missus. In vita & post mortem miraculis claruit, ea inter sterili matronæ prolem impetravit. Ad littus consistens, cum magnum sub undis natantè piscem conspiceret, & gestiens in hæc verba erumperet: *O Deus quam bonus esset iste piscis ad edendum!* eam ad vocem piscis illico in terram exiliit, quem cum famulus ejus manu appeteret, prohibuit vir Dei, piscemque ad aquas remisit. Obiit A. C. 1092. ipsa nocte Ascensionis Dominicæ, cum sumpto sacro viatico exclamaret: *O Domine, quâ magnis oculis me aspicias!* Quibus in verbis felicissimum animum Creatori, carne solutum stitit, & laborum mercedem accepit. *Ex Vita per Flavium Anselmum Monachum Beccensium, Hugonem Menardum, t. I. SS. Ord. &c.*

In Gallia Beati Henrici Archiepiscopi Rhemenfis, Ludovici Crassi Galliarum Regis filii, Ludovici VII. fratris germani, eximia vitæ sanctitate conspicui. De quo hæc die Menolog. Cisterc. Nos autem in die depositionis ejusdem 17. Cal. Decem. juxta Calendaria Rhemenf. & Parisiensia &c.

Honorat omnes homines.

Munia Cænobii.

Insigne miraculum.

B. Henricus Archiep.

S. Guizod.

nizonis Monachi & Confessoris egregia vitæ sanctitate conspicui, & ob eam præcipuis sacri illius montis & Archisterii syderibus accensi, cujus alia inter mira celebratur, cum à Theodino quodam in Ecclesia inclusus, clausis januis ab Angelo prodigiosè eductus est. Ejus se vitam composuisse Leo Ostiensis fatetur, sed quam necdum videre meruimus. *Hugo Menardus, & Leo cit. Marcus Anton. Scipio, t. I. SS. Ord. &c.*

Clausis januis egreditur.

In Lusitania, Beati Rolandi Monachi, qui cum esset ingenii acumine, & variis naturæ donis multipliciter adornatus, mundum cum suâ vanitate contempsit, & Cisterciensium nostrorum Institutum professus, de humani generis inimico feliciter triumphavit, & Ordinem in Lusitanæ partibus, proprio exemplo & labore propagavit, ubi cursum feliciter consumando beatissimam animam suo reddidit Creatori. *Menologium Cist. Chrysof. Henriquez. Bernardus de Brito, Chron. Cist. t. I. SS. Ordinis, &c.*

S. Rolandus.

Propagator Ord.

In Monte Sancto Andechs, inventio ejusdem loci SS. Reliquiarum, quas inter nostrorum quamplurimæ recensentur. Chron. Ander.

In Territorio Trecenti prope Sezanam B. Godonis Monachi, qui in tractu Viridunensi, nobilissima editæ stirpe, S. Wandregisili nepos, Pipini Ducis confobrinus & Comes Palatinus, cum ex Ephebis excessisset, & in spem maximam adolere- ret, Sancti patris sui monitu condito Fontanellæ Cænobio, illic professus Monachum, mirabili vitæ rigore & sanctitate emicuit, & annuente deinceps Wandregisilo, in locum qui Augia dicitur secedens solitariæ quoque vitæ studia coluit, magnis à morte prodigiis illustratus. *Martin. Gall. Car. Sauff.*

B. Godo Monachus.

SEXTO CAL. JUNII.

XXVII. Maij.

G.

Venerabilis Bedæ Presbyteri, viri in Divinis humanisque scripturis eruditissimi, & vitæ moribus præstantissimi. Beda, Britannus natione, genere Anglo-Saxo, patria Cantabrigiensis, puerulus etiamnum, necdum septimo ætatis expleto anno, Cænobium Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ad ostium Wiri amnis ingressus, sub curâ Sanctorum, Benedicti

primum, postea Ceolfridi ejusdem loci Abbatum, Monasticis institutus disciplinis, & omnigenâ scientiarum eruditione instructus, adeo enituit, ut universæ Ecclesiæ maximum splendorem inferret, & in proverbium inter ejus sæculi Doctores abiret: *Hominem in extremo orbis angulo natum, universum orbem, suo ingenio perstrinxisse, merito, cum ob illustrissimam sanctitatem*

Venerabilis Bedæ.

Sol Occidentis. tum admirandam eruditionem, & lucubrationum multitudinem, à Bellarmino Cardinale, aliisque *Occidentis Sol*, appellatus. Nam in omni disciplinarum genere, Græcæ etiam & Latinæ gnarus excelluit. Poëta, Rhetor, Historicus, Astronomus, Arithmeticus, Chronographus, Cosmographus, Philosophus, Theologus, instructissimus; tantisque talentis, in vita omni ita usus fuit: *ut inter observantiam vitæ Regularis, verba ipsiusmet sunt, & quotidianam cantandi in Ecclesiâ curam, semper aut discere, aut docere, aut scribere dulcè haberet.* Quod vel ex iis quos scripserat libris liquet, quorum si numerum & gravitatem intueare, vix fieri potuisse asseveres, unius hominis ingenium in tantos labores suffecisse. Quorum quidè scriptorum ejus tanta fuit auctoritas, ut ex ordinatione Episcoporum Britannæ, in Ecclesiis publicè legerentur; cumque in Lætionibus Homiliarum, ejus nomen ex more Auctoris, *Venerabilis Bedæ Presbyteri* præfigerent, aliter eum dum viveret prædicare non præsumentes, obtinuit in hodiernum usque diem mos, ut qui à principio, dum viveret, non *Sanctus*, sed *Venerabilis* nuncupabatur, ob ipsam tam illustris nomenclaturæ rationem, *Venerabilis* deinceps perpetuò diceretur. Inter alia, quibus præcipuè de universo meruit, à cultu, cultusque Admirabilis Matris Cælitum Imperatricis propagatione præcipuè commendandus, cujus Psalterii ex Institutione magni Patriarchæ nostri *Benedicti*, usum, per Gallias Angliamque ac vicinas regiones, incredibili fidelium consolatione fructuque longè lateque promovit, de quo his ipsis verbis magnus ille Magnæ Dictatrici Virginis exceptor & Cancellarius, Beatus Alanus de Rupe: *Venerabilis Beda Anglicanus, qui vir, & quantus! Tota Psalterium Mariæ Angliæ, Britannia, Franciâ plantavit, prædicavit: Unde suus id ipsum saluberrimus usus per alias procul oras differebat ac disseminabat. Nec, ut unum duntaxat atatem ferret; verum ad hanc usque diem sui cultum, in Angliâ præcipuè, custodierit: ut minus in vigore, at in trunco, ramisque aridis. Nam indicia hodieque superant eorum, quæ inde ab Venerabilis Bedæ sanctitate, devota Rosariis antiquitas, in templis passim communes ad usus suspenderat Oraria, sive Coronas precarias. Ita lactatus ubere Virginis Alanus.* Qui idem super usu Psalterii utriusque tam Davidici quam Mariani, sanctissimæ Trinitatis beneplacitum,

In quibus excelluerit.

Exercitia ejus.

Auctoritas scriptorum.

Cur Venerabilis dictus?

Psalterii B. M. V. propagator.

Insigne testimonium.

Antiquus Anglorum mos.

ab ipsa Deiparente Virgine (rarissimè sanè favore,) eidem Bedæ nostro explicatū fuisse affirmat. Fuit idem, alio item æquè illustri titulo de eadem Angelorum Reginâ meritissimus; quod nimirum honorem ejus, tam verbo quam scripto, contra Hæreticos, Eutichetis in primis repullulatentem solem strenuè propugnasset, & impia ipsorum dogmata ridiculo exposuisset, pervicaciam pertinaciamque triumphasset. Eam haud aliter, atque Hieronymum Damasus, ita Sergius Papa suscepit coluitque, & gravissimis Ecclesiæ universæ curis adhibendum censuit, ac proin ab Vrbe Roma datis ad Ceolfridum ejus Abbatem litteris, petierit, atque exhortatus sit; *ut sine omni contradictione Dei famulum Bedam, ad limina destinaret Apostolorum, eo quod ejus præsentia, in arduis causis fidei, Ecclesiæ Dei valde utilis esset & necessaria,* quem haud immerito poëta quidam Anglicus *Divinum*, alius autem; *de totâ Dei Ecclesiâ, de Monachismo, de re litterariâ & totâ posteritate tantopere meritum fateatur, ut à quo principio ejus encomia celebrare debeat, nequeat arbitrari.* Discessit vir sanctissimus, cum jam dies Ascendenti ad Cælos Christo sacer adesset, in illa oratione: *O Rex gloriæ Domine Virtutum, &c.* tantam inter cælestis odoris fragrantiam, ut qui aderat, Paradyfi delicias prægustasse viderentur. E Vita, tom. I. SS. Ordin. Annal. nostr. & libro de Virg. Matr. *Benedictæ* cultoribus Ord. &c. B. Alano I. I. & 2. &c. Balingh. Balæo, Iepesio, Arn. Duac. Guilh. Malmesbur. & diversis rer. Angl. script. Trith. &c. Obiit A. C. 766. aliis 776. &c. *Obiit A. C. Vid. Baronius in notas Mart. Rom. & in Ann. 766. &c. nal. Eccl. &c. Matth. Westmon. Polyd. Verg. Contractus alique inter se maxime dissidentes &c.*

Deiparæ favor.

Alter Hieronymus.

Ecclesiæ necessarius.

Elogia inscripta posteritate tantopere meritum fateatur, ut à quo principio ejus encomia celebrare debeat, nequeat arbitrari.

Plurimi SS. Mart.

In Regno Navarræ gloriosus triumphus plurimorum Monachorum, qui sub Guilhelmo Sanctio Navaræorum Rege bello Saraceno gloriosissimè allophylo- rum gladiis trucidati occubuerunt, A. C. nongentesimo septimo; qui postmodum Venerabili viro Vulferio Reomanensi Monacho triumphantes ostensi vestibus amicti candidis, stolisque ornati purpureis, sancto eos præcedente Episcopo, quem cum Vulferius interrogasset: *quidnam isti essent?* Eos omnes gladio Saracenorum cecidisse in acie respondit, & in cælum receptos esse. Radolphus Glaber, l. 2. Hist. c. 9. Mart. Bened. Hugon. Men. t. I. SS. Ord. &c.

In

B. Rudolphus
Conversus.

Visio.

B. Ioannes
Abbas.Albigenses
convertit.Vox calo
lapsa.S. Germanus
Episc.Item pueru-
lus.Episc. nequa-
quam.

In Saxonia Beati Rodolphi Conuersi in Luka. Claruit Rudolphus maximis virtutibus, & sæpe cælestibus revelationibus illustrari meruit: ipsumque Christum Dominum, cū aliis quindecim ejusdem Monasterii sui Religiosis, omnes crucibus affixos diuinoque fulgore circumdatos conspexit. Quem idem Christus multis laboribus ac pressuris probatum, de hujus sæculi ærumnis ad æternam requiẽ vocauit. *Menol. Cisterc. Casar. Hest. Ang. Manriq. tom. i. SS. Ordinis, &c.*

In Monasterio Bonæ Vallis Beati Ioannis ejusdem loci Abbatis, viri humanarum rerum peritia insignis, Angelica autem conuersatione præcipui, ac Diuinorum Mysteriorum contemplationi mirè dediti, qui orationis efficacia & fervore multa à Domino impetravit, & contra Albigenses missus, æterno cum merito, assiduo prædicationis labore & vitæ sanctissimæ exemplo, strenuam Sanctæ Matri Ecclesiæ operam nauavit, & non paucos ad fidẽ convertit, super quem aliquando magno fervore concionaretur crux ingens in ipso aère apparuit. Idem aliquando sacris altaribus assistens, cum Sacrosancta Mysteria pro Simone Comite Montfortio offerret, hanc ad se lapsam de cælo vocem audiit: *Quare pro Simone oras,*

cum multi sint, qui quotidie orant pro eo? Vt ex eo intelligas potentissimam in cælos ipsos ipsius orationum vehementiam exitisse. Ipsum tanti Principes permulti nobilesque fecere, ut felices sese existimarent, si orationum ejusdem & Fratrum participes esse mererentur. Claruit Vir Dei A. C. 1212. & post illustria merita sancto fine decessit. Philipp. Sequinus, Petrus de Vallibus Sernay. Henriq. Menol. Cist. to. i. SS. Ord. &c.

In Monasterio Montis Virginis Syracusano, Beatæ Seraphinæ Cajetanæ, ejusdem loci Abbatissæ, vitæ sanctitate atque exemplo celebris. *Octav. Cajet. Oper. SS. Sicilia. t. i. SS. Ord. &c.*

In Italia Monasterio S. Stephani de Parrano depositio B. Iacobi Monachi, qui in eodem Monasterio professus, eximium decus Sacræ Congregationis nostræ de Fonte Avellanæ extitit. Fuit Sanctissimæ Regulæ nostræ ad amussim obseruantissimus, abstinentiæ, meditationis & orationis studio deditissimus, obiitque hæc die anno 1300. per cujus intercessionem multæ gratiæ devotis ejus concessæ sunt, festumque translationis ejus 10. Maij. magno concursu populi colitur. *Ex monim. Congr. Avell. Iacobillo, &c.*

QVINTO CAL. IUNII.

XXVIII. Maij.

A.

Vt etiam Parisiorum Sancti Germani Episcopi & Confessoris, qui quantæ sanctitatis, quantique meriti fuerit, quibus etiam miraculis claruerit, Fortunatus Episcopus litterarum monumentis consignauit. Germanus, Regni Gallici, imo Orbis uniuersæ præclarissimum sydus, Monachorum & Episcoporum exemplar præstantissimum, Augustodunum patriam habuit, Eleutherium patrem, matrem Eufebiam, quæ præmaturo partu, veritate suspecta redderetur, incubans in ventrem, opprimere & suffocare in utero sobolem conata, non potuit, ipso etiam infantulo intra viscera renitente. Ad aviam puerulus invisens, propinato toxico, seu potius parato, is cui Germani obitu amplior hæreditas parabatur, toxicum imbibit, Germanus incohumis abiit. Monachum postea professus, Sanctum Scopilionem Magistrum meruit, & Sancti Symphoriani demum Abbas creatus, vitæ sanctitate & miraculorum gloriâ mirificè expleuit. Eum quamvis dæmonia ipsa Numine ac metuo

cogentè revererentur ac prædicarent, Episcopus nihilominus insigante invidia pessimè odiit, famamque ejus, suam contumeliam interpretatus, eo denique progressus est, ut innocentem comprehendere, & in carceres detrudere non vereretur, è quibus, pessulis prodigiôsè sibi referatis, egredi tamen noluit, priusquam benedictione Episcopi munito egredi licuisset. In paupetes adeo prodigus fuit, ut universa effunderet, nec pane quidem refectioni Fratrum pernecessario retento, contra quem cū illi queruli insurgerent, is suis lachrymis Dominum rogans, illico exauditus est, comteu quamprimū ad fores Cænobii, ab religiosa matrona submisso. Incendium Cænobii mirè contopivit, cuidam cornuta ut Moyses facie & splendente apparuit, & aliis signis ac miraculis, de quibus obiter postea, innumeris, illustrari à Deo meruit. Ad Parisiensis postea Ecclesiæ Pontificatum euectus, & Monachum & Episcopum se juxta absolutissimum ostendit; idque sedulo

Visio mira.

Prædicatio
qualis!Exemplum
rarum.

Regis pœna.

Mirè cura-
tur.Miranda
miraculorū
gloria.Encomium
admirabile.

Miracula!

dulo implevit, quod ante Pontificatum per noctem conspexit: cum à fenestra quodam venerabili, claves Parisiorum sibi traderentur, & ipse, in quem usum eas acciperet rogaret: *Vi saluos facias eos audisset.* Prædicationi verbi Divini ut sollicitus pastor, totum se dabat, summaque cum auctoritate, mirifico vitæ exemplo adjutus, potentissimè in audientium cordibus dominabatur, adeo, inquit Fortunatus: *ut omni litteraturæ nasceretur stupor, & fieret in commune, generalis compunctio, atque omnino ex ore dicentis crederes, quod verba sancto formarentur ab Angelo, dum plus quam homo loqueretur, translatus in mentis excessum, &c.* Pauperum, orphanorum, captivorum curam præcipuam habuit, & tantam quidem, *ut plus valeret vox pauperis quam Regis*, miro liberalitatis exemplo, equum regium pro singulari amore ab Rege dono datum, vix aula egressus flagitanti pauperi largiretur. Ad palatium aliquando occurrens, cum Regi adesse, non nunciaretur, ignorans etiam Rex flagello illico Divino cælus, gravissimis ardoribus exuri cœpit, revocatusque summo sequentis diei mane Germanus est, summisque precibus adesse rogatus, qui pridie contemptus domum reverterat. *Tunc Rex*, inquit Fortunatus, *vix assurgens de lectulo, cæsum se divino flagello conqueritur, allambitque Sancti palliolum, ac vestem Sacerdotis deducit gaudens per loca doloris. Culpam namque confessus est criminis, & sic dolor omnis fugatur, idque actum est, ut cuius incurrerat de contemptu periculum, sentiret de contemptu remedium.* Claruit admiranda miraculorum gloria, quorum aliquot enumeratis idem Fortunatus, summi nominis scriptor & Pontifex: *Sed si exequamur*, inquit, *miraculorum singula, qua suis gestis præsentis floruerunt in vita, hæc sine fine sunt cœpta, nec esset modus in pagina: quia quacunque Pontificis se convertit præsentia, nulla morborum generibus defuit medicina, & quotquot se obtulerunt languentium vulnera, tot salutis fudit semina, &c.* Et post pauca: *Cum pedem efferret de domo vel Ecclesia, videres strages demoniorum ante tanti Pontificis ac Triumphatoris obtutus. Cadebant enim cateruatim circa Sancti vestigia diversis modis effusa, hæc muta, illa clamantia; illa fixa, hæc lubrica, & velut ante iudicem, dum sua referunt gesta, propria non effugiebant tormentis.* Et tandem velut Epilogo, compendio prægnantissimo, concludens, sic inquit: *Sed ad Sancti Præconium, quantæ hæc laudatio? Cum ineffabiliter multa & stupenda ab eo fierent sub momento.* Captivorum

inprimis Patronus singularis, quorum in numeros penè prodigiola ope in vita & post mortem liberavit; adeo ut nullum, prætereunti carceres, metallum, nec ligna, saxa, seræve obsisterent; quin & abiens etiam stupendo modo captivis adesset, liberaret, curaret, & quandoque custodes, ceu minus vigilantes in carcerem coniectos, duplicato miraculo solutissimos susteret. Mortuos plures ad vitam revocavit, dæmones sola oris saliva, solo item tactu, imo & præsentia sola ex obsessorum corporibus profligavit; cujus vel litteræ quidem manu ejus subscriptæ febrium ardores, quin & lectuli stipulæ, & imago solum, omnis generis morbos prodigiôsissimè depellebant. Eidem Theobertus Rex mortis felicitatem, Clotharius valetudinem, Regnum uniuersum prosperitatem debent, ut merito ipsum Chilpericus Rex *Patriæ Vigorem* appellaret. Mortuus est sanctissimus Pontifex, futurorum cognitione Propheta, prædicationis fructu & merito Apostolus, puritate Angelus A. C. 579. haud imèrito inter præcipuos Parisiorum & Galliæ Tutelares adoptatus, sepultus in S. Vincentii quod ipse dedicaverat Cænobio, postea à se cognominato, cui Rex ipse Chilpericus Epitaphium posuit, cujus initium est;

Ecclesia speculum, patriæ vigor araræorum,

Et Pater, & Medicus, Pastor amor-que gregis.

Germanus virtute, fide, corde, ore, beatus, &c.

Ex Fortunato Episc. Baronio, Iepes, Aymoino, Breulio, Annal. nostr. Benedict. tom. i. Sacro-Sanct. Ordinis. & div. rer. Gall. script. &c.

In Monasterio Gellonensi, Beati Guillelmi Monachi, qui illustrissimis natus parentibus, Theodoricum Comitem patrem habuit, Aldanam matrem & liberalibus institutus disciplinis, aulam Caroli Magni sequutus, Regi & proceribus acceptus fuit. Inde bello contra Sarracenos Gallico Archistrategus sive belli Imperator supremus declaratus, pariter Dux Aquitaniæ præficitur. Rebus secundis, & dignis tanto Duce victoriis, tantum abest, ut ad libidinem sit abusus, ut etiam salutari fastidio, fortunam ad vota omnia facillimam contempserit, & in Gellonensi, quod condiderat, Cænobio, Monachum professus, sæculi delicias, insolenti rigore, opes amplissimas, extréma paupertate,

kk gloriam

Stupenda
prorsus pro-
digia.

Patriæ vigor

Patronus
Regni.

Epitaphium.

B. Guillelmi.

Aquitania
Dux.

Fit Monach.

Exercitia
ejus.

gloriam & pompas omnes, humillimo fervitii genere, stupentibus universis permittaverit. Fuit totas deinceps noctes Divinorum contemplationi, & orationis studio occupatissimus, centies die, centies nocte flectens genua, pro suis non solum, sed universorum delictis, Deum deprecari instantissimis precibus solitus. Coquine & pistrini, tantus olim Dux, deputatus officio, clibanum ardentem scapulari perurgans, in nullo laesus est; aliisq; gravissimis meritis & virtutibus conspicuus, lucidissimum demissionis & patientiae speculum sub A. C. 810. tyderibus Empyreis accenseri dignus fuit, & a morte non minus effulsit, in cujus transitu campanae circumquaque omnes, pulsante nemine, consonuere. Ex vita *Per R. S. Carolum Stengelium, Annal. nost. t. 1. Sacro-Sanct. Ordin. &c.*

Obiit 810.

S. Gode Ab-
bas.

In Normannia, depositio Sancti Godonis Abbatis. Godeo illustri admodum loco in territorio Virdunensi natus, nepos Sancti Wandregisili nostri fuit. Hic, cum pro nepote sedulo oraret, atque, ut a saeculi divitiis & honoribus emergeret apud Dominum instaret, subito, in quo orabat locus, fragrantissimo odore, & imensa claritate perfusus est, edocuitque Angelus Wandregisilum, Godoni nihil prius fore, quam ipsiusmet vestigia & sanctitatem consequi, quod mox factum est, & Godeo, ad condendum Fontanellae Cænobium sumptus subministrans, ibidem DEO seipsum devovit ac consecravit. Demum contemplationis ac solitudinis studio, permittente Wandregisilo, in locum Augiae secedens, vitae reliquum, in jejuniorum & orationis continuatione exegit. Quo dein loco Eva Comitissa implorata Godonis ope acuto morbo liberata, insigne Monasterium condidit. Ex monumentis *Fontanella, Vita S. Godonis, tom. 1. Sacro-Sanct. Ordin. Hugone Menolog. &c.*

Fit Solita-
rius.

S. Petrus
Abbas.

In Monasterio Casinensi Sancti Petri Abbatis. Hic, quam inivitus admisit, paulo post abdicavit Archisterii sanctissimi gubernationem, cum non nisi annum unum & quinque insuper menses praefuisset. Inde majoris otii, ac religiosa tranquillitatis appetens, Monasterium Sancti Angeli in Valle-lucis, suae senectutis domicilium elegit, cui & vivens, & vita functus miraculorum gloria & assiduitate, ampliorem lucem, & reverentiam comparavit. Ore ac vultu usque adeo fuit

ad religiosam pietatem ac modestiam composito, ut Henricus Caesar cum apud Casinum diversaretur, transeunti forte Petro assurgens, affirmavit, se neminem unquam in Claustris vidisse, aspectu magis venerabili & Angelicam speciem expressius referente. Claruit A. C. 1057. *Claruit A. C. Marcus Ant. Scipio, Leo Ostiensis Chron. Casin. Arnold. Duacen. tom. 1. Sacro-Sanct. Ordin. &c.*

Mira vultu
gratia.

Claruit A. C.
1057.

In Monasterio Zedelitzenensi passio plurimum ejusdem Cænobii Monachorum, qui ob Catholicæ fidei professionem ab Hussitis Martyrio affecti coronam immortalitatis promeruerunt, A. C. 1421. Paulus Langius, Ioan. Cochlaeus, Aub. Miræus, Henr. &c. *Annal. Germ. nost. & Ben. &c.*

Plurimi SS.
Mart.

In territorio Furnensi natalis Beati Petri Conversi Dunensis Cænobii, qui corpus severioribus subdens disciplinis, vigiliis, jejuniisque carnis blanditias & demonis fraudes repellebat. Potu aquæ, cum pane arido ab assumpto habitu, usque ad mortem usus est, omnibus aliis cibis absolute exclusis. Spiritu prophetico claruit, & multis aliis signis & virtutibus, clara, sancta demum morte ad immortalitatem beatissimam transiit. *Menologium Cist. Chryl. Henr. t. 1. SS. Ord. &c.*

B. Petrus.

Abstinentia
studia.

Pisis in Tuscia Sanctæ Vbaldecae Virginis. Vbaldeca in agro Pisano humilibus nata parentibus, vita tamen & meritis ipsa sublimis enituit. Quindecennis Angelum Custodem intueri, cum ipso colloqui, & ab eodem instrui, & ad Cænobium deduci meruit. In quo non multo post omnibus exemplo & admiratione fuit, Orationis studio addictissima, corpusculum duriter habuit, & vigiliis atque jejuniis diu multumque afflixit. Lapide è sublimi in caput ejus delapso, graviter vulnerata, vulnus curari noluit, sed ad extremum usque vitæ, quam ad annos 70. produxit, dolores patientissime pertulit. Ejus, dum viveret sanctitas miraculis aliquot declarata est: quæ inter, panis ab ea in furno relictus, minimè adustus, sed probe coctus repertus est; aqua item ab eadem crucis signo benedicta, in vinum generosissimum conversa est. Cum supremum decumberet, & ad ipsam Religiosus quidam inviseret, discessurus inde, secreto ministrantibus sororibus dixit: ut se ad illius transitum vocarent. Cui Vbaldeca ait: *quod non oportune venturus esset.* Nam statim post illius discessum migravit è vita 5. Cal. Junii A. C. 1206. etiam a morte miraculis illustrata cuius

S. Vbaldeca
Virgo.

Exercitia e-
jus.

Miracula.

Obiit 1206.

cujus Natalis hac die ab Ecclesia Pisana, de sedis Apostolicæ permissione celebratur. Ejus animam vidit loci ejusdem Abbatissa & soror quædam statim ad cælum inter multitudinem Angelorum deduci, exauditis juxta suaviter canentium vocibus: *veni sponsa Christi &c.* Vixit annos Septuaginta. *Ex Monim. Pisan. Philipp. Ferrar. t. 1. SS. Ord. &c.*

B. Elena
Virgo.

In Lusitaniâ Beatæ Elenæ Virginis, quæ ab ipsa infantia mira sanctitatis futura indicia dedit. Hæc erga Mellifluum Doctorem nostrum Bernardum tanto ferrebat affectu, ut quoties lacteum nome ejus audire sive effigem intueri contingeret, toties in ecstasim raperetur. Sacris proin Virginitibus, reformatissimæ familiæ

Ecstases.

QUARTO CAL. JUNII.

XXIX. Maij.

Festum Mi-
raculorum
Deiparæ.

Festum sive Commemoratio Miraculorum Matris Admirabilis, sive Miraculose Virginis BENEDICTÆ. Quo celebratur memoria insignium & innumerebilibus miraculorum, quibus Augustissima Cælorum Imperatrix, unica Ordinis amplissimi Tutelaris & Mater benedicta, honori suorum consuluit, & juxta illud suum: *in plenitudine Sanctorum detentio mea*, in diversissimis & plenissimis perfectorum Congregationibus nostris, Cluniacensi, Cisterciensi, Camaldulensi, Montis Virginis, Redemptionis captivorum, Sylvestrina, &c. gloriosissime effulgens, cum & in iisdem sese habitare, eodemque unice adamare, ac favore, rarissimis, & prodigiosissimis maternæ benevolentiae & pietatis, argumentis jugiter est contestata; quibus iterum miraculis, in diversis toto orbe provinciis, Cænobia nostra, Monserratense in Catalonia & Hispania, Cisterciense in Gallia, Montis Virginis in Italia, Camberonense in Belgica, Einsidlense in superiore Germania, aliaque in singulis Regnis non solum singula, sed plurima, mirifice exornat, & ad illa, velut liberalitatis suæ & gratiarum promptuaria, admirandis signis invitat, atque in numeris beneficiis quasi provocat orbem terrarum universum. Ex libro nostro de Cultoribus Deiparæ Virg. BENEDICTÆ, *Annal. nost. & t. 1. SS. Ord. Gerardo Belga, &c.*

Monasteria
similia.

S. Gaudentii
Archiep.

Gnesinæ in Polonia, Beati Gaudentii Archiepiscopi & Confessoris. Gaudentius natione Bohemus, Principe gente natus, contemptis fortunæ blanditiis illu-

nostræ Cisterciensis in Monasterio Celeni associata, mundi favoribus hilaris valedixit, & Regum Regis servitio totam sese emancipavit, & continuo cilicii usui, jejuniis assiduis, longis vigiliis, & acerbis ex quotidiana flagellatione vulneribus, carnem spiritui subicere satagens, multis præcedentibus signis, vitam cum morte, imo mortem cum vitâ feliciter permutavit. *Bernard. de Brito tom. 1. Chron. l. 6. Menolog. Cist. Chrysof. Henriquez, tom. 1. SS. Ordinis &c.*

Rigor vitæ.

In Monasterio Spanheim Ven. Craffttonis ejusdem loci Abbatis, conjugis quondam S. Clementiæ. *Trith. Chron. Spanheim. ad A. C. 1175.*

V. Crafftton.
Abb.

strior, Monachum in Breunövienfi Bohemiarum Monasterio professus est, ob singularem vitæ puritatem, & Apostolicum propagandæ fidei Zelum, a magno Bohemiorum, Vngarorum, & Polonorum Apostolo, Sanctissimo Adalberto nostro (cujus carne & professione frater erat,) comes eidem individuus adhæsit. Adalbertum autem relicto Archiepiscopatu Pragensi Romam contendente, & sponte exulante, & ipse consequutus, in Divi Alexii seu Bonifacii Cænobio, novo fervore cum eodem sacrum Regularis disciplinæ rigorem denuo amplexus, extractum post annos rursus aliquot Adalbertum, pari diligentia prosequutus strenuam eisdem in convertendis gentilibus operam navavit. Missus in Vngariam, Apostolici laboris fructum centuplum retulit, & Christi atque Ecclesiæ horreo aggregavit. In Poloniam denique accitus ab eodem Adalberto, Metropolita Gnestienis ordinatus dignissima vitæ sanctitate Cathedralam illam celeberrimam mirifice exornavit, & velut sol in meridie, illustrissimis Apostolicorum meritorum radiis, Regno amplissimo, imo Orbi universo illuxit; cujus, inter summos honores & tanti nominis celebritatem, profundissima animi demissio in primis celebratur. Claruit insignis Vngarorum Polonorum plurimumque gentium Apostolus A. Ch. 996. & 1000. & bonorum operum dives mortalitati valedicens immortalitatem induit, & æternum sui desiderium Polonis reliquit. *Ioan. Dubravius, & divers. rer. Polon. script. Trithemius, Arnold. Duac. An-*

Illustre genus

Individuus
Comes S.
Adalberti.

Vngarorum
Apostolus.

Metropolita
Polonia.

Clar. 996.

nales nostr. German. & Bened. tom. 1. SS. Ord. &c.

S. Cono Abbas.

Lerini depositio Sancti Cononis Abbatis, admirandæ sanctitatis & humilitatis viri. Cono, Chononus, nonnullis Bonus, eximius disciplinæ Monachicæ cultor ac propagator fuit, & ob insitas animi virtutes, atque præstantissimas dotes, sanctissimo illi atque celeberrimo Lirinensi Cænobio præfectus est. Is, quantus esset, ex magna ipsius Magni Ecclesiæ Doctoris Gregorii nostri propensione liquet, inter gravissimas orbis & Ecclesiæ universæ curas, Cononis Religione, perfectionis studio, & disciplinæ Regularis Zelo delectatus, dignissimum esse duxit, quem suis litteris familiariter compellaret, eumque laudans, ad utilitatis exemplum, prodesse pergeret, admoneret. Claruit sub A. C. 600. cujus vitæ gesta litteris consignata deperiisse, merito posteritati omni est deplorandum. Ex Vincent. Barrali, Chron. Lirin. Annal. Baron. t. 1. SS. Ord. &c.

Divo Gregorio familiaris.

Clar. 600.

S. Ioachim Abbas.

In Calabria Beati Ioachimi Prophetæ Abbatis Coratii. Ioannes cognomento Ioachimus Calaber, in oppido Cælico natus, Mauri Tabellionis & Gemmæ filius verè gemmeus, matris ab Angelo prænunciatus, qui magna charitate apparens, genitricem filii fore prædixit, qui sanctitatis opinione illustris futurus sit. Is Histensiensis postea Cænobii Monachus, proque vitæ dein meritis Abbas Coratii effectus, æterno & amplissimo cum merito, Monasterio & Congregationi Florenti in Calabria, nomen & initium dedit, & rigorem Monachicum mirificè promovit; & primævum Ordinis fervorem restituit. In vita multis miraculis refudit. Abstinentiæ dono in tantum præditus fuit, ut Monachus, annis multis, feriis quarta, sexta & Sabbatho, nihil prorsus gustaverit; Abbas autem factus per totam quadragesimam, Dominicis tantum diebus exceptis, panem tantum & aquam sumpserit. Spiritu præterea intellectus, qui prophetico propius accedit, adeo repletus est, ut à multis iisque doctissimis viris, verissimus sui temporis Propheta creditus sit; quod ex scriptis ejus perspicuè apparet, in quibus multa de septem temporibus Ecclesiæ, & de oneribus sexti temporis, quasi futurorum præsciis differuit, multas immiscens Prophetias ac vaticinia de futuris temporibus, quorum multa jam impleta esse videmus, reliqua autem suo tempore adimplenda superiunt. Græciam namque ob

Florentis Congregationis Institutor.

Miraculis claret.

Abstinencia.

Spiritus Propheticus.

perfidiam in Romanam Ecclesiam Turcis dandam, & Prædicatorum ac Minorum Ordinum Fundatores, Sanctos Dominicum scilicet Franciscum prope futuros, quinimo jam in januis Ecclesiæ esse prædixit, non ore tantum sed etiam pictura, ut videre est in templo S. Marci Venetiis, ubi eorum imagines ad vivum expressæ præfiguratæ sunt ab ipso, antequam ipsi à mundo agnoscerentur. In cujus etiam Ecclesiæ pavimento, parietibusque ac fornicibus, simulachra alia pleraque effigiata emblemate, vermiculatoque opere, futura portendentia, quæ indices exitus comprobant, fornari atque effingi. Victoriæ præterea de Turcis anno Christi 1571. partem gloriosissimè, quadringentis ferè ante annis prævidit & prænunciavit, ut ex libris ejus in Apocalypsin optimè intellexerunt, qui Triumphus Catholicæ Ecclesiæ fuerunt auctores. Composuit Tractatum contra Magistrum sententiarum, ab Ecclesia Romana reprobatum, cujus causa, imprudentius à nonnullis tanquam Hæreticus, meritis de Romana Ecclesia, & obsequentissimus ejusdem filius, pessimè traductus & proclamatus est, quorum offensus impudentia Honorius III. Pont. Max. Epistolam in ejus defensionem contra obtrectatores scribere dignatus, cujus similiter innocentia Innocentius III. consuluerat: confessus ipsum Ioachimum omnia sua scripta Apostolica sedis iudicio probanda, sive corrigenda subjecisse. Cæterum ipse à summis Pontificibus præcipue æstimatus, ad æternam Ecclesiæ Universæ utilitatem, strenue desudans omnemque suam operam devovens, jussu Lucy, Urbani, & Clementis Romanorum Pontificum, hoc nomine tertiorum: De Concordia veteris ac novi Testamenti, libros quinque conscripsit, in quibus de quinque sigillis agens, eximia & arcana Mysteria enodavit, ostenditque ita utriusque testamenti tempora concordare, ut nihil in veteri testamento actum sit, quod in novo Testamento non pariter geratur, aut gestum sit, aut futurum sit in novissimis diebus. Idem diversis libris Commentaria in sacram Scripturam edidit; & insigne volumen ad verbum Iudæorum perfidiam strenuè depugnans, de septem sigillis scripsit; & multa alia edidit; ac tandem meritis & miraculis illustrissimus anno Christi 1201. in loco quodam Monasterii Florentis, qui dicitur Canalis sancto fine decessit; cujus corpus postea ad Florentem Cænobium

Græcorum virtutem prænunciat.

Item SS. Dominicum & Franciscum.

Victoriam ad Napacliam prædicit.

Defenditur à summis Pontif.

Maximi fit à Rom. Pont.

Insigne meritum.

Iudæorum debellator.

Obiit 1201.

bium delatum, digno honore ibidem conditum est. Franciscus de Bivara, Antonius Florent. Vincentius Bellovac. Paschalinus Regiselmus, Aubert. Miraus, Henric. Montalbo, Arnoldus Duac. ex quo pleraque de promissimus, t. 1. SS. Ord. &c.

B. Gerardus Episc.

In agro Bressiano, depositio Sancti Gerardi Episcopi Matilconensis. Fuit Gerardus, sive Geraldus Episcopus Matilconensis XXVI. raroque exemplo tanti honoris fugiens, & paupertatem Christi generoso studio exambiens, Pontificali se dignitate sponte abdicavit, conditoque Brovienti, in agro Bressiano, Monasterio, ibidem vitæ reliquum, in rerum divinarum contemplatione transegit. Claruit A. C. 910. Cænobium autem illud multo post à Sabaudia Ducibus Eremitis S. Augustini concessum est. Severtus, Menard, Claud. Rob. Ioan. Chenu. t. 1. SS. Ordinis. &c.

Claruit 910.

B. Nicolaus Abbas.

Villarii in Brabantia Beati Nicolai Abbatis. Qui honestate & bonitate conspicuus, patientia & charitate egregius enituit: cujus verba & facta erant mira discretione condita, ita ut per mores honestos, vultus corporis ordinatos, ab omnibus credebatur, quod Deus veraciter in

cordis ejus thalamo habitaret. Decessit A. C. 1240. insigni post mortem, & pleno laudum Epitaphio à suis honoratus. Fascic. SS. Cisterc. & Menol. Henric. t. 1. SS. Ord. Chron. Villar. &c.

Obiit 1240.

B. Ermentrudis Abb.

In Germaniâ B. Ermentrudis Abbatissæ in Deytkirchen. Hæc purissimæ Virginitatis thesauro, & reparatæ disciplinæ Monachicæ merito in primis effulsit. Mortura, cum Passionem Domini sibi prælegi imperasset, cum ventum esset ad locum: In manus tuas commendo spiritum meum; in supremâ hæc erumpens: O amantissime virorum, statimque agonizans, cum Christo; & in manus Christi spiritum emittit, & à morte B. Aczellinæ apparens gloriosa, se statim, ac corpus deposuit Sanctorum gloriam consequutam fuisse indicavit. Cas. Heisterb. Henr. t. 1. SS. Ord. &c.

Felicitissimus obitus.

Canonizatio S. Franciscæ Rom.

Romæ Canonizatio Sanctæ Franciscæ de Pontianis, vulgo Romanæ, à Paulo V. A. C. 1608. solemnissimo ritu inter Sanctos relatæ. De qua prolixè egimus, in die ejusdem Natali, qui locus requirendus Nona Martii, cum nonnulli hæc diè solemnius ejus memoriam recolant.

TERTIO CAL. JUNII.

XXX. Maij.

C.

S. Vrbicius Abbas.

Magduni in territorio Aurelianensi, Sancti Vrbicii Abbatis, discipuli & successoris Sancti Liphardi. Vixit Vrbicius vitam admirando rigore, quem pro insignibus meritis, maximi æstimatum, & præcipue adamatum, flos ille Abbatum sanctissimorum Sancti Liphardus noster solitudinis solatium, secum duxit, detinuit, & mutuo se uterque contuitu accendit atque inflammavit, quem & moturus ille successorem longè dignissimum discipulis commendavit. Carolus Sauff. Hist. Aurel. Eccles. tom. 1. Sacro-Sanct. Ord. &c.

Magni fit à S. Liphardo.

S. Gualterus Abbas.

Pontifacæ Sancti Gualteri Abbatis, magnæ sanctitatis viri. Gualterus natione Picardus, in finibus Ambianensium, pagus qui Anda dicitur ortus est. Puer litterarum studio ferventissimus, ineunte adolescentia doctissimos quosque Magistros inquisivit, cumque in virum ipse doctum evasisset, litterarum ludum aperuit; ex quo ob insignem eruditionem, fama & divitiis affluxit, & spectatissimus evasit. Sed his omnibus contemptis, ad Divina potius animi convertens; & periculum

Proficitur litteras.

virium faciens si fieri Monachus posset, cum aspero cilicio carnem subegisset, in Resbacensi demum Cænobio Monachum professus est. Vicit omnes Regularis vitæ & disciplinæ studio, sed charitate in primis, ex qua cum vinctum quendam, fame pene enectum clam fovisset, solvisset denique, & fractum viribus, sublatum in humeros in locum securum deportasset, vir misericordiæ, sine misericordia flagellis cædi, ab Abbate supra modum irato, iussus est. Percrebescente postea, per Galliam universam sanctitatis ejus fama, postulatus Pontifacæ Abbas, consentire demum coactus est. Cui cum lituum supremo tenens vertice Philippus Rex traderet, ipse manum supra manum Regiam injiciens: Non desubter manum tuam; inquit, sed desuper; non enim à te regimen Ecclesiæ accipio, sed à Deo. Fuit statura procerus, vultu decorus, aspectu Angelicus, actu compositus, blandum ac mansuetum se bonis exhibens, contumacibus formidolosum. Perpendens autem severum Dei Iudicium in Abbates, non de suis solum, sed alienis etiam peccatis rationem reddi-

Fit Monach.

Ob pietatem flagellatur.

Factum memorabile.

tuos., Cluniacum fugiens, aliquā diu la-
tuit proditus autē, ac reductus, non mul-
to post in solitudinem profugit; sed cum
multi ipsum ibidem etiam fama proden-
te quotidie inviserent, inde etiam se abri-
piens: *fruentem alloquio hominum*, dixit, nō
esse dignum colloquio Angelorum. Pro-
pe Turonem latitans, & illic proditus at-
que agnitus, largas piorum eleemosynas
in pauperes distribuit; semel libros, ali-
quando cucullum & tunicam erogavit.
Ibi demum à suis repertus, cum flentes ac
provoluti pedibus ejus, calamitates Cæ-
nobii quererentur, flexus rediit, inque
pristinum splendorem Monasterium res-
tituit. Romam profectus, a Sancto Grego-
rio Septimo, Abbatia onere ut absolvere-
tur impetrare non potuit, qui multos dies
ipsum detinens, sacris cum eo colloquiis
animum refecit, & sua studia accendit &
extimulavit. Zelo justitiæ inflammatus,
Philippum Galliarum Regem Simonia-
reum palā increpavit. Cum Episcopi non
parci coacto Parisiis Concilio sive Conci-
liabulo, concubinariis presbyteris patro-
cinari satagerent, Gualterus Gregorii VII
sumi Pont. partes egregie sustinuit, & in-
trepide universis unus Abbas obnixus,
hostis judicatus, & a Regiis satellitibus in
vincula coniectus: *ibat gaudens a conspectu
Concilio, quoniam dignus habitus est pro nomi-
ne IESU contumeliam pati.* Attamen inde
liberatus ad suum Monasterium rediit,
ubi vitam solito austeriorem egit. Lecti vi-
te, matta erat cilicio strata. Solis ferē fabis,
& frigida contentus, panem in pauperes
distribuit, suam in eisdem liberalitatem,
quantis posset artibus tegens; quos palam
a se amandare, consueverat. Sæpius Co-
quinarii munus ipse obiit, sæpius turnum
coquendis panibus, paravit curavitque, &
extrema quævis dilexit, & exambit. Fla-
gello ex loris durissimis corpus dirissi-
mè attrivit & edomuit, adeo attenuatus
fame atq; laboribus exhaustus, ut aliquan-
do ante os furni concidens à fratribus ad
cellam deportatus sit. Nihil magis, quam
singularis apparere devitabat: Vnde pi-
sces appositos, saliter tractare & cominue-
re solitus est, ut illis vesci crederetur. Obiit
A. C. 1095. ipsa Parasceveos 6. Idus Apri-
lis, cujus ramen hâc die festiva memoria
celebratur. Mortui corpus mirè resplen-
duit, candoreq; cigneo nituit; sepultū in
S. Martini Oratorio, ubi multa per ejus
merita miracula exhibentur. *Ex Monim.
Abb. S. Martini prope Pontisaram, Hug. Me-
nard. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Centulensi depositio S.
Madelgisi Monachi & Confess. Madel-
gisili sive Magdelgisilus, Hibernus, subli-
mi natus genere S. Furseum nostrum Ma-
gistrum habuit; quem & peregrinū Chri-
sti causa sequutus, in Germaniam est. Eo
mortuo, Centulensis Cænobii ob sancti-
tatē famā illectus, eo contendens, sancto
illi fratrum numero aggregari meruit: *in
quo, inquit vitæ scriptor, Sanctorum Cæno-
bitarū celo, tanquam novum sydus, omni vir-
tutum genere fulgere cepit, ita ut ceteris Regu-
laris facem praeferret.* Demum arctioris vite
& contemplationis studio, secretiorem
locum expetens, permittente Abbate, &
Angelo spectabili forma duce, accepit,
ubi productiore orationis studio, asperio-
ribus jejuniis, & frequentioribus vigiliis se
se exercuit, & carnem spiritui subdidit. Cū
a. aquæ difficultate laboraret, post suas ad
Deum preces; arido cespiti signum Cru-
cis imponens, prodigiosum fontem eli-
cuit, qui non solum bibentibus deinceps
jucundus fuit, sed multos etiam morbos
mirè curavit. Moriturus cū esset, vocatus
ab Angelo Abbas ejus cū Fratribus occur-
rit, quorum adventu adeo exhilaratus est,
ut omnem ægritudinē oblivioni dederit.
Verum paulo post mortuus, & in cellula
sua conditus, ob creberrima miraculorum
signa, exhumatus & ad suum Centulense
Cænobium translatus est, inter densissi-
mā ac vehementissimam ventorum vim,
cereis ad sacrum ejus feretrum inextin-
ctis. *Ex Vita, t. 1. SS. Ord. Hug. Menard. &c.*

Lucæ in Tuscia natalis Sancti Silai Epi-
scopi & Confessoris, admirandæ Virtutis
viri, & miraculorum gloria celeberrimi.
Silaius, Hibernus patria, nobili loco natus,
omnibus venditis & pretio in pauperes
erogato, cucullum amplexus, Sanctum
Brandanum magistrum meruit, cui & in
honore Abbatiali susceptus est. Neque
multo post urbis primariae Pontifex re-
nunciatus, & à Magno Gregorio nostro
in Vrbe Romana consecratus; in Hiber-
niam inde ad suam regendam Ecclesiam
revertit; ubi exemplum verbo con-
jungens, insigni miraculorum gloria illu-
strari dignus fuit. In Synodo Episcoporum
Hiberniæ, cum sacris operaretur Silaius,
hostiâq; de more in tres partes frangeret,
tertiam Angelus accepit, & ad ægrotan-
tem quandam Abbatissam detulit, quæ ea
sumpta illico mirè convaluit. Cum in iti-
nere ad Abbatem quandam divertisset,
isq; ligna viridia cum porco quasi in con-
temptum S. Episcopo misisset, ea tamen
ab ipso

S. Madelgi-
silus.Centula ca-
lum.Angelum
ducem habes

Miraculum

Felix mors
in presentia
Fratrum.S. Silaius
Episc.

Fit Abbas.

Episcopus.

Miracula.

Stupendum
miraculum.

ab ipso benedicta, nō secus ac si arida fuif-
sent arserunt; porcus vero coctus ac divi-
sus, ad Sancti viri benedictionem, in pisces
conversus est. Ferunt etiam illum fæmi-
neam Regis prolem in virilem orando
convertisse, cum, nisi id fieret, Rex ipsi
& Clero exitium minatus esset. Cum ad
fratrem intra Insulam visitandum perge-
ret, nec navicula, qua trajiceret adesset,
lapide ingenti benedicto super eo lacum
mirabiliter cum Clero trajecisse memo-
ratur. Cum autem Regulus quidam bo-
na Ecclesiæ suæ occupasset, opem à Rom.
Pont. imploraturus, in Italiam contendit,
& ex itinere, Lucam, ut sororem, quæ ibi
olim subsistens prædiviti viro nupserat in-
viferet, divertit, ubi, cum defunctum ac-
cepisset, pro ea sacrificium Deo obtulit,
ac iter Romam profectus, dum à Rom.
Pont. benignè exceptus, & multis privile-
giis ornatus in patriam regreditur; Lucæ
ubi rursum dies aliquot demoratus mul-
tos ægrotos prodigiosè curavit, in morbū
incidit, & paulo post mortuus, eodem, quo
soror, loco, in S. Iustinae templo conditus,
multis etiam deinceps miraculis claruit,
ob quæ multæ ad ejus tumulū oblationes
factæ sunt, donec affinis sancti, partem ea-
rum, pro hospitio ipsi exhibito postulaf-
set, ex quo tempore miraculis clarere de-
siit, & corpus diu ignotum ad usque A. C.
1180. absq; honore latuit; quo anno, de-
nuo repertum, & digniore loco conditū
rursum miraculis coruscare cepit, cujus
sacrum festū (licet hâc die defunctus sit,)
Dominica infra Octavam Ascensionis ce-
lebrare consuevit. *Ex monim. Lucens. & Cæ-
nobii S. Iustinae, Phil. Ferrar. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Tuscia Beati Jacobi Monachi Mo-
nasterii S. Galgani, crebris miraculis & ce-
lestibus revelationibus insignis, qui fre-
quenter Salvatorem nostrum, ejusq; Ge-
nitricē intueri meruit, eorumq; dulcissi-
ma præsentia perfrui. Is ipse, quanti dum
viveret etiamnum, cum ab hominibus, tū

Aliud aequè
stupendum.Tertium si-
militer.Romam per-
git.Moritur in
itinere.

Rarum quid.

Miracula.

B. Jacobus.

Festum Mi-
raculorum
S. P. N.De quantis
meritis.

à Numine fieret, vel ex eo satis liquet,
quod à Patribus quibusdam Ordinis Præ-
dicatorum exoratus, Ordinem eundem
Deo commendare, suisque eidem precibus
suffragari, à Deo ipso ad id ipsum electus,
rara insuper & mira benevolentia signifi-
catione, ab eodem, dictatas tres orationes
exceptit, quibus in SS. Missæ sacrificio ute-
retur. Quas ipsas postea orationes Do-
minus Papa approbavit, & ut in Missa di-
cerentur sua etiam auctoritate concessit;
ex quarum usū maximus deinceps fructus
consequutus est, vel ipso quidem Iacobo,
à Deipara edocto. Sacris aliquando dum
operaretur, inter Crucem & calicem ne-
bula apparuit. Cumq; ab oratione, quæ di-
citur, *Supplices te rogamus, &c.* caput ele-
vasset, in eadem nebula lumen in modum
candelæ ardentis, apparuit, ex qua nebula
& lumine vir Beatus manū exportigi con-
spexit, quæ in corporali expanso multa ad
correctionē generis humani describeret.
Quod ipsum nō semel, sed in quatuor Sa-
cificiis ipse aspexit. Fuit celebris admodū
ejus ob sanctitatem fama, propter, simpli-
cissimi cæteroquin ingenii vir, ad Curiam
Romanam frequenter vocabatur. Decef-
sit gravibus meritorū manipulis locuples
post, A. C. 1222. *Abrah. Bzovius, Ann. Eccl.
Humber. l. 1. de Vitis FF. Prædic. Barn. de Mon-
talbo, Henr. t. 1. SS. Ord. &c.*

Magus fit à
Numine.Ord. Prædic.
Patronus.Deipara fa-
miliaris.

Miranda res!

Clar. 1222.

SS. Lamber-
& BerlerusTranslatio
SS. Abb. 9.

PRIDIE CAL. JUNII.

XXXI. MAIJ.

Festum Miraculorum, sanctissimi &
Admirabilis Patris nostri BENEDICTI:
sive Commemoratio, insignium, atque
innumerabilium miraculorum, quibus
sanctissimū Patriarcham nostrum Deus
Opt. Max. universo commendavit; & ipse
S. P. N. innumeros debiles, eosque inter
Romanæ Urbis & Orbis Pontifices, & Cæ-
sares aliquot, Episcopos & Principes plu-
rimos, surdos item, mutos, cæcos mancos,

D.
captivos, oppressos, desperatos, energe-
menos, mortuos, prodigiosissimè juvit, in-
columitati, & vitæ restituit, Hæreticos
confudit, ethnicos convertit, innumeros
cælo asseruit, totos impiorum exercitus
fudit, classes demersit, Regna & provin-
cias cū earum Regibus, diversissimis tem-
poribus, & occasionibus sæpissimè defen-
dit, & ab interitu prodigiosissimè eripuit,
atq; Ecclesiā universam mirificè illustra-
vit.

Ingens mira-
culorum vis.Ornamentū
Ecclesiæ.

stravit. *Ex tomo nostro de Vita S.P.N. Annal. nos. Bened. t. i. Constantia Benedicta, t. i. SS. Ord. &c. Adrebaldo, Leone Ostiense, Iepesio, Marco Ant. Scipione, &c.*

S. Paulus Abb. & soc. Mart.

In territorio Lemovicensi passio Sanctorum Martyrum Pauli Abbatis & sociorum. Paulus Castaliensis Cænobii Abbas, invadentibus Galliam Normannis, in Cænobio suo cum omni sacro Fratrum collegio depræhensus crudelissimè trucidatus, eos, quos novo Religionis partu Christo pepererat, iterato, & digno regenerationis genere peperit, & in sanguine suo consecratos Christo præsentavit. Evertere ad cumulum sceleris Cænobium barbari, sed, quod Deus tam illustri pugilum suorum certamine nobilitatum, paulo post illustrius reddiderit, excitato, S. Gaufridi Abbatis animo, qui & præclare illud restituit, & dignam tam sancto loco Monachorum coloniam induxit. Sed &, ne Paulus Abbas muneri suo, etiam mortuus deesse videretur, Gaufridum inde digredi parantem, ac Palæstinam profecturum retinuit, ac ex parte Dei inhibuit, apprensens spectabili forma & dignitate Gaufrido, imperansque, ne locum & Fratres desereret, sed ibi Dominum expectaret. *Bern. Guido, Hugo Menard. t. i. SS. Ord. &c.*

S. Paulus etiam à morte Monasterium curat.

S. Gislemar, Episc.

In Dania Beati Gislehari, egregia vitæ perfectione absolutissimi Monachi, Regni ejusdem gloriosissimi Apostoli, qui cum Magno illo Septentrionis Apostolo, Sancto Ansgario immensis perfunctus laboribus in profligando impio dæmonum cultu, & stultissimis superstitionibus tollendis, multam Romanæ Ecclesiæ operam navavit, humanitatis, proscripta barbarie, nec non eruditionis & litterarum studia, invexit, & Ansgario ad Sueones profecto, totius Daniæ curam accepit, & eam strenuè perfunctus, innumeris meritum manipulis locuples ad præmia felicissimæ æternitatis emigravit. Claruit A. C. 840. à S. Remberto nostro: *vir Zelo Dei plenus, & bonis operibus cumulatissimus*, appellatus. *Ex monim, Monast. Corbei. Vita S. Ansharii, Hugone. t. i. SS. Ord. &c.*

Dania Apostolus.

Clar. 840.

B. Robertus Abb.

In Monasterio Clarevallensi Beati Roberti secundi ejus loci Abbatis, eximie sanctitatis viri. Robertus, patria & familia de Dunis quo ex genere, multi cum pace tum armis illustres admodum Aurei-Velleris equites prodiere; gloriæ & fortunæ omnis contemptor fuit, ut Christo plenè emanciparetur. Mellissimum Doctorem Magistrum nactus, tanti ob virtutem ab ipso factus est, ut post Beatum

Genus illustre.

Fulconem Cluniacensis vetustioris reformationis Monachum & Dunensis Cænobii Abbatem, primus ipse, juxta recentiorem Cisterciensium reformationem ejusdem Cænobii Abbas constitueretur. Tanta in ipso enituit humilitas, ut etiam cum Abbas esset, & eruditionis laude præstantissimus, omnium tamen minimus appareret, eam tamen vultus & exempli ejus gratia ut multi ab innata mentis cæcitate ejus contuitu illuminarentur. Fuit Principibus viris maximè venerandus, adeo ut certatim amicitiam ejus exambirent, Cænobium liberalissimè dotarent, & eximerent, atque felicissimos se crederent, si ejus orationes & benedictionem meruissent. Clarevallensibus postea præesse coactus, multum reluctans onus suscepit, cum Abbates juxta atque Episcopi ejus pedibus provolverentur, moriturusque Divus Bernardus, successorem deligi monuisset. Præfuit annis tribus cum dimidio decessitque A. C. 1158. cum, si Domino placuisset, corporeis vinculis exsolvi ferventissimè exorasset. *Barn. de Montalbo, Henriq. Monim. Clarevall. & Dunens. t. i. SS. Ord. &c.*

Fit Abbas.

Gratia morum, &c.

Principibus charus.

Honoris sui.

Ob. 1158.

S. Hubertus Abb.

B. Hermannus Abbas.

In Picardia Sancti Huberti Abbatis. De quo hac die Menardus.

In Monasterio Hemmenrodensi depositio Beati Hermannus Abbatis. Is nobili natus genere, & litteris instructissimus, ex Canonico Bohnensi Hemmenrodensis Monachus, contemplationis sublimi studio, maximus evasit, ex quo tantus rerum omnium terrenarum contemptus, in ipso natus est, ut si totus terrarum orbis ipsi oblatum esset, planè fuerit recusaturus. Fuit sanctitas ejus mirè læpius à DEO prodita, juxta quem celebrantem B. Henricus mirè decoris columbam inq; manibus puerum Iesum aspicere meruit. Prior postea Cænobii electus, gravissimis dæmonum tentationibus vexatos mirè liberavit; & quæ in Choro maximè perturbandis Monachis inferi spiritus molirentur, sæpissimè & distinctissimè vidit. Mirabili præcedente visione Heisterbacensis Abbas electus, cum fratrum 12. colonia per Rhenum navigaret, septem supra ipsos soles apparere, quibus 7. dona Spiritus designabantur. Nec multo post Hemmenrodensis Abbas effectus mirè ubique profuit, supra cuius caput frequenter columba pulcherrima apparuit. Demum Abbas loci Sancti MARIÆ electus, multis tribulationibus exagitatus, à B. Virgine liberatus est, iis qui vexaverant, morte

7. Soles supra ipsum.

Deipara charus.

morte luentibus. Claruit spiritu prophético, & æterno sui relicto desiderio mortalitatem exiit. *Cæsarius Heisterbac. Memol. & Fascic. SS. Cist. Henr. t. i. SS. Ord. &c.*

B. Fulco Abb.

Eodem die depositio B. Fulconis Abbatis Dunensis. Hic S. Ligerii nostri discipulus, dæmones visibili forma conatibus ejus se opposcentes constantia triumphavit, & Ligerio succedens, Cistercium nostrorum reformatione efflorescente, abdicato Abbatis onere, eidem se subdidit, & in Claravalle sanctissimè obiit. *Adrian. Butzius, Iperius, Miræus, Raiffé, to. i. SS. &c.*

B. Guillelmus Conversus.

In Germania Beati Guillelmi Conversi Heisterbacensis. Hic multis charismatibus, & dono imprimis lachrymarum effulsit. Nam sicut ipse moriens Abbati suo confessus est, tribus quotidie vicibus, lachrymarum imbre defluxit: *Primo, ex memoria peccatorum suorum. Secundo, ex consideratione Dominice passionis. Tertio, ex desiderio patriæ celestis. Quidquid enim, inquit Beatus Cæsarius, cogitare noverat vel poterat de Christi tormentis, mente percurrerat: de quo tantam sensit dulcedinem, ac si favum mellis in ore servaret. Ex Cæl. cit. in libro Homil. Memol. Cist. Chrysof. Henriq. to. i. SS. Ord. &c.*

Donum lachrymarum.

S. Chinesdrida Regis filia

In Anglia Sanctæ Kinesdridæ Virginis & Abbatissæ. Kinesdrida, Pendæ, potentissimi & bellicosissimi Merciorum Regis

filia, ad Christi fidem cum patre, & Ethelredo Rege fratre conversa, tota paulo post in amorem Numinis felicissimè exarsit, ac proin perituri Regni sceptrum fragilia contemnens, ad æterna illa æterni Regis aspirans palatia, aulæ ac deliciis valedixit, mutata cucullo purpura, in Sabrinensi sine Dormundcastrensi Cænobio, Christo Virginum Sponsa sese emancupavit. Vbi mira vitæ sanctitate enituit, & sævissimum bellum tenerrimo corpusculo indixit. Ejus, alia inter, raræ felicitatis, solatium singulare illud fuit: tres nimirum sorores, Kineburgam Evam & Eadburgam, ejusdem Instituti socias, exemplum juxta præcipuæ sanctitatis sibi factas, habere meruisse; quorum illa studiis accensa, quæque alterius cohortationibus subnixæ, mirum in quantam perfectionis sublimitatem sese omnes iustulerint. Superstes videtur fuisse sororis Kinesdrida A. C. 705. Chorograph. Britannii, Matth. Westmonast. Arnold. Duac. t. i. SS. Ord. & Annal. nost.

Fit Moniali

Rara felicitas.

Clar. 705.

Canonizatio S. Bennonis.

Romæ Canonizatio Sancti Bennonis Milnensis Episcopi & Confessoris facta, A. C. 1523. ab Adriano Papa VI. ad instantiam Georgii Ducis Saxonie, cujus Canonizationis bulla asservatur etiamnum in Ecclesia S. MARIÆ de Anima. *Arn. Menard. t. i. SS. Ord. & Annales nostri Germanie, &c.*

MENOLOGII BENEDICTINI, LIBER SEXTVS. MENSIS JUNIUS, CALENDIS IVNII.

I. Junij.

E.

S. Simeon.

Reveris Sancti Simeonis Monachi, qui à Benedicto Papa IX. in numerum Sanctorum relatus est. Simeon Syracusis in Sicilia natus, nobilissimo genere parentes habuit. Septennis à patre ad sacrum bellum pergente, in Orientem deductus, celeberrimis Magistris Constantinopoli commendatus est, quibus operam diligentissimam navavit, & ut litteris sic pietate profecit. Inde Hierosolymam ad sacra vifenda loca profectus, aliquamdiu substitit, & frequentissimè sacra Christi vestigia, oculis ac pedibus consequutus, miro in Numen optimum amore exarsit. Septennium postea deducendis peregrinis dedit, & pulcherrima in obsequii & Charitatis exhibitione, sese exercuit. Incluso dein alicui nostro, fama sanctitatis cognito,

aliquamdiu adhæsit, qui ipsi prophético spiritu eventura prædixit. Monachum postea in Montis Sinay Cænobio juxta Cluniacensium nostrorum Instituta professus, aliquot annos in servitio Fratrum perseverans, permittente demum Abbate, haud procul à Monasterio, sese cellulae cuidam includens, totum contemplationis studio addixit, & solo contentus pane & frigida, vitam toleravit. A dæmone graviter tentatus, fragilitatem suam, etiam post Victoriæ habens suspectam, ad Cænobium rediit, & quas perpeffus fuisset insidias, Abbati detexit. Fuit autem eximie tantæ abstinentiæ ut per hebdomades aliquot, non nisi diebus Dominicis cibum sumeret. Pensionem postea Cænobio promissam à Richardo

Fit Monachus.

Inclusus.

Abstinentia.

Nor.

Nobilitate

Eruditio.

Pietas.

Charitas.

Venit in Occidentem.

Inclusorum institutum.

S. Eneceus Abbas.

Celebris fama.

Euge honoris.

Regibus acceptus.

Liberalitas mira.

Miracula.

Normanniæ Duce recepturus in Occidentem missus, variis, ut prædixerat periculis defunctus est, eoque demum, quo debebat delatus, defunctum Principem intellexit. Popponem autem Treverensem Archiepiscopum in Palestinâ profecturum sequutus, cum Principi optimo perspectissima Simeonis probitas fieret, inde Treverim reductus est. Vbi impetrata licentia, Inclusorum nostrorum rigore amplexus, præsentem Clero populoque eodem Episcopo, ritu solenni, cellulæ perexiguæ, velut sepulchro mortuº reclusus est. Fuit patientiæ admirabilis speculum lucidissimum, alter vetustissimi egi Iob, nostri Antonius. Vitam exegit, in iugi corporis maceratione & martyrio perpetuo, solòq; spiritu liber, plurimis annis Cellulæ velut carceri inclusus cū sui corporis resolutione multo ante prædixisset mortuus est A. C. 1035. & quod tantis coruscaret miraculis à Benedicte IX. Pont. Maxim. in Sanctorum numerum relatus. *Ex Vita per Eneruvinum, Abb. Trithem. Annal. nost. Germ. & Bened. t. i. SS. Ord. & c.*

In Hispania depositio S. Enecei Abbatis, miraculorum gloria illustrissimi. Eneceus, Innigo, Obeco, sive Ignatius (tot enim nominibus, sive unius nominis tam variâ pronuntiatione appellatur vir sanctissimus,) patria Arragonensis, Monachum, primum in Monasterio S. Ioannis de Penna professus est. Cum autem, ob admirabilem vitæ sanctimoniam haberetur celeberrimus, ad Onienfis (S. Salvatoris de Onna,) Cænobii regimen expetitus, adeo obnixus est, ut nullus precibus vince retur. Fuit a. tanta omnium de ipso opinio, ut ipse etiam Rex Sancius Major, ad virum Dei contenderet, & vix deniq; , longa obtestatione, ut munus à Deo oblatum acceptaret, persuaderet. Dexterrimo fuit ingenio, & cum in re domestica curanda, tum propaganda maximè Regulari disciplina longe felicissimus, à Regibus diversis summo in pretio habitus, qui Cænobium ejs liberalissimè dotando, certamen quasi pietatis instituerunt. *Aperuit autem Eneceus, inquit vitæ auctor, horrea sua pauperibus, Apothecas suas ad se venientibus patefecit; cui parum erat proximos alere, nisi etiam undique evocaret, quos pasceret atque vestiret. Quantos enim oppressos erexit? Quantos captivos redemit? Quantos intricatos are alieno liberavit? Vna scilicet negotiatione, & plangens debitorum extersit, & creditorum gaudia reparavit, & c.* Approbavit a. Enecei pietatem, admiranda & stupenda prorsus mi-

raculorum virtute amantissimum Numen, eo imprimis frequenti, imò continuo, quo inexhausta ut liberalitate, sic prodigiosa abundantia infinitam quasi mortalium multitudinem, juvit, fovit, pavit; ut merito illud Christi, vitæ scriptor citatus huc conferat: *Opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Sed & omne morborum genus curans, ipsis inferis metuendus, ex oblesorum corporibus dæmones potentissimè profligavit, ac spiritu insuper Prophetico enituit. Neque minoribus aut paucioribus prodigiis à morte refulsit; qua felicissime, A. Ch. 1075, in Angelorum præsentia visibili, & mirum inter lucis splendorem decessit, singularis patriæ suæ, civitatis Catalayd, Ognæ, & vicinorum Tutelaris adoptatus; cujus, rarissima sanè miraculorum & beneficiorum continuatione, certâ hucusque opem experti, nunquam satis virtutem & gratiam, ij populi deprædicant, adeo, ut plus quam ducentis, diversissimo tempore vicibus, in lumina terræ siccitate & sterilitate, prodigiosam & uberrimam ipsius meritis pluviam, ope ejus implorata, sese impetrasse fateantur; quem & in nimia imbrum inundatione, certum serenitatis reductorem exorant. Experti rursus, parentissimo sine nubibus celo A. C. 1609. populus frequentissimus, cū solemni supplicatione Aprili mense nimiam siccitatem supplices deprecarentur; adeo repente, spectantibus & stupentibus universis, condensato imbrum mole, aère, ut nemo satis miraretur, tam velox terræ calique remedium, omnisque aliis Hymnis & precibus, in solemnisimū *Te Deum* laudamus, universi erumperent. Sed & rarissima ejus, imo frequentissima, in redimendis prodigiosè captivis gratia celebratur. Relatus in numerum Sanctorum ab Alexandro Papa, solemni quotannis festo, religiosissimè colitur. Ex Ioanne Bapt. Demeto; Antonio de Yepes, aliisque Hispan. rer. script. tom. i. SS. Ord. & c.

Eodem die S. Theobaldi Monachi & Confessoris, Abbatis Wandagitiæ. Theobaldus, Provini (q; est insigne Trecafinæ Dioceseos oppidū,) nobilissimis parentibus, Arnulpho Comite, & Guilla natus, magnarum facultatū Dominus fuit. Sed occulto & laudabili furto, è sæculo se furripens, inq; Italiâ profugiens, rigidissimū & perfectissimū Camaldulensiu nostrorum amplexus Institutum, pauperimus deinceps, & humillimus vixit, multisque virtutibus

Innumeros pascit.

Obiit 1075.

Tutelaris adoptatus.

Perpetuas miraculorum

Pluvialis Sanctus.

Recens prodigium.

Captivorum Patronus.

S. Theobaldus Abb.

Genus nobile

Fit Abbas.

Insigne miraculum.

Obiit 1050.

S. Iovinus Abbas.

Abbatia ab ipso dicta.

S. Rudolphus Episcopus.

B. Conradus

S. Procopii Abbas.

tutibus ac miraculis claruit. Factus Wandagitiæ Abbas, multis eo confluentibus discipulis sanctissimè præfuit, eosque exemplo maximè suo mirè accendit, & promovit. Fratribus in itinere aliquando, & labore, & fame exhaustis, panem prodigiosè ministratum distribuit. Vinum haud dissimili miraculo, alio tempore copiosissimè impetravit: cum enim Dionysius Diaconus, præcedente nocte, totum vini vasculum evertisset, & vir sanctus, Mediolanensibus ad se confluentibus, vinum propinari usque tertio iussisset; accedens tandem ad vas Dionysius, quod vacuum reliquerat, plenum reperit, vinoque, incautus cum accederet, cum impetu exiliente, totum perfusus gremium, obstupuit. Refecti autem plenè eo vino non solum peregrini sunt, sed & de reliquo per tres hebdomadas, Fratres sunt refocillati. Obiit vir sanctissimus A. C. 1050. sepultus in eodem suo Monasterio S. MARIE de Vangadicia prope Vincentiam, cujus sacrum corpus in magna habetur veneratione, diesque festus ingenti populi concursu solemnissimè celebratur. *August. Florent. Petrus in Catal. Phil. Ferrar. & c.*

Pictavius Sancti Iovini Abbatis. Fuit hic, frater Sancti Maxentii, claruitque temporibus Clodovei Galliarum Regis, filiorumque ejus Childeberti, Clotharii, Theodorici, & Clodomiri. Extat æternum; celeberrimæ ipsius sanctitatis monumentum, per insignis Abbatia, ejus honori dedicata, in Diocesi Pictaviensi, vulgo *Saint-Iovin* appellata, alias *S. Iovyn des Marnes*. *Hugo Menard. Claud. Rob. rer. Gall. Script. t. i. SS. Ord. & c.*

Eodem die Sancti Rudolphi Eugubini Episcopi & Confess. De quo nos alibi. In Germania, Monasterio B. MARIE Virginis de Egena Beati Conradi Monachi. Fuit Conradus, generis nobilitate, & eruditionis laude conspicuus, moribus quoque & vitæ sanctitate celebrer. A charitate imprimis erga proximum comen-

datissimus, languidis maximè compassus, & miraculorum gloria illustrissimus, ita ut cæcos illuminaret, surdis auditū, claudis gressum redderet varios morbos prodigiosè curaret, & dæmones ex energumenis potenter eiceret. *Viros eruditos, ait Seguinus, amavit plurimum, pauperes juvit, afflictos verbo & consolatione erexit, discordes ad pacem reduxit, errantibus viam rectitudinis ostendit. Tandem, tot virtus enituit virtutibus, ut etiam post mortem ad ejus sepulchrum Dominus, innumera quotidie fieri per eum miracula voluerit.* Sic & Missale antiquum, *multa miraculorum gloria continue fuisse, attestatur. Robertus Rusca, Philipp. Seguin. Cratopol. Henriq. & c. tom. i. SS.*

Cistercii in Gallia Beati Petri discipuli Sancti Roberti pietate & doctrina insignis, qui Christianæ perfectionis studio incensus vitam Cænobiticam sanctè coluit, & multos sæculares exemplo suo ad idem faciendum provocavit. Claruit A. C. 1119. Monim. Cisterc. Phil. Seguinus, Menolog. Cist. Chrysof. Henriq. t. i. SS.

Rigæ in Livoniâ depositio Beati Alberti Episcopi. Hic sanctissimum Cisterciensium nostrorum Institutum in ipsa juventute amplexus, pleno passu in virtutum stadio progressus, ad Pontificalis postea muneris sublimitatem evehi meruit, & ad labores Apostolicos destinari. Quippe ab Archiepiscopo suo consecratus Pontifex, & ad propagandum Evangelium in Livoniam missus, in agri Domini cultura strenuè desudavit, & spiritu Dei plenus multos infideles ad Christum convertit, aliaque inter merita Gladiferorum Ordinem plurimum juvit, accendit atque promovit, felicissimo demum sine in laborum dignissimo consummatus, ad præmia æternitatis beatum spiritum tramisit. Claruit sub A. C. 1200. *Philip. Seguin. Cranzius, t. i. SS. Ord. Chrysof. Henriq. 1200.*

Arvernus S. Medulphi Monachi, magnæ sanctitatis viri, qui celestium contemplationi insistens, in beata confessione vitam finivit. *Mart. Gall. Caroli Sauff.*

QUARTO NONAS JUNII.

II. Junij.

In Bohemia memoria toleminis Canonizationis Sancti Procopii Abbatis & Confessoris. Facta est celebris illa Canonizatio anno Ch. 1204. ab Innocentio III. Pont. Max. ad quem sui Cænobii Præpositum, eidem apparens Sanctus Procopius ipse destinarat. Egit multo tempore Romæ Præpositus, nec quidquam effe-

cit, consumptisq; , exhausto loculo, pecuniis, tristis admodum patriam versus iter suscepit. Non distulit autem diutius, quin causam deinceps suâ ipse ageret Divus Procopius, ususq; indignanti similis per noctem Innocentio, acriter exprobrans: quod segnius honori suo studens, preces Sacerdotis sui ita repulisset, ut aspectum

Miracula.

Perpetuas prodigiorum.

B. Petrus.

Clar. 1119.

B. Albertus Episcopus.

Vir Apostolicus.

Claret A. C. 1200.

F.

Apparet Pont. Max. Procopius.

aspectum hominum ultra non ferens, exhaustis oculis, Vrbe excedere cogeretur; adjecitque: nisi hominem, via Divi Laurentii suburbani gradientem revocaret, tum vero se illum (cum dicto pedum seu baculum Abbatialem in sublime tollens, ac vibrans,) perfolsum. Revocavit illico Legatum Pontifex, & facile jam petitis annuens, Procopium, solemnium pompa 4. Nonas Junii Sanctorum albo adscriptis; Guidonem in super S. R. E. Tituli Sanctæ MARIÆ trans Tyberim Cardinalem, ad elevandum Sanctissimi Abbatis corpus in Boëmiam delegavit, in cujus tunc oculis, desperatissimi morbi curati sunt; cæci illurinati, surdi, muti, energumeni, aliiq; graviter afflicti prodigiosissime liberati, cælesti odoris fragrantia, è sacro tumulo prorumpente. Claruit & aliis, ut in vita, sic à morte miraculis Procopius, quæ inter celebrius illud: cum Palatinum quemdam scelere æmulorum de fortunis ac vita periclitantem mirè eripuit, quippe profugus, cum hostes se insequentes eminus intueretur, Procopii que opem imploraret (stupenda res!) Sazava fluvius, qui fugienti obstabat, æstivos inter Augusti mensis calores, glacie repente riguit atque coaluit, quem, cum equum post tergum trahens, Palatinus absque periculo superaret, solis hostibus insuperabilis fluvius, soluta illico post equum glacie, hostes rapacitate vorticum, multitudine aquarum, & miraculi maxime insolentia terruit, & à persequendo desistere coëgit. Ex Annalibus Germ. nostræ, Chronicis Boëmiæ, Nicolao Salio, & tom. I. SS. Ord. &c. De Procopio agimus alias, die Natali ipsius.

Canonizatur S. Abbas.

Miracula in oculis Legati Pontificii.

Stupenda res!

SS. Martyres plurimi.

Indulgentia.

S. Ratruda V. Reg.

dorum in Italia Regis filia, opibus pollens, ætate florens, fortuna præstans, forma elegans, postquam intellexit, patrem Regem, omnibus perituris rebus sponte relictis, Monachum in Casinensi Cænobio induisse, neque cuiquam nubere, neque in patria subsistere voluit. Verum patrem, matremque Casinum consequuta, quidquid secum contulerat facultatum, partim in egenos erogavit, partim Ecclesiis distribuit. Permittente autem Sancto Petronace Casinensis Archisterii sanctissimi Abbate, Monasterium Virginum Plumbariolæ, haud procul Casino dissitum, una cum matre Regina, propriis sumptibus construxit; ubi sub Regulari disciplina degens, in sancto proposito vitam finivit; eo, alic inter, etiam in terris beata: parentem utrumque; ut regia dignitate, sic postea sanctitate, & Monachica perfectione, præstantissimos habuisse, & vero maxime tam feliciter fuisse imitam. De anno obitus, etsi non ita constet, certum tamen A. C. 750. summa omnium cum admiratione, purpuram cucullo permutasse. *Leo Ostiensis, M. Ant. Scipio, Annal. nostr. Bened. & t. I. SS. Ord. Arn. Duac. &c.*

Ejus Conversio.

Plumbariola Monasterium restituit.

Claret 750.

In Anglia depositio Sancti Odonis Abbatis. Odo, natione Anglus, professione Monachus, in præstantissimo illo & Cathedrali Cantuariensi Monasterio, velut gemma exsplenduit. Pro insignibus autem vitæ meritis ejusdem Prior renunciatus, uti dignitate aliis præstitit, sic humilitate omnique virtutum genere cultissimus apparuit. Denique ad Bellenfis Cænobii regimen evocatus, cum aliquamdiu loco utilissime præfuisset, relictis pulcherrimi ingenii monumentis, bonorum operum copia locuples in cælum emigravit, & inter Divos referri promeruit. Inter scripta autem ejus Commentarii in Pentateuchum, in libros Regum, in Psalterium, &c. præcipue commendantur. Claruit A. C. 1178. *Ex diversis Angl. rer. script. Hugone Menardo, tom. I. Sanctior. Ord. &c.*

S. Odo Abb.

Prior Cantuarie.

Abbas.

In territorio Laudunensi depositio S. Algisi Presbyteri & Confessoris. Fuit Algisus Hybernus natione, professione Monachus, regio ortus genere, & ut nonnulli volunt, Sanctorum Fursei & Foillani frater germanus; quibuscum orationis gratia ad limina Apostolorum Romæ invisens, inde, cælitus admonitus in Galliam se contulit. Substitere apud Corbeiam primum, dehinc propagandæ fidei Zelo, divisim inter sese provinciis, in diversas demigra-

S. Algisus Apostol.

Miracula. migrarunt. Adalgiso Laudunum cum confinibus obtigit, ubi monente Angelo cellam struxit, & ex arida fontem prodigiose elicuit, cujus aquæ diversissimis postea morborum generibus medebantur. Fuit Adalgisus populorum inter Isaram & Helpram Apostolus, quos profligata Idololatria ad fidem Christi, & gremium Sanctæ Mariæ Ecclesiæ perduxit, & æternis demum cumulatæ meritis ad præmia æternitatis concessit. Claruit A. C. 650 *Ex Monim. Lovan. Hist. S. Eloquent. Ioan. Molano in Natal. SS. Belgii. Annal. nostr. Bened. tom. I. SS. Ord. &c.*

Apostolus Isara. &c.

Clar. 650.

B. Ioannes Novitius.

V. Ludovic. de Estrada.

Rector Collegii sacri Complutensis.

De Societate Jesu meret. r

Elogia longe dignissima.

dis, vigilantiam & sollicitudinem in exequendis? Quis præter DEVM enumerare posset, quot ille animas ex vitiorum cæno, & ex ipsis inferni portis revocarit? Quæ vitia, ex tot civitatibus ac provinciis, re & nomine Apostolicus prædicator eradicit? Quot perditorum hominum animas sacris suis concionibus, ac sanctissimæ vitæ exemplis, ad æternæ salutis iter reduxit? Quæ quidem tantâ virtutum fragrantia ac rerum Divinarum lucè, undique refulgente; quid mirum, si invictissimi Regis Philippi, ac tot virorum Principum animos voluntatesque adeo sibi devinctas haberet, ut quidquam majoris momenti, eo non annuente, peragere irreligiosum esse putarent &c. Ita citatus. Inter alios autem Principes, qui Ludovicum familiariter exambirent, suaque ad ipsum omnia referret, fuit etiam Ioannes ab Austria, celebratissimus ille bello & Victoris Archistrategus, qui Cænobium Hortense sapissime adiit, ea unica de causa, ut Ludovicum suum intueretur, cujus sanctissimi alloqui jucunditate, ita afficiebatur, quasi cum Angelo DEI conferret. Nam cum illo de maximi ponderis negotiis agebat, eumque consulens, nihil illo inconsulto suscipiebat, res suas & proposita viro DEI commedans. *Nec dubium, ait vitæ auctor, quin ea de causa tantis victoriis potiretur, & de inimicis tanta trophaea erigeret.* Dum enim hic gladium hostium cruore imbueret; ille ut alter Moyses in cellæ suæ angulo puras ad cælum levabat manus, DEVM rogans ut populo suo faveret, eosque qui nomen suum extinguere conabantur confunderet. Quod invictissimum Principem non latuit, idèoque non tam sibi, quam DEO & huius sancti senis precibus fesus in bella ruebat. Fuit prodigè, ut prodigiosè in pauperes liberalis, eo maxime tempore, quo gravi & longa fame Hispaniarum Regna premebantur, tanto pauperum ad Ludovicum Mæcenatem suum concursu ut justus exercitus speciem præberent, neque aream solum Cænobio proximam, sed valles collesque vicinos, structis sibi casulis, implerent; quibus ille omnibus alimenta ministravit, quin & nive impeditis cum pedem casulis efferre nequirent, egressus ipse cum fratribus cibos afferebat. Spectator aliquando stupendæ liberalitatis potentissimus Princeps Mediæ Dux esse meruit, cum innumerabilis penè pauperum multitudo confluxisset, & vix ducentos panes Sanctus Abbas in Monaste-

Regis & Principum studia.

Ioan. ab Austria.

Victoria precibus Ludovici.

Alter Moyses

Liberalitas prodigiosa.

Stupenda res! rio haberet, nihilominus tamen singulis singulos daret, & pari prodigio, alios etiā cibos in tantam multitudinem distribueret: quo miraculo obstupefactus Dux, inquit vitæ auctor: *Ego sane, ait, in me recipere non auderem, omnibus his de victu providere, nisi statum meum oppignorare vellem: & non videor mihi satisfacere posse, tum quia tanti sunt, tum quia ubique maxima panis & necessariorum penuria, &c.* Fuit orationis studio addictissimus, in quam dum ferventius incumberet, sæpius Divino splendore &

Angelorum presentia.

TERTIO NONAS JUNII.

III. Junij.

S. Isaac Martyr. **C**orduba Beati Isaac Monachi, qui cum esset annorum viginti septem, gladio profide Christi necatus est. Isaac Cordubam patriam, parentes & generis nobilitate & opibus præstantes habuit. Cujus insigne & rarum illud fortunæ sanctitatis argumentum fuit, cum ante quam nasceretur, tribus una die diversis vicibus, loqui in utero auditus est. Sed & illud septuennis pueri rarius; cum supra caput ejus globus fulgidissimus & igneus cælo delaberetur, ac Isaaculus, inter omnem intuentium atque admirantium turbam solus visus est ulnas extendere, manibus suis lumen captare, totamque claritatem ori injectâ, prodigiosè imbiberet. Linguam Arabicâ apprimè calluit, & Exceptoris officio honoratus, non multo post salutari sæculi tactus fastidio, in Tabannensi nostro Cænobio Monachum professus est. Ibi triennium exigens, fervente persecutione Arabica, judicem ultro aggressus, ceu instrui in secta ejus cuperet, cum ille quamprimum in eximias Mahometi laudes erumperet, & promissa sequacibus ejus præmia exponeret: *mentitus est, inquit Isaac, ille demonio plenus, qui maledictionibus tabescat Divinis, &c.* Proin à Iudice alapa percussus, & in carcerem detrusus, Regis demum jussu capite truncatus, & in stipite elevatus, aliquot diebus urbi & civibus spectaculo fuit. Denique cum aliis Sanctorum Martyrum corporibus ignibus exustus est, cineribus in amnem projectis, quem aliquot è collegis deinceps Monachis, pari accensi desiderio subsequuti, Hispanias gloriosissima sanguinis sui purpura eximie exornarunt. Descripsit gloriosissimi Martyris agonem Sanctus Eulogius noster, quem narrat hâc die passum, a. 889. A. C. 851. *Vid. Ambr. Mo-*

S. Isaac Martyr.

Loquitur in utero.

Mira res!

Fit Monach.

Mira constantia.

Fit Martyr.

A. C. 851.

claritate circumdari, & Angelicis spiritibus cingi visus est. Decessit vir Apostolicus hâc die A. C. 1581. *Petrus Calzolarius, Ang. Manrig. Henrig. in Fascic. Carolus de Tappia, Annal. nost. Bened. &c.*

Obiit 1581.

In Monasterio Zwifaltensi depositio Venerabilis viri Vdalrici comitis de Zile, ejusdem loci Monachi, (filii amitæ S. Ernesti ejusdem loci Abbatis & Martyris,) qui rigorem Monasticum deliciis præferens, claruit sub A. C. 1130.

V. Vdalricus

G.

Presbyteri & Confessoris. Hic illustri apud Aurelianos editus familia, prudentia & legum civilium cognitione, tantam sibi apud omnes auctoritatem conciliavit, ut juvenis etiamnum, raro exemplo, caussarum Iudex constitueretur, sermonis dignitate, morum comitate, integritate vitæ, & in ferenda sententia æquitate, spectatissimus. Verum anno ætatis quadragesimo, Divino instinctu factus Clericus, paulo post Monachum in Magdunensi Cænobio, non tam veste sola quam moribus induit, & mira deinceps vitæ excelluit sanctitate. Vestis ipsi laccus & cilicium, cibus modicissimus fuit, nihil præter unicam panis hordeacei unciam, quæ manibus ipse suis laborabat; sola insuper frigida contentus. Ejus præclarum, alia inter, meritum fuit, quo patriam, terribili & pestifero dracone precibus fufis interempto, & vicinos omnes periculo ingenti liberavit. Mortis suæ præcius, delignato qui suis præfesset Beato Urbicio, confirmatisque lugentium filiorum animis, ardentibus inter preces & lachrymas felicissimè decelsit; temporibus Clodovæi Regis. *Ex vitâ, t. 3. Surii, Petro in Catal. Tritheimio, Arn. Duac. t. 1. SS. Ord. &c.*

Parisis Sanctæ Crotilde Regine Clodovæi Regis uxoris, cujus precibus vir ejus Christi fidem suscepit. Crotilda, Crotildis sive Clotilda Chilperici Burgundiæ Regis filia, Clodovæi Magni, potentissimi Galliarum Regis conjux serenissima, verè id affectuata, quod salvetur vir infidelis per mulierem fidelem, oratione, lachrymis, elemosynis, aliisque piis operibus & exhortationibus, summo Regni universi & Ecclesiæ

Presbyteri & Confessoris.

In territorio Aurelianensi, Sancti Liphardi S. Liphardi Abbas.

Eruditio rara.

Fit Monachus.

Draconem interficit.

S. Crotilde Regina.

Ecclesiæ

Regem convertit. adeoque & Regnum. clesiæ bono, mariti animum lucrata Galliarum populos è densissimis Idololatriæ tenebris ad verum Fidei lumen adductos, eterno sibi merito obligavit. Marito mortuo, mundi hujus illecebris valedicens, ut

Fit Monialis. Christum lucraretur, voluntariam in Monasterio Sancti Martini Turonicæ civitatis amplexa paupertatem, & sacro tecta velamine, sub Regulari disciplina ita vitæ suæ rationes instituit, ut & miraculorum gloria à Numine illustrari, & à morte Sanctorum albo adscribi meruerit. Obiit sub

Obiit 554. A. C. 554. merita felicissima illa tempora attingere, quibus Sanctissimi Mauri nostri adventu, Gallia mirificè effloruit, quo ipso flore, & ipsa adolescens, suprema senecta, Magni Patriarchæ nostri BENEDICTI filia renasci meruit, cujus ipsa tam admirabilis Patris amorem demereri quam maximè allaboravit, multaque lectissimo ejus discipulo Mauro Cænobia condidit, quam vicissim Maurus per suos ad summam vitæ perfectionem promovit. *Ex Annal. nost. Bened. t. 1. SS. Ord. Francisco Belforestio, Gregor. Turon. Iepes, &c.*

De Ordine merita.

S. Peregrinus Camalduli Sancti Peregrini Monachi, in cujus transitu Sancti Angeli laudes Deo canere, dum beatam ejus animam recipebant, auditi sunt. Fuit is Sacristanus sive Custos rerum sacrarum diligentissimus, eoquæ munere optimè usus, cum inde ad miram proficeret vitæ sanctitatem. Ipsum insigni quadam Visione dignatus est Dominus, quam tamen occultissimam semper habuit, neque cuiquam, nisi Beato Simoni Collegæ, cui se totum aperuit, revelare voluit. Sepultus est magno cum honore, & ob evidentia sanctitatis argumenta sacrum ejus corpus in arca supra majus altare collocatum est, coliturque à fidelibus, DEO per invocationem viri sancti multa beneficia elargiente. Decessit hâc die anno Christi 1288. *Ex monim. Gamald. & Cajetan. August. Florent. Histor. Camald. &c.*

S. Morandus In Monasterio Cluniacensi Sancti Morandi Monachi & Confessoris. Morandus, Germanus patria, nobilissimos in Rhenana provincia parentes habuit. Wormatiensi in Monasterio litteris institutus, Compostellam postea pergens, cū Cluniaco transiret à Sancto Hugone Abbate officiosissimè susceptus, Monachum se fore, si incolumis reverteretur pollicitus est. Reverlus, & quod promiserat exequutus, tantum eodem Magistro profecit, ut exemplo omnibus esset, & longè lateq; celebris haberetur. Postulatus ab

Fit Monach.

Arvernensibus, eo missus Cluniacensem Reformationem propagavit, & miraculorum gloria refulsit. Sancti Christophori postea Diocesis Basileensis Cænobium gubernare jussus, dæmonem spectabili & tetra forma infestiorum; signo crucis elisit, incendium signo eodem, stupentibus qui convolant accolis, illico confopivit atq; extinxit. Energumenos profligatis dæmonibus, multos liberavit. Principem Cænobii sui conditorem in rusticū quendam injurium, ut ab injuria desisteret, cū frustra exorasset, repentina ille paralyti scelus luit; quem exoratus vir Dei, postquam peccantem strenuè corripuisset, incolumitati restituit, & os sædè ad aures distortum, solo manus contactu composuit. Fuit ad demortui exequias ingens populi concursus, quem etiam deinceps insigni miraculorum gloria Deus honoravit, & tanto Tutelare beatum Cænobium, ab eo postea cognomen accepit. *Ex Bibliotheca Cluniac. MS. codice S. Trudperti, Hugone Menardo, t. 1. SS. Ord. &c.*

Præficitur Monasterio.

Miracula in vita.

à morte.

B. Liphardus Conversus.

Porcos pascit

Rarum mirum.

Tentatio ejus

Corrigitur.

L1 2

factus

factus deinceps multo diligentior, summa demissionis amulator, donec mortalitatis hujus cursu expleto, ad immortalitatis premia aeternum felix emigraret. *Casar. Heisterbac. Barn. de Montalbo, Chrysof. Henriquez. Robertus, Rusca, t. 1. SS. Ord. &c.*

B. Maria Peregrina.

In Monasterio Loryaniensi, in Portugallia, Beatae Mariae cognomento Peregrinae, quae in spiritu, magno quidem miraculo Syriam & omnia loca sancta visitavit, & post varia sanctitatis opera, flexis ante Venerabile Sacramentum genibus, oculis ac manibus ad caelum erectis, spiritum suavissimè efflavit; cujus in aeterna patria felicitatem, suavissimus odor, varia miracula, & multa alia signa comprobarunt. Fuit ingens ad sacras ejus exequias populi concursus, omnibus certatim pedes & cucullum ejusdem exosculantibus, & particulas vestium ejus, quas religiosissimè venerarentur diripientibus, quibus magnam miraculorum gratiam DEVS impertivit. *Bernardus de Brito, Menol. Chrysof. Henric. Angelus Manriq. Vasconcell. to. 1. SS. Ord. &c.*

Fanus ejus.

PRIDIE NONAS JUNII.

IV. Junij.

Festum promissionis sive gratiarum.

Festum, seu Commemoratio Promissionis Gratiarum à Deo Opt. Maxim. Ordini nostro, ejusque Institutori sanctissimo, Admirabili Patri & Patriarchae nostro factarum. De hac promissione ita praeter plurimos alios, liber vetustissimus MS. Sublacensis: Quodam tempore cum S. P. BENEDICTUS, in loco, qui forte post obitum ejus nuncupatus est per aliquod tempus S. MARIAE de Portiuncula, postea Sanct. MARIA Morrebotis, situs prope sacram specum, circa mille passus, unum ex Monasteriis à Divo BENEDICTO extractis, modo Sanctus Laurentius vocatum, oraret: Angelus Domini ei adfuit, sedens super quendam lapidem dicens: BENEDICTE, Deus ad te meminit, ut petas quidquid ab eo volueris, & exaudieris. Cui Sanctus respondit: Et quid amplius petam, cum tanta à DEO receperim? Quid ulterius petere praesumam? Tunc Angelus dixit: Quoniam nil amplius petere voluisti, Deus per me tibi dona quinque concessit, videlicet 1. Donum: Quod tuus Ordo, usque in mundi finem stabit. 2. Quod in mundi fine Sanctae Romanae Ecclesiae adstabit, & plerosque in Sancta fide roborabit. 3. Quod nullus morie-

Angeli apparitio.

Quinque dona.

Placentiae S. Bonizonis Episcopi & Martyris. Hic ex Abbate S. Savini Placentiae pro egregiis animi talentis Sutriensis creatus Episcopus, cum pro fidelitate Sanct. Petri Schismaticorum furori constantius obniteretur, variis jactatus procellis admirabili Zelo, patientia & charitate, gravissimas perpeffus injurias, exilia, carceres, tribulationes innumeras, tanquam Divinae gratiae peculiaria argumenta hilariter excepit & sustinuit; demum à Catholicis Placentinis ad suam evocatus Cathedram, patriae quoque suae magna industria consulens, errantesque Ecclesiae gremio conciliare aggressus, pro charitate odium & contumelias recepit & à Schismaticis captus, crudelissimè habitus, oculis erutis, omnibus penè truncatus membris, hostia Christi effici meruit, ad triumphos Martyrum aeternos evocatus anno Christi 1089. *Bertholdus Constant. monim. Ecclesiae Sutriensis & Placent. Baronius, qui tamen perperam Domnizonem appellat.*

S. Bonizo Episc.

Variè exagitat.

Martyrio coronatur.

Anno 1089.

A.

tur in tuo Ordine, quin salutem consequatur, etsi malè inceperit vivere, si non destiterit, vel confundetur, vel ab ipso Ordine projicietur, seu per se (desunt caetera, quae suppleuntur ex Antiquitatibus & MSS. Lirinensibus, hoc modo): egredietur. 4. Quod omnis qui Ordinem tuum persequetur, nisi resipiscat, vita sibi abbreviabitur, vel mala morte morietur. 5. quod omnes qui Ordinem tuum diligent bonum finem habebunt. *Ex Antiquitatibus sacri Monasterii Sublacensis, & Lirinensis, Iepesio, Gerardo Belga, Arnoldo Duac. tom. 1. SS. Ord. &c.*

Insignes gratia.

In Monasterio Bobiensi, Sancti Leopardi Monachi & Confessoris. Fuit hic lectissimus discipulus magni illius Bobiensis Abbatis Attalae, Sancti Merovaei sive Moronaei locius, & egregiae perfectionis amulus, cujus alia inter rarum & insolens illud celebratur, quod currus & equorum defectum aliquando mirè suppleverit, & praemissa oratione, cum Merovaeo laborum omnium socio, ingenti mole arborem sublatam in humeros, ad Cænobium deportavit. Claruit A. C. 640. *Ex Monim. Cænobii Bobiensis, tom. 1. SS. Ord. Menardo, &c.*

S. Leopardus.

Ingentem arborem portat.

In

S. Stephanus In Monasterio Casinenfi Sancti Stephani Monachi & Confessoris. Vixit hic sub A. C. 1080. cujus, cum expiraret, animam, vidit Beatae memoriae Agaudia in oratione pernoctans, raro ut digno spectaculo, columnam splendidam assimilata, ad illa aeterni Regis palatia deportari. *Monim. Casin. Leo Ostiensis, t. 1. SS. Ord.*

Columna Palatii caelestis.

SS. & BB. Casin.

Ibidem commeratio, omnium ejusdem Sacratissimi montis & Archisterii Sanctorum atque Beatorum. Quorum quidem, inaudita prorsus felicitate atque multitudine copia tanta fuit, ut soli Canonizati sine Sanctorum albo, solemni Rom. Pont. approbatione, & definitione, adscripti, numerum quinque millium quingentorum excederent, adeoque omnem omnium tam sanctorum, quam beatorum, & pietatis nomine illustrium, quorum ex nomine in universo hoc Menologio meminimus, longè superarent. Ut de Beatorum, aliorumque illustrium, non Canonizatorum, ejusdem unius Cænobii Monachorum, longè utique majore numero, nihil dicamus, verum potius, inscripta in libro vitae, olim, ut speramus etiam nobis publicando, Fratrum nostrorum lectissima nomina, & inestimabilem Sanctissimi & Admirabilis Patris nostri BENEDICTI, uno in loco felicitatem & fecunditatem, supplices veneremur, digno applausu celebremus, vota, studia, & spem feræ posteritatis accendamus, atque ex una unius Cænobii felicitate, tot millium toto orbe terrarum Cænobiorum, tanto decursu saeculorum fecunditatem, felicitatem, & gloriam ominemur. *Ex Monim. Casin. M. Ant. Scipione, Iepesio, Arn. Duac. t. 1. SS. Ord. & Annal. nostr. Bened. nec non tomo de vita S. P. N. &c.*

Incredibilis SS. numerus

Quare memoria haec celebranda.

B. Francisc. Card.

Romae Beati Francisci de Altria Sanctae Rom. Ecclesiae Cardinalis & Confessoris. Franciscus & genere & virtute nobilis, sacrum vitae rigorem deliciis omnibus potiore habuit, & sui contemptum honoribus universis praetulit. Exemplar autem perfectionis & sanctitatis absolutissimum indeptus, magnum illum summi in terris honoris, Pontificatus Romani religiosissimum contemptorem, Sanctum Petrum Caestinum, Magistrum habere meruit, sub quo sanctissimi Patris nostri BENEDICTI Regulam professus, juratus corporis sui & voluntatis propriae hostis, rigidissimum iisdem bellum indixit, & insigni in virtutum stadio atque studio profectu effulgit, quarum splendore & fama prodig-

Fili Monach.

tus, ad eos quos fugerat & protriverat honores repetitus, imò ad longè eminentiores cellula sua extractus, & super candellabrum Ecclesiae expositus, purpureo ex cultus galero, sacratissimo illi Eminentissimorum Patrum Senatui decus aeternum addidit, onus humeris suis impositum benè expendit, muneri tanto nunquam defuit, in labore agri Dominici strenuè desudavit, Monasticique propositi ac professionis nunquam immemor, ut in oculis omnium magnus, sic in suis omnium minimus apparuit; & tandem meritorum illustrium copia locuples in caelum evolavit, cum illustribus sanctitatis radiis in tanta in primis dignitate constitutus Ecclesiam mirificè exornasset. *Ex monim. Caest. PP. Vita S. Roberti Salet. Hugone Menard. to. 1. Sacro-S. Ord. &c.*

Fili S. R. E. Cardin.

Virtutes ejus.

In Monasterio Cluniacensi, depositio Sancti Petri de Bono, qui primum mercator Brugenfis & uxoratus, deinde saeculo & uxore relictis, Monachus Cluniacensis, & Sacerdos adeo Religiosus & devotus fuit, ut totum ex integro Psalterium quotidie, ultra servitutis suae pensum devotè persolverit: insuper & horas de Spiritu Sancto addiderit. Unde in Sancto die Pentecostes, ea hora, qua Conventus in Choro: *Veni Creator Spiritus*, decantabat, carnis solutus ergastulo ad Paradisi aemena deductus est sub ann. Christi 1419. *Ex Bibliotheca Cluniacensi, Arnoldo Duac. t. 1. SS. Ord. &c.*

S. Petrus.

Orationis studium.

Morerolae in Hispania Beati Hilarii Conversi. Hic sanctissimam Cisterciensium nostrorum reformationem in praedicto Cænobio amplexus, Ordini nostro universo mira miraculorum gratia, & illustri sanctitatis splendore decus aeternam conciliavit, & Converterum in primis studia concitavit, quorum omnium speculum & exemplar factus, omnium virtutum mira fragrantia redoluit, & humilitatis in primis absolutissimae exemplo claruit. Inter miracula, celebrius illud memoratus, quod fluvium profundissimum ac rapidissimum haud longe ab Cænobio praeterfluentem, injecto eidem pallio, cum navis copia subinde non esset, sapius superaverit. Qui tandem multis signis illustris, ex hac vita emigravit. *Aubert. Mirans, Chryf. Henric. Ang. Maur. q. tom. 1. SS. &c.*

B. Hilarius.

Sape pallio pronaveutitur.

In Valle-Ducis Beatae Margaritae Virginis & Abbatissae. Margarita illustris

B. Margarit.

Illustr. genus

mo nata genere Henricum II. cognomento Magnanimum Brabantiae Ducem, matrem Mariam Philippi Romanorum Regis filiam habuit. Fuit moribus, & omni Virtutum genere ab ipsa juventute cultissima; Divinorum autem amore, ut terrenorum omnium contemptu multo illustrior, repudiato illustrissimorum Principum conjugio, Regum Regis cum Magdalena pedes exambit, & in condito a patre Valleducensi Cœnobio cucullum amplexa, insigni animi demissione, deliciarum & commodorum omnium corporis neglecta admirationi omnibus fuit. Tandem egregiis à Numine nobilitata miraculis, & sanctitate insignis cursum presentis vitae feliciter complevit, cujus festiva memoria quotannis in eodem Cœnobio celebratur. *Adria. Barlan. Philip. Segui. Tho. Cantipr. Aub. Miraus, Annal. nost. Germ. t. 1. SS. &c.*

Miracula.

S. Gualterius Abbas.

In Piceno S. Gualterii Abbatis. Eum parentes Romani, voto de struenda Ecclesia facto meruerunt, quem ipse Pontifex

Max. ob generis nobilitatem baptizavit, stellæ signo, quod futuræ sanctitatis indicium fuit, in humero apparente. Conjugium aspernatus, ideoque malè habitus, voce de cælo lapsa iussus in Picenum profugit, ubi condito Cœnobio Abbas effectus, diu quæsitus à parentibus, inventus, & ob exhaustum jejuniis corpus vix agnitus, utrumque DEO lucratus cucullo induit. Ipse demum plenus meritis in Domino quievit, & miraculis illuxit, sepultus Serviliani. *Catal. SS. Italia, Philipp. Ferrar. &c.*

In Monasterio Sublacensi Venerabilis viri Palumbi Monachi, qui in Sacra Specu S. P. N. includi petiit, & rigidissime vixit, tempore Ioannis V. ejus loci Abbatis, sub annum Christi 1120. Ejus venerabile corpus, requiescit in arca marmorea, post altare Sancti Gregorii, acta vero ejusdem, quod dolendum summopere, perierunt. *Cherub. Mirtius, &c.*

V. Palumbus

NONIS JUNII.

V. Junij.

S. Bonifacius Germ. Apostolus.

In Frisia Sancti Bonifacii Episcopi Moguntini, qui de Anglia Romam veniens, & a Gregorio II. in Germaniam missus, ut fidem Christi illis gentibus evangelizaret, cum maximam multitudinem maximè Frisonum, Christiana Religioni subjugasset, Germanorum Apostolus meruit appellari: novissimè in Frisia à furentibus gentilibus gladio peremptus Martyrium consummavit, cum Eobano, & quibusdam aliis servis Dei. Bonifacius Regio ortus genere, contempta Regiæ sublimitatis cognatione, Exceptriente ingressus Cœnobium, Wolfardum & Wigbertum Abbates, sanctissimæ vitæ Magistros habuit, quibus adeo sese probavit, ut ipsimet tantis viris, paulo post admirationi esset, eam juxta perfectionis Monachicæ laudem, in omni litterarum scientia existimationem consequutus, ut plurimi tanti nominis ejus fama illecti, ei se tradere erudiendos exambirent. Præclarâ, Monachus etiamnum, legatione fungi coactus, ut Concilio tamen Anglicano interesset, honorari & suspici exhorrescens, persuaderi non potuit. Tanto autem magis celebratus, pio favoris humani fastidio, patriam deserens in Frisiam contendit, illic Divini verbi sementem facere allaborans; sed obstante Radbodo Rege, cum nihil efficeret, reversus in Angliam, mortuo sub id ipsum

Genus Regiū

Eruditio.

tempus Cœnobii sui Abbate, successor denunciatus, quos primum fugerat honores non effugiens, fugere nihilominus denuo conatus, & Romam profectus à Beato Gregorio II. Pont. Maxim. longè majoribus honoribus oneratus est. Missus ab eodem in Germaniam, conversione gentium strenuam S. Rom. Ecclesiæ operam navavit, multa mortalium millia cælo lucrificavit, provincias celeberrimas ab intano idolorum cultu avertit, diversissimas & gravissimas Hæreses, Ermwolff, Adalberti, Clementis, &c. unus profligavit, plurima per Germaniam Cœnobia, Xenodochia, Scholas, Ecclesias, æterna cum utilitate crexit, celeberrimos Episcopos instituit, eorumdemque limites distinxit, quibus insuper sanctissimos Episcopos præfecit, ipse autem primus Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopus renunciatus, æternum Cathedrali illi admirabili sanctitate decus addidit, plurima annuente & jubente Pontifice Maximo Concilia & Synodos celebravit, utilissimas Regnis & provinciis leges ac consuetudines induxit, antiquas & detestandas abrogavit, barbariem sustulit, libris ac viris eruditissimis Germaniam instruxit, eisdemque plurimas & celeberrimas Sanctorum Reliquias Romam impetravit & intulit;

Honorum fuga.

Apostolus Germania.

Hæresum & gentilismi obrutor.

Stupenda merita.

V. admirabilis.

tulit; libertati subditorum & provinciarum consuluit, Principes DEI timore, Apostolicæ sedis & Sacerdotum reverentiâ, æquitatis pietatisque amore felicissimè imbuit; innumeris denique & imensis laboribus Germaniam Galliamque, imo Ecclesiam universam immortaliter demeruit, ut vix Historiam Ecclesiasticam, tantarum rerum commemoratione facundam, quam unig Bonifacii nostri ætate, & labore videamus, miremur & toti stupeamus. In Frisiam denique, convertendæ gentis studio delatus, cum multa eorum millia Christo adduxisset, meritis innumeris locupletissimus, Martyrio coronatur prope villam, hodie oppidum Dockum, Nonis Junii, anno peregrinationis suæ quadragesimo, Incarnationis Dominicæ 755. Cujus sacrum corpus primum sibi Trajectenses vendicârunt, sed repetentibus armata etiam manu primus suum Archiepiscopum Moguntinis, Bonifacius Beato Otperto per noctem visus, in suum Fuldense Cœnobium deportari voluit. Iure merito, Maximus Germanorum Apostolus, & tonitruus filius appellatus. Ex Vita, Annal. Fuldent. & Moguntinis, S. Wilibaldo, Iepesio, Baronio, Annal. nostr. German. & Bened. Aquila item nostra Imperii Benedictina, to. 1. SS. Ord. &c.

Res mira.

Passus 755.

Titulus per insignis.

Socii S. Bonifacii.

Fructus laborum & passionis.

S. Felix Mart.

Apostolus Germ. & Mart.

consumatus, ad triumphos æternos emigravit. Cujus festum Nonis Junii celebrari Trithemius noster asseverat. *Ex eodem, t. 1. SS. Germ. & Annal. nost. &c.*

Londini in Anglia passio Beatorum Guilhelmi cognomento Trust, Abbatis Fontanensis & Anonymi Abbatis Riveriensis Sacræ Congregationis nostræ Cisterciensis Martyrum, qui proposito Monachico, & fidei Zelo illustres, pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reverentiâ, indigna passi, capti suspensi, & in quatuor partes dissecti; Martyrii laureola donati sunt, sub impio Sacrilegi & Apostatæ Regis Henrici VIII. Imperio A. C. 1536. *Theatr. Relig. A. C. 1536, Menol. Cist. Chrysof. Henric. t. 1. SS. Ord. & Annal. nost. Bened.*

SS. Abbates 2. Mart.

A. C. 1536.

B. Falco Abbas.

Ob. 1147.

B. Sigerus.

Deipara cultor.

Rigor vita.

Clar. 1200

Deipara favor.

In Monasterio Sanctæ Trinitatis Cavenfi, Beati Falconis ejusdem loci Abbatis texti sanctitate celebris, qui Beato Simone in regimine succedens, cum frequentissimo Sanctorum collegio annos Septem sanctissimè præstitisset, meritorum gravium copiâ ditatus in gaudium Domini introivit. A. C. 1147. *Tab. & monim. Cavenf. Monast, Arnold. Duac. Hugo A. enard. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Hemmenrodenfi Beati Sigeri Monachi, Presbyteri, qui à præcipuo DEI parentis Virginis cultu celebratur, quam uti ardentissimè ipse adamabat, & religiosissimè venerabatur, sic de propagando amore & honore Eiusdem sollicitus, quibuscunque poterat modis, alios ad amorem ejus accendebat. Fuit & rigidus corporis sui domitor, quod spiritui fervire cogens duriter admodum habuit & carnis commoda atque illecebras, ut animi toxicum devitavit, exactissimus insuper disciplinæ Monachicæ, & sanctissimæ Regulæ observator, sollicitus admodum, ne vel levi transgressione puritatem Sancti Instituti temeraret. Claruit Anno Christi 1200. circiter. Visa est tam dilecti clientis sui Augustissima Patrona, cælitum Imperatrix insigni splendore circumdata curam in morte agere, ejusque animum carcere corporis solvendū, quem secum ad sua deduceret palatia expectare. *Cesar. Heisterbac. Philipp. Seguinus, Chrysofomus, Henric. tomo primo, SS. Ord. &c.*

B. Bonifacius Prior.

In Monasterio Villariensi Beati Bonifacii ejusdem loci Prioris, qui Monachum apud Claramvallem, professus, ob insignem Sanctitatis opinionem ad id muneris provectus, illud egregiis virtutibus & admirandis signis illustravit. Fuit

orationis studio addictissimus, insignisq; Gulæ triumphator, & postquam annis aliquot, egregio sanctitatis exemplo suos duxisset, sub A. C. 1170. feliciter in Domino obdormiit; cujus sacrum corpus, inter reliquas Sanctorum exuvias ibidem religiosissimè colitur, & publicè exponitur. *Aubert. Miracul. Chron. Villar. Chryf. Henric. &c. t. I. SS. Ord. &c.*

Apud Forconium S. Franci Eremitæ. Is puer mundum fugiens in Monasterio S. Ioannis Collis Manti cucullam induit. Invitus & juvenis admodum Abbas crea-

tus, rejecto constanter honore de superiorum licentia solitudinem petiit, ubi fontem prodigiosè produxit, variis dein morbis salutarem, & favo mellis ab urso ostenso recreatus fuit. Lupo è dentibus puerum eripuit, & nequid eo loco è bestiis incolæ paterentur impetravit, aliisq; miraculis mire effulsit. Migravit è vita sub ann. Christi 1250. aliis 1276. campanis sponte sonantibus odoreque suavissimo ex ejus corpore emanante. *t. I. SS. Ord. Anal. Bened. Ferrar. &c.*

1250. obiit.

OCTAVO IDVS JUNII.

VI. Junij.

C.

S. Claudius Archiep. **I**N Monasterio Iurenfi Sancti Claudii Archiepiscopi Bisuntini & Confessoris. Claudius illustrissimo Salinensium Principum Palatinorum natus genere, patriæ, patriæ, Ordini & Ecclesiæ universæ decus æternum rarissima vitæ sanctitate & meritis gravissimis contulit, quorum fama longè latèque celebratus fuit. Vigésimum ætatis agens annum, sæculari contempta militia, Clero adscriptus, & Bisuntinæ Ecclesiæ Canonicus effectus, eum honorem raro vitæ sanctioris exemplo mirificè excoluit, ea juxta eruditionis laude comendatus qua nullus ipsi inter Burgundiones doctior haberetur: quibus talentis minimè defosis, posteritati consulens, lucubrationes eleganti describens stylo, monumenta haud pauca celebris ingenii reliquit, quæ etiamnum in Iurenfi asservata Cænobio vitæ auctor comemorat. Anno duodecimo suscepti Canonicatus, vidua ta pastore suo Ecclesia, cum de legendo Archipræsule Canonici contenderent, votis diversum euntibus, voce de cælo lapsa Claudius Archiepiscopus renunciatus, Divinæ refragari jussioni non potuit, & summa omnium gratulatione infulis insignitus, talem se deinceps Pontificem exhibuit, qui vocationi tam prodigiosæ, & ab hac expectationi hominum summæ responderet. Fuit in *Visitando* ut vocant, Episcopatu assiduus, illud in primis curans, omnibus ut omnia fieret, suoque exemplo æquè ac verbo, oves duceret, imo traheret, atque incitaret. Verum cū annis septem Ecclesiæ illi summa cum utilitate præstitisset, & pompæ, negotiorumque sæculi pertæsus, Christo frui liberius desideraret, admonitus ab Angelo in Iurenfi Cænobio, abdicato Archipræsulatu

Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI institutum complexus est; tanta quamprimum perfectionis sublimitate emittens, ut omnes, etiam exercitissimos Christi pugiles, sui victoria superaret, cumque maximus omnium esset, minimus apparere vellet. Omnium autem quæ in mundo erant prorsum oblitus, solo Numinis amore deflagravit. Vigiliis & orationi addictissimus, multo juniorum rigore carnem edomabat. Quinquennio in omni humilitate exacto, Abbatibus suscipere munus coactus, admirandus ea in præfectura fuit, numerum Monachorum plurimum auxit, cujus fama illecti illustres genere non pauci confluerant, & sæculum ejurarent, tanta omnium sub tanto Magistro in profectu spiritus contentione, tanta exactissimæ vitæ perfectione, ut, non hominum, sed Angelorum in humanis corporibus degentium convictus videretur. Præfuit annis quinquaginta decessitque ætate decrepita, ferè centenarius sub ann. Christi 696. Magnus Bisuntinorum Patronus à morte cooptatus, cujus nomen universæ Gallorum genti sanctissimum, innumeris ferè deinceps mortalibus pro reverentia impositum, & memoria sacrosancta perseverat. Sacrum corpus autem, ita vitæ scriptor, usq; in præsens in Ecclesia Sancti Eugendi cunctis adventantibus incorruptum & integrum monstratur, innumeris prodigiis ad hæc usque tempora illustratum. Franciscus Dotival. Galtherus in Tabula Chronolog. Jacobus Chiffletius, Annal. nostr. Benedict. & arbor Genealog. Benedict. Lothar. Claud. Robertus, Antonius de Yepes, &c. ex quibus corrigenda temporum ratio apud eruditissimum & Illustrissimum

Fit Abbas.

Moritur ferè centenarius A. C. 696.

Tutelar.

Incorruptum.

Illustrissimum

Illustrissimum Cardinalem Cætare Baronium. *Vid. Compendium nostrum & Symbola ad Annal. Eccles.*

S. Gudvval. Archiep.

Nobilis Ludimoderator.

Fit Archiep.

Resignat. Fit Monach. & Abbas.

Prodigium rarum.

Ingens prodigium.

Aliud insolentius.

aridam calcaffè, cum nec leviter quidem vestimenta ejus humectarentur. Audita tunc vox Domini cælo delapsa: *Constans esto Gudvvalæ meus: constans esto electe meus: ne vercaris, tecum ego sum Deus tuus*, cumq; tunc item Horas Canonicas perfolatur, in solemne earundem principium, *Deus in adiutorium meum intende erumperet, cælestes genii distincta & clara voce, Domine diligens. ad adjuvandum me festina*, respondere, cumq; Gudwalo suo alternis vicibus totum Officium complevere. Sic etiam ad altare facienti, cælis apertis visis descendere, & cum illo sacra peragere. Honoratus & aliis rarissimis miraculis à Numine, ea inter mortuum ad vitam revocavit. Oviculam etiam extinctam miseratus, solo baculi sui contactu, vitæ reddidit, & ad gregem redire jussit, lupum vero, qui ipsam præfocarat & aufugerat, ut rediret precibus à Deo impetravit, qui illico se sistens, velut intellectu præditus, ad Sancti viri vestigia se prostravit, & quibus poterat signis culpam deprecari videbatur. Qui & deinceps mansuefactus, ovibus, quas ante deprædaverat, præsidio factus, easdem acerrime contra feras belluas propugnabat. Equum Cænobii, cum aliud non haberet, in pauperes erogans, ejus simillimum alium prodigiosè accepit, cum agricolæ de tanto ipsis subsidio præcepto & pauperibus dato quererentur, & stupentibus universis, equum illi quam simillimum imo alterum ipsum, in prato Cænobii herbas depascentem conspicerent, ac pauperes consequuti, etiam alterum illum dono datum, nunquam satis mirarentur. Denique Gudwalus imminente sui transitus die, à B. Michaële Archangelo, & mox Sanctis Petro & Paulo Archiapostolis edoctus, plenus gaudii, ut & meritorum felicissimè decessit 7. Idus Junii, cujus anima in columbæ specie cælos penetrare visa est, corpus autem cælesti lumine illustratum, tenebras noctis dispulit, & lugentium filiorum mœrorem sublevavit, atque animos erexit. *Ex script. rer. Britan. libro de vita & gestis ejus, t. I. SS. Ord. Annal. nost. Arn. Duac. &c.*

Apud Senonas S. Aldrici Arch. & Conf. Hic Monachū in Monasterio Ferrariensi (vulgo Ferrieres,) professus, magnū illum, & sanctissimum ut doctissimū, Alcuinum, magistrū & Abbatem habere meruit, cujus cum eruditionis, tum sanctitatis laude æmulus, digna & pia æmulatione extitit, illustrissimèq; egregiæ perfectionis exemplo, animos

Anglorum

Miracula alia.

Rarius.

Miracul.

Moritur.

Miracula.

S. Aldricus Archiep.

Fit Abbas.

Archiep.

Obiit 842.

V. Mairus.

Martyrio coronatur.

C. Gundisalvus Abbas.

Perpetuum miraculum.

B. V. Walther mon.

Generosi sanguinis.

animos omnium lucratus, eidem celebrissimo, & frequentissimo sanctissimis Doctoribus Cænobio Abbas præfici dignus fuit. Inde autem ad Cathedram Archiepiscopalem Senonensem evocatus, tanta vitæ perfectione, perfectissimum Episcopalis muneris statum gessit, ut miraculorum etiam gloria à Numine illustrari meruerit. Migravit à sæculo veri pastoris mercedem percepturus A. C. 842. insigni apud oves sibi creditas sui desiderio relicto, cujus meminit Lupus, ejus in Abbatiali munere, non tamen immediatus, successor Epistola 41. nutritorem suum appellans. *Claud. Rob. Demochares, Ioan. Chenu. Chron. Senonens. Arn. Duac. t. 1. SS. Ordin. &c.*

In Anglia Venerabilis Mairi Monachi & Martyris, qui in fædissima illa Henrici VIII. persequutione, verum Sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ se filium exhibens, cum ejusdem Sacrilegi Regis impietati constantissimè obniteretur, & summum Ecclesiæ Anglicanæ caput prophanum hominem agnoscere recusaret, pietatis mercedem ab impio accepit, & laqueo strangulatus, ac in quatuor partes dissectus, illustrem Martyrii lauream promeruit. *Ex Trophæis Mart. Ecclesiæ Anglicanæ, & diversis rer. Angl. script. t. 1. SS. Ord. &c.*

Azebeyri in Gallæcia Beati Gundisalvi Abbatis, qui omni virtutum genere crebrisque miraculis claruit: de quo legitur, quod quotiescunque ipsum Cænobium ingredi contingebat, signa seu tintinabula ultro pulsarentur: quod miraculum singulis ferè diebus, ad usque obitum viri sancti accidisse memoratur. Cujus præclara merita, & miracula quæ continuo, nostra etiam ætate ad tumulum ejus patrantur, satis declarant. *Angelus Manriq. Menol. Cisterc. Henriquez. Barnabas de Montalbo, t. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Claræ-vallis Beati Waltheri Monachi. Waltherus Campanus patria, generosis & claris parentibus editus est. Iuvenili ætate, cum fama longè lateq; Mellifluus Doctor noster Bernardus

celebraretur, cum lectissima equitum nobilium cohorte Claram-vallem divertit, ut tanti viri colloquio frueretur. Cum autem sacrum quadraginta dierum jejuniū instaret, & equites illi omnes, ad ludos torneamentorum pergerent, instituit vir Sanctus, ut paucos, qui ante quadragesimam supererant dies Deo darent, ejusq; in laudem ludis abstinerent. Abnuentibus: *Confido, inquit ille, in Domino, quod ipse dabit mihi inducias, quas negastis.* Propinataq; cervisia quam benedixerat, ut salutem biberent animarum apprecat⁹ est. Bibere omnes, sed inviti aliquot, subverti, quod reapse experti sunt, mutationem dexteræ excelsi. Nam inde digressi, totique Numinis ac cuculli amore incensi, ipso itinere non alium sermonem, quàm de sæculo deserendo miscuerunt. Consequutus verba effectus est, omnesq; pari proposito cucullum amplexi sunt, quos inter Waltherus iste de Monte-Mirabili, *precipuus*, postea, ait Seguinus, *Evangelicæ perfectionis cultor inventus*, qui tandem multis meritorum cumulis dives migravit ad Christum. *Philipp. Seguinus, Chryf. Henriq. Menol. Cist. t. 1. SS. Ord. &c.*

Romæ depositio beatæ memoriæ Iosephi à Sancto-Germano Monachi Fulienfis; viri plane ecstatici atque Angelici. De hoc ita Carolus à S. MARIA. Ioseph à S. Germano Siculus, ab ipso sæculo jam doctrina & sanctitate singulari toti. Vrbi notus, ad sanctæ obedientiæ bonum comparandum congregationē nostrā ingressus, plus juvit q̄ adjutus est; obedientiæ silentiūq; Regularis cultor præcipuus, paucos annos, in summa carnis maceratione vixit, continua fere ecstasi Deo adhærens, reali mortis ecstasi in Deum perrexit. Post mortem plurimi de plebe concurrentes, de veste, pilis, unguibus abscissum aliquid detraxerunt, admirantes omnes, quod ipsius mortua caro non rigebat, sed ut viva & mollis semper remanebat. *Ita Carolus cit. & Menol. ac Monumenta Fulienfis.*

SETIMO IDVS JUNII.

VII. Junij.

D.

S. Robertus Abbas.

In Anglia Sancti Roberti Abbatis, Fundatoris Monasterii Novi, Angelicæ puritatis viri & egregiis miraculis clari. Robertus Anglus patria ex provincia Eboracensi ortus, in ipsa pueritia sanctitatis futuræ de se argumenta haud levia dedit,

levitates pueriles, & ludos sponte execratus, solo litterarū & honestatis amore flagrantissimus. Is Monachus, in Vitebiensi primū Cænobio profess⁹, exin, reformatibus Ordinem nostrum Cisterciensibus, iisdem in Cænobio Fontiū accensus, tanta vitæ

Abbas.

Ejus abstinentia.

Rarum exemplum.

Mirares!

Suspicionum facilis occasio.

Roberti à Numine suscepta defensio.

vitæ perfectione enituit, ut non multo post Abbas eligeretur, cum Novo-Cænobio condendo, vir quidam nobilis in Northumbria locum & facultates Fontanensibus sponte offerret. Illud Robertus noster mira vitæ sanctitate primis & dignis initiis consecravit; & cum cæterarum virtutum omnium, tum abstinentiæ in primis studiosissimus fuit, cujus insigne illud memoratur: cum post longa jejunia, sacro in primis Esurialium dierum quadragenario solis pane & aqua contentus, omni denique appetitu prostrato atque extincto, suos sollicitos redderet, & Paschali tempore quoscunque oblatos cibos fastidiret; rogantibus atque obsecrantibus siquid fastidienti stomacho obtrudere possent, ipse panem avenaceum butyro illitum expeteret: eo oblato, tantillum sese appetitui indulgisse, tantopere expavit, ut gustare inde noluerit, sed jejunus, ut cibus ille pauperibus offerretur quamprimum imperaverit. Accepit panem, una cum scutella, ante fores Cænobii paupere veste, at cælesti facie juvenis, qui mox disparuit. Quiritantibus autem inter se de scutellæ jacturâ Fratribus, subito illa in mensam coram sancto Abbate decidit, & insigni ut raro miraculo discipulos ejusdem recreavit. Est illud relatu dignum: Matrona quadam admonita à servo DEI ad meliorem se frugem receperat, spretaque mundi pompa & ornamentorum fastu atque vanitate, inter delicias domus suæ vitam solitariam agere videbatur. Ad eam cum pro solatio spiritus frequentius Abbas inviseret, pravarum suspicionum materiam præbuit, existimantibus familiaritatem illam ab impuro amore proficisci. Delata proin ad ipsum Doctorem Mellifluum famâ, consulendum servi sui puritati Numen duxit, & Bernardum instruens, de integritate Roberti edocuit, quem ad se evocatum lactei oris pater, sic alloquutus est: *Frater Roberte, falsa sunt ea omnia, quæ sinistra suspicio de te sparsit*, atque in amoris argumentum Zonam suam Roberto dedit, quæ utriusque postea meritis, plurimis postea agris sanitarum beneficia impertivit. Orationis studium inter præcipua habuit, eoque ingentes à Numine favores impetravit; quos inter illum longè maximum, cum solito attentius multo lachrymarum perfusus imbre, servitium suum acceptari, & Fratrum suorum nomina in libro vitæ scribi exoraret: voce hæc cælo delapsa mirificè recreatus: *Confortare fili: exauditæ sunt preces tuæ,*

& nomina filiorum tuorum pro quibus rogasti in calis scripta sunt. Non nisi duo ex eis in terra scripti sunt, quorum pectora terrenarum rerū amorī semper affixa fuere. Ii, qui essent paulo post proditi scelere suo sunt, cum Conversi duo excusso cucullo & jugo Monachico in sæculum proruentes, illic vitam miserè terminarent. Solitus est a exemplo Veterum à S. P. N. BENEDICTO in Regula notato, totum Psalterium Davidicum præter solitū servitutis, pensum, quotidie recitare, aliisq; exercitiis quotidie carnem conficere, & hostiam DEO immolare. Dæmonem juvenis procacissimi forma, in splendidis quibusdam nuptiis, convivis mutuam cædem, & ipsi in primis sponso machinantem, cum eo forte iter haberet vir sanctus agnovit, &: *Heus tu, inquit, calamistrate, non indigent viri illi opera tua, recede velociter, & sequere me.* Confestim ille demisso vultu, Abbatis vestigia per lutum platearum tanquam ad caudas equorum alligatus, cunctis ad eā rem valde attonitis consequitur, sciscitantem Roberto quisnam esset? *Quisnam ego sim non te latet*, respondit, & conatus meos probe nosti; coactusq; quantam machinatus cædem esset prodere, inde à viro DEI in desertissima loca proscriptus abiit, ingenti ipsis etiam equis horrore perfusus. Decessit vir sanctus A. C. 1159. cujus animum ab Angelis in cælum deferri in globi ignei specie, sanctus Godricus, ipsi à confessionibus, intueri meruit. Eum Numen insigni miraculorum gloria illustravit, quæ inter celebre illud, cum S. Thomas Cantuariensis Martyr & Pontifex, mutū sibi cum multis lachrymis supplicem, ad tumulum Roberti, afflicto per vilum apparentem, misisse celebratur, illicque sanitatem indeptum. *Ex Vita, t. 3. Surit, Chryf. Henriq. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Germania, Sancti Deochari, primi Abbatis Hasenrietani, sive Heirenriedensis. Fuit sanctus hic à præcipuo in Deiparam cultu maximè celebratus, & ob hunc ipsum vero Deo charus. Enituit præcipua generis nobilitate, è palatino & Sacellano (qui magnus habebatur honor) Caroli Magni Imperatoris, abjectissimus in oculis suis factus & cucullum amplex⁹. Condidit ejusdem Augusti ope ac operâ Vnicæ Tutelaræ suæ Calitum Imperatricis sub honore & nomine cellam, eique adjunctam Ecclesiam, ubi Magnæ Matris servitio se totum devovens, vitam multo in rigore sanctissimè exegit, cujus postea ædiculæ duplici nomine sanctitatis; ad avorum

NB. Vox cælo lapsa.

Apostata.

Dæmonem prodidit.

Mira vis & potestas in demonem.

Obiit 1159.

Miracula.

S. Deocharus Abbas.

Deipara sua diavissimus.

avorum

avorum usque nostrorum memoriam in magna religione & veneratione fuit. Fuit Deo-charus rarâ miraculorum virtute, univertæ plebi Christianæ mirificè commendatus: nam & cæcis visus, claudisque gressus restitutus est: fugati omnis generis morbi, etiam epilepsia, & fædi strumæ tumores depulsi, in præceptis delapsi quidam absque noxa, invocato Deo cari subsidio, prodigiose servati sunt; quin & ad mortis limina jam admotis, vita reddita, multaque alia beneficia mortalibus ad factos ejus cineres concurrentibus, divinitus concessa. Elevatum est sacrum ejus corpus A. C. 1316. præfente Ludovico IV. Imp. & Philippo Eystettenfi Episcopo, & parte Reliquiarû templum Laurentianû Norimbergense à Ludovico Aug. cohoneftatum. Sequenti item sæculo ab Wilhelmo Episcopo rursus elevatum & translatum, gratissima cælestis odoris fragrantia nares atque animos adstantium perfudit; custoditurque reverenter & colitur Herrenriedæ, oppido, occasione Cænobii ipsius condito atque aucto, sui que tantî Tutelaris præsidio diu tuto & beato. Claruit vir sanctus A. C. 800. *Ex Gretseri SS. Eistett. Radero, Andrea Bamberg. Carolo Stengelio. t. i. SS. Ord.*

Divione in Burgundia depositio Sancti Guilielmi Abbatis. Hic ex Monacho Cluniacensi Divionensis Cænobii S. Benigni Abbas, non morum solummodo exquisita probitate, sed & scripturarum Divinarum scientia insigniter effulgit; neq; Cænobium solum illud, adductis eo duodecim lectissimis è Cænobio Cluniacensi Patribus reformavit, sed & alias Abbatis præstantissimas, Bezuensem, Melundensem, Reomenssem, Tornodorensem Tulensem, Metensem, Gemmeticenssem, Veza lienssem, Parisienssem Sancti Germani, Meldensem S. Pharonis, Fiscanensem, primævo Ordinis flori restituit, & de Burgundia in primis æternum meruit, magno Odiloni à nonnullis comparatus. De utroque Trithemius: *Florebat, inquit, Religio per famulos Abbates, sanctitate præstantes in Burgundia per Odilonem Cluniacensem & Guilielmum Divionensem, &c. Fuit autem, inquit Chronicon Divionense, Ordinis ferventissimus exequutor, & totius nobilitatis lampade præfulgidus, atque in verâ humilitate, & fraternâ charitatis dilectione; nec non summæ dilectionis honestate laudabiliter radicatus & fundatus, alto satûs genere, & nobili prosapia editus in Italia, & Otthoni Guilhelmo propinquitate conjunctus, nec non discipulus S.*

Ejus miracula.

Elevatio.

Clar. 800.

S. Guilielmi Abb.

Reformator spectatissimus.

Encomium V Vilhelmi.

Majoli Cluniacensis Abbatis, & aequalis Sancti Romualdi Ravennatis, corpore castus, mente devotus, affabilis eloquio, prudentia præditus, temperantia clarus, interna fortitudine firmus, censura justitia stabilis, patientia robustus, Christû vero totis visceribus diligens. &c.

Præfuit vir Sanctus multis annis, & Cænobium in primis Divionense, in quo primo adventu octoginta monachos reperit, non tam reditibus, quam viris perfectis locupletavit, adeo ut non immerito illud à magno Fulberto *Paradisus* appellaretur, & antiqua ejus à Mellifluo Doctore nostro Bernardo plurimum celebraretur. Claruit Wilhelmus A. C. 990. & 1000. *Ex Aymoyno, Sigeberto, Spec. Hist. Vincent. Glabro, Trithem. Chron. cit. Claud. Roberto, &c.*

Laus Cænobii S. Benigni.

In Hispania insignis Commemoratio S. Isidori nostri Hispalensis Episcopi, pro Fernando Legionensium Rege Adefonsi Regis filio prodigiosè pugnantis, cujus tunc ope Fernandus prædictus Castellæ potitus est, & Didacus Sancia Comitissæ filius, Ecclesiam & turrim Sancti Isidori jam expugnatam occupans, mirè afflictus, quoad Ecclesiam & turrim eandem Abbatî & Conventui resignaret, & Vasallum deinceps Sancti Isidori se fore pmitteret, æra millesima ducentesima sexagesima nona. *Lucas Tudensis, aliique rer. Hisp. script. Annal. nost. Bened. Constante Cajet. &c.*

Triumphus S. Isidori.

In Cænobio Sedelitzensi in Bohemia, passio plurimorum Monachorum, qui ab Hussitis Hæreticis odio fidei & Religionis crudeliter interempti sunt. Ex Menol. Henriq. & ejusd. Fasciculo, & t. i. SS. Ord. &c.

Plurimi SS. Mart.

In Hispania Beatæ Vrracæ Fundatricis & Abbatissæ Monasterii B. M. V. de Cannas. Vrraca Comitissæ Hispana, opibus & genere spectatissima calcatis sæculi fortunis & blanditiis, sacræ Cisterciensis familiæ nostræ Virginibus Cænobium de Cannis condidit, in eoque se ipsam concludens, & Abbatissa effecta, cum orationi & piis operibus nunquam non incumberet, ex assidua divinorum meditatione summam Virtutum & spiritualis vitæ arcem conscendit; cumque filias suas exemplo suo strenuè informasset, & in Religionis Monachicæ salutari rigore plene instruxisset & confirmasset, magna sanctitatis gloria fulgens, rebus humanis valedixit. *Petrus de Vireyo, Phil. Sequin. Chrysoptom. Henr. t. i. SS. Ord. &c.*

B. Vrraca Comitissa & Abb.

E.

VIII. Junij.

SS. Martyres Cordub.

Corduba Sanctorum Petri, VValombosi, Sabimiani, VVistremundi, Habentii & Hieremia Monachorum Martyrum. Petrus & Walombosus Monachi Monasterii S. Mariæ de Cuteclara sub Frugello Abbate, Sabinianus & Wistremundus Sancti Zoili, Habentius autem & Hieremias S. Christophori Cordubensis, cucullum purpuræ inæstimabili merito dignè jungentes, Martyrii laureolam admiranda constantia & fidei charitatisque fervore meruerunt. Quippe Martyrum nostrorum qui eos præcesserant generositate accensi, & luppliciis provocati potius quam territi, in aream ipsi sponte descenderunt, & explosa fœdissima Mahometici dogmatis impietate, deploratâque eorum cæcitate, qui ex præscripto legis mendacissimi Mahometis viverent, tenti, in carceres conjecti, & capite damnati, forti & hilari animo, in causa tam gloriosa cervices impio ferro præscindendas præbuerunt, anno Christi 851. quorum sacra corpora sexto post die à persecutoribus, ne à Christianis tollerentur & colerentur ignibus tradita atque exusta, indelebilem tamen memoriam in libro vitæ meruerunt. Eorum acta à Sancto Eulogio nostro in Memor. Sanct. lib. 2. descripta habentur. *Morales, Iepes, VVuardus, Alphons. Arn. Duac. Annal. nost. & t. i. SS. Ord. &c.*

Mahometis legem rident

Passi sunt A. C. 851.

S. Clodulphi Episc.

Dux & Episc.

Miraculis claret.

Centenarius mortuus.

bor Benedict. Lotharing. à nobis Serenissima Princ. Catal. à Lotharingia dicata, tom. i. SS. Ord. &c.

Valentiæ in Hispania Sancti Eutropii & Confessoris. Eutropius, Sirbitani primum Monasterii Monachus, dehinc pro vitæ meritis ejusdem loci Abbas electus, cum ob sanitatis opinionem, atque eruditionis laudem fama plurimum celebraretur ad Valentini Pontificatus eventus cathedram, eam præclare gestis, & sanctissimæ in primis conversationis exemplo mirè illustravit. Fuit Monasticis disciplinis apprimè instructus, cujus doctrina Hispaniarum Regna haud parum splendoris atque emolumentum accepere. Eum miraculorum gloria Deus honoravit; ipse autem præstantissimi ingenii nō pauca posteris reliquit monumenta, quæ inter liber unus de Chrysmatis unctione, & alius de coërcitione Monachorum, celebrantur. Claruit sub A. C. 600. *Franc. Tarapha, Ambros. Morales, & alii rer. Hisp. script. Annal. nost. Bened. t. i. SS. Ord. Chronicon Benedictinum Iepesi, Ioann. Trithem. &c.*

S. Eutropius Episc.

Fit Episc.

Miracula.

Clar. 600.

In Monte Sancti Disibodi, depositio ejusdem Disibodi Episcopi, qui Episcopatu relicto, Pater multorum factus est Monachorum, in Monasterio Dicecesis Moguntinæ, Comitatus Spanheimensis, qui locus postea à suo nomine, Mons Sancti Disibodi dictus est, & miraculis clarus in pace quievit. Ejus Natalem hâc die refert Trithemius, nos ex aliorum opinione alias, & quidem prolixius.

S. Disibodus Episc.

In territorio Trecenti, Sanctæ Syriæ Virginis, sororis Sancti Fiacrii. Syria Eugo Regis filia, genii IV. Scotiæ Regis filia, contemptis mundi illecebris & fastu Regio, cucullum purpuræ præferens, perfectioris vitæ absolutissimam Magistram Sanctam Burgundophorum Abbatissam habuit. Oculorum autem vitio cum laboraret, & apud Rilliacum pagum Cæmeterium ingressa in preces attentius incumberet, Sancti Saviniani Martyris diu latens sepulchrum Divina revelatione cognovit, atque oculorum usum recipere meruit. Condita autem super tumulo Martyris Cellula, vitæ deinceps reliquum, inibi transigens, vigiliarum, jejuniorum, orationumq; continuatione, solo ferè spiritu vixit. Claruit plurimis à morte prodigiis, insigni peregrina-

Mirè curatur.

M m

egri-

Calculo laborantium Patrona.

egrinorum concursu celebrata, eorum maxime, qui acutissimis calculi doloribus exagitantur, quibus prodigiosam operam afferre consuevit; unde versus illi à Guil-lotio & Veteri MS. codice deprompti:

Miracula.

Regia Campanis celebrata est Syria terris,
Cujus quisque piam percipit eger opem.
Linguit arenosos per te gravis Hernia re-
nes,
Sanatur meritis fractio quaeque tuis,
&c.

Ejus festus dies in Tricassinâ Diocesi hâc ipsâ die solemniter celebratur. *Guil-lotius cit. Nicolaus Camuzat. Hist. miscell. Tri-cass. &c.*

Triumphus SS. Adalberti & Venceslai.

In Boëmia illustris comemoratio, infi-gnis & prodigiosi Triumpho ope Sancto-rum Adalberti Archiepiscopi, & Wen-ceslai Ducis & Martyrum nostrorum parti, seu potius memoria Pacis & felici-tatis Regno restitutæ, quibus præstantissi-mi Martyres Boemorum Tutelares, in-gentem cladem & calamitatem averterunt, & calamitatem averterunt, & imor-tali merito Regnum sibi devotissimum obstrinxerunt. Cum enim anno Christi

A.C. 1090.

millesimo nonagesimo Wratisslaus Rex pater, & filius Bretisslaus, infestissimis inter sese odiis atque armis concurrerent; nisi iidem magni Tutelares captivis pluri-mis in custodiam Regiam coniectis, quo-rum prodigiosè vincula dissolventes, & liberos abire jubentes: *Itc, inquebant, in nostram Metropolitanam Ecclesiam, pro hâc vestri liberatione gratias Deo agite, atque in-dicite hâc omni populo, maxime vero Regi, ad-juncta monitione, ne Deum ad indignationem majorem provocent, sed à bello, & sanguinis effusione amodo abstineant.* Quo quidem pro-digio territi Principes, positis armis, sup-plices Divis facti sunt, ingentesque im-petuossissime tempestatis fluctus conquie-vère, turbatissimum Regnum liberatum, & ingenti totius provinciae gratulatione, pax terris est reddita. *Ex Annal. nost. Ger-man. & Benedict. t. I. SS. Ord. & diversis ver. Boëm. script.*

Translatio S. Audomari

In Monasterio Sithiu, relatio sive trans-latio Sancti Audomari Episcopi & Con-fessoris, quando Sanctus Folquinus cor-pus ejus, fugato Hugone Abbate à Lis-bourh, retulit, anno octingentesimo qua-dragesimo tertio, & in Sithiu juxta corpus Beati Bertini sub terra recondidit. Vbi per multos quidem annos, hominibus latuit,

revelatum tamen denuo est, quando Do-mino placuit. *Molanus in Addit. ad Vsuard. Iacobus Meyerus in Annal. Fland. ad A.C. 843. Annal. nost. Germanici, tomus primus Sanct. Ord. & divers. rer. Belg. script. &c.* A.C. 843.

In Anglia, Monasterio Sanctorum Apo-stolorum Petri & Pauli, Sancti Petri ejusdem loci Abbatis. De quo hâc die Andreas Bambergensis, nec indagare ul-terius licuit.

In Monasterio Beatæ MARIÆ Virgini-nis de Moris, Beati Medardi Abbatis. Hic cum miræ sanctitatis signa ab ipso conver-sionis exordio dedisset, & omnium virtu-tum decore ornatus fulgeret, ad regimen Monasterii Beatæ MARIÆ de Moris sub-limatus est, & gregem sibi commissum summa cum laude rexit, ac caelestis vitæ documentis pavit. Ad tantam autem perfectionem devenit, ut ipsum Angelo-rum Regem & mundi Senatorem corpo-ris oculis videre meruerit. Fuitq; ocula-tus testis, divini illius favoris, quo Melli-fluum Doctorem nostrum Sanctissimū Ab-batem Claræ-vallis Bernardum, Christus ipsum in tantum sublimavit, ut ipsum ad dulcissimū amplexum admisserit. Me-dardus denique cum diu morum suavita-te & charitatis operibus totum Cisterci-ensium nostrorum Institutum insigni-ter illustrasset, plenus dierum obdormivit in Domino. *Menolog. Cisterc. Chrysoptom. Henric. Barn. de Montalbo, Gonzalus de Syl-va, Ang. Manriq. &c.*

Christum intueatur.

In Anglia Beati Joannis Eliensis Epi-scopi, qui ex Monacho & Abbate de Fon-tibus ad eam dignitatem evectus, insigni viræ exemplo eam plurimum exornavit, strenuè atque utiliter gessit, & cum annis quinque optimè præfuisset, in magna san-ctitatis opinione ex hâc mortalitate de-cessit anno Christi 1225. *Matth. Westmo-nast. Nicolaus Harpsfeld. Arnold. Henric. t. I. Ord. &c.* Ob. 1225.

In Monasterio Admirabilis Matris Monferrateni, obitus Venerabilis viri P. F. Joannis Clanonii sive Chianones, ejus-dem loci Monachi, servi Deiparæ longe additissimi, patris illuminatissimi, sub-cujus Magisterio, FF. Donatorum seu Oblatorum habitum indutus Sanct. Ignatius de Loila, tantum ea animi demissio-ne tantique Magistri instructione profe-cit, ut illustrissimi Sanctissimique Patrum Societatis Iesu Instituti Author & Patri-archa esse meruerit. Narrantur autem de Sanctitate Clanonii nostri miranda multa,

Obiit anno 1569.

Felicitissimus obitus.

B. Joannes mon.

S. Columba Abbas.

Mira visio matris.

Globus igneus seu caput pueri.

Mira vis verbi.

Vir igneus.

Angelorum favores.

multa, quæ paulo post orbi universo evul-ganda expectamus. Obiit vir meritissi-mus anno Christi 1569. in Vigilia Corpo-ris Christi, quæ in hanc ipsam diem inci-dit, mira & animi & corporis tranquillitate, nullo penitus morbo pressus seu ten-tatus, solo confectus fenio, ita ut à cele-bratione Missæ se abdicaret, quotidie ta-men sacro pane refectus, quem cum ex-more in Vigilia prædicta religiosissime sumpisset & post prandium velut quie-turus, ante fenestram cellæ adaperam re-fedisset, non quidem corporis lumine, quo captus erat, sed mentis acie, qua ma-ximè vigeat cælum contemplatus, dul-cissimè expiravit, inventusque à Mona-chis rubicundiore facie, & longè pul-chriore, quam unquam præ se ferre con-suevisset. *Const. Cajetan. Iepes, &c.*

Tuderti in Umbria B. Joannis cogno-

mento Rainutii Monachi. Is in Mona-sterio Sanct. Pauli Romano Monasticæ vitæ se devovens egregia perfectione & sanctimonia effulsit, sub annum Christi 1280. Tudertum postea missus, ad curan-dum Monasterium B. Margaritæ, Virgi-num Ordinis nostri sanctimonialium, il-lic quoque sanctitatis splendoribus egre-giè effulsit, ab insigni inprimis in proxi-mos & pauperes charitate commenda-tus, sibi necessaria suffuratus ut illis largi-retur, inde vulgo Ioannes Eleemosyna-rius cognominatus. Peregrinatus in Pa-lesthinam inde multas Reliquias retulit, & Monasterio Sanct. Margaritæ dono dedit. Obiit anno 1330. ob perfectissi-mam vitæ perfectionem supra majus alta-re reconditus. *Ex monim. Tudert. Jacobillo, &c.*

Obiit 1550.

QVINTO IDVS JUNII.

IX. Junij.

S. Columba Abbas.

Mira visio matris.

Globus igneus seu caput pueri.

Mira vis verbi.

Vir igneus.

Angelorum favores.

IN Scotia Columbi presbyteri, multorū Monachorum Patris. Columbi sanctitas etiam cum matris lateret utero, prodigio-sè prodita & præsignata est. Quippe vi-sus matri per somnium Angelus, eam ad-mirandæ pulchritudinis linteo donavit, in quo omnis generis & colorum flores depicti videbantur; quod tamen ab ipsa mox repetitum, & in sublimè raptum, prodigiosè extendi, & ingentia cæli spatia occupare mirabatur; voce desuper dela-psâ: talem edituram ipsam filium, qui flo-ridus totus, & veterum Prophetarum spi-ritu sublimis, innumerabilium prædesti-natus sit Dux animarum. Ejusdem, pue-ruli etiamnum, dormientis capiti, globus igneus incumbere visus, qui totas ædes prodigiosissimo lumine illustraverat. Sed neque adolescentia sine miraculis fuit, cum Sanctus jam tunc palam ab omnibus diceretur, & velut Ananiam & Saphiram Petrus, latronem crudelissimum in ocu-lis suis homicidium patrantem, sola ultio-nis prædicatione, mox interficeret, adeo cum verbo ejus, mortuus corrueret. Con-templationis & orationis studio addictis-simus, in eodem totus ignescere videba-tur, cum caelesti luce circumfusus, eaque humanis oculis intoleranda, ubicunque lateret proderetur, radiis per valvas ac rimas undecunque prodigiosè effusis. Iti-neris ejus, nisi comites Angeli non semel, & columna ignea ipsum antecedens, ac quasi viam monstrans. Vidit, quod

paucis contigisse ipse retulit, exemplo Magni Patriarchæ nostri BENEDICTI, col-lectam sub uno solis radio, universam to-tius mundi machinam; sed & abditissi-ma quævis, remotissima, & futura velut præsentia cognoscere & intueri meruit. Miraculis innumeris clarissimus, iisq; in-solentissimis, fuit, quæ inter, candido la-pillo, è flumine sublato, stupenda effecit; *Stupenda* ut is merito in thesauro deinceps Regio res. omnibus Regni gazis potior asservaretur, quo omnis generis morbi prodigiosissi-mè curabatur; eo majore miraculo, quod vitæ terminus illis instare nosceretur, si la-pis ad remedium quæsitus in sua capsula minimè appareret. Regibus, ut venera-Terrori Re-tioni, sic terrori etiam Columba fuit. Ai-gibus est. danum Regem, jussu Angelico, etiam no-lens ordinavit, eiq; eventura omnia clare & distinctè prædixit. Brudæi Regis jussu cum adveniendi portæ non referantur, illæ crucis impresso signo sponte patuère, & Columba cum Monachis suis ingressus est; cui proin territus Rex, cum proceri-bus venerabundus occurrit, & magno de-inceps virtum sanctissimum in honore ha-buit. Pestem, homines inter & pecora Pestem pro-grassaturam, multo ante prænunciavit, & fugat. missio, quem benedixerat pane, ut aquis injicerent, & inde biberent, innumeros curavit. Illud etiam rarius: quod, cui be-nedixerat terrū (Regulæ Sanctissimi Le-gislatoris nostri, ut sic dicam, observati-simum,) in varia Instrumenta forma-tum,

Adversum
tempestatem
navigat.

Precibus Ec-
clesiarum su-
perstes esse
cogitur.

Supremus
labor.

Felicissimus
obitus.

Visiones Era-
strum.

S. Maximia-
nus Episc.

Suos in nau-
fragio servat.

tum, uti probatissima notæ erat, solam ta-
men carnem minimè scindebat. Magi
cujusdam scelere adversis ventis à naviga-
tione impeditus, frendente infero, pleno
nihilominus velo adversum ventos &
tempestatem felicissimè navigavit. Solus
innumero dæmonum exercitui obnixus,
ope Angelorum præsentissima de iisdem
triumphavit. Abloti à corporis sui ergas-
tulo cum à Numine impetrasset, effusos
cælo in occursum Angelos, sibique jam
proximos, magno cum dolore revocari
intuitus est: quod ipse precibus Ecclesia-
rum donatus, quatuor años superstes esse
cogeretur, tunc primum ad præparatam
sibi gloriam revocandus. Supremus ipsi
labor in Psalterii scriptione fuit, quo iis in
verbis desuit: *Inquirentes autem Dominum
non deficient omni bono, &c.* & imminente
quam præviderat hora, in lectulo se suo,
durissima nimirum petra, & lapideo pul-
vinari reclinans, evocatos discipulos, ad
charitatem non fictam exhortatus est, inde
media jam nocte, solus ad Ecclesiam pro-
gressus, ac genuflexus, cælesti luce circum-
datus est, quæ occurrentibus Fratibus
evanuit, & deficiens ipse, sinu Monachi
cujusdam exceptus, elata ut poterat ma-
nu suis benedicens, felicissimè in Domi-
no obdormiit. Vita tunc absenti cuidam
innumera cælestium spirituum multitu-
do è cælo descendere, & Columbam ad
triumphos æternos evocare & deducere.
Alius quidam eodem tempore, columnâ
igneam, quæ universum orbem splendore
impleret, vidit cælo recipi, quâ receptâ,
velut sole occumbente, densissimæ terras
tenebræ operire videbantur. *Ex monim.
Insula Sacra, Adamano Scoto, diversis rer.
Scot. & Hibern. script. t. i. SS. Ord. &c.*

*Syraculis Sancti Maximiani Episcopi, cujus
Sanctus Gregorius Papa sæpius meminit.* Ma-
ximianus in Monasterio S. Gregorii in
Urbe Romana Monachum professus, tanto
Magistro plurimum profecit, cui & præ-
aliis dilectus fuit. Constantinopolim cum
aliquot Monachis, ad memoratum Ma-
gistrum suum (qui eo à Pelagio Papa lega-
tus erat,) visendum profectus, in reditu
nafragium passus, incolumis tamen in
magnam Græciam ad Cotronis littora cū
locis appulsus est. In mari enim Hadria-
tico navis tot ventorum ictibus collisa est,
ut compage resoluta, non tam ipsa in undis esse,
quam unda in illa usque ad superiora intus &
foris dici possent. Cū vero Deo gubernan-
te ad littus memoratum pervenisset, Ma-
ximianusq; sociorum ultimus exisset, illi-

co maris fluctibus absorpta fuit. Fuit me-
ritissimus de Sicilia universa, cujus Eccle-
siarum curam, præter & supra Pontifica-
tum Syracusanum, eidem magnus Eccle-
siæ Doctor comendavit, quem & defun-
ctum postea idem Gregorius haud leviter
deploravit, ut quem Ecclesiæ longè uti-
lissimum judicaverit. Ejus celebris me-
moria religiosissimè hâc die à Syracusanis
celebratur. *Iepsius, Octav. Cajet. Monim.
Sic. & Siracus. t. i. Sanctorum Ord. &c.*

In Monasterio Besvensi, S. Sifardi Mar-
tyris, qui à Danis Christianæ fidei hostibus
A. C. 888. late omnia populantibus, cru-
deliter trucidatus, ad palmas & præmia
Martyrum feliciter evolavit. *Ex monim.
Besvens. Hugone Menardo, t. i. SS. Ord. &c.*

In Italia Beati Onuphrii primi Abbatis
Generalis sanctissimæ Cælestinorum no-
strū, verè Cælestis familiæ, qui ob singula-
rem cum eruditionis laudem, tū rerum
gerundarum dexteritatem, sed & ob insig-
nem vitæ perfectionem, ac meritorum
magnitudinem ad eum honorem evectus,
cū eundem illustri vitæ sanctitate, velut
profundissimo & firmissimo fundamento
posito egregiè stabiliisset, ac mirifice ex-
ornasset, præclare gestorum gloria immor-
talis, ad æternæ felicitatis gaudia emigra-
vit A. C. 1300. *Ext. i. SS. Ord. Vita S. Roberti
Cælest. Menardo, Annal. nost. Bened. &c.*

Florentiæ in Monasterio Angelorum
B. Sylvestri Conversi, lectissimi Camaldu-
lensium Syderis. Is triginta tribus aîs co-
quinam exercuit, sine intermissione quo-
quodammodo Deū orando atq; obsecran-
do; ob quod ipsum sæpius correptus à Fra-
tribus est, creditumq; Angelos pro ipso nō
solum coxisse, sed & vasa purgasse, cum il-
le semper orare deprehenderetur. Sororē
habuit, Monialem Cænobii S. Margari-
tæ, quam sæpius ille solari sacris admoni-
tionibus consueverat; quæ cū aliquando
cælestis patriæ desiderio sciscitaretur:
quando deniq; Deum visuri essent, in hæc
verba rescripsit: *Latere soror, æterni sponsi
sponsa, qui tali die (certo spero,) ipsum lætissimi
simul videbimus; sedentem ad dexteram Pa-
tris; adeo ut eum ulterius amittere non possi-
mus.* Non intellexit illa, sed paulo post
morbo correpta, impetravit ab Episcopo,
ut apud Angelos sepeliri posset, & Sylve-
ster eodem die animā reddidit, cui utriq;
in eodem Angelorum Cænobio simul est
parentatum. Sylvester multis deinceps
claruit miraculis, asservanturq; utriusque
reliquiæ ad altare S. Ioan. Bapt. in Capitu-
lo in arca lignea. *Ex monim. Camald. Ang.
Flor.*

Magni fit à
S. Greg.

S. Sifardi
Martyr.

B. Onuphrii
Gener. Cæ-
lest.

Obiit 1300.

B. Sylvester
perpetuo
orat.

Propheta.

B. Emergar-
dis Com.
Britann.

Digna ob-
servatione
sententia.

S. Maurin.
Abb. Mart.

Insigne mi-
raculum.

Et quidem
perpetuum.

Sanctus Plu-
vialis.

S. Eudemun-
dus Abbas

Florentius. Vita excessit, anno Christi
1348.

In Gallia Beatæ Emergardis Comitissæ
Britanniæ. Hæc illustrissimis orta natali-
bus, Conani Comititis quondam conjux
fuerat, de qua his ipsis verbis Bernardus
de Brito: *Facta est ex divite pauper, ex Domi-
na ancilla, ex deliciosa pœnitens, ex suprema hu-
milis, ex Comitissa Britannia Monialis profes-
sa in quodam Monasterio Reformationis Cister-
ciensis, quæ tunc incipiebat florere in Gallia, tã
in Cænobiis noviter constructis, quam in aliis
nigri habitus Sancti Patris nostri Benedicti,
quæ eidem Reformationi se aggregabant; &
erant multa Cænobia, quæ retento habitu nigro
(ut ex nostris antiquis definitionibus colligitur)
Cisterciensem Reformationem amplecteban-
tur, &c.* Ita Brito. Exegit sanctissimè in
Cænobio Emergardis annos integros un-

decim, & fumò auctoritatis, & inprimis
abstinentiæ ac paupertatis studio mirè
enituit, taliterque conversatione instituit,
ut admiracula usque claruerit. Ad quam due
etiamnum extant Doctoris Melliflui Epi-
stolæ, quarum prima incipit: *Dilectæ in
Christo filiæ suæ Emergardis, quondã exi-
miæ Comitissæ, nunc humili Christi An-
cillæ, &c.* Vid. Henric. Menol. Cist. & in Co-
rona, Brito Cist. Ioan. Picardus, Manriq. &c.

In Comitatu Namurcensi, Beati Ioan-
nis Abbatis eximiæ sanctitatis viri, qui in
solitudine Villariensi sanctis informatus
disciplinis, & postmodum primus Abbas
in Grandi-pratenfi Cænobio constitutus,
admiranda pietatis exempla posteris de-
reliquit, Claruit A. C. 1235. *Menolog. Cist.
t. i. SS. Ord. &c.*

B. Ioannes
Abbas.

QUARTO IDVS JUNII.

X. Junij.

G.

Colonia S. Maurini Abbatis, & Martyris.
Maurinus in celebri S. Pantaleonis
Coloniensi Cænobio Monachum profes-
sus, vitæ insigni integritate Abbas eligi di-
gnissimus fuit; quod quidem munus ita
sanctè gessit, ut Martyrii etiam sibi facta à
Deo copiâ, post gloriosissimū in suo san-
guine triumphum, insignibus à Deo pro-
digiis illustratus sit. Alia inter plurima &
gravissima miracula, illud rarius celebra-
tur: cū nimia calor diuturni vehemen-
tiâ, arva prope Coloniam omnia exaruis-
sent, & solum solis sepultum pulveribus
squalleret, institutâ, gloriosissimi Marty-
ris nostri solemni die, Processione ac Sup-
plicatione, ut vocant frequentissimâ, cum
pro concione Orator merita Sanctissimi
Maurini interpellasset, & populum ad ea-
dem imploranda vehementius concitaf-
set, mox, sacris necdū peractis, tantis im-
brium inundationibus sese cælum in terras
effudit, ut per aliquot horarum spatium,
nemo è sacrâ æde pedem efferre posset,
tanto majore deinceps & frequentiore
miraculo, cum multis post aîs eâ ipse die
cælum, pati legem jussim, & annuâ recur-
rere Martyris memoria, pari gratiâ aquas
funderet, terrasq; & Colonienfium omniū
animos recrearet. Ex quo factum, ut Pa-
tronus sive Sanctus Pluvialis appellaretur,
eoq; nomine plurimum celebraretur. *Ex
Tabulis Eccles. Colon. Monim. S. Pantaleonis,
Petro Cratepöl. Ioan. Molan. t. i. SS. Ord. &c.*

mi natus, in aula Chilperici Regis primâ
aratem egit, multisq; auctus honoribus,
nobilissima ducta conjugè. cum ipsa cæle-
stem quasi in terris vitam instituit, uterq;
demum pari consensu Monasticen com-
plexi magnis virtutibus claruere. Eure-
mundus, condito Fontanensi suæ ditionis
Cænobio, non multo post ejusdem Ab-
batem egit, & miraculorum gloria à Nu-
mine comendari & illustrari meruit, ibi-
dem sancto sine consumatus & tumulatus;
postea tamen ad Creil oppidum in dedi-
catam ejusdem nomini & honori Basili-
cam translatus, & Tutelaris adoptatus.
Claruit sub A. C. 720. *Carolus Sausséus, &c.
Mart. Gall. &c.*

Moguntia, Sancti Bardonis, ejusdem
loci Archiepiscopi & Conf. Bardo nobili
Wederoviz familiâ, de Oppershofen, pa-
tre Adalberto, matre Christianâ natus est,
verum nobilitatem servitutis Christi, ter-
renæ & lubricæ illi longè præferens, eam
in sanctissimo Fuldensi Cænobio exam-
biit & meruit, ubi humilitati & purissimæ
simplicitati studens, quanto latere & in-
utilis apparere diligentius studuit, tanto
ad majora quæsitus, & ad altiora evectus,
talenta sua in Domini lucra tolerantissime
expendit. Quippe Fuldensis, ac mox
Hersfeldensis, & ut nonnulli volunt etiâ
Virdunensis Cænobiorum electus Abbas,
ab optimis quibusque, magister, pater,
Princeps certatim exambitus expetitus,
invitus deniq; ad celeberrimam evectus
Cathedram, Archiepiscopus Moguntia-
nus

S. Bardo Ar-
chiep.

Fit Monachi

Fit Abbas

Archiep. & S.R. Imper. Elector.

Chryf. Germania.

Spiritu prophético clar.

Metropolitana Eccliam restaurat.

Insigne & spectatissimū miraculum.

nus Sacri Rom. Imperii Elector creatus, Principem Germaniæ Ecclesiam insigni vitæ sanctitate mirificè exornavit, & æternis beneficiis sibi obstrinxit. Fuit, ut Zelosissimus Divini honoris propagator, sic dignissima tanto Pontifice functione, verbi Divini ferventissimus & assiduus prædicator, illud, divina oris facundia & gratia elogium meritis, ut comunicato ipsi cum Magno illo Constantinopolitanæ Ecclesiæ Pontifice Ioanne, cognomine, propter singularem pro concione dicendi suavitatem, *Bardo Chrysofomus* fit appellatus. Eū prophetico spiritu Deus illustravit, cujus illustre admodum exemplum refert *Hafenricanus* apud *Gretserum*: Cum n. *Gebhardus* juvenis admodum *Henrico* Imperatori pro Episcopatu *Eistetten*si præsentaretur, & veritus *Augusto*, cognato cæteroquin adolescenti sed ob ætatem ut videbatur inepto, Pontificatū conferre, Episcoporum qui assidebant sententiā rogaret: *Bardo Archiepiscopus*, verba Authoris ipsa ponimus, *subtus cucullam suam, ut solebat, collectus & tacitus, cum ad respondendum rogaretur; postquam sapius eum intuitus est, demisso vultu tandem ad Imperatorem ait: Domine, bene potestis hanc sibi dare potestatem, quia aliquando dabitur sibi majorē. Quod Rex admodum miratus: Quid, inquit, Pater, dixisti de futura datione majoris potestatis? At ille subridēs (desunt verba aliquot) & tam inquit in dicendo: verum tamē, ut dixi bene potestis hunc sibi Episcopatū largiri. Quo Rex audito, securus jam tanti viri testimonio, annulum sibi mox dedit cum baculo.* Ita scriptor citatus, evenitque suo tempore quod vir Sanctus prædixerat, annuente postulatis Cardinalium Cæsare, cū per *S. Hildebrandum* nostrum, ad *Romani* Pontificatus apicem *Gebhardum* postulassent. *Basilicam* Cathedralē *Bardo* noster, alia inter merita, ipse pfecit, exornavit splendide, & magni *Turonensii* Antistitis *Martini* honori nuncupavit & cōsecravit. Claruit frequentissimis à morte miraculis, è quibus perinsigne illud: cū *S. Anno* *Colonensii* Archiepiscopus, inter densissimam populorum frequentiam, ad tumulum *Bardonis*, quendam famulum quondam ejus, toto corpore contractum, affidete conspiceret, & sic, quasi exprobrans, sanctum alloqueretur: *Ignotos, & prope nullius devotionis, ope celerrima respicis, hunc vero tui juris famulum, te diligentem, te precibus assiduis inquietantem tanta hæcenus obstinatione contemere potuisti?* Mirum dictu, exiliit repente æger, incolumis totus, applau-

dente populo universo, & *Annone* in solemnem illum Hymnum *Te Deum* laudamus, &c. erumpente. Obiit magnus hic Elector noster, Germaniæ *Chrysofomus* A.C. 1051. *Ex Monim. & Chron. Mogunt. Nicolao Serar. Mariano, Gotth. Trith. Brusch. Annal. nost. Germ. Annal. item. Benedictinis, Aquila Imperii Benedictina, Germania Christiana, &c.*

In Monasterio *Bobien*si *S. Baboleni* Abbatis & Confess. Hic magni & *S. Columbani* inter lectissimos discipulos specialiter celebratus, ejusdem postea in *Abbatia* successor, magnis omnino virtutibus emicuit. Cum a. fratres omnes interdum in opere manuum & laboribus vinceret, nihilominus vigiliis etiam, jejniis & oratione superabat. Semper hilaris vultu serenissimo & imperturbato extitit, atque lenitudine & mansuetudine gratiosissimis præditus, peregrinorum, pauperū, hospitem, & inprimis infirmorum curam diligentissimam habuit, parvulorum a. & pædagogus & solatium fuit. Sibi soli rigidus, cæteris omnibus pro melle fuit; ipsum de nocte cæleste lumē, ut columna ignis *Israelem* præcessit. Claruit insigni miraculorū gloria, præciosq; fratris alicujus artus, sola saliva curavit, vas eversum ne liquor difflueret servavit, multa alia præclare gessit. Claruitq; sub A.C. 630. *Ex Vita &c.*

Eodem die *S. Ioannis* Monachi *Bertinensis* in *Sithiu*, egregia vitæ sanctitate conspicui; cujus inprimis singulare studium in Divinis exercendis comendatur. Claruit A.C. 890. *Ex monim. Bertin. Hugone Men. Arn. Duac. t. 1. SS. Ord. &c.*

Werdæ elevatio *S. Swiberti* Episcopi & Conf. Magni *Frisiorum*, *Hollandorum*, & *Saxonum* Apostoli. Facta est hæc per *Beatum Hildegerū* *Colonensem* Archiepiscopū auctoritate Apostolica *Stephani II. Pont. Max.* qui ipse tantum Divum elevare statuerat, impeditus a. *Aistulphi* Regis improbitate non poterat. Prodiit aperto tumulo, admiranda cælestis odoris fragrantia, quæ nares atque animos omnium mirificè recreavit, & Inventionis hujus solemnitatis anniversaria deinceps festivitate colenda & recolenda, recepta, atque ingenti dehinc populorum concursu sacer hic thesaurus frequentatus est: appellabaturque, inquit *S. Ludgerus*, ubique terrarum (*Swibertus*), Patronus pestis *Squinantiæ*, ita ut multi infecti tali & tam periculosa peste, voventes devote ipsum peregrè visitare, & ipsi servire, liberati sint ab eadem peste, adducti ad Sacrosanctum & venerandum

S. Baboleni Abbas.

Laudes ejus

Miracula.

Claruit Anno 630.

S. Ioannes.

Elevatio S. Swiberti.

Patronus Squinantiæ.

B. Maria.

Viso insignis

S. Parisius.

Pueri miraculum.

Fit Monach.

Ejus studia.

Confessarius ut vocant Virginum.

randum corpus ipsius. *Ex Epist. S. Ludgeri de S. Swibert. Baron. Annal. nostr. Germ. & Bened. t. 1. SS. Ord. &c.*
In Gallia *Beatae Mariæ* Monialis Cisterciensis, quæ piis operibus intenta, & in sancto religionis proposito perseverans immaculatam Deo animam reddidit & post mortem *Beatae Ascelinæ* Priorissæ *Wallecuriensis* visa est in sphaera ignea & cælesti gloriâ circumdata, quam cum *Asce-*

lina de statu suo rogaret: *Sicut audivimus; sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri; cumq; dicto disparuit.* *Cas. Heisterb. Men. Cist. Henr. t. 1. SS. Ord. &c.*
In *Godlandia* depositio *B. Petri Monachi* *columbinæ* simplicitatis, & eximie pietatis, qui secundum *S. Bernardi* vaticinium *Abbas* effectus suos sanctè instituit & sancto fine quievit. *Liber de initio Ord. Cist. Henric. t. SS. cit. &c.*

B. Petrus Abbas.

Spiritus Propheticus.

Miracula.

Moritur.

Hæretici temeritas plexa.

Epitaphium.

S. Aygulph. Archiepisc. Mart.

TERTIO IDVS JUNII.

XI. Junij.

A.

Bononia *S. Parisii* Confessoris, *Monachi Camaldulensis*. Insigne patriæ suæ & immortale decus *Parisius*, *Bononiæ* honestis parentibus sub A.C. 1150. natus est. Puer etiamnum, maturimæ sanctitatis specimina edidit, quæ summæ perfectionis, ut initia erant, sic tanto temporum decursu (vixit namq; años omnino centum & sedecim,) in immensum excreverant. Cyathum ab ancilla sibi ad potandum porrectum, exque porrigentis manu in terram delapsum ac contractum, cum ob poculi elegantiam multis se illa lachrymis conficeret, integerrimū ille collectis fragmentis & prodigiosè compositis restituit, puerili at dignâ pietate ancillæ questus ac lachrymas miserat, ex quo tempore sacras ædes, magis frequentare cœpit, & à sæcularibus colloquiis, & aliorum consuetudine abhorre. Duodennis rigidissimum *Camaldulensium* nostrorum Institutum amplexus, perfectissimæ vitæ Magistris ipsis admirationi fuit, tenerrimiq; corpusculi macerationi, orationisq; ac Contemplationis studio se totum addixit atque iis demū profectibus adolevit, ut inter absolutæ perfectionis Monachos absolutissimus, summæ inprimis temperantiæ, castitatis eximie, & disciplinæ Monachicæ studiis spectatissimus haberetur. Quæ causa fuit, ut *S. Christinæ* *Tarvisii* Monialibus (quod postea Monasteriū ab ipso cognomen meruit) à suis superioribus præficeretur, quam curam, tanto viro gravem admodum, Sanctæ Obedientiæ studio libenter suscepit, & quod mireris, totos septem ac septuaginta años ita gessit, ut nec obtrectatione cujusquam, nec ullis Virginitum.

vigiliis, oratione, & corporis afflictionibus, quidquid superabat temporis, labore manuum consecrans; vivens & mortuus variis à Deo miraculis illustratus. Spiritu Prophético præditus, & Cænobii illius excidium, & alias clades, quæ postea acciderunt, populo *Tarvisino* prædixit. Episcopo ejusdē urbis ab impositis sibi apud *Romanum* Pontificem criminibus liberationem prænucciavit. Famulum ejusdem, qui ex alto cadens crus fregerat, oratione fusâ prodigiosè curavit. Moniale in pedibus manibusque contractam crucis signo sanam reddidit. Senio demum longævo confectus in febrem incidit, quâ mox invalescente, plenus ut dierum, sic meritum in Domino requievit 3. Id. Junii A.C. 1267. Antequam autem corpus ejus sepulturæ traderetur, cū multi illius manus tanquam Sancti exoscularentur, Hæreticus quidam qui forte aderat, in hæc erumpere ausus: *Si hic Sanctus est, ardeat ut candela hæc manus mea,* temeritatis illico pœnas luit. Vix siquidem verba finierat (mirandum!) cum repente ignis prodigiosissimè manum ejus invasit. Sed cum pœnitens ac prostratus veniam deprecatus esset, universo, qui confluxerat, populo, pro ipso in preces effuso, liberatus est. Sepultus *Tarvisii* vir sanctus cum hoc Epitaphio.

Beati Parisii Monachi Ordinis Camaldulensis qui LXXX. annis hoc Monasterium optime rexit, vixitque annis CXVI. atque anno Salutis M CCLXVII. die Junii XI. Spiravit in Domino, Sanctissimum & clarum miraculis corpus, in hac arcâ quiescit.

Ex monim. Tarvisinis, Chron. Camaldul. Iacobo de Voragine, Carolo Sigonio, Philippo Ferrario, Annal. nostr. Benedict. tom. 1. Sacro-Sanct. Ordinis, &c.

Biturigis S. Aygulphi Archiepiscopi & Con-

& Confessoris. Aygulphus, aliis Alilphus, S. Ayos, S. Ayeul, & S. Aouft appellatus, perfectionis studio ferventissimus, cum in Cænobio probatione sui diuturnâ, juxta Regulam S. P. N. BENEDICTI strenuè se exercuisset, ad singularem eremi descendens pugnam, quanto magis latere studuit tanto magis exaltatus, in lucem gentibus datus est, & ad celeberrimam Archiepiscopalis Bituricensium Ecclesiæ Cathedram evedtus, huic multo illustrius nomen vitæ sanctitate peperit. Quem etiam gloriosissimâ sanguinis sui purpura supremum decus Ecclesiæ suæ attulisse inventa cum sanctissimis ejusdem Reliquiis schedula attestatur. Pingitur imago ejus adstante cerva, cum enim Nuncius litteras electionis ejus ipsi in eremo præsentaret, & vir sanctus fatigato, esurienti, sitientique quod apponeret nihil prorsus haberet, occurrens illico & consistens, cerva, meritis Agilulphi, tabellioni ubera præbuit, ex quo miraculo loco deinceps, & condito postea illic pago appellatio perpetua *Sta-cerva* remanuit. Quiescit in sui nominis Parochiali Ecclesia, quæ vulgò hodie (Sainct. Aouft,) appellatur. Obiitque Ann. Christi 840. cujus celebre admodum nomen est in Archipresbyteratu Castri-Rodulphi. *Claud. Rob. Hug. Menard. Ioan. Chenu, Arnold. Duac. t. 1. Sancto- rum Ordinis, &c.*

In Monasterio Dononiensi relatio Sanctæ Ragenfredis Virginis & Abbatissæ. Ragenfredis Aldebertum Austro- vandix Comitem patrem habuit, matrem Reginam Pipini Regis neptim. Fuit Abbatissa percelebris Cænobii Dononiensis à parentibus suis conditi, quem locum tantâ sanctorum operum claritate illustravit, ut Sanctorum albo ipsa inscribi meruerit, plurimis à morte miraculis nobilitata, plurimumque locorum celebrium, Embrica, Resæ, Hovepelle Patrona adoptata. Deposito ejus octavo Iduum Aprilis celebratur. *Molanus Indic. SS. Belgii, t. 1. SS. Ord. &c.*

Bremæ Sancti Remberti, celebris Septentrionalium Regionum Apostoli, Bremensium & Hamburgensium Archiepiscopi, de quo fufius pridie Nonas Februarii, die ipsius Natali, hæc, autem, celebrior ejus Festivitas agitur. *Meyer. Molan. Galefin. Arn. &c.*

In territorio Beluacensi Sancti Euren- mundi Abbatis. Eurenundus Bajocen- sis patria, Abbas Fontaneti tempore Childeberti Regis claruit. Sacrum ejus corpus asservatum in Vrbe Picardiæ Creil,

diecefis Belovacensis, superioribus annis scelere Calvinistarum crematum est, facie solâ exceptâ, quæ Canonicorum ejusdem loci diligentia crepta est, teste *Petro Lovveto l. 3. Belovac. Hist. Hug. Men. t. 1. SS. Ord. &c.*

Eodem die Comemoratio omnium Sanctorum atque Beatorum Monasterii Nonantulani Monachorum, quorum incredibilem fuisse multitudinem, vel ex eo solum liquet, quod sub ipsa initia conditi ejusdem à Divo Anselmo Forojulien- sium Duce, & primo ibidem Abbate, fervente ad tantum Ducis sanctissimum exemplum, universâ regione, in unius hominis potestatem tot tantique concesserint, ut miraculo plane esset, Principem favoribus mundi ac deliciis assuetissimum, non tantum de se tam illustri triumpho triumphasse, quin & exemplo suo, plures quam olim ferro subjugasse, adeo quidem, ut præter eos, quos fama sanctitatis etiam à morte inductos Christo subjugaverat, superstes etiam nunc, mille centum quadraginta quatuor, & quidem perfectioris notæ Monachos numeraret, eo postmodum Cænobii flore & Professorum numero, cum annis aucto, & facile de Beatorum unius Cænobii hujus copiâ liceat ominari. *Ex monim. Nonantulanis, Annal. nostr. Bened. Arnold. Duac. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Camera B. M. V. depositio B. Aleydis à Scarenbeca Virg. Hæc ab ineunte ætate quieti & solitudini dedita, puellares omnes levitates, domi se continens evitavit. Septuennis Monasterium ingressa, paulo post perfectiores quasque & seniores maturitate & virtute transgressa, humilitatis tamen fundamento præcipuè studuit. Hæc tam chara Christo sponsa, majoris meriti causa, lepra percussa, & à cæteris monialibus separata, Christi amplexu, & aspectu perfui meruit. Ea autem gravissima & incurabili infirmitate ad usque vitæ terminum laboravit, quin & multis aliis morbis afflicta fuit, ita ut à planta pedis usque ad verticem capitis in ea sanitas non esset, cute universa corticis instar arida scissâ, quin & tabo & vermibus scatentissimâ, tantis accedentibus doloribus, ut nunc in inferno, nunc in purgatorio se torqueri exclamaret, Deum tamen perpetuo laudaret; quæ omnia pro peccatoribus etiam futuris, & pro defunctis ab ipsâ toleranda, ipsam Christus ipse edocuit. Claruit admirandis prodigiis, & leprosa ipsa, omnes tamen leprosos solo tactu curavit. Eadem Crucem auream è cælo sibi allatam dono accepit, Festo S. Barnabæ morti, ut vide-

Insignis promissio.

Vide fol.

Eam Deus salutat & amplectitur.

Obiit 1250.

Christus cum Deipara animam ejus suscipit.

Canonizata

B. Chrodobaldus.

videbatur, proximam sacrisque munitam, Christus apparens, ipsa Sanct. Barnabæ post annum primum morituram, prædixit. Festo Sanct. Vrsulæ, cum Matutinas à fororibus cantari audiret, & ne, sicut à Choro, sic & ab earum in cælo confortio excluderetur rogaret, Christus ipse dilectæ suæ respondit: *Filia, non solum in Sodalium Beata Vrsula numerum refereris, sed & altiore multo gradu super eas collocaberis.* Experta est sumis in doloribus præsentissimum semper sui sponsi subsidium, uti post quartum annum separationis, in aliam ædiculam translata ipse promiserat, cum primo, quo hanc egressa erat die, ipsum medio in cubiculo, clarissimè intueretur, diductis brachiis se amplectentem, & in hæc gratulationis plena erumpentem: *Optato adveneris filia, in hoc sederis mei tabernaculum, ego te nunquam deseram, sed protector tuus ero assiduus.* Decesit tandem die prædicta anno Christi 1250. Cujus gloriam multis amicis suis sibi devotissimis, bonum Numen revelare dignatum est: Visa etiam cuidam anima ejus cælestia palatia petere, in cujus occursum Dominus Iesus, ejusque sanctissima Genitrix, & tota se curia cælestis effudit. Ipse autem Rex Angelorum eam dulci amplexu recipiens, taliter compellavit: *Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti, propter quod nunc venio, ut duplici coronâ tam Martyris quam Virginis decorata, in aeternam requiem introducaris.* Tandem cum indies opinione sanctitatis & numero miraculorum gloriosior evaderet, Sanctorum numero fuit adscripta, ut expresse fatetur Gaufredus Villariensis, teste Henriquezio. De Aleyde, breviter doctissimus Molanus: *Obitus, &c. Aleydis de Scarenbeca, cujus virtutes & merita, visitationes & miracula ad plenum nequeunt explicari, &c. Angel. Manriq. Arnold. de Raiffe, Ioann. Gilemann. Ioann. de Assignii, &c.*

In Monasterio Marcianensi depositio Beati Chrodobaldi. Fuit hic multis & præclaris virtutibus insignis; sed, ut suos quisque patitur manes, inobedienciæ & contumaciæ aliquando vitio subjacuit. Cum enim missò nuncio Sanct. Amandus noster ipsi ut vehicula præpararet, ad vinum in usum Fratrum Monasterio deferendum, injunxisset, illeque dicto inobediens fuisset; paralyti illico gravissimâ

correptus fuit, à quâ non nisi Beati Amandi ope & precibus liberatus; sicque vitio illo procul valere jussu, iis virtutibus eaque sanctitate deinceps floruit, ut hæc post illius obitum DEVS palam omnibus manifestare voluerit. Siquidem, quo tempore Cænobii Marcianensis templum flammis absumptum est, tapetum ejus sarcophago suppositum, prunis ardentibus undique coopertum, flammâ undique fervente per totum Monasterium, sicut ab antiquis Patribus relatum est, omnino permansit illæsum. Quod in hodiernum usque diem pro rei memoria asservatur. Fuit primus Cænobii sui præpositus claruitque anno Christi 660. Arnoldus de Raiffe, Gualbert. Marcian. Baudemundus in vita Sanct. Amandi, tom. 1. Sacro-Sanct. &c.

In eodem Monasterio, eadem die Comemoratio. Beati Hugonis ejusdem loci Abbatis. De quo nos alias.

In Monasterio Claravallensi Beati Rayneri Belgæ, qui fuit unus ex nobilibus illis, qui ad Torneamentorum ludos pergentes, ex itinere, famâ Melliflui Doctoris illecti ad ipsum diverterunt, & poculo cerevisiæ ab ipso benedicto, exhausto, admirabili modo compuncti, cum etiam inviti nonnulli poculum acceptassent, Religionis Monachicæ amore succensi, Mira convivio Cænobio digressi de deserendis fluxis mundi hujus deliciis sermonem instituentes unanimi consensu omnes sæculum ejurarunt, & cucillum amplexi sunt. Cæteram hic Reynerus noster tantum Magistram nactus, perfectissimus & sanctissimus evasit, adeo ut sanctissimi illius Cænobii, ob eximiam morum integritatem, summamque omnium de ipso existimationem, Prior deligeretur. Præfuit & profuit cum verbo, tum exemplo, & meritorum manipulis locuples migravit ad cælum. Eum nonnulli Raynerum de Tervana appellant, incertum an Tervanensi ex Vrbe oriundum, an potius tali familiæ cognomine appellatum. Chrysofom. Henriq. Menol. Cist. &c.

Eodem die V. Linthberti Abbatis Hirs- laug. de quo Trithem. ad Ann. Christi 838.

☩ (O) ☩
55

PRIDIE

Miraculum in signe.

Clar. 660.

B. Hugo Abb.

B. Raymundus.

Mira convivio.

Prior Claravallis.

XII. Junij.

B.

S. Odulphus
monachus.

Fit Propo-
situs Cashe-
dralis.

Apostolus
Frisonum.

Spiritus pro-
pheticus.

Exhortatio
Frisonum.

TRajecti Sancti Odulphi Monachi & Confessoris. Is Francorum nobili ortus prolapia, generi splendorem insigni sanctitate maximum addidit. Puerili jam ætate, *velut alter sæculi sui Samuel*, venerationi omnibus fuit. Monachum Trajecti professus, admirabili illico perfectione emicuit, adeo quidem ut non multo post Cathedralis Monachorum Collegii præpositus deligeretur, quo quidem in munere exemplar virtutū omnium se omnibus exhibuit: erat enim, inquit vitæ ejus scriptor, in vigiliis strenuus, in jejuniis potens, in oratione sedulus, in sacra lectione studiosus, in eleemosynis largus; in curandis pauperibus celebris, in hospitalitate fervens, in rebus Ecclesiasticis distribuendis prudens, neque aliter vel ab omnibus illis, vel ab ipso etiam Præfule, quam *Monasterii Pater* vocabatur, atque ab ejus ore, omnes cupiebant accipere consilium, omnibus enim factus erat cum Apostolo, ut omnes Christo lucrifaceret. Ita scriptor cit. Meruit æterno & Apostolico labore de Frisonibus, apud quos, in gravissimos denuo errores prolapsos cum nihil proficerent sancti Episcopi, Monasterio extractus Odulphus, & Apostolicæ functioni devotus, uberrimo cum fructu iis operam navavit, cumque Sancto Friderico nostro per diversas provincias magno Zelo oberans, crebro admonendo, arguendo, increpando homines, qui antea istar luporum sævi & rapaces erant, salutari doctrina in oves mansuetas convertit. Cæterum, ut præviderat vir prophetico spiritu illuminatissimus, ad vomitum nihilominus, post tot prædicationis labores reversuris, cladem prædixit; sese autem etiam à morte Patrocinium eorum suscepturum ipopondit, & quo signo se adfore cognoscerent ostendit: cum enim jam discessurus esset, ab eo loco qui Staveran dicitur, ita vitæ scriptor ait, priusquam se daret itinere, ingens ad eum convenit Frisonum multitudo, ejus saluberrima adhortatione muniri cupientium. Ille vero Domino eos comendans, bene precatus est eis, amanterque admonebat, ne à via veritatis unquam deflecterent, certi non sine gravi animadversione id se facturos. Et ego quidem, inquit, scio, non vos permanentes in sana doctrina: sed ea causa gentiles barbari in vos incurrerent, quod mihi vobis jam ante prædicanti incunctanter credere po-

testis, iiq; vestram regionem populabuntur, vosq; & res vestras in captivitatem abducent. Evenit utrumq; postea, sicut fuerat à Sancto viro prædictum. Ingens fax ad domus ejus ostium jacebat. Illud ergo digito demonstrans iisdem: Scitote, inquit futurum esse, ut absq; illius hominis opera taxum istud in flumen devolvatur: ubi etiam latitabit sub undis, donec vos divinæ pacis eritis beneficio destituti. Cui autem videritis iterum illud absque humano opere ad litus emergere, nõ dubitatis me, licet jam extinctum vos revivere, vobisq; pacem à Deo impetratam apportare, mansuram apud vos, donec superbia, perjurii, homicidiis, adulteriis, atq; omnivariis flagitiis, eam rursus à vobis excludatis, irato Deo propter maleficia vestra &c. Cujus quidem vaticinii & signi admirandi permultos testes ætate sua superstites fuisse scriptor citatus asseverat, qui oculis propriis rem cõspexerint, atq; *Saxum illud in Ecclesia ibidem immobile perdurare, ut credentium fides confirmetur, & increduli pudeant.* Cæterum & alia prædixit, sicut & Castro præposito mortem, cum Episcopatum admittere recusaret, & defuturis ita differuit, ac si jam coram fieri intueretur. Excoctus demum exhaustusq; laboribus & senio debilis, cum absq; baculi adminiculo ad Ecclesiam proximam progredi nõ posset, quodam tamen die præ animi vigore & alacritate oblitus imbecillitatis suæ ad Ecclesiam relicto in cellula baculo properavit; cum interea maligni demonis opera domiciliū ejus conflagravit, & vir sanctus, ad preces conversus, ne ignis loca sancta invaderet impetravit. Cæterum baculus ille de quo supra, in cujus suprema parte tabellam ceream affixam, in eaq; fidelium exarata nomina habebat, in mediis incendiis intactus granei prodigio persistit, cera non solum non resoluta, verum adeo indurata, ut nec unius apex abolutus cerneretur. Ad Monasterium demum reversus, & Fratres, mortis suæ præsciis ad canendos secum Psalmos invitans, dum versum *in manus tuas Domine commendo spiritum meum completeret*, vitæ item curriculum explevit, & ad supera emigravit, miram odoris fragrantia, omnes qui aderant mirifice recreante, insignibus deinceps miraculis, & quidem innumeris tam Trajecti, quam in Staveran ad implorationem opis & mentitorum ejus consequentibus. Claruit præstantissimus Frisonum Apostolus, & fidissimus

Miratus

Insignis pro-
missio & me-
ritum.

Multa præ-
dicit.

Zelus mira-
bilis sancti
senis.

Stupenda
res!

Mortuus.

Patronus
Frisonum.

fidissimus

fidissimus Tutelaris anno Ch. 840. &c. *Ex Vita & script. cit. diversis Friscarum rer. script. Cratepolio, Molanus, Galefin. Arnold. t. I. SS. Ord. &c.*

S. Adalbero
Episc.

Illustre genus

Fit Abbas.

Ejus libera-
litas.

Obiit 909.

Miracula.

S. Leo. III.

Augustæ Vindelicorum depositio Sancti Adalberonis Episcopi & Confessoris. Adalbero, Adalberus sive Alberus perillustri natus genere parentes Dilingæ & Kyburgi Comites habuit. Monachum in celeberrimo Ellwangenensi Cænobio professus antiquam generis nobilitatem, summa cum ingenii & doctrinæ, tum civilis prudentiæ laude cumulans, admirabili vitæ sanctitate etiam cælo inferuit. Venti apud Arnulphum Imperatorem ejusque filium Ludovicum, tam præstans rerum verborumque fides fuit, ut raro quidquam majoris momenti eo inconsulto aggredierentur. Fuitque merito ab Ludovico Aug. summo in honore habitus, cujus nimirum adolescentiæ ab Arnulpho Patre Cæsare præfectus, dignissimas Imperio virtutes inferere, easq; eruditionis quotidianis profectibus cumulare nunquam destitit. Abbas primum ad Laurishaimense Cænobium postulatus, post quinquennium, ad sui Eluacensis Monasterii regimen evocatus, inde ad Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Pontificatum extractus est. In Monasterium S. Galli ob Monachorum merita propensissimus, amorem suum frequenti munerum oblatione testatus, ex quo nepotem suum Sanctum Vdalricum virtute & eruditione cultissimum recepit, & Cameraarii honore auctum, ad majus perfectionis studium exhortationis verbo, & vitæ exemplo accendere nunquam destitit. Obiit. A. C. 909. alii 922. hæc die quorundam opinione, secundum aliorum 29. Aprilis, cum Episcopatu annis 22. utilissimè præstitisset, & de successore dignissimo Hildino, quem sex annis Coadjutorem sibi adsciverat, consulisset, pluribus à morte miraculis illustratus. Vitam ejus descripsere Ermenricus Monachus & Vdalschalcus Abbas, quam tamen videre necdum merui. *Ex Annal. nost. Germania, Aquila Benedictina Imp. Chron. Elvvang. Sigismundo. Meisterlin, Bruschio, Zimbrensi, &c.*

Romæ depositio Sancti Leonis Padæ III. præstantissimis de Ecclesia universa meritis conspicui. Leo III. Azuppilii filius Romanus, *Canonicus primum Regularis, dehinc Ordinis S. Patriarcha nostri Benedicti Monachus.* (Ita Ciaconius, nos tamen alibi etiam Canonicum & quidem Benedi-

ctinum fuisse asserimus,) scientia scripturarum & sanctitatis laude celeberrimus, ex Monacho Presbyter Cardinalis Tit. S. Sufannæ creatus, postea miro omnium consensu Pontifex Maximus salutatus, de cujus electione dignissima Baronii verba præterire non possumus: *Probat insignem Leonis sanctitatem, ipsa omnium consensu electio quam celerrimè facta, utpote qui eximio virtutum fulgore, mox omnium oculos in se converterit; neque filii tenebrarum (si qui essent inter eos) ausi sunt resistendo tantam ejus gloriam obscurare. Electus plane à DEO, ut magna pateretur. &c.* Cujus quamprimum insignia de Vrbe imprimis merita fuere, adeo ut amplissima Caroli Magni Regis munera, omnia in egentes Clericos erogaret, & nihil sibi reservans, in Ecclesias restaurandas universa expenderet. Quæ tamen, insignis ejus pietas, efficere non potuit, quin invidorum scelere appetere-tur. Quippe implacabili odio ipsum Paschalis Primicerius & Campulus Sacellarius cum nonnullis prosequuti, eo tandem furoris & amentia proveci sunt, ut sacrilegis in ipsum injectis manibus, in terram dejecto, concitoque oculos eruerent, linguam radicitus præcinderent, idque infacri muneris functione, inter expiatum per Litanias ritu solemnem populum. Sed & sacrilegia sacrilegiis cumulantes, sanctissimo Pontifice rursus in Ecclesia ante altare, juxta Confessionem tracto, tantum repetiverunt flagitium, & semivivum ante altare in sanguine suo revolutum dimiserunt. Veriti autem ne à fidelibus inde eriperetur, abstractum in Monasterio S. Erasmi in arcta custodia recluserunt. Restitutus prodigiosissimè Ecclesiæ afflictæ & gementi sanus & incolumis miram Dei bonitate, & suffragante Apostolorum Principe, Leo, & oculos & linguam grandi miraculo recepit. Ereptus a custodia & in Gallias ductus honorificentissimè exceptus, dignissimoq; comitatu & pompa reductus in Urbem; mansuetudine supra miraculum omne excelluit, dum, ne supplicio capitis aut mutilatione quamvis in reos nocentissimos animadverteret Rex Carolus, intercessit, & potentissimis precibus impetravit. Ut a cætera ejus merita fileamus, illud unum longè amplissimum de Romano Imperio fuit, quo de Romano Imperio, summo cum Orbis Universi Ecclesiæ bono atq; ornamento immortaliter meruit, Imperio Orientali in Occidentem translato, & quidem Cæsarium longe spectatissimo Magno Carolo Germanæ

Mira electio.

Liberalitas verè Pontificia.

Indigna res!

Stupendum miraculum

Mansuetudo seu miraculum

Imperium Orientale in Occid. trans-

manæ

Immortale meritum.

Vnus quot Concilia celebravit.

Institutio Rogationum.

Ob. 816.

S. Maurus Abbas.

B. Guido.

manæ originis Principe, Galliarum Rege, ad id muneris primū evecto & solemniter inaugurato, quod quidem meritum non tam Germanis, quam Callis, apud quorum Reges diutius perstitit, imo Occidenti universo comune, nulla unquam posteritas, grati animi significatione satis dignè testatura sit, nedum exsolutura. Ut de Conciliis, Synodisque celeberrimis (quibus Reip. Christianæ utilius esse nihil potest,) ejus auctoritate celebratis, Romano, Altinenſi, Aquisgranenſi, Arelatenſi, Turonenſi, Cabilonenſi, Moguntinenſi, Rhemenſi Theodonis-villæ, & Noviomienſi, agere conſulto præmittamus, ut & quæ ſummo cum Orbis Christiani, & omnis posteritatis bono præclariffimè instituit, quæ inter Triduum illud Supplicationum seu Rogationum ut vocant, ab ipſo in Eccleſiam univerſam introductarum, merito computandum, & nunquam ſatis comendandum. Deceſſit vir ſanctus plenus meritorum, & dierum A. C. 816. ſepultus in S. Petri. *Ex Annal. Eccl. & noſtris Bened. t. 1. SS. Ordin. Ciaconio, Platina, Parvino, Aquila Imp. Benedict. &c.*

Maſſiliæ Sancti Mauri Abbatis & Confessoris. Fuit hic longè celeberrimi, & ſanctorum fertiliſſimi Monasterii Sancti Victoris in Vrbe Maſſilienſi Abbas, cujus tamen vitæ Hiſtoriam nec dum accipere merui. Ejus meminit Antonius de Iepes noſter, in Chronico ſuo Generali Ordinis noſtri, centuria 6. tomo 6. in Catalogo Abbatum loci ejuſdem, atque ipſum floruiſſe A. C. 800. Caroli Magni Imperatoris temporibus, &c.

In Clara-valle B. Guidonis Monachi. Is egregia indole adoleſcentulus, ſtudioſum gratia cum pedago Parisios profectus, cum ex itinere Claramvallem diverteret, vocante Numine mirè retentus eſt. Si quidem loci ſanctitate & Monachorum

exemplis compunctus, cum ipſo tempore converſus, recipi rogaret & impetraret pædagogus ipſius, rogato Guidone ut ſecum remaneret, abnuir cōſtanter puer, cuculli ſaſtidio, cum ſæpe alias Dominum rogaret, ne ſe Monachum veller, deſideriumque Monafices, à ſe procul amoliretur. Sed quia vanum eſt contra ſtimum calcitrare, primò facta eſt ad ipſum vox divinitus, dicens: *ſi hinc reſceſſeris, ante Pentecoſten ſine dubio morieris*, qua cum cordis ejus durities necdum emolliretur, ſequenti nocte horribili territus viſione acquievit. Videbatur ſibi in puteum mirè profunditatis & obſcuritatis decidiffe, cumque ſurſum extolleret oculos, S. Ioannem Evangeliftam, habitu Ciſtercienſium noſtrorum indutum, & alium Sanctum ſimili veſte amictū conſpexit, quorum opem cum anxie imploraret, Ioannes: *Tu ſano conſilio*, inquit, *acquieſcere contemnis, & opem flagitas à nobis?* Promiſit que vellent, facturum omnia, dumodo extraheretur, cum Ioannes. Vis igitur fieri Monachus Clarævallis? & ille: *Etiā, Domine mi libentiſſimè volo.* Quod cum firmiter polliceretur, extractus ab illis eſt, & evānuit viſio, ipſe a. cucullum amplexus, tantum in eo profecit, ut cæleſtibus viſionibus recreari, ipſum Angelorum Regem conſpicere, ad ejus dulciſſimos amplexus admitti, Angelicos concentus audire, & admiranda cæleſtium Myſteriorum arcana contemplari meruerit. Ea inter totus extra ſe raptus admirabilem de S. Trinitate viſionem habuit, aſſerens, ſe niſi cum expreſſa Numinis voluntate nemini revelare præſumere. *Bernard. de Brito, Henr. &c.*

In Monasterio Hemenrodo B. Optonis Converſi, morum integritate & humilitatis ſtudio celeberrimi. *Ex monim. Hemenrodo, Henriq. t. 1. SS. Ord. &c.*

Mira vocatio

vanum eſt contra ſtimum calcitrare.

Coactus anuit.

Mira ſuaves Numinis.

B. Opt. Converſus.

IDIBVS JUNII.

XIII. Junij.

C.

S. Fandila Mart.

Genus & forma.

Fuit Monach.

Corduba, Sancti Fandila Presbyteri & Monachi, qui in perſequentione Arabica, amputato capite, pro fide Chriſti Martyrium ſubit. Fandila Ephebus, generis nobilitate ſpectatiſſimus, *aſpectu decorus, honeſtate vitæ probabilis* (verba Sancti Eulogii noſtri ſunt), *ſanctus & timoratus*, ex Vrbe patria Accitanâ, Cordubam diſcendi gratia veniens, primos delicatæ adoleſcentiæ años, Chriſto ſub ſtrictiore ſanctiſſimæ Regulæ noſtræ obſervantiâ, in Tabanenſi Cæno-

bio ſub Abbate Martino conſecravit, & humilitatis in primis atq; obedientiæ ſtudio, & perfectione inſigniter effulſit. Ob vitæ a. meritum ſacerdotii honore inſignitus, & Sancti Salvatoris Monasterio prope Cordubam præfectus, ac de virtute in virtutem progreſſus, ad ſupremam Martyrii lauream evocari meruit. Cum n. patre mortuo Mahomad crudeliſſimè ſarces Imperii ſumpſiſſet, & extrema Christianis omnibus minaretur, exprobrarentq; iisdem

Abbat.

Constantia ejus.

Caditur.

Passus & 853.

S. Genesius Archiep.

Clar. 640.

S. Gerardus.

Mira vocatio

dem gentiliū Principes, ceu nemo deinceps hiſcere auderet, & publicam fidei confeſſionem edere, primus illico, generoſiſſimo animi aſu, Iudici ſponte ſua ſtitit Fandila noſter, & Evangelium Chriſti prædicans, impii pseudoprophetæ Mahometis falſitatem imperterritus detexit, & ſcitiffimè conſutavit, ſtupentibus ipſis etiam Iudice ac Rege, & conſtantiam ſanctiſſimi viri, temeritatem & dementiam interpretantibus, quorum proin juffu, gladio cæſus, gratiſſima cælo victima cecidit, ſacrum autem corpus ejus, ultra annum terrori aliis Christianis ut eſſet, in patibulo ſuſpentum eſt: *Paſſus eſt glorioſiſſimus Chriſti athleta A. C. 853.* cujus acta Sanctus Eulogius noſter deſcripſit. *Baron. Iepes, Petrus in Catal. Arn. Duat. Hugo Menard. t. 1. SS. Ord. &c.*

Eodem die, Sancti Genesii Archiepiscopi Lugdunenſis. Hic Gallus natione, profeſſione Monachus, ſanctiſſimi illius Fontanellenſis Cænobii noſtri Abbas eſſe meruit; inde autem ad Archiepiſcopalem Lugdunenſium, evocatus cathedram, cucullum, Abbatialis & Pontificalis muneris dignitatē, mirā vitæ ſanctitate condecoravit; & ut ait Trithemius noſter, religione, pietate, innocentia ſuo tempore omnium ſcitu clariffimus, multis tam in vita quam poſt mortem miraculis claruit, & tam exemplo, quam verbo, multas ad Chriſtum animas convertit. Vixit ſub An. Ch. 640. cujus ſacrum corpus in Monasterio Regio de Cala (Chele,) agri Pariſienſis, requieſcit. *Saracenus, Campejus, Trithem. Bucher. Chenu. Claud. Rob. &c.*

In Clara-valle dēpoſitio Sancti Gerardi Monachi & Confessoris. Gerardus natione Burgundus, patria Fontanus, nobilitate generis clarus, germanus frater Melliflui Doctoris noſtri, Bernardi Abbatis fuit; quem ejuſdem profeſſione Regulæ, & vitæ inſuper ſanctitate æmulatus, tantus poſtea evaſit, ut ipſi Bernardo admirandus haberetur, ac propterea graviffimis negotiis adhibitus, *Ordini* in primis *univerſo, zelo ſuo, conſilio, & exemplo egregie conſuleret.* Eum, ſæculi etiamnum deliciis irretitum, cum, reliquis fratribus manus dantibus, Bernardus lucrari non poſſet, prodigioſe evenit, ut & ipſe annueret: ſiquidem ab inimicis ſuis vulneratus, captus, in carceremque ac compedes conjectus, ſuſpirare fratrum libertatem cœpit, & Bernardi germanam opem ſcriptis ad ipſum litteris implorare, atq; ultro jam quæ prius abnuiffet expetere. Proin nocte quadam

ſopori ſe dans, vocem audiit: *Hodie liberaberis.* Recordatus a. ſubſequentis primum diei. Veſpere voce illius, compedes, tetigit, ſtatimque pars ferri in manum exiliit. Obſtupuit; ſed reſumpto animo, compedibus jam liber, accedens ad oſtium ſubterraneæ domus, in quâ vincetus tenebatur, illico ubi peſſulum tetigit, ſera tota in manus delapſa eſt, & oſtium mirè patuit; ipſe autem, uti carcere ſolutus, ſic voti reus, Ciſtercium contendit, inq; cucullo deinceps tantus evaſit, quem tantus Doctor ſuſpiceret & veneraretur. De eo, alia inter digniſſimus Encomiaſtes, Melliffius frater, ita ſcribit: *Norunt contubernales, quam mores ejus & ſtudia non carnem ſaperēt, ſed fervent ſpiritu. Quis illo rigidior in cuſtodia diſciplinæ? quis in caſtigando corpus ſuum diſtrictior? ſuſpencior vel ſublimior in contemplando? ſubtilior in diſſerendo? &c.* Parco tamen, quia caro mea, & frater eſt. Hoc tamen ſecurus addo: mihi utilis in omnibus, & præ omnibus fuit. Vtilis in parvis & magnis, in privatis & publicis, fortis & intus, qui non in maximis tantum, ſed & in minimis maximus erat. Hæc Bernardus, ex quibus facile Gerardi magnitudinem & merita æſtimes, ad quem nimirum haud minimè portio imenſorum meritorum magni Bernardi noſtri pertinere & redundare videatur. Mortuus eſt exultans & jubilans, cū Viterbii primum conſtitutus in itinere egrotare cœpiſſet, à Bernardo germano ſuo prodigioſè tunc curatus, qui ſummopere Deo querebatur, quod in alienâ terrâ fratrem relinquere cogeret. Ejus proin precibus convalſcens Gerardus, ubi Claram vallem reverſus eſt, vocante denovo Numine, morbo correptus, præſente Bernardo, feliciffimè in Domino obdormiens, immaculatum ſpiritum Creatori reddidit, *in cantanda moritur, moriendo cantans* propriis ſanctiſſimi Fratris manibus tumulatus, & funebri, minimè tamen lugubri oratione comendatus. *Ex ipſo S. Bern. ſerm. 26. in Cant. Cant. Menolog. Ciſtert. Chryſ. Henr. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Weingarttenſi Comemoratio omnium Sanctorum ac Beatorum in eodem Aſceterio à prima ejuſdem fundacione religioſiſſimè viventium. Quorum inſignem fuiſſe copiam, cum ex antiquiſſimâ Fundacione, ab annis jam non gentis propagatâ Ordinis ſanctiſſimi diſciplina, tum Fundacionis ipſius longè illuſtriſſimo titulo, Apoſtolici nimirum

Inſignis laudatio.

Ingenia mea Gerardi

Curatur prodigioſe.

Cantans

SS. & BB, VVeingart.

Antiquitas Cænobii.

muneris functione, Cænobio eodē haud aliter atq; Trophæo de triumphatis gentilibus, & impio Dæmonum cultu sublatisque simulachris, erecto; cum sanctissimus Pater noster, & primus Abbas Alto, meritissimus Lycatorum & Ambronum Apostolus, Sanctorum Virgilio & Bonifacii Magni Germanorum Apostoli socius & cooperator strenuus, prima Cænobii initia firmissimis & sanctissimis fundamentis, viris nimirum Apostolicis, & qui propagandæ fidei zelo, & sanctioris vitæ exemplo eminent, consecraret, quorum imitati studia alii atq; alii, viri etiam illustres quamplurimi & Principum Germaniæ longè spectatissimi ac potentissimi in eodem sanctissimo Monachorum collegio inserti, univèrsæ Germaniæ, diversissimis temporibus, tanto sæculorum decursu, facem prætulere, & terrenarum rerum contemptu, amore cælestium, innumeros cæno vitiorum penè extinctos animos succenderunt. Quorum plerorumq; temporum injuria, & septem (à quinque solum posterioribus sæculis,) Cænobii miserandis exustionibus, abolitam memoriam ut & numerum eorumdem soli Deo cognitum, cōmuni hâc omnium memoria haud imèrito celebramus, & propositis nobis tantorum virorū studiis, nostra accedimus. *Ex Monim. VVeingarttenfisibus, Chronologia nostrâ VVeing. Ephemeridibus item nostris ejusdem Monasterii, & diversis lucubrat. &c.*

In Boëmia Cōmemoratio prodigiosi triumpho ope S. Wenceslai nostri contra Saxones parti. Debent illustrissimam hanc prodigiosamque Victoriā & servati Regni honorem An. Ch. 1318. Bohemi Sanctissimis Tutelaribus suis Wenceslao & Adalberto nostri, contra frequentissimum Saxonum exercitum mirè defensi. Cum enim illi prope Ziatecium ingenti

cum furore irruerent, terroremque Boëmis maximum incuterent, eo quod decuplo majores copias induxissent, Wilhelmus à Waldete Boëmici exercitus Imperator, in genua procubuit, Deumque pro Victoria contra hostes invocans missum confestim celo subsidium expertus est, visusq; Sanctus Wenceslaus, panopliā aureā, equo candido præcedens, & argenteam hastam vibrans. Alacres proin præfenti ope Boëmi, invocato juxta in subsidium S. Adalberto nostro, cum hostibus congressi, ab horâ diei nascentis tertia ad Vesperum usque felicissimè conflixere, hostibus maximâ ex parte trucidatis, cum è suis non nisi duodecim desiderassent. *Ex Annal. nostr. German. Aquilâ Imperii Benedictina, & Annal. Bened. nec non diversis rer. Boëm. script. &c.*

Eodem die Natalis S. Nicolai primi Abbatis & Fundatoris Monasterii Andreoviensis in Polonia, morum integritate & miraculorum gloria illustris. Nec plura reperimus, solo hoc tanti viri nomine per R. P. Franciscum de Bivar, gloriosissimæ memoriæ virum, R. P. Henriquezii lucubrationib9 submissio, cujus utriusque desideratissimam opem, hodie è celo expectamus.

Eodem die, Lemovicis depositio Sancti Pfamodii Monachi & Confessoris, qui post mortem S. Brandani Magistri sui secedens in Aquitaniâ haud longe ab Aëntimonasterio loco horrido & sylvestri cōfedit, & cum maxime latere cuperet, admirandis proditus prodigiis, multis deinceps mirificè profuit etiam à morte in eodem, quo carnem deposuit Cænobio ob miraculorum gloriam & sanitatis concessa per eum beneficia, plurimum celebratus & cōmendatus. *Carolus Sauss. Mart. Gall. &c.*

DECIMO OCTAVO CAL. JVNII.

XIV. Junij.

D.

SS. Martyres Mon. Cordub. S. Anastas. **C**orduba Sanctorum Martyrum, Anastasii Presbyteri, Felicis Monachi, & Dignæ Virginis. Anastasius Monachus in Cænobio primum Sancti Acicli professus ad singularem deniq; in eremo pugnam, fraterna instructus ex acie prodiit, & post triumphatos mundi, carnis & dæmonis insultus, de Tyranno etiam ac Christi ac Deiparæ (quam impensius coluit,) hostibus victor, gloriosissimo Martyrii agone, Christi fidelibus facem & palmâ prætulit,

Saracënorumq; stultitiā & insaniâ mirè confudit. *Felix, Complutinat9, professio-nem Ordinis nostri in Cænobio quodam S. P. BENEDICTI apud Astures emisit, & pari quâ Anastasius felicitate, Ordinem sanctissimum & patriam nobilitavit. Digna deniq; suo dignissima nomine, exemplo Ruth Moabitidis, Dignam vocari se non permittens, sed Indignam, in Tabanensi virorum juxta ac Virginum Cænobio, cucullum amplexa, sub S. Isabella Magistra & Ab-*

Initia Cænobii illustrissima.

Principes Monachi.

Insignis triumphus S. Wenceslai.

A.C. 1318.

Mira Victoria.

B. Nicolaus Abbas.

S. Pfalmod.

Miracula maxima.

S. Felix.

& Abbatis, (Sancti Jeremiæ nostri Monachi & Martyris quondam uxore,) ita Deo & sanctissimæ Regulæ nostræ præscriptis dignè se gessit, ut, fortitudine ex alto induta, Virgo tenerrima, digna fortissimis Christi pugilibus & athleticis annumerari fuerit. Eam paulo ante Martyriū Sancta Agatha Virgo & Martyr Sicula, in somnis apprens, ad Martyrii coronam invitavit, rosasq; ac lilia manu gustans, eidem rosam tradidit, reliquam florum copiam reservare se dicens, aliis Cænobii ejusdē paulo post ipsam sequuturis Martyribus. Proin apertis silenter Cænobii claustris, heroicâ sanè magnanimitate, Iudici sponte se sistens & occurrens: cur Fratres suos Iustitiæ & veritatis præcones trucidaverit? percontata: an, inquit, quia cultores Dei existimus, sanctamque fideliter colimus Trinitatem, Patrem, & filium, & Spiritum Sanctū, unum & verū Deum fatentes, & omne quod ab hâc veritate dissentit, non solum negamus, verum etiam detestamur, maledicimus, & confundimus, idcirco confodimur? Non tulit fortitudinem puellæ confusus Iudex, sed ut quamprimum lacteam cervicem, impio ferro præscindendam exponeret præcepit, quam illa hilaris illico exporrexit, & amputato capite per pedes ultra flumen suspensa, ut cæteris horrore esset, solatio Christianis, incitamento, & ornamento fuit. Passi sunt gloriosi hi Martyres era octingentesima nonagesima prima A.C. 853. *De quibus consulendi S. Eulogius, Iepes, Morales, & alii rer. Hisp. scriptores.*

Remis in Gallia translatio S. Rigoberti ejusdem civitatis Archiepiscopi & Confessoris. Fuit is ex Monacho Resbacensi Orbacensis Abbas, postea Rhemensis Archiepiscopus, mortuusque est sub A. C. 773. insignibus à morte prodigiis illustratus, concentu præsertim ad tumulum ejus Angelico, & luce ac splendore cælesti, adeo ut solum vincere viderentur. Translatus est hâc die ab Hincmaro Archiepiscopo, qui quintus post ipsum Rhemensi Ecclesiæ præerat, & sacræ ejus Reliquiæ in Monasterio Sancti Theodorici collocatæ, plurimis deinceps eo confluentibus, servi sui merita insignibus miraculis comprobante. De quo fusius egimus pridie Nonas Ianuarii, ex auctoribus tunc citatis.

Viriduni, depositio Beati Richardi Abbatis Sancti Vitoni, magnæ sanctitatis viri. Richardus nobili genere, Walthero patre, matre Theodrada, pago Bantonio, prope montem Falconis natus est. Remis

litteris institutus, Ecclesiæ Cathedralis ibidem postea Canonicus, Cantor, & Decanus creatus, in omni munere talem se exhibuit, ut qui dignissimus esset, & videretur. Vitæ Monachicæ desiderio cum teneretur, ad ipsumque Fridericus Comes Viridunensis diverteret, ejusdem propositi nactus socium, instituto inter epulas, de solidâ Monachorum felicitate colloquio, hanc amplectendam uterq; illico concluderunt, eamq; in Sancti Vitoni exigui tunc nominis Cænobio statim amplexi sunt. Sed cum effusi in licentiam Monachi votis eorum non responderent, Cluniacum se contulerunt, ubi à Sancto Odilone ejus loci Abbate, de vocatione suâ ad pri9 illud Cænobiū suum edocti, & remissi sunt. Sed cū eadē quâ supra ex causâ, denuo abiturum pararent, revelante Numine, Inclusa quædam nostra Viriduni, Abbatem Fingeniū rem edocuit, & ut mox votis Monasticis duos illos Novitios loco illi à Deo destinatos, adstringeret admonuit. Neq; multo post mortuo Abbati Richardus succedere coactus, Cænobium nō solū illud, sed plurima passim per Galliâ, Lotharingiâ Germaniâ, & Flandriam reformavit, tanti ab omnibus factus, ut vir ab omni ambitione alienissimus, unius & viginti Monasteriorum regimen admittere coactus sit, à quibus omnibus, singulari zelo, curâ & industria situm & rubiginem, æterno cum merito absterfit. Fuit concursus cucullum exambientium mirus, cum maximi etiā Principes ejurato sæculi fastu, Richardo se subderent. Quos inter, ipse etiam Henricus III. Imperator Augustus Sancti Vitoni Cænobium ingressus: *Hæc requies meâ, Imp. cucullū inquit, in sæculum sæculi, hic habito, quoniâ exambit. elegi eam, contentiore animo efflagitans perurgensq; ad sanctissimam Vitæ Monachicæ professionem se recipi, in quâ relicto Imperio, vitæ reliquum Regum Regis servitio consecraret, & peccata elueret. Richardus, quod liberos Henricus non haberet, Imperio periculum veritus, & desiderio optimi Principis, juxta etiam consulendum & annuendum ratus: convocatis Fratribus, producto Cælare: An Monachus fieri, statuisset omnino, & desideraret sciscitatus est? Cumq; Imperator in lachrymas resolutus, se idipsum voto enixissimo appetere respondisset; proin obedientiam, in facie Fratrum omnium sibi promitteret, vir Sanctus admonuit. Qua sanctè promissa atq; à Fratram conventu acceptâ: *Recepisse jam quidem se ipsum Recipere Im-**

S. Agatha apparet.

Mira Virginis magnanimitas.

Passi sunt. A. C. 853.

S. Rigoberti Archiepisc. elev.

Miracula.

B. Richard. Abbas.

Genus nobile

Conversio ex colloquio.

De vocatione sua ad certū locum cum socio docetur

Fit Abbas.

21. Cænobia curat.

Henricus III inquit, Imp. cucullū exambit.

Suscipitur.

Recipere Imperium jubemur.

mine Dei ipsi precipere, ut ad regendum Imperium reverteretur. Ita reverfus noster jam Henricus est, cujus postea animum Sanctissimi Patris sui BENEDICTI & Laurentii Archi Martyris interventu, supremâ horâ & lucta servatum, viris sanctis revelatione ostensum fuit. Reperit multas Sanctorum Reliquias, quæ diu latuerant Richardus; cumq; liberalissimos, in se inq; Cænobium suum potentissimos Principes haberet, illud cum templo splendidior ac magnificentius exornans, tantus vir, luere post mortem cuidam visus est. Claruit insigni miraculorû gloriâ, quæ inter, aqua qua se laverat leprosus mundatus est. In Palæsthinam suscepta peregrinatione, ab Imperatore Orientis & Patriarcha comiter exceptus, duabus Crucis Dominicæ portiunculis donatus, eas auro elusas collo appendit, quæ cum lavaretur in Iordanem decidit. Longius a. inde progressus, animadvertit damno ad flumen reversus, dum obortis lachrymis thesaurû requirit, ipsum per transversum amnè ad se adnatare conspicit, acceptumque summa cum gratulatione ac reverentia denuo collo appendit. Hierosolymis etiam Crucifixi imaginem retulit, quam cum sæpius lachrymis irrigâs osculetur, imago vicissim lachrymas in ejus caput effudit. In comitiis Abbatum generalibus, quibus ille præfuerat, visus ab omnibus est, dum sacrû faceret, supra cubiti mensuram in aëra sublatus mirè elevari. In die Parasceveos ob infirmitatem jejuna non valens, panem nihilominus cinere conspersum altera vice petens, utraque lapidissimum & delicatissimum illud, aquam autem prodigiose in vinû sibi conversam deprehendit. Servata in rei memoriam deinceps patera, unde propinata aqua febricitantibus etiam hodie medetur. Obiit vir meritissimus A.C. 1046. à Richardo Viridunensium Pontifice curatus, lotus, & digno honore reconditus. tom. 1. Sanct. Ordin. Hug. Menard. Monim. S. Vitoni, Sigebert. Gemblac. Annal. Ord. &c.

In Hispania Ven. Veremundi Regis & Ramiri Regis pater, Ordonii avus, magni Alphonfi proavus, Asturum, atque Legionis Rex potentissimus, insigni pietatis exemplo, & laudatissimo amplissimæ potestatis contemptu gloriosissimus, stupentibus universis, cucullum purpuræ paupertatem opibus, servitutem Imperio prætulit, & vitæ Mönachicæ rigorem libe-

rè atq; ultro amplexus, in eodem Numini humillimè & religiosissimè deservit. Raro autem exemplo, postea ad Regni gubernacula repetitus, compositis rebus, cum sumis omnium studiis coleretur, à mundo sese denuo abripiens, cuculli & cellulæ quietem repetiit, & relicto opulentissimo Regno, in Cænobio se condidit, ubi vitæ reliquum pietatis studiis addictus felicissimè transigens, placidissimo fine in Domino requievit. Claruit A. Ch. 789. Franciscus Tarapha, Mariana, Ilescas, Iepes, Annal. nost. Bened. &c.

In Syria Comemoratio insignis, Militum Templi, qui sub Regula S. P. N. BENEDICTI, pro sui Instituti sanctissimi intentione, pro fide Christi militantes, à Saladino Mahometanorum Principe, in Vado Jacob, castro Christianorum celebri expugnati & capti, in odium Religionis ludibrio habiti sunt, & tandem ferris per medium barbaricâ crudelitate scissi, ad æternam felicitatem evolârunt, Ann. Christi 1180. Nec possumus, quin hac ipsa occasione, hujus tam sancti Instituti ex Guilhelmo Tyrio elogium de promanus: Erant, inquit, Templarii comilitones, ita formidabiles Christi adversariis, quod unus persequeretur mille, & duodecim, millia duodecim, non quot essent, sed magis ubi essent, dum ad arma clamaretur, interrogantes. Leones in bello, agni mansueti in domo; in expeditione milites asperi, in Ecclesia velut eremitæ & Monachi; inimicis Christi duri & feroces, Christianis autem benigni & mites. Vexillum bipartitum ex albo & nigro prævium habent, eo quod Christi amicis candidi sunt & benigni, inimicis vero terribiles atque nigri, &c. Menol. Cist. Chryf. Henriq. t. 1. SS. Ord. &c.

In Luka Beati Pavonii Conversi, Regula observantissimi, signisque & virtutibus clari. Ex monim. Lukens. & Henriq.

In Hispania, B. Menciæ Virginis, Fundatricis & Abbatissæ Monasterii de Arroyo, quæ sacræ familiæ nostræ Cisterciensis, contempta sæculi nobilitate & opibus nomen dedit, inq; continuis lachrymis, vigiliis, jejuniis, aliisq; pœnalitatibus vitam verè immaculatam traducens meritis dives ex hac luce discessit. Philip. Sequin. & cit. &c.

Repetitur ad Regnum.

Denuo ex Regge Monach.

Clar. 789.

Commemoratio Militum Templi.

Occisi sunt A.C. 1180.

Elogiæ Templiariorum.

B. Pavonius.

B. Mencia V. Abb.

Servatur.

Miracula S. Richardi.

Sublatus in aëra.

Æternum miraculum

Ob. 1046.

V. Veremundus Rex Hisp.

E.

XV. Junij.

S. Landelini Abbas.

A pud Valencenas Sancti Landelini Abbat. Is nobilissimo Francorum ortus genere, puer etiamnum à Sancto Auberto Cameracensium Pontifice feliciter educatus est. Sed cognatorum nobilitatem, qui tunc, occasione turbati Regni, rapinis ac cædibus infesta omnia habebant, persuasione ac blanditiis inductus (audi filiorum sæculi fucatissima promissa.) Præstat inquit, ut nobis obtemperans relinquant Monasterium, & fruatur mundi oblectamentis potius, quare hic instar mortui cuiusdam desideas, &c. filium abruptit, Cænobium deseruit, & quo licentius grassaretur, mutato Landelini in Maurofi nomen, militari libidine, prædis ac cædibus vacare cœpit, donec Auberti sanctissimi Magistri precibus ac lachrymis, optimum Numen, discipulum perditissimum redderet, & terribili visione, abrepti ad inferos comilitonis amicissimi, & Angeli monitione ad saniora revocaret. Relictis proin omnibus pedes illico ad Aubertum contendit ejusque advolutus pedibus sceleribus multam, sibi veniam supplex expetiit. Iussus inter Monachos, sæculari licet habitu pœnitere, fructus pœnitentiæ dignos edidit, jejuniis, vigiliis aliisq; corporis macerationibus rigidum corpori bellum indixit, exemplis paulo post Monachorum adeo accensus, ut sæculû fastidians, amplissimisq; opibus renunciatis, cucullum exambiret, & Monachum professus, quotidianis ad perfectionem progressibus, miranda deinceps vitæ excelleret sanctitate. Romam usque tertio de licentia Magistri sui profectus est, à quo postea Presbyter ordinatus, deinceps etiâ Abbatiali honore non solum insignis, sed & Apostolici muneris dignitate sublimis effulgit, & prædicationis labore cum sociis Adelino & Domitiano Monachis strenuè functus, circumjacentes provincias æternum demeruit. In tantis laboribus, profectus tamen proprii nunquam inemor, supra cæterorum Fratrum, etiam in sacra cellulæ quiete degentium, studia eminare conatus est, de quo vitæ ejus scriptor: Præstitit vero illi Deus, inquit, tantum ardorem & compunctionem cordis, ut bonorum Cænobitarum vita minimè contentus, magis ac magis se extenderet in divinum famulatum, & cum gemitibus & lachrymis crebro se vigiliis, jejuniis, orationibus affligens, vitam san-

Juvenis se-ducitur.

Convertitur.

Fit Monach.

Apostolus.

etorum amularetur, nec ullam suo corpori requiem indulgeret, in mediâ nuditate, frigore, siti, multisq; rebus duris & molestis se afficiens, &c. Trium celeberrimorum ad hanc usque diem Cænobiorum, Laubienfis, Alnen- postremi aream, cum ipse suâmet admotâ manu perpurgaret, & virgulta excinderet, superveniens loci Dominus, cucullos laborantiû seorsim positos, indignabundus abstulit, sed ulciscente fervorum suorum injurias Numine, tantis illico toto corpore tormentis excruciatu est, ut mortuo similis, pœnitentiâ ductus ac reversus, & jam ad pedes eorum provolutus, veniam supplex efflagitaret, neque jam locû solum, sed longè ampliora condendo ac fundando Monasterio offerret; cui Landelinus incolumitatem quamprimû suis precib; restituit. Dein pro ferventissimo suo in Deiparentem Virginem studio atque amore, condito & nuncupato ejusdem honori Oratorio, cum duobus illic primis discipulis fundamenta sanctissimi & spectatissimi Cænobii jecit, & cum aquæ penuriâ Fratres laborarent, scipione semel terram percutiens, lympidissimum illico fontem eduxit. Prædicationis nihilominus, jubente Beato Martino summo Pontifice, suscepto munere, insignem Ecclesiæ navans operam, collecta Monachorum multitudine, & grandibus meritis dives, prædicans obitum Fratribus, inter gemitus eorumdem & questus lugubres, hilaris ipse, in cinere & cilicio recuperans spiritum Deo comendavit insignibus & stupendis deinceps etiam miraculis celeberrimus. Obiit sub A. Ch. 600. Ex Vita, t. 1. SS. Ord. Molano, Harco, monim. Crispin.

Messanæ in Sicilia depositio S. Bernardi Abbatis. Fuit Bernardus felicissimi illius Messanensis Cænobii in portu Siciliæ præstantissimo Abbas, loco, non protomartyris solum Ordinis nostri Placidi, sed innumerorum Ordinis ejusdem Martyrû sanguine, felicissimo; quem ut illi rosas purpureis nobilitavere, ita ipse candore innocentia, ut nivei lillii gratia & venustate mirificè exornavit. Claruit sub A. Ch. Oëtingentesimum. Ex Octav. Cajet. in Idea de SS. Sicilia, monim. Messan. t. 1. SS. Ord. &c.

In Britannia minori S. Maini Abbatis & Confess. Mainus, aliis Conaidus, natione Brito, patre Gerasceno; amore Christi & Evan.

Condit tria Monaster.

Deiparæ cultor.

Fontem elicit.

Bernard. Abb.

Fior. 800.

Abb.

& Evangelii ex patria secedens, una cum Sancto Sampson totius Meneviae Archiepiscopo cognato suo, ad Armoricos Britannos accessit, ubi favore Privati cujusdam & ope, Dolense Cænobium construxit, inque eodem sub cura Sancti Sampsonis vitam Monasticam exercuit. Factus postea Sancti Ioannis Baptistæ percelebris Cænobii Abbas, tantis vitæ meritis eidem præfuit, ut à morte ipsi ejusdem Cænobii Patrono Ioanni accensus, ac Tutelaris cooptatus, nomen quoque suum conferret, ut nō alio nomine, quam Sancti Maini celebraretur, ad quod plurimi postea Reges triumphati à se mundi Trophæa erexere, & Sancti Maini expetito patrocinio, egregiā in cucullo vitæ sanctitate effulsere. Constructo etiam Cænobio in civitate Andegavensi, in loco Monapaliū dicto, eidem quoque præsidere coactus est. Excelluit gravissimis vitæ meritis, & Apostolici laboris dignissimis fructibus, quo plurimos infere præreptos, à paganis miædissimis erroribus, & infano dæmonum cultu revocans, Christo & S. Matri Ecclesiæ aggregavit. Cōruscavit insigni miraculorum à Numine gloria commendatus & obiit post A. C. 590. in suo S. Ioannis Baptistæ Cænobio digno cum honore tumulo cōmendatus. *Belforestius, Renatus Benedicti, Menard. Arnold. Duac. t. 1. Sanctorum Ordinis, &c.*

Tutelar
Cænobii.

Regum pater

Apostolus
Armorica.

Ob. 590.

S. Eadburga
Regis fil.

Obiit 930.

B. Adalwin.
Abbas.

Ob. 995.

plena pietatis, & sanctæ sollicitudinis oratione suos ad tenendam perfectionis sententiam excitasset, cujus, alia inter Epitaphium, & felicem transitum describens Sanderus, vitam denique ad compendium hoc contulit:

Vivere dum licuit, vixit uti decuit.
lib. 6. rer. Gandav. t. 1. SS. Ord. &c.

Cōmemoratio illustris admodum victoriæ, ope Sanctorum Adalberti & Wenceslai in Boëmia partæ. Cum n. An. Christi 1260. Bela Vngarorum Rex infesto exercitu jam jamque Boëmorum vires obtereret, visi Sanctus Adalbertus cum sociis quinque coapostolis olim suis & Martyribus, & Divus Wenceslaus noster, peregrino pessimeq; ordinato Boëmorum exercitui subsidio venire & adesse; & Wenceslaus quidem lorica munitus & galea gladio præcinctus, vagina aurea margaritisque obsita recondito, dextra vexillum tenens, auditus, sic Adalbertum & socios alloqui: *Exercitus noster debilis est, ideoque adjutorio Divino illis subveniemus.* Cumque his dictis vexillum in hostes obverteret, in fugam illico omnibus conversis, illustrissima ut prodigiosissima victoria Boëmi potiti sunt, & grandi interuentione Regnum liberatum. *Ex Chron. Boëm. & diversis rer. Boëm. script. Annal. nost. German. & Bened. &c.*

Prodigiosa
Victoria.

A. C. 1260.

In Prateensi Monasterio B. Abraham Abbatis, qui mira mansuetudine & mentis puritate clarus effulsit, & illibatam in omni vita virginitatem conservavit. *Robertus Rufca, Ang. Manriq. Menol. Cisterc. &c.*


B. Abraham
Abb.

In Gallia B. Waltheri Monachi Claræ-vallis, B. Waltheri alterius de Monte Mirabili nepotis, qui infantulus S. Bernardo ad benedicendum oblatus, cum extensas sapius ejusdem inter loquendum manus amplecteretur semper atque oscularetur, eum Sanctū fore idem Doctor prædixit. *Vincent. Bellovac. Sequinus, &c.*

B. VV alther.

In Monasterio Rameyæ B. Agnetis Virg. quæ à juventute Deo sacra, superna Divinitatis contemplatione sublimis effulsit, cui præparatam, longè ante mortem in celo gloriam, Beata Ida conspiceremuit. *Tom. 1. SS. Ord. Ioan. Gil-leman. &c.*

B. Agnes
Virgo.



XVI. Junij.

F.

S. Ludgardis
Abb.

Eam Christi
exambit

Ab Angelo
ducitur.

Deipara fa-
miliaris.

Item Christi

Stupenda
obedientia.

Favores
Christi Do-
mini.

Mira pro-
missio S. Ca-
tharina Vir-
gin. Mart.

Item alia.

Mira gratia!

Suspensa in
aere.

IN Brabantia Sancta Lutgardis Virginis. Hæc apud Tungrenses patre cive, matre nobili nata, cum annum ageret duodecimum, in nostro Sanctæ Catharinæ prope Trudonopolim Cænobio, DEO offertur. Eam cum juvenis nobilis abducere pararet, visus humana forma puellæ Christus ipse, qui semota prope pectus veste, sacri lateris cruentum vulnus manu ostendens; *Hic, inquit, contemplare quid diligas. Hic ego totius puritatis delicias tibi polliceor obtinendas.* Ab alio item juvene expetita, qui in itinere ipsam intercipere paraverat, equo defiliens concito cursu, cum noctem totam per sylvarum devia erraret, ab Angelo spectabili forma apparente ducitur. Ordinem professa, Cælum Imperatricis mox familiaris facta, ab eadem apparente in protectionem singularem recipitur, & frequentissimè deinceps amantissimè visitatur ac suavissimis colloquiis exhilaratur. Sed & Christus Dominus, ipse sponfam tuam familiaritate suâ familiarissimè dignatus est, quem & ipsa cum magna cordis simplicitate & puritate, ceu familiarem amicum alloquens, si ad negotia fortè evocaretur, sic orare ausa est: *Expecta me hic Domine Iesu; ubi me expediero celeriter ad te revertar, quem ipsa paratissimum ad omnia quæ vellet, quæq; rogaret semper habuit, & expectantem, imo & sibi expectatissimum, reversa reperit, & Christum pro Christo detrens, ipsum longe perfectius reversa reperit, ac amorem ejus obedientiæ simplicitate & puritate mirificè demeruit.* Magnam Catharinam Regiam Virginem & Martyrem cum sibi apparentem supplex veneraretur: *Confide, inquit illa, semper n. gratiam suam Dominus augebit in te, donec per summum vitæ fastigium præcipuum inter Virgines meritum consequaris.* Eadem Beatissima Martyr, alii cuiquam apparente: *Lutgardem, inquit, tibi interventricem, & matrem adsciscas, quæ ab omnipotente Deo parem mihi in calis locum obtinebit.* Neque minus de eadem testimonium, sanctissimæ illius Mariæ de Oegnicis: *Sub calo, ait, non habet mundus, Dominâ Lutgarde, fidiorem efficaciorumque, tum pro animabus, quæ in locis purgatoris sunt, tum pro peccatoribus precatrice.* Cujus oratio, quam sublimis quamque ardens esset, & è corporis ejusdem in sublimè raptu, & luce circum ipsam clarissimè exsplendescente, sorores subinde corporis oculis cōspexere. *Quanti autem eam*

Christus faceret, quantumq; diligeret, vel ex eo satis liquet, cum nimio prodigiosi amoris argumento, cum eadem cor suum permutavit. In templi ostio apparens aliquando cruci affixus, eam tranfuituram soluto è cruce brachio amplexus, os ejusdè cruento sacri lateris vulnere arcè appressit, unde tanta deinceps ori ejus dulcedo inhæsit, ut saliva mellis dulcedinem superaret, quod ipsum multo post familiares ejus, eâ exceptâ clam atq; sapius gustatâ, experimento didicerunt. Præfesse postea, quæ parere maluerat coacta, paulo post probante Deo ac Deiparâ Aquiriâ concessit, & cum perfectissima esset, florentissimæ tunc Ordinis nostri Reformationi Cisterciensi se addixit, & subdidit. Æternum illud sanctissimæ Virginis meritum, quo mundum universum imortaliter demeruit: cum apparens ipsi Cælum Imperatrix vultu lugubri, sic illam pro peccatoribus mundi totius compellaret: *Ecce ab hæreticis & Pseudo-Christianis, rursus crucifigitur filius meus! Tu ergo assume tibi lamentum, & perpetuis septem annis jejunato, ut sopiatur ira filii mei, quæ generatim universo imminet orbi.* Nec minus mirabile, quod detectis atque ostensis vulneribus ad eam Christus ipse: *En, contemplare, charissima, ut vulnera mea clament ad te, ne frustra sanguinem fuderim, &c.* Ad quæ verba, cum tremebunda Lutgardis quæreret: quis ille vulnere ejus clamor esset? *Labore, respondit Christus, tuo, & lachrymis, iram Patris jam accensam mitigabis, ne perdat peccatores, sed ut ipsius misericordiam convertantur, & vivant.* Expletis septem jejunii añis, quos solo pane & cerevisia contenta exegerat, iusta divinitus aliud septuennè jejunium pro universis peccatoribus suscipere, quod & libens suscepit & septem alios annos solo pane & olere transegit. Rapta autem in spiritu, vidit Christum Dominum, recentibus quasi cum vulneribus patri pro peccatoribus supplicem; ad se a. conversum, hæc loquentè audit: *Cernis, ut me offeram totum Patri pro peccatoribus meis; ita volo, ut tu quoq; te mihi totam offeras pro meis peccatoribus, & zelum in illorum animadversionem accensum avertas.* Quod ipsum sub Sacrosanctum Missæ Sacrificiū quotidie ferè ipsi repetebat. Cum ex inexplicabili Martyrii desiderio, vena in pectore ejus deficeret, gratulabundus & Christus apparuit, & meritum Sanctæ Agnetis

Christus cor
cum ipsa per-
mutat.

Mirus amor.

Fit Abba'issa

Ejus de uni-
verso meritū.

7. annis jus-
sa jejunare.

Quanti Deo,
Lutgardem
faciat.

Aliud septu-
enne jejuniū.

Christi ab
ipsa petitio.

Meritum S.
Agnetis acci-
pit.

Meditans
sanguine
fluit.Mater Ord.
Prædicat.

Miracula.

Mirares!

Mira Dei ac
Deiparæ di-
gnatio.

Ob. 1246.

Miraculum.

Spiritus pro-
phet.Miracula à
morte.

Virginis & Martyris eidem promisit. Mirandum illud, quodcumque SS. Dominicæ Passionis Myſteria recoleret, toto corpore, prodigioſiſſimè ſanguinem ſtillaſſe, qui mox finita meditatione videri deſierit. Eam uti vivens Beatus Iordanus, Prædicatorum Fratrum Generalis Magiſter, *Ordinis Matrem, & Nutricem*, elegerat & exornaverat, ſic mortuus viventi etiamnum apparens eumdem Ordinem ſuum ſedulo comendavit. Miraculis claruit ſtupendis, ita, ut ſaliva, & contactu ſolus manuum ejus, omnis generis agri- tudinibus mederetur. Undecim ante obitum annis oculis orbata, non niſi Divina deinceps intuita, vix moveri Sanctorum apparitione quotidiana videbatur, niſi Sanctum Sanctorum intueretur. Mortua eſt feliciffimè ſeptimo anno tertii jejunii ſeptuennis, & juſſu item Divino ſuſceperat, ad iminentem graviſſimum Eccleſiæ hoſtem avertendum; cum ſæpius apparens ipſi Dominus, gratulabunda voce mortem prænunciaret, & adducta aliquando *Matre Virgine*, verbis amoris pleniffimis ſic ægram alloqueretur: *Nolumus ulterius tuâ præſentiâ carere.* Suſtulit moritura, quos tam diu clauſos habuerat, in cælum oculos, & exultabunda ſpiritum Creatori tranſmiſit 16. Cal. Julii A.C. 1246. ætatis ſuæ 64. cujus ſanctiſſimum corpus, mirâ venuſtate & lenitate atque mollitiæ venerandum, inſigni mox prodigio honoratum, non de induſtriâ ſed fortuito, illud mancâ quâdam Virgine contingente, & prodigioſè curatâ; pluribus qui morti intererant tanta ſpiritus ſuavitate & claritate perſuſis, ut præ admiratione ſeſe non caperent. Eâ etiamnum ſuperſtite, rogaverat Cantipratanus, qui vitam poſtea ejus ſcripſit, ut ſuinæ gratiæ loco, ſi eam mori contingeret, ſepeliendæ manum moniales abſcinderent ſibi; reſervarent; quod Diva inaudiens, cum is paulo poſt Aquiriam veniſſet, & Lutgardem ſalutaſſet, ſerio vultu ipſum alloquuta: *Audivi*, inquit, *ſili chariſſime, te poſt mortem velle mihi amputare manum.* Ego vero demiror quid eâ manu facturus ſis. Cumque ille rubore ſuffuſus, inde ſe corpori & animo remedium ſperare reſponderet; mox illa ſereno & ſubridente vultu digitum auricularem dextræ manuum in fenestra deponens, *ſatis*, inquit, *tibi ſufficiet, ſi hunc digitum poſt deceſſum meum obtinere licuerit.* Mira res! cum eâ de re nemo intelligeret, præciſus tamen idem ille digitus mortuæ Lutgardis pio cujuſdâ furto, Cantipratanus poſtea innotuit, quem ipſe ægrè demum impe-

travit. Claruit inſignibus etiam à morte miraculis Lutgardis, ita ut velo capitis ſolo & cinguli contactu graviſſimi morbi prodigioſe illico pellerentur. Ex Thoma Cantipratanus Synchrono, & variis reſ. noſt. ſcript. tom. I. SS. Ordin. Annal. noſt. &c.

Miſna in Germania Sancti Bennonis Episcopi. Benno ſive Benedictus, per illuſtri genere, potentiſſimorum Saxonie Comitum de Bullenberg, patre Friderico, matre Bezela natus eſt. Puer à Sancto Bernwardo noſtro Hildesheimenſium Episcopo, cognato ſuo educatus, eo mortuo, in Divi Michaëlis Hildesheimenſi Monasterio Monachum profeſſus, inde Abbas, eoque honore ſponte abdicato, extrema vilitate contentus; demum ingenti omni gratulatione, Myſnenſium Pontifex electus, inſignibus meritis non Saxoniæ ſolum, ſed Eccleſiam demeruit univerſam; conſtantia in primis exemplo, quo inter tantas Schiſmaticorum turbas Romano Pontifici fideliffimè adhærens, Cæſarum libidini atque potentia magno animo obnixus, exilium pro Chriſto etiâ dulce habuit. Enituit admirandis prodigiis; alia inter, agilitatis mirificæ & prophetiæ dono celebratus. Pauca, at rariora ponimus: Cum pro Eccleſiaſtica libertate exul, claves Eccleſiæ projici in flumen juſſiſſet, ipſo denique ad ſedem ſuam redeunte, claves mox eadem ſub pennis piſcis cujuſdam repertæ ſunt. Ad populum inter aſtivos & ferventiſſimos calores cum verba faceret, miſeratus nimiam auditorum ſitim, infixo in aridum ſolum lituo, mox prodigioſiſſimum fontem elicuit, *Sanctum* deinceps, cum univerſa valle illa appellatum. Ad operarios ſuos inviſens, laboribus eorum condolens, ſigno Crucis aquam ſignans, in vinum convertit, quod miraculū ſimplex in famulitio ejus Ephebulus poſtea imitaturus; *Faciám*, inquit, *quod Dominus meus;* nec diſſimili prodigio aquam ſignans, in vinum convertit. Al- bim ſiccò veſtigio cum tranſiret, cum plauſtro ſceni, ſtatim à tergo ſubſequutus ruſticus, meritis viri ſancti & ipſe prodigioſè flumen ſuperavit, correptus tamen à ſancto, & ne ſe vivente miraculum proderet adjuratus. Iuxta paludem ambulando dum oraret, ne ranarum coaxatione impediretur, eis ſilentium indixit, illico obmutelcentibus univerſis, ſed mox recordatus Pfaltis regii: *Benedicite &c. orania que morventur in aquis Domino;* pænitens facti, reverſus, ut Deum laudare pergerent imperavit, & impetravit. Illud ut rarum, ſic

S. Benno
Episc.Fit Monach.
Abbas.
Episc.Miracula
rariora.

Mirares!

Non minus
ſtupenda res.Miraculum
perpetuum.

ſic

Donū agili-
tatis.Apoſtolus
Sclavorum.

Obiit 1106.

S. Aurelian.
Archiepiſc.Eccleſiaſticus
cauſa ditata.

Clar. 879.

ſic æternum: propè villas, ubi orando & meditando ambulare conſueverat, in hodiernam uſque diem, ſolum longè fertilius, ſed & fruges multo quam alibi citius, & flavescere & matureſcere. Agilitatis, ut diximus, prodigioſe dono, etiam in terris à Deo honoratus, ita, cū ſolitudinis ſtudio in villa ageret, poſt Sacramentorum tractationem, ſubito in Eccleſiam Miſnenſem, per viginti quatuor paſſuum millia raperetur. Quod exploraturus aliquando Sacellanus ejus, cum non nihil procederet, & ipſe translatus poſt geniculantis Domini tergum, in dicta Eccleſia conſtitit, nec niſi poſt alterum diem in villam redire potuit, cum Benno more ſuo verè mirò revertiſſet. Prædicationis inſuper munere & labore digniſſimus Pontifex, longè feliciffimus fuit, Sclavorum in primis converſione Apoſtoli eorundem glorioſiſſimum nomen conſequutus. Apud ſuos autem, denique mortuus ſanctiſſimè, inſignibus à morte etiam prodigiis, ad æternam ſchiſmaticorum, & noſtri etiam ævi hæreticorum, confuſionem à Deo mirificè illuſtratus eſt. Claruit A. C. 1100. obiit anno 1160. ætatis ſuæ 96. ſedis 40. *Ex vita, per Hieron. Emſerum, Raderi, Annal. noſt. Germania, & Bened. &c.*

Lugduni deſcriptio Sancti Aureliani Episcopi & Confessoris. Aurelianus nobiliſſimo ortu genere, Chriſti nobilem, paupertatem & ſervitutem ſub cucullo amplexus, in Monasterio Sancti Martini Athanatenſi velut ſplendidiffimum ſydus effulſit. Evocatus autem ad Archiepiſcopalem Lugdunenſis Eccleſiæ Cathedram, Pontificem ſe vitæ in primis dignitate & ſanctitate exhibuit, & de Eccleſia ſua & urbe æternum meruit, in cuius nimirum gratiam, illam Carolus Calvus Imp. Aug. & Ludovicus Balbus Imperator pariter & Rex Chriſtianiffimus, pro ſinceriffimo (verba ipſius Balbi Auguſti ſunt) *Aureliani Diſcaſali obſequio*, ampliffimis poſſeſſionibus & redditibus auxerint. Fuit miraculorum gloria apud univerſam Eccleſiam celebris, claruitque A. C. 879. *Jacob Severinus, p. 1. & p. 3. Paradisus Claud. Rob. Ann. noſt. Bened. &c.*

Nannete in Britannia Minori Sancti Similiani Episcopi & Confessoris. Similianus Monasterii primum Cauracensis Abbas, dignos Chriſto, & magiſterio ſuo alumnos, eoſque inter celeberrimæ ſanctitatis fama illuſtriſſimum, Beatum Ethbinum educavit; ipſe autem pro vitæ meritis, ad Nannetenſem Pontificatum evectus, ſummæ perfectionis indiciis eluxit, & Britanniam transmarinam mirè illuſtravit. Claruit, A. C. 600. *Ex Baronio, Vſuardo, Tritheimio, Maurolyco, Galeſinio, tomo 1. Sanctorum Ord. &c.*

In Monasterio Sithin, inventio pretioſiſſimi, corporis Sancti Bertini Abbatis, quod inventum eſt ſub capitaneo altaris Sancti Martini, ubi olim à Beato Folquino translatum & reconditum fuerat A. C. 846. Iacuit autem ducentis & ſex ferme annis, cum primitus in ſepulchro ſuo quieviſſet & quadraginta novem annis. *Ex monim. Divi Bertini in Sithin, Molano, & diverſis rer. Belg. ſcript. t. 1. SS. Ord.*

In Eiſchel Conſtantiensis Diocesis, elevatio Sanctarum Virginum Chunegundis, Mechtundis, & Wibrandis. A. C. 1504 Molanus &c. *Eleu. SS. Vitg. aliquos &c.*

In Scotia deſcriptio Beati David Episcopi & Confessoris: qui cum eſſet filius Regis illius provincie, & Eccleſiæ Sancti Andreæ Episcopus, malens pro Chriſto humilis inter humiles reputari, quam dividere ſpolia inter ſuperbos, Archiepiſcopatu & omnibus mundi commoditatibus relictis, S. P. N. BENEDICTI Regulam amplexus, in ſacraſtiſſimam eiudem Cisterciensem familiam adſcriptus eſt; multiſque, virtutibus illuſtris, & miraculorum celebris gloria exſplenduit, æternumque ut Ordini, ſic familiæ & nomini Regio decus conciliavit. Cuius admiranda in primis humilitas celebratur. Fuit autem frater Beati Alexandri in Fuſnienſi Monasterio Converſi. *Thomas Cantiprat. Phil. Sequin. Barnabas de Montalbo, t. 1. SS. Ordinis &c.*

Paſſavii in Germania translatio S. Altmanni eiudem loci Episcopi & Confessoris, viri egregia vitæ ſanctitate conſpicui.

Similianus
Episc.Inventio
S. Bertini.Eleu. SS.
Vitg. aliquos
&c.B. David.
Regis filius

Archiepiſc.

Monachus

DECIMO QUINTO CAL. JULII.

XVII. Junij.

Rhemis in Gallia, paſſio magni & ſancti Fulconis, Rhemenſis Archiepiſcopi & Martyris. Fulco, æternum Belgii, & Gallie decus, Monachum in Divi

Bertini profeſſus, eiſ primum Abbas, dehinc Vedasti etiam Antistes fuit. Ad Cathedram poſtea Archiepiſcopalem Rhemenſem extractus, magno illi ſyderi

Immortale
meritum.Necessarius
Ecclesie urse.Mira ejus
constantia.Miserè affli-
gitur.Aliud con-
stantia ex-
emplum.Ingens de Re-
gno & Impe-
rio meritum.

fyderi Hincmaro nostro successit, haud inferior sapientia, sed & sanctitate nulli antecessorum secundus. Demeruit primis Episcopatus annis, non Rhemos solū, sed Galliam universam amplissimis meritis, eo in primis, quo de litterarum studiis apud Gallos promovendis multum laboravit, & Scholarū Rhemensium Auctor, certe Restitutor fuit, ex quibus, ut Parisiensibus, veluti fonte, optimarum disciplinarum ingens felicitas, in Regnum paulo post universum dimanavit. Quanti autem faceret, quantumque speraret, in sanctitate, industria & ope tanti viri, sancta mater Ecclesiā, patet in primis quam apertissime ex datis ad ipsum An. Ch. 893. Formosi Papæ litteris; in quibus idem Pontifex monet ipsum (verba Baronii sunt,) *debere compati Romanæ Ecclesie, atque imminenti ejus ruina subvenire, nec ei suam presentiam denegare, &c.* adjungens Hareses undiq; ac schismata pullulare, *nec, qui ad resistendum occurreret esse, &c.* Ut de auctoritate tanti Pontificis satisfecit abundè expectationi Formosi Fulco; & longè deinceps amplioribus meritis cum Ecclesiā Romanam, tum Regnum amplissimum demeruit. Quantumvis autem gravia sibi, urbiq; Rhemensi ac Diocesi non nesciret mala imminere, justitiam tamen potiore semper habuit, & Galliarum Regno pro virili consuluit, Formosum Papā serio cohortatus, ne confirmationem Caroli legitimi successoris in Regno Franciæ prohiberet, verum afflictis Galliæ rebus consuleret, atque Odoni Regnum invadenti, ut cunq; posset auctoritate occurreret, imo Arnulphum atque Odonem eundem, à bello absterritos, etiam Anathematis, ni parerent interminatione cohiberet. Luit justitiæ zelum & patriæ amorem indignè Fulco, & patientissimè tulit, omnia quæ præfulatus erant, ab iisdem quos prohibuerat sacrilegè vastatis, durante perpetuo contra scelera ejusdem constantiā, & à Deo remedium exorante. Composita postea Odonem inter & Carolum Reges pace, rursusque rupta, cum Carolus suis diffusis viribus, cum Northmannis fædus inire, & eorum auxiliis bellum gerere decrevisset, statim ut audivit Fulco, *sacerdotali constantia*, ait Baronius, *vir præstantissimus restitit, & gravissima ad Regem scripta Epistola, cum ab instituto revocavit, tantamque pestem, æterno, cum à Galliarum Regno, tum ab Imperio universo exclusit, cujus salutari-*

bus monitis obsequenti Carolo DEVS adfuit, & iniquum mox sustulit adversarium, quem nullæ Northmannorum vires evertissent. Coronavit tam illustra merita, longè illustrissimo sine Pontifex Sanctissimus, pro eadem Ecclesiastica, quem tam diu gloriosè defenderat, libertate, gloriosissimo Martyrio consummatus; cum enim Balduinum Flandriæ Comitem res Ecclesiarum invadentem, privatis litteris atque Synodalibus mone- ret, & libertate pariter atque charitate Sacerdotali redargueret, ejus pietatis causa Principem correptionis impatientem sibi infensissimum reddidit, cujus paulo post factione duce interfectorem Winismaro crudelissimè interemptus, debitam tantis laboribus æternitatis mercedem accepit, & triumphis Martyrum sociari meruit XV. Calend. Julii Ann. Christi 900. Fuit Tutor Regis Caroli, imo pater ejusdem, Regni totius Tutelarior, cujus prudentia atque auctoritate universa Gallia nitebatur, merito Magni Titulo, ab ejusdem incolis honoratus, à Baronio *columen Francorum Ecclesie*, ab aliis *Ecclesia universæ speculum* appellatus; cujus inter privata & minima merita hæc minimè parva, imo maxima referuntur: præter promotā, de quibus supra litterarum studia, de Ecclesia sua & successoribus, sed & urbe Rhemensi præclarissimè meruisse, illa ejusdem opera, & gratia supra modum exornata, aucta, atque locupletata, hac, quæ sine muris vasta jacuerat, cincta, munita, & præclare exulta; cui haud in merito, ut *Patriæ Patri* parentatum, & dignissimum Elogium positum:

*Orbis honor, Patriæ Tutor, pietatis amator
Pro studio pacis confoaitur jaculis, &c.*

Annal. Eccl. Baron. & nostri Benedict. Frodoard. Iepes, Miræus, Ferreolus Locrius, Meyerus, Claud. Rob. &c. Henriq. Costerus, &c.

Trajecti, Beati Adulphi Episcopi & Confessoris. Adulphus five Adolphus, ex antiqua & nobili Anglo-Saxonum stirpe, Sanctum Botulphum fratrem germanum habuit, quo cum ikannoense Cænobium condens, pari uterq; animo & voluntate sæculum ejuravit, & cuculum amplexus, mirā vitæ sanctitate effulsi, & eruditionis juxta præstantia excelluit. Adulphus ad Cathedrā Trajectensis sublimitatem à Rege evectus, *actū præ-*

Martyrio
coronatur.
A.C. 900.Insignes ti-
tuli.Merita pri-
vata.Epitaphium
dignissimumB. Adulphus
Episc.

actū præ-

Claruit 650

S. Botulphi
Abbatis.Tutelarior
adoptatur.Oppidum S.
Botulphi.B. Ramuold.
Abb.

Fit cæcus.

Lumen re-
cipit.Felicissimus
obitus.S. Henricus
Imp. eum ad
tumulum
deportat.B. Ferdinan-
dus Princeps
Portugall.

venit doctrinam (verba Legendarii sunt apud Molanum,) *in omnibus sanctam agens vitam; vigilavit in præceptis Domini, assiduâ sollicitudine excubias celebrans oribus suis, ne insidians lupus gregi insultaret. Instabat operibus misericordie, vigiliis, jejuniis, orationibus &c.* Claruit vir sanctus A. Ch. 650. Ex Ioan. Molano, Hugone Menardo, t. 1. SS. Ord. Cratopol. Cl. Rob. &c.

Eodem die S. Botulphi Abbatis, memorati Adulphi fratris germani, eruditionis & sanctitatis famâ præstantissimi. Præfuit hic primus Cænobio Higganhoënsi à se & fratre Adulpho, nec non ope Egelmundi Anglorū Australium Regis condito, quod ipse egregia vitæ sanctitate consecravit. Illud licet Danorum postea scelere eversum sit, corpusque S. Botulphi S. Ethelwoldo allatum, tantus tamen apud accolos in Botulphum suum amor & reverentia mansit, ut eum sibi præcipuum Tutelarem adoptarint, ejusq; sanctissimo nomine S. Botulphi insigne Lincolnienfis Comitatus oppidum insignierint. Ex Legend. SS. Angl. Catal. script. Britann. Thoma VValsingh. Molano, VVestmonast. Petro in Catal. t. 1. Ord. &c.

Ratisponæ in Monasterio S. Emerami, depositio Beati Ramuoldi Abbatis, eximie perfectionis viri; qui ad augmentū meriti, in senectute oculorum lumine orbatus, ipse solantes se, solatus est. Sed post biennium cum nocte quâdam in Ecclesiā coram Crucifixi imagine prostratus, orationis & lachrymarū fatigatus labore obdormisset, visus ipsi Christus Dominus cruce descendere, & lumen oculis restituere, quod evigilans restitutum expertus est. Eum S. Heribertus, Archiepiscopus postea Colonienfis, & Ottho III. Imper. Aug. plurimū reveriti sunt. Mortem sibi imminere sentiens, valedicens Fratribus, in Ecclesiam deportari se voluit, & SS. Missæ Sacrificium coram se celebrari jussit, sub cuius Communionem, ut vocamus, & ipse pane cælesti refectus, sublatis in cælum manibus, mox expiravit, cum annum vitæ centesimum consumasset. Cujus sacrum cadaver, S. Henricus Bojorum Dux, postea Imperator, propriis humeris ad tumulum deportans, ipse sepulturam curavit, & clavem tumbæ, *velut insigne triumphi*, & ne quis tantum deprædaretur thesaurum, penes se in vitâ omni retinuit. Obiit A. C. Ex Arnulpho Com. de Cham. Matth. Radero, Hundio, tom. 1. SS. Ordin. Brunne-nero, &c.

In Africa, obitus Beati Ferdinandi Por-

tugalliæ Principis Ordinis S. P. N. de Avis Magistri Generalis. Ferdinandus Ioannem I. Lusitaniæ Regem, Philippam, Eduardi III. Britannia Regis neptem, Ioannis Lecestriæ Ducis filiam, matrem habuit. Innatum ab infantia Dei timorē habuit, quem nullo unquam piaculo fædavit. Virginitatem perpetuo coluit, epulisque ac sumentis, & quidquid libidine irritare posset, sibi omnino interdixit. Totam ferè diem orationi impendit, ad egros frequens invisit, pauperes juvit, Elephantia tabentes fovit, captivitatis injuriis oneratos, redimere & solari in præcipuis habuit, ita in omnes pius, ita munificus, ut à nullo refarciendo templo, à nullo Religioni generali Conventu, seu pii sodalitiū conventionem liberalitatem suam abstineret. In sacram militiam nostram de Avis insertus & Magister ejusdem generalis creatus, nequaquā in Sanctissimæ Regulæ verba se frustra jurasse, factō ostendit, inq; omni quod agebat se Religiosum, imo Monachum Monachorum omnium Ipeculum exhibuit, præterquā, quod gladio, pro sua professione accinctus, prælia Domini præliaretur pro cuius honore sanguinem suum fundere, in destinatis habuerat. In Africam à fratre Rege, cum Henrico germano item Fratre ad expugnandos infideles destinatus, strenuam ibidem operam contra Tingitanos navavit, donec Fessæ Rex potentissimus, cum Lazeraquio subsidio adesset, eoq; angustia nostri redigerentur, ut de securo ad naves receptu pacisci cogeretur, quod impetrari non potuit, nisi Septæ urbis traditione, ejusq; certo tradendæ obside relicto Ferdinando, quem nulla deinceps pecuniæ sponcione redimere Eduardus Rex frater potuit, adeo immaniter in carcere habitum, ut omni morte acerbior captivitas, imo supplicium extremum, & Martyrium sanctissimo Principi justissimum esset, quo denique confectus, cum 15. menses ad mortem sese miris modis præparasset, hæc demurr die, Martyrii illustri coronatus laureolâ, è carceribus in cælum evolavit, Ann. Christi 1443. Fuit B. Matri Virgini longè addictissimus, & Festorum ejus vigiliis, in pane solo, & aquâ jejunans. Quæ morituro, sublimi residens throno, Palatinorum cælestium circumdata comitatu apparuit, & captivum pie solata est. Proclit coram Augustissimâ Imperatrice, supplicabundus Michaël Archangelus, in ista

Exercitia
ejus.In Regulam
nostr. jurat.In Africam
mittitur.

Obses datur.

Martyr in
carcere obiit
1443.

A Deipara ipsi mors praedicat.

in ista erumpens: Oro Domina, ut servum tuum, tibi, mihi que semper impense deditum, tot malis exuas, & copiis nostris adjungas. Quae ejus verba Magnus Evangelista Virgo Ioannes excipiens: Ne tuum huc affectu, inquiebat, Mater & Domina, pluribus damnis atteri patiaris, jam ad convivium nuptiarum Agni invitetur, quando nullis unquam sordibus vestimenta inquinavit. Innuvit, inruita blandissimo vultu Ferdinandum Misericordiae Mater, eaq; ipsa luce caelitus adnumerandum respondit. Ejus sacrum corpus, in porta urbis suspensum pluribus a Numine prodigiis illustratum, in Lusitaniam demum devectum digno cum honore in Bataliae sepulchro reconditum est. Ex Vasconcellii, Reg. Lusit. Antonio de Balingh. Annal. nost. Bened. t. I. SS. Ord.

Miracula.

S. Anitus Abb.

Festivitas ejus.

Eodem die S. Aniti Abbatis Carnotensis. Hic exitum suum Spiritu Sancto revelante praedixit, sepultus est apud Aureliam, & insigni Basilica & solemnibus quotannis memoriâ honoratus; cujus cum quidam festum negligeret, & vineam curaret, admonitus a sociis & contemnens, illico poenas dedit, & capite versus dorsum inverso, cervix dirigit; donec post dies aliquot sceleris poenitens, & supplex Divo factus prodigiosè curaretur. Andreas Bamberg. t. I. SS. Ord.

S. Hervaeus Abb.

In Britannia minori S. Hervaei Abbatis, & eremitae. Fuit hic discipulus S. Harchiani, synchronos S. Maini, Abbas demum electus, quem honorem egregia sanctitate exornavit. Contemplationis autem studio magis magisque accensus in solitudinem secedens, postquam multo rigore corpusculum excruciasset ad felicitatem aeternam evolavit. Claruit A. C. 590. Renatus Benedicti, Arnold. Duac. Menard. t. I. SS. Ord.

Clar. 590.

B. Ratho Princeps.

In Bavaria depositio B. Rathonis Monachi. Ratho sive Rasso ex illustissima Andecensium Comitum stirpe, patre Rathobotone, avo Ratholdo, capite gentis Andecensium, tetrarcha Bojorum eâ parte fuit, quae Orienti adjacet, & modo in Austria esse censetur. Fuit statura corporis adeo procerâ, ut comunem hominis modum excederet. Cum Iuditha Henrici Principis Bojorum conjugis Hierosolyma adit, indeque multas SS. Reliquias deferens, Bavariam universam beavit, quas in

Fit Monach.

Sanctorum Philippi & Iacobi condito à se ad Ambronem Cænobio collocavit, ascitaq; nostrorum colonia, iisdem repudiato saeculo accensus, rarâ vitæ perfectione effulsit, donec A. C. 954. sanctè moreretur, cujus sacrum corpus maxima populi frequentia, ob miracula quae in ejus gratiam Deus operatur, ibidem colitur & celebratur. Raderus Stengel. Brunner. Hundi. &c.

Eadem die depositio B. Tarasia Reginae & Monialis. Tarasia sive Taresia Sancti I. Lusitaniae Regis filia, Alphonso Legionensium Regis uxor, post tres liberos susceptos, ob propinquitatem sanguinis à Rege disjuncta, in Cænobio Lorvanensi cucullu amplexa est, quod amplissimis adaugens retribus, ad arctiorem Cisterciensium nostrorum reformationem adduxit. Exemplar a. humilium facta, ut virtutibus sic miraculis in vita & post mortem exsplenduit. Solo namq; tactu claudos & contractos sanitati restituit, monialem gravissimo morbo laborantem & jam morti proximam, amplectendo sanavit, similiter jam moriturum infantem complexu solo vita donavit, quin & aqua qua manus abluerat, febricitantibus remediū fuit; aliisque multis miraculis claruit. Mortem sibi instare cognoscens, ad templum deduci voluit, & in conspectu Ven. Sacramenti, dulcissimis verbis sororibus valedicens, omnes adstringens, & precibus se commendans genua ipsa flexit, & jucundissimum sibi Canticum Magnificat decantari iussit, & adversu suscepti Israel, &c. caput super manus inclinans, suavissimè expiravit, cujus sacrum corpus post 300. & amplius annos A. C. 1617. effossum est incorruptum, ac si tunc primum terrae fuisset commendatum. Ex Anacephal. Reg. Lusitan. Vasconcell. Henrig. t. I. SS. Ord. &c.

B. Tarasia Reg.

Miracula.

Incorruptio.

Eodem die Translatio S. Vulmari Abbatis. vid. Molan. Menard. &c.

S. Vulmari.

In dioecesi Constantiensi elevatio S. Christianae Virg. Molan.

S. Christiana elev.

Eadem die S. Batulphi Abbatis Angli, qui cum regio ortus genere, patrem Galliarum Regem (incertum quem) haberet, regii splendoris osor, in Angliam profugiens, mutata cucullo purpura, in eodem miro sanctitatis splendore enituit. Ita hac die Andreas Bambergensis.

Batulphus Abbas.

DECIMO QUARTO CAL. JULII.

XVII. Junij.

A.

S. Elisabeth. Abbatisa.

Schönaugete Sanctae Elisabeth Virginis, Monasticae vitae observantia celeberrima. Miraculum patientiae Elisabeth, duodecim annorum puella S. P. N. BENEDICTO emancupata,

cupata, in Schönaugetensi Virginum Cænobio, eò, paulo post Spiritus profectu pertigit, ut admiranda etiam hodie, orbe terrarum universo celebretur. Super eam manus Domini perpetuo aggravata, promptam, patientem, & hilarem Virginem semper invenit, semper habuit, adeo, ut afflictionibus animi atque corporis, nunquam fracta, lachrymis, jejuniis, rigore vitae insolentiore spontè etiam susceptis, nunquam non sese maceraret. Fuit amicissima Magnae Hildegardi nostrae, & libros Divino spiritu plenos plures scripsit, quibus postea etiam saculis providè consuluit, & Apostolico fanè merito, conversioni serae etiam posteritatis sollicitè intendit. Habuit revelationes mirabiles, quae nunc Germano, nunc Latino fermone, (cujus tamen omnino expertus erat,) pronuntiatae & scriptae, praesentiam illius, qui linguas infantium facit disertas, & aperit ora mutorum, illi inesse, manifestissimè demonstrabant. Eadem aeterni nominis & meriti Heroïna, ausa etiam, ope & Spiritu Domini freta, sanctam Matrem Ecclesiam contra immanis dementiae hostes propugnare, scelestissimam Catharorum Haeresim, scripto insigni tractatu confudit ac triumphavit. Modum autem revelationum ejus Trithemius sic describit: Cadebat super eam quaedam passio praecordiorum, ita ut lapsa repente in Ecstasim velut exanimis perduraret, quieta jacens, sedens immobilis, nullusque in eâ halitus sentiebatur. Quo durante excessu, spiritus rapiebatur ad diversa loca, & Angelicis interea loquutionibus informabatur. Tandem vero resumpto spiritu post longum excessum, sanctissima verba proferebat &c. Ita Trithem. Eam magni fecit Divina Hildegardis nostra, & de eadè revelationes habuit. Redolebant scripta ejus admirandâ caelestium rerum, & Divini spiritus fragrantiam, inter quae praecipue quae subnotavimus commendantur:

Miraculis patientia.

Spiritus Propheticus

Haereses obscribit.

Visiones ejus.

Libri ejus.

Ad S. Hildegardem lib. I. Epistolarum ad diversos lib. I. &c. Obiit Miraculorum gloria à DEO honorata Anno Christi 1165. aetatis suae 36. in Monasterio fratris sui, S. Florini, in medio chori sepulta; cujus sanctissimum nomen per totam Ecclesiam Catholicam hac die decantatur. Faber, Trithem. Molan. Maurolycus, Cratepolius, t. I. SS. Ord. Annal. Germ. &c. Eodem die FESTVM sive Commemoratio PSALTERII BENEDICTAE MATRIS VIRGINIS, ejusdem Augustissimae caeli terraeque Imperatricis honori, per Admirabilem Patrem & Patriarcham nostrum BENEDICTUM, in Ordine universo instituti, & per sanctissimos discipulos seu filios ejusdem, toto terrarum orbe propagati. De hoc ipso agens, Magnus ille Deiparentis SECRETARIUS, alter Psalterii post Beatum Dominicum restitutor, Dominici Ordinis splendidissimū Syodus, Beatus Alanus de Rupe, sic inquit: SANCTUS BENEDICTUS, novifactus Instituti Patriarcha inelytus, cui ante diu insueverat PSALTERIUM MARIAE simul & inter suos, non tam precepto ullo, quam usu ipso in sanctam consuetudinem introduxit, quae in religionem deinde vertit ac insedit, &c. parte 2. Apocal. cap. 2. & 4. Et parte I. capit. 8. PSALTERII MARIANI USU SUOQUE IN DEIPARAM STUDIO: EO, TAM DIVINAE MONASTICAE INSTITUTIONIS FUNDATOREM & AUTOREM FIERI MERUISSE, affirmat, & pergit: Tanti Patris ab exemplo, sacer mox Chorus Fratrum universus, per orbem late secum circumtulit PSALTERIUM: & caetera praeter consueta Ordinis exercitia Divina, ista quoque velut privatum quisque in deliciis suis secretionibus deamavit interius, & in eo alma Virginem Matrem, sponsam sponsi sui, sancta quadam familiaritate cordialius disvaviavit &c. Ita Alanus, libro ab ipsa Deipara approbato; ipse Divino Spiritu plenus, ad praedicandum & commendandum tam vetustum Psalterii usum à Numine instructissimus ac concitatissimus. Ioan. de Prato, Gerard. Belga, Annal. nost. Bened. tom. de Vita S. P. N. & Constan. nost. Benedict. t. I. aliique plures &c. In Anglia Beati Cincini Monachi & Confessoris. Cincinus Monasterii Sancti Petri apud Lindisarnum Monachus, artè in Cænobio fabrile exercuit, cui insignè vita conjungens innocentiam, à contemto rudique corporis exercitio; ad sublimem animum perfectionem combatentem lib. I.

cupata, in Schönaugetensi Virginum Cænobio, eò, paulo post Spiritus profectu pertigit, ut admiranda etiam hodie, orbe terrarum universo celebretur. Super eam manus Domini perpetuo aggravata, promptam, patientem, & hilarem Virginem semper invenit, semper habuit, adeo, ut afflictionibus animi atque corporis, nunquam fracta, lachrymis, jejuniis, rigore vitae insolentiore spontè etiam susceptis, nunquam non sese maceraret. Fuit amicissima Magnae Hildegardi nostrae, & libros Divino spiritu plenos plures scripsit, quibus postea etiam saculis providè consuluit, & Apostolico fanè merito, conversioni serae etiam posteritatis sollicitè intendit. Habuit revelationes mirabiles, quae nunc Germano, nunc Latino fermone, (cujus tamen omnino expertus erat,) pronuntiatae & scriptae, praesentiam illius, qui linguas infantium facit disertas, & aperit ora mutorum, illi inesse, manifestissimè demonstrabant. Eadem aeterni nominis & meriti Heroïna, ausa etiam, ope & Spiritu Domini freta, sanctam Matrem Ecclesiam contra immanis dementiae hostes propugnare, scelestissimam Catharorum Haeresim, scripto insigni tractatu confudit ac triumphavit. Modum autem revelationum ejus Trithemius sic describit: Cadebat super eam quaedam passio praecordiorum, ita ut lapsa repente in Ecstasim velut exanimis perduraret, quieta jacens, sedens immobilis, nullusque in eâ halitus sentiebatur. Quo durante excessu, spiritus rapiebatur ad diversa loca, & Angelicis interea loquutionibus informabatur. Tandem vero resumpto spiritu post longum excessum, sanctissima verba proferebat &c. Ita Trithem. Eam magni fecit Divina Hildegardis nostra, & de eadè revelationes habuit. Redolebant scripta ejus admirandâ caelestium rerum, & Divini spiritus fragrantiam, inter quae praecipue quae subnotavimus commendantur:

Ob. 1165.

Miracula.

Comemoratio Psalterii Instituti.

B. Alanus de Rupe institutio.

Institutio Psalt.

Deipara debetur Institutio Ordinis nostr.

Propagatio Psalterii.

Divino spiritu plenus Alanus.

B. Cincinus.

Faber.

Ab Angelis in celum deferitur.

Comemoratio SS. & BB. Ang.

Ingens Monachorum numerus in initio conversionis.

Regum & Principum Monachorum copia.

Innumerus numerus.

Incendit, & humilis in oculis suis, viris in omni virtutum genere eminentissimis accenleri meruit. Cum autem supremum ageret Spiritum, visi sunt Angeli admirabili luce coruscantem in celum deferre. Scripsit vitam ejus versibus Ethelwolfus ejusdem Cœnobii Monachus circa Anno Christi 870. Hist. Eccl. Angl. Nic. Harpsfeld. Hugo, Menard. Edward. Mayheuv. &c.

Eodem die illustris & memoranda imprimis COMMEMORATIO ejusdem Regni SANCTORUM atque BEATORUM Ordinis nostri; eorum imprimis, quorum gesta longævitate & injuria cum hostium, tum temporum interciderent, nomina autem soli DEO cognita sunt, quorum sane incredibilem, & penè innumerabilem fuisse numerum vel ex eo ipso liquet, quorum etiamnum celebris extat memoria, ut fertilitatem in hoc genere felicissimi illius Regni nulla satis posteritas demiretur, cum ab ejusdem per nostros conversi in initis, potentissima & patentissima Insula, velut apum examini- bus mirabili fecunditate scatentissima, inter Monachorum exercitus, vel ipso quidem, primorum Angliæ Apostolorum discipulo, oculatissimo teste Sanct. Anthelmo sive Alhelmo Schireburnensium Pontifice, qui in doctissimo illo de Virginitate libro, alia inter de Sanctissimo Patriarcha nostro BENEDICTO sic inquit:

Hujus Alumnorum numero glomerantur ovantes

Quos gerit in gremio fecunda Britannia cives

A quo jam nobis Baptismi gratia fluxit

Atque Magistrorum veneranda cetera cucurrit, &c.

Quo ex tempore tanta Regum Principumque & ex his natorum ad sanctissimum nostrum Institutum affectio & concursus fuit, ut certatim cucullum exam- barent, & qui horum solummodo, & quidem præter eos, quorum interciderent memoriam, numerum computet & intueatur, totus obstupescat, ut nihil de ijs dicamus, qui juxta illud: Regis ad exemplum, &c. mirificè incitati, ardentissimis votis, innumeri, ut sic dicam, in incredibili Cœnobiorum Angliæ numero, Legibus se nostris devoverunt, & cum Cœnobio eos non caperent, nostrorum instituto & arbitrio, in nemoribus, & suismet etiam ædibus vitam sanctissimè instituerunt, ut

haud immerito SANCTA INSULA, & MONACHORUM INSULA dignissimis titulis appellaretur, cujus incolæ, omnes omnino Monachi cum futurum facti viderentur; plerique tot Episcopatum Cathedralibus etiam Collegiis, & olim, & maxime post Dunstani nostri tempora Monachorum Colonia inductis, felicissimè instructis, ut planè Insula septem haud caperet, sed totas Apostolicorum virorum cohortes, in diversissimas toto orbe provincias effunderet, qui profligato passim infando demonum cultu, aliisque erroribus eliminatis, universam Christi Ecclesiam mirè demerentes, æternum Angliæ, & Ordini nostro decus pepererunt. Vnum in super addimus: Tanto Martyrum nostrorum numero Angliam resplenduisse, ut vel ille quidem solus incredibilis videatur, per diversissimas Northmannorum, & gentilium Regum incursiones, tot, tamque frequentibus, & toties, Cœnobiiis nostris, everfis ac Monachis eorumdem odio fidei trucidatis, ut mirum non sit, tanta sanguinis profusione semper fecundiorum Angliam refluuisse. Qualis post Imperium Danorum fuit, cum hi Monachis universis (quibus Orderico teste plena erat Anglia,) peremptis seu fugatis, Regnum nobilissimum, DEO & Ecclesiæ prorsum præripuisse viderentur, adeo post barbarorum expulsionem, (opera imprimis Sanct. Oswaldi nostri VVigorniensis Episcopi, qui è Floriacensi Cœnobio disciplinam Monasticam retulerat,) reflorescente Monachicis studiis Anglia, ut nunquam plenior, nunquam sanctior fuisse videretur. Ex diversis rer. Angl. script. Annal. nostr. Bened. Eduardo Mayheuv. Reynero, t. I. SS. Ord. &c.

Pis, Sancti Rainerii Confessoris. Rainerius Pis loco nobili natus voluptatibus primum corporis deditus fuit, postea Sanct. Alberti nostri opera conversus, cum peccatum ex verecundia in Confessione piaculari subticuisset, vocem prodigiosam audit: Raineri peccatum tacuisti, quod cum illico confessus esset, absolutus, sine tamen pœnitentia à sacerdote remissus est, quod illam à DEO imponendam diceret. Tristis proin, totusque mutatus domum rediit, & parentibus mœroris causam rogantibus, non aliam quam peccata esse respondit, neque à lachrymis se temperaturum, donec à DEO dimissa cognosceret. Cum ergo assidue fleret, nec cibum caperet, fletu continuo lumi-

Tituli Anglia.

Quot Apostoli.

Quot Martyres.

Reflorescens Anglia.

S. Rainerius

ne

Resmir.

Rigor vita.

Canobio se includit.

Mortuam resuscitat.

Multa prædicat.

ne oculorum orbatus, qui causa parentibus, quibus unicus erat, doloris imenti fuit, tantopere quidem, ut nisi precibus à Numine videndi facultatem Rainerius denuo exorasset, jam jamque pater sibi mortem consciscere nil dubitasset. Hoc conversionis initiū fuit Ecclesias frequentare, egentibus subvenire, peccatores ad pœnitentiam suo exemplo provocare, in præcipuis habuit, & verè cœlestis vitæ, domi primū rationem instituit. Post annos quatuor Hierosolymam profectus, cū domum revertisset, insolitum in eā foetorem sensit, cujus causam pecunias, & alia quæ in ædibus haberet esse, apprensens ei Dominus significavit. Quare relictis omnibus, veste pœnitentiū Hierosolymas repetens, inde cum libro Psalmorum in solitudinē secessit, ubi divinitus edoctus, Officia Divina Græcâ & Syriacâ lingua recitavit. Cum inter edendum, animalculum quoddam linguam ejus pungeret, solo deinceps pane & aquâ contentus vixit. Panem solummodo unum cum haberet, ex eo tamen & se, & pauperes diu pavit, cum integer semper ille remaneret. Reversus demum in patriam, haud dubium, quin impellente Numine, in Cœnobio S. Viti vitæ reliquum exegit, multosque paralyticos, dæmoniacos, cæcos, & ægros diversos solo crucis signo prodigiosè curavit. A cive rogatus, ut filia suæ animam agenti subveniret: Vade, inquit, non enim mortua est, sed vivit, quam licet objisset, redivivam pater reverlus reperit. Cū autem vitam verè Angelicam viveret Dominum ipsum, & Dominam nostram Ordinis Protectricem Augustissimam se alloquentes aspicere meruit. Multa prophetico Spiritu Ecclesiæ Romanæ, & Vrbi Pisanae eventura prædixit, & meritorū plenus, cum septem annos in Cœnobio

religiosissimè vixisset Anno Christi 1161. Obiit sancto fine decessit. Ex Monim. Eccles. Pisana, Sylvano Razio de SS. Hetruria tom. I. SS. Ord. &c.

Cremona S. Himerii Episcopi & Confessoris. De quo nos uberius die 19. Octobr. quo tanquam Tutelaris urbis à Cremonensibus solemnius colitur.

In Anglia Venerabilis viri Ethelredi Regis & Monachi. Ethelredus septimus Merciorum in Anglia Rex post Regnum ipsis triginta annis summa religione administratum, regalem aspernatus vitam rerum sumam Chenredo nepoti restituit, Cœnobiumque Ordinis Divi Patris BENEDICTI prope Bardoneiam ingressus purpuram cucullo permutavit, in quo tantū virtutibus profecit, ut Abbas postea eligi meruerit. Denique calcati Regij honoris insigni triumpho, ad æternitatis regna emigravit. Claruit sub An. Ch. 704. Ven. Beda, Matth. Westmon. Polydor. Annal. nostr. Bened. Eduard. Maibeuv. Arn. Duac. &c.

In Britannia Beati Caducani Episcopi. Caducanus veteri Britannorum sanguine ortus, & singularem pietatem, & scientiarum omnium, Theologicarum imprimis peritiam ad Benchorensem Pontificatum evectus est. Verum cuculliamore incensus, Pontificatum denique posthabuit, & in Ducensi Cœnobio, sanctissimæ Cisterciensium nostrorum reformationem se devovens, è magno humillimus, ex humillimo, maximus perfectionis studio evasit. Quin & dociles Monachorum animos, bonis moribus & sacris litteris erudit, nullis neque laboribus neque impensis parcens, ut apud eosdem præclarissimis litterarum studiis inescaret, atque promoveret. Claruit An. Ch. 1218. Ex Menol. Cister. Ioan. Balans, Phil. Sequinus &c.

S. Himerius Episc.

V. Ethelredus Rex.

Regno se abdicat.

Clar. 704.

S. Caducani Episc.

Pontificatū deserit.

XIII. CALEND. IVLII.

XIX. Junii.

S. Bonifacii Archiep. Mart. IN Russiâ S. Bonifacii Martyris, discipuli B. Romualdi, qui à Romano Pontifice ad prædicandum Evangelium in Russiam missus, cum per ignem transisset illæsus, Regemque ac populum baptizasset, a furente Regis fratre necatus, optatam Martyrii coronam accepit. Fuit Bonifacius uti regio genere, sic humillimi Monachi demissione sublimissimus, Otthoni III. Imperatori conlanguineo ita charus, ut non alio nomine, nisi ANIMÆ SUÆ ipsum appellaret. Cæterum, cum tanti fieret, tantulque esset, in ocu-

lis suis vilis, ut pessimè meritum, duriter se habuit, & abstinentiæ imprimis rigore nimio se se confecit, adeo ut sæpe Dominicus solum diebus, & quinta feriâ cibum admitteret, alias, Sanctissimi Patris nostri exemplo, in urticarum se se & verprium densitatem projiceret, & volutaret. Ex quo cum quidam frater ipsam aliquando corripere, quod nec aliis quidem intuentibus ejusmodi cruciatu voluntatis abstinere, hoc unum respondit: Tui sunt Confessores, mei sunt Martyres.

Vilis in oculis suis.

Martyrii desiderium.

res. Velut & secularis Princeps, etiam in aula Cæsaris cum ageret, Martyrium sibi ominabatur, cum Sancti Bonifacii Martyris Ecclesiam aliquam intueretur, in hæc verba erumperet: *Et ego Bonifacius uxor. Cur ergo etiam ipse Martyr esse non debeo.* Cujus laureolæ sanctissimâ ambitione perpetuo vexabatur. Excoctus Monachicis disciplinis, & Contemplationis absolutione accensissimus superiorum facultate Romam contendit, ut cum liberalium artium disciplinis apprimè imbutus esset, & propagandæ fidei zelo totus deflagraret, functionem ejusmodi auctoritate Pontificis maximi susciperet, toto illo in itinere, jugiter psallens, & cæteros longè præcedens, nudis semper pedibus incessit, pro labore quidem itineris comedens quotidie, non nisi tamen panem medium, & aquæ crudæ modicum, cui tam frugali refectio, festis diebus de pœnis seu radicibus, absque tamen liquamine aliquo, paucillum superaddens. Tantâ præparatione, tanto fervore ad prædicationis munus tantus se Princeps disponebat. Archi-Episcopus ad conversionem gentium ordinatus, *quotidie*, inquit Sanct. Petrus Damiani, *observabat, & Monasticum pariter, & Canonicum in celebrandis Horarum officii ordinem.* Cum vero jam *Vltromontanos peteret fines, equo quidem vehebatur, sed venerabilis Pontifex nudis cruribus semper, & plantis adeo intolerabilem frigidissimâ regionis sufferebat algorem, ut volens descendere, non pedem ab subhærente ferro disjungeret, nisi aqua calida subveniret, &c.* In Russiam delatus, Apostolicum laborem strenuè aggressus, Regi primum suspectus fuit, quod vili indutum habitu, & nudiped è, pecunijs potius inhiantem, quam salutem mortalium studentem conjiceret, cui proin multas divitias obtulit, si ab hæc, ut dicebat, vanitate desisteret. Verum Bonifacius sine mora ad hospitium digressus, pretiosissimis indumentis Pontificiis indutus redijt. Quod iterum vanitati tribuens excæcatus Princeps, eâ denique conditione se ijs quæ prædicaret crediturum dixit, si per struem ignium altissimâ & utrinque ardentissimâ illæsus pertransiret, quam conditionem universi populi applausu consensuque acceptam, & ipse acceptans, ut erat Pontificiis excultus ornamentis, ignem vastissimum, lustrali prius aquâ, incensoque thure expiatum, securè ingressus, spectantibus universis, illæsus pertransiit, adeo ut nec capillus

NB. Præparationem ad prædicationem.

Archiep. ordinatur.

O humilem Episcop. & natum Principem.

Russis prædicat.

Regis caci- tate.

Ingens miraculum.

quidpiam senserit adustionis. *Obstupuit miraculo Rex, cumque universis qui aderant ad pedes Sanctissimi Pontificis provolutus, veniam lachrymabundus rogavit, & sacris baptismi undis lustrari expetiit.* Tantâ autem diligentia Bonifacii deinceps coluit, ut abdicato Regno, & in filium rejecto, tanti Magistri disciplinis se prorsû devovere statueret. *Quin & fratrem quem penes se in aulâ alebat, cum credere nollet, absente Bonifacio, zelo succensus fidei ipse interemit.* Cum interea alterum Regis fratrem dissito comorantem loco frustra lucrari conatus Bonifacius, compræhensus, ut ne vivus à fratre Rege armatâ etiam manu repeteretur, suâ & frequenti populi in frequentia decollati jussus est. Statim autem cæcitate percussus ipse, cum universis qui aderant, surdum, obmutuit, dirigitque ut velut lapides circum sacrum Magni Apostoli & Martyris corpus immobiles permanerent, donec fama rei Rex ipse excitus, eo contenderet, & miraculo tanto comotus, (cum fratrem cæteroquin, cum iceleris conscijs omnibus maculare decrevisset,) mutatâ sententiâ preces prius pro solutione regentium, cum suis fundere & siquidem à Numine solverentur, fidemque à tanto Martyre confirmatam agnoscerent ac susciperent, parcere statueret. Mox ergo Christianis in preces diutius incumbentibus, soluti illi, scelus suum detestati, supplices, fluentibus lachrymis, veniam rogavere, & maximo fervore atque alacritate CHRISTUM confitentem, facili jam ad veniam Rege, sacro Baptismi lavacro expiari petière. Super sacro autem tanti sui Apostoli, & in imeritissimos meritissimi Patroni corpore insignem Basilicam condidit. Claruit celeberrimus hic Russiæ Apostolus, primus Bosnensium Archiepiscopus sub A. Christi 1000. *Ex Petro Damiani, Augustino Camald. Annal. nostr. Benedict. tomo primo SS. Ordin. &c.*

In Gallia Sancti DEODATI Episcopi Nivernensis. Hic nobili Occidentalium Francorum sanguine natus, genus illustre, morum ac vitæ sanctitate longè illustrius reddidit. Ex Monacho Saltus Vosagi, & Abbate (incertum cujus loci,) Nivernensium Pontifex creatus, non multo post honorû fastidio, contèplationisq; desiderio, Pontificatu se abdicans, denuo cucullum amplexus, varias percurrens solitudines, condendo Cænobio locum exquisit. Porro in memorata Vosagi valle,

Zelus Regis

Bonifacium decollatur.

Scrupenda res.

Regis fratres convertiunt

Mira conversio Russorum.

Claruit S. Bonifac. 1000.

S. Deodatus Episcopus.

Abdicat se Episcopatu.

Vitio mirabile in hostes eius.

Deipara cultor præcipuus.

Obiit 679.

Pestis Profligator.

B. Alruna Comitissa.

Voto nostrâ

valle, prope Afcæ villam primum sedem figens, insigni à DEO miraculo honoratus est, dum trabem ingentem, quam triduo toto artifices aptare non poterant, facili negotio cum discipulis traxit & composuit. Prope Argentillam item Cænobium molitus, cum jam penè absolvisset, ab invidentibus Sancto Abbati successum accolis, jejunijs gravibus appetitus est; Verum cum furori illorum cedendum ratus inde migraret, mox ultio Numinis injurias flagellavit, ita ut omnes vel florentissimâ in adolescentiâ morentur, vel amentes efficerentur, redundantem etiam in posteros pœna, quoadpropago eorum universa interiret. Similiter apud Hunvillare pulsus, sed cum pellentium strage est, incolis omnibus præmaturâ morte sublatis, universique qui tum nascebantur, turpissimâ struma notatis. Revelatione Numinis jussus in honorem Cœlitum Imperatricis Cænobium condere, loco item designato in Valle Gallilæa condidit, plurimosque Christo ac DEIPARÆ unicæ suæ totiusque Ordinis Matri filios educavit, quos inter, magnum & sanctissimum illum Argentinensium postea Pontificem Arbogastum, Sanctum Florentium, aliosque sanctitatis suæ diligentissimos æmulos habuit. Moriturus à Sancto Hildulpho nostro, ex Trevirorum Archipræsule, humili Monacho, sacris munitus, & piè curatus, eidem Cænobij sui curam injunxerat, & obitus horam prædixit. Obijt Anno Christi 679. Plurimis exin miraculis illustratus, & rariore quidem illo, quod si ve siccitatis sive imbrium, sive etiâ pestilentia, plagis à DEO immissis, efficacissimû remedium, & prodigiosissimû esset, sola ejusdè tunica, in Processione, ut vocamus, publicè delata. *Ex Vitæ. t. SS. Ord. monim. Nivern. Trithem. &c.*

In Monasterio Altaichensi Beatæ Alrunæ viduæ Comitissæ, voto nostræ. Alruna illustri Chambensium Comitû nata genere, ab incunabulis DEO addicta fuit, & Virginitatis servandæ cupida, quam tamen nolentem ac reluctantem sui dignissimo generis matrimonio illigarunt. Macelino conjugii nomen, & ille sanctæ uxoris convictu paulo post animus, ut prole suscepta, debito conjugali absolveret, & liberam CHRISTI DOMINI servitio ablegaret. Cucullum sollicitè exambiit, sed

quod magna pauperibus & Cænobiis spes in opibus ejus sita esset, ut pauperum Mater & Cænobiorum Protectrix, esse vellet, etiam à religiosis personis persuasa est, sic tamen, ut haud aliter atque in Cænobio vitam institueret, voto suo minimè frustrata. Famulum, famulamque Wilhelmum & Mathildem propositi socios, æmulos habuit sanctitatis, quibuscum hospitiibus, ac pauperibus, se totum impendit, & sua penè viscera exhaust. Miraculorum gloriâ insigniter effulsit. Quæ inter, vestes suas in radio solis firmiter hærentes suspendit, cumque tantus aliquando occurus hospitû esset, ut nec dimidiæ eorum parti panes sufficerent, implorata DEI ope, & crucis signaculo panem multiplicavit, ita ut abundè omnes acciperent. Obijt plena meritorum 6. Calend. Februar. sed, quâ impeditâ die, hûc merito transtulerimus, etiâ à morte prodigijs comendata; & manifestissimo indicio verè nostra esse, etsi professione non esset demonstrata, cum Diethmaro Abbati penitus Paralytico, cucullo amictam se sistens, veste Monachicâ per membra ejus ductâ, & oleo illito, relicta ipsi integerrimâ incolumitate, ad cœlos se reciperet. *Ex Monim. Altaich. Manuscripto Hirsaug. tom. I. SS. Ord. &c.* Claruit post tempora S. Henrici Imp. Augusti.

In Hemenrode Beat. Hertwici Prioris, ætate grandævi & circâ disciplinam Monachicam ferventissimi, cujus vita, norma virtutum subditis erat. Is, cum æger in valetudinario decumberet, Fratresque de morte preces pro agonizantibus dicendas legerent, resumens vires, alta voce sic suos alloquutus est: Mon modo moriar, dilectissimi Patres, sed craftinâ die horâ nonâ, ante sumum Iudicem comparebo, de omnibus meis operibus redditurus rationem. Sicque die & horâ prædictis placido vultu emisit spiritum: in cujus transitu Angelorum voces suavissimè concipientiû auditæ sunt. Obijt Anno Christi 1220. vel 21. *Cæsarius Hesterb. Manriq. Henriq. t. I. SS. Ord. &c.*

In Lusitania Beati Ioannis Abbatis B. M. V. de Salfeda, sanctitate & doctrinâ conspicui, qui zelo Monasticæ disciplinæ & traditionum Regularium observantia totam Hispaniam illustravit. Claruit 1230. Ex cit.

Miracula

Moritur.

Voto nostrâ voto nâ frustrantur.

B. Hertwici Prior.

Predicit horâ mortis

Ob. 1220.

B. Ioannis Abb.

XX. Iulii.

C.

S. Floren-
tia V. Abb.Regium ge-
nus.Fratres san-
ctissimi.Fit Monia-
lis.40. Ceno-
biorum Ab-
batissa.

1000.

Virg. alii.
1000. ha-
bent, ego
Scioppium
sequutus su.Afflicti-
ma Hispa-
nia.SS. Incar-
nationis
Myft. colit.

HISPALI in Hispania Sanctæ Florentiæ Virginis, sororis Sanctorum Leandri & Isidori Episcoporum. Florentia five Florentina, Regio genere nata, patrem Severianum Ducem, Theodoricum Ostrogothorum & Italiæ Regem avum habuit. Nec minus fratribus germanis felix, magno nimirum Isidoro, Leandro, & Fulgentio Sanctissimis Hispaniæ Pontificibus & Patronis, germanæ æmula sanctitatis, haud inferioribus vitæ meritis eluxit. A teneris quippe annis cum Virginitatem Virginum sponso devovisset, eodem quo fratres germani, sæculi ac pomparum tacta fastidio, in Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI, agri Astigitani ad Singilim fluvium, jam tunc celebri Cænobio, cucullum amplexa, tantis deinceps virtutibus, sanctissimo Virginum cætui se probavit, ut non illius solum Cænobii, sed ob celeberrimam, cum sanctitatis tum prudentiæ famam, aliorum insuper ejusdem instituti supra quadraginta Monasteriorum curam suscipere cogere, in quibus incredibilis sanè sacrarum DEO virginum numerus, miranda vitæ austeritate & puritate Domino serviebat. Mirum, quantam Hispaniæ imo Ecclesiæ universæ faciem, sola hæc Regia Virgo, & Abbatissa sanctissima prætulit, cujus exemplo & verbo uno & eodem tempore (res immortalis memoria & admiratione dignissima.) supra decem millium Virginum, perfectionis fama celeberrimarum convixerint; ut multo ampliorem numerum productiore regiminis & ætatis ejusdem serie facile sit ominari ac supputare. Quæ tantum numerum tanto magis mirere oportet, quanto, ut pluribus sceleratis, sic paucioribus solidæ pietatis æmulis constat Hispanias tunc temporis fuisse habitatas, Arianae Hæreticos impietate, multam maximam Regni totius partem occupante, contra quas Inferi tam fidæ copias, sacrum hunc religiosissimarum Amazonum exercitum, Optimum Numen armasse videtur, & produxisse. Adamavit præcipua religione & cultu Florentina SS. Incarnationis Dominicæ Mysterium, & quod hoc negarent & Iudæi, errores eorumdem mirabili Zelo ac fervore fuit execrata. Produxit ultra septuagesimum ætatis annum, vitam lectissima

Abbatissa, quam planè Angelicam in terris ducens, meritorum denique gravissimis manipulis locuples ad Dominum migravit 12. Calend. Iulii. Claruit A.C. 600. *Moritur.*
Prudentius Sandoval. Iepesius, Luc. Marinæus. Ioan. Mariana, Ioan. Valens, Constant. Cajet, Breviarium Hispan. t. I. SS. Ord. &c.

In Monasterio Fontanellensi, natale Sancti Bainsi Episcopi & Confessoris. Hic in fertilissimo illo Sanctorum Fontanellæ Cænobio, regularibus institutis disciplinis, tanta apud omnes & præ omnibus existimatione fuit, ut lectissimo illi servorum DEI collegio præfici meruerit, à quibus tamen, non sine gravi dolore, ad Morinensis Episcopatus gubernandam Ecclesiam avulsus, uti nullis oneribus succubuit, ita eo honore dignissimum se exhibuit, imo honorem ipsum signis & virtutibus plurimum ipse exornavit, & gravissimis demum locuples meritis ad præmia æternitatis evolavit sub A.C. 740. *S. Bainsi Episc.*

Truncinii depositio S. Aldegundis Virginis, filia Sancti Bainsi Regis & Martyris. Hæc Regii generis dignitatem Christi paupertate permutans, apud Trunciniū non longè à Gundavo DEO sacra, humillimis exercitiis, ad sublimissimum perfectionis apicem conscendit, & Regum Regis conspectui placere studens, ad thalamos ejus æternos introduci meruit, sub A.C. 575. *Obiit. 740.*
s. Aldegundis. Aldogundis. dis. Virgo. Reg. f.
Molano, Arn. Duac. &c.

In Britannia Beati Simeonis Monachi & Confessoris. Simeon illustri admodum natus genere, patrem Mevorum Corminæ Dynastam ut opibus, sic & pietate præstantem habuit. Eum ut nasceretur Mevoro Sanctus Gudvvalus noster precibus suis à Numine impetravit. Cum enim Senex idem Mevorus, quam humanissimè discipulos Gudvvali excepisset, Fratres conjugum optimorum sterilitatem miserati, consili de Abbatis sui apud DEVM gratia, conjuges, etsi senium obtendentes generatione deinceps ineptū, persuasere, ut casto cubili se pariter jungerent, & misericordiam Domini, per merita Gudvvali implorarent & expectarent. Stupenda res! visus ea ipsa nocte Mevori cōthorali Gudvvalus ipse, lecto adstitit, nasciturumque ex ipsa filium prædixit, quem ut Simeonis insigniret nomine, sibi que

Sterilis
parit.Simeon S.
Gudvvali
discipulus.

Clar. 620.

Ven. Odo
Archiep.Ex Augusti-
niano Bene-
dict.Fit Archie-
piscop.Propugna-
tor libert.
Eccl.Deicitur
ab Imp.
Schismat.

Ob. 1113.

B. Ioa. Abb.

sibi que educandum mitteret imperavit; quem & in Divino servitio vitam exacturum, ut mira, sic læta promissione religiosissimæ Matronæ prænuñciavit. Obtulit postmodum optimæ indolis puerum Simeonem Gudvvalo Mevorus, & cum universa hæreditate coram testibus transcripta, Domino consecravit, quem ut prodigiosissimè à Numine impetratum Sanctissimus Abbas charum habuit, & sanctè instituit. Exegit vitam omnem, ut prædixerat Abbas suus, Simeon in DEI obsequio & grandium prodigiorum, atque Angelicarum virtutum spectator, inter Sanctorum Fratrum plenitudinem, felicissimè crevit, adolevit, in virum evasit, & in gloriosissimo Regum Regis famulatu sanctum profundens animam, laborum mercedem æternam meruit. Claruit sub A.C. 620. *Ex Vita S. Gudvvali, t. I. SS. Ord. &c.*

Aquiscincti, depositio venerabilis Odonis Episcopi Cameracensis. Odo sive Odardus Aureliæ in Gallia natus, ædificavit Tornaci in Belgio Sancti Martini Monasterium, cujus ipse primus, suscepto Sancti Augustini Canonorum habitu, Abbas fuit. Sed persuasus ab Abbate Aquiscinctino, Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti Regulam cum suis amplexus, insigni vitæ sanctitate celebratus, ad celeberrimam Pontificatus Cameracensis Cathedram evehctus est. Fuit æternum ejusdem Ecclesiæ suæ decus, libertatis Ecclesiasticæ propugnator acerrimus, pro qua extrema pati non dubitavit, quin & mortem lubenti animo excepisset. Ab Henrico IV. Imperatore Schismatico deturbatus, quod denuo per annulum & virgam ab eo investiri constanter reculeret, Aquiscinctum se contulit, ibique pietatis, & humilitatis exemplar, tantus Pontifex, se omnibus præbuit. Reliquit non pauca præstantis ingenii monumenta, quæ inter Homiliæ aliquot, & expositio Canonis Missæ præcipue celebrantur. Obiit & sepultus est in eodem Cænobio Aquiscinctino A.C. 1113. cujus vitæ sanctitatem Amandus Prior Aquiscinctinus diligenter descripsit, & sepulchrum candido è marmore ibidem in hodiernam diè spectatur. *David Lindanus, Miraus, Menardus, Claud. Robertus, &c.*

In Italia natalis B. Ioannis, Abbatis Pulsanensis. Hic puer admodum, Sacrorum maximo desiderio, parentes deseruit, & in Monasterio quodam curam ovium

suscipit. Inde in Calabriam, nec multo post in Siciliam secedens, in eremo se abdidit, rigorissimam omnino vitam aggressus, præter alias carnis mortificationes, nocte semper in aquis pernoctavit, corpore per funem ad truncū arboris, ne mitteretur, alligato. Divino dein monitu Genusum in Apuliam profectus, juxta ædes parentum incognitus moratur, ab omnibus ob abstinentiam singularemque prudentiam maximi habitus. Iussu S. Petri hujus Ecclesiam mirè restaurat calce & lapidibus ejus iussu prodigiosè repertis. Postea ad montem Lacenum se confertens, illic S. V. Wilhelmo Vercellensi jungitur. Ad montem Garganum delatus, accolis longa siccitate afflictis, pluvias cælo deducit. Revelatur dein ipsi locus Pulsanus, in quo Beatissimæ Matris Virginis honori, Cænobium construit, ipsa aream designante. Claruit Prophetico Spiritu, & magna miraculorum gratia. Puerum lapide percussum & morti proximum, mox incolumen reddidit. Quidam dæmoni se devovens, ab hoc in præceptus B. Ioannem se servantem mirè intuetur, & ad ipsum occurrere, quem non noverat, monetur, agnoscit, liberatur. Alias infantem morti proximum sanum parentibus reddidit; Monachum nomine Vrsulum, humilitate & obedientia insignem, multisque profuturum, mortuum vitæ reddidit. Fluvium cum sociis mirè transiit, cum vix vestigia illorū maduissent; alias inter densissimas pluvias intactus omnino neutiquā imaduit. Fratres in Sylva aliquando laborantes, & à dæmonibus specie militum assumpta terrore fugatosque mire juvit, adesse quam primum visus, dæmonesque virga abigere, mox & ipse ex oculis fratrum disprens. Prophetico spiritu mirifice claruit, futura quasi præsentia intuitus, quin & abditissimas mentium cogitationes penetrans revelansque. Decessit 12. Cal. Iulii anno Christi 1139. Angelis occurrentibus, ad gloriam invitantibus & deducuntibus, quos mortali etiamnum in corpore, adeo feliciter est imitatus. *Ex Vita, & Monim. Biblioth. Cajetanus.*

Treveris in Monasterio Horrei, depo-

suscipit. Inde in Calabriam, nec multo post in Siciliam secedens, in eremo se abdidit, rigorissimam omnino vitam aggressus, præter alias carnis mortificationes, nocte semper in aquis pernoctavit, corpore per funem ad truncū arboris, ne mitteretur, alligato. Divino dein monitu Genusum in Apuliam profectus, juxta ædes parentum incognitus moratur, ab omnibus ob abstinentiam singularemque prudentiam maximi habitus. Iussu S. Petri hujus Ecclesiam mirè restaurat calce & lapidibus ejus iussu prodigiosè repertis. Postea ad montem Lacenum se confertens, illic S. V. Wilhelmo Vercellensi jungitur. Ad montem Garganum delatus, accolis longa siccitate afflictis, pluvias cælo deducit. Revelatur dein ipsi locus Pulsanus, in quo Beatissimæ Matris Virginis honori, Cænobium construit, ipsa aream designante. Claruit Prophetico Spiritu, & magna miraculorum gratia. Puerum lapide percussum & morti proximum, mox incolumen reddidit. Quidam dæmoni se devovens, ab hoc in præceptus B. Ioannem se servantem mirè intuetur, & ad ipsum occurrere, quem non noverat, monetur, agnoscit, liberatur. Alias infantem morti proximum sanum parentibus reddidit; Monachum nomine Vrsulum, humilitate & obedientia insignem, multisque profuturum, mortuum vitæ reddidit. Fluvium cum sociis mirè transiit, cum vix vestigia illorū maduissent; alias inter densissimas pluvias intactus omnino neutiquā imaduit. Fratres in Sylva aliquando laborantes, & à dæmonibus specie militum assumpta terrore fugatosque mire juvit, adesse quam primum visus, dæmonesque virga abigere, mox & ipse ex oculis fratrum disprens. Prophetico spiritu mirifice claruit, futura quasi præsentia intuitus, quin & abditissimas mentium cogitationes penetrans revelansque. Decessit 12. Cal. Iulii anno Christi 1139. Angelis occurrentibus, ad gloriam invitantibus & deducuntibus, quos mortali etiamnum in corpore, adeo feliciter est imitatus. *Ex Vita, & Monim. Biblioth. Cajetanus.*

Eodem die Sanctæ Idubergæ Virginis. De qua in Addit. ad Vsuardum Molanus hæc die, nos autem cum Arnolde eandem esse putamus cum illâ de qua 21. Maji egimus, Pipini nimirum Regis filia, Monialis prope Aream Artesiæ. *S. Iduberga.*

Traveris in Monasterio Horrei, depo-

San. Helia
Abbatissa. fitio Sanctæ Helix Abbatissæ. Claruit hæc A.C. 750. cujus meminere *Arnoldus, Menardus, & Trannez. &c.*
Natalis S. Silverii Papa & Martyris. Fuit Silverius ipsiusmet S.P.N. BENEDICTI discipulus, eidem ab Hormisda Papa, præcipuo Ord. Nostri Promotore (cujus erat filiusque, olim ex legitimo Matrimonio ante Pontificatum susceptus.) cum Romæ in Lateranensi Cænobio præfesset oblatu & commendatus, seu potius sponte sua ductus, & prodigiosissimo S.P.N. vitæ exemplo illectus. Is postea Romanus effectus Pontifex, cum Anthimum Episcopum hæreticum, ab Agapito antecessore depositum restituere noller, agente impia Theodora Augusta, à Bellisario in exilium pulsus est ad insulam Pontiam, sed reclamantibus, totius orbis Episcopis, & ipso jubente Imperatore restituendus, cum in reditu, ad insulam Palmariam deduceretur à duobus Vigiliis ministris, detentus, ibidem ærumnis & inedia confectus in custodia decessit, DEO Vicarii sui inju-

rias, graviter ulciscente, Bellisarium, è summo fortunæ fastigio ad incitas redigente, Hunnis Europam universam pervastantibus, & Imperatore Iustiano, paulo ante invictissimo, annuam iisdem pecuniâ pollicente. *Andreas Mon. Bamberg. t. de Vita S.P.N. t. 1. SS. Ord. Annal. Eccl. &c.*
In Hispania depositio B. Macarii Cõversi Cænobii Bonæ-vallis. Claruit hic illustribus miraculis eaque inter, cum hora domû revertendi ab agro instaret & scapha deesset, plenus fide, stupentibus qui procul aspexerant, rapidissimû fluvium sicco vestigio superavit. *Man. Henr. t. 1. SS. &c.*
In Polonia Passio Beat. Benignæ Monialis Virg. Uratislavensis, quæ à Tartaris propter fidei confessionem, & Virginitatis integritatē conservandâ crudeliter occisa est tẽpore Henrici pii Henrici Barbatii filii. *Chron. Pol. Henric. &c.*
In Belgio B. Ioanis Abb. Laudensis I.S. Bernardi discipuli eximia sanctitatis & humilitatis & charitatis admirabilis. *Phil. Sequirin. Ioan Buzelinus, &c.*

Vltio Divina.

B. Macarius Converter. su.

S. Benigna V. Mart.

B. Ioan Ab.

XI. CALEND. IVLII.

XXI. Junii.

D.

S. Leutfridus
Abb. **IN** pago Ebroicensi Sancti Leutfridi Abbatissæ. Hic parentibus generis nobilitate & opum affluentia præstantibus, in diocesi Ebroicensi editus, generosissimo periturorum contemptu, animum cælestibus adjecit, & Evangelicû Christi amans consilium, relictis omnibus tollens crucem suam Christum pauperem sequutus, eisdem Sanctissimæ Crucis honori Cænobium condidit; in quo ipse (cum jam alibi Monachû induisset) multorum denique exactissima vitæ perfectione Monachorû Abbas fieri meruit. Fuit a. à puero, litterarû amantissimus; quem cum amantissimi parentes, à se abesse non paterentur, ipse simulato se ad cognatos suos Castri Ebroicensis Dynastas invisere, clam se subducens, magistrum à quo litteris imbueretur, ipse indagavit, & cucullû paulo post amplexus, nullis parentû precibus, à suscepto semel vitæ Instituto dimoveri potuit. Eruditionis demum nomine celeberrimus, multos ad se undique confluentes, tam litterarum quâ vitæ Monachicæ disciplinis imbuivit, & præclarissimè de circumjacentibus provinciis meruit. Cõdito demum de quo supra ex opibus paternis Sanctæ Crucis Cænobio, Abbatiali munere sublimis, sublimior etiam Virtu-

tibus refulsit; quarum fulgore concitati cum plurimi undique occurrerent, suaque seque ipsos Leutfrido plenè contraderent, Ebroicensis Episcopus, invidia stimulis agitatus, in virum sanctissimum vehementissimè exarsit, quæ Leutfridus, humilitate inprimis, & patientia vincere, & demereri se dignum duxit. Sed cum Episcopus eo magis accensus atque exandescens, etiam per violentiâ, ceteroquin volentissimum, equo imponi secumque abduci imperaret, rupto quamprimum ventre, effusisq; intestinis, mortuus equus concidit, quo prodigio territus Episcopus, rogata demisse veniam, sanctum Abbatem non tantum dimisit, sed & sanctè deinceps coluit. Claruit admiranda miraculorum gratia Luitfridus, quæ inter paucissima ad compendium referre placuit. Quendam in Cænobium suum injuriam, & coram Iudice negantem, ad interminationem Luitfridi mox ultio Divina assequuta est, ita ut dentes illico omnes, raro prodigio, ipsi ore exciderent; quæ deinceps pœna in posteros ejus omnes transfuit, ita ut edentuli, ludibrio & spectaculo omnibus essent. Terribile Cænobii incendium mira virtute compescuit, & extinxit. In ædibus quibusdam nimia & molestissima

Episcopi invidia.

Episcopus veniens rogat.

Mira pœna injurii, in Cænobium.

Muscarum
verris. stissima muscarum copia vexatus, ministri, flabello eas abigere satagentis, labore miseratus, muscas prodigiosè illico avertit, & exesse jussit, quæ virum DEI reveritæ omnes omnino quâprimum excesserunt, ita quidem, ut nulla ulterius musca in domo illa appareret. Dæmonem Leutfridi sumpto vultu ac habitu, cum Fratres transeuntes venerarentur, ipse superveniens, signatis signo Dominico fenestris & ostio, arrepto flagello dignas mendaciõ & simulatione pœnas dare coegit, & totâ Ecclesiâ, flagellis athleticè concisum, ac ejulabundum Pseudo-Abbatem circumegit, quoad miser denique tantas redactus in angustias, in sublime enixus, per foramen quoddam fornicis ex quo funis campanæ dependebat, evaderet, & vanâ ultimone campanam secum auferens, in tumulto quodam absconderet; quam, non ignorans, ubi lateret, illico vir DEI effodi, suoque restitui loco jussit. Fœminam petulantiorè, irrisus quod calvastrer esset, longè turpiore calvitio, & ipsam & omnè ejus posteritatem notavit, cum à parte capitis posteriore, (qualem occasionem Poëtæ fingunt) omnes ipsis capilli exciderent, & factum ipsi de se spectaculum intuentibus præberent. Pagum Vindocinensem præteriens, sibi exhaustus, cû ab hospite villæ Solemniaci aquam peteret, & is patriam nimia aquæ penuriâ laborare quereretur, Leutfridus aridâ virgâ decies percutiens, perenni & lymphido fonte, æterno cum merito incolas beavit. Die Dominico laborantes fortè intuitus, adeo zelo Domini accensus indoluit, & maledicens terræ illi, in omnem deinceps generationè infœcundam redderet. Fratres de imminente sibi morte ipse edocuit, & appetente suprema horâ, totum cum illis Psalterium decantavit, Matutinorumque Synaxi cû iisdem peractâ, Sacrosanctis munitus Sacramentis, valedicens omnibus inter orationis verba spiritum Creatori tradidit, cû Cænobio suo Annis 48. sanctissimè præfuisset; eximijs etiam post mortem à DEO miraculis illustratus. *Ex Chron. Livin. Vincent. Salern. Jac. de Breul. Trith. Arnoldo, t. 1. SS. Ord. Ac deinceps perpetuum Cænobio nomen mansit, ita ut quod primû Sanct. Crucis dictum, nunc S. Leutfredi, sive de Cruce S. Leutfredi appelleretur.*
In Vico Velsensi, Sancti Ingelmundi Abbatis, Apostoli Kenemarii, præstantissimi CHRISTI Confessoris. Is Anglus natione de stirpe Frisonicâ, cum esset presbyter, & Abbas Ordinis S.P.N. BENEDI-

Petulantis famina pœna.

Ex arida fonte elicuit.

Ob. post. ann. 680.

S. Ingelmundus.

Kenemario
rum Apost. **CTI,** temporibus Beati Villibrordi, divino instinctu, ad fines Hollandiæ devenit, ubi ferocibus & indomitis Kenemariis verbum salutis prædicavit. Apud quos, gravissimis perfunctus laboribus & defunctus periculis, post gravissimas corporis afflictiones, & irrogatas à Gentilibus injurias, febri denique correptus Apostolicæ functioni finem fecit, & felicissimè decessit; sepultus in villa Velsen; ubi nostra etiam memoria (teste Molano) miraculis, & singulari contra dentium dolorem patrociniõ claruit. Cujus sacrum caput auro involutum ante aliquot aõs furto ablatum est, sacra autem ossa reliqua Harlemum translata. Claruit sub An. CHRISTI 700. mortuus Calendis Februarij; cujus tamen Festum hæc die celebratur, forte ob translationè sacri ejus corporis, quod per mysticam revelationem Valdericus Trajectensis Episcopus, anno ut creditur 977. invenit, & venerationi publicæ exposuit. *Molan. Stengel. tom. primo SS. Ord. &c.*

Multi laboribus perfunctus.

Clar. 700.

Inventio A.C. 977.

Eodem die Sancti Agofridi Monachi & Confessoris. Agofridus Sanctæ Crucis Madriacensi in Cænobio Monachus, nobilitati generis & sæculi pompis remittens nuncium, eundem quem carne germanum, spiritu patrem ac Magistrum Sanct. Leutfridum habuit, cujus rarissimæ sanctitatis strenuus æmulator, ejusdem collega esse & in gloria meruit. Translatum est sacrum ejus corpus cum Reliquijs fratris ad Cænobium S. Germani Parisiense ea tempestate, qua Hastinguus Normannus hostili cum exercitu late grassabatur. *Aymoinus. Menard. pl. rer. Gall. script. t. 1. SS. Ord. &c.*

S. Agofridus.

Translatio.

Bituricis S. Rudolphi Episcopi, qui ab ineunte ætate ad Divinum famulatû propensus, Monastice in San. Medardi Cænobio professus, ejusdem paulo post meritis Abbas eligi meruit; inde ad Patriarchales Bituricensis Cathedralis honores expetitus, præstanti doctrina & pastorali vigilantia, omnibusque sanctitatis operibus gregi suo præfuit; condito demum Monasterio de Virfione, illic à strepitu Aula remotus, prioribus studiis magno fervore se reddidit animumque collegit, post magnarum Virtutum exercitia ad præmia æternitatis vocatus Anno Christi 866. sepultus in S. Vrsini Ecclesia, & miraculorum gloria à Numine illustratus, cujus festum ibidem solemniter agitur. *Car. Sauss. Cl. Rob. &c.*

S. Rudolphus Archiepiscopus.

Ob. 866.

Silviniaci elevatio corporis S. Odilonis Abbatis. Elev. S. O. dit.

Abbatis Cluniacensis, facta à Beato Roge-
rio Archiepiscopo Bituricensi An. Christi
1345. Carol. Sauss. Annal. Eccl. Aurel. t. 1. SS.
Ord. &c.

Translatio
S. Licinij.

Andegavis translatio S. Licinij Episcopi
& Confessoris. Menard. &c.
In Monasterio Claravallensi natalis B.
Constantini Conuersi. Is scelerata pri-
mum vitæ homo, & mortis reus, cum jam
sententia iudicis damnatus ad patibulum
duceretur, à Mellifluo Doctore nostro,
carnifici præreptus est. Siquidem ducen-
tibus ad mortem occurrens Bernardus, &
lorum quo adstrictus erat apprehendens,
sic tortores alloquutus est: *Dimittite mibi*

Longum Mar-
tyrium Mo-
nachii vita.

*scariuum istum, ego volo eum manibus meis sus-
pendere. Theobaldo autem Comiti, qui
omnibus modis illum ultimo supplicio
affici volebat: Scio hunc esse latronem scelera-
tissimum, respondit, omniumque tormento-
rum acerbitate dignissimum. Non me ergo exi-
stimes huiusmodi peccatorem impunitum velle
relinquere, quin potius cogito ipsum tortoribus
tradere, & dignam ex eo capere ultionem: que
utique tanto dignior erit, quanto diuturnior.
Tu illum decreveras brevi supplicio & momen-
taneo interitu consummari; sed ego eum faciam
diuturno cruciatu, & morte longissima mori.
Tu furem appensum per unum aut per pluri-
mos dies mortuum in patibulo manere permit-
teres; ego cruci affixum per annos plurimos fa-
ciam in pœna jugiter vivere & pendere. Is*

S. Confor-
tia Virgo.

IN Monasterio Cluniacensi Sanctæ Consortiæ
Virginis. Consortia dignissima Sanctissi-
morum virorum consortio, inter cele-
berrimi illius & fertilissimi tot millium
Sanctorum atque Beatorum Cœnobij Clu-
niacensis Sydera, tot tantoque inter viros,
mascula virtute virago recensetur; tanta
quidem jam olim, eximiam ob virtutem
sanctitatis ejus fama, ut pridem publica
Ecclesiæ Matris gratulatione, sanctorum
albo adscripta, tota hodie orbe celebris
habeatur. Cujus etiam temporum injuria
res gestæ desiderantur, vel eo quidem i-
pso, in primis fuisse memorabiles censen-
dæ sunt, quod in earum etiam defectu.
Martyrologij tamen Romani Syllabo,
sanctissimum ejus nomen, anniversaria
memoria, per Ecclesiâ universam decan-
tetur. Biblioth. Cluniac. t. 1. SS. Ord. Arn. Du-
ac. Menard. &c.

S. Eberhar-
di

Salisburgi depositio Sancti Eberhardi

ipse postmodum in Clavalle Monachum
professus verus sui corporis carnifex fuit,
asperrimo cilicio carnem perpetuo sube-
git, totum annum, præter panem & aquam
aliquando nihil gustando, jejunio sese cõ-
fecit. Singulis noctibus duas disciplinas,
ad sanguinis usque effusionem suscepit,
tantaque demum contritione à DEO do-
natus est, ut semper lachrymarum imbribus
oculi defluerent, neque unquam cœ-
lum intuerentur. Vixit in Cœnobio pœ-
nitens annis 30. & signis ac virtutibus illu-
stris migravit in cœlum sub An. Ch. circi-
ter 1180.

Pœnitentia
latronis.

Donum la-
chrymarum.

In Flandria Beati Eustachii, Monachi
Bodeloensis, qui sanctitatis titulo inclytus
migravit à vita. Anton. Sanderus, Henric. t. 1.
SS. Ord. &c.

B. Eusta-
chius.

Eodem die in Armorica S. Mevenni
Abbatis, qui cum esset summus rerum hu-
manarum contemptor, sui ipsius asperna-
tor, honoris fugiens & propriæ carnis ho-
stis, DEO soli ut complaceret studuit, & sic
purum toto vitæ curriculo, eidem cor-
dis & operis fervitorem exhibuit. Mart.
Gall.

S. Meven-
nus Abbas.

Ipsa die translatio II. S. Odilonis Abba-
tis Cluniacensis.

Translatio-
nes SS.

Item translatio S. Geraldi Abbatis, qui
genere Anglus Batavos & Kenemarios A-
postolico merito demeruit, & Christianis
dogmatibus imbuit. Carol. Sauss. &c.

X. CALEND. IVLII.

XXII. Iulii,

E.

eiusdem loci Archiepiscopi, constantissi-
mi Romanæ Ecclesiæ, ejusque capitis ac
libertatis propugnatoris. Navavit Eber-
hardus (ex Abbate Biburgensi Salisbur-
gensium Archiepiscopus, natus Comes
Hippoltsteinus) vel tunc maximè stre-
nuam Romanæ Ecclesiæ operam, quan-
do Fridericus I. Imper. eam graviter affli-
xit, cum solus penè è Germaniæ Episco-
pis, Imperatoris temeritatem execratus,
eidem constantissimè obnixus, sanctissi-
mam matrem, verè pius filius, suo etiam,
si Numini vitum, sanguine propugnare
cuperet & satageret. In quem cum ni-
mio furore Fridericus, bellicosissimi inge-
nij Princeps læpius exarsisset, & violentas
ab eadem manus abstinere, nec sibi qui-
dem posse videretur, factus tamen ipse est,
cum in præsentiam ejus venisset, ob digni-
tatem, in vultu ejus, Angelicam pondusque mirè sopi-
oculorum ac mentis, non nisi plusquam mortale-
lem

Imperatoris
se opponit.

Immaniter
occiditur.

Ira Casari
tetur.

sem timere, contemnerè, parcere, & venerari
potuisse. Vidit paulo ante mortem Eber-
hardi inclusa quædam, inter superas cæli-
tù mansiones admiranda majestate thro-
num Eberhardo præparari, cui utrinque
adstantes, Apostolorum Princeps Petrus,
& primus Salisburgensium Pontifex, ac
Bojorum Apostolus Sanctus Rupertus
nofter, mirantem super throni magnifi-
centia, sic affati sunt: *Hæc est sedes Eberhar-
di Archiepiscopi, quam ad ejus usq; custodimus
adventum. Claruit insignibus, & in vita &
post mortem miraculis, qua sanctissimè
decessit Anno Christi 1164. Verus paupe-
rum & hospitem Pater, ac PRINCEPS PA-
cis, merito appellatus. E. Vita per disc. t. 6.
Henrici Canisi, Stengel. Rodero, Manuscript.
Chron. Salisburg. Hundio &c. Annal. nostr.
German. Aquila Bened. Imper. Annal. Bened.
t. 1. SS. Ord. &c. De eo latius agimus 30. Ju-
nij, cujus alij natalem die 1. Julii cele-
brant.*

Thronus i-
psi præpa-
ratus.

Ob. 1164.

Princeps
pacis.

B. Adam
Episc. Mart.

In Scotia Beati Adami Episcopi Catha-
nesiensis & Martyris. Adam à juventute
læculi divitiis ac delicijs relictis, ut Chri-
stum perfecte sequeretur cucullum exam-
biit, & in felicissimo illo Meylrosensi Cæ-
nobio Monachum professus, eximijs vir-
tutibus resplenduit, Orationi in primis ad-
dictus & Contemplationi, tantus inde e-
vasit, ut qui ad perfectissimum, Episcopa-
lem nimirum, statum, & ad prædicationis
munus eveheretur, dignissimus habere-
tur. Proin Cathanesii electus Pontifex,
cui, quod vigilantissimi pastoris erat, sum-
ma cum laude aliquandiu strenuè imple-
set, destinata à Numine mercedem &
gloriam longè amplissimam meruit, &
merita reliqua, sine gloriosissimo, Marty-
rio nimirum cumulavit. Cum enim De-
cimas forte, more consueto à popularibus
exigeret, & obstinatius recusantes, lata
Pontificali auctoritate sententia diris de-
voveret; exarsit tantopere in sanctum vi-
rum pervicacium hominum furor & im-
nitas, ut in Christum Domini, violentas &
facrilegas injicere manus minimè dubita-
rent, quin & in ædes ipsius irrumperent,
Pontificem innocentissimum flagris scæ-
dè conciderent, ac demum in culina pro-
pria immaniter concremarent. Erat tunc
temporis Iedburgi Alexander Scotorum
Rex, qui sceleris atrocitate cõperta, haud
immerito graviter offensus, contractis il-
lico copijs, eò contendit, & compræhensis
statim sceleris auctoribus, qui supra qua-
dringentos erant, in omnes omnino su-
premo supplicio animadvertit, sed nec

Decimas
exigit.

Immaniter
occiditur.

Zelus Regis
dignissimus

impuberes quidem filios, supplicio exi-
mios voluit (nam puberes eundem cum
parentibus exitum habuerunt) quos testi-
culis privavit, ut hominum sceleratorum
proles successione multiplicata diu su-
perstes esset. Sed & Comitum Ca-
thanesii, quod nec opem imploranti,
præsto fuisset, nec eo trucidato, de parricidii
supplicium mox sumpisset, Comita-
tatu exiit. Cum autem postea pecunia
multato Comitatum restituisset, impu-
nitatè hanc ab homine concessam, haud
tamen inultam DEVS dimisit; quando
post paucos años, à proprijs famulis, quos
asperius æquo tractaverat, noctu crudeli-
ter trucidatus, in grabato impositus (quo
facinoræ occultum maneret) accensis ædibus
crematus est. Vt Numinis iusto iudicio
factum videas, eodem supplicii genere
Comitem periisse, quo Adamum subdi-
torum scelere perire permisit, & haud
dubie consenserat. Abraham Bzovius ad
An. Christi 1230. Hector Boëtius, Barn. de
Montalbo, Chrysoptom. Henric. tom. 1. SS. 1230.
Ord. &c.

Supplicium
de parrici-
dis sumptum.

Exemplum
justitiae.

Acceptor
persona-
rum Deum
non est.

Ob. Adam
Montalbo,
Chrysoptom.
Henric. tom. 1. SS. 1230.
Ord. &c.

In pago Hainnocensi super fluvium
Hagnam, depositio San. Domitiani Con-
fessoris, qui Beat. Landelino nostro in sua
peregrinatione comes individuus exi-
stens, & ab ipso in loco eodem eremita
constitutus, multis clarus virtutibus mi-
gravit ad Christum, ut modo cum suo Ma-
gistro felix, quiescit in Monasterio Crispi-
nienfi. Claruit An. Ch. 651. Sigebert. vita S.
Landelini Hugo Menard. &c.

S. Domiti-
anus.

Ob. 651.

In Monasterio Sancti Bertini, deposti-
tio Beati Lamberti Abbatis. Hic cum
memorati Cœnobii Abbas jam esset, tan-
to tamen, exactioris disciplinæ Regularis
studio exarsit, ut relicto celeberrimo suo
Cœnobio, ad Cluniacense contendens,
cujus tunc ingens ob sanctitatem fama,
Sancto Hugoni Abbati se subderet, Ty-
rociniūque sacrum magno fervore de-
nuo subiens, post anni probationem, pro-
fessionis Monachicæ vota denuo emitte-
ret. Revocatus à suis, & raro exemplo.
Abbas denuo constitutus, quam ab omni
ambitione alienissimus esset, illustrissimo
non multo post exemplo demonstravit:
cum ad Archiepiscopalem Rhemorum
Cathedram postulatus, tantum Pontifi-
catus magnificentissimi honorem con-
stantissime recusavit; eaque super re, de
sola sollicitus obedientia, familiarem suū,
Sanctissimum illum Cantuariorum Ar-
chipræfulem Anselmum: *an cogente super-
iore, teneretur sublatum illum Archiepisco-
patum*

S. Lamber-
tus Abb.

Abdicat se
honore.

Fit Noviti-
us.

Denuo
Abbas.

Archiepisc.

Insignis
quæstio &
Responsio.

patum admittere: sollicitè consuluit. Respondit Anselmus: *Obedientiam nullam suscipiatis, nisi à Domino Abbate Cluniacensi, cui vos subdidistis.* Evicit precibus facile Hugonem, vir dignissimus, ut ab eo onere immunis esset, suosque sibi satis aggravari vitus, sedulam tamen suorum curam egit, & plenè meritis A. CHRISTI 1025. sanctissime obiit. *Iperius, Iepesius, Menard. monim. Bertin. tom. 1. SS. Ord. &c.*

Ob. 1205.

S. Virg.
pl.

In Britannia, Monasterio Elgenfi, natalis plurimarum Sanctarum Virginum, quæ exemplo & Magisterio Sanctissimæ Ediltrudis Reginae & Abbatissæ, in Regulari observantiâ limatissimæ, insigni vitæ perfectione excelluerunt, & ab eadem de imminente obitu edoctæ, in occursum ipsi præparatissimæ, pestilenti lue absumptæ sunt, & gaudentes, ornatis lampadibus & accensis ad nuptias agni introire meruerunt. *Extom. primo SS. Ordin. div. Angl. script. &c.*

S. Ortrudis
Virg.

In Monasterio Sithiu, natalis S. Ortrudis Virginis. Ortrudis, sive Rotrudis, Anglæ natione, Andrensis Cœnobij monialis extitit, cujus tamen, quod dolendum vitæ historiâ deperiit. Eam acuratè descripsit Andrensis Cœnobij Abbas Petrus & ad prandium in ejus solemnitatè 10. Calend. Julij legi fecit. Rotrudis sacrum corpusculum à Milone II. Tervanenfi E-

piscopo, præsentè Arnolde Glisenfi comite Cœnobii Fundatore, apud Andrenses primo conditum, à Bertinianis Monachis non multo post sublatum (quod Glisenfense castrum ipsdem violenter ereptum esset) in Sithivenfi Cœnobio religiosè colitur. *Joan. Molan. in Natal. SS. Belg. Galefin. t. 1. SS. Ord. &c.*

Villarii, felix transitus Beati Arnoldi Monachi, viri angelicæ puritatis. Fuit hic à Zelo inprimis disciplinæ & rigoris Monachici comendatissimus, abstinentiâ tantâ, ut modum etiam excederet, tantus tui corporis hostis, ut victus victori, sibi ipsi succumberet, & exhausto contractoque jejuniæ stomacho, vix tantillum cibis admissum nauseabundus rejiceret Ita laboranti, & ad mortem decumbenti Tutelaris Diva Maria Magdalena adesse dignata, pectore clientis sui discooperto, contra locum stomachi manum misit, ac delimit, quo quidem sacræ manus contactu, adeo sibi est restitutus, ut præter spem convalescens, mirantibus Fratribus, chorum intraret, & mox quæ cæteri, valentissimus expleret. Deinceps Arnoldus pijs & mortificationis operibus liberius vacans, æternitatis demum præmia meruit & accepit. *Arnold. de Raiffe, Casarius Heisterbacensis, Heribertus Ros-Veydus, Henricu. &c.*

B. Arnoldus

a S. Maria
Magd. curatur.

IX. CALEND. IVLII.

XXIII. Junii.

F.

S. Ediltrudis
Regina.

In Britannia Sancta Ediltrudis Regina Virginis, quæ sanctitatis & miraculis clara migravit ad Dominum: cuius corpus undecim post annis, inventum est incorruptum. Ediltrudis Annæ Orientalium Anglorum celeberrimi Regis filia, miraculum Virginis, etiam alteri marito nupta, Virgo in ævum permansit, suumque Christo thalamum, mirando sanè exemplo intaminatum servavit. Quippe à Tumberto Australium Girviorum Principe ducta, duodecim cum ipso annis comorata, Angelico quasi usâ confortio, Virginitatis thesaurum, pretiosissimum, mirè & sanctè custodij; Tumberto autem mortuo, ab Egfrido Northumbriæ Rege expetita, & solemnibus eidem nuptijs desponsata, pari benevolentissimi Numinis gratia, & Regis castissimi pietate servata est. Enixa assiduis ferventissimisque à Rege precibus, ut vero deinceps & soli omnium Regi Christo, se in

cucullo plenè consecraret, impetrato denique ab sui amatissimo conjugè consensu, in Coldingensi Cœnobio, Sanctissimæ Ebbæ Abbatissæ, Egfridi Regis amicitia se totam submisit, & sacrum velamen è manu Sancti VVilfridi Episcopi accepit. Elgenfis postea sive Elingenfis Cœnobij facta Antistita, exemplis & monitis, Christi Virginibus dignè præesse studuit, & quavis delicatissima esset, Sanctissimæ tamen Regulæ, & consuetudinum Cœnobii observantissima, nunquam laneis vestibus indui voluit, balneorum usum raro adhibuit, & quod ei DEVS tolerantiam abstinentiæ concesserat, non nisi semel in die manducavit. Finitis nocturnis horis ad ortum usque dici precibus intenta in Ecclesia persistit. Prophetico spiritu, pestilenti lue se morituram prædixit, quin & earum quoque numerum, quæ eodem morbi genere ex suo Cœnobio secum rapien-

Est Monialis.

Abbatissa.

Eius vita
rigor.

Spiritus
Propheticus

Bis nupta
& Virgo.

Mira
patien-
tia & in
morbis
gravi-
tatio.

piendæ essent, palam & disertè universis prænuñciavit. Peste sub maxilla in collo tentata, ex crescente tumore, multum inde delectata, sic solita est loqui: *Scio certissime, quia merito in collo pondus languoris portentia & in to, in quo juvenulam memini me supervacua morbi gravitatio. moniliu pondera portasse: & credo, quod id id eo me superna pietas dolore colle voluit gravari, ut sic absolvat à reatu supervacua levitatis, dum mihi nunc pro auro & margaritis, de collo rubor tumoris ardor que promineat.* Rapta ad Dominum mediocri ætate, inter sorores, ut jusserrat, ex quo mortua est ordine sepulturam accepit. Cum autem Sexburgæ germanæ sororis (quæ Ercomberti Cantiorum Regis primum uxor, sororem deinde in sequuta, cucullum in Brigensi Cœnobio induens, eidem postea in Elingenfi Abbatia successerat) jussu, lapis quæreretur loculo aptus, in quem denuo condita in Ecclesiam transferretur, repertus non sine prodigio est cædido marmore tumulus, Virgini per omnia congruus, in quem dum sacrum inferre corpus parant, sexto decimo jam post obitum anno, incorruptissimum, cum integerrimis vestimentis conspiciunt, eo majore miraculo, quod ingens pestilenti ex tumore cicatricis, vix indicio aliquo apparente pulchrè coaluisset, accedentibus spectatissimis miraculis, vel solo quidem indumentorum ejus contactu, quo morbi varij, & demones ex obsessis profligabantur; oculorum maxime doloribus, attactu ejus, in quo primùm condita erat, tumuli, felicissimè curatis. *Ex Ven. Beda, Harpsfeldio, & rel. rer. Angl. script. Annalibus nostr. Bened. tom. primo SS. Ordin. Iepes &c.*

Miraculum

Incorruptio

Oculorum
morbis
remedium.

S. Lanfrancus
Episcopus

Fit Episcopus

Liberalitas.

munire volentibus fortiter resisteret, a qua & igne interdictus, in proximas urbes Clero comitante secessit. Contumelijs autem affectus, Clero Papiam reverso, imple Romam denuo ad Alexandrū se contulit; à quo sedis suæ restitutus, compræsa aliquid diu civium perulantia, sanctè præfuit. Verum ab eisdem postea sacrilegijs denuo appetitus, in Cœnobium S. Sepulchri Vallumbrosanum extra urbem secessit, eoque Clero convocato, Episcopali se honore (licet id absque Rom. Pontificis auctoritate fieri non posse Canonici contenderent) abdicavit, & cucullum amplexus, verè mundo mortuus vitam sanctissimam vixit, tantisque meritis resplenduit, ut à morte Cœnobij ejusdè Tutelaris deligi meruerit, Sepulchri deinceps nomine iplo in Sancti Lanfranci comutato. Obitus sui diem ipse prædixit, & Abbatem ut sibi tumulum præparari juberet exoravit, quo facto eo deduci voluit, & tumulo benedicto, cum in cellam relatus ex infirmitatè deficeret lacris Mysterijs munitus migravit è vita An. CHRISTI 1194. *Phil. Ferrar. Bernard. Balbus Episcopus successor, Petrus in Catal. t. 1. SS. Ord. &c.*

Exul pro libertate
Eccle.

Restituitur.

Abdicat se
Episcopatu.

Ob. 1194.

B. Maria de
Oegnies.

Virtutes
eius.

Deipara
addictissima.

Christo familiaris.

In Belgio depositio Beatæ Mariæ de Oegnies, admirandæ sanctitatis fœminæ. Hæc opulenti parentibus Nivellæ edita, postea marito juncta, eum sic deniq; convertit, ut pari consensu, totus se famulatu Divino consecrarent. Iussu autem Numinis apud Oegnies se includens, cum eo tenderet, à loci Patrono, Sancto Nicolao excepta amice & deducta est. Fuit in vitâ omni admirabilis. Abstinentiæ virtute mirum in modum excelluit, paupertatis & sacri rigoris studij se totam addixit. Angelorum & Sanctoꝝ colloquijs alucta, eventura & latentia multa didicit. Vis non semel per aëra manibus plurimis supplicium more extensis, ignara quid portenderet, à DEO edocta, animas in purgatricibus flammis detentas sua inprimis suffragia deposcere intellexit. Cœlitum Imperatrici Matri Admirabili addictissima, insignes ab eadem favores recepit. Sed & CHRISTUM ipsum intueri frequenter, cum quo ipso colloqui meruit. Illud penè intolerabile ipsi videbatur, cum suffixus in cruce sibi appareret, nimio tunc & amore & dolore penè contabescenti. Anno, què supremum ipsi fore CHRISTUS ipse promiserat, tanto diffluebat gaudio, ut jam celare non posset, ac proin læpè spiritu raptâ, præ nimia cordis plenitudine, toto jam corpore dirumpi videretur. Sub morte

tem 53. diebus nihil prorsus cibi accepit. A Christo autem quasi compatiēte, sapius visitata, Matrem Misericordiæ & consolationis, perpetuo ferè lectulo suo assistentem intuita est. Sacro oleo dum inungeretur, Sancti Apostoli omnes interfuērunt, Christusque ipse ad pedem lectuli officiosissimè deservirent. Mortua est A. C. 1213. ætatis suæ 36. in Vigilia S. Iohannis Bapt. ipsa singularis sui Tutelaris Iohannis Evangelistæ natali die, morbo & jejuniis ita confecta, ut dorsi ejus spina ventri adhereret, & velut sub tenui panno lineo, ossa dorsi sub ventris pellicula cernerentur, omnibus qui morti ejus intererāt, ut prædixerat, mirā spiritus consolatione perfusus; facie ejus verè Angelicam referente, & nihil mortalitatis præferente. Claruit eximiā miraculorum gloria, eo imprimis, dum viveret, admiranda, quod etiam abditissimos nonnullorum cogitationes aperiret. Valuerunt etiam maximè merita ejus contra herniam, ita ut quandoque solo crucis signo pueros eo morbo laborantes liberaret *Jacob. de Vitriaco, Chrysof. Henrig. Annal. nostri Bened. t. I. SS. Ord. &c.*

In Monasterio S. Emerammi Ratisponæ Beati Adalberti Abbatis, miraculorū gloria à DEO plurimum commendati; cujus etiam si res gestæ temporum decursu & injuria deperditæ sint, nomen tamè ob raram miraculorum gratiam latè celebratur. Ejus legitur etiamnum ad tumbā ejusmodi Epitaphium:

Floruit hic signis Abbas Adalbertus opimis Illius precibus IESU Rex parce redemptis.
Obiit 1177 Obiit anno salutis 1177. *Ex Metropoli Salisburg. VVigal. Hund. &c. tomo I. Sanctorum Ord. &c.*

S. Foliberti Abb. Papiæ Sancti Foliberti Abbatis, magnæ & admirandæ sanctitatis viri, cujus sacrū corpus in oratorio sacrarum Virginū Monasterii Annunciatæ Papiensis est reconditum. *Ex Iacobo Gualt Arnoldo Duac. t. I. SS. Ord. &c.*

B. Felix. In Monasterio Cisterciensi B. Felicis

Monachi. Is re, ut nomine verè Felix, vitæ integritate, morum suavitate, & famæ celebritate conspicuus, in Ordine plurimum exsplenduit. Ejus proin morituri jacturam haud leviter æstimans, magnus ille & sanctissimus Stephanus Cistercii Abbas, cum ipsius morte quasi ruinam recentis Instituti, ominabatur. Proin in extremis constitutum, vultu mœstissimo conveniens, in virtute Sanctæ obedientiæ adjuravit, ut quando è vivis excessisset, quantocius ad feremigraret, & de sacra suæ familiæ statu certiore faceret. Revertit; magna luce circumfusus, de propria beatitudine edocuit, ipsius Stephani conatus & vitam Numini placere asseruit, ac demum felicissimos novæ Reformationis successus, & toto terrarum orbe propagationem prænuñciavit, iisque enarratis, benedictione à S. Abbate recepta ad æternitatis felicitatem remigravit. Obiit sub A. C. 1130. *Philipp. Sequinus, Barnabas de Montalbo, Liber vir. illust. Cist. Chry. Henrig. t. I. SS. Ord. &c.*

Tulli Leucorum S. Iacob Episcopi & Confessoris, qui nobili loco natus, in S. Benigni Cænobio Monachum professus, inde ad Cathedram Tullensem evectus est, Sanctorumq; Antecessorū Hilduardi & Bodonis exempla imitatus, ædificandis Cænobiis & servis DEI aggregandis magnam operam impendit. Deinde Sanctorum Hidulphi Treverensis & Erardi Ratisponensis apud Vosagum comorantium virtutem egregiam imitatus, abdicato, Ecclesiastico Principatu, postquam Apostolorum limina devotè visitasset, ad suum Divionente Cænobium regressus, illic ultimam stationem fixit, & somno æternæ felicissimæque pacis consopitus requievit, ob egregia sanctitatis insignia, prope S. Benignū repositus. *Ex Mart. Gall. Car. Sauff, Claud. Rob. Franc. Rossers, Chron. S. Benigni &c.*

Eodē die, SS. Lebuini, Radbodi, Adalberti, Eligii, Remachi, Monachorū, Apostolici meriti virorū in diversis locis translatio. *Ex Mart. Gall. Sauffei.*

VIII. CALEND. IV LII.

XXIV. Junii.

G.

S. Theodulphius. Episcopus. **L**aubis S. Theodulphi Episcopi. Hic celeberrimi illius Laubiensis Cænobii, Monachus, Abbas, & Episcopus, ab insigni non solum eruditione, sed vitæ imprimis sanctitate celebratur. Quin & divini

verbi prædicatione felix & assiduus, verè dignū Episcopatu se gessit: ut enim pastor esset omnino idoneus, inquit Abbas noster Spanheimensis, curavit ovibus præesse in humili sollicitudine, & prodesse in magna

magna dilectione. Vnde & Sanctorum Catalogo adscribi meruit, cuj⁹ multa narrantur virtutes, & sanctitatis atque meriti plurima & insignia extant monimenta. Claruit An. Ch. 736. *Ex monim. Laubiens. Ioan. Molano, Trib. t. I. SS. Ord. &c.*

S. Romula Virgo. **R**omæ Sanctæ Romulæ Virginis, cuius laudes Sanctus Gregorius Papa celebravit. Hæc sanctimonialis non habitu solo, sed vita, Sanctæ Redemptæ discipula, in DEI ac DEIPARÆ ferventissimo cultu vitam sanctissimam transigebat. *Fuit autem, inquit Magnus Doctor, mira patientia, summa obedientia, custos oris sui, ad silentium studiosa valde, & ad continuæ orationis usum.* Paralyti afflicta, & lectulo multos annos affixa, detrimento membrorum ad incrementa virtutum sapientissimè usā est. Ad eā, quarto ante obitum die, cœlestium spirituum multitudo dignata invisere, admiranda & intoleranda humanis oculis luce locum implevit, cœlesti insuper delicatissimi odoris fragrantia, adstantium sororum naves recreante, quæ sublatā etiam, in quartum usque diem remansit. Imminente felicissimi transitus horā, sacrum Viaticum petijt, eoque refecta, inter cœlestes psallentium choros, qui ad Cellulæ ejus fores audiebantur, carne soluta, ad amplexus Sponsæ Regum Regis emigravit. Quā ad cœlum ductā, quanto chori psallentiū altius ascendebant, tanto cœpit psalmodia levius audiri, quousq; & ejusdē Psalmodiæ sonitus, & odoris suavitas elongatā finiretur. *Greg. Mag. in Homil. 40. t. I. SS. Ord. &c.*

Mira fragrantia. **M**echliniæ passio Sancti Rumoldi Scotorum Regis filii & Episcopi Dublinensis. Rumoldus regiā stirpē apud Scotos ortus, patrē Davidem habuit Hiberniæ Regem (quæ vulgo & olim & hodie etiam Scotiæ subinde nomine censetur) cujus ipse Regni hæres futurus, eo contempto pauperem Christū sequutus, cucullum purpuræ prætulit, in eoque eximiā vitæ sanctitate effulsit. Creatus autem Archiepiscopus Dublinensis in Hibernia, eum quoque honorem non multo post deseruit, Romāq; peregre profectus, cū de reditu divinitus moneretur, reversus, prope Scaldim denique fluvium, loco qui Mechlinia dicitur confedit. Ejus precibus loci Dominus Odo Comes filium à DEO impetravit, quā vir DEI sacris undis illustravit, & Libertum appellavit, qui puer postea cum æqualibus ludens, aquis submersus, grandi cum dolore parentum, interijt, verum insigni miraculo Rumoldi precibus ad vitam redijt. Odonis proin liberalitate Vlmenis sive Vlmeti Cænobii

Mortuos suscitavit. **M**ortuos suscitavit. *Vir sanctus condidit, ubi Libertus juvenis Comes cucullum amplexus, Christi demum Martyr effici meruit.* Rumoldus itē à duobus sicarijs spe prædæ alicujus gravi in caput inflicto vulnere occisus An. Ch. 775. cœlesti luminarium splendore, cum aquis mersum cadaver esset, piscatoribus primū, dehinc Odoni Comiti innotuit, gravissimisque deinceps miraculis exsplenduit, & suum inprimis Cænobium, alijs Ecclesiis circum omnibus vastatis, à Danorum furore mirè defendit, à captivorum præcipuè & energumenorum liberatione latè celebrat⁹, de provincia circumjacente, longè meritissimus, ubi sic fidei rudimēta plantavit, ut MERITO POST B. LAMBERTUM MECHLINENSIVM APOSTOLUS HABEATUR. Est autem Rumoldi festum ex constitutione primæ Synodi Mechliniēsis duplex per Diocesim. & novem Lectionum memoriā anniversariā per totam provinciam religiosissimè colitur. *Ioan. Molan. in Indic. SS. Belgii, Vita Rumoldi per Theod. Abb. Hugo Menard. tom. I. SS. Or. I. &c. Annal. nostr. Aquila Imp. Benedictina &c.*

Mira musica. **M**ira musica. In Gallijs depositio Beati Lupicini reclusi & Confessoris. Fuit hic è primis ferè Reclusis nostris, superstitē etiamnum S. Mauro, & corpus suum rigidissimè habuit. Alia inter tormenta, lapidem quem vix duo tollerent, humeris toto orationis tempore imponens & per cellam deportans, nocte autē fudes binas acutas mento, ne somnum caperet supponens. Claruit innumeris penè miraculis, cum solo tactu sive etiam crucis signo, omnis generis morbos curaret. Mortem suam ipse prædixit, à quā, non minoribus seu paucioribus, quam in vita miraculis claruit, spūto, ut quem excrearet sanguine certatim direptis & prodigiosissima operantibus. *Ex S. Greg. nostr. Turon. t. I. SS. Ord. variis rer. Gall. script. &c.*

Fit Archiepiscopus. **F**it Archiepiscopus. Prope Alexandriam Ægypti, Natalis Sanctæ memoriæ viri Iohannis Baptistæ cognomento Zak sive Kak, hoc est Vitulini, Abbatis Ordinis S. BENEDICTI in Vrbe Van, qui inde Vitulinus dictus est, quod quatruiduanum fœtentem vitulum à morte ad vitam revocasset, cum Turcæ exprobrarent, & pro signo Christianæ fidei evidenti illud miraculi exigerent; confurrexit illicò ad preces Iohann. vitulus, & ad ubera cucurrit. Fuit vir Orthodoxus atq; Apostolicus decessitque nostra ætate Anno Christi 1614. quem DEUS, à morte innumeris glorificavit miraculis, ita ut in-

Ingenua tormenta. **I**ngenua tormenta. *V. Iohannes Bapt.*

Miraculosissimus. **M**iraculosissimus. *Vitulum resuscitat.*

vocatus non Christianos solummodo, sed & Turcas prodigiose juvaret. Illius sanctitatem dum juvenis Turca rideret, & supra ejus tumulum sordes ejicere conaretur, viscera simul cum anima ejecit, quod ejus scelus pater & amici execrati, cum pro salute ejusdem vovissent, ille quamprimum grandi prodigio vitæ & sanitati est red-ditus. Ex Relatione Abbatis Arachieli Beglierii, Cajet. Marches. &c.

Mortuus excitas.

SS. Martyris Antrensis.

Nannetis, passio multorum Cœnobij Antrensis Monachorum, qui à Danis Christianæ fidei hostibus cæsi, illustrè suo sibi sanguine triumphum compararunt. A. C. 843. Chron. Andegav. Regino, Sigebertus, qui tamen in anno & die non nihil dissentiunt.

B. Maurit.

In Monasterio Bonæ-vallis Beati Mauritij Monachi, sanctissimæ vitæ & multæ patientiæ viri, qui paralysis ægritudine affectus, inter diuturnos & acerbissimos dolores jejunandi ac precandi exercitia nunquam omisit, & tandem inter Choros Angelorum pfallentium suaviter & canentium: mirantibus & exultantibus qui aderant & audiebant, beatum spiritum exhalavit, continuis tam vivus quam mortuus miraculis à Deo illustratus. Philipp. Sequinus, Menol. Cister. Chrysostr. Henricus. t. I. SS. Ord. &c.

Morienti adsunt Angeli.

Miracula.

S. Bartholomæi.

Lindisfarne in Anglia depositio Sancti Bartholomæi presbyteri & Eremitæ. Hic percelebris in Anglia Cœnobij Dunelmensis Monachus, post probationem Cœnobij diuturnam, contemplationis & solitudinis appetens, ab apparète sibi S. Cuthberto nostro, ad Farnensem Insulam secedere justus, illic acerbissimo vitæ rigore se macerans, carnem spiritui servire coëgit. Claruit sub A. C. 1120. Ioan. Capgraveus, Eduar. Mayhevv. Menar. tom. primo SS. Ordin.

Clar. 1120.

In Anglia S. Adelmi Monachi & Confessoris, cujus sacrum corpus longè post obitum repertum est incorruptum. Andr. Monach. Bamberg. t. I. SS. Ord. &c.

S. Adelmus

In Camera B. M. V. prope Bruxellas inventio corporis B. Bonifacij Episcopi Lau-sanensis, miraculorum gloria celebris, facta A. C. 1600. Ex monim. ejusd. Cœnobij, sacris. SS. Chryf. Henr. t. I. SS. Ord. &c.

Inventio S. Bonif. Epif.

In Lusitania translatio B. Petri, Monachi Alcobaciæ, fratris Alphonfi Illustris, primi Regis Portugalliæ, facta An. C. 1331. Henricus. t. I. SS. cit. &c.

Translatio B. Petri.

Casini S. Petri Abbatia, viri egregia sanctitate conspicui & miraculorum gloria illustris. Hic cum aliquamdiu Archistério Ordinis sanctissimè præfuisset, sive summa animi demissione tanto muneri se imparè credens, sive majoris quietis studio, & sibi ac Deo soli vacaret, A. CHRISTI 1057. tanto honori renunciens seque Prælatura abdicans, ad Vallem Lucis cum aliquot Fratribus se contulit, atq; illic vitam admirabili in Virtutum progressu felicissimè complevit. In opere manuum & laboribus non minus quam oratione assiduus, dum cum fratribus in ingenti tēpestatis effusione, laborare pergeret, & imbrum metu aliqui se subducere velent, neminem abire voluit, meruitque, ut inter effulos circum undique imbres, universi intacti labores continuarent. Lupum ovem rapientem, oratione facta cōpulit, ut quam abstulerat ad portam Cœnobij referre cogeretur. Sic merito ejusdem, fures qui olera rapuerant, tota nocte per circuitum ambulantes, hortum egredi non potuerunt. Tandem vir sanctus meritorū manipulis locuples ad præmia laborum evocatus est, sub A. C. 1070. Ex Petro Diacono.

S. Petrus Abb.

Insigne miraculum.

Alia miracula.

Ob. 1070.

VII. CALEND. IVLII.

XXV. Junii.

A.

S. Adelbertus Apostol.

In Hollandia Sancti Adelberti Confessoris, discipuli Sancti Villibrordi Episcopi. Adelbertus Edilwaldi Deirorum Regis filius, Epternensis Cœnobij perfectissimus Monachus, & magni Villibrordi nostri le-stissimus discipulus, regiarum opum, deliciarum honorisque miraculo contemptu in primis effulsit, & præcipuè excelluit vitæ sanctitate. Cœnobij disciplinā, & contemplationis studio benè excoctus, Trajectensis Ecclesiæ factus Archidiaconus, mox Hollandiæ & Kenemariæ Apostolus,

Hollandia

insigni cū fructu in agro Dominico laboravit, & prægnantissimos meritorū manipulos in horrea Domini & Ecclesia intulit. Fuit illustris spiritu prophetico, cujus illustre itē exemplū illud memoratur, cū in patriam aliquando ad suos revisurus, ab Eggone hospite liberalissimo rogatus, & cum lachrymis interpellatus, quando nā reversurus esset: quando, respondit pomi hujus, cujus fragmentū in manu habebat, grana, in virgulta excreverint, cūq; dicto eā pomi partē in ignem abjecit. Res mira!

S. Kenemaria Apostol.

Res mira! fustu-

fustulit per absentiam Adalberti vorax flama ædificium ipsum, & superstitibus incendio granis, virgulta excrevere, quorū indicio Eggo resuscitatus, rediturum expectavit, & mox reducem summa cum gratulatione excepit. Mortuus est apud Egmondam, & digno cum honore reconditus A. C. 740. cujus vitam Egbertus Treverensium Pontifex ope ejusdem à febris validā prodigiose absolutus, per Medelocenses Monachos describi curavit. Claruit innumeris penè & stupendis miraculis, adeo, ut eorum, quæ una sæpè die patravat, iniri difficulter numerus posset, quæ inter rarius illud: Irrumpentibus in eam provinciam barbaris, crebriusq; Ecclesiam S. Adalberti diripere parantibus, adeo se temper sua illos frustratos esse, ut nec intueri quidē B. filicam possent, quæ prodigiosissimè & illorum conatus sacrilegos, & oculos nequam fugeret, & inter tot quærentium studia, irreperta extaret, & intacta universæ provinciarū direptioni superesset. Vti autem devotos sibi, mirandā ope juvare nunquam desuit, sic contemptores horrendā morte sustulit, quos inter quinque milites, qui scriiniū in quo sacra illius Reliquiæ asservabantur, temere armis suis pullaverant, dirè ultus est, cū Vulbrandus suo se ense perimeret, Arnoldus eodem loco à fratre suo perimeretur, Sierus inter sex menses miserabili morte decederet, Eilgerus ad extremam redactus egestatem ex nobili pauperimus, ostiatim mendicaret, & à vermibus consumptus florente ætate abriperetur; Garbrandus omnium robustissimus, membris omnibus contraheretur, alijs insuper qui his faverat & authores erant, partim morte, partim amentia, partim alijs gravissimis plagis pænas sceleris pendentibus. Condidit in honorem ejus celebre ordinis nostri Cœnobium Theodoricus Junior Hollandiæ Comes, cujus parens, liberi, cognati, beneficentissimū deinceps Tutelarè experti sunt, varijs periculis & morbis prodiose erepti, donec successu temporū Petronilla Florentij Crassi Comitissæ itē Hollandiæ vidua, Advocatiæ titulo bonis Monachorū amplissimis inhians, Capellanū quendā suū, ut pietatē simularet, & cucullū exambiret persuasit, quo pari fraude in Abbatiam obtruso, Monachorū rebus abusa, alios aliosque Abbates intrudens, seipsam omni fidorum copia defraudavit, cum intra annū tres ejusmodi Pseudo-Abbates inopinatissima morte abriperentur. Quo facto metuens sibi, & consulens, ex-

Ob. 740.

Innumera miracula.

Rarum prodigium.

Iniurias suas mirè ulciscitur.

Tutelarissuorum.

ecrata conatus suos, libertatem restituit, & benefactis Tutelarissimè gratiā demereri strenuè allaboravit. Adalberti cum primū sacra ossa elevarentur, eo ipsō sarcophagi loco, fons mirè perspicuus prorupit, quem multo post contra varia morborum genera, prodigiosissimè salutarem plurimi experti sunt. Ex vita per Monachos Medelocenses scripta, Annalibus nostr. Benedict. & Germanis, Aquila Imper. Benedict. tom. I. SS. Ordinis, Ioan. Molano, Iepes, Baronio &c.

Elevatio sacri corporis.

Fons prodigiosus.

Eodem die S. Tudwali Trecorensis Episcopi & Confessoris. Tudwalus Regio genere ortus, Rumulonij ex forore Pompeia nepos, Derochi famosissimi illius Britannici Regis affinis fuit. Sed contemptu periturorum longè illustrior, illa æternis permutans, famam, virtutem, sanctitatē, felicitatē in cucullo longè majorem, quā in purpura meruit. Permissu Derochi, Cœnobium Lambaliense exstruens, duos & septuaginta illic Monachos, in DEI servitio aggregavit, & aliquot post annos, Pontificali sede in Trecorensi civitate ab eodem Rege constituta, magnā cum laude, & insigni fidelium utilitate, eidem primus præfuit, eamque vitæ eximiā sanctitate consecrans, ejusdem Ecclesiæ, urbis, & Dioceseos Princeps à morte Patronus adoptari meruit. Tudwali celebre apud omnes nomen, cujus Festum anniversariā memoriā, insigni celebritate, magno peregrinantium accuriū & plausu colitur, cum plenissima ut vocamus Indulgentiarum concessione. De tanti tamen Pontificis Reliquiis, non solum Trecorenses, sed & alij, eosque inter Carnutes, sacri capitis thesauro gloriantur, sibi que gratulantur. Robertus Cœnalis L. 2. rerum Gall. Claudius Robertus, Arnold. Duacen. t. I. SS. Ord. &c.

Fons prodigiosus.

S. Tudwali Episcopus.

Regium genus.

Primus Episcopus Trecorensis.

Patronus principis.

Indulgentiā

Biturici Sancti Radulphi Archiepiscopi & Confessoris. Radolphus alijs Rodolphus & Rudolphus nobili ortus genere, veram nobilitatem, eorum quæ mundus amat contemptu, æstimans, fide, religione, animi demissione nobilissimū extitit, & Monachum in Divi Medardi Sueffionensi Cœnobio professus, magnā illic vitæ sanctitatē indeptus est. Eiusdem postea loci Abbas factus, Archiepiscopus deniq; & Patriarcha Bituricensis, Aquitaniæ primas creatus, summo in honore sumis virtutibus refulsit, & signis penè innumeris coruscavit. Fuit in scripturis Divinis valde eruditus, mortuusque est Ann. CHRISTI 866. cum sedem suam 25. annis præsidens

S. Radolphus Archiepiscopus.

Fuit Monachus.

Abbas Archiepiscopus.

Ob. 866.

Festum eius

admirabili vitæ sanctitate mirificè illustrasset. Sacrum eius corpus conditum est in Sancti Ursini, ubi festivus ejus solemniter celebratur, anniversaria autem memoria per totam dioccesin trium lectionum officio colitur. Ad ipsum scripsit Nicolaus I. Pont. Max. ut videre est de consecr. dist. 1. Porro. Vid. Claud. Rob. Ioan. Chenu, Tritib. Democh. t. 1. SS. Ord. &c.

S. Albertus

Treveris in Cœnobio Medelocensi, S. Alberti Monachi. De eo sic Trithemius noster: Albertus Monachus Mediolacensis Cœnobij, quod Sancti Lutuvini Dux Lotharingæ construxit, vir magnæ sanctitatis multa suarum Virtutum indicia dedit, de quo varia narrantur præconia laudum, &c. cujus festum agitur 7. Cal. Julij. t. 1. SS. Ord. &c.

S. Probus

Moguntia Sancti Probi Monachi & Presbyteri. Ejus, inquit incertus auctor apud Pithoëum, casta conversatio, & doctrina sanctæ studium Moguntianam illustravit Ecclesiam. Sed quoniam per singula longum est texere, qualiter in supra dicta Ecclesia, (Sancti Albani) sine fastidio diu nocturne fructuoso labore desudaverit, vel quomodo omnia omnibus factus fuerit, ut cunctos lucrifaceret Christo, saltem aliqua virtutum illius duobus versiculis non pigeat memoria commendare, ut ex his cetera divinitus illi collata facilius valeant intelligi.

Quam prudens, humilis, sapiens castusque fuisset Littera vel lingua nulla referre potest. Ita Annal. cit. meminitque ejusdem Beatus Hermannus Contractus Trithemius, Menardus &c.

S. Guilhelmi Abb.

In territorio Guleti apud Muscum S. Guilhelmi Confessoris, patris Eremitarum Montis Virginis. De quo nos uberius die 27. Junij.

S. VVilhelmi Abb.

In Anglia Beati VVilhelmi Abbatis Bellæ-Laudæ. Hic sæculares inter agens sæculi contemptor, vitam Monachicam egit, donec cucullo involvi mereretur. Apud Bellam-laudam Monasticen professus exquisitissimo perfectionis studio mirificè pfectus. Fuit generosissimus sui corporis triumphator, & appetitum carnis domitor, præter incredibile potus cibiq; abstinentiam, usu cilicij perpetuo membra atterens, & ijs solum quæ spiritum juvarent intendens. Laboravit insigniter, in sanctissima Cisterciensi Ordinis nostri reformatione propaganda, multorum & illustriū miraculorum gloria à Deo commendatus. Claruit sub An. Ch. 1170. Matth. Paris. Rob. Rufca, Henric. Manriq. &c.

Clar. 1170

Leodij depositio B. Evæ Reclusæ, quæ simul cum B. Juliana solemnitate Corporis CHR I S T I miro fervore promovit, eoque nomine de orbe Christiano haud leviter meruit, cui cam ipsam ob causam Urban. IV. Pont. Max. scribens, inter alia sic ait: Magnificet igitur (dilecta filia) anima ad ipsam tua Dominum, & exultet spiritus in D E O salutari tuo; quia viderant oculi tui salutarium tuum, quod paravimus ante faciem omnium populorum. Letare insuper, quia omnipotens DEVS tribuit tibi desiderium cordis tui, & voluntate labiorum tuorum, non fraudavit te celestis gratie plenitudo &c. Fuit Eva cœlestibus revelationibus & charismatibus mirè illustrata, voluntarijs autem corporis afflictationibus, insigniter expolita, sed ante omnia patientiæ virtute nitidissima, quæ multis excocta injurijs, ad cœleste demum regnum perpetuo victura migravit. Avraham Bzovius ad Ann. Christi 1230. Franciscus Bivar familiaris noster, 10a. Diebhemius, t. 1. SS. Ord. &c.

Clar. A.G. 1230.

Noviomi translatio Sancti Eligij & Episcopi & Confessoris magni Flanarij Apostoli. Molanus in Addit. & Indic. SS. Belg. Maurelycus, Arnold. Duacen. tom. prim. SS. Ord. &c.

Translatio S. Eligij Episcopi.

In Monasterio Stabulensi translatio S. Remaci Episcopi Trajectensis Monachi Solemniacensis, viri Apostolici. Auct. cit.

Translatio S. Remaci.

Eadem die translatio Sanctorum Confessorum Lebuini & Radbodi, de quibus singulis fusius die cujusque Natali.

In Monasterio Admontensi Ven. Godefridi Abbatis primū V Veingartensis de in Admontensis, qui in Necrologio hujus monasterij p eximijis meritis: FUNDATOR MONASTERII appellatur, de quo perver^o ejusdē Monasterij scriptor: Svo Godefrido, inquit, tantopere disciplina Monachica viguit, ut quasi novum denuo initium accipiens locus, cum varijs modis, tunc principaliter fame gloria, observantia rigore, oblationibus seu donationibus fidelium, nobilissima Monachorum atque sororum multitudine, nescio an super omnia Germania Monasteria non inva-luerit, &c. Certè unus hic Abbas, Fulden-si alijsque duodecim Monasteriis, lectissimos tredecim è suo gremio Abbates dedit, & tandem meritorum plenus hac die Anno Christi 1165. in Domino requievit. Ex monim. VVeingart. & Admont.

V. Godefridus.

Laus Canon. bii.

Obiit anno 1165.

XXVI. Junii,

B.

S. Maxentius Abb.

In pago Pictaviensi, Sancti Maxentii Presbyteri & Confessoris, qui miraculis claruit. Maxentius Pictaviensis Cœnobij (quod ab ipso postea nomen meruit) lectissimus Abbas, sui ævi miraculum fuit. Suspectè raram ipsius innocentiam feræ etiā volucres, & tritici grana, ac panis fragmenta è manibus ejus expetière, atque sumpsère. Visitabatur frequenter ab Angelis, adeo ut splendor cellulæ, in quâ psallens jugiter habitabat, velut micantium astrorum globi, videntibus Monachis & ministris, mirè reluceret, omnesque intuentes percelleret & sacro horrore perfunderet. Mensâ frugali admodum usus est, pane nimirum hordeaceo, & aquæ poculo contentus; cui tamen prodigiosas sæpè epulas Angeli adornarunt, & ministrarunt. Sic autem orationibus incumberebat, ut se incurvando, camelorum instar in membris ejus gibbi apparerent. In ejus Cœnobium cum milites Clodovæi Regis militari licentiâ invaderent, mortemque nihil minus metuenti viro sancto intentarent, quidam gladio in collum ejus vibrato, repente dirigit, post paululū autem dentibus sese ipsum lacerans, crudelissimè demum se confecit & interemit, reliqui vero mente turbati, & cæcitate percussi, re comperta, & ipso etiam Rege advolante atque ad Beati Abbatis pedes prostrato, supplices benedictione ejus perceptâ illico curati sunt. Claruit & aliis quam plurimis miraculis, quæ inter, mortuum vitæ restituit, & fixo arenti, in terram baculo, laborantibus in agro Fratribus fontem prodigiosè elicit; qui variis deinceps morbis, perpetuitate miraculorum celeberrima, medelam contulit. Longè ante obitum suum prescivit & præ-nunciavit, quin & horam ac diem distinctè designavit, ijsque ipsis sanctissimæ vitæ finem felicissimum imposuit. Ex Vita, Vincent. Beluac. Gregor. Turen. Petro in Catal. t. 1. Ord. Arn. Duac. &c.

Eum volucres colunt.

Angelorum familiaritates.

Militum temeritas punita.

Mortuum resuscitat.

Obitum prædicat.

S. Rudolphus Episc.

gubini culmen evectus, Monachum se esse nunquam oblitus est: Eisdem quippe, ait Damianus, tenebat membra cilicij, eisdem semper contentus erat perexigujs ac despicabilibus indumentis. Quin & torpore aliquo senecedia tentatus (mirum triumphati torporis exemplum!) laquearibus cellula funiculos innectens, insertis ulnis pendulus psalmodiæ studio insistebat. Nunquam adipe, nunquā oris, vel casco vescebat. In eisdem vero, quæ apponebantur edulijs, continens quoque eum frugalitas excruciebat, ut discumbens non tam se reficeret, quam se certaret, & intestinum potius esset gula bellum, quod extrinsecus videbatur convivium, &c. Hyberni tolerantissimus frigoris, solâ contentus interula, nudus nudâ in tabula cubitabat. Panem, nisi festivis diebus, non alium, quam vel puro ex hordeo, vel ex cantabro potius, quod projiciendum canibus erat comedeat. Ferreum circa pectus cingulum perpetuo gerebat. Psalterium quotidie integrum, armatâ scopis utraque manu, cum disciplinâ, ut vocant, recitare cōlueverat. Sæpe me, (verba Damiani sunt ad Alexandrum Papam) per clementiam Christi terribiliter adjurabat, ut si quando fortassis excederet, nequaquam me ab ejus correptione subducerem, sed omnem in eo disciplinæ modum, qui Monachis debeatur implem. Ita planè vicissitudinem Monachi, & auctoritatē Episcopi sub alternâ vicissitudine laudabiliter observabat. Oportunè importunè verbo prædicationis instabat, & quidquid furripere valebat expèdit, benè pdigus in pauperes dispergebat. Synodū annualiter cōgregans, nullū asuetæ oblationis, vel Xeniorum Canonè à Clericis exigere permittebat, neq; aliud comòdum præter solam pœnitentiâ, ab illis requirebar: absit, inquit, ut Synodū vendâ, quin lapsos potius erigâ, quâ ut ex eorū cadaveribus, corvino more pinguis fiâ. Obijt sanctissimus Pontifex imaturâ licet morte, cœlo tamen maturâ ætate, & vere consummatus in brevi explevit tempora multa An. C. 1065. Petr. Damiani Ob. 1065. Mon. Congr. Avellane, t. 1. SS. Ord. &c.

Episcopi & Monachi coniunctio

Rigor vitæ

Episc. verè humilis.

Ecce verè pastorem.

Moguntia B. Sunderoldi Episcopi, qui à Normannis Germaniam vastantibus VVormatiæ Martyrij coronam accepit. Sunderoldus, alias Sunzo Fullensis, primū Monachus, à religiosa simplicitate dignè

B. Sunzo Archiepisc.

laudatus, nobilitatem generis, nobili animi demissione exornavit. Cum autē virtute & doctrinā excelleret, ad Archiepiscopatus Moguntini sublimitatē evectus, Normannis Christianæ fidei hostibus in Germaniam irrupentibus ab iisdē prope Vormatiam captus, & diu cruciatus, post tormenta constanter superata, victor ad triumphos æternos abiit An. Ch. 891. translatus Moguntiam & in Divi Albani Cœnobio conditus in Epitaphio ibidem posito, his ipsis Moguntiam suam compellans:

Epitaphiū.

Pro te, proq; DEO, sacro sanguine fuso,
Contors es cœlis, si memor esse velis, &c.

Ex Manusc. VVeing. Trith. Reginone, Serario, Annal. nostr. Germ. & Bened. nec non Aquila Imp. Bened. &c.

S. Adeodatus Papa.

Romæ depositio S. Adeodati ex Monacho S. Erasmi in monte Cœlio, Pontificis maximi. Ejus gesta perijsse Baronius haud immerito lamentatur: ceterum OMNIBUS GRATISSIMUM fuisse attestatur, de quo Anastasius: *Intanta magnitudine, inquit, fuit mitissimus, ac benignissimus, ut omnem hominem à majore usque ad minimum libenter susciperet. Peregrinis compassionem exhibuit, ut etiam unusquisque quod postulavit, sine dubio impetraret, &c.* Electus est, A. Ch. 669. mortuus & cœlo receptus anno 676. cujus mortem elementa lugere visa sunt, exortis, qualia nulla ætas hominum meminisset, pluvij & tempestate. Ex Annal. Eccl. Bar. Annal. nostr. Bened. Ciscon. Panvin. Platina, Vniverso nostr. & symbolis Eccles. tomo primo SS. Ord. &c.

S. Bartholomæus Episcopus.

In Gallia Beati Bartholomæi Laudunensis Episcopi. Bartholomæus Fulconis è Burgundia Principis & Adelaidis Rouciacensis filius, Canonicus & Thesaurarius Laudunensis, ejusdem Ecclesiæ post Hugonem lectus Episcopus, nobilitate & probitate, ut veteres Manuscripti loquuntur, famosissimus, & exemplo, & prædicationis labore meritissimus, humani tamen aliquid passus, cum Simone Noviomensi, & Petro Silvanectensi Episcopus, in Kadulphi Viromandorum Comitum divortium cum legitima uxore cōsensit, ppter quod ab Episcopali munere suspensus, postea tamen restitutus est. Præfuit utilissime annis octo & triginta, aliaque inter gravissima de Pontificatu merita, Ecclesiam Cathedralē incendio dirutam restituit, & exornavit. Tandem autem generosissimo honorum fastidio Pontificatu se abdicans, in Cœnobio Fulniacensi inclusit, &

Ecclesia restituit.

cucullum induit; ubi sub regulari disciplina mores instituit, ut Monasticæ perfectionis exemplar omnibus se exhibuerit, atque meritis, & revelationibus insignis, faciem non tam Monachis quā Episcopis, & Principibus etiam sæculi, inter quos etiam læcularis effulserat, prætulit. De obitu anno, non ita certo constat. Electus est Episcopus An. Ch. 1114. neque multo post, Ecclesiam strenuè & summa operarum contentione restituit, cui præter Episcopos Rhemensem Cathalaunensem, Suevionensem, Ambianensem, & Sylvanectensem plusquam ducenta mortalium millia interfuisse memoratur. Meruit idem præclarissime de Præmonstratensium exortā primum familiā, quam diligentissime fovit, & Sancto Ordinis ejus Institutori Norberto, locū condendo Ordinis Archisterio, nomine Præmonstrati, dono dedit. Philipp. Seguin. Barn. de Montalbo, Ioann. Chenu, Claud. Rob. S. Antoninus, Vincent. Bellovac. Henr. &c.

Fit Monachus.

Merita insignia.

NB. Bene meretur de Præmonst.

In territorio Parisiensi Sancti Baboleni Abbatis. Hic primum Malmundariensis Monasterij Abbas, Stabuleti postea S. Remaclo successit. Cum enim ad eundem inviseret, adeo sanctissimo ejus vitæ exemplo Babolenus & Cœnobii Stabulensis disciplina delectatus est, ut relicto Abbatis honore, stabuli animalium Christi tam sancti, recessus tam felices exambire dignissimum duxerit. Fuit susceptus à Remaclo officiosissime, & qui institutus eo venerat, complures suis exemplis, ad virtutis studia concitavit, quin & Remaclo ipsi mortuo succedere meruit. Sunt, qui primum Cœnobij Romani ad Clivum Scauri Monachum fuisse contendant, & demum Honorij Papæ auctoritate, Monasteriorum per Galliā & Germaniam Visitatorem ac Reformatorem. Notgerus Leodiensis, Jacob. du Bruell. Sigebert. Ioan. Molan. t. 1. SS. Ord. &c.

S. Babolenus Abb.

Abbatia se abdicat.

Fit denuo Abbas.

In Vandalia Sancti Rudolphi Monachi, presbyteri & Martyris. Is Monachum in Monasterio Sigebergensi professus, profidei Christianæ professione à Nicloti Sclavorum Principis militibus, crudelissime exagitatus, mille vulneribus confusus, Martyrij laureolam promeruit, & ad triumphos æternos evolavit An. CHRISTI 1138. Hermoldus, Chron. Sclav. tom. 1. SS. Ord. &c.

S. Rudolphus Mart.

Oc. 1138.

In Monasterio Hemmenrodenfi, Beati Hugonis Monachi, qui ibidem miramorum integritate & mentis puritate cōversatus; cum magna opinione sanctitatis cur-

B. Hugo Monachus

cursum vitæ feliciter consummavit. Monim. Hemmen. Menol. Cist. Chryf. Henriq. t. 1. SS. Ord. &c.

Comemoratio Victoria.

Eodem die Comemoratio illustris Victoriae Belgarum contra Stadingos. Erant Stadingi palustres populi ad fluviorum ripas in Archiepiscopatu Bremensi, qui libertate Ecclesiæ calcata, responsa dæmonum quærebant, & nulli parcentes sexui vel ætati, in excidium Christiani nominis conjurati, religiosos & clericos impiè tormentis lacerabant, & quoscunque poterant, agrestis maximè turbæ in foveam suæ perfidiæ trahebant. Contra eos, nimium prævalentes, Gregorius noster IX. Pont.

S. Gregor. IX. profli-

Maxim. bullam cruciatam promulgavit, eosque hac die, insigni & prodigiosa victoria profligavit, sub ducibus exercitus nostri Henrico Brabantiae Principe, & Florentio Hollandiae Comite, multis hostium millibus caesis atque equorum ungulis protritit, cum ex DEI exercitu, non nisi decem, eosque inter Henricus Comes de Oldenburg, desiderati essent. Ioan. Molanus, Albertus Cranzius, Annales nostr. Germania, Aquila item Imper. Benedict. Triumpharunt autem nostri in agro Oldenesche A. C. millesimo ducentesimo trigésimo quarto.

A. C. 1234.

V. CALEND. IVLII.

XXVII. Junii.

C.

S. Guillelmus Abb.

In territorio Guleti apud Nuscum, Sancti Guillelmi Confessoris, Patris Eremitarum Montis Virginis. Guillelmus Vercellis loco honesto natus, quartodecimo ætatis anno orbatus parentibus magno animo solitariam aggressus est vitam, raroque ac insolenti rigore, tenerum corpusculum edomans, ferro interius accinctus, unicum & vilem vestem superinduit, solusque pane ac aqua contentus, humi cubans, peregrinusque varias obambulans provincias, loca ob sanctitatis famam celebriora adiit, & Sanctorum gratiam demeruit. Melphim in Apuliam cum devenisset, litteras brevi tempore divinitus ita didicit, ut in veteri ac novâ lege versatissimus haberetur. Melphi in proximum oppidum recedens, juxta Montem Soliculum, cæco lumen restituit, quo miraculo agnitus, ut nominis celebritatem evitaret, in Palæsthinam fecedere paravit, verum apud Vrinam Salentinorum à Ioanne eremita, ut secum habitaret rogatus, cum non acquiesceret, à latronibus malè habitus, coactus ad Ioannem redijt. Inde divino monitu Atripaltam, deinde Salernum venit, ubi à milite lorica ferreâ, quâ super nudo indueretur impetravit, sicque ad Montem Virginis perrexit, ubi eremitam alterum Ioannem reperit, & cum aquæ penuria laborarent, fontem è saxo manantem divinitus reperit. Ibi sanctissimi sui Instituti fundamenta jecit. Templum cum moliretur, uni è structoribus aridum brachium prodigiosè curavit. Afellum ejus, è proximo nemore ligna quotidie ferentem, cum lupus præfocasset ac devorasset, jussu Guillelmi vicem bajuli ipse subiit, & summa o-

Lupus ligna ministrat.

mnia cum admiratione, ligna deinceps detulit. DEI paræ Virgini addictissimus, Instituti sui Archisterium ejusdem honoris sacrum voluit, & alumnos suos, sub Regula S. P. N. BENEDICTI, sanctissime instituit. Verum cum constitutiones insuper arduas adjecisset, multa & gravia à discipulis perpessus, Alberto viro sancto pro se substituto, ipse solitudinis quietem repetiit. Inde Salernum commigrans, Ordinem suum latè propagavit. Apud Trifaricum in monte cum ageret ad ipsum Robertus Guiscardus Apuliæ Dux invisit, cujus pædagogus Divo obloquutus, ultorem DEVM mox expertus est, cruribus sibi putrefactis, ex quo morbo brevi miserè interiit. Quidam etiam pagi proximi venator, cum baculo inter venandum Guillelmi caput verberasset, à dæmone repente arreptus, ad preces Dynastæ loci illius à viro DEI liberatus est. Inde per visum admonitus inter Nuscum & Fanum Angeli venit, ibique Ecclesiam Salvatori cum amplissimo Cœnobio condidit, ac cæcæ puellæ visum restituit. Apud Bivetam castrum Cœnobij structoribus aquam in vinum convertit. Ad ipsum cum Rogerius Siciliae Rex diverteret, & ut sanctum coleret, meretrix impudentissima, Regem avertere conata, Hypocritam esse dixit, seque ipsum sequenti nocte ad peccatū pertracturam pollicita est. Tentatus ab ipsa Guillelmus, simulato assensu, mirabile lectum ex prunis ardentibus struxit, manūque hunc dividens, partem alteram illæsus ipse occupavit, alteram meretrici detulit, quæ obstupescens miraculo, & conversa, in Venusino Regis ejusdem

Propagat ordinem.

Vltio in contemptorem.

Aliud exemplum.

Aquam in vinum vertit.

Meretricem mirè laceravit.

dem sumptibus structo Cœnobio, cuculum induit, & vitam deinceps sanctè exegit. Inde à Rogerio Panormium invitatus magnus Abbas insigne & illic Monasterium exstruxit. Reversus autem ad suum S. Salvatoris Cœnobium finem vitæ adesse præsentens, pijs laboribus confectus 7. Calend. Iulij Anno Ch. 1142. ætatis 57. obdormivit in Domino, malis etiam post mortem miraculis illustratus. *Paulus Regius; Philippus Ferrar. Thomas Costo, Felix Renda.* Ejus postea discipuli relictis Constitutionibus, approbante Alexandro III. solam S. P. N. Regulam, attamen exactiore ejusdem cum observantia amplexi sunt.

In Abbatia Regali de Calis, festivitas Sanctæ Bertillæ Virginis primæ Abbatissæ ibidem. Bertilla, Bertila, sive Bertilia nobili & præstanti genere parentes, in Sueffionum Galliarum provincia habuit, à teneris autem unguiculis incredibili Numinis amore ardere cœpit, & mundum, quæ necdum gustaverat, fastidire. Ejus puellæ etiamnum, vox illa æternitate digna, quænam deinceps in vita omni fuerit, satis indicavit, cum à Sanctissimo Audoëno nostro Rotomagensium Antistite rogata: *Sicut libenter Christo servire vellet? Illud, respondit, in summis se semper votis habuisse, ut Christum DEI filium in sponsum promereretur.* Fuitque jam tunc, cum sub parentum cura esset, & terreno sponso placitura ab eisdem adornaretur, jejunijs & orationibus assiduè intenta, ut quæ deinceps conaretur, facile sit æstimare. Effecit denique tantum precibus apud DEVM, ut & parentum voluntatem flecteret, & ab iisdem, ad Iotrense Meldensis Dioceseos Cœnobium deduceretur. Illic Sanctam Teutechildem Magistram nacta, ad normam sanctissimæ Regulæ mores suos exactissime composuit, obedientiæ in primis tam observans, ut nec nimium quidem seniorum præceptum unquam seu uspiam transgrederetur. In jejunijs ac vigilijs frequens, in oratione ac lectione sacra assidua & indefessa erat: ita ut ipsi Sanctissimæ Abbatissæ admirationi esset, idque propter varia munia, hospitium præcipue, & infirmorum curam, acciperet, & mira charitate administraret. Priorissæ postea honorem indepta, incredibili sollicitudine, sororem in vigilavit. Rarum & prodigiosum illud: Cum è sororibus quædam impatientius ipsam objurgaret à motu quodam repentino Bertilla, eâ super re DEI iudicium expetijt. Et quamvis sta-

tim pœnitens, semper expavesceret, nequid propterea adversi, sorori illi obveniret, illud tamen evitari non potuit, cum soror spiritu in ipsis faucibus intercluto, e-pentina morte corrueret. Pulsatâ proinde morte tabulâ, cum ad funus sorores concurrerent, intellexissetque Bertilla eam ipsam defunctam esse, cui fuerat imprecata, ad templum illico cõvolans, plena fide manum suam defunctæ pectori admovit, ejusque animum per IESVM CHRISTVM adjuravit, ut secum colloquens offensam dimitteret. Mirum dictu, ad vocis imperium anima in corpus redeunte, soror mortua revixit; & DEI famulam, quod se à cœlesti felicitate distraheret, per benigne increpavit. Obsecravit Bertilla ut injuriam dimitteret; quæ facile annuit, & se ejus injussu reverti quo vellet non posse factâ, ut dimitteretur exoravit, rursusque in Domino obdormijt. Condito postea à Beata Bathilda Galliarum Regina Clodovæi Regis conjuge Calensi Cœnobio, cû ab eadè, colonia Virginum è Iotrensi Cœnobio expeteretur, missâ cû alijs Bertilla est, & prima Cœnobij Regij Abbatissâ renunciata. Præfuit tantâ cum virtutis famâ, ut suis non tantum admirationi esset, ANGELICAMQUE ipsius VITAM, non vicinæ solum Galliarum provinciæ, sed exterarum etiam nationum populi, tanquam perfectissimum disciplinæ Regularis exemplar suspicientes, maximis laudibus attollerent. Attulitque non multo post, eum sacro Conventui atque Ordini Monachico splendorem, ut Serenissimis Angliæ Regibus, ac Ducibus, filias suas ad eam mittere, pietatis ac Religionis causa, solemne fuerit. Alias inter, æterno obstupescientium Regnorum exemplo, duæ illæ potentissimæ Galliarum atque Angliæ Regina, Bathildis & Herefwida, sub ejus disciplina, vitam sanctissimam summa cum humilitate & obedientiâ egere.

Bertilla autem, cum incredibili Martyrij desiderio exardesceret, nec occasio se ulla offerret, carnem acrius subigere decrevit, & suimet carnifex facta, miro rigore sanctum corpusculum confecit, nec in decrepita quidem ætate, de fervore illo remisit, donec demum febri confecta, cum sex supra quadraginta annos Calente Cœnobium gubernasset nominis Novembris sancto fine decessit, cujus corpus balsamo delibutum triduo post tumulto conclusum, deinceps autem

Imprecatio eius valida.

in summo altari repositum, ibidem summa veneratione, & multa populorum frequentia colitur, eximij a DEO miraculis comendatum. Ejus autem festivitas, ob memoriam elevationis hâc die festivus celebratur. *Ex officijs Propriorum Regalis Abbatie Iotrensis, ad instantiâ Reverendissimæ & Illustrissimæ Principis D. D. Joann. à Lotharingia Abbatissæ Iotrensis, Hugone Menardo, t. 1. SS. Ord. &c.*

Festivitas ejus.

B. Adelinus.

Crispinij depositio Beatissimi Adelini Confessoris Christi, discipuli S. Landelini Abbatis. Fuit hic de Belgio meritissimus, & viri Apostolici Landelini, in verbi Divini disseminatione, cooperato strenuus & indefessus, claruitque insignibus à morte prodigijs; cujus etiamnum Reliquiæ in suæ professionis Crispiniensi Cœnobio, condigno honore coluntur. *Molanus & alii rer. Belg. script. t. 1. SS. Ord. &c.*

Vir Apostolicus.

S. Egelricus Episcopus.

Londini in Anglia Sancti Egelrici Episcopi Duemensis. Egelricus, suone ingenio, an alieno impulsu, Episcopus dum esset, Regni se turbis imiscuit, ijsque qui Regnum turbabant adjunctus, pyriticam exercuit, & mare infestum reddidit. Captus autem temeritatis pœnas dignissimas luit, quibus adeo resipuit, ut quantum antea licentia peccaverat, sacro deinceps vitæ rigore mirè elueret, quique multis antea formidini, omnibus jam venerationi esset. Ad Monasterium namque VVestmonasteriense detrusus, mox summa voluntate Monachus, Spiritus Divini impulsu, multis pœnitentiæ seriæ lachrymis, prioris vitæ scelera compensans, insignis paulo post perfectionis & sanctitatis sublimitate enituit. Ejus, quanti DEUS pœnitentiam fecerit, multis à morte miraculis demonstravit, cujus ope imploratâ, multi deinceps sanitatis beneficia prodigiose consequuti sunt. *Guil. Malmesbur. & rer. Angl. script. t. 1. SS. &c.*

Episcopus pyritæ.

Fit Monachus.

Eius pœnitentia.

Miracula.

B. Daniel Abb.

Schônauigiæ in Germania Beati Danielis, ex Monacho & Priori Hemmenrodeni, illius loci Abbatissæ sanctissimi, qui assiduâ meditatione, reparationis nostræ Mysteria contemplatus, divinis replebat

tur favoribus, sacrasque consolationes experiebatur, præcipue dum Sacrificium immaculatum, impollutis manibus DEO offerret, cui alia inter formam humani sanguinis in calice videre contigit. Hic, denique grandævus, post multa miranda, & evidentissima sanctitatis signa, ex corporis ergastulo ad cœlestè præmium evolavit. Fuit primum Canonicus Archiepiscopalis Ecclesiæ Colonienfis, sed omni gloria & opibus contemptis, humilis Monachus; claruitque temporibus Otthonis IV. Imp. sub An. Ch. 1209. *Ex monim. Hemmenrod. &c. Menolog. Cister. t. 1. SS. Ord. Casario &c.*

Celestes favores.

Opum contemptor.

Clar. 1209.

S. Rodolphus Abbas.

In Hispania B. Rodolphi Abbatissæ Cantavos, qui ex Monasterio de Berdonario in Hispaniam missus, ibidem Cisterciensem Ordinis nostri splendidissimam Reformationem, strenuè propagavit, Monasterium de Cantavos condidit, eidem sanctè profuit, & admiranda sanctitatis exempla posteris reliquit. Claruit Anno Christi 1150. *Monim. Hortensia, Angelus Manrique apud Henric. Menol. Cister. t. 1. SS. Ord. &c.*

Clar. 1150.

In Belgio prope Gandavum, Beatæ Agletrudis Virginis sanctimonialis, filix Sancti Bavonis nostri, illustrissimi Hasbaniorum Principis, generosissimo illecebrarum mundi hujus contemptu, & egregiâ vitæ sanctitate celebris. Claruit Anno Christi 640. *Ex Molano, rerum Belg. diversis script. tomo primo Sanct. Ord. &c.*

S. Agletrudis V. Princeps.

Clar. 640.

Hoiæ Insula & Monasterio, translatio S. Florentij Abbatissæ & Confessoris, de quo uberius, die ejus Natali 22. Septemb. agemus.

Translatio S. Florentij Abb.

Eodem die Comemoratio plurimorum sanctitatis opinione celebrium qui postremâ hâc ætate, in novâ Sancti P. N. Mauri Congregatione, admirabili splendore, tenebrosissimum hoc sæculum illustrarunt, & accenderunt. De quibus cum in Annalibus nostris Benedictinis, tum in præsentihoc opere, suis locis frequentius.

Comemoratio BB. Congr. S. Mauri.

IV. CALEND. IVLII.

XXVIII. JUNII.

D.

S. Leo II. Papa.

ROMÆ Sancti Leonis Papæ Secundi. Leo II. natione Siculus, Mylensis, Congregationis Siculæ, à Protomartyre Ordinis nostri Placido, institutæ, Monachus,

humanis & divinis litteris, Græcè & Latine doctus, Musicis etiam eruditus fuit; quo nomine æternum etiam de Ecclesiâ meruit, Hymnosque & Psalmos ad-

con-

Insignia eius merita.

Curia Romae grandis infamia liberata.

Studium paupertatis

Pauperum pater.

Obiit 683.

S. Argymirus Martyr.

concentum & modos meliores reduxit. Idem acta Sexti Concilij Constantinopolitani comprobavit, & in latinum transtulit. Superbiam praeterea Antistitum Ravennatum fregit, qui Exarchorum freti potentia, sed Apostolica non obtemperabant. Idem, ne ad Archiepiscopatum assumptus, pro usu pallii aliorumque officiorum quicquam Ecclesiae perfolveret, sancte & praeclare instituit, grandique & perpetuo a diversis Haereticis aspersa avaritiae nota Romanam curiam liberavit, & scandalum orbis longe maximum sustulit. Ipse etiam, ut in celebratione Pax populo daretur sanxit, multaque alia, magna & utilia brevi Pontificatu praeclarissime gessit, ita quidem, ut ob eorumdem multitudinem & praestantiam, longe, quam praefuerat, diutius Ecclesiae univertae praestitisse videatur. Paupertatis Monachicae summo in honore, nunquam oblitus, ut contemptor praecipuus opum fuit, sic liberalissime easdem distribuens, verus pauperum pater extitit, *neque pecunia solum, sed opera, labore, & consilio, egentium, viduarum & pupillarum inopiam ac solitudinem sublevavit.* Eluxit in Leone, praeter eruditionem & eloquentiam, singularis religio, mira pietas & clementia, justitia, fortitudo & humilitas, cujus in eo studium praecipuum fuit, ut non verbo solum, *vel as forans vel cymbalum tinniens, verum multo maxime, sancto vitae exemplo, subditos excitavit, cujus mortem adeo luxerunt universi, ut communibus lachrymis publicum parentem subtractum sibi effusissime restarentur.* Decessit A. C. 683. cujus festivam memoriam, *Semiduplex* ut vocamus officio, pro tanti viri meritis Ecclesia univertae concelebrat. Onuphr. Panvin. Platina, Vincent. Antonin. t. 1. SS. Ordin. De cujus Monachatu Benedict. contulendus. *Octav. Cajetan. in Idea Operis SS. Siciliae, monumenta item & Chron. Sicula, Hugo Menard. &c.*

Corduba Sancti Argymiri Monachi & Martyris, qui in persecutione Arabica, pro fide Christi necatus est. Argymirus nobili genere Cordubae natus, aetate jam ingravescente, a Cenforis munere motus, cum Monachum in Monasterio Egabrensi ageretur, ad Iudicem Arabicum delatus, quod Mahometem maledictis afficeret, in ergastulum inclusus, cum non posset ullis verborum blanditijs a Christi fide, ad Mahometis errores pertrahi, equuleo suspensus, & dire excruciat, gladio demum transverberatus felicibus Martyrum tri-

umphis sociari meruit, sub Ann. Christi 856. *Villegas, Morales, Iepes, tomo primo SS. Ord. &c.*

In pago Aurelianensi, festivas Sanctorum, Maximini Junioris, ejusdem loci Abbatibus, Viatoris Diaconi, Constantij seu Constantiani, Frambaldi, Maximi, Florentij, Ruffini, Euchardi, Leonardi, Ducati, Linentij & aliorum ejusdem loci Monachorum, *Carol. Sauff. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Sancti Galli in Helvetia, depositio Beati Notkeri cognomento Labeonis, ejusdem loci Abbatis. Is illustri admodum natus genere, Cralonis Abbatis ex fratre, Notkeri Physici ex forore nepos fuit; sed contemptu honorum ac generis, veram nobilitatem virtute assequutus, B. Burcardo Abbati eo nomine carus tantopere fuit, ut qui sibi succederet dignissimum aestimaret. Successit, & successu tali, ut nunquam felicius, quam illo ipso praefule, sanctissimum illud Cœnobium fuisse videretur. Labeonem vulgo, a labio prominentiore dixere. Doctrinam sanctitati summa cum laude conjunxit. In patriae gratiam, insigni cum fructu ac merito, primus in linguam Germanicam Psalterium Davidis transtulit. Sed & librum Iob, & Magni Gregorii nostri Moralia, patriae linguam vertit, & quibus poterat modis suos juvit. Mortis suae praecius, in pervigilio Apostolorum Principis Petri (quem Tutelarem sibi praecipuum dilegerat dilexeratque) sanus cum adhuc esset, sanis valedicens, *opinione jam tunc omnium SANCTVS*, sanctissime diem suum obiit. Cui inter alia, Sangallensis civitas, originem debet suam, vallis, muris, turribus, quod patruus ejus coeperrat, munita, atque exornata. *Extomo 2. Constantiae nostrae Benedictinae, Chronico Sangall. Iod. Mezleri, Compendio rer. Sangall. Mariani Butzlini. t. 2. Annal. German. Aquila Imp. Bened. &c.*

Pessiniaci in Gallia, B. Raynaldi Abbatis, viri zelo disciplinae Regularis accensu, qui oves suas exemplo pietatis praecessit, & egregijs virtutibus illustris migravit ad Christum. *Angelus Manrique, Menolog. Cisterc. Chrysoptom. Henriquet. t. 1. SS. Ord. &c.*

In Hibernia, Beati Malchi Monachi. Hic oratione S. Malachiae Episcopi ab immundo spiritu, qui ipsum obsederat liberatus, in Mellifontis Cœnobio cucillum amplexus, adeo vitae perfectione enituit, ut etiam miraculorum gloria a DEO commendaretur, totiusque Religionis norma,

& ho-

Occ. 856.

SS. plura Aurel.

B. Notkerus Abbas.

Genus illustre.

Et Abbatis felicitas.

Psalterium Davidis primus patriae vertit.

Mortem praedicit.

Civitas Sangallensis inde?

S. Raynaldus Abb.

S. Malchus.

Miraculis claret.

B. Paulus Iustinianus.

Illustre genus.

Studia.

Forma.

Mores.

Fit Monach.

Reformator Ordinis.

Virtutum exemplar.

Pietas miranda in hostem.

& honesti exemplar celebraretur; inter illustriora sacrae ejus insulae sydera haud immerito adnumeratus. *Philipp. Seguinus, Henriquet. t. 1. SS. Ord. &c.*

Apud montem Soractem, depositio Beatae memoriae Pauli Iustiniani, nostrae Camaldulensis, Titulo Montis-coronae, Reformatoris. Hic ante Religionis professionem Thomas appellatus, Venetiis A. C. 1476. ex celeberrima Iustinianorum familia natus est. Patrem habuit Franciscum Iustinianum, praeclare gestis, & avita generis nobilitate inclytum, matrem Paulam de Maripetris, religione ut nobilitate in primis conspicuam. Paulus ab incunabulis ipsis magnae Virtutis specimen dedit, gravitati studuit. Litteris probe institutus, Graeca ut Latina mire excelluit. A morte parentum Patavium contendens, annos undecim Philosophicis ac Theologicis studiis impendit, eam juvenili etiamnum aetate, doctrinae famam consequutus, ut nulli aetatis suae doctissimo secundus haberetur. Fuit forma corporis, & elegantia morum, dignis Principe; caeterum modesta taciturnitate, & victus frugalitate aemulus Monachorum; ex quo inter Amicos familiare dicitur: *Thomas Iustiniano cubiculum cum pane satis esse.* Hierosolymam profectus, sacra loca religiosissime veneratus est, indeque reversus, constitutis domi rebus, frustra collachrumantibus germanis & cognatis per gravissima itineris pericula Camaldulum se contulit, & Sanctissimam Regulam nostram amplexus, admirabili deinceps vitae rigore & perfectione excelluit. Ex in variis honoribus auctus, qui subesse maluerat, Major, sic vocant, S. Eremitae factus, sacra & prophana mirifice promovit, & ad restaurandam propagandamque disciplinam animum adjecit, Reformatoris Propagatorisque Titulum dignissimum paulo post consequutus. Ipse autem exemplar virtutum omnium discipulis se suis exhibuit, corpus suum duriter habuit, humilitate & patientia admirationi omnibus fuit. Rarius illud, cum juratissimum hostem suum, ultione, ut videtur, Numinis est sublimi cadentem, crure fracto, non aliter atque David Saullem, & Admirabilis Pater noster BENE-DICTVS Florentium deploravit, totosque quindecim dies, in pane & aqua jejunavit, ut non immerito oratione & jejunio ejus curatus crederetur. Romam petiturus, dum in itinere moraretur, causam

rogatus? magnum se malum praevide-re passus est: *sed ne animos vestros, inquit, Malum in-contristare videar, ibo: sciens utique nullibi gens pravimos manus DEI posse effugere.* Triduo dein det.

postquam Romam venerat, capta a Bourbonio Vrbe, & ipse cum suis captus, sed quod nulla spes lucri a pauperibus affulgeret, brevi dimissus est. Fuit verbo potens, calamo facundus atque luculentus; pluraque opuscula reliquit, licet morte praeventus imperfecta nonnulla; quae omnia centenarium numerum superare Iustinianus Bergomensis affirmat. Mortuus est apud montem Soractem, sibi paulo ante, ab Abbate Sancti Pauli Romano concessum, Ann. Christi 1528. *Ob. 1528.* aetatis suae 52. ingenti sui desiderio sanctitatis opinione, relictis. Ex Historia Montis Coronae Lucae Erem. Annalibus nostris Benedictinis; tomo primo Sanctorum Ordinis, &c.

In Monasterio Hovenes Beatae Gu-dae Conversae, quae humilibus ministris se libentissime exercens, caelestibus favoribus sublimari meruit; adeo, ut suum in culina officium facienti, puerili seu juvenili forma Christus Dominus, plerumque apparere & adesse dignaretur, quin, & manus ipse sacrosanctas laboribus admoveret, vere ostendens, in quantum cum simplicibus conversari delectaretur, & quanti abjectionem & labores pro ipso susceptos faceret. *Chrysoptom. vander Sterre Prior Sanct. Michaelis Antuerpiensis, apud Chrysoptomum Henriquezium in notis ad Menologium Cisterc. tom. 1. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio de Petra Virginum Sanctimonialium, in tractu Sublacensi Beatae Benedictae Virginis, sororis conversae ejusdem loci, sancta vitae innocentia & disciplina Regularis observantia clarissime. Hujus vitae reliqua gesta intercidisse, haud leviter dolendum est, e cujus tamen felici ad superos transitu facile omineris. Miserat ipsam Abbatissa Vespertino tempore ad molestinum a Cœnobio remotius, pro farina conducenda, cumque ipsa molitorem feris precibus interpellaret, ne contra statuta Ordinis sera nocte domum reverti cogeretur, ille vero Virgini parens, quod pluviae imminerent obtenderet, evicit nihilominus Virgo; post continuatas in longum preces, impetrataque farina & asello imposita, sui negligens ut imbris, per densissimas noctis tenebras, ab imbre nihilominus nec in pilo inmaduit, caelestisque

Scripta ejus.

Ob. 1528.

B. Gudae Conversa.

Ei collaborat Christus Dominus.

B. Benedicta Conversa.

Insigne miraculum.

cælestisque Genii ductu, immensique luminis splendore viam illustrante ad Monasterium rediit, & farinam nec minimum madefactam secum contulit. Iulsa proin ab Abbatisa pro suscepto itineris labore quiescere: sine me obsecro, inquit, Domina prius Ecclesiam ingredi & consuetas mihi preces DEO persolvere; quo facto cum diutius in oratione persisteret, spiritum Deo reddidit, dumque aliae sorores ipsi refectionem parassent, requisita, & in templo inventa est genuflexa manibus in cælum extensis, & conjunctis sive complicatis, erectâ cervice; sicque ut reperta est fuit tumulata. Ad cujus rei

indubitata fidem, contigit multo post diruto Cænobio, cum moderni Sacelli gradus, ante majus altare repararentur, excavatis fundamentis, ita sacrum corpus genuflexum & junctis sursum manibus uti sepulturæ erat traditum, ita integrum non absque maxima admiratione reperiri; sub annum Christi 1463. ut de thesauro tanto haud immerito sibi Religiosi plurimum gratularentur. *Ex monim. Sublac. Marchesio, Cajetano, &c.* Ejus cum nomen ignoraretur, placuit Benedictam, Benedicti Patris in Christo filiam appellari.

Incorruptio diuturna.

TERTIO CAL. JULII.

XXIX. Junij.

E.

Natalis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; quorum dimidietas corporum Sacratissimorum in celeberrimo nostro Pauli extra urbem Cænobio, summa orbis Christiani veneratione aservantur & coluntur, & quorum veneranda capita, diutissime delitescencia, Sanctus Urbanus noster, eo nomine Quintus Pontifex Maximus Ann. Christi 1366. post institutum solemne jejunium, & Processiones sive Supplicationes, summo concursu populi habitas invenire meruit. Cum autem consuevissent Romani Pontifices hâc eadem die, teste Aurelio Prudentio, Pontificias functiones in utriusque Magni Apostoli Basilicis exercere, idque ob nimiam locorum inter se distantiam, non sine nimia, eaque intoleranda nonnullis molestiâ perfici posse videretur; consultius Magno nostro Ecclesiæ Doctore, Gregorio I. visum est, prima die Basilica Vaticana, utriusque Archiapostoli celebrare festivitatem; sequenti autem, in Basilica Sancti Pauli, sacra commemorationis ejus solemnia peragere; uberiusque persolvere, quod pridie eâ de causâ, ibidem loci videretur omissum. Id cum universi, & benè & sanctè ordinatum affirmarent ac comprobarent, ejusdem Festi Officium idem Maximus Doctor composuit; & quod tunc in Ecclesia Romana solum peragebatur, postea per universi terrarum orbis partes, Festum Commemorationis S. Pauli, decreto Pontificio celebrari sancivit. *Aurelius Prudent. Ration. Divin. Annal. nost. Bened. Arnol. Duac. &c.*

Eodem die Commemoratio solemnis, maximorum Sanctissimi Patris & Patriarchæ nostri BENEDECTI, totiusque illius amplissimi Ordinis, & Sanctissimæ posteritatis, de Apostolorum Principe Petro, ipsique credita Sancta Romana & Univerfali Ecclesia, meritorum, per Romanos maximè tot tantosque sui Ordinis Pontifices, aliosque nostros Prælatos & Monachos, plurimis ac penè innumeris argumentis comprobatorum, miraculis etiam, & proprio sæpe sanguine confirmatorum, quæ inter diversissimorum Regnorum, & innumerabilium populorum conversio, Hæresum plurimarum everfio, Schismatum maximorum & perniciosissimorum extinctio, Patrimonii Sancti Petri augmenta, Pontificii honoris & Majestatis, dignissima ab oppressione Cæsarium, aliorumque Tyrannorum, assertio, præcipuè celebrantur: Ipse Apostolorum Principe Petro, Sanctissimo Patri nostro gratiam non semel referente, eaque merita illustrissimis signis & prodigiis probante & commendante; eo maxime insigni, cum peregrinis de more ad sacra sua limina certatim contententibus, Roma tunc gravissimis & intestinis maximè malis laborante, spectabili forma apparens, BENEDECTUM Fratris sui dignatus nomine, tantis tantorum sceleribus Vrbe se pelli questus: *Vado ad Fratrem meum Benedictum, pulcherrimo confidentiæ erga eundem, & amoris argumento fatererur, suumq; Patrocinium cum ope Fratris & Hospitis tam chari, deinceps* (dum

Commemoratio meritorum S. P. N. de S. Petro.

Merita grandia.

Ipse S. Petrus agnoscit.

Viso spectatissima.

S. Petrus Cæsim. committat.

(dum tempestas Romana desideret, & nequitia inde prosciberetur,) in Sacro Casinate Monte implorarent, admoneret. De quo aliisque ejusmodi fufius agimus in *tomovita S. P. N. & consulendi Iepesius, Baronius, Petrus Diac. Leo Ostiensis, Annales nostri Bened. &c.*

licem immortalitatem transiit Ann. Christi 877. regiminis sui 28. *Ex Petro Cratepolio, Cranzio, Demochare, Tritheimio, Aquila nostra Imperiali Bened. tom. i. SS. Ord. Annal. nost. Germ. &c.*

In territorio Taurinensi, Sancti Arnulphi Abbatis Novaliciæ, qui à Longobardis in Galliam irruentibus, captus, & cæsus, Martyrii coronam promeruit sub An. Christi 375. *Pingonius in Augusta Taurin. t. i. SS. Ord. &c.*

In Gallia Beati Petri Illustr. Archiepiscopi Tarentasiensis. Hic in Monismensi primum Cænobio Monachum professus, inter prima postea sacre Cisterciensis Reformationis & familiæ nostræ sydera emicuit; & ut generis olim nobilitate & opibus, sic humilitatis postea & paupertatis studio spectatissimus fuit. B. M. V. autem de Firmitate Abbas electus, tanta sanctitatis fama celebratus fuit, ut inde ad Tarantasiæ Archiepiscopatum eveheretur. Vti autem in vita omni virtutum genere exsplenduit, sic pluribus à morte, usque in hodiernam diem miraculis coruscavit. *Gaufredus Abbas Altracumba, Philipp. Seguinus, Barnab. de Montalbo, Henric. &c.*

In Monasterio Luxoviensi Sancti Ebertrami, qui à Sancto Mummolino Abbas Sancti Quintini constitutus, insigni vitæ sanctitate effulfit. Fuit hic patria Constantiensis floruitque sub An. Christi 680. *Tritheim. Arnold. Duac. tom. i. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Hemmenrodensi Beati Cunonis Monachi, quem Beatus Isembardus, dum divina contemplaretur Myfteria, extra se raptus, magno splendore circumdatum vidit, & gloriosis amictum vestimentis tantopere exsplendescere conspexit, ut velut fulguris coruscantis nitor oculis humanis intolerabile videretur. *Cæsarius, Heisterbac. Chryfostom. Henric. &c.*

In Bavaria Beatæ Salomes Reclusæ. Salome Regio nata genere, Sororem Angliæ Reginam habuit, ipsa à Rege filia loco habita adoptata, & regio luxu ac splendore educata est. Verum ipsa delicias omnes execrata, solius Regni Regis amorem exambiit, & solitudinis aucupio, expetens, cum duabus solum ingenui sanguinis ancillis, fugam arripuit, & sacras vestes à sanctimoniali quadam mutuata, Hierosolymâ usque peregrè abiit.

Mors felicissima.

SS. Petri & Pauli fest.

Capita eorum à nostro S. Urbano reperta.

Institutio Festi duplicis per Gregor. I.

Insigne meritum.

S. Alfridi Episcopi.

Fit Monach. ex illustri.

Fit Episc.

Alter Fundator.

Constituit Basilicam Cathedr.

Cathedrales Monachi Germania.

Tria condit Canobia.

Moritur 877.

S. Arnulph. Abb. Mart.

B. Petrus Archiep.

Fit Archiep.

Quotidiana miracula.

S. Ebertran. Abb.

B. Cunon.

Splendor ejus

B. Salome Regia Virg.

Relinquit patriam.

Venit in Germaniam.

Comitibus postea in cælum præmissis, haud sine Numine, per varia discrimina in Germaniam delata, prope Ratisponam denique substitit. Cum autem forma & moribus verè regis esset, ad illicitos amores à quodam expetita, clam se subduxit, & in nemore quodam delitescens, multis cum lachrymis, ut omnis corporis elegantia decederet Numen exoravit. Vtroque proin orba oculo, cum viarum insuper ignara esset, in Danubium proruit. DEI autem voluntate à duobus mox piscatoribus celo erepta, haustas è fluvio aquas ad ignem egressit, subsequente mox lepra, quæ & deformiorem & securiorem DEI sponsam redderet. Passavium deducta, eleemosynis aliquandiu vixit, dehinc Dominam aliquam piã hospitem nacta, & per benignè habita, sibi tamen ipsa rigida fuit, & ingruentibus noctis tenebris, templa utut poterat quærens, in iisdem perniox precibus institit; nihil prorfus hyemis asperitate impedita. Denique prope Altaichense Cænobium nostrum inclusa, Sanctissimis legibus nostris nomen dedit, & vitam arcta in cellula sanctissimam exegit, pro suo in DEI param affectu merita, ut, quæ perpetuis cæteroquin in tenebris agebat, festis tamen Cælitum Reginæ diebus, clarè luminibus suis uteretur, donec tandem ex his vitæ

Caca fit & leprosa ad preces suas.

Eleemosynis vivit.

Fit inclusa.

Deipara ad dicta.

tenebris, ad Numen ipsum contuendum in cælos comigraret. Cujus sacrum corpus, in cellula primum sepultum, prodigiosis postea luminibus visis sæpe comendatum, in ipsa Altaichensi Basilica digniore loco est conditum. *Ex MS. Vet. Monim. Altaich. German. nost. Annal. t. I. SS. Ord. &c.*

Cælestia luminina.

In Hispania Comemoratio celeberrimæ Victoriæ per Fernandum Aldefonsi Regis filium Castellæ & Legionis Regem, Voto ad corpus Sancti Isidori nostri facto, de Saracenis, partæ, capta insuper celeberrima urbe Corduba, ipso festo SS. Petri & Pauli Era 1274. Qui proin congratulante univèrsa Hispania Victor reversus, Tutelari tam fido spolia omnia consecravit. *O quam beatus iste Rex, qui abstulit opprobrium Hispanorum, evertens solium barbarorum.* Ita Lucas Tudensis, Cajetanus, &c.

Triumphus S. Isidori.

Corduba capta.

In Monasterio Formpacensi Ven. Viri Theodorici ejusdem loci Abbatis, qui ab iniquis sede dejectus, profectus Ierolimam rediens in itinere decessit sub Ann. Christi 1130. Tribus ipso depositionis die à Numine miraculis honoratus.

Theodorici Abb.

Ex Vita B. VVirtionis.

PRIDIE CAL. JULII.

XXX. Junij.

F.

Commemoratio S. Pauli.

Commemoratio S. Pauli, quam ob insignem in eundem propensionem, & ingentia Doctoris Gentium merita, inter innumera alia à se præclarissime instituta, Magnus noster Ecclesiæ Doctor Gregorius, toto terrarum orbe celebrari jussit, omnesque nationes & generationes, debiti sui, quo tanto Apostolo & Doctori perpetuo obligarentur, admonuit, parique, quo Principem Apostolorum Petrum, merito demeruit, & diei insuper hujus Officium ut vocamus Horarium composuit. *Ex gestis Greg. Ration. Div. Annal. nostr. tom. I. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

à S. Greg. I.

Officium ab eodem compositum.

S. Ostanus.

In territorio Vivariensi, Sancti Ostiani Presbyteri & Confessoris. Neque aliter extat hujus Sancti viri, quam in Martyrologiis Romano, & Benedictino memoria, Cænobii nostri Vivariensi à Divo & Magno Casiodoro nostro V. C. editi, monumentis, injuria temporum & barba-

rorum prorfus abolitis. Ejus meminere etiam, sed solo nomine, *Vsuardus, Galensin. Petrus in Catal. &c.*

Eodem die natalis S. Erentrudis Virginis & Abbatissæ. Erentrudis Regio Anglorum (nonnulli, Francorum, contendunt,) Regum orta sanguine, Sanctissimos, Rupertum Bojorum Apostolum, Salisburgensis potentissimi Pontificatus Auctorem & Tutelarem, & Trudpertum dignissimum Christi Martyrem, fratres germanos habuit, quorum, virili sane proposito, fervorem imitata, dulcissimæ valedicens patriæ, calcatis Regiæ aulæ illecebris, servitute & paupertatem Christi magno animo amplexa, multaque insuper diuturnæ peregrinationis pericula & labores emensa, prope Salisburgum deniq; confedit, & ædificati in honorem Deiparæ, à fratre Ruperto, Cænobii curam suscipere jussa, ejusdem Cælitum Imperatricis cultum in suis, & vicinis etiam populis

S. Erentrudis Abb.

Regii generis

Patriam deserit.

Fit Abbatissa

Deipara ad dicta.

Optimè merita.

Ejus mira humilitas.

Fuit doctissima.

De Casare & Imperio merita.

S. Henricus ejus Cænobium restituit.

Metuenda injuriæ in Cænobium mors

Clar. 639.

populis mirificè promovit. Fuit magnus ad ipsam lectissimarum Virginum concursus, qui corpora sua templum, sponso Virginum Regum Regi consecrare gestiebant, quibus Regia Virgo & Abbatissa, admirabili sanctitatis exemplo facem prætulit, & easdè, contemptu perituro- rum sæculi comodorum & deliciarum, amore autem cælestium felicissimè succendit, & multo nomine, de muliebri in primis per eas provincias sexu meruit. Enituit præcipua in primis humilitate, & ad pauperum advolvi pedes, regias & delicatissimas sordibus adhibere, lavare, detergere, quin & ulcera & saniem contrectare atque abstergere, non tantum non exhorruit, sed in eisdem membra Sponsi Christi sui adamavit & coluit, cumque omni virtutum genere esset excultissima, quibuscunque tamen poterat modis, studia sua tam sublimia occultavit. Fuit autem, ut vitæ ejus scriptor vetustissimus habet: *intus & exterius omni scientia scripturarum illuminata.* Eam DEVS innumera- bilium miraculorum gloria illustravit, quæ inter, rarius illud, quo de Imperatore optimo atque Sanctissimo, adeoque de Imperio univèrso haud leviter meruit, cum Sanctum Henricum II. Imperatorem, miserando epilepsiæ morbo prodigiosè liberavit, qui de sacris deinceps Reliquiis Beatissimæ Abbatissæ, particulam in annulo aureo gestavit, quam cum forte perdidisset in morbum eundem recidit moxque divinitus, de exusto Sanctæ Erentrudis liberatricis suæ Cænobio, & quod Cælitum Imperatrix atque eadem Beatissima Erentrudis, à te exstrui vellent edoctus & admonitus, mox voto facto, illud præclare restituit, & ab epilepsia deinceps omnino liber extitit. Sed & illud gravius prodigium, atque in primis metuendum fuit: cum Monasterii sui jura, contra in valores potentissimè defendit, & Albertum quendam (nobilem ut videtur genere, sed ignobilem vita virum,) coram judice Archiepiscopo ipso, per Erentrudis nomen, nullam se sacris Virginibus injuriam facere jurantem & pejerantem, metuendissimo exemplo puniit, cum ille cum verbis mortuus corrueret, & palatinos alios ab ejusmodi ambitione & licentia deterreret. Claruit Abbatissa sanctissima Ann. Christi 630. *Ex MS. variis Sanct. Trudperti, monumentis Salisb. Hundio, Radero, Aquila nostra Imper. Bened. Annal. Germ. & Benedictinis, &c.*

Salisburgi, Beati Eberhardi ejusdem loci Archiepiscopi & Confessoris. Hic ex illustri & celeberrima Hipoltsteiniorum Comitum genere natus, parentes religiosissimos habuit. Ex Canonico Monachus, præter voluntatem parentum, in Divi Michaelis primum, dein Prünfeningano Cænobio, ob insignem eruditionis & integritatis famam summo in pretio habitus est. Abbas postea Burgenensis electus, ex eo Cænobio amplissimum Archipræsulatus honorem evocatus est. Ejus, alia inter, digna tanto Pontifice, pauperum cura mirificè commendatur, erga quos verè patrem & pastorem se exhibens, minimè indignum dignitate suâ duxit, sic ipsius, abjectissimorum quorumvis hominum, ulcerosorum, elephantiacorum tuguria frequentaret, in necessitates singulorum studiosè inquireret, ipsos ut filios paternè fovaret, victus & morbi subsidia ac solatia sollicitè ministraret; sordes, vomicas, saniem, taboque fluentes arcus sacris manibus ipse contrectaret, nihilque quod ab infimo quoque, non sine fastidio & horrore præstari solet, officii prætermitteret. Eo autem in primis, de Ecclesia univèrsa meritis, quo admiranda constantia, freudente licet, & gratia comminante Frederico Imperatore, pro Ecclesia DEI se murum opposuit, suosque, ac multos præterea Germanos à Schismatis pestilentissima contagione, servavit, ac vindicavit. Decessit Anno Christi 1164. insigni miraculorum gloriâ à DEO illustratus, pro cujus Canonizatione Burcardus Archiepiscopus & Cardinalis strenuè laboravit, ut omnia jam testium sufficientium examina sint prota- ducta, quæ tamen res, post Cardinalis obitum mansit inexpedita. *Ex Radero, Hundio, MS. Chron. Salisb. Annal. German. Aquila Benedictina, &c.* translata in hanc diem ejus memoria ob concursum plurimum festorum sequentis diei Calend. Julij.

B. Eberhard. Archiep.

Fit Monach.

Abbas.

Archiep.

Ejus Charitas in afflictos.

De Ecclesia univèrsa meritis.

Canonizatione inexpedita.

S. Adilia Virgo.

Generè illustrissima.

Abbatissa.

Mirum exemplum hospitalitatis.

Fons lymphidissimus.

Celestis fragrantia.

Miracula.

B. Arnulphus Conversus.

Scortum convertit.

Fit Monach.

Molitor sanctus.

Deo ac Deiparae familiaris.

Rarum illud ejus hospitalitatis sive munificentiae, & commendandum aeternitati haud immerito exemplum: cum hospitum occurru, juxta mentem S. P. N. & S. Regulae, tanquam vera Christi praesentia mirre delectata, adverteret tamen quosdam editioris loci ascensu & labore deterreri, relicto Canobio illo, aliud ad radicem montis, loco hospitum frequentiae peropportuno condidit, quo nimirum Benedictinae hospitalitatis Regulam perfectius exerceret, suaque charitate plures undique pelliceret, atque attraheret. Insigne ejus sanctitatis monumentum etiamnum celebratur fons limpidissimus, ab ipsa, S. Adiliae cognominatus, qui omnes magni Orpii aedes alluit, quo ipsa in hodiernam usque diem merita sua singulis atque universis testatissima facit. Ejus, superioris saeculi anno septuagesimo primo Reliquiae referatae, caelestis odoris fragrantiam redoluere, recentissimis etiam miraculis plurimum nobilitatae. Claruit temporibus Childerici Galliarum Regis. Ex Molano & diversis rer. Belg. script. t. I. SS. Ord. Germania nostra sive Annal. Germ. &c.

Villarii in Brabantia Beati Arnulphi de Bruxellis, Conversi. Arnulphus, cognomento Cornibout, ante susceptum sacrum Ordinem sive Monasticam professionem Ierosolymam profectus sacra loca religiosissime coluit, & multas ibidem a Numine gratias impetravit. Venit ad ipsum die quadam scortum quoddam simulata poenitentia, & vitae deinceps necessaria ab iplo emendicans, ut secum retineret. Retinuit, at simplicitatis exploratricem, quae ludos facere servum Domini ausa, compositam procaciter de ipso cantilenam palam in chorea decantavit. Quod, ut audit Arnoldus, pro muliercula preces fundens, & paupertatem & aegritudinem exoravit, quibus fracta & coacta, manus dedit, & serio quae simulaverat exambit & meruit. Ad conversionem in Villariensi Canobio susceptus, molitoriam exercuit, probus & sanctus molitor, propheticus spiritu & miraculorum gloria spectatissimus. Fuit a Christo Domino & gloriosissima ejus Genitrice miris favoribus nobilitatus, cum ille frequenter ipsi apparet, aliquando Angelorum choros, caelestium civium sedes, & ineffabiles gloriae suae delicias famulo suo ostenderet; Deipara autem, similiter familiaris, cogitanti quotidie sua septem in terris gaudia; quare non septem etiam illa, quibus in caelis frueretur, amice quasi exprobraret, &

eadam recogitare distinctissime edoceret. Fuit rigidissimus sui ipsius censor, & proprii corporis crudelissimus tortor, ad eo, ut virgis & rosco, virentibus perpetuo foliis aculeatissimo, illud jugiter lacera- ret, iisque tormentis non nisi Dominicis & festivis diebus abstineret; quin & rosco ejusdem folia proxime carnem sinui inderet, saepe aculeatorum ramorum & urticarum congeriem in vicem lectuli sibi substerneret, nudum in iis se volutaret, sed & plura & graviora semper superadde- ret, pelles ericii adhiberet, & ad largam sanguinis effusionem iisdem secederet; cumque omnibus hisce sese excruciatet, die tamen sequenti curatum se divinitus experiebatur. Quadam vice, inquit vitae scriptor Bossutus, cum intra cellam suam se more solito caderet, Frater quidam stetit foris secus parietem, beato viro ignorante, ut verborum ejus modum exploraret: & mille nongentorum eius eum carni sua dedisse, eosdem ictus numerando cognovit, antequam a verberibus cessaret. Super sedeo, narrare plura & duriora, de caligis & pedulibus cilicimis, de cingulis ferreis trinis, de lectulis ejus petrinis, de cibis ejus non tam humanis, quam caninis, quae magis essent horrore & admirationi, quam imitationi, &c. Moriturus surrexit a lectulo, & inter brachia sustentantis flexis in terra genibus, inclinato capite, trino leniter emisso spiraculo extinctus est A. Ch. 1228. pridie Calend. Julii, cujus gloria post obitum multis argumentis ostensa est; quae inter, Villariensi monumenta memorat, cuidam Christi ancillae, in forma pueri veste partim nivea partim purpurea amicti apparuisse. Miranti & sciscitanti: Pro Visia mirabile hoc, quod puerilem, respondit, faciem praetendo, intelligere te volo, me inter homines conversantem, tanquam puerum fuisse humilem. Per niveam autem vestis meae colorem, me mundam vitam duxisse, & mundiciam dilexisse; per purpureum vero, diuturnam cum sanguinis mei afflictionem agnosce, quibus dictis disparuit. Effulsit etiam a morte insigni miraculorum gloria, cujus vita in lectione distincta cum notis apud Villarienses reperitur. Putant autem, ait Molanus, eum aliquando oblatum fuisse Romano Pontifici ad canonizandum, sed Generale Ordinis Capitulum impedivisse, ne multitudine Sancti vilescerent. Gofwinus, Bossutus, Molanus, Arnoldus de Raiffe, Miranus, Henric. t. I. SS. Ord. Annal. German. & Bened. &c.

In Monasterio Marcianensi Sanctae B. Clothendae Virginis & Abbatissae. Fuit haec

Mirus corpus visus terror.

Imitatio S. P. N.

Flagellatio nimia.

Ob. 1228.

Explicatur.

Mira causa cur non Canonizatus sit

B. Clothendae V. Abb.

Regi generis.

cl. 688.

S. Theobald.

haec regio genere oriunda, filia BB. Adalbaldi & Rictrudis Principum, tanta sanctitatis, ut inter lectissimam perfectissimarum Virginum cohortem, matri sanctissimae Rictrudi in Abbatiali Marcianensis Canobii regimine succedere mereretur. Claruit sub A. C. 688. Ex Molano & diversis Belg. rer. script. tom. I. Sacro-Sanct. Ord. &c.

Eodem die natalis Sancti Theobaldi Monachi Vicentini, eximia vitae sanctitate conspicui. Ex MS. Cod. VVeing. t. I SS. Ord. &c.

Duaci in Belgio depositio Beatae Fre- scendis Virginis, quae post multos labores, peregrinationes & miseras, cum pro sui Canobii & Congregationis approbatione tertia vice Roma contendisset in Praten- si suo Canobio, noviter a se & sociabus erecto, sub sacra Cisterciensis familiae nostrae Reformatione, vitae cursum, cum magna sanctitatis opinione finivit. Claruit A. C. 1218. Ioan. Buzelin. Henr. Aub. Miraus, tom. I. SS. Ord. &c.

B. Fressendae Virgo.

Cl. 1218.

MENOLOGII BENEDICTINI,
LIBER SEPTIMVS.
MENSIS JULIUS,
CALENDIS IVLII.

I. Julij.

S. Gallus Episc.

Illustre genus

Puer saeculi fugit.

A. Rege plurimum diligitur.

Idola evertit, sanum succendit.

Martyrii desiderium.

Fit Episc.

Patientia ejus.

Arvernensis Sancti Galli Episcopi. Gallus Georgio & Leocadia parentibus, vetustissimo Senatorum genere, quo nihil illustrius habuit Gallia, natus est. In eo spem propagandae vitae gloriae pater reposuit, exquisitaeque nobilitatis, formae, ac virtutis filio tam charo sponsam elegit, & despondere decrevit. Sed Gallus Divini amoris facibus pridem accensus, puero uno solum assumpto comite, ad Cremonense contendens Monasterium, favorem saeculi omnem vili cucullo permutavit, & sanctitate paulo post vitae insigniter emicuit. Eo nomine, Theodoricus, Rex, ipsum non aliter atque filium dilexit; & invitum licet, Monasterio postea extraxit, & invitum penes se retinuit. Instituto aliquando ad Agrippinam urbem itinere, pro insito amore Gallum secum Rex duxerat: cum ille in celeberrimi nominis famum incidens, multumque ingemiscens, subditis dehinc per absentiam paganorum ignibus, cum innumera simulacrorum congerie illud exussit. Exarsere furore gentiles, & strictis gladiis fugientem ad aulam usque regiam insequuti, vix blandissimis Regis ipsius verbis submoti sunt. Deploravit saepius multis postea lachrymis Gallus, Martyrii tunc oblatam sibi occasionem sese declinasse. Arvernorum dehinc, ut ipse praedixerat, factus Episcopus, exemplum virtutum omnium subditis de se praebuit, & admiranda in primis animi demissione & patientia exsplenduit. In convivio a Clerico quodam suo percussus in capite, ita patienter & mode-

stet tulit, ut nec asperius quidem verbum retulerit. Arvernensi urbe horrendo conflagrante incendio, furentibus flammis ob- vius, earum vim illico ita repressit, ut nec scintilla quidem ramaneret. Illud ater- ni & maximi meriti fuit, quo regionem omnem, & Arlatensem maxime provin- ciam ab inguinaria lue precibus suis absolvi impetravit; exaudita se esse ab Angelo edoctus, a quo & de felici suo ad supera post octennium transitu facti certior, imminente resolutionis lux hora, cum seque populumque caelesti pane recreasset, magna omnium comploratione, mortalitati huic valedicens, eximiis postea miraculis A. C. 573. Ex Greg. nost. Turon. Molan. Galasin. Democh. Claud. Rob. Ioan. Trithem. tom. 2. Sanct. Ordin. &c.

Mechliniae passio, Sancti Rumoldi Martyris, Scotorum Regis filii & Episcopi Dublinensis. Ita hac die Martyrologium Romanum. De eo nos egimus fusius 8. Cal. Julii, ipso nimirum Martyrii triumphali die. Rumoldi tamen festivitas in propria Ecclesia hac potissimum die celebra- tur.

In territorio Rhemensis Sancti Theodorici presbyteri, discipuli Beati Remigii Episcopi. Theodorici sanctitas infantilibus annis insigni jam prodigio praesignata est, cum fons, in quo panni & fasciae ejus abluebantur, nullis omnino sordibus inquinari posset, sed & peracta lotione inestimabili odoris fragrantia redoleret. Praeter voluntatem a Marchardo patre, insigni nobilitate sponsam accepit, cui virginitatem

G

Arvernensis sem urbem incendio liberat.

Pestem profligat.

De morte sua edocetur.

Obiit. 573.

S. Rumoldus Episc. Mart.

S. Theodori- cus Abb.

Mirares.

Conjux Virgo.

Regis filiam mortuam resuscitat. Regem sanat. Innumera miracula. Flor. 560. S. Eparchius Abb. Fit Monach. Bruta & fera animalia parent. Mortuum vitæ reddit. Ut in alium. Insigne miraculum. Captivos liberat. Clar. A.C. 583.

cum persuadere non posset, Remigii tandem Episcopi ope persuasit. In monte Hor tribus à civitate Rhemenfi milliari- bus, loco per Angelos, designato struens Monasterium, viris postea eruditione & sanctitate conspicuis ita celebre reddidit, ut nullis dignè verbis explicari possit. Theodorici Regis filiam, ingenti parentum luctu mortuam, insigni prodigio vitæ restituit. Regem postea ipsum, incredibili oculorum dolore vexatum, tentata necquidquam medicorum ope, ipse dicto citius prodigiosè curavit. Qua tanta miraculorū fama, ingenti agrorum multitudi- ne, ad ipsum quotidie confluyente, innumeros à variis morbis & miseriis liberavit, ac tandem exactis præcipua vitæ sanctitate annis, felicissimè in Domino obdormivit, Regis Theodorici propriis humeris ad tumulum deportatus, multis- que à morte miraculis illustratus. Claruit A. Ch. 560. Ex vita apud Laur. Sur. Petr. de Natalibus. Ioan. Trith. Arn. Duacen. t. 2. SS. &c.

Engolisma S. Eparchii Abbatis. Hic Illu- stri genere parentes, Felicem patrem, Principiam matrem avum Felicissimum Comitem habuit, à quo juvenili in ætate ob insignem eruditionem Cancellariæ præfectus, honorum denique fastidio, Se- daciano Monasterio se abdidit, & Mona- chum professus, tantis statim virtutibus effulsit, ut fera animalia solo verbo, dicto sibi audientia redderet, plurimos ægros prodigiosè curaret, ab obsessis dæmones profligaret. Vanæ gloriæ metu, exorato Abbatis consensu, paucis comitibus soli- tudinem petiit, inq; itinere, pago Equo- liniensi, Gratulphum puerum mortuum vitæ restituit; progressusque mox alium apud Burdegalenses à morte excitavit. In urbe eadē plurimos captivos, grandi mi- raculo ruptis pessulis, & ostiis sponte pa- tentibus liberavit. Nec minus prodigiosè furem suspensum, dissipato patibulo, & ruptis mirè funibus restituit; aliumq; eod- em affectum supplicio, incolumem re- cepit. Oblata sibi benedictionis gratia in egenos erogans, iisdem ad duo capti- vorum millia redemit. Porro quot ab imundis spiritibus, aliisque morbis libera- verit, quot carceres ruperit, longum ni- mis foret singillatim recensere. Vixit vi- tam summo rigore, firma nihilominus ad ultimam usque ætatem usus valetudine sub A. C. 583. cujus memoria celebris ad- modum in Gallia habetur. Ant. de Yepes,

Trithem. Annal. nostr. Benediçt. Petrus Equil. Baron. Arnold. &c.

In territorio Lugdunensi depositio Sancti Domitiani Abbatis, qui primus illic eremiticam vitam exercuit, & cum plurimos ibi in Dei servitio congregasset, magnis virtutibus & gloriosis miraculis valde clarus collectus est ad patres in senectute bona. Fuit hic Abbas Vallis membranæ, miraculorum gloria illustrissimus, cujus res gestas descriptas extare ait Trithemius, quas utinam, ut & multa ejusmodi, excerpisset, & typis vul- gasset, ne uno aut paucis asservata locis, tempore interirent. Agit de eodem pau- cis Petrus Equilinus, &c.

Gesta periisse videntur.

Eadē die depositio Sancti Carilephi Abbatis Madoalensis. Is Aquitanus pa- tria, religiosus natus parentibus, juvenili ætate servitio Domini se emancipavit. Sed cum à sacris suis comilitonibus ob ra- rioris virtutis excellentiam magni fieret, vanæ gloriæ metu, paucis comitibus in soli- tudinem se abdidit, cujus splendore san- ctitatis illecti plurimi, inde quoque, con- templationis & solitudinis amore ferventem, & honorari metuentem, expulere. Constitit demum optato loco prope Ani- solam fluvium, ubi, seposito cucullo dum operi manuum intendit, locumque pur- gat, ovū in veste ejus avicula posuit, quod ille repertum sacri ominis loco habuit, & locum servis Dei frequentem fore inter- pretatus, immensas Deo gratias retulit. Mox sylvestrem etiam vitem inter dume- ta reperiens, expresso in vasculum succo, Sacris Oratoriolo recens excitato opera- tus, cum Fratribus Horarum sacrarum laudes persolvit. Prodidit non multo post, volente Numine, Carilephum fero- cissimum animal, miræ nimirum magni- tudinis bubalus, qui posita feritate diebus singulis, ad sanctum virum invisere, & ca- pite submisso, velut benedictionem pete- re consueverat. Ad ejus bubali venationem, Rege ipso Childeberto cum proce- ribus à venatoribus excito, clangore buc- cinarum, & canum latratu territum ani- mal ad Carilephum se recepit, stupenti- bus rei novitate venatoribus, & Regi nun- ciantibus. Rex ipse indignabundus ad- volavit, Carilephoque quod regiam ve- nationem inturbare præsumeret, acris exprobravit. Exposuit Regi humillimā oratione adventus sui causam vir Dei, & parvo vasculo, expressum silvestris uvæ li- quorem propinavit; quem Rex non re- puit solum, sed nisi malè mulctari velit,

S. Carilephus Abb.

Vana gloria fuga.

Avicula ovū parit in ejus cucullo.

Bubalus fe- rocissimus il- li familiaris.

In veneratio- ne ad ipsum recurrit.

Rex sanctum proscribit. finibus

Rex prodigiose retinetur. Solvitur pœnitens. Sanctus Abbas Regem instruit. Insigne miraculum. Alia miracula. Moritur felicissime. S. Eberhardus Archiep. S. Regina Regium genus. Nuptia. Filia 10. omnes mo- niales.

finibus quam primum Regni excedere imperavit. Sperare se meliora, subintulit Sanctus, & Rex paululum progressus, re- stitante equo, quem frustra calcaribus cruentabat, occulta quâdam vi prodigio- se retinetur. Proin monente è palatinis quodam facti pœnitens, monitorem illū, ad Carilephum remisit, qui veniam exo- raret, & mox solutus ipse revertitur, pro- stratusque viri sancti vestigiis lachryma- bundus impium se contradictorem con- fitetur. Exosculatus Regem erexit Carile- phus, & insigni oratione, de requisitis in Rege Virtutibus instruit, tanto eloqui- pondere ac vultus majestate, ut Rex pla- nè attonitus staret, haud secus ac si DEVM in ejus pectore cerneret. Obnixius dein oravit Rex ipse, ut quod ante despexerat poculum accipere mereretur. Accepit, exhaustique insigni cum gustu, quod, li- quore miraculose crescente, copiosæ Re- gis familiæ ad satietatem propinatum suf- fecit. Ei postea Childebertus Madoalen- se Cænobium condidit, in quo ipse crevit in gentem magnam, & grandibus prodi- giis effulsit, ita ut sola manuum impositio- ne, morbos quoscunque pelleret, dæmo- nes eiceret &c. Instante vocationis suæ hora, quam spiritu præviderat, suos ex- hortatus, percepto sacro viatico, expansis in cælum manibus, exultans inter suorum psallentium ejulatus spiritum cælo trans- misit. Ad cujus tumulum dæmoniacci li- berantur, periuri vexantur, languidi cu- rantur, rapaces vincuntur. Claruit A. C. 555. Ant. de Iepes, Cratepolius Mauro. Galefin. Arnold. &c.

Salisburgi Sancti Eberhardi Episcopi & Confessoris, de quo nos heri fusius e- gimus. In Monasterio Dononiensi Sanct. Re- ginæ sanctimonialis. Fuit hæc Regina no- mine, Regina nihil ominis Regum pro- sapia & affinitate, Regina etiam præclaro morum regimine, & ad ultimum super- ni Regis dotatione. Nupta primū, pa- rentum & Pipini Regis (cujus neptis e- rat) consilio & voluntate, maritum, ut ge- nere, sic sanctitate illustrissimum B. Adel- bertum habuit, ex quo decem filias susce- pit, quas omnes, raro exemplo, in cucullo Christo consecravit. Condito autem in honorem in DEI parentis unicæ Tutela- ris suæ & S. Martini Dononiensi ad Scal- dim Cænobio, eodem se se post obitum mariti concludens, sub Beatæ Ragenfre- dis filia suæ regimine vitam humillime &

religiosissimè exegit; ubi sacrum ejus cor- pus summa veneratione colitur. Ex Offi- cio Eccl. Donon. Ioan. Molano, Hugone Me- nardo, Arnoldo Duac. &c.

Filia subji- citur.

In territorio Pruvino S. Theobaldi E- remitæ Camaldulensis & Confessoris le- ctissimi; de quo nos ex aliorum opinione Cal. Junii.

S. Theobald.

Dunis in Flandriâ, Beati Jacobi Mo- nachi, vitæ candore & morum simpli- citate celeberrimi, qui per tres annos con- tinuos paralyfi percussus, & aliis gravissi- mis morbis vexatus, insolitæ patientiæ om- nibus exemplum præbuit, & jam mor- ti proximus Mellifluum Doctorem no- strum Bernardum cælesti fulgore coru- scum, & eum ad æterna præmia vocantē conspexit, quæ hilari vultu, deposita cor- poris sarcinâ sequutus, ad cælestem gloriâ conscendit sub A. C. 1478 Menol. Henrig. Ob. 1478. Adrian. Butzjus, monim. Dunens. &c.

B. Iacobus Mon.

Ejus patien- tia.

Viso.

Aquiræ in Brabantia Beatæ Elisabe- thæ de VVans & Viduæ, Visionibus cæle- stibus & Spiritu prophetico claræ. De qua nos fusius IX. Octob. ex sententiâ Raiffii.

B. Elisabeth.

V. Ioannes

In Gallia obitus Pii Patris Ioannis à Sancto Dionysio Congregationis nostræ Fulienfis, lucidissimi nostræ ætate syderis. De eo sic breviter Carolus à Sanct. MA- RIA sæpe citatus: Ioannes à Sanct. Dio- nysio Parisinus, à primis annis in Mona- stero Sanct. Dionysii prope Lutetiam Monachus, vir fuit in Congregatione no- stra dono Contemplationis & Orationis multum præditus, silentioque ita addi- ctus, ut vix submissa voce, idque breviter, loqueretur; unde quasi in proverbium has voces usurpabat: *Facere, & pati, Silentio, & Solitudine*, maximam Monachi perfectio- nem in his virtutibus consistere judicans; ideoque multis annis præfecturam No- vitiorum tenuit, primus in labore manuū, assiduitate in Choro, in humilitate & o- bedientia reliquos antejvit. Maximum patientiæ exemplum in longioribus mor- bis dedit. Obiit Parisiis A. C. 1627. die 1. Julii. Ita Carolus.

Donum con- templationis

Digna vocis Ioannis.

Salisburgi B. Ezzi five Izzi Episcopi Salisburgensis ex Monacho & Abbate S. Petri ibidem, viri magnis virtutibus con- spicui, meritis gloriosi. Ex lib. Elog. Abb. S. Petri authore R. D. Alberto Abb. S. Petri.

Ob. Anno 1627.

☩ (O) ☩

SEXTO

II. Julij.

A.

S. Swithunus
Episc.Adulphum
Regem edu-
cas.Pauperum
cura.Humilitas
& Religio.Industria
& labor.Rex ejus
gratia in Ec-
clesiis bene-
ficus.Ova fracta
restituit.Vbi sepeliri
voluerit.Elevatur jus-
su caelesti.Insigne mi-
raculum.

Wintoniæ in Anglia Sancti Swithuni Episcopi, cujus sanctitas gratia miraculorum effulsit. Swithunus puer admodum, Dominicæ servitutis jugo ipse se subdidit; ea postea sanctitatis fama celebratus, ut ejus amicitiam Egbertus Rex exambiret, filiumque Adulphum erudendum ipsi, sanctisque moribus imbuedum traderet. Factus postea Wintonis Episcopus, humilitati præcipue studuit, charitate mirâ pauperimos quosque æstimavit & fovit, sibi autem rigidus vigiliis & inedia corpus duriter afflixit. Ecclesias plurimas construxit, & restauravit, quas omnes, licet procul positas, consecraturus, *non equo, vel vehiculo, inquit Malmesburienfis, sed pede, eo impiger contendebat, & ne daretur ab imperitis ridiculo, vel superbis jactantia notaretur elogio, visibus hominum abditus, nocturnus viator, totum iter consiciebat, &c. Solitaria sanctitatis amor, nulla pompa bona sua prostituerebat, &c. Mensæ vix locupletes, pauperes autem semper adhibuit, nullumque unquam tempus otiose transmisit, quin aliquos, vel è cœno peccatorum eriperet, vel stantes in virtute confirmaret. Ejus in gratiam Rex Adulphus Ecclesiis Dei universam Regni sui decimam liberalissimè & perpetuo donavit, qui & Swithunum, ut altorem & Doctorem suum filiali affectu diligentissimè coluit. Inter miracula ejus celebre illud, quo fracta, quorundam petulantia, pauperulæ mulieri ova, solo Crucis signo, integra eidem atque incorrupta restituit. Moriturus, qua summa erat animi demissione, extra ecclesiam, ubi & pedibus prætereuntium, & stillicidiis obnoxium sacrum corpus esset, sepeliri voluit, idque suprema & Pontificia auctoritate suis imperavit. Eum postea caelesti monitu Sanct. Ethelwoldus noster digno cum honore elevavit, tantis deinceps numero & magnitudine miraculis à Deo illustratum, quanta, nulla memoria hominum alibi facta meminisset. *Vidi ego, inquit Wilhelmus citatus, quod mirum sit, hominem cui violentia raptorum effodisset lumina, oculis vel illis, vel aliis (nam illi longiusculè projecti fuerant,) receptis serenam lucem, per Swithuni merita recepisse, &c. Vultque interea Sanctus, ut omnibus glorificetur Deus, nec patitur, ut aliquis per eum sanatus, carnis**

volutetur lubrico, qui nolit præterito implicari morbo, &c. Obiit vir sanctissimus Ann. Christi 863. Ex ea quæ est per Gozlinum Morin. VVilb. Malmesb. Nicol. Harpsfel. Eduard. Mayher. Molan. Arn. &c.

Bambergæ Sancti Otthonis Episcopi, s. Ottho qui Pomeranis Evangelium prædicans, eosdem convertit ad fidem. Ottho perillustri genere Bartholdo patre Andecensi Comite, matre Scphia genitus, Illustrissimo sanctitatis nomine Sueviam patriam, sed & Poloniam, Pomeraniam, Franconiam, de quibus insigniter deinceps meruerat, illustravit. A Poloniæ Duce (in cujus familiam ob morum virtutisque excellentiam adlectus erat,) ad Henricum IV. Cæsarem legatus, ob perceptam in rebus gerendis dexteritatem Cancellarius Imperii est designatus. Eum invitum licet ac renitentem idem postea Augustus Bambergensium Pontificem renunciavit, & præclarissimâ oratione ipsum commendans Legatis, hæc inter alia: *Cernitis, inquit, quæ sit hujus hominis ambitio; duos antea ipsi oblatos Episcopatus ad socios rejecit; Augustanum & Halberstadensem; tertium vero, qua animi humilitate & pertinaciarecuset, vos ipsi mihi testes estis, &c.*

Quibus dictis, annulum ejus inserens manui, pedoque tradito, investitum Legatis commendavit. Sed Ottho Romam profectus, abjectis ad pedes Summi Pontificis insignibus, jussusque resumere, nec sic quidem acquievit, usque dum Roma digressus diei jam unius confecto itinere, revocatus à Papa, sub sancto Obedientiæ præcepto Pontificatum admittere cogere. Sed & postea abdicato rursus honore, quietem in cucullo quærens, cucullum in monte S. Michaëlis inhiantissimè exambiens, Monachis adlectus, ab eo ipso tamen, cui subesse & in omni vita parere promiserat. Abbate præesse, & lituo resumpto Pontificatum curare, in Virtute obedientiæ jussus est. Curavit eâ industria, iisque successu ac fructu, ut Diceceleos postea Divus Tutelaris merito eligeretur: Regulæ tamen suæ, & disciplinæ Monachicæ nunquam oblitus, in potestate nostrorum semper fuit, apud quos cum in vita, ut volebat, diu non potuisset, mortuus contepeliri, simulque tubam Domini expectare decrevit & meruit. Fuit

Vir-

Vir-

Vir-

Vir-

Vir-

Vir-

Vir-

Obiit Anno
863.

Illustregens

Honores.

Episc. Bam-
berg. renun-
ciatur.Elogium in-
signe.Episcopalia
insignia ab-
jicit.Resumere
copitur.

Fit Monach.

Obedientia
Episcop.Tutelarîs
Bambergens.Deiparâ
cultor sin-
gul.

Votum ejus

15. Monaste-
ria condit.Apostolus
Sarmatia.Delubra
evertit.Obiit A.C.
1139.S. Ligdanus
Abbas.S. Monegun-
dis inclusa.

Rigor vitæ.

Tutelarîs
Turon.

Virginum Virginis longè amantissimus, eidem ab infantia à parentibus oblatum & consecratum; quam & in vita omni, & conversione inprimis gentium specialem auxiliatricem habuit, eamque ipsam obcaulam, celeberrimam illam, & miraculorum gloria illustrissimam Weyerensem Basilicam, ex Voto ante Legationem suâ præconcepto, Ejusdem Magnæ Matris honori struxit, fundavit, & dedicavit.

Fundavit solus hic Pontifex quindecim nobilissima Monasteria; præter longè plura, quæ liberalissimè juxta, restauravit, ampliavit, locupletavit, ut Monachorum omnium patrem jure affirmaret. Fuit perinsigne ejus atque immortale meritum Pomeraniæ amplissimæ provinciæ cum Duce ejusdem Wartislao I. filiisque Bugslao & Casimiro conversio, ad quos rogatu magni illius Henrici cognomento Nigri, Bojorum, Saxonum, Hetrusco- rum, &c. potentissimi Principis Weingartensis demum Monachi (qui Helenam filiam Wartislao desponderat,) sanctissimus Pontifex profectus, verbo & exemplo barbarorum feroces animos mirè emolliit, sacrificiorum immundorum cultum sustulit, delubra & aras evertit, Ecclesias Catholicas plurimas construxit, eoque nomine præcipui Sarmatarum Apostoli gloriosissimum titulum meruit: Decessit æternum Germaniæ nostræ ornamentum Ann. Christi 1139. admirandis cum in vita, tum post mortem prodigiis servi sui sanctitatem DEO comprobante. *Ex Vita Hen. Canis. Monim. & Chronol. Pomer. Carolo Stengelio; Baronio, Iepes, Annal. nōst. Germ. & Bened. &c.*

Setiæ in Latio depositio Sancti Ligdani Abbatis. De quo nos ex aliorum opinione die crastina fufius.

Turonis depositio Sanctæ Monegundis religiosæ faminae. Hæc prope Divi Martini Turonis inclusa, aliquot dein virtutis & instituti æmulas seu discipulas habuit, pane hordeaceo frugaliter vixit; vix vino, eoque probè aquis diluto, & solis quidem festivis diebus usa est, matta è junco vice lectuli decumbens, in eo solertissima fuit, nequid quod carni artideret, appeteret admitteretque. Excelluit insignibus & in vita & post mortem miraculis, merita deinceps ob egregiam vitæ sanctitatem, Sanctis Turonensium Tutelaribus accenter, & solemnè quotannis memoria celebrari. *Ex vita per S. Gregor. nostr. Turon. Ioan. Trithem. Vward. Galesini. Menol. Arnold. &c.*

Vpsalæ in Sueciâ passio Beati Ioannis ejusdem loci Archiepiscopi, qui à juventute sua Monasticis disciplinis sub sacra Cisterciensium nostrorum Reformatione exercitus, in virum doctrina, sanctitate & prudentia verè magnum evasit; & post varia munia ad Pontificiam dignitatem evectus, eam egregiis virtutibus exornavit, & admirabili inprimis zelo, ac magnanimitate effulsit. Canutum Regem homicidii reum, minimè reveritus; Ecclesiastica censura corripuit, tantumque apud eundem profecit, ut mirè mutatus, summo cum Regni universi bono, pietate & humilitate admirationi omnibus esset. Tandem Ioannes, cum Regno universo præclare consuluisse, præmatura per Martyrium morte, cælo maturus, in propriis ædibus Almerstek ab infidelibus Estonibus piraticam excursionem facientibus trucidatus, victor ad triumphos æternos evolavit, Ann. Christi 1188. *Histor. Gotth. Ioan. Magni. Abrahami Bzovius, Phil. Seguirus, Chryssostom. Henric. &c.*

In Hispania Beati Didaci Monachi. Is vetus antea Alfonsi Imperatoris & Castellæ Regis miles, multisque bellicis operibus clarus, rerum deinde humanarum contemptu Monachum induit, & ut erat magno animo Sancto Raymundo Abbati, monendo, suadendo hortandoque auctor fuit; ut collecto fidelium exercitu, Calatravense oppidum contra Saracenos defendendum susciperet, hostes Christi juratissimos, nutu Divino & caelesti motus inspiratione in fugam conjiceret, & sanctissimum illud Equitum sub Regula S.P.N. Institutum de Calatrava cognominatum, summo Hispaniarum & Ecclesiæ universæ bono & plausu inchoaret; in cujus militiæ erectione, Didacus insignem ipse operam navavit, & plenus demum meritis decessit, cujus sacrum corpus in Monasterio Sancti Petri prope Gumillem, honorificè in tumulo elevato conservatur. *Ioann. Mariana. Arnold. Duacen. Aub. Miraus; Aub. Manrique; Henriquez &c.*

In Germania depositio venerabilis Richæ Virginis. Richa Cladrensis in Boërhia Cænobii Monialis, insignibus ibidem vitæ meritis effulsit. De ea sic per vetustus scriptor Vitæ Sanct. Otthonis Bamberg. Ottho, transito Boëmiæ nemore venit ad Cladrim Ordinis Cluniacensis Cænobiū, ubi honorificè susceptus dedicavit Ecclesiam

S. Ioan-
Archiep.
Mart.

Zelus ejus

De Regno
meretur.Passus A. C.
1188.

B. Didaci

Auctor mili-
tæ de Calat-
rava.V. Richa
Virgo.

clesiam in honore S. Nicolai. Ibi etiam quaedam sorores velavit, quarum unam nomine Richam, amarissime flentem, consolatus est dicens: Noli flere filia, quia in die Iudicii, ego animam tuam Sponsuo Domino Iesu Christo consignabo. In cuius promissionis argumentum, post multa annorum curricula, in ipso Anniversario depositionis B. Otthonis die defuncta est. *Ex lib. cit. prod. Hen. Canis. Hug. Men. &c.*

Insignis promissio.

A. S. Otthone evocatur.

B. Maria Conversa.

In Monasterio Nazareth prope Liram Brabantiae, depositio B. Mariae ejusdem loci Conversae, virtutum splendore, & sanguinis genere nobilis: post cuius obitu Virgineo cadavere mira odoris suavitas

emanavit. Obiit Maria Ann. Christi 1608. *Obiit 1608. Menol. Chrysof. Henric. Auctar. SS. Belgii, Arnol. de Raiffe, &c.*

Binchii Dominica II. post festum S. Ioan. Bapt. translatio SS. Vismari, Ermini, Theodulphi, Vlgisi, Ale Amoluini, Abelis, Hidulphi, & Amelbergae, de Ecclesia Laubiensi ad oppidum Binchienfe. *Ioan. Molan. & cat. rer. Belg. script.*

Eadem die solemnis Institutio novae Camaldulensium nostrorum Reformationis sub titulo B. Matris Virginis Montis Coronae, auctore Beato Paulo Iustiano Veneto. De quo fusius egimus supra 28. Junii, & in *Annal. nostr. Bened. &c.*

Translatio SS. pl.

Instit. Congr. Montis Corona.

QVINTO NONAS IVLII.

III. Julij.

B.

S. Lanfranc. Archiep.

Cantuariae in Anglia, Sancti Lanfranci Archiepiscopi, meritis & doctrina celeberrimi. Lanfrancus natione transalpinus, patria Papiensis ab ineunte aetate in litteris educatus, fama Elifini Abbatis provocatus, ad Beccense Canobium in Normanniam contendit, locique Religionem captus, cum ipsum Abbatem coquendo panem intentum offendisset, cucullum statim exambiit, Monachumque professus, post Prior ejusdem loci, ac dein Abbas Cadomenfis creatus, fragrantissimo non solum sanctitatis odore Ecclesiam, sed radiis doctrinae fulgentissimis orbem terrarum universum implevit, cuius rarissimum illud & aeternum meritum haud immerito summo opere celebratur: Ipse scilicet Magistro, publicis de Dialectica Scholis institutis (ad quas maximi quivis & potentissimi etiam Principes confluerant.) Theologiam sensim enatam, quam hodie Scholasticam appellamus; sacris nimirum Dogmatibus, quae prius in Patrum monumentis sparsim jacuerant, opera usuque Dialecticae, quae ordinis mater est ac methodi, quasi ad artem revocatis. Profligavit idem felicissime pestilentissimam Berengarii Haeresiarthae Haeresim, & diversissimos, hujus etiam nostrae aetatis Sacramentatorum errores, providè antevertit, doctissime elusit, & relictis praestantissimis profundissimi ingenii monumentis evicit atque enervavit. Cujus tamen praetanta eruditione sublimior multo, & admiranda magis humilitas fuit, cum tantus vir, Lectionem in Ecclesia legere noller, nisi prius, veluti pueruli Novitii consueverant audiri, praecedentem Cantor

Monachum proficitur.

Ingens meritum.

Theologia Scholastica auctor.

Dialectica commendatio.

Profligat Sacramentatorum errores.

Stupenda humilitas.

Canobii attendisset. Sed & in mensae lectione, ab imperito Priore male correctus, tantus ipse Doctor simplicissime acquievit, gaudes repetiit, & contra leges Grammaticas lubens peccavit, ut commendatam a Christo parvulorum simplicitatem, & imperatam a S. P. N. simplicem ac caecam obedientiam, perfecte addiceret. Cantuariensis demum sedis, miro Regis, Cleri, populique consensu Archiepiscopus renunciatus, & invitus licet renitensque a Rege & Alexandro Papa tantum honorem admittere coactus, eminentissimo Angliae a candelabro, *celeberrimum sui saeculi lumen* in Ecclesia Catholica effulsit, tanti a Romano Pontifice factus, ut is venienti Romam, non assurrexerit modo, sed & praeter pallium consuetum, suo quoque pallio, summi videlicet & honoris & amoris symbolo ipsum donavit. Quem vel ex solo discipulo eodemque postea successore S. Anselmo satis foret, magistrum aestimasse, liceret pernoscere. Floruit in primis ipso superstite universum Angliae Regnum, ejus arbitrio, absque tamen ambitione omni seu fastu, administratum; dignumque aeterna memoria illud; *incon-* *Julia Lanfranco, VVilhelmum Regem nihil unquam feliciter gessisse; sed & abiente Rege, penes Lanfrancum imperii universi constituisse. De Cantuariensi autem Archiepiscopatu idem mirifice meruit, cuius possessiones ab aliis injuste occupatas, recuperavit, & Ecclesiam ejusque territorium, terra marique a vectigalibus, exactionibus, servitutibus quibuscunq; immunita esse, non aliter atque res Regis ipsius, impetravit. Pari modo de Eccle-*

Aliud exemplum memorabile.

Fit Archiep.

Summus Pontifex quanti ipsi faciat.

S. Anselmus ejus discipulus.

Regnum administrat Lanfranco.

Ecclesia sua consulit.

Synodos celebrat plures

Basilicas condit.

Xenodochia.

Mira liberalitas Episcopi

Mira scriptura.

Ingenii monumenta.

Regem coronat.

In exilium agitur.

Morbum qualem optet

Obiit A.C. 1039.

S. Lingdanus Abbas.

fuis universis Regni meritis, libertati eorumdem strenue consuluit, & aliquot Episcoporum Synodis celebratis, disciplinam passim languentem, restituit felicissime & propagavit. Reditibus Archiepiscopatus dignissime usus, plurima toto Regno templa erexit & restauravit; Cathedrali Cantuariae Basilicam, ruinam minitanti restituit; Rosensem item Cathedrali e fundamentis extruxit, & liberalissime auxit ac dotavit. Super omnia autem curam pauperum habuit, quibus duo Xenodochia condidit ac locupletavit. Cumque fames Angliam, & Londinum maxime, premeret, eo mittens, qui pauperes curarent, mille quotidie ibidem suis sumptibus aluit; ea ipsius liberalitate, vel prima quidem Pontificatus, imo ipsa consecrationis die mire connotata, cum supra caput ejus verba haec: *Date elemosynam, & ecce omnia mundata sunt vobis*, dilerte legerentur. In diligentissima Reipubl. cura, nihil tamen de studio Theologico remisit. Veteris atque novi Testamenti libros a scriptoribus corruptos correxit, & emendatos atque synceros edidit. In Epistolas Pauli, & Psalmos Commentaria scripsit, aliaque ingenii munimenta singulis annis vulgavit. Guilhelmo Conquestore mortuo, filium Guilhelmum Junioem, cognomento Rufum, patris instituto Regem elegit ac sacrauit; a quo postea, quod licentiam ejus acrius corripere in exilium actus, varie jactatus, patientissime pertulit, donec nocte quadam, lapsa in manus Sacellani ejusdem charta, hoc tenore: *Guilhelmus Rufus occisus est*: quod mox contigit, ad sedem suam reversus, summa omnium gratulatione receptus est. Praefuit Cantuariensi sedi vir sanctissimus annis 19. febrique, quod semper optaverat, consumptus (cum fateretur domesticis sedulo se Dominum deprecari, ut vel dysenteria, vel febre urgente moreretur, quod ij morbi, nec memoriam turbarent, nec loquelam intercluderent,) plenus meritorum felicissimo fine postquam sacris ex more Ecclesiae munitus esset, decessit A. C. 1093. *Vir, cujus industriam, inquit Malmesburienfis, praedicabit Cantia, cujus doctrinam in discipulis ejus stupebit latinitas, quantum omnes anni durabunt. Ex VVilhelmo Malmesbur. VVestmonast. Orderico Vitale, Nicolao Harpsfeld. Edwardo Mayhevo. Iepeso, Car. Stengelio, VVeisfio, & plur. rer. Angl. script. &c.*

rus, sive Lidanus, Antihae, oppido Aprutii, natus, patrem generis praestantia celebrem ejus loci Dominum, matrem ex nobili Avellarum familia habuit, a quibus mature Deo oblatus, nono aetatis anno, habitum Monasticum in Archisterio Ordinis Casinate induit. Mortuis parentibus in sylvas apud Setinam civitatem veniens, de Episcopi Dioecese licentia Canobium construxit. In quo cum aliquot Monachis vitam asperam duxit; pane enim & aqua contentus, carnem suam saepius flagellis acriter attrivit, & in servitutem spiritus potenter redegit. Quae vitae ratione usque ad annos 72. Galeo Summo Pontifice usus est. Cum vero diem suum tandem obiisset, corpus ab Episcopo & Clero, populo insequente Setiam delatum ibi conditum est. Multis claruit miraculis; quae inter, ranas nimium obstrepentes, cum baculo paludem, quae proxima erat Monasterio percussisset, ita compescuit, ut nunquam deinceps exaudita fuerint. Tres se inopes simulantes, cum sepositis bonis vestimentis lacera induissent, ut meliores a Lingdano acciperent, sua ipsi arte delusi sunt, cum in spiritu ille absconsa agnosceret, proferri a Monacho quodam eadem iussisset, & mendicantibus obtulisset. Setiam incendio vastante, Ecclesiamque in qua Sancti Abbatis corpus requieverat invadente, sacrum pignus inter ferventissimas ac flagrantissimas flamas inviolatum permansit. Claruit & aliis magnis prodigiis, obiitque A. C. 1119. Cujus vitam Dionysius Monachus Casinas prolixius descripsit; quemque ob insignia merita Setinensis urbs & vicinia Patronum adoptarunt. *Ex Morim. Setia. Set. Baron. Octav. Cajet. Hugone Menard. Philipp. Ferrar. &c.*

Puerili aetate Deo offertur.

Vitarigida.

Setia sepelitur ab Episc.

Ranarum Coaxatione prohibuit.

Spiritus propheticus.

Illasum inter flammam cor-

Patronus Setia.

S. Tatvinus

B. Thomas Prior.

BB. 35. Monachorum Heimenrodensium, nachi Conf. quibus

quibus brevi temporis spatio invalescente mortalitate substractis, admirandis præcedentibus & subsequenter visionibus eorum gloria omnibus innotuit. Siquidem multi ex ipsis ante obitum extra se facti, gloriam sibi præparatam viderunt: multi post felicem transitum, gloriosi, fulgidi, & inter cælestium civium choros exultantes visi sunt, & omnes incredibili cordis jubilo ac lætitia, ex hac vita migrarunt. Quorum corpora cum terræ mandarentur, Angelorum suavissimè canentium voces auditæ sunt; eorumque veram in

eterna patria felicitatem Admirabilis Mater & Virgo ipsa comendans, & Converso ejusdem loci viro sanctissimo apparens, ut tristitia omni posita, omnes in signum congratulationis, Hymnum *Te Deum laudamus*, devotissimè canerent, imperavit. *Ex B. Cesario Heisterb. l. II. Hist. &c. Menol. Henriq. &c.*

Eodem die SS. Wibrandis & Mechthundis Virginum Sanctimonialium, que in Eischel quiescunt. De quibus hac die *Molanus, Menardus, Arnold. & alii.*

QUARTO NONAS JULII.

IV. Julij.

C.

S. Vdalricus Episc.

AVgustæ in Rhætia S. Vdalrici Episcopi, miræ abstinentiæ, largitatis & vigilantia, ac miraculorum gratia illustris. Vdalricus Hugbaldo Kyburgi & Dilingæ Comite, matre Thietburga Burcardi Alemanniæ Ducis filia natus, duodecima ab ortu hebdomadæ à lacte amotus, miræ cœpit futuræ sanctitatis de se præbere indicia. In Monasterio S. Galli à puero literis & vitæ puritate institutus, cuculli & Monachorum amorem imbibit, ibidem sacræ militiæ jam tunc nomen daturus, nisi præcia futurorū S. Wibrandis nostra illic inclusa, quam matris loco Vdalricus habuit, obstitisset, & aliorum vocari à Numine prædixisset. Romam ad limina Apostolorū dum inviseret, mortuo tunc forte Adalberoni Episcopo Augustano ipsum substituere conatus est Summus Pontifex; sed reluctatus pro virili, & fuga se subtrahens sanctus Comes, tunc quidem effugit; quin Hiltelino postea succederet frustra deprecatus atque obnixus est. Præfuit annis quinquaginta, eā vitæ eximia sanctitate, ut miraculo omnibus esset, iis meritis quæ nulla satis posteritas miretur celebretque. Otthoni Magno Imperatori in primis charus, eidem gravissimo illo & memorabili contra Vngaros prælio adfuit, & Crucem inter medios telorum jactus, Sacerdotali tectus stola prætulit, quā ipse tunc victoriæ signum divinitus missam ab Angelo acceperat. Consequuta admirabilis præter spem victoria, & Merseburgensis eam ob rem Episcopatus fundatus est, quem auctore Vdalrico se instituturum, si victor evaderet, Imperator voverat. Ad aram sacris aliquando dum operaretur, & manu extensa oblata sacraret, visa est cælo descendens dextera

eidem cooperari. Diceceseos suæ terminos vigilanter lustravit, & Simoniacam in primis Hæresim, insigni cum merito profligavit. Episcopatu se abdicare, & ornamenta Pontificia cucullo permutare dum conaretur, Concilii Ingelheimensis Patrum auctoritate prohibitus est: quin cucillum tamen, Regulamque S. P. N. BENEDECTI etiam Pontifex sequeretur, & acuratissimè observaret prohiberi non potuit. Habitum proinde cætero Monachicum indutus, Monachorum omnium speculum effulsit. Carnibus perpetuo abstinuit, admirabilique rigore corpus atterens, inedia, vigiliisque quotidianis exhaustis; vili stramento subiecto humi temper decubuit. Erga omnes hospitalitate ac liberalitate usus, tum erga pauperes maximè, quos in mensa convivas perpetuo adhibuit. De Imperio universo meritissimus, Otthonem inter Augustum, Ludolphumque filium obortam gravissimam dissensionem, ita diremit, ut cum partis utriusque acies, paratæ jam ad confligendum starent, adventu Vdalrici positis armis, summa se mutuo benevolentia significatione amplecterentur. Urbis Augustanæ longè splendidissimè alter ipse conditor, eam præclarè restituit, amplioremque & augustiorem reddidit, ab eadem & Dicecesi universa pro eximiis meritis, præcipuus à DEI parente Divus Tutelaris cooptatus. Mortuus est Christi anno 973. ætatis suæ 83. admirandis in vita & post mortem miraculis celeberrimus, cujus sacrum corpus eximiam cælestis odoris spirans fragrantiam, in suo Sanctæ Astræ Cænobio est conditum quod ab ipso deinceps præcipue Sanct. Vdalrici est appellatum.

Hæresim profligat.

Abdicare Episc. conatur.

Pauperum pater.

Imperii gravissimos motus sedat.

Alter Augustæ conditor.

Tutelaris August.

Miracula.

latum.

Pesilentia.

Felix obitus.

Illustre genus.

Educatio ejus.

Episcopus in vitus creatur.

Otthoni Imperatoris charus.

Prodigiosa Victoria.

Episcopatus Merseburgensis auctor.

Dextra caelestis.

Deipara suo solatur.

SS. VVibrandis & Mechthund.

Glirès aeterno miraculo profligat.

S. Procopius Abb.

Vir Apostolicus.

Convitio Brodforb appellatur.

Vltor Deus.

Insigne miraculum.

Damon rota in curri vices obit.

Festivitas ejus.

SS. 7. Mart.

S. Dunstan. Abb. & Socii.

S. Sagalus Abb.

latum. Cajus foli, sepulchri pulveres, longè lateque expetiti, contra mures & glirès, ædibus agrisque certum præsidium celebrantur. *Ex Vita per Bernonem Abb. August. MSS. VVeing. Chron. Aug. Carolo Steng. Annal. nost. Bened. Aquila Imp. Bened. &c.*

In Moravia, civitate Olomucensi Festivitas Sancti Procopii Abbatis & Confessoris. Fuit Procopius ex Monacho Breunovienfi in Bohemia S. Ioan. Bapt. in Moravia Abbas, miræ sanctitatis fama, & miraculorū gloria illustrissimus, sed & Apostolicæ Prædicationis meritis ac fructu celeberrimus. Ut autem, nec sanctissimi quidem effrenatam linguæ popularis licentiam possunt effugere, sic Procopius ab Olomucensibus, verso ac perverso malignè nomine Protcorbius (vulgo Brodforb/) appellatus, præclarissimè gestorum mercedem ab ingratis convitium accepit, quod quanto patientius ipse tulit, tanto acerbius Numen vindicavit: Cum nepetulantius quandoque viro sancto illuderent, ultrix repente flamma, universam ferè civitatem in favillam redegit. Ex quo deinceps tempore famulum Dei religiosius reveriti, inter principes à morte Tutelares Divum cooptarunt, & sanctè deinceps coluerunt. Illud alia inter innumera penè Procopii miracula, ut rarius, sic maximè memorandū: cum iter curru facienti malus genius rotam unam iustulisset, à Divo coactum, rotæ ipsius vices subire, dignissimaque pœna furtum luisse, cum acerrimo scilicet dolore, & proditus miser, & coactus, cum tanta tamque diuturna superbix (quæ propria dæmonum est) prostratione, ludibrium lucri loco reportasse. De eo fusius egimus t. I. Cal. April. die ipsius natali, hac autem ab Olomucensibus, ob spectatissimam sacri corporis translationem, Festivitas ejus solemniter celebratur. *Andr. Bamb. Chrono. Moran. Hist. Boëm. Annal. nostr. Bened. Carol. Stengelius, Aquila Bened. &c.*

In Monasterio Murbacensi passio Sanctorum septem Monachorum Martyrū, qui ab Hunnis Christianæ fidei hostibus comprehensi, crudelissimè trucidati sunt. *Bellforest. in Cosmog. Arn. Duac. Hug. Men. Annal. Germ. &c.*

In Scotia Sanctorum Dunstani Abbatis, & Domitii atque Dimai Monachorū, qui titulo sanctitatis illustres verbo & exemplo insigniter provinciam, illustrarunt, subditisque, ac æqualibus mirificè præluxerunt. *Leslaus. Hist. Scot. t. I. &c.*

In Claravalle depositio Beati Sagali æternitate factum dictumque illud præ-

mirandæ sanctitatis: qui postquam gregem Dominicum mirabili solertia, prudentia & religione rexisset, piissime in Claravalle quievit, An. Ch. 1328. Monim. Clarimar. & Cl. vall. &c. Henr. &c.

In Lombardia B. Bertrami Monachi B. Mariæ de Carixto. Is nobilis genere, sed moribus & sanctitate nobilior, in initio Conversionis suæ, obfrugalem maximè mensam & Regularem, variè tentatus, tandem victor evasit, tantumque deinceps Abbatem importunus. Deiparam Virginem miro affectu coluit, usque adeo ejus honore & gloria delectatus, ut non sine magno cruciatu audiret, si quis de corporali ejusdem in cælum assumptione vel in minimo dubitaret. Vnde raptus aliquando ab Angelo, non in visione, sed realiter, templum intravit, in quo Deiparam, Patriarcharum, Apostolorum, ac aliorum cælestis patriæ civium cuneis circumstipatam vidit, à qua humaniter exceptus audivit: *Scias pro certo, Bertrame, me in utraque substantia, id est, corpore & anima glorificatam, & die quadragesimo à mortuis suscitaram.* Alias ab Angelo in Paradysum deductus, Enoch & Eliam conspexit, qui in manibus librum maximū, in quo aureis characteribus Electorum nomina erant exarata tenebant: eique nomen suum fuit ostensum & dictum: *Nunquam delebitur nomen tuum de libro hoc.* Mirabili item visione Deipara Sanctissimæ Reformationis nostræ Cisterciensis, inter reliquas sacras familias præstantiam ostendit. Qui tandem multis revelationibus & sanctis operibus illustris migravit ad Christū. *Rob. Rusca, Cas. Mont. Manr. Hen. alijs, plures &c.*

Blanciaci depositio S. Berthæ Abbatis. Hæc Illustrissimo orta genere, à Sifrido Principe Clodovei Regis Consanguineo ducta, quinque eidem filias, Gertrudè, Deotilam, Gesam, Gestam, & Eñam peperit. Mortuo marito S. Rictrudem convenit (erant n. duorū fratrum viduæ) conjunctisque jejuniis precibus, sollicitè Dominū exoravit, ut ad famulatum suum oportuno loco strui Cænobium approbaret. Tertia jejunii nocte Blanciicum oppidum super Thenam fluvium ipsi ab Angelo designatum; ubi constructo Virginum Monasterio (quod dein viris cessit), iaculū ejuravit, secumque una Gertrudem & Deotilam filias Deo obtulit. Dignum æternitate factum dictumque illud præ-

marris;

B. Bertramus Mon.

Conversus nobilis.

Deipara cultor sing.

Deipara apparet.

Ad Paradysum deducitur.

Nomen ejus in libro vitæ.

S. Bertha Abb.

Filia ejus.

Fit Monialis.

Memorabile factum.

Ecce Heroi-
nam.

B. Elisabeth
Abbat. Bol-
dronens.

S. V. Vilhel-
mus Abb.

Illustrissimus
genus.

Postulatur
Abbas.

Meritum
ingens.

Concurfus
ad ipsum.

Consiliarius
Principum.

S. Anselmus
quanti ipsum
faciat.

mattis: cum Ruodgarius inter Principes Regni spectatissimus Gertrudem filiam Deo jam dicatam, ferventius conjugem exambiret: eam siquidem Bertha coram toto cætu ad cornu altaris applicans, patefactis ostiis Ruodgarium sic est alloquuta: *Ecce sponsa Christi adest, à venerabilibus Episcopis velata, atq; ad istud altare Deo donata: si audes Domino auferre, aufer. Nos etiam muliebris conditionis, virili manu tibi repugnare non valeamus. Defensor noster DEVS nos non derelinquet.* Quibus auditis timore ille & irâ repletus abcessit; & licet multa apud Regem contra Bertham moliretur, protegente tamen Religiosâ matrem Numine nil effecit. Claruit insigni miraculorum gloria, eorum ostensione usq; hodie celebrata. *Molan. Menard. Arn. Duac.* In Italia B. Elisabethæ Abbatissæ. Hæc

TERTIO NONAS JULII.

V. Julij.

D.

IN Monasterio Sancti Aurelii Hirsaugiensi, natalis Sancti Wilhelmi Abbatis, virtutibus & meritis celeberrimi. Wilhelmus Illustrissimo Bojorum Ducum natus sanguine, Germaniam, imo terrarum orbem univertsum, sanctitatis admirabili splendore mirificè illustravit. Monachū primo, in spectatissimo illo Sancti Emmerammi Ratisponensi Cænobio professus, ob eximiam vitæ integritatem & sapientiæ laudem, Abbas Hirsaugiensis in Wirttembergia Cænobii postulatus, locum illū adeo feliciter restituit atque excoluit, ut stupente ad unius Monasterii dignitatē ac celebritatem Septentrione universo, Ecclesiæ Præfulum, virorum sanctitate atque eruditione præstantissimorū, Promptuarium & emporium Hirsaugia suspiceretur; tanto hominum, & quidem potentissimorum Germaniæ procerum, cucullum ibidem exambientium concursū, ut Cænobium ipsos minimè caperet, & Wilhelmus novū aliud, propinqua areâ, longe amplius moliri & struere cogeretur. Wilhelmum maximi quiq; Principes tantifecerunt, ut velut cælo lapsum intuerentur, ejusq; duci ac gubernari arbitrio in sumis votis haberent, & enixissimè peterent; quem & magnus ille Cantuariensis Pontifex, Angliæ Primas & Doctor Ecclesiæ Anselmus, tantis itinerū difficultatibus, ut intueretur, quærere, ipsiusque familiaritatem assiduo litterarum commercio fovere, & consilium in rebus arduis ab eo exquirere, minime indi-

illustri admodū nata genere, familia Salviata, servitium Christi omnibus pompis & deliciis prætulit, & lacræ Congregationi nostræ Camaldulensi accensa, Boldronensis postea Cænobii Abbatissa esse meruit. Cum aliquando exhaustis omnibus nihil superesset quod fororibus in mensa apponeret, effusa in preces, opem illico meruit, cum duo, quos nemo noverat, nec verbo unde & quidnam efferrent ipsi prodebāt, quatuor mulis panem, vinum, oleum & granum, exonerarent, moxque inde se proriperent, Elisabetham Philippa de Bibliena procul posita, vidit inter duos Angelos, lucerna ardente manibus prælata cælum conscendere, & exclamans totam concurrentem familiam edocuit, compertumq; postea eadem hora vita excessisse. *Ex monim. Camald.*

Ad calum de-
ducitur.

Scaphusanū
Cænobium
reformat.

Novum in-
stitutum in-
ter seculares
religiosum.

Schola Mo-
nachorum.

Restitutor
litterarum S.
V. Vilh.

gnum tantæ existimationis suæ & ingenii sublimitate duceret. Postulatus item SS. Apostolorum celeberrimi in Vrbe Scaphusana Monasterii Abbas, illud insigniter juvit, & primævum Sanctissimi Ordinis fervorem per Germaniam resuscitans, non de Ordine solum universo benè meruit, sed & de sæculi filius, quos tanto Religionis studio succendit, ut ingens passim hominum multitudo, conjugii vinculis, sive aliis impedimētis, à vitæ Monachicæ professione impedita, instituto Wilhelmi, vitam certis legibus Religiosorum proximā, in sæculo susciperent, & abdicata rerum proprietate, sub obedientia Monachorum viverent, incredibili animorum fructu, in exteros etiā latissimè dimanante. Reduxit idem Wilhelmus, inveteratum liberalium artium in Germania amorē, & Scholis publicis institutis, admirandos in omni scientiarū genere suo ex Cænobio Magistros, Theologiæ, Philosophiæ, Matheseos &c. pfectores diversissimis provinciis comunicavit, ut Hirsaugiensium in hodiernam usq; diem, celeberrima toto orbe merita, nulla satis posteritas, sit deprædicatura; Wilhelmi in primis, quem haud imèrito *litterarum* per Germanias veneremur *Restitutorem*. Et vero licet ad ipsum tanquam Oraculum Delphicum, undique concurreretur, adeo tamen humiliter ipse de se sensit, ut abjectissimi cujusvis & simplicis hominis consilium maximi faceret, & ab omni homine admonitionis & correptionis verba

Alter in pau-
peres Marti-
nus.

Commiseratio
ejus in
ipsas & be-
stias.

Hospitalita-
tem præcipue
colit.

70. simul
Religiosos
suscipit.

Hospitali-
tatis veræ ex-
empla.

Provisio
miraculosa.

verba tanquam è cælo venientia suscipere. Fuit admirabili in omnes, maximè autem pauperes charitate; quorum duos aliquando confimili profusus, quo Sanctus Martinus exemplo, Sago, quo equitans utebatur diviso, contra frigoris inclementiam protexit & vestiit. Nec ad homines solum ejus se comiseratio, sed ad ipsa etiam bruta animalia, extendit, cujus illustre illud argumentum fuit, cum ex nimietate nivium & frigoris aviculis alimenta deesse animadverteret; accito siquidem Præposito querula voce: *Volatilia*, inquit, *frigore & fame percunt, sume manipulos avenæ, & desige circa sepes, ut inveniant, quo pascantur.* Cum autem Præpositus defecisse manipulos avenæ diceret; *Habesne*, inquit vir Sanctus, *stingineos manipulos seu triticeos?* quo annuente: *ergo*, ait, *illos vende, & eme avenarios.* Ita mox factum, dumque craftina Præpositus ipse cum socio opus aggredi pararent, *gratia Domini benignitatem servi sui remunerante*, alperitas remisit, & aviculis unde viverent, emergens è nivibus solum sui copiam denuo fecit. Infirmos & mortuos, mira diligentia curavit. Hospitalitatem antem, ut Ordini nostro propriam, sanctissimè coluit, & neminem profusus excludens, eandem suprema ante mortem exhortatione suis singulariter *cum omni sollicitudine impendendam commendavit.* Ad ipsum aliquando, cum simul semelque septuaginta Monachi Hasungensis Cænobii, ab Archiepiscopo Moguntino exagitati profugerent, & eo ac sequenti anno ingens annonæ caritas esset, non tantum non gratulabundus & Deo gratias agens, eos suscepit, verum etiam solitam panis mensuram augeri voluit, imo, ut suo more quietius illi viverent, & suo viventes arbitrato, minus erubescerent, Monasterium & Prioratum Sancti Gregorii Reichenbach eis cum omnibus eo pertinentibus liberè concessit, & quanto tempore illic comorari vellent, amantissimè obtulit. Honoravit ipsum Deus insigni miraculorum gloria, quæ tamen ipse occultare pro virili satagebat, & comuni potius Fratrum orationi assignabat. Ea inter, cum homines in amentia prolapsos plurimos, eorum sortem miseratus, suscepisset, rariore in hoc genere prodigio, hospites & sanos remisit. Pecuniarum defectū aliquando mirè supplevit, & anxios super indigentia Fratres corripens, post suas ad Deum preces, cum ignotus quidam

homo occurrens, ipsam pro qua anxii erant summam offerret: *En*, inquit, *adest pecunia, pro qua pusillanimes facti estis. Discite nil ergo jam ulterius de multiplici bonitate Dei omnipotentis desperare.* Alias panes prodigosè multiplicari sola in fractione eorumdem meruit, cum in agro prandiū sumpturis plurimi hospites occurrerent. Dolium vini, cum plaustro in foveam cadens atque effusum, plenissimum reperitum est, cum ad Cænobium deferretur. Frumento item in pauperes pene omnino erogato, cum eo mitteret ut quantum superesset inspicerent, prodigiola abundantia mirè frumentum superavit. Claudio ad pontem obvio, sanitatem mirè restituit, cum scipionem cui nitebatur, quasi per jocum abripiens, ab eo digressus, ut ad se occurreret, hilari ore imperaret. Dubitavit primum æger, nec aulus est, donec Wilhelmus: *certe*, inquit ego, *hinc non recedam donec venias ad me*, cum occurrere aggressus, nihil porro impedimenti & incolumem se sentiens, gratias Abbati sancto amplissimas reddidit. Sic & multa alia prodigosè patravit; ut de iis nihil dicamus quæ in animos ipsos potuit, cum nemo ab ipso nisi mirè recreatus discederet. Deiparam impensissimo studio ferventissimè coluit, cujus aliquando ope, desperatus à medicis, cum Romæ ageret mirè convaluit, in cujus etiam facello cū supremum decumberet, postquam eo deportatus sacris intertuisset Mysteriis, sacro inungi oleo voluit, & postridie carnis solutus ergastulo collachrumantibus universis, cælum conscendit, ætatis anno 65. dignitatis altero & vicesimo, cujus funeri Pontifices duo, & quinque Abbates adfuere. Quinque illi diebus parentatum est, & tumultus in templi novi medio positus, hæc cum inscriptione:

Anno milleno nonageno primo, quarto Nonas Iulii obiit Venerabilis Pater & Dominus D. Wilhelmus Abbas & Fundator hujus Cænobii Hirsaugiensis.

Adumbravit tam charam tanti Patris effigiem, verborum quo potuit penicillo, discipulorū nonnemo, merito, in omnibus Alemanniæ Cænobiis, suffigendam: Erat vero, inquit, vir per omnia dignus honore, cujus etiam dispositio corporis, quendam reverentiæ cultum ab intuentibus exigebat. Statura siquidē procerus, in anteriori capitis parte calvus, pilos in reliquo raros habebat, faciem cærulei mixti albedine coloris, pulchrâ aliquantulūq; pro-

Rr 3 ductam

Panes mul-
tiplicantur.

Aliud mira-
culum.

Claudum
quasi luden-
do sanat.

Deipara cul-
tor.

Moritur A. C.
1091.

Epitaphium.

Effigies ejus
adumbrata.

ductam, manuumque digitos pulchra longitudine subtiles, ac totum corpus debita proportione ad virtutem fuerat ordinatum. Vox illi grandis atque virilis erat, qualis cum naturali quodam ornatu verborum, optimum quemque oratorem facere consuevit, &c. Ceterum attenuato jejuniis atque vigiliis corpore, oculis non nihil adfectis fuisse videretur, cum compunctionis, ut vocamus fervore, & lachrymarum perpetuo defluxu, metus esset, ne oculis caperetur. Fuit subtilis admodum ingenii, magni cum in reliquis artibus, tum sacrarum cognitione usus, Philosophiæ, ut Astronomiæ & Arithmeticæ, ac Medicinæ quoque doctus, tantus per omnia, ut velut magnum illud cæli luminare, fulgore suo, orbem terrarum illustraret universum; haud immerito, præcipuum suæ ætatis decus, & ob insignia merita *Pater patriæ* appellandus. *Ex Annal. nosl. German. Aquila Bened. Annal. & Chrono. Hirsaug. MSS. diversis Hirsaug. & nostr. Monaster. Carolo Steng. &c.*

In Anglia, depositio Sanctæ Moduvennæ Abbatis, multarum Sanctarum Virginum Magistræ. Moduvenna egregium Angliæ & Hiberniæ decus, ob insignem vitæ sanctimoniam, Regibus ipsis & admirationi & venerationi fuit. Ad eam Ethelwoldus Rex filium Alfredum periculosissimè ægrotantem ac jam desperatum curationis gratia, in Hiberniam usque misisse celebratur; cujus deinceps ope Pollisworthente ad sylvam Ardeniam, aliud item prope Streneshallium Cænobia condidit, atque in iisdem lectissimum Christi sponiarum numerum congregavit. Fuisse alias inter discipulas spectatissimæ, Sanctæ Athea & Ositha, quarum posteriorem, Redualdi Regis filiam, Alfredi sororem Ardennensis Cænobii Abbatis constituit. Ipsa denique heroico animo mulier, solum eremi pugnam intrepide aggressa, in sylvâ Andrefia, haud procul à Burtonia magno in vitæ rigore Domino militavit, & agone gloriosissimè consummato ad bravium æternæ felicitatis pertingere meruit, cujus sacrum corpus inde ad Burthonense Cænobium translatum est. *Nicolaus Harpsfeld. Hugo Menard. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Villarii in Brabantia depositio Beati Everhardi Conversi, eximie sanctitatis viri, qui quod oris sui esset vigilantissimus custos, vulgo Taciturnus sive Silentarius audiebat. Memorabile silentii exemplum

illud quod Raiffius commemorat. Semel cum militi cuidam, inquit, requirenti viam designasset, ad alias plurimas ejus interrogationes siluit: sic, ut nec precibus, nec verbis verbum ullum miles extorquere potuerit. Qui ira percitus ei alapam impexit. At ille Divinæ præceptionis memor, genibus ejus advolvitur, genam alteram obvertit, & pro Christi amore, secundam plagam, etiam cum prece expectavit. Milite vero indignabundo, & equum conscendente, festinavit actutum manus freno & sella imponere, ut ad lencuro famulatum præberet. Qui cum eximiam ejus animi patientiam perpenderit, multis lachrymis offensæ veniam postulavit, ac non multo post domui suæ disponens, ibidem sacrum Religionis habitum suscepit. Cum vero Everhardus in villa Heyveleer moraretur, militis cujusdam pecora frumentum Fratrum devastabant; semel (superioris sui mandato,) cum in flagranti delicto pecora illa reperisset: *Cur, inquit, vos bestia, creatura Dei, pabula servorum Dei consumitis? In verbo Dei precipio, ne deinceps frumentum nostrum devastetis.* Mirum dictu! Ecce pulli illi equini lascivi & effrenes statim ad vocem jubentis exierunt, nec unquam redierunt. Sic Frater Everhardus in via obedientiæ ambulans, & Regularis subjectionis jugum perfecte adimplens, in creaturarum obedientia honorari meruit. Et non multo post ad Deum migravit. *Ita Raiffius, ex MS. Chron. Villar. Henric. &c.*

In Monasterio Corbecensi Beati Fulberti pueri Novitii, qui à consodale suo tabula in capite lethaliter percussus, admirabili charitate & patientia Tyrociniū suum absolvens Deo se probavit; cujus gloria, ipsa transitus hora lectissimo, ejus Magistro Sancto Ansgario, magno illi deinceps Septentrionis Apostolo, demonstrata est, cum super innocentis pueri, tam imatura morte, & casu maxime tam fædo inter discipulos suos haud leviter contristaretur. Vidit enim in cælesti Regno Fulbertulum suum in mansionem purpuream splendidissimam introduci, audivitque pro patientia & in percussorem charitate, meruisse puerum Martyrum choris sociari. Occurrente proin summa in celeritate quodam, qui mortem pueri nunciaret; ipse jam novisse se, & gloriam Martyris spectasse affirmavit. *Ex Vita S. Ansharii penes me MS. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Camera B. MARIE prope Bruxelas,

las, Beatæ Marthæ Virginis ejusdem loci sanctimonialis, quæ postquam diu Sanctæ Aleydi leprosa mira humilitate & charitate ministrasset, sicut laborum ejus & miseriarum, in hoc exilio fuit particeps, sic cælesti gloria in æterna patria donata, simul cum eâ in perpetuas æternitates requiescit; quam ejus felicitatem eadem Beatissima Aleydis ante ejus transitum

prævidens, ita ipsam exhortata est: Soror, esto robusta, & in bono persevera, quia Dominum oravi pro te, & exaudivit me: sedes enim tua à sæculo & in sæculum est parata, & in libro viventium notata es cum electis. *Ex Vita B. Aleydis, Ioan. Gillem. Menol. Cisterc. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

PRIDIE NONAS IVLII.

VI. Julij.

S. GOAR.

IN pago Treverensi Sancti Goaris Presbyteri & Confessoris. S. Goar, Monachus Trigorienfis, Monachicæ perfectionis perfectissimum speculum fuit. Præter autem admirabilis sanctitatis illustrissimum titulum, meritis insuper gravissimis, sanctæ Matri Ecclesiæ, & cælo se commendans, propagandæ fidei zelo incensissimus, maximis laboribus eo in opere strenuè desudavit, & Tertii, post Sanctos Mañertum & Eucharium, primorum Christi Apostolorum discipulos, Treverorum & finitimarum gentium Apostoli nomen meruit, plurimosque ibidem cum prædicatione & miraculorum stupenda gratia, tum maxime sanctissimo vitæ exemplo, Christo lucratus est. Invidentium scelere apud Treverensem Pontificem Rusticum eo nomine Secundum delatus, cum evocatus se sisteret, admirando & spectatissimo prodigio, solari radio, per rimam in Pontificis conclave se immitenti, cucillum appendit, quod pro vecte seu pertica aspexisset. Iactantiæ & præstigiis magicis Episcopus id tribuit, quod planè ignorans fecerat prodigiosè vir sanctus. Tentanda alio prodigio Goaris sanctitas videbatur, neque impunè: quippe illato in medium, trium dierum infante expositio, coactus vir Domini cujus esset enunciare, multum reluctans, paruit tandem, & infanti, ut rem ediceret, impetravit. Stupenda res! Infans protensa quam primum manu Episcopum ipsum designans, illum patrem esse suum, Flaviam vero matrem appellari, verbis discretissimis pronunciavit. Delatum dein, acclamante mox populo & clero universo Archipræsulatus honorem, multo majore respuit gloria, quam quisquam gefisset, eo ipso magis commendandus, quod cum importunè nimis ad suscipiendum honorem illum cogeretur, flexo precibus in voluntatem eandem Numine, diuturniorem sibi imitti morbum impetravit,

Invidentium celere appetitur.

Stupenda res!

Archiepiscopatum recuperat.

Morbum impetrat.

quo constaret omnibus, ipsa nimietate ægritudinis Episcopatus functioni impari se esse; septenniumque totum salubriter afflictus, pessimè de se merito Pontifice, ne deiceretur impetravit, auctorque vitæ deinceps corrigendæ fuit, adeo felici successu, ut magnus deinceps & ipse sanctitate evaderet. Fuit præter cæteras virtutes Goar, ab eximia in Hospites liberalitate præcipuè commendatus, quam sibi imprimis charam hominis benignitatem non uno argumento Numen demonstravit. Claruit in vita & post mortem magna miraculorum gloria superstes etiamnum A.C. 590. *Vandelbert. Prumiensis, Vincent. Belluac. Aub. Miraus, Ioan. Molan. Manrolycus, Aquila nostra Imper. Bened. Annal. Germ. & Bened. &c.*

Romæ, Sancti Stephani eo nomine V. S. Stephanus Protomartyris Stephani, ut nomine & virtute, sic hostium maxime dilectione æmuli. De quo nos alias.

In Anglia depositio Sanctæ Sexburgæ Reginæ & Abbatis Elingensis, sororis Sanctæ Ediltridis Reginæ, sanctitate & miraculis claræ. Sexburga Annæ Orientalium Anglorum Regis filia Earcomberto felicissimo & piissimo Cantia Regi nupta, marito optimo, ad optima quævis Magistra ac socia, alia inter, ut is toto denique Regno Idololatriam prorsus ex-terminaret, & præter alias pulcherrimas constitutiones, sacratissimum in primis quadraginta dierum jejunium, sub gravissimis etiam multis, in morem induceret, suasit & effecit. Ipsa autem maritum officiosissimè, tanquam Sara Abraham, Rebecca Isaac, Rachel Jacob coluit, & in legitimo matrimonio modum quærens, Regum Regi, velut libera servit, & matronis omnibus atque Reginis se speculum admirabile & exemplar exhibuit. Divitiis non tam servit, quam eas sibi ad pios usus fervire fecit. Aulæ deliciis nunquam fracta, in iis abstinentissimam se

E.

Hospitalitas ejus.

Claruit 590

S. Sexburgæ Regina.

Marito causa insignium meritum.

Ejus mores & studia.

præbuit tantum ab omni fastu & superbia mentis aliena, ut quo altius ad mundi honores conscenderat, eo se moderatius ac semissius gereret. Quam Aulici ut Dominam & Principem, pauperes ut æqualem, imo matrem agnoscebant, qua cum familiariter ac si gregaria esset conversabantur, quos illa adeo liberaliter fovit ac juvit, ut omnes in eos regias opes exhauriret. Rara nihilominus in hominum cætu, in Ecclesia frequens, nullum ad quoscunque homines juvandos officium prætermisit. Marito autem ad meliorem vitam translato Regno ac mundi gloriæ universæ illico renunciavit, ac patria excedens, in Galliam contendit, purpuram cucullo permutavit, & in Brigenfi Cænobio sacrum Regulæ nostræ rigorem amplexa, inde ad Elingense Monasterium in Anglia translata sub regimine sororis suæ Ediltridis, tantâ humilitate & patientia vixit, quanto antea cum honore populis & Regno imperavit; adeo jam se se demittens, ut quæ olim Principibus, hodie abjectissimis ancillis servire summo in pretio haberet. & sponte, ultra quotidiana ac præscripta, nova sibi ipsi accersens ac imponens onera, jugibus fere vigiliis, jejuniis, precationibus nocturnis atque diurnis, aliisque laboribus mirum in modum Regium corpus coerceret, ut si quid forsitan ex prioris vitæ deliciis maculæ infedisset, id novæ vitæ asperitate profus deleteretur. Defunctæ autem sorori sanctissimæ in Abbatiali honore subrogata, non tam ex eo dignitatem quam onus majoresque curas accrevisse arbitrata, ad priores labores multam & ampliorem in rebus omnibus diligentiam adjecit, & seipsam quotidie vincens, quotidianis virtutibus auctor, cum tredecim annis sanctissimè præfuisset, ad coronam & palatia æternitatis beatissimæ evocata migravit A. C. 703. prid. Non. Julii.

corporis exhaustus, efflorescente quam maximè Sanctissima Cisterciensium nostrorum familia, Episcopatu abdicato, Claramvallam se conferens, ibidem S. P. N. BENEDECTI amplexus Regulam, magna cum animi demissione Christi jugo collum subdidit, & sacro vitæ rigori se consecrans, non sine magna sanctitatis opinione ibidem decessit. A. C. 1119. *Philip. Sequin. Hildebert. Ottho Trising. Sigebertus, Claud. Rob. Ioan. Chenu. &c.*

In Bavaria natalis S. Mæthildis Virginis & Abbatissæ. Mæthildis sive Mechtildis, illustri admodum nata genere, Bertholdum patrem Andecensem Comitè Imperatoris Friderici I. Cognatum, Sophiam Matrem VVolfratshusiam Comitissam habuit. Quinquennis Deo inter sacras Virgines oblata, facta adultior carnis & vini usum à se amandavit. Sanctam Agatham imitata, morbis medicinam nullam unquam adhibuit. Obedientiam juxta præscriptum Sanctissimæ Regulæ nostræ tanta sollicitudine observavit, ut antiquum obediendi miraculum sibi traxerit in usum, & quodlibet opus imperfectum illico relinqueret, ubi primum vocantis vocem, seu jubentis nutum animadverteret: scribere solita & docta, apices inchoatos, sæpius inventa est ad sonum vocantis Magistræ vel campanæ non absoluisse. Abbatissa defuncta, omnium sororum votis suffecta humilitati & paupertati, etiam magis, quam antea, studuit, ita ut vilibus pannis tecta, & modico contenta victu, inter sorores minimè dignosceretur. Oertilstettenensis postea Antistita creata, Cænobium illud insigniter reformavit, & cum ex consuetudine loci, *Domna vocaretur & Abbatissa*, ipsa mutato titulo, Soror Mechtildis, neque alio nomine appellari voluit. Nec defuere eximia sanctitati insignia miracula, quorum perillustre illud maximè memoratur, cum Ratisponæ in causa Monasterii sui apud Fridericum I. Aug. cognatum suum ageret, & ad mensam ejus confidens, nihil cibi præter legumina admitteret & aquam biberet, ter aquam ipsi propinatam spectatissimo prodigio in vinum generosissimum conversam. Memorabile & illud in Virgine: *Nunquam nisi in morte ridere visam esse.* Sed & istud planè, ut rarum, sic admirandum, quod vitæ ejus scriptor his verbis adnotavit: *Vnicum tantum verbum otiosum protulit; nempe tritum illud: calca desuper, cum Sanctimoniali cuidam, id quod gestabat è manibus excidisset. Quam culpam, licet levissimam, multis*

Liberalitas vere regia.

Fit Monialis.

Rigor vitæ.

Fit Abbatissa.

Obiit 703.

B. Guilhelm. Episc.

Condit Monasterium Trium fontium.

Ob. 1119.

S. Mæthildis Abb.

Obedientia absoluta.

Fit Abbatissa.

Humilitas ejus.

Insigne in oculis imp. miraculum.

Res valde miranda.

multis lacrymis & jejniis expiavit. Moritura: supremo illo in conflictu, visibili forma Deipara adfuit, quam ita salutavit: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum,* inque verbis *Benedicta tu &c.* defecit, & risit. Cumque ei sorores ob oculos ponerent Beatissimæ Virginis imaginem, hanc manu avertens, ad longè digniorem, ipsammet quam salutaverat oculos retorfit. Suprema unctione delibuta, *jam cum Angelis victura* (raro miraculo,) *manibus communicavit Angelicis*, & paulo post mortuâ, nullo mortis apparente signo, roseo colore refulsit, & insignibus etiam deinceps miraculis coruscavit; cujus vel soli quidè capilli in aërem sublatis, fulgura & tempestates prodigiôsè avertunt & consopiant. *Ex vita, Engelhardo Abb. Lanchem. auctor. MSS. diversis, Annal. Germ. Hugone Menardo, t. 2. SS. Ord. &c.*

Translatio Sanctæ Guldæ.

Bruxellæ translatio Sanctæ Guldæ illustri.

NONIS IVLII.

VII. Julij.

S. Willibald. Episc.

Regium genus.

Patroni Germaniæ.

Primus Eistettensium Episc.

Quomodo Martyr dicatur.

IN Germania Sancti Willibaldi, primi Eistettensis Episcopi, qui una cum Sancto Bonifacio laborans in Evangelio, multas gentes convertit ad Christum. Willibaldus Richardum Anglorum Regem patrem habuit, eundem non tam Regio genere & splendore spectatum, quam eximia vitæ celebrem sanctitate. Nec minore felicitate fratre & sorore germanis felix, Wunibaldo scilicet & Walpurgæ fuit, quos ob illustria merita & celeberrimam prodigiorum famam, Germania usque hodie inter præcipuos suos Tutelates veneratur. Mater illis Bona seu Wunna fuit, magni Germanorum Apostoli Bonifacii soror germana, cujus tam chari avunculi exemplo incitati, Regni terreni generosissimo fastidio, cucullum amplexi sunt, ipsiq; in Germanias sequuti, fulgidissimis virtutum radiis, amplissimas regiones illustrarunt. Willibaldus ex Monacho Waltheimensi, dein Casinensi primus Eistettensium Pontifex, præclarissimus Germaniæ Apostolus, avunculo sanctissimo egregiam in conversione infidelium operam navavit. Vixit vitam Apostolico dignissimum nomine, præfuitque Ecclesiæ suæ cum multiplici bonorum operum fructu, animorumque lucro, *Confessor* (ut vitæ ejus scriptor habet,) *officio studio & multorum annorum laboribus Martyr.* Cui æternum obligata Germania & omnis posteritas Germanorum, præter

lustrissimæ Virginis. De qua nos fusius die Natali ejusdem.

In Germania, Monasterio Heisterbacensi, Beati Hermanni Monachi. Hermannus Heisterbacensi Monasterio Cantor, vir moribus compositus, & vitæ sanctimonia illustris, raris à DEO gratiis in mortali etiamnum degens corpore, excultus & locupletatus est. Pervenit autem ad tantam spiritus puritatem, ut aliofatum statum, cordium secreta & abditissimas cogitationes penetraret. Frequenter à cælestibus Spiritibus visitabatur, & inter orandum, & p'allendum Divina ipsi Mysteria pandebantur, adeo, ut in terris positus, jam quasi in cælestibus habitaret, & cælitum familiari usuloquio & consortio admirabili sublimium & Divinarum rerum cognitione frueretur. Recitat nonnulla Beatus Cæsarius, ejusdem Cænobii lectissimus Monachus.

B. Hermannus Cantor.

Cogitata in-tuetur.

Divina contemplatur.

F.

innumeros è detestanda scelerum atque Idolomanie voragine vindicatos, debet amplissimæ Basilicæ & potentissimi Episcopatus, sed & pulcherrimæ Urbis Eistettensis initia; ut tanti nominis Pontificem primum, & Apostolum haud immerito cum plurimæ Ecclesiæ, tum Cathedralis in primis Aichstadiana cum universa Dicecesi, præcipuum à Deipara Tutelatem suam sumis honoribus prosequantur. Mortuus est vir sanctissimus post innumeros pro Dei Ecclesia exantlatos labores A. C. 781. admirandis & in vita & post mortem prodigiis à Deo honoratus. *Iac. Gretser. Reginaldus, Henric. Canis. Carolus Steng. Annal. nost. & Aquila, &c.*

Patronus Ecclesiæ suæ &c.

Obiit 781.

In Anglia Sancti Hedde Episcopi Saxonom occidentaliū. Hic Streneshalensis primum Cænobii in Anglia Monachus, Wintoniensis dein, simulq; Dorcestrensis electus Episcopus, Ecclesiā suam verbo & exemplo strenuè gubernavit, eamque mirā sanctitatis fama & gloria exornavit. Tanta miraculorum gratia à morte coruscans, ut pulverem etiam solū eo loco quo conditus fuerat, ejus provincie incolæ, religiosissimè venerati, cum inde ablatū, in aquas mittere solerent, & ægrotantibus propinare, quo hausto plurimi restituta prodigiôsè valetudine & viribus, lætabundi Deum in Sancto suo glorificaverunt. Fuit & illud perinsigne Hedde nostri meritum, quo amplissimum sibi Re-

S. Hedda Episc.

Solutus sepulchri ejus pulveri quanti fieret.

Legum conditor.

bi Regnum perpetuo obstrinxit, cum Ine sanctissimo Regi ad optima quæq; auctor, alia inter, in Religiosissimis & utilissimis Regno legibus condendis ipsum juvit, quod ipse Inas, ut majorem ab tanti Episcopi sanctitate auctoritate eisdem conciliaret expressè fatetur. Obiit lectissimus Pontifex A. Ch. 705. five ut nonnulli volunt 704. Ex Ven. Beda, Nicolao Harpsfeld. & aliis rer. Britann. scrip. t. 2. SS. &c.

S. Edilburgis V. & Abb.

Ibidem Sanctæ Edilburgis Virginis Anglorum Regis filia, & Abbatissæ Brigenlis. Edilburgis five Iterelburga, Annæ Orientalium Anglorum Regis filia, cum ad eam ætatem adolevisset, ut jam posset de constituendo vitæ genere maturius deliberare, momentaneis hujus vitæ voluptatibus & honoribus, falsoque generis & divitiarum splendore non est fascinata. Annis proin tenera atque infirma, sani tamen constantisque iudicii magnâ ostendit firmitatem. Nam minimè desiderans potenti cuiquam Regi elocari, sponsum sibi Christum prudenter elegit. Atque ut voto suo expeditius satisfaceret, multa que in patria impedimenta removeret, in Franciam ad Brigense Virginum Monasterium profecta est. Eo in Monasterio virtutis suæ æmulam Sedridonensem habuit novercæ filiam. Ipsa autem tam exactam virtutis ac Monasticæ perfectionis curam gessit, ut cum postea Monasterium præside destitueretur, illam potissimum licet exoticam & peregrinâ, pie societas substitueret. Cæterum qualis in vita fuerit, ut cætera omittamus, De ipse post ejus obitum aperire dignatus est. Cum enim post septenniû quam obiisset, apertus esset ejus tumulus, ut corpus alio transferretur; ecce tibi, integrum atque incorruptum omnino apparuit, ac si pridie fuisset illatum. Quare denuo totum, & novis vestibus ornatû, honorata pompa alibi deponitur, & in Sancti Stephani Basilicam transfertur: *cujus*, inquit Beda Ven. Natalis ibi solet in magna gloria celebrari, die Nonarum Iuliarum. Claruit An. Ch. 640. Baron. Beda, Trithem. Vincent. Beluac. Nicolao Harpsfeld. &c.

Contemptus Regii splendoris.

Patriam deserit.

Fit Monialis

Abbatissa.

Incorrupta à morte.

Clar. 640.

S. Erancogotha V. Abb.

Regia Virgo.

gnamiraculorum usque hodie narrari. De illustre elogiis. imminente sibi felici transitu à cælitibus edocta: albatorum splendidam turbam cum intueretur, quid sibi vellent? sciscitata: *Vt aureum*, inquit, *illud numisma, quod eò de Cantua venerat secum assumerent.* Intellexit illico Virgo Sanctissima, thesauris cælestibus se inferendam, ac proin infirmiorum (uti Deo chariorum & propiorum,) circumiens cellulas, & teniorum ac perfectiorum inprimis, magna sollicitudine exambiens preces, transitum suû iisdem humillimè comendabat. Auditi sub mortem suavissimi plallentium Angelorum concentus, & vila miri & eximii splendoris lux cælo descendere, quæ purissimum ejus animum, corporis solum carceribus, ad palatia Regis æterni deduceret. Sed & alia eo ipso tempore, eodem in Cænobio Divina ostensa sunt miracula, quibus nimirum Deus Regiæ hujus sponsæ suæ merita comendaret. Sepulta & ipsa, in Sancti Stephani Protomartyris Ecclesia; placuitque post diem tertium, ut lapis, quo monumentum tegebatur amoveretur, & altius in ipso loco deponeretur. Quod dum fieret, tantæ fragrantia suavis ab imis ebullit, ut cunctis qui adstant Fratribus & Sororibus, quasi opobalsami Cellaria quædam aperta esset, videretur. Claruit Virgo sanctissima sub A. C. 680. Ven. Beda, Matth. Westmonast. Edward. Mayhevo, Nicolaus Harpsfeldius, Ioan. Trithem. t. 2. SS. Ord.

In Monasterio Claravallensi Beati Roberti Conversi, Sanctissimi & Melliflui Doctoris nostri Bernardi discipuli, qui humilitatis, obedientiæ & charitatis exempla admiranda relinquens, exultans & laudans, recta in cælum conscendit. Exercuit Humilitatis ejus perfectissimam cæteroquin virtutem, in jam moribundo discipulo, felicissimus Magister, & cû stupore intuitus est, quod pro multorum ædificatione totum exscribimus; Cum enim eger beatissimus, quo erat animi candore, spem facienti de vita æterna Bernardo, plenus sanctæ confidentiæ responderet: Quidni, pergam ad Dominum & Creatorem meum? Vere confido, & quantum de misericordia Domini mei Iesu Christi præsumere audeo, certus sum, quia cito visurus sum bona Domini in terra viventium. Corripuit tanquam temere loquentem sanctum discipulum Sanctus magister, & severo vultu: Signacor tuum Frater, signa cor tuum. Quid est quod loquutus es? Vnde tibi tanta præsumptio,

Humilitas ejus.

Mores gloriosa.

Miracula.

Mira fragrantia.

Clar. 680.

B. Robertus

Humilitas ejus.

Corripitur à S. Bern.

Memorable responsum.

Obedientia Virtus.

O magistrum insipientia nostra humilem mersum.

Magnates!

Responso S. Bernardi.

sumptio, cum sis pauperculus & miserabilis. (Ecce memorabilem ad animi demissionem concitandam, stimulum!) Quem nos derelictum à sæculo, & necessitate coactum potius, quam Dei amore conversum, misericorditer suscepimus, & tot nobilibus & doctis viris æqualem habitu & victu fecimus. Et jam non sufficit ingratitude tuæ, tot beneficia de manu Domini, absque ullis meritis recepisse, quin etiam & Regnum ejus jure quasi hereditario tibi vendicare velis? Ad quæ placido & tranquillo vultu exercitissimus humilitate & obedientia Robertus: Vera sunt omnia, inquit, Pater charissime, quæ dixisti; verumtamen verum est etiam, quod nobis sæpè inculcare solebas, Regnum scilicet Dei, non sanguinis nobilitate, non terrenis divitiis, sed sola obedientiæ virtute acquiri posse. Hanc ergo unicam sententiam, hoc verbum abbreviatum à Domino, sedula cogitatione apud me servavi, ponens illud quasi signaculum super cor meum assidue meditando; & super brachium meum, sollicitè operando. Quærite si placet, ab omnibus, quibus me obsequi ac servire iussistis, si cuiquam illorum aliquando inobediens fui, si de Fratribus nostris quempiam, verbo, aut signo, vel quolibet alio modo, quantum in me fuit, contristavi? Quod si operam dedi, omnibus in Christo obedire, omnibus servire, cunctosque per Dei gratiam diligere; quis prohibere me potest, ut de misericordia ipsius non confidam. Nec potuit porro Bernardus, quin simulatam severitatem, mira mutatione sermonis verteret: Verè beatus es, inquit, fili charissime, quia caro & sanguis non revelavit tibi sapientiam hanc, sed Pater cælestis ipse te docuit; ipse posuit animam tuam ad vitam, rectissimoque tramite perduxit ad patriam. Iam ergo securus ingredi, quoniam patefacta est tibi janua vitæ. Defunctum proin dignissi-

mis laudibus celebransidem Magnus Encomiastes, *magis congratulabatur ei*, super obedientiæ virtute, & super ipsius animi puritate, quam si vidisset eum signis & prodigiis coruscantem, omnibus suis absolutissimæ obedientiæ exemplar Robertum, æterno cum nominis ejusdem monimento proponens. *Lib. Exordii Cisterc. Ang. Mauriq. Bernard. Brito, Henriq. t. 1. SS. Ord. &c.*

Dignus Encomiastes.

Translatio S. Thomæ.

1220.

Item S. Begga

S. Florentius Turca.

Mire convertitur.

Fit Monachi.

In Anglia translatio corporis S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis & Martyris, facta à Stephano ejusdem sedis Pontifice Ann. Christi, 1220. cum creberrimis miraculis sanctitatem Martyris sui Deus comprobaret. Fuitque sacrum ejus corpus, in capta auro & gemis excellentissima collocatum. *Robert. Antiodor. Matth. Paris, &c.*

Andennæ translatio Sanctæ Beggæ illustriissimæ Viduæ & sanctimonialis, de qua nos fusius alias die ejus Natali.

In Ducatu Luxemburgensi memoria S. Florentii pij Fratris Florentii Conversi Aureæ Vallis. Is Turca natione, testâ Mahometanus, singulari Numinis gratia ad Fidem vocatus, cum infidelium exercitu in Vngaria profligato, à Christianis captus esset, à Sanctis Nicolao Claudio Episcopis, qui ei vigilanti visibiles apparuerant, conversus, à Beatæ memoriæ Bernardo de Montgayllard, sacris Baptismatis undis ablutus est, & pie instructus, cum sacrum Religionis habitum ferventissimè expeteret, eundem in Valle-aurea meruit, & Conversorum ordini adlectus, admirabili innocentissimæ vitæ exemplo mirè se omnibus probavit, & post multa sanctitatis opera, cum sæculum nostrum plurimum exornasset, migravit ad Christum, cujus res gestas, paulo post in lucem prodituras avidissimè expectamus. *Menolog. Cisterc. Chrysoptom. Henriq. tom. 2. SS. Ord. &c.*

OCTAVO IDVS IVLII.

VIII. Julij.

G.

S. Chilianus Episc. Mart.

Herbipoli in Germania Sancti Chilianus Episcopi, qui à Romano Pontifice, ad prædicandum Evangelium missus, cû multos ad Christum perduxisset, una cum sociis Colomanno Presbytero & Totnanno Diacono trucidatus est. Chilianus, nobili apud Hibernos genere ortus, juvenili ætate cucillum induit; ob insignem postea vitæ perfectionem Abba-

tis honore decoratus, tantique factus, ut vanæ gloriæ metu, haud sine Numine fugam arriperet, & in Germaniam salutis multorum delatus, in Franconia incognitus aliquamdiu delitesceret. Miseratus errores gentis, Romam profectus, ut licentiam prædicandi Evangelii peteret, à Conone Papa Episcopus ordinatus, Pontificatum ejusdem Apostolicis mox fructibus

In Germania venit.

Episcopus ordinatur.

etibus insigniter nobilitavit; reverſusque in Franconiam, ſucceſſu feliciffimo prædicationem aggreſſus, Goſbertum non multo poſt, ipſum gentis Principem, cum provincia ſua ad Chriſtiana ſacra pellexit, permovitque, & ſacris undis expiavit. Sed cum illicitum ejusdem cum Geila matrimonium agnoſcens, graviter reprehenderet, ipſumque ad eam dimittendam jam perſuaſiſſet, Geila per abſentiã Principis, conductis clam ſatellitibus, virum ſanctiffimum cum ſociis orationi intentum, & necis ſuæ cælitus præſcium interim juſſit, & mentita viri ſancti peregrinatione, eo loco, ubi occiſus fuerat, equile conſtruxit, quem ne contaminaret equi, velut ſenſu humano præditi, nec urinam, nec ſtercus, eo in ſtabulo unquam reddere; prodente etiam apertius tantum quamprimum ſcelus Numine, Geila nimirum à dæmone arrepta, & miſerabiliter jugulata, iis omnibus, qui manus ſanguine tam ſacro nefariè tinxerant, & cauſa necis erant, inter impietatis & blaſphemiæ verba, metuenda morte abreptis, & ad æternam præcipitatis. Fundatus in Apoſtoli tanti ſudoribus, & glorioſiſſimo ſanguine, celeberrimus poſtea Epiſcopatus, & ager Franconiæ univerſæ factus irriguus, Chiliano ſumma cum Ordinis noſtri gloria, *Principis Patroni* titulo à Franconibus ſalutato, apud quos, ſi uſpiam alias accepti beneficii grata & æterna ad hanc uſque diem memoria perſeverat, dum in Scotos & Hibernos Monachos noſtros, certa & jugi beneficentia ſe obligantes, in iisdem Chilianis Tutelaribus ſui merita remunerari etiam hodie nunquam prætermittunt. Ita Religioſiſſimæ mem. Dom. Robertus Forbeis, Regii generis & virtutis Abbas Sancti Jacobi Herbipol. qui multa nobis familiariffimè ſuggeſſit & comunicavit. *Baron. Iepes, Annal. noſt. German. & Bened. Aquila &c.*

Eodem die Sanctæ Landradæ Virginis & Abbatiffæ. Habuit Landrada præcipuæ poſt Reges dignitatis parentes & majores, iisque hæres unica tanto chafior fuit, quanto majora prudentiæ virtutiſque in puella indicia elucebant. Iam nubilem cum deſponſare conarentur, tantum aberat, ut puellæ perſuaderent, ut ipſi potentius perſuaſi, continentia vehementiori amore exardeſcerent. Proin liberè jam renuncians ſæculo Landrada, ſacroque rigore corpuſculum excruciat, non dubitavit maximus quibuſque cor-

poris proprii hoſtibus, viris ſanctiffimis & generoſiſſimis paria moliri, & vaſtiſſimã ſola ſolitudinem ingredi, ubi cæleſti prodita lumine, & concentu Angelico, quo ſervebat in DEI param ſingulari amore, propriis ipſa manibus Eccleſiam honori ejusdem moliri cœpit, Cænobiumque condidit, in quo frequentiffimo numero ſacras DEO Virgines & viduas collegit, eaſque mira vitæ ſanctitate inſtituit. Landradam quanti faceret Virginum ſponſus, ipſa inſigni ejusdem munere didicit, cum aperto ſubitum cælo, cæleſtem inter & prodigioſiſſimam lucem Crucem mirifici operis Angelico delatam miniſterio, an delapſam acciperet, iſthac cum commendatione: *Accipe Landrada, hoc ab immortalis ſponſo charitatis pignus: Ipſe tibi Crucis mittit ſponſalia, qui in Cruce moriens reſtauravit omnia.* Moritura, cum Sanctum Lambertum Epiſcopum evocaret, antequam illi occurreret carne ſoluta, eidem glorioſa apparuit, & ut ſe loco illo, quem Crucis cæleſti quodam fulgore ſignatum conſpiceret, ſepeliret juſſit. Sed reclamantibus aliis in Eccleſia condita, poſt triduum, eo quo voluerat loco, reperta eſt, illuc, velut altera Catharina Virgo & Martyr, Angelicis manibus cum ipſo ſarcophago transportata; quam inſignibus ibidem prodigiis DEVS honoravit. *Ex Vita per Theodoricum Abb. & diverſis rer. Belgic. ſcript. t. 2. SS. Ord. & Annal. &c.*

In Anglia, civitate Wintonienſi, Sancti Grimbaldi Abbatis & Monachi. Hic Tornacenſis patria, ex Monacho Sancti Bertini Sithivenſis, Cænobii Novi, quod Rex Eduardus Wintoniæ ſtruxerat, Abbas poſtulat, eidem tanta ſanctitate præfuit, ut ſummis votis ad Principem Angliæ Cathedram, Archiepiſcopatum Cantuarienſem expeteretur. Verum prudens tanti oneris æſtimator, glorioſiſſimo tanti honoris triumpho, eo repudiato longe digniorem ſe ſe oſtendit, & cellulæ ſuæ ac Cænobii contentus quiete, ſanctiffimo, feliciffimè exactæ vitæ, exemplo, omnibus mundi honoribus illuſtrior efulſit; donec ad ſplendorem lucis æternæ, æternum contuendum evocaretur A. C. 903. *Annal. Flandr. Jacob. Meyer. t. 2. Sacro-Sanct. &c.*

Ibidem, depositio Sanctæ Witteburgæ Virginis. Witteburga, alias Vitburga, Annæ Orientalium Anglorum Regis filia, mortuo Rege patre ſorores æmulata, pompis

Ducem ipſum convertit.

Geila impia Principis facinus.

Vir ſanctus perimitur.

Viciſſitur Deus.

Epiſcopatus in ejus ſanguine fundatus.

Patronus Franconia.

Beneficii jugis memoria.

S. Landrada V. Abb.

Deſponſus.

Fit Monialis.

Abbatiffa.

Admirabile pignus.

Angelicis manibus ſacrum ejus corpus transfertur.

S. Grimbalduſ Abbas

Archiepiſcopo poſtulat.

Rejicit.

S. Vitteburga Regiſ filia.

pompis quamprimum ac ſæculo renuncians, ab optima matre ad Elyenſe ducta Cænobium, illic Virginum ſponſo ſe Virginem devovit, cucullum induit, & ſub curâ Sancti Etheldredæ ſororis ſuæ, in omni humilitate & obedientia vitam ſanctiffimam inſtituit. Iude majoris quietis ſtudio, ad villam Derham ſe conferens, conditæ illic Cellulæ (quæ in Cænobium poſtea excrevit,) ſeſe incluſit, & magno rigore tenerrimum corpuſculum duriter maceravit; cui cerva domeſtica, & manui Virginis alueta, lactis quotidie ulum præbuit; quam cum quidam jaculo appetiſſet & exanimat, regio quamprimum morbo captus, miſerimè extabit. Cum autem poſtea Derhamenſe Cænobium Dani evertiſſent, Erithnodus Abbas de ſacro tantæ Principis corpore ſollicitus, illud effodere non prætermiſit, & jam trecentis quinquaginta quatuor annis ab obitu ejus evolutis, incorruptiffimum reperit, ac magna cum fidelium gratulatione, ad Eleyenſe Cænobium tranſtulit. Claruit Witteburga An. Ch. 710. *Guilhelm. Malmesbur. Nicolaus Harpſfeldius, Edovard, Mayhevo, tom. 2. SS. Ord. &c.*

In territorio Pariſienſi, Monafterio Vallium-Cernai, depositio Sancti Theobaldi Abbatis. Theobaldus Baro de Marlij, adoleſcentiam generoſiſſimam militiæ, palæſtris, torneamenti & id genus ludicris dedit, non omiſſo tamen Dei, & DEI paræ cultu, quam frequentiffimè à puero dilexerat. Ad certamen equeſtre aliquando properans, audito ætis campani ad ſacra DEI paræ pulſu, mox eo diverſens, religioſiſſimè interfuit, cum ad finem ſacrorum egredientem Eccleſia, amicorum gratulabunda exciperet cohors, quod armatum, cumque Amicis multoties congreſſum, toties triumphalſe, ejusque triumphos ubique decantari, & audire & vidire ſe teſtarentur. Obſtupefactus miraculo rei, ad Eccleſiam illico revertit, Deumque & Admirabilem Matrem impenſius exorans, ſuum illis gratum haberi obſequium, mundo ſe nuncium remiſſurum vovit, & mox præſtitit: Namque ad Vallem Cernay contendens, cucullum amplexus, complorantes lugubriter ſervulos à ſe remiſit, dolentes plurimum, cum quod tanto Domino orbarentur, tum quod triſte nuncium Dominiæ ejus Matri ferrent, que nullum lachrymis modum deinceps ſtatuere. Novi-

A cerva paſcitur.

Incorruptio diuturna.

Clar. 710.

S. Theobald. Abb.

Deiparæ cultor.

Mira veſt.

Fit Monach.

Humilitas.

tius etiamnum, vitæ rarâ perfectione admirabilis omnibus viſus, cumque rudis litterarum eſſet, mira animi demiffione & patientia linguæ latinæ elementis operam navavit, & addidit. Sanctiſſimæ Regulæ obſervantiſſimus etiam ad amuſſim fuit, neque quidquam Divino operi præpoſuit. Non multo poſt Prior, & mox Abbas eſſe coactus ſumma prudentia & moderatione præfuit. Humilitati eo in honore maximè ſtudit, lampades Eccleſiæ, Dormitorii, & Domus Infirmorum ipſe curavit, puerorum Cænobii in Choro officia ſuo ordine ipſe obiit; latomis ſerviens, ſuis humeris lapides & cæmentum tulit; fratrum calceos unxit; quæ propter in Comitibus Ordinis generalibus objurgatus: quod hæc Abbati non convenirent, cum reſpondiſſet: *Si veſtitu decoro, & inſignis equo uterer, non me argueretis;* querelas facile avertit, & ſilentium impoſuit. Solitudinem in ipſo Cænobio ſtudioſe colebat, in Oratorio ſuo ſe perpetuo includens, ubi & prandiolum ſuum, panem ſecundum cum aqua ſumebat, nunquam niſi urgente majore Cænobii negotio egreſſus, quod ad diſtinctiorem adducens obſervantiam, adeo eo nomine celebre fecit, ut vulgo Carcer Ordinis appellaretur. Beatiffimæ Matris Admirabilis longè amantiſſimus, nomen ejus ubicunque in initio depingendum curavit, idque quoties audiret, in has voces erupit: *Nomen dulce Virginis glorioſa, nomen venerabile, nomen benedictum, nomen ineffabile* (benignè explicès oportet,) *& amabile in æternum.* Transiens coram Ven. altaris Sacramento, hæc dicere ſolitus eſt: *Benedictus Ieſus Chriſtus Dei Filius, qui ſua Nativitate glorificavit ineffabili gloria, glorioſiſſimam Matrem ſuam;* quod revelatione Divina, Deo & B. V. M. plurimum placere hæc verba didiciſſet. Redamavit tenerrime clientem ſuum cæli Imperatrix, eique ſæpius ſacraſſimum ſuum vultum exhibuit. Sed & ipſum SS. Trinitatem (eo modo quo fragilitati humanæ conſeſſum, ſublimes tamen & admirando,) raptus in extaſim, intueri meruit, & tunc, eidem trium puerorum Hymnum: *Benedictus Dominus Deus Patrum noſtrorum, &c.* acceptiſſimè eſſe cognovit, familiariffimum ſibi fecit, & moriens Fratribus patefecit & commendavit. De Regno & Regibus Galliarum æternum meritis, Sancto Ludovico Regi poſteritatem filiorum, à DEO impetravit, à quo tota deinceps ad hæc uſque tempora

Fit Abbas.

Exercitia. humillima.

Inſigne Reſponſum.

Solitudinis ſtudium.

Amor erga Deiparam

Oratio præbatiffima à Numine.

Alia Oratio SS. Trinitati acceptiſſima

pura Regum propago descendit. Pfallmodiæ, ut vocamus, studiosissimus, si ad nocturnam Synaxim somno gravaretur, caput ad subsellia graviter allisit; quæque Divini cultus erant, liberè sine ullo pudore suscepit: Parisiis namque Crucifixi Servatoris, incitram quidem, at magnam statuam emens, suis ipse humeris per frequentissimas plateas ad hospitium deportavit, mirantibus dicens, sibi à Christo revelatū: ei Crucem portandam, qui Christo familiaris esse cuperet. Innumeris, tam vivus quam mortuus coruscavit miraculis; nam & dæmones fugavit, & cæcorum oculos, mutorumque ora aperuit, furdus auditum, claudis gressum, omnis generis infirmis hospitatem reddidit, quin & precibus Cænobio suo fontem impetravit, perpetuo deinceps miraculo fabricitantibus salutarem. Mortuus est A. Ch. 1247. cuius sepulchro, Regina Margarita ejus prodigiola ope, è sterili olim, tam feliciter fœcunda, obvoluta, totam se illi & filios comendavit. Claret in hodiernam usque diem jugi miraculorum gloria, cujus festivitas hac ipsa die solemniter celebratur. *Hugo Menard. Aubert. Miræus, Robert. Rufca, Ang. Manriq. Philipp. Seguin. Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Eodem die Natalis Sancti Disibodi Episcopi, celeberrimi Ordinis nostri per Germaniam propagatoris. De quo nos fusius 29. Septembris Festo ejus Translationis.

In Polonia passio gloriosissimi Christi Martyris & Virginis Benedictæ, quæ Regulam S.P.N. BENEDICTI in Glascoviensi Polonia Cænobio, sub sanctissima Cisterciensium nostrorum Reformatione amplexa, tot virtutibus profecit, ut inter reliquas Virgines Deo dicatas, singulari sanctitatis opinione fulgeret: quæ tandem pro fide immaniter occisa, cum Martyrii palma cælum triumphans conscendit. *Franc. Bivar. Menolog. Cist. Chrysofom. Henr. &c.*

In Anglia passio Venerabilis Thomæ Tunstalli, gloriosi Christi Martyris. Hic ex Illustri Duaceno Anglorum Collegio prodiens, in laboribus & periculis Apostolicis sexennium ferè in patria exegit, majorem partem, perpetua, è vinculis, Christi confessione. Pronunciata tandem in eum mortis sententia, signo se Crucis comuniens: *Benedicta sit*, inquit, *Sancta Trinitas, atque indivisa unitas; confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam*, utque adstabat coram tribunali, in

genua procidens, aliquod temporis spatium orationi impendit. Iussus ad patibulum usque ad equorum caudas raptari, tum suspendi, mox fune reciso, semivivus è patibulo deturbari, virilibus, corde, & visceribus evulsis, ac in accensum rogu projectis, tum demum capite truncari, & in quatuor partes dilcerpi: *Deo gratias*, respondit; *atqui omnia ista*, alloquitur Iudicem, *per illustres Domine, mors sunt tantummodo unica, eaque non admodum pertimescenda, quam ego amplector libentissime.* Rogatus sub mortem, Jesuita, an Sacerdos esset sæcularis? *Sacerdotem se esse*, professus est, *votum tamen emisisse, modò posset, de nomine in familiam Divi Benedicti adscribendo: Cujus*, inquit, *Monachi, primi omnium invexerunt in hoc Regnum lumen fidei; cujusque vos nomine habetis insignitam.* (Norducci,) *vestra civitatis portam: illic quaeso vos, rescissum à cervicibus caput suspendite.* Quod, ut expetierat postea factum est, tamque illustre Trophæum ac tam charum caput Sanctissimo Patri nostro in ejusdem porta suspensum. Spectavit adeo hilariter supplicii instrumenta & rogam Thomas noster, ut recreari inde plurimum videretur, fuitque ab ipso certaminis tam acris exordio, ad ultimum vitæ spiritum, non modo horror in ipso nullus, sed nec pallor seu ulla coloris ac vultus immutatio, non manus, non pes, non ulla pars corporis intremuit; nullum nec minimum timoris indicium; sed eandem constantiam, eandem oris alacritatem, toto illo tam difficili agone perpetuo conservavit, quod certè stupebant spectatores omnes frequentissimo numero ad id. spectaculi confluentes, minimum bis mille equestris & militaris dignitatis, aut generosi & nobiles. Deplorarunt omnes mortem illius, plurimi etiam collachrymati sunt. Neque inventus est, ullus vir, fœmina, aut puer, (ita Martyrii ejusdè scriptor asseverat,) qui, ut alias frequenter Hæreticorum acerbitate factum, verbum illum turpe aut ignominiosum diceret. Passus est verè generosus & invictus Christi Martyr, & S.P.N. BENEDICTI Candidatus Christi anno millesimo sexcentesimo decimo sexto, octavo Idus Iulii, & sacra ejusdem membra, ad diversas urbis portas, caput autem, ut supra dictum, ad S.P. BENEDICTI, suspensum; cujus jugis in multotum cordibus memoria perseverat. *Ex authentica relatione Martyrii ejusdem & vita typis vulgata, tomo 2. Sanct. Ord. &c.*

Somnum ut pellat.

Crucem portat.

Miracula.

Obiit, 1247.

Festum ejus solenne.

S. Disibodus Episc.

S. Benedicta V. & Mart.

V. Thomas Mart.

Morti adjudicatur.

Mira promittendo.

Immanitas Hæreticorū.

Alacritas Martyrii.

Amor erga S.P.N.

Magnanimitas mira.

Complorant ipsi Hæretici.

Passus est A.C. 1616.

A.

IX. Julij.

Octava Visitationis B.V.

S. Agilolphus Archiepisc. Martyr.

Apostolus German.

Fit Archiep. Colon.

Miracula.

Clar. A.C. 740.

Octava Visitationis Beatissimæ Martris, Virginis Benedictæ, Cluniacensibus, Cisterciensibus, Cælestinis, aliisque Sanctissimi Ordinis nostri Congregationibus, ob singulare in Magnam Reginam, Ordinis Tutelarem & Matrem studium, toto terrarum orbe solemnissimum. *Ex Annal. nos. & t. 2. Sacro-Sanct. Ordin. Balingh. &c.*

Colonie Agrippinæ passio Sancti Agilolphus ejusdem urbis Archiepiscopi & Martyris. Agilolphus Illustri admodum, & ut nonnulli volunt, Regio natus genere, generosissimo pomparū sæculi triumpho spectatior, Magnum Germanorum Apostolum Bonifacium, cognatum genere, spiritu patrem sequutus, Apostolici laboris socius, inter celeberrimos Germaniæ prædicatores, patriam nostram demeruit, & strenuam Sanctæ Matri Ecclesiæ operam navavit. Ad Malmundariense autem postea Cænobium secedens, ut sibi ipsi intenderet, ejusdem pro vitæ meritis Abbas electus, non multo post, ad majores labores & honores extractus, ad sublimem illam, & sanctissimam Vbiorum Cathedram, Colonienis Archiepiscopatus dignitatem evectus est. Cum autem sedi suæ sanctissimè præsideret, & admirabili fulgore virtutis latè exsplendesceret, agente pessimo genio, ab improbis variè exagitatus, cum acerrimus esset Juris Ecclesiastici assertor & propugnator, & sacrilegis constantissime obniteretur; ab iisdem in occasionem omnem intentis, interceptus, & crudeliter trucidatus, Ecclesiam suam, pro cuius honore occubuerat, cumulatissimo cæteroquin Martyrum thesauro beatam, pastoralis gloriosissimo sanguine, bis tinxit, & speciosissimam recenti tinctura ejus purpuram reddidit. Cujus sacratissimū corpus, Malmundarium primum delatum, ibidem aliquandiu requievit, inde autem translatum Coloniam, in Ecclesia ad gradus digno cum honore reconditū est. Fuit autem & locus, in quo pro justitia Pontifex tantus occubuit, illustribus prodigiis à Deo commendatus, gratissimo & perpetuo virore, præter & tempus, & naturam loci multo tempore excultus, nec non prodigioso lumine noctibus illustratus. Claruit sub sub A.C. 740. *Chron. Colon. Petrus Cratopol. Aub. Miræus, Annal. Germ. nos. & Bened. &c.*

In Anglia, Sanctæ Edilburgæ Reginæ, quæ in Cænobio Berckingenfi Deo dicata, miraculorum gloria & sanctitate refulsit. Hæc sanctissimo illi Saxonum Occidentalium Regi, opum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ amplificatori Inæ nupta, præclare factorum ipsius sociæ, eo Monachū professo, & ipsa liber, quomodo soli deinceps Regum Regi, Domino Dominantium placeret, multum sollicita, abjecto diademate ac purpura, ancillarum Christi numero in Cænobio Berckingenfi aggregata, uti ante, prima in Majestate & gloria Regni refulsit, sic postea Monialium minima, in oculis suis vilissima, & extremis contenta esse contendit. Vbi in omni virtutum genere se strenuè exercens, & carnem delicatissimam, rigori Monachico masculè subdens, Heroicis actibus generosissima, adeo Numini se se probavit, ut vicissim ipse quanta dilectione ipsam diligeret porro minimè cæaret, & electā suam insigni miraculorum gloriam spectatissimam redderet. Claruit magna Regina Ann. Christi 740. *Polydorus. Virg. Stephan. Lusignan. Ant. Iepes. Arn. 740. Duac. Annal. nos. &c.*

Romæ depositio Beati Eugenii Papæ III. insigni vitæ sanctitate conspicui. Eugenius, antea Petrus Bernardus, Hetruscus, ex Canonico, & Vice-domino Ecclesiæ Pisane, Mellifui Doctoris nostri, & præcipui Ordinis Reformatoris Bernardi discipulus, Abbas postea Sancti Zenonis Pisis, mox Sanctorum Vincentii & Anastasii Romæ demum, mortuo Lucio Secundo, Pontifex Maximus, cum extra collegium Cardinalium esset, omnium tamen suffragiis designatus, ex simplicis ingenii homine Dei repente dextera, mirè mutatus, prudentiæ, ut sanctitatis nomine maximè celebratus est. Perpeffus plurima ab Arnaldistis, constantissimè tamen semper obnixus, Viterbium se recepit, ubi ab ultimo penè Oriente, populis, & nationum Legati, eosque inter, Armeniorum Episcopi ipsum convenere. Demeruit maximis laboribus Ecclesiam & orbem universum, variis hæresibus, Euhemonis præcipue, Gilberti Porretani, & Arnaldi oppressis, pluribusque Cœciliis celebratis, quibus Reip. Christianæ mirificè consuluit, & longè gravissima impendentia Christi Ecclesiæ mala avertit. Iuratus Saraceno-

S. Edilburgæ Regina.

Fit Monialis.

Ejus humilitas.

B. Eugenius PP. III.

Mirè eligitur.

Merita ejus.

Hæresum profigitor.

Iuratus Saraceno-

Saracenorum hostis, omnia Christianorum Principum odia eò convertit; Genueses inprimis, non semel concitavit, qui multorum millium strage, insignes de hostibus victorias Eugenii Pontificis benedictione retulerunt. Galliarum Regno supra modum profuit, & Rhemenfi inprimis Concilio æternis sibi beneficiis Reges & populos illos obligavit. Inde, ad Claræ-vallis Cænobium secedens, illic gloriam Pontificatus Romani, insigni humilitate representavit. Admirationi erat omnibus, in tanto rerum fastigio, tam constans sui demissio. Etenim tunica lanea carnem premebat, & dies noctesque cuculla indutus non solum incedebat, sed etiam cubabat, intus habitum Monachi gerens, extrinsecus se Pontificem & moribus, & indumentis præstabat: Segmentata ei circumferebantur pulvinaria, lectus palliis instratus, cortina ambiebatur purpurea. At si evolverentur operimenta superjectis laneis, complota stramina, & paleæ conglobatæ reperiebantur, &c. Pacem Romæ reddidit, & rebelles adeo, obligatis sibi civibus, deterruit, ut nisi morte præventus esset facile Senatores in ordinem redegit. Restituta pace, animum vetustis fabricis restaurandis, novis excitandis intendit; Palatium Vaticanum, à fundamentis exstruxit; Signum Prætorium condidit; Porticum ante Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris refecit, & picturis opere vermiculato, quod Musinū vocant, exornavit. Cujus sanctitatē DEVS non uno signo dum viveret demonstravit; Super cujus capite aliquando dum sacris operaretur divinus fulgor, & duæ splendidissimæ columbæ apparuerunt. Præfuit annis octo, mensibus quatuor, & apud Villam Tiburtinam, quo propter æstivos calores secesserat, sancta morte decessens, Romam relatus, ante aram maximam in basilica Vaticana conditus est, Ann. Christi 1153. insigni deinceps miraculorum gloria illustratus. Ea inter memoria dignum illud: cum Clericus quidam, quem vivens Eugenius, ita meritum, gravius reprehenderat, miraculis ejus detrahens, supplices ad tumulum Sancti Pontificis ridere non formidaret, scelus illico, sed benignius luisset; cadente siquidem inter fanna ejus lampade, oleo in pelles ejus undique effuso, ridiculo omnibus expositus, & qui riserat risus, adeo erubuit, ut fugam illico arripens, nunquam deinceps Romæ vi-

sus sit. Stabilem Romanum, familiarem olim sibi, manu & brachio aridis, miserum & opis ignarum, mirè juvit: Visus namque per somnium: *Cognoscis me?* familiariter, ut olim, alloquutus; cum stabilis responderet: *Tu es Dominus meus Eugenius.* Subjiciente Divo: *Et quare non visitasti me?* Et ille: *Atqui diceris mortuus;* Eugenius manu sua hominem ad sepulchrum suum ducens: *Si me hic quaesieris,* inquit, *sine gratia non redibis.* Evigilavit, & cordi habuit monita stabilis, tumulumque mox visitans, inde prodigiosè curatus & sospes abiit. *Ex vita, tom. 2. Sacrosanct. Diacono, Onuphrio Parvian, Platina, Theodoro Petreio, Henric. &c.*

In Comitatu Burgundiæ, Monasterio Beatæ Mariæ Virginis de Firmitate, passio Beatorum quinquaginta Monachorum Martyram, qui irruentibus in Cænobium illud Hereticis, Cænobio & Bibliotheca sadè exustis, odio fidei Catholicæ & Possessionis Monachicæ, una cum suo Abbate crudelissimè trucidati, ad triumphos æternos evocati sunt Ann. Christi 1300. Angelus Manriq. Barnab. de Montalbo, Menolog. Cisterc. tom. 2. SS. &c.

In Gallia, depositio Beati Rodolphi Monachi Cisterciensis, Catholicæ veritatis constantissimi assertoris, & hæresum expugnatore acerrimi, qui cum tam divinis quam humanis litteris instructissimus, morum insuper insigni integritate excelleret, ab Innocentio III. Pont. Max. prædicandæ veritatis gratia contra Albigenes missus, magnam populi multitudinē, insigni cum merito, Christo & Ecclesiæ lucratus, in viam vitæ rectam deduxit, & inensis exhaustus laboribus, ad requiem felicitatis æternæ admitti meruit. Philip. Seguinus, Petrus de Sernay. tom. 2. citat. &c.

Abulæ in Hispania obdormitio DEO dilectæ Virginis Petronillæ à Cruce, quæ in Cænobio ejusdem Urbis Sanctæ Annæ, insigne nostræ ætatis speculum mirificè eluxit. Fuit femina verè sancta, rigoris incredibilis, & admirabilis puritatis. Per viginti annos continuos, integras, in templo orationi intenta, noctes duxit insonnes. Ferreâ catenâ corpus suum strictissimè cinxit, & verè in servitutem spiritum redigens, & mancipium, & jumentum habuit. Fuit in vasa admodum inferis, à malis geniis, DEI permisso, visibiliter & importunè impugnata, quos tamen mirè animi

Humilitas ejus memovanda.

Restitutor pacis.

Ædificia.

Obiit 1153.

Miracula.

Ridens ridetur.

Insigne miraculum.

SS. 50. Mart.

Pasi A.C. 1300.

B. Rudolphus

Vir Apostolicus.

Ven. Petronilla Verg.

Incredibilis penè vitæ rigor.

Dæmones triumphati.

animi fortitudine, contemnens fugabat & profligabat. Claruit An. Christi 1608. & multis virtutum titulis ornata quievit in pace. *Chryf. Henr. Michaël Vaquerus, t. 2. SS. Ord. &c.*

Venerabilis Angelus. Casini felix obdormitio Venerabilis Viri Angeli, ejusdem loci Monachi, qui post extractam diutius inter sæculi delicias vitam, poenitentia ductus, & lugubrem Monachorum habitum amplexus, gratiam in oculis Domini meruit, & con-

sumatus in brevi tempora multa explevit. Quo mortuo ex energumeno Cæcodæmon clamando graviter questus est: *Quid hac hora mihi Benedicte fecisti? Angeli mihi animam, ob exigui gesturæ cuculli auferens, tuo in cælestibus gregi miscuisti. Quo dicto, signo dato mors Angeli Fratribus nunciata est. Ex Petro Diacono de ortu & Vita Iustorum Casin.*

Mors felix.

SEXTO IDVS IVLII.

X. Julij.

B.

A Pud Gandavum Sanctæ Amelbergæ Virginis. Amelberga Illustri admodum nata genere, cum & forma principe, & moribus elegantibus esset, ab famosissimo illo ac potentissimo Principe Carolo Martello, Brabantia Duce exarbita, nullis amoribus emolliri potuit, ut à Virginitatis studio flecteretur, cujus, vi etiam, impatientia amoris, adhibita, brachium confregit, idem Carolus, dum eam sibi sponsam rapere contenderet, sola hac Virgine, tantum gentium domitorem & fulmen belli, stupendo Virginalis pudicitia exemplo triumphante. Subduxit mature deinceps thesaurum tantum lectissima Virgo, Regnumque mundi ac omnem amorem sæculi pro amore sponsi immortalis contemnens, cucullo se condidit, & in Monasterio Belisensi Christo se consecrans, Magistram perfectionis absolutissimam Sanctam Landradam nata, admirandis virtutibus se excoluit, & Regum Regis amores & amplexus castissimos promeruit; & post vitam sanctissimè exactam, ad Regnum æternum evocata, ad nuptias Agni, relicta terris corporis sarcina evolavit Ann. Christi 773. ob eximiam vitæ puritatem & sanctitatem Divorum postea albo adscripta. Appingitur plerumque Amelbergæ sub pedibus sturio (alii Accipenserem appellant,) quod eo genere piscium navem comitante sacrum ejus corpus adverso flumine vectum memoretur. *Radbod. Episc. in Vita, Theodricus Abb. S. Trudonis, Ant. Sander. Molan. &c.*

Eodem die, Sanctæ Amelbergæ Viduæ. Hæc illustrissimis orta natalibus, Xantès oppidum, jure hæreditario obtinuit, donec Monasticum vitæ Institutum amplecteretur. Quod quidem juvenilitate exambiens, parentum voluntate

ac jussione, nec non Pipino Duce id maxime cupiente & perurgente, impedita, & Witgero Principi spectatissimo nupta, quinque ex eodem, omnes insigni sanctitate, liberos suscepit: Sanctos Adalbertum scilicet, Cameracensium postea Pontificem, Rainildem, Ermelendim, Pharaildim & Gudilam, quibus mirâ diligentia in omni virtutū genere enutritis & institutis, Witgerus & Amelberga optimi parentes facem egregio exemplo prælaturi, uterque pari consensu ac generositate, abdicatis honoribus, & perituris sæculi opibus cucullum induiti sunt; & Amelberga quidem à Sancto Auberto nostro Cameracensi Episcopo sacro velo amicta, se se totam Domino consecravit. Mirū! quanta deinceps inedia corpusculum maceravit, & sacro rigore sese affligerit, assiduis insuper precibus & contemplationi intenta, ut potius in cælestibus, quàm in terris habitare videretur. Febri denique consumptâ ad cæli palatia translata est, corpore primum Laubiis condito, atque inde Binchium translato, quod eximius deinceps prodigiis DEVS illustravit. *Ex Vita tomo 4. Surii, Cratepolio, Molano, Miræo, Annal. nost. &c.*

Felix conjugum.

Quinque Sancti liberi.

Vterq. Princeps cucullum amplectitur.

Miracula.

S. Vdalricus Mon.

Illustre genus.

Fis Monachi.

animi curandis mirabiliter excelluit. A diligentissima autem Novitiorum cura, singulariter commendatus, speciali titulo Ducis & Patris Novitiorum, etiam post mortem appellatus est. Virtute patientiæ ad miraculum enituit, cui ne exercitium ejusdem deesset (cum eum Sanctus Hugo sibi Sacellanum, & itineris perpetuum comitem adlegisset,) Hunaldum inquieti ingenii Monachum & virtuti ejus infensissimum, tertium adjunxit, qui negotiū viro Sancto jugiter facefferet. Hujus scelere aliquando accusatus, quasi impatiens moræ, contra jussionem Abbatis, ad aram accessisset; cum tamen ambiguo nutu Hunaldus id ipsum viro sancto inuisset, à conscio innocentia ejus Hugone, ad ipsum altare graviter correptus, & simulato furore, sacris vestibus à collo avulsis, ab altari abstractus, stupendo patientiæ exemplo, ipse juvit diripientem, & pari frontis atque oris hilaritate, qua accesserat recessit, & paulo post jussus redire, rediit, ac magna quiete Sacrum absoluit. Nec minore Obedientiæ laude excelluit; cumque cæteroquin abstinentiæ studiosissimus esset, insolenti & repentino Abbatis imperio, nec verbum opponens, jussus caponem ægro appositum edere, cæca sanè obedientia paruit, & cū culter ad manum non esset, lacerans ut poterat, ori iniecit, & totum absumpsit. Pari purissimæ Virginitatis studio mirifice exsplenduit, graviterque aliquando à spiritu fornicationis impugnatus, cum rigidissima corporis afflictione, & longa inedia nihil efficeret, stupendo, & inaudito ad eam diem exemplo, genitalibus locis, candenti ferro perforatis, & ad longiorem cruciatum fune imisso, vulnus vulnere curavit, & Sanctissimi P. N. BENEDICTI exemplo, voluptatem in dolore traxit. Ad diversa Cænobia reformanda missus, strenuè laboravit, & acerba plurima patientissimè pertulit. Scriptis ad diversos Abbates & Monachos litteris, honori eorum dè & salutem providè consuluit; ipsumque aliquando Sanct. Hugonem à suscepto quodam consilio dexterrimè ac modestissimè deterruit. Vixit rara & mira abstinentia, cibo vix gustato, ad cælestes raptus epulas, sive nimio ex labore dormituriens, quem à mensa surgentibus Fratribus excitari oportebat, incondita cæteroquin & condita æquè, & sine sensu ori ingerentè, & glutientem. Lachrymis ferè perpetuo defluebat, oculorum deniq; ob hoc ipsum usū, prorsum orbat, quæ jacturam patientissimè toleravit; iis quæ spiri-

tu spectabat mirè occupatus. Rogatus Lachryma perpetui & inconsolabilis fletus causam: *cacum red- Primo, inquit, delictorum meorum maculas dunt. eluere cupio: secundo, exilii mei arummas ac labores desleo: tertio, nos, qui Monachi censemur, multos numero, paucos merito esse, lachrymando perdoleo.* Silentio inprimis studuit, hospitalitatem sanctissimè coluit; in pauperes autem verè prodigus fuit, quos Dominos suos, & Patronos appellavit; quorum neminem non sacro oris sui osculo, & amplexu dignabatur. Cæterum, cū pro sapientiæ cælitus infusæ dono, magni Principes ejus consiliū exambirent, ipse tamen in simplicitate cordis sui ambulans, ab omni corporis & honoris sensu perpetuo abstractus videbatur, ut sicut honorantes minimè adverteret, sic nullas planè injurias sentiret; ita præcipitatus aliquando ab impiis quibusdam, cum jumento cui infederat, in furnum calcis, sine ulla læsione egressus, continuata precum instantia, quasi nec adverteret, quid circa se gestum, iter suum proferebatur. Sic per dejectam violentia ventorum proceram arborem, inque verticem duorum ex adverso jacentium scopulorū procubam, immensæ profunditatis vallem seu voraginem cum equo, velut pontem superans, non prius quam superato periculo, monitus, advertit, & miraculum agnovit. Mortuus denique felicissimè post Ann. Christi 1092. cum ipsa die Matutinas laudes cum Fratribus devotissimè egisset, brevi, & levi, uti petierat à Numine, morbo & agone, circa Primam Canonicam consumatus, inter suprema illa consolationis ad Eberhardum Priorem verba: *Audior; audiris;* illustribus tam in vita, quam post mortem miraculis commendatus, de cujus morte inaudiens Sanctus Hugo Abbas, corpus ejus, per Beatum Gebhardum Zaringæ Ducem, Constantiensem, ex Monacho item Cluniacensi, Episcopum, in locum digniorem, Basilicè nimirum medium transferri voluit: *cum nequaquam, inquit, de Monachis fuerit sui temporis;* tanti jam tunc magnus ille Abbas Valdicum suum fecerat. Illud autem, ubi postremum vixerat & obierat, in Præfata Monasterium, Sanctis Apostolorum Principibus sacrum, non longè à Cænobio Trudtperino distitum, ab ipso deinceps Sancti Valdrici cognatū, quod miram spirare sanctitatem, licet tanti corporis thesauro modo viduum, superioribus annis, ante diluvium istud Suevicum, experti fuimus. *Ex variis MS. gnominatū. Trudtperinis, Sanct. Petri, & vita ejusdem quam*

Dux Novitiorum.

Collega S. Hugonis.

Stupendum patientiæ exemplum.

Obedientia similiter mira.

Inauditum triumphata carnis exemplum.

Reformat Cænobia.

Mortificatio gula.

Causa fletus.

Pauperes ut asstinet.

Abstractio mira.

Stupenda res!

Obiit 1092.

Quantitas S. Hug.

Cænobium ab ipso cognominatū.

quam

quam penes nos retinemus, Constantia nost. Bened. t. 3. Annal. &c.

Latiis ex Fisciaco translatio & Natalis Sancti Ethonis Episcopi. Is Philtani Hiberniæ Regis filius, contempta Regia, humilis Monachus, ex Monacho Episcopus, rursumque, relicto Pontificatu, ex Episcopo Monachus & Peregrinus, cum tex germanis Fratribus, Sanctis Furco, Foillano, Vltano, Adelgiso, Algiso, & Eloquio contendens, inde, ut cum iisdem in Gallias commigraret, divinitus jussus est. Tandem Etho, intra Helpram & Isaram

Apostolus ad Helpram & Isaram.

Miracula.

S. Petrus Abbas.

B. Robert. conversus.

Deipara favor.

Translatio S. P. N.

fluvios, condito à se Cænobio Donipetrensi præfectus, multos Christo filios genuit, & Verbum Dei Apostolico labore late propagavit. Decessit ibidem tempore à se divinitus præcognito & denunciato, cujus anima ab Angelis ad cælum deportata, corpus autem illic conditum illustri miraculorum gloria est deinceps nobilitatum. *Ex monim. Latens. Ioan. Molano, & reliquis rer. Belg. script. tom. 2. SS. &c.*

Perusii in monte Calvario S. Petri, primi ejusdem loci Abbatis. Hic Perusinus patria, vita & exitu fuit, sanctitate non minus, quam eruditione clarus, in pauperes munificus, Orationi addictissimus illi inprimis quæ in choro dicebatur, carnis propriæ juratus hostis, abstinentiæ studio deditissimus. Imperatorem pro licentia militari non compressa ipse adiit, acriterque corripuit. Insignibus miraculis claruit, aliaque inter, columnam præcipitem, signo crucis formato, in aëre retinuit. Ex Fortunato Vincent.

In Fôte Mauriniaci depositio Beati Roberti Conversi, qui ex Monasterio Claravallensi eo missus vitæ sanctimonia, & admirandis signis effulsit. Fuit in Augustissimam Cælitum Imperatricem devotissimo ferventissimæ charitatis obsequio propensissimus; quæ clientem suum, amantissima sua præsentia dignata, in extasim rapto, eidem cum unigenito suo, & Mellifluo Doctore, Bernardo nostro, gratulabunda occurrens, certitudinem salutis æternæ promisit. Qui non multo post,

QVINTO IDVS JULII.

XI. Julij.

Translatio S. Patris & Patriarchæ nostri B. Postquam n. (sicut ipse vivens prædixerat,) Monasteriū ejus à Saracenis esset devastatum, sacrum ejus corpus, Domino revelante repertum est, & pars ejusdè in Gallias translata, atq; in Monasterio Floriacensi condigno cū honore recondita, Numine deinceps, servi sui sanctita-

plenus gaudii die & hora sibi divinitus præsignatis in pace obdormiit. *Liber de Initio Cist. Menol. Henric. to. 2. SS. Ord. &c.*

Romæ ordinatio S. Agathonis Papæ. De quo nos uberius die ipsius natali.

In Monasterio Grandis-silvæ, comemoratio quadraginta quinque Beatorum Monachorum, qui multis præcedentibus & subsequentibus revelationibus, & admirandis signis, ex hac vita, brevi dierum spatio, pestilenti lucè absumpti, gloriosè migrarunt. *Menolog. Chrysof. Henr. tom. 2.*

Londini in Angliā, passio R. P. F. Philippi Povelii Congregationis Anglicanæ Monachi Presbyteri. Is ipso Purificationis Deiparæ festo Christi año 1594. in Wallia Angliæ natus, patrem Ruggerum Povelum, matrem Catharinam Morganam habuit, utrumq; nō minus antiquæ quam spectatæ familiæ. Ætatis 16. anno Londinum missus R. P. Augustinum Backerum Ordin. nostri Monachum eruditissimum, Magistrum meruit, à quo in Belgium discedens, in Sanct. Gregorii Duacensi cucullum induit, & mira animi demissione gratissimisq; moribus se omnibus commendavit. An. 1622. ætatis 28. Apostolicæ functioni à superioribus destinatus, in Angliā abiit, Magistro suo Augustino menses 16. religiosissime convixit, inde per Comitatum Devonæ magnis se laboribus pro Christo exantlatis commendavit. Pulsus flagrantis contra Regem belli cladibus Catholicis in Regis exercitu strenuā operam navavit, & solatio fuit. Captus demū à Parlamenti militibus & miserè habitus 22. Febr. 1646. Londinum postea ductus, ibid. 16. Maij mortis sententiam accepit; multis tamè post hanc in carcere exigens admirationi & venerationi concaptivis omnibus fuit, eosque inter Capitaneum quendam, duos Nobiles, & alios insuper duos ad fidem Catholicā perduxit. Passus est 30. Jun. stylo Vet. strangulatus & in quatuor partes sectus, quæ tamè partes, præter morem, loco honorifico anteq̃ suspendentur tumulatæ sunt. *Ex vita edita.*

Horam mortis præsignatis

S. Agatho PP.

45. Monachi BB. peste absumpti.

R. B. Philippi Povelii.

C.

tem creberrimis & admirandis prodigiis celebrante. *Anastaf. Bibliothec. Chron. Casin. Floriac. Arn. Duac. t. 2. SS. &c.*

Apud Hispanos, Ejusdem S. P. N. B. Festum solemne, vulgo *Meruendū*, celebrissima nimirum Comemoratio, cū Octava; ut vocamus, instituta, q̃ plerūq; Admirabilis Patris solemnitas sacro esurialiū dierū

Festum meruendum.

Vnde origo Festi.

Vltor Deus

S. Hildulpho Archiep.

Archiep. eligitur.

Fit Monach.

Miracula.

Cecam Principis filiam illuminat.

Rigor vita.

quadragenario impedita, minus pro tanti Legumlatoris merito & reverentia celebrari possit, ad hunc mensum & diem, singularibus Ejusdem Magni Patriarchæ meritis & prodigiis insignem, delata; Ideo ab Hispanis Metuendi Festi Titulo notata, quod cum cessatio à servilibus, eod die, subditis Monachorum impetrata esset, ejusdem statuti neglectio frequentissimo, eodemque metuendo admodum pœnæ prodigiosæ genere à Numine pro Tanti Patris reverentia terribiliter puniretur. *Ex diversis rer. Hispan. & Benedict. scriptoribus, Iepesio, &c. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Eodem die, Sancti Hildulphi Episcopi Treverensis. Is illustri admodum natus genere ab ineunte ætate, litteris & disciplina religiosa multum profecit; à generis nobilitate, morumque & eruditionis præstantia, Pipino Regi, Caroli Magni parenti in primis commendatus. Milone Treverensium Archiepiscopo mortuo, ad id honoris evehctus, diu necquidquam deprecatus atque atque obnixus, summa omniû gratulatione Pontifex creatus est, quem quidem honorem ita gessit, ut non tam ad ipsum, quam omnes singulosque emolumenti plurimum redundaret: Postquam autem multiplices pro grege Dei labores sustinisset, resignata dignitate Monastico vitæ instituto se devovens, in saltu Vosagi Monasterium condidit, plurimosque, læculari in primis potentia & nobilitate generis præstantes, inter Christi milites conscripsit, eximiis in oculis omnium miraculis illustratus, tanto ægrorum & debiliû ad ipsum concursu, ut, ne Monachorum suorum quies turbaretur, extra Cænobii Claustra Xenodochium construxerit, eosque & hospitio exceperit perbenignè, & prodigiosè ab omni morborum seu afflictionum genere liberaverit. Eos inter, quos opitulante Numine miraculosè curavit, fuit Hesticonis Ducis filia, ex utero cæca, à cuius corpore atque animo cæcitatem, parentum, etiamnum gentiliû, miro gaudio atque admiratione profligavit, & Othiliã nuncupavit. Fuit insigni animi atque corporis robore, forma, moribus, & virtute verè regis, cæterum humilitatis studiosissimus, tantusque sui ipsius osor, ut jejuniis, vigiliis, aliisque cruciatibus, se se non aliter, atque, si gravissimorum scelerû reus esset, durissimè affligeret, & perpetuo exerceret. Coluit impensissimo stu-

dio Augustissimam Cæli Imperatricem, Virginem Matrem, cujus honori insignè Basilicam construxit & dedicavit. Tandem laboribus & ætate confectus, postquam multa diligentia ad felicem transitum suum se comparasset, die & hora, ante Mortem prænoscit. annos viginti octo à Sancto Deodato Nivernensi Episcopo, Vallis Gallicæ Abbate antecessore, sibi præsignatis, gloriosa in conspectu Domini morte defunctus, admirandis etiam à morte prodigiis coruscavit; quæ inter celebrius illud: quod vel sola tunicæ expositio, & explicatio, pestilentissimâ aëris corruptionem corrigeret, & luis latè grassantis contagionem illico tolleret; sed & contra imbres nimios, sive ariditatem, efficacissimam opem & remedium ministraret. De eo, sic inter alia, magnum illud sacre purpuræ decus Sanctissimus Petrus Damiani noster: *Quantæ sanctitatis, inquit, quamque mirificæ virtutis fuerit, Hildulphus, spatiofus Occidens non ignorat, &c.* ut, haud immerito, sub tanti Præsidis Patrocinio & nomine, etiam tanto post; nostra nimirum ætate, celeberrima & sanctissima Ordinis nostri Reformatio sit instituta. Decessit vir Domini An. Ch. 707. *Ex vita, tom. 2. Sanct. Ord. Cratopol. &c.*

In Monasterio Desertinensi, transitus Sanctorum Placidi & Sigisberti Monachorum. Sigisbertus Hibernus, ad pedes Congelli Abbatis enutritus, inter multos & magnos Benchorensis Monasterii Monachos, ipse haud minor evasit. Columbanum postea & Gallum in Galliam primum ac dein Germaniam sequutus, isthic cum iisdem Apostolico zelo & merito, in fidem Christi propagandam totus incubuit, & strenuè laboravit. Reverso in Italiam Columbano, Sigisbertus in Valle Vrsaria substitit, dehinc superato Crispalta monte ad Rhætos in alpinos, juxta Rhæni originem in planitiem descendit, & desertissimo plane tunc temporis loco, Magne Matri Virgini Oratorium struens, ejus honori, vastissimas etiam inter solitudines consuluit; & mox cellulas, tam sibi, quam Monachis, humiles & viles condidit, & loca illa servitio Numinis & Desparæ consecravit. Ei Angelus, pane calidus allato, mensam in desertis paravit. Sed quod latere non posset, tam ardens Divini amoris ignibus facula, sua paulo post fama Vir DEI proditus, cum Magnis Benedicto Patri, & Antonio Aegypto par haberetur, ab vicinis & advenis, propter

in Valle Vrsaria substitit

Despara cultor.

Panis quotidie calidus ministratur

Mortem prænoscit.

Patronus contra pestilentem luem.

Insigne elogium.

Obiit 707.

SS. Placidus & Sigisbertus.

Sigisbertus vir Apostol.

In Valle Vrsaria substitit

Despara cultor.

Panis quotidie calidus ministratur

Miracula.

Monasterium condidit.

S. Placidus convertitur.

Coronatur Martyrio.

Caput humo tollit Martyri.

Trophæum Obedientiæ Abbati con-signat.

Moritur S. Sigisbertus.

Miracula.

Passus est S. Placidus Anno 630.

S. Albericus Abbas.

propter doctrinæ copiam, & prodigiorum ostentâ continuo frequentatus est, ex quibus sectatores complures eligens, celebre sub S. P. N. BENEDICTI Legibus Monasterium instituit, ab ipso deserto olim loco Desertinense appellatum; opibus in primis, & opera Placidi viri nobilis & potentis exstructum, quem ad Fidei Christianæ sacra pellectum Sigisbertus, ad Monasticam postea etiam vitam promoverat, & sacris ordinibus initiari curaverat. Inhiavit quamprimû surgentis Cænobii in bona ac jura, impius Rhætici Comes Victor. Quem cû jussu Abbatis Placidus, pro scelere corripere, Iustitiæ & Obedientiæ mercedem Martyrii palmam meruit, & accepit, in reditu ad Cænobium, à satellitibus Victoris compræhensus, & capite iminutus. Stupenda res!

Surrexit quamprimû truncum capite corpus, & sacrum manu utraque humo sustollens verticem, mirabili gressu, Monasterium versus tetendit. Lavabat tum in proximo præterfluente pannos muliercula quadam, à qua Martyr pro involvendo sanguinolento capite, velum expetiit, & accepit. Progressus autem Trophæum tam mirabile Obedientiæ, manu præferens, Sigisberto Abbati suo, amputatum caput, coram præsentavit, quod inter lachrymas ille multum exofculatus, cum sacro corpore, consonantibus spontè sua prodigiosè campanis, digno cum honore condidit. Nec multo post ipse quoque ad supera consequutus, uterque deiniceps grandibus prodigiis effulsit, & Reges ac Principes potentissimos, ad deferta illa frequentanda & colenda excivit atque excitavit, fuitque transitus amborum annua memoria per Diocesim olim omnem maximè festiva. *Ex Vita eorumdem MS. opera, & communicatione R. & Ill. Principis Abbatis Desertinensis Augustini, Brevario Curiensi antiquo, Annal. nost. German. Aquila, t. 2. SS. &c. Passus est Sanctus Martyr Placidus ipse sub A. C. 630.*

In Normannia Beati Alberici Abbatis Savigniacensis. Albericus, è primis ferè, qui tepescente celeberrima illa Ordi-

nis nostri Reformatione Cluniacensi, ad sanctissimam Cisterciensium nostrorum transiit, suo juxta exemplo plurimos adduxit, & magnâ suo fervore & zelo Melliflui Doctores Bernardi amorem meruit. Eum comendans idè sanctus Abbas, epistola 137. *Filius noster, inquit, Abbas Albericus, etsi suis meritis comendabilior, nostris tamen precibus vobis ut commendatior sit obsecramus. Tenerè quippe diligo eum, tanquam mater unicum filium, & diligit eum, qui diligit me. Denique in eo experiar si me curatis, &c.* Claruit vir Dei Ann. Christi 1140. & postquam multo tempore religiosissimam duxisset vitam, virtutibus clarus migravit ad Dominum. *Fascic. SS. Henriq. Barnabas de Montalbo, tom. 2. SS. Ord. &c.*

Cistercii in Gallia Beati Ioannis Monachi, discipuli Sancti Roberti, viri verè sancti & magnis virtutibus conspicui, qui optimum Magistrum ex Molifmenti Cænobio in Burgundiam usque sequutus, ibidem constructo Cisterciensi Cænobio, sub novæ Reformationis rigore, toto corde & animo Domino militans, multis miraculis à Domino insigniri meruit, & plenus virtutibus, mortalitatem carnis exiit. *Philippus Seguin. Menol. Cisterc. to. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio Casinensi Venerabilis viri Randisii ejusdem loci Monachi sub Sanct. Desiderio Abbate. Hic cum post vitam laudabiliter exactam ad extrema devenisset, & jam jamque morituro Fratres assisterent, agonemque ejus precibus Numini comendarent: *Tacete, tacete, inquit, nunquid non auditis, quantæ resonant laudes in celo? Nunquid pueros, qui mihi laudes decantant non videtis? Vnum, per Deum enixe vos postulo, ut fileatis, sonumque suavisimum mihi non impediatis, cumque dicto emisit Spiritum. Addit Petrus Diaconus: Hic, quamdiu vixit, ab omnibus admirabilis, & sanctissimus habebatur. Ex monim. Casin. & prædicto Petro, &c.*

In Monasterio Passiniano propè Florentiam, Sancti Ioannis Gualberti Abbatis, Institutoris Ordinis Vallis-umbrosæ. Ioannes Florentiam patriam, patrem

Gualbertum primæ nobilitatis virum, partæque bello gloriæ fama celebrem; opibus atque honoribus affluentem habuit, eo uno infelicè, quod capitalem hostem suam

nis nostri Reformatione Cluniacensi, ad sanctissimam Cisterciensium nostrorum transiit, suo juxta exemplo plurimos adduxit, & magnâ suo fervore & zelo Melliflui Doctores Bernardi amorem meruit. Eum comendans idè sanctus Abbas, epistola 137. *Filius noster, inquit, Abbas Albericus, etsi suis meritis comendabilior, nostris tamen precibus vobis ut commendatior sit obsecramus. Tenerè quippe diligo eum, tanquam mater unicum filium, & diligit eum, qui diligit me. Denique in eo experiar si me curatis, &c.* Claruit vir Dei Ann. Christi 1140. & postquam multo tempore religiosissimam duxisset vitam, virtutibus clarus migravit ad Dominum. *Fascic. SS. Henriq. Barnabas de Montalbo, tom. 2. SS. Ord. &c.*

Cistercii in Gallia Beati Ioannis Monachi, discipuli Sancti Roberti, viri verè sancti & magnis virtutibus conspicui, qui optimum Magistrum ex Molifmenti Cænobio in Burgundiam usque sequutus, ibidem constructo Cisterciensi Cænobio, sub novæ Reformationis rigore, toto corde & animo Domino militans, multis miraculis à Domino insigniri meruit, & plenus virtutibus, mortalitatem carnis exiit. *Philippus Seguin. Menol. Cisterc. to. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio Casinensi Venerabilis viri Randisii ejusdem loci Monachi sub Sanct. Desiderio Abbate. Hic cum post vitam laudabiliter exactam ad extrema devenisset, & jam jamque morituro Fratres assisterent, agonemque ejus precibus Numini comendarent: *Tacete, tacete, inquit, nunquid non auditis, quantæ resonant laudes in celo? Nunquid pueros, qui mihi laudes decantant non videtis? Vnum, per Deum enixe vos postulo, ut fileatis, sonumque suavisimum mihi non impediatis, cumque dicto emisit Spiritum. Addit Petrus Diaconus: Hic, quamdiu vixit, ab omnibus admirabilis, & sanctissimus habebatur. Ex monim. Casin. & prædicto Petro, &c.*

In Monasterio Passiniano propè Florentiam, Sancti Ioannis Gualberti Abbatis, Institutoris Ordinis Vallis-umbrosæ. Ioannes Florentiam patriam, patrem

Gualbertum primæ nobilitatis virum, partæque bello gloriæ fama celebrem; opibus atque honoribus affluentem habuit, eo uno infelicè, quod capitalem hostem suam

Gualbertum primæ nobilitatis virum, partæque bello gloriæ fama celebrem; opibus atque honoribus affluentem habuit, eo uno infelicè, quod capitalem hostem suam

Insignis commendatio.

B. Ioannes Mon.

Miraculis claret.

V. Randisius

Cælestem Musicam audit.

QUARTO IDVS JULII.

XII. Julij.

S. Ioannes Gualbertus

IN Monasterio Passiniano propè Florentiam, Sancti Ioannis Gualberti Abbatis, Institutoris Ordinis Vallis-umbrosæ. Ioannes Florentiam patriam, patrem

Gualbertum primæ nobilitatis virum, partæque bello gloriæ fama celebrem; opibus atque honoribus affluentem habuit, eo uno infelicè, quod capitalem hostem suam

D.

suum vivere doleret, qui cognatum sibi admōdum charum, dolo circumvenerat, & perfide mactaverat. Huic Gualbertus, & filius Ioannes necem moliri nunquam desistebant: cum in Ioannem fortē inermis ille, loco periniquo & angusto incidens, paratamque haud dubiam sibi necem facillē conjiciens, equo delapsus, iunctis cancellatim ad pectus manibus, pro Crucifixi Iesu amore, veniam vitamque deprecatur. Compunctus proin Ioannes, audito Crucifixi nomine, pacem quamprimum offert culpamque ex animo remittens; *ut possim*, inquit, *& ego eundem Crucifixum experiri proprium*. Deflexit inde ad Ecclesiam quandam, & flexis coram Crucifixi imagine poplitibus, Christum caput sibi inclinare, tanquam gratias ageret intuitus, miro in super modo trahi se sensit, ut fastiditis quamprimum sæculi pompis, patre necquidquam diu reclamante, & Abbati dira omnia minitante, in nostro Sancti Miniatis Monasterio cucullum amplecteretur; tanto quidem desiderio & fervore succensus, ut moræ & moris omnis impatiens propriis sibi manibus caput raderet, & totus quamprimum in obsequium optumi Numinis, nihil sui sibi retinens, transfiret. Profecit in eam postea vitæ sanctitatem, ut defuncto Abbati unanimi omnium consensu subrogaretur; quo quidem contempto & reculato honore, alius quispiam per ambitionem potitus, causam ex in Ioanni præbuit alio commigrandi. Meruit insigniter vir Sanctus de Ecclesia universa, nova quadam militia, & reformatione Monachorum Congregatione sub signis & Legibus Sanctissimi P. N. BENEDICTI instituta; cui à primo domicilio Vallis-Vmbrosæ titulus deinceps est attributus, cui ipse præesse coactus, Abbatis ministerium ita gessit, ut sanctissimæ vitæ suæ æmulos plurimos paulo post numeraret. Verum cum nimiam austeritate ad ardua quæque eniteretur, suosque pari rigore adstringere vellet, Divina, creditur, dispensatione evenisse, ut fracto stomacho, perpetuo deinceps languori obnoxius fieret; ex quo indulgentior suis, rigorem illorum discretissima dein benignitate temperavit. Construxit plura ex in Canobia, quæ paupertatis potius studio, quam opibus quæsitis nitere voluit. Ad Muscetanium Monasterium invisens, cum illud in quandam excrevisse magnificentiam intueretur, zelo in-

flamatus, conversus ad exiguum iuxta manentem rivulum: *Deus omnipotens, inquit, qui minimis magna efficere soles, videam ministerio pusilli rivuli huius, celerem enormis structuræ istius vindictam*. Stupenda res! Collecta protinus mira aquarum vi, relicta alveolo & cursu suo, rivulus paruit, præcepsque metuendo cum murmure à monte ruens, tractis secum arboribus ac scopulis, estructuras illas funditus evertit. Aliud simili modo & zelo, flammis quamprimum ultus, prodigiosè delevit. In pauperes tanta charitate fuit, ut non solum superflua, sed & necessaria subinde in eosdem à suis præciperet erogari. Gratia discretionis spirituum, & prophetiæ dono insigniter fulsit. Tandemque confectus senio, locupletissimus meritis in cælum emigravit, eximiis etiam post mortem miraculis coruscus. Fuit cultor, Deiparæ Virginis singularis, quam instituto atque exemplo ipsius universa sanctissima ejus Congregatio, præcipuo studio veneratur, ejusque clementiam Augustissimæ orbi terrarum demeretur universo. Obiit A. Ch. 1073. *Ex Vita auct. Blasio Melanesio, Vallibr. Gener. Annal. nost. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio SS. Trinitatis Cavæ, depositio S. Leonis Abbatis II. sanctitate & miraculorum gloria illustris. Leo Luscus genere, Lucensis patria, audita Sancti Alferii Abbatis celeberrimi fama, ejus disciplinis se subdidit, quibus tantum profecit, ut jam tunc non solum laborum Magistri sui æmulator, sed & mirabilium operum cooperator, videretur existere. Eum Alferius tanti fecit, ut arcanis quibusque, etiam cum mortuum ad vitam revocaret, adhibuerit. Profecit in eam cordis puritatem, ut magnam illam cæli Imperatricem orationis tempore intueri meruerit; humilitate in primis, Matrem humilium sibi demereri studens, qua usque adeo excelluit, ut cum maximi ab omnibus fieret, vile tamen se mancipium etiam mendicabulorum reputans, propriis humeris farcinas lignorum Salernum ferret, easque pretio distrahens panes emeret, quos in Dominos suos pauperes erogaret. Sic pretium aliquando sudoris sui in eosdem dividens, Gisulpho quoque Salerni Principi, forte intervenienti, de pane eodem porrexit, quem alpernatus primum ille, at mox à satellitibus suis re-

Memorable exemplum.

Aliud simile.

Miracula.

Deiparæ cultor.

Obiit 1073.

S. Leo Abb.

Ejus professus

Deiparæ ad dicitur.

Miranda humilitas.

Gisulphus Salerni Dux mirè multatus.

tissimè

tissimè recepit, & comedens, benevolentissimus deinceps in Monachos factus Cænobio in primis Cavensi multa contulit. Potuit in Principem tumidum cæteroquin & crudelem tantum postea Leo, ut non precibus solum, sed & minis atque auctoritate, quæ justa fuerant, impetraret, eo provinciæ illi optimè consulens, & mala multa prævertens atque avertens, quæ nulla alias hominis industria potuisset. Alia inter, cum Princeps idem Amalphitani cujusdam opibus, in Monasterio Sancti Nicolai de Palma depositis, inhiaret, obstitit non solum vir Sanctus precum interpositione, sed eo convolans, arcam depositi ipse insedit, Principem autem nihilominus arcam illam, ceu per jocum, manu tentantem, baculo leviter avertens & percutiens, cum ab irato denique arcam cedere juberetur, tantum abest ut cesserit, ut etiam graviter repræhensum, & auctoritate sua perterrefactum, abscedere compulerit. Plurimos ejusdem crudelitate, ad tormenta seu carceres damnatos, pari dexteritate vindicavit; obstinatiorumque aliquando offendens, prædictione imminentis calamitatis compescuit; quæ mox ipsum consequuta, Principatu spoliatum in exilium compulit. Inter rariora Leonis illud etiam, cum pro redimendis captivis, in seram usque noctem laborans, ad Cænobium revertetur, inter imbrium ac ventorum tempestatem, candela constanter ardente, & inoffensis prorsus velut sub tecto, vestibibus iter confecisse. Sed & illud à morte ejus rarius, supra feretri pallium, ardentem delapsum cereum, absque noxa omni, suo se solum ceræ fomento aluisse. Obiit plenus dierum consolator pauperum A. Ch. 1079. gubernationis 30. *Ex vita per Alexandrum Neapol. Mon. Cavæ, Ioan. Monach. ibid. tepef. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Cænobio Blandiniensi, Sancti Ioannis Abbatis, discipuli Sancti Amandi. Ita hâc die Menardus, nos de eo fusius die depositionis ejusdem Nonarum Martij.

In Monasterio Prumiensi, depositio S. Ansbaldi Abbatis & Confessoris, qui, Egile Abbate Prumiense eum honorè sponte resignante, ad capeffendum onus communibus omnium suffragiis electus, omni sanctitate, bonitate & Religione conspicuus effulsit, verboque atque exemplo

multos ad amorem patriæ cælestis accendit, ad quam post multos viæ hujus ac vitæ labores, plenus meritorum evocari meruit Ann. Ch. 886. vel ut alii volunt 887. Obiit 886. *Regino Mon. Prumiensis, Ioan. Tritheim. to. 2. SS. &c.*

In Gallia depositio Beati Lamberti Archi-Cænobii Cisterciensis Abbatis le-ctissimi, qui post sex annos totius Ordinis dimisso regimine, ut quieti & contemplationi vacaret, privatam & humilem vitam elegit, & bonorum operum plenus ad cælos evolavit. Claruit Ann. Ch. 1156. *Clar. 1156. Monim. ejusdem Cænobii, Claud. Rob. Henr. Menol. Cist. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Lusitania Beati Desiderii Conversi, qui contempta sæculari militia religiosum habitum in Clara-valle suscepit, ubi corpus suum vigiliis, jejuniis, ac verberibus crudeliter afflixit, & omnia pietatis opera magno animi ardore exercuit. Misus autem cum aliis ad construendum in Lusitania Cænobium Alcobaziæ, in ejus erectione summa diligentia laboravit: ubi sæpius confors cælestium deliciarum, multis miraculis claruit, & non semel rapidissimum fluvium sicco vestigio, cappâ suâ pro navigio utens tramisit, & tandem ad sydereæ Regna migravit, gloriosus etiam à morte signis nobilitatus. *Menolog. Cist. Chrysofom. Henrig. Bernard. de Brito. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Suecia Commemoratio Abbatis & Monachorum Cænobii Novæ-Vallis: qui postquam Divinum officium, cui Rex Christiernus II. simulata benignitate intererat, peregissent, & Abbas solemniter Hostiam immaculatam immolasset, & omnes vivifico Corporis Christi Sacramento refecti essent, jussu ejusdem impij tyran- ni, injectis vinculis capti, in aquas demersi, & à satellitibus ejus crudeliter interempti, sicut in vita charitatis vinculo colligati, sub eodem vexillo Altissimo militaverant, ita & in morte non fuerunt separati. *Albertus Krantzius, Chrysofom. Henrig. &c.*

Pistorii inventio corporis Sancti Acti Inventio S. Episcopi & Confessoris, de qua *Bugianus Alti. & Tabula Camaldulenses hâc die.*

(O)

Hostis sup-plex Ioanni

Ipsam Ioannes in gratiam recipit.

Fir. Monach.

Ipsæ sibi caput raderet.

Abbas eligitur sed refugit.

Nova militia institutor

Nimius ejus rigor.

Corrigit rigorem.

Bene meretur de provincia S. Leo.

Mira auctoritas ejus.

Consolator afflictorum.

Insigne miraculum.

S. Ioannes Abb.

S. Ansbaldus Abbas.

B. Lambert. Abb.

B. Desiderius conversus.

In Lusitania mittitur.

Mirè flumen transit.

Plurimi SS. Mart.

Christierni II. Reg. Daciae sim. lamentatio.

XIII. Julij.

E.

S. Mildrada Abb. **C**Antia in Anglia depositio Sanctæ Mildradæ Virginis. Mildrada Merivaldi Occidentalium Merciorum Regis filia, Pendæ famosissimi Regis & triumphatoris neptis, pulcherrimo contemptarum opum ac deliciarum exemplo, puellari ætate mundum fastidit, Regiam & patriam deseruit, & applaudente in primis hujus suæ dilectissimæ filia pietati & fervori, optima Matre, Ermenburge Regina, hujus ope in Gallias ad Cænobium Calense dimissa, & cucullo obvoluta, tenerrimam carnem rigori Monastico maturè auesfecit, & spiritui subdens, humilitatis, continentia, virtutumque omnium quotidianis incrementis, ad perfectionis apicem contendit. Inde autem revocata, & à Magno Theodoro nostro, Archiepiscopo Cantuariensi, sacris Virginitibus, in Monasterio & Insula Thaneto præfecta, illas non tam imperio, quam exemplo suæ virtutis optimè gubernavit, & ad pietatem mirificè promovit. Regii enim generis & Præfecturæ oblita, præ cæteris se submissius gerebat. Infirmarum officia per semetipsam curabat, ne cui minus diligenti, tam sedulo inculcata in Sacris Legibus nostris cura, commendaretur; in omnibus quam maximè adnixa, ne tam præesse, quam prodesse videretur. Quare amari potius, quam timeri voluit, & benevolentissimè omnibus ministravit. Orandi, jejunandi, vigilandi assiduitate, non minus, quam ipsa dignitate reliquas omnes antecedeat. Post munus itaque sanctè administratum lecto decumbens, accersitis ad se Virginitibus, & sanctissimis datis præceptis, præsertim, ut præ cæteris mutuam invicem charitatem conservarent, & humilitatem sectarentur, ad Christum migravit tertio Idus Julii, insignibus miraculis & in vita & post mortem gloriosa. Cujus sacra Reliquia, in Monasterio Sancti Augustini nostri in Cantia aliquamdiu asservatæ, postea Daventriam delatæ, ibidem digno cum honore reconditæ sunt. Claruit sancta Abbatissa Ann. Christi 680. cui in honore Abbatiali lectissima discipula & cognata successit, Sancta Edburga Ethelberti Regis, & Berthæ Reginae sanctissima filia. Nicolaus Harpsfeld. Contin. Bedæ, Steph. Lufignam. Polyd.

Virgilius, Eduard. Mayhew. Molan. Crætepol. Annal. nost. & t. 2. SS. & c.

In Britannia Minori, Sancti Thuriani Episcopi & Confessoris, miræ simplicitatis & innocentia viri. Thurianus in Armorica natus Britannia, pago Trecoit, haud longè à Monasterio Vallonensi, inclyto genere nobilissimos parentes Lelianum & Mageen habuit. Iussus ab Angelo Vallonense Cænobium adire ut literas disceret, eas facillimè imbibit. Inde ad Dolensem urbem migravit, Cathedralique ibidem Monachorum Collegio insertus, adeo miraculorum gratia refulsit, ut jam tunc cæcis visum, claudis gressum, surdis auditum, mutis loquelam, dementibus sospitatem impertiretur; & neminem non benè curatum, seu mirè recreatum à se dimitteret. Inter innumera ejusmodi miracula, à trium præcipue mortuorum prodigiosissima resuscitatione, velut Magnus Martinus Episcopus, celebratus est. Archiepiscopus postea Dolensis consecratus, sedem illam atque provinciam, æterno sibi merito obligavit, & admirandæ sanctitatis radiis universorum oculos mirificè perstrinxit, atque detinuit. Ad populum aliquando dum verba faceret, sublevatis in cælum oculis Iesum Christum in sede majestatis suæ videre meruit, Angelosque arcam testamenti Dei in processione, ut vocamus, circumferentes, quod ipsum tunc auditoribus suis significans, quo tenore pleni & perfecti splendoris claritas Deus illic se demonstrare dignatus sit, explicavit. Rivallum Tyrannum potentia turgidum, sumptis secum duodecim Monachis conveniens, pro scelere, & incendio Sancti Maoki Cænobio rigidè repræhendit, qui consternatus animo contremilcensque, inclinato ad terram usque toto corpore, corripientem humillimè attendit, & septempliciter se combusta restauraturum promisit; cui pœnitenti, à Sancto Michaële Archangelo sibi apparente edoctus vir sanctissimus, septem annorum concessas ad pœnitendum inducias, indicavit. Rejecta demum Pontificia dignitate Thurianus, ad Monasterium Sanctæ Crucis Madriacense se contulit, & Sancto Leutfrido Abbati, tam prodigiosa sanctitatis Pontifex, velut primulæ ætatis Novitium se subjecit;

*S. Thurianus Episc.**Angelus puero appareret.**Miracula ejus.**Tres mortuos resuscitat.**Mira ejus visio.**Mira auctoritas.**Pœnitentiæ tempus Principi impetrat.**Episcopatum se abdicat.*

jecit; ubi vitæ reliquum admiranda vitæ sanctitate, humilitatis & obedientia lucidissimum speculum omnibus factus, trāsegit, & maximis interea etiam miraculis coruscavit. Sed & mortuus æque ac vivus, prodigiis rarissimis à DEO honoratus; quæ inter Parisiorum urbem ab invalescente terribili incendio liberavit; alio item tempore Palatium regium similiter prodigiote contopito incendio servavit, cum sacra ejus exuvia ignibus opponerentur. Ex Chronico Iacobi du Breul Mon. Sancti Germani, *Ms. Chron. S. Cornelii Compend. t. 2. SS. & c.*

*Miracula.**B. Olbertus. Abb.**Clar. 1012.**S. Veranus Episcopus.**B. Maria Regis filia.**Contemptus sui.**Virtutes ejus.**S. Vvillehad. Episc.*

rationis ad fidei Christianæ puritatē perduxit, & multa paganorum millia sacris Baptismi undis expiavit; cumque lectissimis suis discipulis, amplissimas per provincias irremisso labore discurrens, idola confregit, impios ritus & mores sustulit, & solida virtutis ac liberalium artium studia, antea incognita, æterno cum merito induxit propagavitque; Fidei deniq; causa plurima adire pericula minime exhorruit; quia & fustibus quandoque acriter contutus, & stricto in jugulum ense divinitus liberatus, a primo tamen spiritus fervore nihil remisit, donec appetente remunerationis hora, ad libertatem felicissimæ immortalitatis transferretur. Obiit gloriosissimus & meritisissimus Apostolus A. C. 790. cujus haud immerito hac ipsa olim die Bremenses & finitimi Consecrationis diem, anniversaria solemnem memoria festivè celebrarunt. *Anon. Hist. Bremens. script. Adam Canon, Bremens. Annal. Germ. & Bened. & c.*

*Nihil periculis terretur.**Obiit 790.*

In Monasterio Villariensi in Brabantia, Beati Henrici ejusdem Cænobii Conventi. De hoc ita, hac die Arnoldus Raiffius: Villarii felix transitus Henrici ibidè Laici, viri summæ demissionis, ac maxime pauperibus in Xenodochio addicti. In hujus immiserat cor dæmon quandam desperationem, quod cælestis Regni minimè esset futurus particeps, quia spurcius esset. Quæ tentatio mirum in modum eum divexabat, ut nec ab eo, qui illi erat à confelsionibus, nec ullis in medium alatis exemplis consolationem exciperet. Tandem misertus ejus Deus, nocte quadam, cum vehementius exurgeret tentatio, in somnis vitus est sibi in ampla & magnifica domo versari, ubi magnam utriusque sexus turbam aspiceret. Hinc vox subsequi visa est, quæ eidem diceret: Henrice vides hanc hominum multitudinem? Omnes quidem ex legitimo matrimonio nati sunt; verum omnes præter te æternum peribunt. Quare experge factus gaudere cœpit, quod hanc propter se factam intelligeret visionem fuisse. Ab illa vero hora tentatio cessavit, ac quamdiu vixit, Deo, qui non deserit sperantes in te, gratis egit. *Hucusque Raiffius.*

*B. Henricus conversus.**Tentatio ejus.**Visio.**Liberatur à tentatione.*

Perusii S. Petri Abbatis & Confessoris. Petrus familia Nobili de Agello Perusino, puer pietati, sacris profanisque litteris deditissimus fuit. Audiens in Ecclesia: Tolle jugum meum super Vos, & c. quasi soli sibi dicta accepit, & in quodam Clunianensi Cænobio Monachum professus,

S. Petrus Abbas.

vitæ sanctitate celebrer evasit. Quod ipsum audiens Honestus Perusinus Episcopus, ipsum patriæ restitui impetravit, & primum S. Petri juxta Perusium Monasterii Abbatem instituit. Claruit admiranda miraculorum gloria: ruentem ruptis funibus grandi pondere columnam, signo crucis sustinuit, donec denuo ligaretur. Murarium ex alto prolapsum desperatumque restituit; molendinum Cænobii aquarum impete abripiendū, aquis signo crucis mox imminutis mirè servavit;

PRIDIE IDVS IVLII.

XIV. Julij.

S. Henricus
Imp.

A puero à
Monachis
instituitis.

S. P. N. Be-
nedictum
Patronum
eligit.

Altare ejus
domesticum

Deipara
cultor mira-
bilis.

Visio mira.

BAmbergæ S. Henrici Primi Imperatoris, qui cum uxore sua Chunegunde perpetuam Virginitatem servavit, & Sanctum Stephanum Vngarorum Regem, cum universo ferè ejus Regno, ad Fidem Christi suscipiendam perduxit. Henricus è Duce Bojorum Imperator Augustus, bello ac pace gloriosissimus, à Monachis nostris ab ipsa infantia institutus, etiam cū imperaret Monachis paruit, quoad denique etiam Voto emisso, nostris se legibus devoveret. Sanctum Wolfgangum nostrum pueritiæ Magistrum habuit, à quo prophetico spiritu, jam tunc, non alio quàm Cæsaris titulo salutatus, insigni vitæ sanctitate cum litteris institutus est. Sanctissimū Patriarcham nostrum BENEDICTUM, post Deum, & Deiparam, Patronum sibi principem elegit, expertus eundem & fidum, si errasset monitorem, & certum in calamitatibus ac periculis adiutorem, & protectorem. Ejusdem ac Deiparæ in solida auro tabula imaginem, in Sacelli sui domestici altari posuit, in qua & Chunegundem suam ad Magnæ Matris Virginis, se vero ad BENEDICTI Patris pedes supplicem effingi in auro voluit. Admirabilis Matris amorem cum lacte suxit, Wolfgangi magistri, aliorumque nostrorū exemplo ita exardescens, ut illis nihil cedere videretur; cujus honori splendidissimam illam Spiræ Basilicam, Basileensem dehinc multasque alias sumptu incredibili moliri cepit; solitus prima semper nocte, quotiescunque Urbem aliquam ingrederetur, si quod ibi templum Augustissimæ Cælitum Imperatrici sacrum esset, in precibus excubare, illudque ingentis magnitudinis aureo calice donare. Romæ, cum in æde Sanctæ MARIE Majoris excubaret, Christum in numero Sanctorum comitatu septum, ceu sacris operaturum

similiter periclitantem in partu Dominæ juvit; annonam cælitus impetravit. Electuarium à Chunone Episcopo creditum & repetitū, quod in debiles distribuerat, mirè restitui meruit. De provincia optime meritus; Otthonem II. Imp. juvenè pro licentia militum acriter corripuit, & multa mala sustulit. Obiit anno 1007. regiminis quadragesimo. *Historia Perusina Pellini. Casar Alexius in Elogiis Perusinis, Petrus Ricordat 9, Felix Ciactus &c.* Fuit 10. Jul.

F.

ingredi conspexit. Introitum: *Suscipimus Deus &c.* solemni cantu prosequentibus Angelis, cum ad versum: *Iustitia plena est dextera tua* deveniretur, conversus est Christus & Deipara, digito in Henricum intento, quos & cælitates reliqui omnes imitati sunt; tanquam id Henrico Elogium optimè congrueret. Finito Evangelio, librum Angelus cum Christo tum Matri ejus gloriosissimæ ac cæteris omnibus osculandum obtulit. Quo peracto, Regina gloriæ, Angelo innuit, ut & Henrico porrigeret, jubens insuper: *Præbe ei pacis osculum, cujus mihi Virginitas placet.* Cumque is nimio raptus gaudio, jam porro plenè intendere oculis atque animo nequiveret, Angelus in nervo Sanctum Imperatorem tangens: *Hoc tibi erit signum, inquit, dilectionis Dei, ob tuam castitatem & iustitiam.* Claudicavit ex eo tempore Augustus, ita ut perpetuum deinceps *Claudi* nomen tulerit. Fuit felicissimus & gloriosissimus, gravissimis confectis præliis Imperator; Bohemis, Wandalis, Vngaris, Saracenis mirè edomitis & profligatis, cui cælum etiam aliquando militare, & Angelus ille *percussus* exercitum ducere conspectus est. Enituit summa in Majestate, miranda animi demissio, qua Magno Theodosio minimè minor, non aliter atque ad Basilii ille, ita ad Hereberti Coloniensis Archiepiscopi iste se reprehendentis pedes, prostratus jacuit, & errati veniam suppliciter postulavit. Calculi inexplicabili dolore excruciat, desperantibus de vitæ ejus medicis, à Sanctissimo Patriarcha nostro, Patrono suo, sibi apparente prodigiosè curatus, evocato quamprimum Casinate Abbate, ejusque Monachis: qua tandem mercede remunerandum censeant, cujus opera desperatissimam ipse valetudinem & vitam recepiisset?

Memoran-
da res.

Insignis Dei-
para favor.

Vnde Claudi
cognomen.

Humilitas
ejus.

Desperatus à
S. P. N. cu-
ratur.

Quantum
debeat S. P.
N. fatetur.

Voto solemni
se Regule no-
stra devo-
ret.

Virgines
conjuges.

Insignia ma-
riga.

Gloria Ger-
mania.

Mortuus
mortuus con-
jugi cedit.

S. Marcellinus.

cepisset? humaniter requisivit: cumque omnes exquisitis muneribus donandum pronunciaissent, obque id ipsum omnes etiam sui Cænobii opes promptis animis detulissent: *Atqui scitote, subiit ille, mercedem à me vobis dependi oportere, quorū Parens Sanctissimus, confectum me, ac penè deficientem, proxima nocte sanitati restituit.* Quæ cū diceret, prolatis tribus metuendæ magnitudinis calculis, lachrymis præ gaudio ac religione fluentibus fidem miraculo adstruxit, & nequid minus se ipso daret, Voto in omnium præsentia, facto, Sanctissimi Legislatoris nostri Legibus se devovit; persanctè juxta DEO spondens, ubi primum gravissimis Imperii curis se expedivisset, abjecta purpura, & diademate resignato, cucullum inter Casinates Monachos amplexurum. Mortuus altero post anno, cum paulo ante evocata Chunegunda conjugè sanctissima, præsentibus Episcopos & Abbates sic affaretur: *Hanc mihi, inquit, à vobis, imo à Christo Domino traditam, eidem & vobis restituo* Virginem immaculatam. Fundavit sanctissimus hic Imperator, alia inter, celeberrimū etiam Bambergensem Episcopatum, præterque plura quæ condidit Cænobia nostra, Episcopatus potentissimos, Magdeburgensem, Hildesheimensem, Argentinensem, Misnensem, Merseburgensem &c. à Sclavis vastatos præclare restituit, & (stupenda res!) vix Ecclesiam, per Germaniā universam indotatam reliquit. Ut merito Germania æternum sibi gratuletur gloriaturque, uno se edidisse partu Augustum & Augustam, conjuges, Virgines, inter Sanctos relatos ambos, & in tabulis Ecclesiæ perpetua memoria illustres. Conditus in eo Henricus, quod sibi ac Chunegundi paraverat tumulo, quæ illico à morte Augusti, cucullum, quod propriis operata manibus fuerat, induta, in Confugiensi Cænobio Ordinem professus, post annos demum quindecim ad cælos evocatus, ac propè maritum, qui prodigiosè se vertere, & Chunegundi cedere & deferre visus est, sepulta, eximius cum lectissimo marito miraculis coruscavit. *Ex Annal. nostris Germania, Aquila, Bened. Adelberto Traject. Episc. Baronio, Iepesio, Scipione, Balingh. Imp. vitis, Gretsero, Raderio, Chron. Bamberg. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Daventriæ in Belgis Sancti Marcellini Presbyteri & Confessoris. Marcellinus Sancti Willibrordi nostri discipulus, Mo-nachus Sancti Salvatoris Trajecti, ex le-

ctissimo illo duodecim Apostolorū Germaniæ numero, prædicator Evangelii Christi ferventissimus, innumeris, ac penè immensis & maximè diuturnis laboribus ac periculis se se objiciens, in fide Christi propaganda supra quinque & sexaginta, imo nonnullorum probabili opinione. ad ipsos usque septuaginta annos defudavit, magnamque Frisiæ partem ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ colligens, fructum laboris innumerum retulit, de quo felicissimo suo successu ipse referens: *Missus, inquit, ad partes Transsylvanas, locum Aldenseel, Trentam, & Tuventam, & Covordiam, ac Daventriam rego; & Dei providentia, totum ferme populum, Christo, prædicando lucratus sum, & purgavi à culto Idololatria, &c.* Revocatus denique propter exhaustas laboribus vires decrepitamque ætatem è Frisia ad suum Cænobium, non multo post reversus in Aldenseel, centenarius ferè, an major, felicissime extinctus, & sacrum ejus corpus Daventriam translatum est. Claruit illustribus admodum prodigiis, æterno nomine de Ecclesia longè meritissimus, haud immerito provinciarum à se conversarum Tutelaris & Apostolus nuncupatus. Obiit sub Ann. Christi 800. *Ex S. Ludgero, Vita S. Suiberti, Cornelio Kempio, Cratepolio, Annal. Eccles. & nostris Germania, Aquila Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Hasbaniā Sancti Liberti Monachi & Martyris. Hunc juvenilibus annis tri-duo extinctum submergio, Divina virtute Sanctus Rumoldus noster suscitavit, & fide ac doctrina Christianis imbuit. Cucullum autem postea amplexus, Cænobio demum Vlmenfi sive Vlmi præesse meruit, & vita sanctissime exacta cum Nortmanni, Dani, & Hunni Brabantiam vastarent, ante aram Sancti Trudonis orans, crudelissimè trucidatus, cum palma Martyrii victor ad triumphos æternos ascendit Ann. Christi 790. Fuit illustri admodum natus genere, Adonis Mechliniæ Comitis, sive Principis filius, translatusque in loculum & altare Sancti Trudonis, ibidem usque hodie religiosissimè colitur. *Ioan. Molanus, & pl. rer. Belg. script. Cratepol. &c.*

Sonegiis depositio Sancti Vincentii Monachi & Confessoris. Vincentius cognomento Madelgarius, Comes Hannoniæ Illustrissimus, Dagoberti Regis affinis, à quo Hiberniæ Regno præfectus est, plurimum de Belgicis provinciis meruit, quarum plurimas ab infano dæmo-

Innumeri
ejus labores.

Merita.

Centenarius
moritur.
800.

Apostolus &
Patronus,
&c.

S. Liberti
Martyr.

Triduanus
mortuus re-
suscitatur.

Pascitur A. C.
790.

S. Vincentii
Princeps
Hannoniæ.

num cultu avocavit, eamque in rem, spectatissimas lectissimorum Apostolorum nostrorum colonias induxit. Demum constructis, Altimontensi & Castrilocensi Cenobii, in illo se se, in hoc autem Waldetrudis sanctissima conjux ejus recluserit, & uterque cucullo mutans purpuram, miram postea vitam sanctitate illuxit. Construxit & Sonnegiense postea Canobium, in quo sanctissimo fine vitam terminavit. Claruit Ann. Christi 606. *Rosiers, Menard. Molan. Locrius, Buzelinus, Tritheimus, &c.*

Fit Monach.

Ven. Petrus

Vox calo de lapsa.

Auctor expeditionis sacrae.

Christianos excitaret, ipsumque Petrum tanti Belli praconem constitueret. Qui suis concionibus totum Occidentem ^{Bene meretur de Exercitu Christiano.} mittere accendit, & ipse cum exercitu in Orientem profectus, res Christianorum plurimum juvit, & praclarissime meruit. Capta autem felicissimis auspiciis Hierosolyma, in Belgium reversus, ope Cononis & Lamberti illustrium Comitum Canobium condidit, quod ipse Prioris titulo, omnem splendorem Abbatialis dignitatis plurimum fugiens, regendum suscepit, & sancte instituit, atque ibidem beatissimo fine requievit Ann. Christi 1115. ^{Obiit 1115.} Cujus sacrum corpus post annos centum ^{Transfertur.} viginti septem integrum cum barba repertum, atque inde Cryptam translatum, & dignè reconditum. *Guilh. Tyrius, Dodechinus, Menard. Molan. Annales Eccles. & nost. & plurimi alii scriptores, &c.*

In Gallia Beati Henrici S. R. E. Cardinalis Episcopi Albanensis viri spectatissimi, & gravissimis meritis conspicui. De quo hac die Henriquezium, ob diem Natalem S. Henrici Imp. nos suo loco alias prolixius. ^{B. Henricus Card.}

In Rumbaneto Monasterio Beati Menfridi ejusdem loci Prioris, qui post pia Sanctorum operum semina, plenos reportavit aeternae mercedis manipulos. *Mnolog. Cisterc. Angelus Manrique, tom. 2. Sanctorum Ordinis, &c.* ^{B. Menfrid. Prior.}

IDIBVS IVLII.

XV. Julij.

G.

B. Eginus Abbas.

Pro libertate Ecclesiastica exul.

In gravibus negotiis probatur.

Augustae Vindelicorum Beati Eginonis Abbatis. Is a teneris annis, in Monasterio Sanctorum Vdalrici & Afrae patriae urbis Augustae educatus, & sacris litteris eruditus, miros in Virtutum studio progressus fecit. Tempore vero Schismatis Henriciani in Sancti Blasii Hercinae Canobium secessit, ubi etiam Beatae memoriae Gebhardo III. Zaringiae Duci, ex Monacho Hirsaugiensi, Constantiensium Pontifici, eadem ex causa sede sua pulso, familiaris effectus, ejusdem deinceps laborum & arumarum comes individuus, plurimum sancta eam familiaritate profecit, & ab eodem Gebhardo Sedis Apostolicae per universam Alemaniā Legato, gravissimis negotiis in causa Ecclesiae adhibitus, Romam etiam semel atque iterum missus, fidelem & strenuam operam navavit. Inde ad suum

Monasterium Augustam revocatus, Abbate ejus loci mortuo, successor electus, eum quoque honorem dexterrime gessit, ^{Reformat Monasterium.} & prodesse magis quam praesse studuit. In revocandis dein suorum, ad exactiorem Regulae observantiam, moribus, multum, nec sine fructu laboravit; ^{Miraculis fulget.} cujus conatus, & vitae eximiam sanctitatem illustribus miraculis Numen commendavit. Sed cum Hermanno Augustano Episcopo, excommunicato communicare nollet, ab eodem improbe exagitatus, & cum flecti nullo modo posset Canobio eiectus est. Vbi stupenda quamprimum evenere: namque impio & sacrilego Pontifice armata manu, magno cum furore in Canobium irrupente, sacer claustrum ambitus terrae motu fortiter concussus est, & campanili horrendum nutante sonitum

Romam proficiscitur.

Mortuus 1122.

S. Deus dedit Archiep.

S. Theodoro succedit.

Obiit. 665.

Epitaphium.

S. Harruchi Episc. Mart.

sonitum edidit. Adhuc tumba Sanctae Afrae Martyris, ferreis vinculis dissilientibus fere reserata est. Eginus cum duodecim Fratribus hostiles manus protegente Nutine evasit, & acceptis ab Archipraetule Moguntino litteris commendatis, Rosellae a Summo Pontifice benigne acceptus, cum eodem Romam profectus est. Vbi accepta de manu Pontificis summi Sacrae Communione, & non semel osculo donatus, & sacra benedictione munitus, cum, quae postulaverat impetrasset, in reditu, Pisis in morbum incidit, ibique SS. Ecclesiae Sacramentis rite susceptis, saepius psalmum: *Laudate pueri Dominum &c.* pronuncians, in ultimo tandem versu, beatam caelo animam transmisit An. Ch. 1122. sepultus in Monasterio nostro Sancti Michaelis Camaldulensium. *Ex Valscalo, Carolo Stengelio, Annal. nost. German. &c.*

Cantuariae depositio Sancti Deus dedit sexti ejusdem civitatis Archiepiscopi & Confessoris. Deus dedit sive Theodatus ex genere Occidentalium Saxonum oriundus, in ejusdem provinciae Canobio quodam Monasticae vitam professus; disciplinis Regularibus a juventute optime institutus, cum vitae meritis praecipue excelleret, dignissimus visus est, qui magno illi Theodoro nostro Cantuariensi Archipraefuli tanto in honore succederet. Successit, haud impari cum splendore & merito, adeo quidem in administratione ejus muneris felix, ut Regni universi in Pontificatu ejus gloria & fortuna niteretur. Praefuit annis novem cum quatuor mensibus, magnoque sui relicto desiderio plenus dierum decessit An. Ch. 665. cujus quanta fuisset sanctitas egregiis post mortem ejus ad tumulum miraculis DEVS declaravit. Cujus virtutes fatis Epitaphium tumulo inscriptum loquitur:

*Prodit ab hac urna virtute salus diuturna,
Qua melioratur quicumque dolore gravatur, &c.*

Venerab. Beda, Edward. Mayhevv. Chronol. Cantuar. Polidor. Virgilius, Nicol. Harpsfeld. t. 2. SS. Ord. &c.

Werdae in Germania depositio Sancti Harruchi Episcopi & Martyris. Harruchus natione Scotus, celeberrimi illius Amarbaricensis, de Saxoniae provinciis longè meritis Canobii Monachus & Abbas, cum propagandae Christianae fi-

dei Zelo in Saxoniam contenderet, & strenue ibidem omnibus contemptis difficultatibus & periculis laboraret, mortuo Isengero Verdensi Episcopo subrogatus, ^{Exemplum vita.} verum pastorem se esse facto ipso & exemplis vitae sanctissimae demonstrans; post mala plurima Christi & Ecclesiae causa fortiter exantlata, ab immanibus barbaris ^{Martyr occumbit.} interceptus, & crudelissime trucidatus, sanguinis sui purpura Pontificatum suum illusterrimum reddidit, & ovens caelestibus triumphis interemerit sub An. Christi 331. *Annal. German. Leslaus. Bruschius, Crantzius, t. 2. SS. Ord. &c.*

Apud Nuceriam Vmbrorum Urbem depositio Sancti Felicissimi Confessoris voto nostri. Is puerili aetate invitis parentibus Nursiam S. P. N. patriam invens, illic Canobium ingressus Sancti Eutichii Abbatis disciplinis se subdidit, & litteris ac pietate multum profecit. In-

de reluctans plurimum a patre extractus, ^{Pueri in pauperes liberata.} accepta a Monachis benedictione domum revertit, adeo in pauperes munificus, ut proprias saepe exutus vestes, easdem in illos partiretur. Boves curare jussus, cum ad manum non esset quod pauperibus largiretur, petenti elemosynam vaccam dono dedit, & abducere jussit. Veritus autem patris iram, in fugam se contulit, ^{Scipio ejus defixoque prope montem Politianum florebat.} defixoque prope montem Politianum baculo, cum is statim prodigiose florisset, illic sibi sedem voluntate Numitis figendam intellexit & fixit. Monachicis proin toto animo repetitis studiis, Angelicam in terris vitam instituit, & admirandis virtutibus effulsit. Petere crescente

autem ejus ob miraculorum gloriam fama, multis ad ipsum concurrentibus, non corporis solum, sed & animi in primis curam impendit, multos a bestiali mente ad saniora consilia revocavit, & vitiorum caeno merfos eripuit. Cumque plurimis ibidem annis Domino strenue deservisset, sancto sine coronans opera ad superos excessit, insignibus etiam post obitum miraculis nobilitatus. Cujus sacras Reliquias cum temere quidam tangere praesumeret, stupetacto quamprimum brachio poenas dedit, donec poenitens facti, & supplex Divo veniam & sanitatem impetraret. Extructa super sacrum ejus tumulum insigni basilica, & amplis muneribus ornata, cum ista quidam clam auferre moliretur, tota noctem ambulans, cum multum itineris se confecisse confideret, mane prope Ecclesiam depræhen-

sus, ^{Miraculis claret.} ^{Temeritas punita.} ^{Aliud miraculum.}

fus, Voto facto, Felicissimi deinceps Ecclesie perpetuo se servituum mortem evasit. Claruit vir Dei sub A. C. 650. *Ex monim. Eccles. Nucernae, t. 2. SS. Ordin. Phil. Ferrar. &c.*

S. Ansuerus cum 30. sociis Mart.

Razenburgi, Sancti Aucti Abbatis & aliorum triginta Monachorum Martyrum. Auctus omnium Virtutum ornamentis insignis, post multos Monachicæ militiæ labores, ad altiora vocatus, Scavis barbaris in Cænobium irrupentibus Christi hostia factus, ab iisdem cum triginta sociis Monachis, quos inter spectatissimi quidam virtute & eruditione eminebant, lapidibus obrutus, eorum, quorum in sacro vitæ rigore antesignanus esse meruerat, triumpho post mortem in cælis primipilus effulsit. Passi sunt Ann. Christi 1066. *Ex Helmoldo Hist. Sclav. Alberto Stadenfi, Alb. Cranzio, Trithem. &c.*

Passi sunt A. C. 1066.

S. Eadgitha Regina.

In Anglia depositio Sanctæ Eadgithæ Regiæ Northumbriæ, sanctimonialis Virginis. Hæc Eduardi primi Angliæ Regi filia, Sitrico Dano Northumbriæ Regis desponsata, qui ejus amore fidei Catholicæ nomen dederat, sed ab inconstantis ingenii homine postmodum repudiata, servatum Virginum sponso Virginitatis florem in Monasterio Polesbericæ consecravit, & pullâ pro purpurea induta vestem, eam intrinsecus omni virtutum varietate excolens, ut gemis lucidissimis mirificè excoluit, & vitæ hujus cursu feliciter consummato, miraculorum rutilans gloria ad cæli palatia æterna emigravit A. Ch. 925. Matthæus Westmonast. & reliqui rer. Britann. script. Annal. nostr. & t. 2. SS. &c.

Miraculis claret.

Obiit 925.

S. Plechelmus Episc.

In Belgio, civitate Oudenseele, natalis Sancti Plechelmi Episcopi & Confessoris. Plechelmus, Sancti Adelmi socius, Monachus Maildubienfis, *magnis in diebus suis effulsit virtutibus.* Ob insignem proin sanctitatis opinionem Cænobio eductus, Episcopus Catæ Dei renunciatus, eidem annis tredecim, summa cum crediti sibi populi utilitate præfuit, quem DEVS miraculorum gratia honoravit. Decessit vir sanctus Ann. Christi 778. inde in Oudenzeel Flandriæ translatus, & Patronus celeberrimæ Ecclesie Ruræmundensis cooptatus, magna fidelium veneratione ibidem frequentatur & colitur. *Petrus Cratepolius, Ioan. Molanus, Trithemius, to. 2. SS. Ord. &c.*

Ob. Anno 778.

Patronus Ecclesie Ruræmund.

B. Balduinus Abb.

In Gallia Beati Balduini Monachi Claræ-vallis, Melliflui Doctoris nostri Ber-

nardi discipuli, & ab eodem specialis prærogativa charitatis dilecti, viri in Divinis & humanis rebus sufficienter instructi, & singulari sanctitatis opinione celeberrimi, qui Reatini Cænobii Abbas institutus, piissimis moribus, & Angelicæ conversationis exemplo, Monachos curæ suæ traditos informavit. Ad quem ad id muneris evectum, sic inter alia Bernardus: *Sicut mater unicum amat filium, ita diligebam, harentem lateri meo, placentem cordi meo. Diligam & absentem, ne solatium meum ex te, & non te videar dilexisse. Eras per necessarius mihi, &c.* Vt facile appareat quantum fuerit, quem tantopere tantus Doctor dilexerit & æstimavit. *Ex Menolog. Cister. Chrysostom. Henriq. Barnab. Montalbo, & Epist. Doct. Bernardi, tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Insigne elogium.

Valentiæ in Hispania depositio Beatæ Teresæ Regiæ, quæ mundi delicias fastidians Cænobium Sanctæ MARIÆ de Gratia in Vrbe Valentina exstruens, abjecto diademate & purpura ibidem sacris Virginibus se jungens, Sanctissimi Patris nostri BENEDICTI Regulæ sub exactiore Cisterciensium nostrorum observantia & rigore se devovens, admirabili humilitatis exemplo omnium oculos perstrinxit, & ut olim dignitate Regia omnes antecelluit, sic religiosis deinceps virtutibus socias antegressa, Ordinis universi & sæculi sui rarissimum decus enituit. Quam à morte Deus perpetuis deinceps miraculis illustravit, frequentissimo languidorum omnis generis ad tumulû ejus concursu. Cujus sacrum corpus Christi anno 1517. vividum totum, religiosisque vestibus indutum inventum est, & summa omnium gratulatione in eminentiore loco collocatum, usque hodie incorruptum perseverat, & summa populi veneratione celebratur. *Martin. de Viciana, Gaspar Escolanus, Ioan. Alvarus, Angelus Manriq. Chrysof. Henriq. Barnab. de Montalb. &c.*

B. Teresa Regina.

Humilitas ejus.

Incorruptio perpetua.

In Anglia translatio Sancti Swithuni Episcopi, facta Ann. Christi 971. ab Ethelwoldo Episcopo, annis ab obitu ejusdem centum & decem, de qua agit Wolstanus Wigorniensis in Vita ejusdem. *Matth. Westmonast. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Swithuni translatio.

Eodem die Translatio Sancti Theobaldi Monachi Camaldulensis; de qua consulendus Augustin. Florent. Hist. *Cam. p. 2. l. 4.*

☉(o)☉

☉

DECI-

DECIMO SEPTIMO CAL. AVG.

XVI. Julij.

A.

S. Raineldis & Soc. Mart.

Illustrissimū genus.

In Cænobiū Laubiense profusa.

Ostia templi prodigio patent.

Martyrio coronatur.

Miracula.

Socii Martyres.

Barbari templum incendere nequeunt.

S. Sisenandus Mart.

Santis in Gallia Sanctorum Martyrum Raineldis Virginis & sociorum ejus, qui à barbaris pro fide Christi cæsi sunt. Raineldis Illustrissimis nata parentibus, patrem Witgerum Principem habuit, matrem Amelbergā, Theodorici quondam Lotharingiæ sive Austrasiæ Ducis viduam, pari utrumque sanctitate, utrumque professione demum Monastica inclytos. Contemptis autem maximorum Principum nuptiis Raineldis, cum sorore Gudila lacrum velamen à Sancto Autberto nostro Cameracensium Pontifice suscepit, & omnem terrenam substantiam Laubiensi Cænobio conferens, omnem omnium mundi hujus rerum amorem atque ambitionem à corde suo prorsum exclusit. Cum autem eodem in Cænobio totam se se sub severioris disciplinæ atque obedientiæ instituto, Christo consecrare pararet, suppliciterque ingressum postularet, repullam passa, quod feminis ingredi in Cænobia virorum non solum, sed & templa fas non esset, triduum totum jejuna orationem continuavit, usque dum nocte tertia, campanis sponte sonantibus, templi fores prodigiose Virgini patuere; ut nemo deinceps admittam à DEO excludere præsumeret. Vitam exegit admirando rigore, & Hunis sive Nortmannis Galliam vastantibus, à barbaris, in Ecclesia orans, capta, crudeliter exagitata, flagellis ac fustibus pessimè tractata, detruncato demum capite, plurimis titulis ac victoriis gloriosa ad triumphos æternos abiit; cujus electissimæ spontæ suæ sanctitatem, & in vita, & post mortem rara & miranda prodigiorum gloria Numen universis fidelibus commendavit. Passi sunt cum illa Grimoaldus & Gundolphus viri illustrissimi, ejusdem Sanctæ Principis cognati, qui tunc fortè, an consulto ad Virginem convenerant, ex quibus posterior adactis tribus in cerebrum clavis interfectus, ille autem capite cæsus, ad præmia Martyrum sanctissimam Cognatam comitati sunt, frustra barbaris templum incendere parantibus, nec sine confusione inde recedentibus. *Ex diversis rer. Gall. & Belg. script. Vita ejusdem Virg. t. 2. SS. &c.*

Cordubæ in Hispania Sancti Sisenandi Lenitæ & Martyris, qui pro fide Christi

à Saracenis jugulatus est. Fuit Sisenandus Pacensis natione, emisitque professionem Monasticam in Monasterio Sancti Aciscli Cordubæ. Depugnavit constanter pro CHRISTI nomine, adversum impiam Mahometi sectam, tempore persecutionis Arabicæ; cumque esset in vinculis, divina animi præfensione, Martyrii sui gloriosissimi expectatissimum diem prævidit: ad quod cælesti præsidio confirmatus, non licitorum immani vociferatione, neque tyrannico cruciatu perterrefactus, ad judiciū productus, admirabili vultus atque animi constantia antè judicem apparuit, & lætus sententiam præclaræ mortis accepit, *Passus Ann. Christi 851. Ambros. de Moral. Alph. no 851. Villeg. Galefin. Anton. de Iepes. t. 2. Sacro-S. Ord. &c.*

Passus Ann. Christi 851.

In Germania, Monasterio Eberbacensi, Beati Wernheri, cognomento Junioris ætate quidem adolescentis, sed mente cani, Angelicæ puritatis, carne & spiritu Virginis, qui necdum quidem Sacerdos, DEO tamen hostiam gratam, sacrificium acceptum, continua cordis & corporis mortificatione offerebat; tantus quidem in quem oculi omnium converterentur, & maximam de ipso ut opinionem, sic spem concipiebant; quem tamen cælo maturum summis omnium votis DEVS præripuit, & ad paternum misericordiæ læ sinum invitavit. Cui cum morte confictanti Admirabilis Mater Virgo Benedicta visibiliter adfuit, & dæmones, quos jam ipse intrepidò animo contempserat, fugans eum secum ad æternæ patriæ gaudia deduxit; haud levi desiderio & mœrore ex ejus transitu omnium Fratrum animos occupante & excruciente. Cæsarius Heisterbac. *Henriq. tom. 2. SS. Ordinis, &c.*

B. VVernherus juvenis.

Ejus præicas.

Adest morturo Deijam ipse intrepidò animo contempserat, para.

In Eremo Stiria, Beati Leonis, cognomento Præfensis, Monachi & Eremitæ. Is in extrema etiam senectute, ab admiranda vitæ austeritate, & abolutissima voluntatis propriæ mortificatione celebratus est. Quotidie autem tria Pfalteria recitavit; adeo collecta mente atque ab omni evagatione aliena, ut si ve in oratione si ve extra orationem, sibi petuo constaret, & Deo jugiter adhærens, nec vel levissimè distraheretur. Sed & illud

B. Leo.

Mira gratia.

Tt 4

Vere Angelicus vir.

illud mirandum valde, quod de eodem Beatus Petrus Damiani noster scriptis comendavit: Nunquam esuriebat, inquit, nunquam sitiebat. Licet præ senio nullius posset vultum discernere, rectè tamen legebat. Intra Cellam positus, ubi subobscura lux, litterarum apices rectè discernebat: extra vero, ubi clarior est lux, legere non poterat. Claruit Damiani ipsius temporibus, splendidissimæ illius Congregationis & Reformationis ab Avellanâ cognominatæ ornamentū. Ex Tract. Dam. de Perfect. Hugone, tom. 2. Sacro-Sanct. &c.

S. Abundantia V.

Spoleti Sanctæ Abundantiæ Virginis, discipulæ Sancti Nicolai Abbatis. Abundantia nobili genere, Exuperio patre, matre Sigismunda apud Spoletum nata est, quam ipsi precibus, cū steriles essent à Numine impetrarunt, cuius futura sanctitas, ipsa in infantia declarata manifestissimo signo, cum puella ad baptismum delata, campanæ sponte sua prodigiosissimè confonarent, & lampades Ecclesiæ nemine accedente, subitum exardescerent, & omnes stupore impleverent. Sed & illud vix in lucem editæ multum celebratur, eū mulierem adulterii falso insinulatam, mirè liberavit, & infantilem linguā, divinitus eloquentē, pro asserenda innocentis fama in nocentes stringēs, disertissimè innocentiam illius comprobavit. Octennis Ecclesiam ingressa, ante imaginē Admirabilis Matris puerum Iesum gestantis, cū ab eō pomum aureum, quod in ejus manibus pictum erat petisset, (mirabile dictu,) puer manu extensā pomum illi porrexit, quæ ad domum recurrens, flores hyemali exortos tempore, ac decerptos in Ecclesiam ferens, dilectulo suo redonavit. Adolescentula Sancto Majolo Abbati, ut institueretur tradita, tanto Magistro dignam se præbuit, & in omni virtutū studio mirificè profecit, à qua postea exoratus, eam secum Hierosolymam duxit, ubi locis omnibus religiosissimè salutatis, mysteriisque per hebdomadam Majorè peractis, illic maximè affici visa est, ubi speciosus ille præ filiis hominum, adeo à Iudæis dilectis suis deturpatus Crucem bajulans, Matrem Virginem obviam habuisse memoratur. Detractis siquidem vestibus Abundantia, cilicio & uncinis ferreis adeo se ibidem excarnificavit, ut toto sacro ejus corpore sanguinis rivuli undique defluerent. Ab eo loco ducè Angelo in solitudinem contendens, ad Sancti Onuphrii denique Cellulam deve-

Stupenda prodigia.

Stupenda res!

Hierosolyma proficiscitur.

Deipara compatitur.

Eremum incolit.

nit, eaque secludens, vitam planè Angelicam instituit, donec à Majolo prodita, ab Exuperio patre diu multumque quaesita in patriam reduceretur. Vbi sancto demū sine consummata, Campanis sponte sonantibus, & Angelis ad tam illustre funus concinentibus tumulata est; plurimis deinceps fanitatum beneficia impertita. Ex Monim. Eccles. Spoletana, tom. 2. Sacro-Sanct. Ordin. & vita ejusdem typis vulgata, Philippo Ferrario, &c. Claruit temporibus Ludovici Pij Imp. Aug. cujus cæteroquin Natalis 19. Ian. celebratur.

Moritur.

Claret 816.

In Monasterio Claravallis, Beati Arnoldi de Majorca, Belgæ, qui sæculi voluptatibus immerissimus, singulari Numinis gratia mirè conversus, quanto diligentius olim carni inservierat & mundo, tanto ferventior deinceps in mortificando semetipso, verè mundo mortui hominis exemplar omnibus factus, humilitate, obedientia & patientia mirè excelluit. De quo Mellissius Doctor noster dicere solebat: De conversione Fratris Arnulphi, nec minus glorificandus est Christus, quam de resurrectione Lazari quatrividuani, eo videlicet, quod in deliciis tantis clausus atque sepultus, velut in tumulto jacebat, & quasi vivens mortuus erat, &c. Evasit autem in cucullo tantus, ut mortali etiamnum in corpore cælestibus consolationibus frui mereretur: cujus aliquando caput, cū devotissime ad verum suum Gloria Patri inclinaret, Angelus cucullo candidissimo indutus, suppositis manibus, sustentare visus est. Gravissimis denique excoctus infirmitatibus, & patientiæ virtute probatissimus, ad præmia Beatorum evolavit. Basilius Sanctoro, Mirans, Henricus Gran, Gonzalus de Sylva, Rob. Rufca, Ang. Manrique, Barn. de Montalbo, Chrysof. Henric. tom. 2. SS. Ordin. &c.

B. Arnold.

Miranda ejus conversio.

Angelus cū puer ejus sustinet.

Patientia ejus.

Inventio S. Vdalrici

A. C. 1183.

B. Ioannes Abb.

B. Irmenegardis da Abbat.

ut mortali etiamnum in corpore cælestibus consolationibus frui mereretur: cujus aliquando caput, cū devotissime ad verum suum Gloria Patri inclinaret, Angelus cucullo candidissimo indutus, suppositis manibus, sustentare visus est. Gravissimis denique excoctus infirmitatibus, & patientiæ virtute probatissimus, ad præmia Beatorum evolavit. Basilius Sanctoro, Mirans, Henricus Gran, Gonzalus de Sylva, Rob. Rufca, Ang. Manrique, Barn. de Montalbo, Chrysof. Henric. tom. 2. SS. Ordin. &c.

Augusta Vindelicorum in Monasterio SS. Vdalrici & Afræ, inventio S. Vdalrici Episcopi & Confessoris, insignibus miraculis confirmata, facta ab Henrico ejusdè urbis Episcopo, cujus Inventionis fama longè lateque dispersa, in ejus honorem passim templa erecta & altaria sunt consecrata, factoque exin magno hominū concursu, innumera ejus meritis miracula patrata, A. C. 1183. Ex Proprio ejusdem loci typis vulgato.

In Anglia S. Ioannis Abbatis Monasterii ad S. Albanum, doctrina & sanctitate clari. Ex div. Angl. rer. script.

Eodem die in Monasterio Chiemenfis insulæ Beatæ Irmenegardis Ludovici Regis filia primæ ejusdem loci Abbatissæ, vitæ

vitæ sanctimonia & miraculorum gloria celebris, quæ usque hodie, devotè invocantibus, prodigiosè opitulatur. Ex monim. ejusdem Monast. &c.

cantibus, prodigiosè opitulatur. Ex monim. ejusdem Monast. &c.

DECIMO SEXTO CAL. AVGVST.

XVII. Julij.

B.

S. Leo IV. PP.

Fit Card.

Papa.

Elogium.

Merita ingentia.

Concilia.

Hereses obterit.

Novam civitatem condidit.

Ingentia merita.

Centumcellas restituit.

Roma, depositio Sancti Leonis Papæ quarti. Leo Romanus patria, Rudolpho patre, ex Monacho Sanctorum Sylvestri & Martini primæ Congregationis Benedictinæ, ob eximiam vitæ sanctitatem Sanctæ Roman. Eccles. Cardinalis, Titulo Sanctorum quatuor Coronatorum à Sergio II. Pontific. Maxim. creatus, eidem postea, unanimi omnium consensu, summa populi Clerique gratulatione in suprema Pontificæ Majestatis Cathedra successit, & ut Apostolica dignitate, sic & virtute orbi se universo mirificè probavit. Vir fuit, ut veteres MSS. habent, in omni vita, privata etiam, Religione, innocentia, pietate, humanitate, gratia, liberalitate, doctrina, Ecclesiastica præcipuè insignis. Tantæ præterea, addit Ciaconius, prudentiæ, & virtutis, ut Evangelii sententia, serpentis astutiam, ubi oportebat, & columbæ simplicitatem imitaretur. Ornavit Ecclesiam universam dignissimo eminentissimæ sanctitatis exemplo, & meritis gravissimis plurimisque locupletavit. Quippe, præter Concilia plurima: Parisiense, Moguntina tria, Turonense, Romanum, Constantinopolitanum, Valentinum, Ticinense, &c. quibus orbi mirificè profuit, alios etiam Conventus, bono diversarum provinciarum & Ecclesiarum maximo, plures instituit, Hæreses cum veteres, tum recenter natas, felicissimè obrivit, pessimas consuetudines sustulit, Clericæ populi mores correxit, aliæque ad omnem posteritatem summo opere comendanda induxit. Urbem Romanam splendidis Ecclesiis & ædificiis insigniter auxit ac munit; Novam insuper civitatem æterno cum merito ac monumento, qua nimirum includeret Divi Petri Basilicam, cum adjacentibus diversarum gentium hospitibus habitaculis, primus ipse condidit, & à se Leoninam appellavit, eandemque aqua benedicta, multisque orationibus sanctificatam solemnè ritu 27. mensis Junii DEO dicavit. Sed & alias plures per Italiam civitates, furore hostium, evertas restauravit. Urbem Portuensem inducta nova Corsorū colonia adversum Saracenos obarmavit. Centumcellensem deniq; civitatem pridem à Saracenis dirutam, loco munitio-

Collectas de SS. Apostolis componit.

Victoria memorabilis.

Rarum ingentia merita.

Miracula.

Deipara Cultor præcipuus.

Item S. P. N. Benedict.

Obiit 855. mense

Ordinatio-
nes ejus.

menfe tertio, die feptimo, cum ordina-
tiones duas menfibus Martio & Decem-
bri feciffet, Epifcoporum 63. Presbytero-
rum 19. Diaconorum 8. fepultusque eft
ingenti omnium cum luctu in Basilica
Vaticana. *Ex Annal. Eccl. Severino Binio,
Ciaconio, Parvin. Platina, Annal. noft. Bene-
dict. tom. 2. SS. Ordinis, & Aquila Roman.
Bened. &c.*

S. Fredegan-
dus.

In Monasterio Argentoneni Sancti
Fredegandi Monachi & Confessoris. Fre-
degandus five Fredegandus Monachus
Hibernus, Sanctorum Foillani, Fursei, &
Ultani peregrinationis & Apoftolici labo-
ris focius, verbo & exemplo, finitimis An-
tuerpiæ populis mirificè præluxit, & con-
ftructo Turnini Cænobio, illic vitæ dies
reliquos fancto fine conclufit. A cujus
pofttea morte, cum civitatis illius incolæ,
ad vomitum reverfi, scelera fceleribus ac-
cumularent, DEVS propter iniquitatem
habitantium exofus locum, Sancti Frede-
gandi famuli fui cæleſti monitu alio juſſit
transportari, *ut nullum eſſet.* (Ecce quanti
DEVS faciat etiam fuorum offa & cin-
eres,) *obſtaculum contra deſolationem.* Qui-
bus ſublatis (ſtupenda res!) velut muro &
turribus civitatis deſtructis, irruit gens ini-
mica, & incēdio perdidit ædificia omnia,
ipſumque Monasterium conſumpſit: ho-
mines partim trucidavit, partim captivos
abduxit; urbe illa deſtructa proſum at-
que deleta, ex cujus poſtea buſto & ruinis,
loco propinquo, Antuerpienſis pagus,
in celeberrimam Urbem, & potentiffimū
Emporium, quale hodie cernitur, & toto
orbe celebratur, evaſit. Ex diverſis rer.
Belgic. ſcriptoribus, tomo 1. Sacro-Sanct.
Ordin. &c.

Ecce quid
poſſunt SS.
Reliquia!Antuerpia
Origo.S. Stanislaus
Abb. & ſocii
Mart.

Regii generis

Barbarorum
irruptio.

In Polonia paſſio Sancti Stanislai Ab-
batis, & ſociorum duorum & octuaginta
Monachorum. Stanislaus illuſtriſſimo
natus genere, Boleslai Poloniae Regis, cog-
nomento Pudici, contanguineus, cucul-
lo & ſanguinis ſui purpura multo illu-
ſtrior, quam cognati Reges diademate,
emicuſit. Cum autem Tartarorum in-
gens vis, Nogaio & Celebuga Ducibus,
in Poloniam ſe ſe per Ruſſiam effunderet,
fluminibusque glacie concretis uſi, Lu-
blinenſem oram prætergreſſi in Sendor-
mirienſem impetum facerent, rerum ali-
quandiu potiti, in ſacta in primis loca im-
maniter ſavierunt. Ea inter Cænobium
Sanctæ Crucis in monte Calvo ſive Lyſſe-
cio conſtructum, in quo Sanctus Pater
Stanislaus octuaginta duobus Monachis
religioſiffimè præerat, ſimiliter aggreſſi,

in lectiſſimum Chriſti gregem, velut lupi *Caduntur*
ferociſſimi involarunt, atque in odium *Martyres.*
Fidei inhumaniter omnes contrucida-
runt. Qui alacriter pro Religione Chri-
ſtiana, animas ſuas in ſacrificium offerre
non dubitantes, ſimul cum Abbate ſuo,
qui ſicut eos in vita Sanctis informaverat
exemplis, jam ad mortem non modo pro
Chriſto non formidandam, ſed & ex-
optandam excitabat, feliciter occubue-
runt, Ann. Chriſti 1260. *Franc. de Bivar. A.C. 1260.*
*Chryſoſtom. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. Or-
din. &c.*

In Monasterio Vallis-Vmbroſæ, Beati *S. Benignus*
Benigni Abbatis, doctrina & ſanctitate *Abb.*
admirabilis. Fuit is Florentinus patria,
Ordinis illius, & Congregationis noſtræ
ſanctiſſimæ Generalis Decimus quintus,
cujus ſanctitatem in ſigni miraculorum
gloria diſcipulis, & omnibus fidelibus Nu-
men declaravit. Excelluit præter ſum-
mam perfectionem eruditione minimè
vulgari, relicto, alia inter præclari ingenii
monimenta, tractatu in ſigni: *De Claſtro*
Anima & Corporis. Translatus eſt ad ſu-
perum ſedes Ann. Chriſti 1236. *Ex Mo- Ob. 1236.*
*nim. Vallumbr. Arnold. Duac. tom. 2. Sacro-
Sanct. &c.*

In Heimenrode Beati Arnoldi Mona-
chi, viri morum ſanctitate cultiſſimi, qui
poſtquam vitam ſuam, cum ſumma laude
in Monastica obſervantia exegiffet, ibi-
dem virtutibus clarus in pace quievit.
Quem Beatus Hembarthus, raptus in cæl-
lum inter Triumphantis Hieruſalem ci-
ves glorioſum & exultantem vidit, eucul-
la nitidiſſima amictū, cujus divini ſplen-
dor inſtar Solis, & quaſi radius fulguris
coruſcantis, claritatem circumquaque
diffundebat, & mirè, intuentem Hem-
bardum, recreabat. *B. Caſarius Heiſterbac.*
Hift. memor. l. II. c. 3. Menolog. Cifterciens.
Chryſoſtom. Henriq. tom. 2. Sanct. Ordinis,
&c.

Casini Beati Guinizonis Monachi &
Confessoris. Vixit hic temporibus Hen-
rici & Baſilii Imp. & Benedicti Papæ, vir
Sole clarior, ut ait Petrus Diaconus, & *pla-
nè mirabilis.* Natus eſt, in ulteriore Hispa-
nia, à puero pietati & abſtinentiæ dedit.
Patriam maturè deſerens in Italiam venit,
& Caſini cucullum exambiit. Monachum
profefſus ibidem, ſic vitam inſtituit, ut or-
namento perpetuo, loco & ordini eſſet.
Verū poſtea cum ſanctiſſimum Cænobiū
à Pandulpho Principe Capuano peſſimè
vexaretur & opprimeretur, impedimento
ſibi

A.C. 1260.

S. Benignus
Abb.Miraculis
illuſtratur.

Ob. 1236.

B. Arnoldus
Mon.Glorioſus
apparet.B. Guizo
mon.

Fit Monach.

Eremitæ.

fibi perpetuas turbas ratus, accepta à Fra-
tribus licentia in vicinū eremum ſe con-
tulit, & rigide admodum ac paupertinè
vixit. Ipſum cum fratres fame exhau-
ſtum cernerent, ſuaſere ut pro eleemoſy-
na ſaltem ſubinde ad Theodinum ſervum
prædicti Principis, ab hoc Cænobitis &
Monasterio præpoſitum occurreret, oc-
currit, cumque ipſum Theodinus retine-
re vellet, extra Cellam manere ſe non poſ-
ſe reſpondit, ſimulque in Eccleſiam ut S.

Miraculo-
ſum.S. Arnulphus
Epiſc.Ex Duce
Monach.

Epiſcop.

Summo in
honore habe-
tur.Impatentia
ex honore.Divinitus
quid facien-
dum doceturMoriturum
liberat.Urbem Me-
tenſem ſer-
vat.

P.N. ſe comendaret ingreſſus eſt. Acce-
pit interea baculum quo utebatur Theo-
dinus, & uxori in cista aſſervandum tradi-
dit, januaſque omnes occludi ne evade-
ret juſſit, ipſo nihilominus clauſis januis,
& prodigioſè recepto baculo, evadente.
Fuit prophetico ſpiritu clarus, & vita ſan-
ctiſſimè tranſacta, poſt multos labores ad
requiem & præmia æterna evolavit. *Ex
monim. Caſin. Petro Diac. Cajet. Marchef. &c.*

Propheta.

Humilitas
ejus.Orari pro ſe
ut orat.Ob. Anno
641.

Fit Epiſc.

DECIMO QUINTO CAL. AVGVST.

XVIII. Julij.

C.

Metis in Gallia S. Arnulphi Epifcopi,
qui ſanctitate & miraculorum gra-
tia illuſtris, eremiticam vitam deligens,
beato fine quievit. Fuit Arnulphus Duca-
li & Regio genere ortus, quam generis
nobilitatem, generoſiore animi demifi-
one longè ſuperavit. Monachum, relicto
Auſtraſiæ potentiffimo Principatu, in Li-
rinenſi primum Cænobio proteſſus, ea
excelluit vitæ ſanctitate, ut Cænobio ex-
tractus, Metenſibus Epifcopus præſſe
cogeretur. Eum pro meritis, ita Clothari-
us Rex reveritus eſt, ut ipſo inconſulto,
nihil agere præſumeret, & Regni heredè
Dagobertum, ipſi pro voluntate, Regno
formandum traderet, & ut vellet, inſti-
tuendum. Intolerantiſſimus tanti hono-
ris Arnulphus, nihil quam Cænobiū de-
nuo cogitavit, & ut impetraret, moleſtus
Regi & odioſus eo ipſo eſſe non deſtitit;
quamvis Clotharius enixius rogantem
minime exaudiret. Nec diſſimili fervore
atque inſtantia à Clotharii filio ſucceſſo-
re dimitti poſtulans, eo tandem amantiſ-
ſimum ſui Regem & diſcipulum, nimia
& aſſidua importunitate adegit, ut cor-
repto mucrone, vel cum vulnere quidem,
à propoſito ipſum avertere & deterrere
cogitaret; quamvis mox pœnitens facti,
ad pedes Sancti ſupplex accideret, & ve-
niam poſtularet. Verum cum neq; poſt-
ea dimitteretur; conſulto Numine, & re-
ſponſo rogato atque accepto, cucullum
denuo, Pontifex, amplexus elandefſtina
& celeri fuga ſe ex aula proripuit, & vitæ
reliquum in dulci contemplationis otio
& ſtudio tranſegit; grandibus à Deo pro-
digiis honoratus: quæ inter, Noddilo-
nem adoleſcentem illuſtriſſimum, ſibi ac
Regi ſanguine junctum, jam jam moritu-
rum, ac deſperatiſſimum, prodigioſiffimè
reſtituit, & Urbem Metenſem, incendio

vaſtiſſimo perituram, diffugientibus ex
deſperatione civibus, ſolo ſignaculi Cru-
cis objectu, mirè conſopitis quamprimū
flammis, conſervavit. Fuit, in apice per-
fectionis conſtitutus, omnium humilli-
mus, quod vel ex ſupremis ejus verbis
quibus Sanctum Romanicum noſtrum,
cognatum ſuum, morti jam proximus, al-
loquutus eſt manifeſto apparet: *Bone vir,*
inquit, & Deo amabilis, ora Chriſtum pro me,
jam enim aedeſt dies, quo Iudici meo præſenta-
bor. Quid faciam? nihil equidem geſſi in hoc
ſaculo, omnibus ſceleribus & peccatis vallatus
coarctor; quorum ut veniam meream, queſo,
Dominum pro me depreceris. Ut qui vitæ ejus
ſublimiſſimam perfectionem penitius in-
ſpexerit, ab tanta animi demiffione totus
obſtupeſcat, propria autem factorū con-
ſcientia totus expaveſcat. Obiit, Regii
generis & Regni Gallici decus æternum,
Chriſti anno 641. de cujus rebus præclare
geſtis, & in ſignibus miraculis conſulendi,
incertus apud Bedam Vitæ ejus ſcriptor.
Paulus Diaconus, Gothofredus Viterbienſis,
Chronolog. Lirin. Petrus Divenus, Franciſcus
Rofers, Vincent. in Spec. Ieſuſus, Annales no-
ſtri, &c.

Ultrajeſti Sancti Friderici Epifcopi & S. Fridericus
Martyris. Fridericus Illuſtri apud Fri-
ſios loco natus, puer puerilia aſpernari
contuevit. Sancto Rixfrido noſtro Ul-
trajeſtenſium Pontifici, litteris & pietate
imbuendus traditus, mirè profecit, ſacris-
que initiatus, & Sacerdos conſecratus,
mortuo demum Rixfrido, unanimi Ca-
nonicorum noſtrorum conſenſu (cum
tamen e Collegio ipſorum necdum eſſet)
Epifcopus electus, cū ſumis viribus repu-
gnaret, à Ludovico Imperatore coactus
eſt. Exin miraculū Monachi inter Mona-
chos, Pontificum ſpeculum inter Pontifi-
ces effulſit, & Contemplationis ſtudiis,
labores

labores Pontificios dextrè jungens , admirandis , & præcipuis meritis totas provincias obstrinxit. Ea inter , felicissimo successu incestas , ex more assiduo gentis , nuptias ex Walacra insula extirpavit. Frisonibus sive Frisiis in Arianismum & Sabellianismum prolapsis pro eximie suæ charitatis fervore succurrens, adjuncto sibi Sancto Odulpho nostro, fæditissimas & pestilentissimas Hæreses, æterno de Ecclesia merito felicissimè profligavit. Ludovicum Imperatorem , ob repudiatam uxorem, & inductam sanguine proximam Iuditham, constanter in faciem redarguens, ejusdem Imperatricis postea, (ut nonnulli volunt; reclamant autem alii,) scelere, impiorum sane hominum adnifu, immixtis licariis innocens interfectus est; cum lethali accepto vulnere, de nulla re magis sollicitus, quam ut percussores, civium sui amantissimorum manus impunè evaderent, prius vulnera accepta minimè detegeret, quam speculatore pro iis servandis conducto, eos certo periculum evasisse intellexisset. Tum vero aperiri sibi sepulchrum jubens, & illud ipse, nemine inferente subiens, funebria illa Ecclesiæ solemnia : *Placebo Domino in regione vivorum, &c.* inaudito ad eam diem exemplo ipse decantavit, certè inchoavit, & prophetico spiritu cladem Regni ex inopinata barbarorum incursione prædicens, inter miram cælestis odoris fragrantiam expiravit; percussoribus non multo post, ulciscente Numine horrenda & repentina morte sublatis, An. C. 838. *Ex Vita MS. & typis vulgata, t. 5. Surti Guilh. Malmesbur. Hugone, & Annal. nost. &c.*

Signiæ Sancti Brunonis Episcopi & Confessoris. Bruno Soleriæ, pago Alexandrini agri, non obscuris natus natalibus, Andream patrem, Scyllam matrem, à pietatis operibus comendatos habuit. In Cænobio S. Perpetui primum, Bononiæ dein litteris operam dedit: cumque & moribus & litteris profecisset, Cathedralis Senensis Ecclesiæ Canonicus factus est. Ad Casinensè postea Cænobium profectus, loci sanctitate mirificè captus, ejurato sæculo cucullum induit, tantumque se ejus loci Cænobitis probavit, ut Abbate suo mortuo, cõsentientibus quamprimum votis Brunonem sibi præficerent. Nec multo post exsplendescens miris fulgore tanti viri meritis, latè cognitus, & celebratus, viduatæ pastore suo Signinæ Ecclesiæ, à Sancto Gregorio

VII. Pontif. Maxim. præfectus est; cui pluribus annis, & sanctissimè præfuit. Sed cum Paschali II. Papæ ex infidiis capto, & ad Henrici Cæsaris armatas preces, *Investitura jus*, annuente, consentientibus plerisque, importunius reclamaret, & constantius obniteretur, permoto ad indignationem sancto cæteroquin Pontifice, accedentibusque æmulorum querelis, Abbatia Casinensi exauctoratus, tantum abest ut indignius tulerit, ut etiam gravissimis Legationibus, pro Romana Ecclesia functus, immortaliter meruerit, vel ipso quidem Paschali teste : *Dignissimum Brunonem esse, cui, se vita functo, Christianæ Reipubl. gubernacula traderentur.* Ejus alia inter præclarissime facta, insigne illud haud inmerito æternum celebratur, quo Monachus etiamnum in pleno Romani Concilii confessu, cum Berengario, Sacramentariorum omnium antesignano, Hæresiarcha acuratissimo congressus, Matrem Ecclesiam strenuè defendit, & impudentissimum hominem felicissimè convicit ac profligavit. Declarata est sanctitas ejus admirandis prodigiis, in quibus illud non prætereundum. Cum per vim ab Adulpho Comite Verulano captus in custodia detineretur, quadam die ardenti siti vexatus aquam postulasset, allatam de more signo crucis benedicens, in generosissimum vinum versam lenfit, cumque aliam sibi ferri rogasset, obtestatus ne pro aqua vinum afferretur, allatam denuo prodigiosè vinum factam gustavit, & Deo tanta pro benevolentie significatione gratias amplissimas retulit. Decessit Signiæ anno Christi 1125. eximia vitæ sanctitate & immortalibus ingenii monumentis admirandus, cujus præclare gesta, opera Signiensis Ecclesiæ summa fide & diligentia conscripta extant; Lucio III. Pontific. Max. ipsum deinceps pro tantis meritis in Album Sanctorum solemniter referente, cui postea Honorius III. An. Christi 1223. aram propriis manibus dedicavit. *Ex Vita ejus Typis excusa, Leone Ostiens. Petro Diacono, Iepeso, Baronio, M. Ant. Scipione, Annal. nost. Bened. & to. 2. SS. Ord. &c.*

In Nortmannia Sancti Clari Monachi & Martyris. De quo hac die Molanus in Addit, cujus res gestas habere necdum potuimus.

In Anglia, vico Edburton Sanctæ Eadburgæ Virginis Redualdi Anglorum Regis filix. Hæc permittente patre, Aulæ Regiæ,

VValacram Insulam demeretur.

Hæresis profligat.

Apercussoribus conductis confoditur.

Sollicitudo de hostibus.

Mirum morientis exemplum.

Obiit 838.

S. Bruno Episc.

Fit Canonici.

Monachus

Abbas.

Episcopus.

Pontifici Max. obniteretur.

Illustrissimè Elogium.

Hæresim Sacramentariorum profligat.

Insignem titulum.

Ob. A.C. 1125.

Canonizatus.

S. Clarus M. & Mart.

S. Eadburga, Virgo.

Regiæ, & universis mundi hujus favoribus ac delicijs valedicens, maximo animo humillimam vivendi rationem aggressa, tenerima membra jugo Domini sponte adoptavit, Regulamque nostram in celebri Virginū Ailesburiensi Cænobio professâ, paribus passibus cum sorore sua sanctissima, ad metam æternæ felicitatis decurrens, tantum Monasticis disciplinis profecit, ut in fragili etiamnū agens corpore miraculis coruscaverit. Floruit A. C. 610. *Chorograph. Britann. Annal. nost. Bened. t. 2. SS. &c.*

B. Robertus Sulmone in Italiâ natalis B. Roberti, Sancti Petri cœlestini lectissimi discipuli, admirandæ sanctitatis viri. De quo nos die depositionis sive sepulturæ ejus sequenti.

B. Bertha Vidua Abb. Prope Insulas depositio Beathæ Berthæ, primæ Marchetensium Virginū Abbatissæ. Bertha de Marbais illustrissima fœmina, Ioannæ Flandriæ Principi arctissima sanguinis necessitudine junctissima, priusquam Religionis nostræ se votis adstringeret, Moulenbaissii Toparchæ maritum habuit. Quo mortuo spretis mun-

di delicijs, & amplissimis, quibus pollebat opibus, Aquiriente ingressa Cænobium, tantis paulo post in virtutum stadio progressibus sublimis evasit, ut omnib⁹ haud inmerito esset admirationi. Condito postea, ab Ioanne Principe Marchetensi Monasterio præfecta, illud insigni vitæ sanctimonia præcipuè illustravit, ab eximia inprimis animi demissione & devotione comendata. Decessit Anno Christi 1247. *Ob. 1247.* incredibili sui relicto desiderio postea An. Christi 1619. Ioannis Dawini Namurcensis Episcopi mandato, in Beatarum & Venerabilium Namurcensis Dioceseos fœminarum Catalogum adscripta. *Ioan. Buzelinus lib. 1. Gallo-Flandriæ, Petrus Buzelin. Arnold. de Raïse, Menolog. Henric. tom. 2. SS. Ord. &c.*

In Germaniâ, Cænobio Heisterbachensi, Beati Theodorici Comitis de Wida, qui ex nobilissimo humillimus, ex opulentissimo pauperrimus, abjectus esse in domo DEI eligens, spectatissimus evasit, & magnis Virtutibus mirè resplenduit.

Ob. 1247.

B. Theodoricus comes

XIV. CALEND. AVGVSTI.

XIX. Iulii.

D.

S. Aurea V. Mart. **C**ORDUBÆ, Sanctæ Aureæ Virginis, quæ aliquando lapsa, sed facta pœnitens, iterato certamine, hostem effuso sanguine superavit, &c. Aurea illustribus admodum vetustissimisque orta natalibus, relicto sæculo, Monachicæ vitæ restitutum in celebri Virginum nostrarū Cateclarensi Cænobio professâ, Sanctos Adulphum & Ioannem, lectissimos Christi Martyres, fratres germanos habuit. Ob generis autem eminentiam, & quod cognatum haberet Præfectum provinciæ, seu Iudicem, ab Arabibus minimè tentata, cognatorum tamen nonnullorum scelere, e Cænobio extracta, minis adulationibusque eo denique adducta & persuasa est, ut annuisse videretur & Mahometi Sectam approbasse. Libera proin dimissa ad Cænobium revertit, & gemitus gemitibus, vota votis congeminans, veniam à Numine non solum exoravit, sed & lauream, quam primum neglexerat denuo meruit, rursumque accusata, multo jam alacrior in arcam certaminis descendit. Christum siquidè magno animo constantissimè confessa, Iudicisque & cogna-

torum improbitatem & stultitiam detestata, ingenti vinculorum pondere gravata & constricta est. Cumq; nihil jam porro apud ipsam verba seu minæ proficeret, latâ demum sententiâ ad mortem condemnata & crudeliter jugulata ad triumphos spectatissimorum Christi pugilum ovans cœlum conscendit. A. C. 856. cujus Martyrum S. Eulogius noster, & ipse postea Martyr conscripsit. *Memor. Sanct. l. 3. cap. 17. &c.*

In Germania, Cænobio Divitis-Augiæ prope Constantiam B. Hermanni, cognomento Contracti, generis, virtutis, & eruditionis laude præstantissimi. Hermannus rarū Ordinis amplissimi decus, Germaniæ sydus fulgidissimum, per illustri familia editus, VVolthardum Veringensem Comitem, & Hiltrudem Comitissam à Thierstain, parentes habuit. Septuennis ad celeberrimū Germaniæ superioris Augiense, in Rheni Insula Cænobium, studiorum gratia missus, magnorum virorum exemplis, & loci religione captus, cucullum exambijt, & meruit. Infirmum cum esset valetudine, ex eaque contra-

Damnatur.

B. Hermannus contractus.

Illustre genus.

Fit Monachus.

ctis membris, & impeditiore ingenio, huic remedium, ab unica sua & Ordinis Tutelari DEIPARENTE efflagitans, ardentissimis precibus misericordiae matrem facile flexit, caeloque deductam intueri meruit. Optione data: Sani & integerrimi corporis: sive membris omnibus, praeter linguam ac manum invalidi, ingenij tamen juxta sapientia & eruditione exculti, utrum mallet eligeret; posterius elegit, & annuente mox Virgine, ex eo tempore, beneficio tam beneficae Matris, tales progressus in litteris fecit, ut corporis defectum mentis viribus opibusque facile refarciret; tantus in omni litterarum genere & cognitione effectus, ut merito universis aetate sua eruditis superior, nedum aequalis haberetur; Latinam, Graecam, Hebraicam & Arabicam perfectissime calleret, sui que ingenij & felicitate dignissima posteritati destinaret monumenta. Quae inter, ex Arabica lingua in Latinam Rhetoricam & Poesiam Aristotelis transtulit, deque Astrolabij usu ea scripsit, ut alter ejus INVENTOR, & ILLUSTRATOR praecipuus celebretur. Vt nihil de Mathematicis ejusdem & Musicis cum primis, nec non Historicis lucubrationibus referamus, quibus omnibus manifesto memorabilis ille Augustissima Coelitum Imperatricis favor proditur & declaratur. Cui ipse, ut aeterno quoque grati animi monumento amorem suum testaretur, dignissimum sanè, terrisque non solum, sed & caelo ac caelitibus universis jucundissimum melos, celeberrimum illud Canticum SALVE REGINA excogitavit, verbisque ac notis Musicis suavissime composuit, summo bonorum omnium plausu, & Ordinis maxime nostri ornamento ac gratulatione, à Sanctissimis deinceps Orbis & Urbis Pontificibus approbatum, perque Ecclesiam receptum & toties quotidie decantatum universam. De cujus Cantici dignitate, alia inter, sic exclamabat Mellifluus Doctor noster Bernardus: Dulce Canticum, ac nobilissimum melos, à SYMMIS LABIIS effusum venit, à Sanctis compositum, à Sanctis institutum, dignè frequentabitur etiam à Sanctis, & verè, nisi à Religiosis & affectione sancta ferventibus, nec subtiliter intelligi, nec efficaciter potest decantari, tam est suave ad gratiam, tam secundum ad sensum, tam profundum ad Mysteria. TALE ENIM

EST, QVOD A NOBIS CONSIDERARI ET DISCVTI, PROVT DIGNVM EST NON VALEAT, &c. Ita Bernardus. Composuit & illas celebres item decantatissimasque toto orbe, totque saeculis Antiphonas: ALMA REDEMP TORIS MATER, &c. & AVE REGINA COELORVM, &c. Pluraque in Ecclesia & olim & hodie recepta, Contractus noster, quae inter à nonnullis, mirabilis illa SEQUENTIA, ut vocamus: VENISANCTE SPI TVS, ET EMITTE COELITVS, &c. refertur; quam tamen nonnulli Beato Notgero Balbulo, seu alii Santgallensi Monacho attribuunt, ut merito tanti viri nomen, quam late patet orbis celebretur. Obiit sanctissime Anno Christi 1054. sepultus apud Majores suos in Althausen; cujus sacrum capitis verticem in nostro Vinearū SS. SANGVINIS DOMINI Cœnobio cum brachio & aliis sacris ossibus aliquot asservam⁹ & veneramur. Ex t. 3. Constatiæ nostrae Benedictinae t. 2. SS. Ord. *Annal. nostr. Joanne AEgonio, monumentis Augiensibus &c.* Alii Festum ejus 24. Sept. recolunt. In Monasterio Corbeienfi, Sancti Adalmanni Episcopi & Confessoris. Adalmannus sive Hildemannus celeberrimus Corbeienfis Cœnobii in Gallia Monachus, exigentibus vitae meritis supra candelabrum statuendus, abstractus velut ab ubere, à dulci contemplationis otio, ad labores Sanctae Matris Ecclesiae sublevandos vocatus est, & Pontifex Bellovacensis renunciatus. Quod quidem munus, licet aegre admitteret, aeterna tamen cum nominis fama, & summa Diceceleos illius utilitate, ut gessit, ut non minus opere quam verbis, suos efficaciter cohortatus plurimum proficeret, cum & doctrinae & sanctitatis titulis admirabilis ab universis suspiceretur. Post vitam autem sanctissime exactam, ad aeternitatis mercedem vocatus, diligenti in vitam & merita ejus inquisitione habita Sanctorum albo adscriptus est. *Tri themius, Flodoardus, Claudius Robertus, Ioannes Chenu, tomo secundo Sanctorum, Ord. &c.* Sulmone in Italia Beati Roberti Coelestini magnae sanctitatis viri & miraculorum gratia illustris. Robertus Thomasio patre, Benevenuta matre, conjugibus religiosissimis, in Salensi Aprutii oppido natus, inde etiam Salentini cognomentum accepit. Eo praegnans mater

Digna res.
Alia eius compositio nes.
Celebritas eius.
Ob. 1054.
S. Adalmannus Episcopus.
Aegre sit Pontifex.
Canonizatus.
B. Robertus

Deipara favor.
Optio mira
Sui saculi eruditorum Phœbus.
Monimeta ingenii.
Astrolabii restitutor.
Grati animi significatio.
Auctor. Salve Regina.
Elogium Canticitā divini.
Quinam efficaciter canant.

ter Iphæram sibi visa gignere, quae orbem universum cingeret. Adolecens, mirā statim enituit gratia, SANCTU TIVS jam tunc patrio idiomate, ob egregiae sanctitatis evidentia signa, ab universis, neque aliter deinceps ab ipso Sancto Petro nostro Coelestino, sub quo Monachum induit, est appellatus. Monachus factus, vitam rigidissimam vixit, & non multo post caelestibus solatijs recreatus, CHRISTUM ipsum, cum Apostolis, ut in terris olim apparuerat, intueri meruit. Ob insignem perfectionem à Sancto Petro Coelestino socius itinerum electus, ab eodem Romani Pontificatus onus suscipere concto, rogatus: Num dignitatis oblatæ collega esse vellet? profusus illico lachrymis, cellae potius haeres ut fieret, quam dignitatis particeps, exoravit. In Monasterio postea Rocca-Marici totos duodecim annos se conclusit, insolito rigore corpus damnans, & sex quadragenas quotannis jejunando transigens. Arborem in Crucis formam bifurcatam intuitus, clam de nocte eam excidit, & in cellam suam transtulit, in qua aptatis ad brachia ejus funibus, quotidie deinceps se suspendit, tam diu quidē, quod decies PATER NOSTER persolvisset, quae tamen ita tractim recitare solitus est, ut facile alius quispiam, sub singulis decē, sub decem centū orationes persolveret; tanto quidem cum cruciatu, ut lachrymis oculi, membra omnia sudore diffuissent, miro sanè modo, ut vero cruciatu quotidie CRUCIFIXUS. Sed & tantis juxta consolationibus, ex hoc Christi Crucis participio perfundebatur, ut aegre animam propriam ne emigraret detinere possēt. Claruit admirandā miraculorum gloria, quae inter celebre illud, cum Fratrem Conversum sive Oblatum, ut vocant, absque praevia confessione mortuum alloquutus: Vis fili penitentiam accipere salutare? ad vitam prodigiosissime revocavit, quo illico respondente: Volo, & resistente, confessione facta, post longum colloquium, idem se denuo, in Sarcophago reclinans & componens, in Domino denuo obdormijt. Serenissimo caelo grandem tempestatem praevit, praedixitque: Sed Benedictus DEVS, inquit, qui per Archangelum suum Gabrielem nostra tuebitur corpora, illosque nos omnes faciet evadere discrimen. Sequuta paulo post tempestate, illud stupendum planè accidit, ut cum immanitas grandinis, & aquarum

colluvies circum omnia operuisset, illud tamen exiguum solum, quo cum Fratribus ad orandum pro cubuerat, intactum ac siccissimum remansisset. Saxum ingens è monte praecipit, medio cursu in declivi substitit, donec extra periculum vir Sanctus esset, repetito postea praecipitio in ima delapsum. Cum variis donis à fidelibus honoraretur, omnia illico in pauperum usus, & sacra loca distribuit, solusque intra non longum tempus Cœnobio quatuordecim, Xenodochia septem condidit. In monte Gargano frequentiam peregrinorum admiratus, dolensque de loci sterilitate, dum Xenodochium in honorem DEIPARAE, & Sancti Michaelis Arch-Angeli moliretur, insignibus miraculis à DEO honoratus, alia inter limpidissimum fontem è durissimo scopulo elicit, & de peregrinis aeternum meruit. Fratribus ad mensam accumbentibus, & murmurantibus ob defectum panis, placido is vultu: Iactate amici, inquit, cor vestrum in Domino, &c. vixque dixerat, cum resplendenti quidam vultu triclinium ingressus, pulcherrimos recentesque panes, singulos singulis distribuit. A Theatino Episcopo cum vexaretur, Sanctissimos P. N. BENEDICTUM & Petrum Coelestinum vidit, quorum ille Episcopum his verbis alloquutus est: Vt quid, O Episcope, amatum nostrum alumnium atque sequacem à pacis quiete, & contemplationis studio dejicis & deturbas? Sanctus Petrus autem Episcopi tertio maxillam percussit, compertumque mane, os Episcopi versus aurem foedissime contortum, ita ut horrore intuentes quosque haud leviter percelleret. Fuit Robertus Admirabilis MATRIS VIRGINIS longè studiosissimus, quam puerulus etiamnum praecipue amare didicerat, matremque suam Benevenutam cum eadem familiariter colloqui audierat. Sed AMORI in primis CRUCIFIXO mirifice addictus, eundem aliquando inter admirandae lucis splendorem, è Cruce pendentem intueri, alias autem eidem familiarissime colloqui meruit. Mortuus demum, conformatis ad modum crucis, expansisque in lectulo manibus, Anno aetatis lexagesimo nono CHRISTI 1341. assumpti autem habitus Monachi quinquagesimo quinto, eximiis post mortem, ut in vita, miraculis confusus, variorum scilicet morborum curatione, quos inter quartana praecipue &

Sanctus vulgo dictus
Christum intuetur.
Contemptus honorum.
Rigor abstinentia.
Quotidie crucifigitur
Mortuum resuscitat.
Tempestate praedicat.

Saxum mi re pendet.
Pauperum pater.
Aeternam de peregrinatione meritū.
Insigne miraculum.
Episcopus in sanctum iniurius dat penas.
Deipara addictus.
Ob. 1341
Quarta-na & hereticam curat.

hernia five rupturâ laborantes plures prodigiosè liberavit. Ex Ioanne à Bosco, tomo secundo SS. Ord. Hugone Menardo, Annal. Bened. &c.

B. Gummarus Rex. In Clara-Valle, Beati Gumhari Regis Sardinia, egregijs virtutibus clari. Ita hac die Henriquezius, nos autem ex causis sæpè allatis die sequenti.

B. Henricus Abb. In Gallia Beati Henrici Abbatis Cistercij, qui ex Abbate Iojaci, ad eam dignitatem post Ioannem de Pontifara assumptus, postquam sacro Ordini summa cum laude annis duodecim præfuisset, sanctitate plenus obdormivit in

Ob. 1316. DOMINO ANNO CHRISTI 1316. cuius depositio in Necrologio Cisterciensi 5. Calend. August. designatur, ejus tamen memoria in Menologio ejusdem hac die recolitur. T. 2. SS. &c.

In Belgio Beatæ memoriæ Margarethæ Viduæ, Monialis Flinensis, genere & Virtute Illustrissimæ. Margaretha à Regibus Cypri oriunda, Comitissæ Brienij filia Theodorici quondam de Bevere Toparcha conjux lectissima, eo mortuo, CHRISTUM ut lucraretur amplissimas opes habens contemptui, spretis delicijs cucullum induit, quod eximia humilitatis aliarumque virtutis exemplum velut gemmis prætexens, cum magno sanctitatis exemplo, in eodem Monasterio usque ad vitæ consummationem perseverans, ad præmia æternitatis evolavit Anno Christi 1275. *Monim. Flinensis, Ioann. Buzelinus, Henricus, tomo secundo SS. Ord. &c.*

B. M. Margaretha Vid.

Ob. 1275.

XIII. CALEND. AVGVSTI.

XX. Iulii.

E.

S. Paulus Martyr. **C**ORDUBÆ Sancti Pauli Diaconi & Martyris, qui cum infideles Principes, Mahometicæ impietatis ac sævitia argueret, & CHRISTUM constantissimè prædicaret, eorum necatus, ad præmia evolavit in cælum. Passus est illustris hic CHRISTI pugil, & perfectissimus Monachus Anno Christi 851. De quo agit Sanctus Eulogius noster Memor. Sanct. libro 2. capite 6. Vuard. Arnold. Duacen. &c.

Humilitatis eius.

Fugit in eremum.

S. Vulmarus Abb. In pago Bolonienfi in Galliâ Sancti Vulhari Abbatis admirandæ sanctitatis viri. Vulmarus inclytis parentibus Vulperto & Duda genitus, nihil mundi hujus appetijt, cujus etiam pulveres de pedibus maturè excussit, & in celeberrimo Alti-Montis Cænobio Monachum professus, cum alijs virtutibus animum mirè excoluit, tum humilitate inprimis, summâ cum omnium admiratione & ædificatione excelluit: Quippe boves curare & pascere iussus, & virili in ætate Alphabetum aggressus, vilia quævis & puerilia minimè indigna genere suo & ætate ducens, ut maxima & dignissima amplexus, eo & virtutis & litterarum studio tantopere profecit, ut rariore tunc inter Monachos exemplo, dignissimum omnes judicarent, qui sacris Ordinibus initiaretur, & altaribus atque Abbatibus assisteret. Ad Clericatus honorem

Cænobium struit.

Deipara cultor.

Boves curat & virili ætate litteras discit.

In clericum describitur.

eventus, tantum abest, ut ab humilitatis usu quidquam remiserit, ut etiam multo quam antea diligentius se exercuerit: Si quidem vilissima quævis domus ministeria & Fratrum servitia sic adamavit; ut de nocte clam surgens, Fratrum singulorum calceos tergeret, & benè mundatos, quam occultissimè restitueret. Sacerdos factus, cum ob eximiam vitæ sanctitatem, certatim ab omnibus coleretur, adeo ab omni sui existimatione & famâ abhorruit, ut ab amantissimis Fratribus sese abriperet, & quam poterat celeberrimè ne notaretur in eremum profugeret; ubi tamen post triduum, prodeunte Angelo, à religioso quodam viro inventus & cibo refectus, confluentibus denuo ad eum quam plurimis, eosque inter Illustribus non paucis, Cænobium non longè à Casleto extruxit. Verùm miraculorum gratia factus illustrior, & inde paulo, ut multitudinem fugeret secedens, haud procul Boloniâ consedit, & quo erat in DEIPARAM studio atque affectu, honori ejusdem Ecclesiam condidit, multisque denuo confluentibus Cænobium Ecclesiæ adjecit, eidemque aliquamdiu sanctissimè præfuit. Tertium item, non longè ab eo loco Monasterium, pro sacris DEO Virginibus condidit, easque ad mundi ac sui contemptum præclare instituit. Sanctitatis ejus fama

Cedualam Regem in Fide instituit. fama illectus Ceduala Occidentalium Saxonum Rex Cathecumenus ad ipsum contendit, seque in Fidei Christianæ dogmatibus imbuendum, humillimè eidem submitit, & precibus jurati poposcit. Prophetico spiritu obitum suum Fratribus prædixit, cumque ad ipsum invisendum Sacræ Virgines convolassent; NUNQUAM FUTURUM HIC, UT SE INTUERENTUR, eisdem renunciari iussit. Cujus, (stupenda res!) cum ad funebres exequias denuo occurrerent, & vel mortuum quidem, meritissimum de se Patrem intueri desiderarent, publico funere elati nec feretrum quidem conspiceret potuerunt, cum tamen accensæ circumcirca luminaria, & eos qui sacrum funus comitabantur perfecte intuerentur. Decessit meritorum copiâ locupletissimus ANNO CHRISTI 689. insignibus etiam deinceps miraculis illustratus. Ex Vitâ ejusdem apud Mosandum, Molano, Iepes, Trithemio &c.

Episc. prophet.

Videri non vult à sacris Virg.

Nec funus quidem eadem videre possunt.

Obiit 689.

S. Severa V. Abb.

Regii generis.

Fit Monialis.

Abbatissa.

Digna comparatio.

Clar. 660.

Beati Gumhari Regis Sardinia, qui ut in cælis cum CHRISTO feliciter regnaret, Regnum terrenum dimisit, & florente in primis ætate, quadragenarius scilicet, vigorem corporis Regum Regi consecrans, substituto in Regnum filio, ad portum religionis emergens, à Beato Roberto de Brugis sacram vestem suscepit. Effulsit post solemnem Votorum emissionem admirandis virtutibus, multisque revelationibus recreari meruit. Ipsi oranti Magnus Doctor noster & præcipuus Ordinis nostri Reformator Bernardus multoties apparuit, cumque ad perfectionis semitam prosequendam mellifluis verbis invitavit. Vitam duxit admodum asperam, quâ omnes in Regno olim ac Regia prægestas delicias, compensare satagens, Regium corpus non serviliter solum sed & hostiliter habuit, quod acerrimo flagellorum durissimè attrivit, cruentavit, & laceravit. Lectuli in vicem, duces asseres habuit; recumbenti nihilominus usum raro, vel tarde admodum admittens, cum totas ferè noctes, assidue orationi intentus transigeret. Sed & in alijs pœnitentiæ operibus, & multo maxime atque longo jejunijs usu, assiduus fuit, ad tantam sui humiliationem demissionemque redactus, ut ad abjectissimam quæque ministeria hilarior esse videretur, quam omnis olim humanæ laudis & gloriæ appetentior apparebat. Tandem autem laboribus excoctus, ad Regnum æternum assumptus est; relicto in terris nomine immortali, & magno sui apud omnes desiderio. *Bernard. de Brito. Gouffredus Villariensis, Ioan. Molan. Henric. t. 2. SS. &c.*

B. Gumhari Rex.

Regno se abdicat.

Revelationibus recreatur.

Rigor vitæ.

Humilitatis eius.

Moritur.

S. Clodesuinda V. Abb.

B. Mascelinus.

B. Gentianus Abb.

Treveris Sanctæ Severæ Virginis. Severa illustrissimo & Regio Francorum Regum nata genere Arnoaldum Austrasia Ducem, Odam Suevia sive Alemannia Principem lectissimam matrem habuit. Sed & sorore Itha, celeberrimâ illa Pipini Ducis conjuge, & fratre Modoaldo Treverorum Pontifice, sanctitate ut sanguine spectatissimis vere felix, eorumdem exemplo plurimum profecit, virtutesque dignâ æmulatione, feliciter adæquavit. Calcatis mundi illecebris, vestem Monachicam induit, ex quâ velut candela ardentissima è laterna exsplenduit. Præfecta Sancti Symphoriani, quod Modoaldus frater condiderat, Virginum Cænobio, perfectionis absolutissimum exemplar suis facta, vitam religiosissimam magno rigore transegit; fratris sui exhortationibus tantopere succensa, ut fervore illo in ipsum denuo redundante, uterque mutua inflammatione tantum non deflagrarent, eam ipsam ob causam haud immerito, Sanctissimis Patriarchæ nostro BENEDICTO, & sorori ejusdem SCHOLASTICÆ, à Stephano Leodiense comparati. Claruit Illustrissima Abbatissa sub Anno Christi 660. *Stephan. cit. Franciscus Rosiers, Ioann. Molan. Trithemius, &c.*

In Gallia, Monasterio Clara-Vallis,

Beati Gumhari Regis Sardinia, qui ut in cælis cum CHRISTO feliciter regnaret, Regnum terrenum dimisit, & florente in primis ætate, quadragenarius scilicet, vigorem corporis Regum Regi consecrans, substituto in Regnum filio, ad portum religionis emergens, à Beato Roberto de Brugis sacram vestem suscepit. Effulsit post solemnem Votorum emissionem admirandis virtutibus, multisque revelationibus recreari meruit. Ipsi oranti Magnus Doctor noster & præcipuus Ordinis nostri Reformator Bernardus multoties apparuit, cumque ad perfectionis semitam prosequendam mellifluis verbis invitavit. Vitam duxit admodum asperam, quâ omnes in Regno olim ac Regia prægestas delicias, compensare satagens, Regium corpus non serviliter solum sed & hostiliter habuit, quod acerrimo flagellorum durissimè attrivit, cruentavit, & laceravit. Lectuli in vicem, duces asseres habuit; recumbenti nihilominus usum raro, vel tarde admodum admittens, cum totas ferè noctes, assidue orationi intentus transigeret. Sed & in alijs pœnitentiæ operibus, & multo maxime atque longo jejunijs usu, assiduus fuit, ad tantam sui humiliationem demissionemque redactus, ut ad abjectissimam quæque ministeria hilarior esse videretur, quam omnis olim humanæ laudis & gloriæ appetentior apparebat. Tandem autem laboribus excoctus, ad Regnum æternum assumptus est; relicto in terris nomine immortali, & magno sui apud omnes desiderio. *Bernard. de Brito. Gouffredus Villariensis, Ioan. Molan. Henric. t. 2. SS. &c.*

In Clara-Valle Beati Mascelini Melliflui Doctoris nostri Bernardi discipuli, qui secundum ejusdem Beati Patris Vaticanum, vitam Monasticam amplexus, admirandis virtutibus, atque eximia sanctitate Ordinem decoravit. *Calarius Heisterbac. Bernardus de Brito, tomo secundo SS. Ord. &c.*

In Cænobio Vallis Florida, Venerabilis Gentæ Abbatissæ. Hæc florentissimo cæteroquin Cænobio, sanctissimam Ordinis reformationem Cisterci-

ensem sub Ann. Christi 1218. suscipiente, primam Reformatarū Abbatissa renunciata, Romā profecta, instituti novi confirmationem à Romano Pontifice impetravit, & Crucem Sanctorum exornatam pretiosissimis Reliquijs domum retulit, quæ etiamnum magno honore ibidē aservatur. Enituit autem insignibus vitæ meritis, & cum magnâ animi tranquillitate, corporis gravibus soluta vinculis, ad Dominum, cui sanctissimè servierat, migravit, cum triduo ante quam moreretur lucidissimi splendoris globum, ante fenestras rutilare singulis noctibus conspiceret. *Ex Thoma Cantipratano, Auberto Miræo, Hugone Menardo, &c.* cujus tamen memoriam seu Natalem alij aliàs celebrant.

Globus igneus.

In Silva-benedicta Beatæ Margaritæ Virginis. Hæc contemptis hujus sæculi honoribus & voluptatibus, à primævo juventutis flore, divinâ gratiâ præventa, virginitatem suam in prædicto Cœnobio Domino consecravit, & Divinis rebus intenta, ei per amorem & puritatem spiritus adherere studuit. Munus Sacrificiæ obire jussa, illud summa cum humilitate & reverentia suscipiens, magno cum

Sacrificii munus reverenter curat.

fructu animi sui strenuè gessit, Domumque DEI summo in honore habuit, parietes & pavimenta incredibili cum diligentia & fervore mundavit, mappas & altarium mantilia mundissimè eluit, sacra sacerdotum vestimenta per sanctè tractavit, & quidquid sibi otii subtrahere poterat, orationi & lectioni totum impendit. Unde ad tantam gratiarum coronam, Divino favore provec̃ta est, ut omnibus venerabilis habita, multis & in vita, & post mortem miraculis effulserit. Cumque & religione in DEVM, & charitate in homines indies cresceret, semperque seipsa fieret perfectior, consummato feliciter cursu peregrinationis suæ, ad cœlestē patriam evolavit. *Philipp. Seguin. Menolog. Henriq. t. 2. SS. Ord. &c.*

Mirus inde profectus.

Miraculis claret.

In Monasterio B. M. V. Einsidlensi in Helvetiâ, obdormitio Venerabilis viri P. Ioannis de Lintzingen Abbatis Maulbrunnensis, qui pro Ecclesiasticâ libertate, & Catholicâ Religione multa perpeffus, post varias ærumnas, persequutiones & tribulationes ab Hæreticis, illatas, magna animi fortitudine toleratas, exul & pauper in prædicto Cœnobio piissimè obiit Anno Christi 1547. *Menolog. Cist. Henriq. &c.*

Ven. Ioanni Abb.

Ob. 1547.

XII. CALEND. AVGVSTI.

XXI. Iulii.

P.

S. Arbogastus Episcopus.

Apostolus Alsatie.

Miracula.

Mortuos suscitavit.

ARGENTORATI Sancti Arbogasti Episcopi, miraculis clari. Arbogastus (vulgo Sant-Algast.) patriâ Hibernus, seu, ut alij volunt, Aquitanus, professione Monachus, ex Monacho illustrissimus Alsatarum Apostolus, constructo prope Hagenoam Oratorio, idololatriæ ibidem vanitatem spiritu Apostolico exufflavit, & confutatis stultissimis circumjacentium populorū opinionibus ac deliramentis, unius DEI timorem & cultum diligentissimè comendavit. Quam quidem doctrinam, eximio vitæ sanctissimæ exemplo, & admirandis prodigijs confirmans, omnis generis morbos curabat, immundos spiritus eiciebat, sed & verè Apostolici meriti illustrissimo argumento, mortuos ad vitam revocabat. Eâ sanctitatis & summe in super sapientiæ famâ Dagoberto Regi ita charus, ita comendatus, p̃batusque fuit, ut in gravissimis Regni negotijs, Arbogasti consilijs non tam uteretur, quam niteretur. Quem proin post Sancti Amandi nostri discessum, tumul-

tuantibus, & scdissimis erroribus contaminatis Argentinensibus, Episcopū præfecit, IUSSITQUE UT VOCI EIUS NON ALITER ATQUE DIVINÆ OBTEMPERARENT. Quæ res etsi tantum non stulta nostri temporis hæreticis videatur, maximo tamen argumento est, sanctitatis non solum manifesto probatæ, sed Episcopalis auctoritatis, à maximis Principibus ritè agnitæ, & subditis serio comendatæ, sed & à Numine ipso admirandis & innumeris prodigijs comprobatæ. Expertusque reapse Magnus Rex Dagobertus, quanti faciendus Arbogastus suus esset, quando mœrore non solum ad ægritudinem, sed penè mortem, adfectum prodigiosissimè juvit, & grandi miraculo recreavit; resuscitato nimirum à mortuis Sigeberto Rege ejus filio, què in venatione percussum aper interemerat, complorante ob eam Principis lectissimi mortem Galliâ & Germaniâ universâ, tanti autem miraculi famâ, stupente, & in Episcopum tantum oculos atque animos deinceps convertente.

Fit Episcopus.

Magni sit à Dagoberto.

Sigebertum Regem à mortuis suscitavit.

Aprimonasterium.

Rufachium ipsi à Rege donatur.

Obiit 658.

Sub patibulo vult sepeliri.

Basilica in honorem eius condita.

Hæreticorum lucus.

Eius memoria in Rhe-tia.

Miracula.

B. Higbaldus Abb.

re. Conditum eo ipso loco ob miraculi celebritatem ab Dagoberto Ordinis nostri illustre Cœnobium, & signante mysteriū nomenclatura APRIMONASTERIUM (vulgo Ebersmünster & Ebersheimünster) appellatum. Sed & in tantæ virtutis Pontificem minime ingratus Sigeberti pater, in gratiam Arbogasti Argentinensi Ecclesiæ Rufachium cum omniditione donò dedit, & æternum grati animi sui, tantique accepti ab Arbogasto beneficij monumentum esse voluit. Meruit & multo alio nomine de successorib⁹ Episcopis, de Argentina sua, de Alsatia, de Ecclesia universa Sanctus Pontifex & innumera penè meritorū copia dives, manipulos tã prægnantes cælo intulit Christi Anno 658. ab omnibus, ipsis etiam gentilibus magni factus, soli sibi ad mortem usque, & in morte displicens, cum communi mortalium sepultura, indignum se iudicaret, neque alio loco, quam infami, & sub ipso quidem patibulo sepeliri vellet. Sepultus est, ut iusserat suprema voluntate, caveratque ne aliter fieret quam iussisset, Christum eo imitaturus, quem cum iniquis deperat ut sepe secum ipse miratus, suam ipsè utilitatem expendebat. Exitrueta tamen quâprimùm à fidelibus super sanctissimi Pontificis tubulo insignis Basilicâ, ejusque nomine dedicata, addito per celebri Ordinis nostri Cœnobio, omni ea loci infamia, novo splendore permutata, Arbogasti fama feliciter apud Gallos, quâ Germanos perdurante, Hæreticorū pestilentissima lue omnem miraculorū memoriam, ut certum perfidiæ suæ trophæū, quantis potest molitionibus amoliente. Extat tamen passim Catholicis etiamnū locis constans Arbogasti memoria, & haud procul Veldtkirchio, ad fauces Montfortias, ejus nomini sacra Ecclesia à peregrinis visitatur, multis prodigijs & gratijs illustrata, ubi olim Divus aliquandiu habitasse memoratur, & saxum ostenditur durissimum, profunda & prodigiosa genuum ejus impressione nobilitatum, multis etiam hodie, pedum languore, seu defatigatione afflictis, admodum salutare. *Ex Vita eiusdem, Vthone Argent. Francisco Guillero. V Vilhelmo Eisengrien, Bernardo Herzog. Cratopol. Chron. Arg. Annal. nostr. Germ. & Bened. Aquila & tomo secundò SS. &c.*

In Anglia, civitate Lincolniæ Beati Higbaldi Abbatis. Higbaldus egregia sanctitate, & spectatissimæ vitæ meritis celeberrimus, insigni Monasticæ discipli-

næ bono, celeberrimi Beardanensis Cœnobij Abbas electus, aternū loco decus & nomen peperit; ita quidem ut ex Hibernia Scotia & Anglia celebri sanctitate Patre eo confluerent, & exactiori Regularis vitæ observantiâ instructi, inde in diversas provincias, multo cum populorū fructu, novum fervorem inferrent, Monachis ibidem diu noctuque in magno pœnitentiæ luctu perseverantibus, quos quam mira quadam animi mansuetudine, & sanctissimo maxime vitæ exēplo Higbaldus, ad majora quotidie perfectioris vitæ incrementa, felicissimè, ut dexterimè concitabat. Fuit ea etiam tantæ sanctitatis fama illectus magnus ille Saxoniarum & Hollandiarum Apostolus Sanctus Suitper-tus, ut amplissimis abrenunciatis opibus Higbaldus Abbati se subderet, & Monachico vitæ instituto se devovens, tantus postea, quantum orbis miratur universus evaderet. Claruit tamen tantorum discipulorum Magister, præclarissimus disciplinæ Monachicæ Restitutor Higbaldus Anno Christi 670. & redundante omnium etiam illorum in ipsum merito, tanta copia dives, in gaudium Domini sui introivit. *Ex Marcellino, tomo 2. Sanct. Ordin. Hugone Menardo, & variis rerum Angl. script. &c.*

Venetijs depositio Sancti Danielis Ab-batis & Confessoris. Hic ex clarissima Molinorum familia, Patricius Venetus, & generi & urbi egregia vitæ sanctitate insigni ornementum conciliavit, ob eximiam meritorum magnitudinem & copiam inter sanctos relatū, sub cuius nomine & præsidio illustre Virginum Cœnobium Venetijs postea extractum est. *Franciscus Sanjovinus, Robertus Rusca, Ang. Manriq. Arnold. Duac. Chrysofom. Henriq. tomo 2. SS. Ord. &c. Vita discessit S. Abbas Anno Christi 1132.*

In Gallia depositio Beati Benedicti Monachi, qui in Sacra Claræ-Vallis solitudine sub Cisterciensium vexillo, egregiè Altissimo militavit, & cum magna opinione sanctitatis obdormivit in Domino: Novit eum familiariter Sanctus Gaudredus noster Episcopus, tantique fecit, ut prope eum sepeliri in votis haberit, & impetraverit. *Menolog. Cist. Chryf. Henriq. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Hispania, Monasterio Nucalensi obitus Venerabilis Fratris Gabrielis, ejusdem loci Novitij, miris DEIPARÆ favoribus conspicui, ætatis nostræ cœlestis flosculi. Gabriel, dignè nomine suo, vere

Insigne meritum eius.

S. Suitper-tus eius discipulus.

Obiit anno 690. circ.

S. Daniel Abb.

Ob. 1132.

S. Benedict.

K. Gabriel Novitium.

Deipara erga ipsum amor.
MARIANGELUS à pueritia fuit, Angelica morum elegantia, puritate vitæ, cælo ipsi charus, Virginum Virgini comendatissimus, quæ tã amici sibi nominis innocentem, verè ut pia ut propria Mater amantissimè consuluit, & raro sanè nostri sæculi exemplo, satis non habuit, si ante oculos suos ipsa haberet, nisi & ipsa in oculis tam dilectuli **GABRIELIS** sui esset, neque tantu, quam diserta voce, & manus beneficæ ductu quid faciendum ipsi benevolentissimè ostenderet. Visibiliter proin, atque vigilanti apparuit, & ferventiore tunc, ad acuratiorem Regulæ S.P.N. **BENEDICTI** observantiã, in Hispanijs Cisterciensium nostrorum pio conatu, ut ijs se adjungeret, & conniteretur imperavit: Namque id vitæ constitutum, **FILIO** suo & sibi per placere edocuit. Sed importunis, velut de meliore è bonis, quin & **DEIPARÆ**, (ut dicebant,) chariore amplectendo, nonnullorum suasionibus, Carmelitarum Discalceatorum habitum induit, & velut de voto in melius comutato primû gavissus, paulo post per magnû miraculum exire compulsus est. De consilio proin virorû pietate & doctrina præstantium omnia quæ circa se acta sunt, Francisco de Bivar Theologo doctissimo, (necdû tamen nostris accensus) patefecit, qui ipsum illico satisfacere **DEIPARÆ** iussis tam expressis voluit, & ad Monasterium suum Nucalense destinavit, quem & ipse non multo post subsequutus, consilium & iussa Magnæ Matris ut & sibi convenientissima interpretatus accepit. Admisere libenter juvenem tantû Nucalenses, cuius facilè erat spiritum & fervorem explo-

rare, ut qui se prima fronte apertissime omnibus prodebant probabantque. Post multa proin signa miraculosa Regulam nostram & cucullum sacro in Tyrocinio aggressus atque amplexus, mirum illico in modum profecit, ut Angeli hominis alacritatem, inquè Divinis rebus sublimitatem, mirarentur haud inmerito universi, cum inter orandum cœlestes expertus favores, sæpè extra se factus in extasim raperetur. Multis tandem infirmitatibus in ipso anno probationis fractus, & gravissimis doloribus consumptus, ad extrema devenit, & ante obitum **CHRISTUM DOMINUM** recentibus plagis, & corona spinea redimitum, usque ad cœlestem patriam invitantem conspexit. Excepit supremam & Generalem quidè Angelici juvenis confessionem prædictus Franciscus de Bivar, & favores quibus à **CHRISTO DOMINO** ejusque gloriosâ Genitrice affectus fuerat, plenius intellexit. Ex relatione succincta ejusdem venerabilis memoriæ Francisci, ex quo, cum pro instituto litterarum in Hispanias usque comercio, ab eodem plenius instrui peteremus, inquè vicem nonnulla quæ ipse rogaverat submississemus, ad ejusdem cœlestis vitæ professionem ad **GABRIELEM** suum evocatum intelleximus, & interesse necdum posse tam amico utriusque consortio, plurimum dolemus. Vitam Gabrielis, docente eam Bivario, composituisse se affirmat nobis Henriquez, sed quam videre necdum licuit, in-

Eius profectus.

Extases.

Morturo Christus adest.

Favores Deipara.

Mors Bivarii.

hiantissimè tamen cum multis ejusdem expectamus.

XI. CALEND. AVGVSTI.

XXII. Julii.

G.

S. VVandregifilius P. Abb.
IN Blandinio Monasterio Sancti VVandregifili Abbatis, miraculis clari VVandregifili Illustrissimo genere oriundus, patrem VValtchisum, confobrinum Pipini, habuit, Ansegisi Palatii Regij Majoris fratrem, educatusque apud Dagobertum Regem, varijs honorum gradibus, Comes tandè Palatii constitutus est. Regis & Principum cognatorum admisu, dignam genere conjugem ducens, intaminatum ut thorum servarent eidè auctor fuit, persuasitque non multo post, raro exemplo, maritus conjugi, ut Virginitatem suã Virginum sponso, & quidem in cucullo

consecraret. Sequutus paulo post VVandregifili ipse, invito admodum Rege ex aula se subripuit, & in Monte primû Falconis celebri Monasterio Monasticen professus, postea Bobii aliquandiu, decem autem annis in Cœnobio Iurenfi comoratus est, donec ipse Fontanellense Monasterium conderet, in quo insignem paulo post Christi militum numerum conscripsit, trecentis nimirum discipulis auctus, quibus admiranda vitæ sanctitate, insigni cum fructu, viginti circiter annis præfedit. Eû raris prodigijs **DEVS** honoravit. Ea inter Berthonem confodere se parantem,

Fit Monachum.

300. Monachorum pater.

stupe-

Deipara cultor.
Pauperes quanti faciat.
Angelus lutum dertergit.
Apostolus Calatenis &c.
Spiritus Propheticus.
Mors gloriosa.
Celestis Musica.
Obiit 665.
Miracula.
 stupefacta mox manu, & à dæmone arreptum prodigosè restituit, eoque quo id factum loco, Ecclesiã **ADMIRABILIMATRI**, Benedictæ Virgini, (quam præcipue coluit) condidit, quotidianis postea meritis ejusdem, miraculis celeberrimã, cultum Magnæ Matris VVandregifilo longè lateque promovente. Sed & illud rarius: cum ab ipso met Rege Cœnobio aliquando extractus, ad palatii & Regni negotia denuo raperetur, conspecto siquidè mendico in aditu palatii, à ministris Regijs in lutum projecto ac demerso, quod impedimento equitatibus, an fastidio Regi futurus videretur, VVandregifili illico equo defiliens pauperem complexus, amantissimè extraxit, cui Angelus quamprimû adesse visus ab iplo Rege est, qui vestem extergeret, multoque quam ante puriorè redderet. Obstupuit ea re plurimum Rex optimus, & VVandregifilû antea dilectum, modo reveritus, invitum retinere deinceps minimè ausus est, sed honoratum ornatumque ad Cœnobium remisit. Profuit non discipulis solum suis Abbas lectissimus, sed Apostolico zelo fervorem suum latè diffundens, prædicationis suscepto munere, cum exemplo juxta admirandus esset, plurimum profecit, **APOSTOLIQUE** gloriosissimum nomen apud Calatenes inprimis & vicinos meritis, populos multos Christo & Ecclesiæ adjunxit. Prophetico etiam excellens spiritu, & multa alia, & trium maximè Regû successione & exitum, disertè ac distinctè prænuñciavit. Sub mortem triduum integrum spiritû raptus, cœlumque sibi apertum intuitus, nominatis, qui sibi in Abbatia honore alter post alterum succederent, Sanctis Lantberto, ac dein Ansberto, sacro resectus viatico, monitilque Fratribus, & cum plallentibus (cœlestem quidam è perfectioribus, qui adstabant, Monachis Psalmòdiam clarè audierat) voces jungerent (adeo minimè dissonã Angelicæ Musicæ, Monachicam existimabat,) cœlestes inter & mortaliû concentus felicissimû animum Creatori transmisit, supremo in agone, signo se Sanctæ Crucis devotissimè comuniens. Obijt salutis partæ Anno 665, sexto autem supra nonagesimû ætatis, insignibus etiam post mortè miraculis clarissimus, cujus sacrû corpus, post annos ab obitu quadraginta, cum ijs, quibus obvolutum fuerat vestimentis, integrum repertum est atque incorruptû, & translatum ad Basilicam Sancti Petri, ubi miraculorum gloria honoratissã perpetua

fidelium devotione est frequentatã. *Ex Vita per synchronum script. Iepes, Molano, Sigeberto, Petro Equilino, Trithemio. z. Sanct. Ord. &c.*
 In territorio Arvernensi Sancti Menelei Abbatis. Meneleus Regio ortus genere, rigore delicijs mundi hujus omnibus, disciplinam Monachicam, Principum licentia, paupertatem opibus, humillimû vitæ institutum, jugè obedientiæ jugum, gloria & auctoritate, sed & imperio omnipotiora habuit, cucullûque vile indutus, ex eo longè illustrior, quam ex purpura, apud, gemis exsplenduit. Fundavit autem insigne ad honorè Sancti Martini in territorio Arvernensi Monasterium, Meneleus primû, ab eo exinde Sancti Menelei appellatum, in quo cum disciplinã Monachicam ad exactissimû Regulæ ientum sanctissimè plantasset, suoque exemplo firmissimè solidasset, admirandis à **DEO** miraculis nobilitatus est, adeo ut illorum fama celeberrimè haberetur. Ea inter mortuum puerum precibus suis ad vitam prodigosissimè revocavit: demonem autem, Sanctissimi & Admirabilis Patris nostri **BENEDICTI** exemplo, sola alapa inflictione, ex obsessi corpore potentissimè profligavit. Claruit Regiæ virtutis ut originis Abbas Anno Christi 700. *Ex Vita, tom. 2. SS. Ordin. Galefin. Mauro. Menard. Felici, Baronio, Vsuarido, & reliquar. rerum Gall. script. &c.*
 In Sancti Godefridi Lingonensis Episcopi. De hoc ita hac die prolixius Menologium nostrum Cisterciense: Godefridus sæculi pompis & delicijs calcatis in sacrâ Claræ Vallis eremo, sub Beati Abbatis Bernardi disciplinã Christo firmiter adhaesit. Quâ in valle expertus est internam quindam spiritus energiam, quâ ad contemnendum res perituras pelliciebatur, & rapiebatur ad supremæ Divinitatis contemplationem. Cumque in assiduitate orationis, obedientiã, jejuniorum frequentia, ac vigiliarum tolerantia, concito gradu virtutes Melliflui Bernardi amularetur, ab eodem Claravallensis Prior constitutus est. Qui in absentia tanti Patris gregem Dominicum mirabili prudentiã rexit, & singulari sagacitate instruxit, ac sanctissimis informavit exemplis. Famã autem Angelicæ conversationis ipsius se circumquaque fundente, ad majorè dignitatem evectus est. Nam præfule Lingonensis Ecclesiæ, ex hac vitã subtracto, comuni omnium voto Episcopus electus & nominatus est. *Eligitur Episcopus.*

S. Meneleus Abb.

Regium genu.

Condit Monasterium.

Mortuum resuscitat.

Clar. 700.

S. Godefridus Episcopus.

Prior constituitur.

Eligitur Episcopus.

Reluctatur. xit, pavescere cepit, electorum de se judicium improbens, quod gravissimam Monacho humili provinciam commisissent, se nunquam animarum regimen suscipiturum affirmans. Auctoritate autē Summi Pontificis, atque Abbatis sui Bernardi coactus acquievit, & Lingonensis Ecclesie gubernaculum invitus suscepit. In eo munere ex editiore loco, majora indes virtutū præbuit cæteris incitamenta, atque ad augendum Divinum cultum, & Ecclesiasticam disciplinam conservandā multā præclara effecit. Et post Episcopatum assumptum frequenter Divo Bernardo adhæsit, præcipue cum pius pater in convertendis Hæreticis laboraret. Variis tandem virtutum ornamentis insignis infirmitate correptus expiravit, & ad Regnum immortalitatis ascendit: qui inter Sanctos Canonizatos recensetur. Ita Menologium cit. Fuit Generosa admodum natus familia, cognatus Divi Bernardi, obiitque sub A. C. 1165. sexto Idus Novemb. cujus tamen Natalis hâc die in Menologio prædicto recitatur. *Vinc. in Spec. Robert. Montensis, Ioan Abb. in Catal. Cist. Bernard Abb. Bonæval. in vita Sanct. Bern. &c.*

Cogitur.

Hareticos convertit.

Obiit 1165.

B. Andreas. In Bona-valle, Beati Andreæ Monachi, fratris germani magni & sanctissimi illius Tarentasiensis Archiepiscopi Petri, qui fratris lectissimi virtutes strenuè æmulatus, quod ille coactus in publico magna cum omnium ædificatione exeruit iste in secreto testibus Angelis digne exercuit, & plenus meritorū ex hac lachry-

marum valle in montem felicissimæ beatitudinis conscendit. *Barn. de Montalbo, Bern. de Brito, Gaufridus Abb. Alracumba &c.*

Croylandiæ in Anglia, translatio Sancti Neotti Monachi & Confessoris, facta à Leniona sorore Osketeli Abbatis Croylandensis, ex suo pago Enolfesburia, ad Monasterium prædictum, metu persecutionis, & vastationis Danicæ. *Ex Ord. Vitali, Guilhelmo Malmesburienfi. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Sancti Blasii de Catoldo Venetiis in Iudaica, inventio Sanctæ Iulianæ Virginis & Abbatissæ. Fuit sanctissima hæc Abbatissa ex perillustri Collatorum (de Coll-alto.) Comitum genere oriunda, admirabilis & in vita & post mortem omnibus visa, cujus sacrum corpus post quinque & triginta annos, hâc die elevatum, purissimum, integerrimū atque incorruptissimum divina virtute, repertum est; monstraturque summa cum omnium admiratione, in hodiernam usque diem ab omni corruptionis labe alienissimum, plurimis miraculis coruscum; illo imprimis singulari: quo implorata ejus ope, capitis doloribus prodigiōse medetur, quo nimirum morbo ipsa decesit, eam à Numine gratiam consequuta: ut omnes, qui se ejus patrocinio, capitis doloribus obnoxii comendarent, certum remedium invenirent, medicam ipsius manum seu gratiam prodigiōse experiri. *Obiit A. C. 1262. Scardeonius, Ioan. Bonifac. Annal. nost. Bened. tom. 2. Sanct. Ord. Arn. Duac. &c.*

Translat. S. Neotti.

B. Iuliana V. Abb.

Inventio.

Incorruptio perpetua.

Contra capitis dolores potissimum Patrona.

Obi. 1262.

X. CALEND. AVGVSTI.

XXIII. Iulii.

A.

Festum Fuge S. P. N. **FESTVM** sive Commemoratio Fugæ, sive Conversionis Sanctissimi atque Admirabilis Patris & Patriarchæ nostri **BENEDICTI**. quo nimirum Festo memorabilis illa fuga recolitur, qua decimo quarto ætatis suæ anno Augustissimi sanguinis juvenis, admirando tantæ fortunæ, tantula in ætate contemptu, Angelis spectabili forma comitantibus & ducentibus, gloriosissimè mundo se subducens, non sine miraculo, tam sollicitè quærentium famulorum industriam, cognatorū & amantium solertiam & lachrymas elusit, favores, honores, opes, delicias universas, repente abruptit, & horridissimo se antro, vivum quasi sepulchro, verè mundo mortuus condidit, tenerrimumque cor-

pulculū incredibili vitæ rigore mactans, Abrahami exemplo, non de terra solum sua & cognatione exivit, sed immolans juxta, & immolatus, *Isaac, Abraham sub uno pectore clausit.* Ex parte prima Opusc. Gerardi Belgæ, tom. 2. SS. Ord. tomo de gest. S. P. N. Annal. Bened. &c.

Romæ Sanctarum Virginum Romulæ, Redemptæ, & Herundinis de quibus scribit Sanctus Gregorius Papa. Harum, ve eo quidem nomine memoria celebrior, quod in singulari DEI parentis Virginis cultu vitam exegerint, cujus utique favoribus, tantum gratia & virtute profecerant, sive profecisse meruerat. Romulæ, præ aliis ab admiranda patientia, & præcipuo sacri silentii, obedientiæ & orationis studio

Rigor incredibilis.

SS. Virg. Romana.

studio, apud Magnum Ecclesie Doctorem commendatio, quam amantissimus **DEVS** ut dilectissimam filiam, ad mariti augmentum, gravi admodum, & diuturno multorum annorum morbo, lecto adfixit, eam Virginis patientiā ut doloribus, velut solatio & gratiā uteretur. Patuit quadrado ante mortem, ad quantam à Numine gloriam vocaretur, cum spectante Magistrā Redemptā, & sociā aliā quādā Virgine sacrā, cellula Romulæ, cœlesti repente lumine impleretur, & frequens sanctorum cœlitum numerus ad ægram invisere, signis evidentibus comprobaretur, eam inter miram cœlestis odoris fragrantiam, ut in tertium usque diem cellula redoleret. Nec dissimili prodigio, cum Sacrosancto **CHRISTO** corpore supremū refecta esset, cœlestis psallentium sexus utriusque multitudo audita est, quæ mortuæ Virginis paulo post animū prosequuta, cum recedente audita recedere, fragrantia illa similiter in cellula desinentē. Asservantur Romulæ ac Redemptæ sacra corpora in Basilica **S. MARIE** Majoris Romæ, de quibus consulendus, *Baron. in Mart. Rom. & S. Greg. l. 4. Dialog. c. 15. Ferrar. Petrus Equil. &c.*

In Italia Sancti Catelli Stabliensis Episcopi & Confessoris. Catellus Sancti Antonini nostri Casinensis Monachi, Abbatissæ & Protectoris Surrentini lectissimus discipulus, admirabili vitæ sanctitate Magistrum strenuè æmulatus, cū majoris quietis studio ad eremum secedentem prosequutus, separari nullo modo voluit, cum etiam Stabiensiu jam creatus Episcopus, Ecclesie illi aliquādiu strenuè præfuisset. Confirmavit utriusque propositum ipsdē spectabili forma apparēs Michael Archangelus, & ut captis insisterent cohortatus est; cujus proin honori Oratorium construxere & magno in vitæ rigore ibidem Domino serviere. Accusatus ob eam à sede sua absentiam, & quod in montibus & pastorum caulis sacris operaretur apud Sabinianum Papā Catellus, comprehensus Romamque productus, carceri, in quo diutiusque ad Bonifacium Pontif. mansit, mancipatus fuit, Antonino non minus ea exire, quam si ipse captus esset afflicto; tamen Divus Michel denuo apparens bono animo esse juberet. Cum autem Sabinianus universæ carnis debitum persolvisset, Bonifaciusque, cui Catellus prophético spiritu sumum Pontificatum prædixerat successisset, ei que exemplo Sanctissimi Patris nostri **BENEDICTI** Anto-

ninus per visum nocturnum apparens Castellum causam ad memoriam revocasset, illum carcere eductum ac multis donis ornatum in sedem suam restituit. Catellus itaque Stabias reversus Antoninum obvium, & in amplexus accurrentem habuit, neque multo post infirmitate gravi correptus in cœlos evolavit. Cujus corpus Stabii sepultum, nunc in Castello-Maris Stabiensi, quod Stabiiis everfis successit, reconditum colitur. *Ex Paulo Regio, vita San. Anton. Monument. Surrend. Davide Romæ auct. t. 2. SS. Ord. Ferrario &c.* Cæterum vir Sanctus decesit 19, Calend. Febr. sub An. **Obiit 607. C. 607.**

In Anglia Beati Iglatii Monachi & Confessoris. Iglatius Anglus natione, Monasterii Sancti Petri apud Lindisfarnum Monachus, singulari pietate præditus, cum ad presbyteratus honorem promoveretur, sacrosancta altaris Mysteria, summa animi præparatione tractavit. Quod quam acceptum esset in conspectu Majestatis Divinæ, insigni miraculo postea innotuit, cum ipso ad aram sacris operante, Christus Dominus spectabili forma visus est, Iglatio Sacerdoti suo, manu solemniter benedicere. Claruit referente Nicolao Harpsfeldio, sæculo nono. *Ex Ethelwolfo Monacho, Hugone Menarino, &c.*

In Monasterio Villariensi, Beati Iacobi Conversi. Iacobus cognomēto de Glymthis, vir in sæculo nobilis, militia clarus, & inter reliquos equestris familiae procères spectatissimus, tangente animum & cor ejus Numine, repente à deliciis sæculi ad rigorem vitæ Monachicæ se convertit, & stupentibus universis, humillimum Conversorum nostrorum amplexus institutū, generosissima animi demissione omniumque virtutum exemplis etiam Veteranos sacræ militiæ accendit, magnūq; nomen inter sacros solitudinis illius incolas obtinuit. *Monim. Villar. Chrysoptom. Henriq. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Sancti Ioannis Baptistæ Gemulæ, Beatæ Beatricis Reginae & Sanctimonialis. Hæc potentissimi Principis Aldobrandini Atestini filia, Andreæ eo nomine Secundi Vngarorum Regis, cognomento Hierosolymitani, conjux Serenissima, insignis formæ & pudicitia femina, cum, ut generoso erat animo, à morte mariti Regis, nulli eo inferiori nubere in animum induceret, Regum Rebus in amminatissimū amorem sedulo exambit, & in eodem quo cognata ejusdē homi-

Restituitur se sui.

Obiit 607.

S. Iglatius.

Ipsi Christis benedixit.

B. Iacobus conversus.

Generosissima eius humilitas.

B. Beatrice Regina.

Fit Monialis.

S. Romula patientia.

Splendor mirus.

Cœlestis fragrantia.

Cœlestis musica.

S. Catellus Episcopus.

S. Antonini sequenti.

S. Michael Arch. appare t.

incarceratur.

Spiritu prophético claret.

nominis Beatrix Abatissam egerat, & mirâ effulserat sanctitate, Cœnobio, Monastice professâ, in magna deinceps humilitate vitam transegit. Effulsit rarissimum hoc summo in genere; generosissimæ demissionis exemplar & speculum sanctitatis Anno Christi 1239. meritissimum inter præcipuas gemæ illius Cœnobii gemis accenseri, quod geminis sanctè gemellis Beatricibus, beatū se fuisse & esse, haud in merito æternum sibi gloriatur. *Ioan. Bapt. Pigna, Chron. Ateft. Monim. nost. Guelphica, t. 2. SS. Ord. Arn. Duac. &c.*

Claruit A. C. 1239. In Belgio illustris memoria Religiosissima fœminæ Iaquelinæ Abbatissæ Flinensis. De qua his verbis Ioan. Buzelinus: Iaquelina de Lalain, ex illustri Lalaynorū familia in lucem progressa est. Opus ejus eximium tot ædificia, vel quibus infident Antistitæ, vel quibus hospites excipiuntur. Plus ea tamen splendoris sibi comparavit insigni animi demissione, & singulari erga Virgines providentia. Singulas domus officinas invisebat frequenter, ibi laborantes suavibus ad patientiam verbis incitabat, curasq; solatio mulcebat. Quo majorem orandi ciceret ardorem, elegantibus Chorilatera oratorij exornavit, in quæ Moniales se se recipiant, cum eas cupido quietius in preces incumbendi stimulat. Quamvis eam continuè cancri dolores mortuusque carperent, læto tamen vultu, & patienti animo semper eos cruciatus perferebat. Præclarum illud effatum ejus, quod jam referam: Morbo laborabat earum quædam Sororum, quas Conversas vulgo nuncupant. Vt malo ejus medereretur, is advocatus est Medicus,

quem stipendia Parthenoni obnoxii faciebant. Serius hic venit, quam res postulabat; ac tarditatis causam rogatus, respondit, parvi ducendum esse, quod tardius pedem in Monasterium intulisset; eam enim tantummodo fororculam esse, quam morbus vexabat. Ad hæc comotior Iaquelina; *Enimvero perspectum habeas, æquè mihi cura & amori esse alicujus Conversa ac Domina sanitatem;* idèoque in posterū hujus tibi Domus aditum interdico. Et sanè difficulter postea is Medicus, tam insignis Antistitæ gratiam denuo sibi conciliavit. Ita Buzelinus. Obiit tandem pia Virgo cum magna sanctitatis opinione, insigni Epitaphio honorata,

Inclyta progenies Comitum, fata sanguine magno
Heroum, egregia nobilitate micat.
Ast animi virtute fuit præstantior, &c.
Est anima Angelicis sociata choris, &c.

Ex Monumentis eiusdem Cœnobii, Chryf. Henr. Menol. Cister. &c.
Alziræ in Hispania inventio S. S. Martyrum Bernardi, Gratia & Mariæ, Regis Carletani filiorum, quorum sacra ossa, cum reperta essent, cœlesti odore totam Ecclesiam repleverunt, variis ac celeberrimis miraculis Martyrum suorum merita confirmante Altissimo, unde eorum memoria magno populi concursu ibidem celebratur. *Accidit inventio Anno CHRISTI 1599. Ex Menologio cit. &c.*

Charitas erga subditos, mira.

Epitaphium.

Inventio S. S. Bernardi & Sororū

A. C. 1599.

IX. CALEND. AVGVSTI.

XXIV. Julii.

B.

S. Valerius Episcopus. Niceæ in Provincia, depositio Sancti Valerii Episcopi & Confessoris. Hic Monachum in celeberrimo Sanctissimæ illius Lirinensis Insulæ Cœnobio professus, plurimis indè, ob insignem & eruditionis & sanctitatis famam, & diversas Cathedras petitis atque extractis, coactus & ipse minimè ex ambitum Niceæ sive Nicæ Pontificatum admittere, exemplo vitæ ostendit, quam dignus eo honore fuerit. Quippe contemplationis studio profectuque accensissimum cor ejus, eructavit verbum bonū, verbum virtutis, quod in animos audientium, tanta subtilitate,

quin & potestate, profundius penetravit, ut ipsas quasi medullas, Divino amore succenderet, & inflamaret. Quo factum, ut Religio in primis vigeret, magna se ubique mōrum honestas proderet, & affectio omnium, in Valerio Episcopo suo velut ad ubera matris penderet, cum ipse interrim, mira animi demissione se ad omnes demitteret, omnibus omnia fieret; pauperum, orphanorum, afflictorum, ægrotantium curam diligentissimā haberet, neque per subordinatos, sed per se ipsum omnibus intenderet, neminem, sine ostensione non solum charitatis, sed & exhi-

exhibitione operis, præteriret, laboribus perpetuis pro salute suorum defudaret, neque tamen unquam deficeret; ut haud immerito tanti Pontificis mortem luctu indeficiente plangerent, cujus tanto postera posteritas redivivū exemplar sibi expeteret. Claruit sub A. C. 800. *Chron. Lirin. Claud. Rob. Arn. Duac. tom. 2. S. Sanct. Ord. &c.*

S. Obitus Eques. In territorio Brixiano Sancti Obitii Confessoris. Obitus Eques strenuus Brixianus, bellum inter se gerentibus Brixianis & Cremonensibus, quibus fæderati Bergomates erant circa Salutis nostræ Annam 1191 cum hostes super Olii ponte insequeretur, eo præ pondere rupto & collapsio, una cum illis in flumen demersis prolapsus est. Sed Divino munere servatus, postera die ab hostium cadaveribus extractus, se ad inferos descendisse, innumeramque animorum multitudinem eo delatam diversis & inauditis pœnis excruciaci vidisse retulit. Qui ubi primum convalesceret, sæculari relicta militia ad sacram convolvavit, & derisa, quam tanti olim fecerat, sanguinis nobilitate, paupertatem Christi amplexus, humillimum vitæ genus Conversorum nostrorum cunctis sæculi honoribus antetulit, & in Monasterii Sanctæ Juliae Brixianensi, Virginum ibidè inclusarum servitio perpetuo se devovēs, admirabili sanctitate effulsit, & vivens atque mortuus insigni miraculorum gloria illustrari meruit. Ea inter architecti cuiusdam manus calu trabis cuiusdam contritas, veste sua obvolvēs, & manibus fovens mirabiliter sanavit, & ad opus remisit. Cū sacrum corpus ejus ad sepulturam efferretur, multique languentes aqua, quâ illud lotum fuerat, aspersi prodigiosissimè quâ primum convalescerent, ancilla quædam fistulis & plagis plena, cum aquam illam habere non posset, terra sola, atpersione ejus aquæ sacrata, plagas tetigit, & illico convaluit. Mulier cæca ad Sancti Obitii tumulum deducta, recepto visu, congratulantibus universis absque ductore domum revertit. Idem contractæ accidit. Idem pluribus aliis, qui invocato servi DEI interventu, miraculo restituti sunt, cujus natalis ibidem solemniter celebratur. *Ex Monument. Brix. & ejusdem Cœnobii, tom. secundo Sanct. Petro Galefin. Helia Capreolo, &c. A. lii IV. Februar. &c.*

Fit Con-versus. In territorio Brixiano Sancti Obitii Confessoris. Obitus Eques strenuus Brixianus, bellum inter se gerentibus Brixianis & Cremonensibus, quibus fæderati Bergomates erant circa Salutis nostræ Annam 1191 cum hostes super Olii ponte insequeretur, eo præ pondere rupto & collapsio, una cum illis in flumen demersis prolapsus est. Sed Divino munere servatus, postera die ab hostium cadaveribus extractus, se ad inferos descendisse, innumeramque animorum multitudinem eo delatam diversis & inauditis pœnis excruciaci vidisse retulit. Qui ubi primum convalesceret, sæculari relicta militia ad sacram convolvavit, & derisa, quam tanti olim fecerat, sanguinis nobilitate, paupertatem Christi amplexus, humillimum vitæ genus Conversorum nostrorum cunctis sæculi honoribus antetulit, & in Monasterii Sanctæ Juliae Brixianensi, Virginum ibidè inclusarum servitio perpetuo se devovēs, admirabili sanctitate effulsit, & vivens atque mortuus insigni miraculorum gloria illustrari meruit. Ea inter architecti cuiusdam manus calu trabis cuiusdam contritas, veste sua obvolvēs, & manibus fovens mirabiliter sanavit, & ad opus remisit. Cū sacrum corpus ejus ad sepulturam efferretur, multique languentes aqua, quâ illud lotum fuerat, aspersi prodigiosissimè quâ primum convalescerent, ancilla quædam fistulis & plagis plena, cum aquam illam habere non posset, terra sola, atpersione ejus aquæ sacrata, plagas tetigit, & illico convaluit. Mulier cæca ad Sancti Obitii tumulum deducta, recepto visu, congratulantibus universis absque ductore domum revertit. Idem contractæ accidit. Idem pluribus aliis, qui invocato servi DEI interventu, miraculo restituti sunt, cujus natalis ibidem solemniter celebratur. *Ex Monument. Brix. & ejusdem Cœnobii, tom. secundo Sanct. Petro Galefin. Helia Capreolo, &c. A. lii IV. Februar. &c.*

B. Cuno. In Monasterio Hemmenrodensi, depositio Beati Cunonis Monachi & Confessoris. Cuno nobili in primis ac poten-

tortus genere Dynastarum de Malburg, castri ejusdem nominis Dominus; opibus, robore, militari gloria spectatissimus enituit. Vti autem in sæculo, sæculo deditus, sic Monachum præcipitante jam ætate professus, DEO fuit addictissimus. Vixit autem in Ordine triennium, quo expleto, triduum in super se fore superstitem spiritu prophetico prædicens: *Domine inquit ad Abbatem, sexta feria crucem accepi, sexta feria transfretavi, feria sexta in sima illi fæ Capella mea me vobis tradidi; sexta feria habitum indui Regularem, DEVS sexta feria laborum meorum mihi restituet mercedem.* Amicis forte ad se invitentibus, mortem quoque prædicens, cum recedere pararent, eo quod levis esset ejus infirmitas, & nulla adhuc mortis indicia apparerent; *Ne solemnitati suæ decessent,* rogavit. Ita factum, & soluta erga stulo corporis felix illius anima, vel ipso quidem dæmone teste: *ad pedes altissimi deportata est,* querentibus graviter, velut super irrogatâ sibi injuria, inferis; hominem quadraginta totos annos, ad omnem voluntatem suam paratissimum, triennii solius respectu, tã violenter sibi à Numine præreptum. *Ca-farius Hesperbach, Menolog. Chrysof. Henri-quezii tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Germania, Monasterio Gandersheimensi, Sanctæ Gerburgis Abbatissæ. Gerburgis contemptu gloriæ inanis longè gloriosissima, cucullum in Regio Gandersheimensi Virginum Cœnobio amplexa est. Fuit filia Ludolphi Saxonum potentissimi Ducis, & secunda Cœnobii prædicti Abbatissa, quod incepit Bruno Saxonæ Dux avus ejus, & perfecit Ludolphus pater, successitque ipsa sorori suæ Ven. Hadmodi, tanto cum Cœnobii & subditarum sibi virginum fructu, ut toto paulo post orbe Gandersheimii felicitas celebraretur. Effulsit Abbatissa Sanctissima insigni cum in vita, tum post mortem miraculorum gloria, tantumque eximio vitæ exemplo in audientium atque intuentium pectoribus fervorem succendit, ut totas quasi Reginarum & Principum fœminarum cohortes, eò pellectas celo lucrata post se traherent; quibus deinceps Cœnobium illud frequentissimum semper, uti admirationem apud universos concitavit, sic Principum Sanctarum Promptuarium, verum Regis Regum, Sponsi Virginum Gynicæum appellari meruit. Obiit Gerburgis Anno Christi 883. sive 84. *Obiit. A. C. cum sacris illis Virginibus 14. annis sanctissime*

Cōvertitur ex Equite ill.

Auspicatis- Capella mea me vobis tradidi; sexta feria habitum indui Regularem, DEVS sexta feria laborum meorum mihi restituet mercedem.

Mortem solemnitate vocat.

Querela dæmonium.

S. Gerburgis Abb.

Illustrissimum genu

Totas cohortes Principum DEO lucratur.

ctissime praestitisset. Ex diversis rer. Saxon. script. Tribemio, Bruschio, Reufnero, Annal. nost. Germ. &c.

B. Teuteria Virgo.

Veronae in Italia Beatae Teuteriae Virginis inclusa. Teuteria Angla, regia stirpe edita, Apostolis nostris strenue in conversione Angliae desudantibus, Christianis nata parentibus, cum ob egregiam indolem atque formam ab Oswaldo Rege etiam nuptum gentile ad connubium ex peteretur, neque pollicitationibus neque minis a proposito Virginitatis colenda abduci potuit. Divinitus autem admonita patriam relinquens, & in Italiam veniens Veronae confedit. Sed cum Regis satellites non longe abessent, ad Beatam Tutcam, in cellula quadam extra urbem Inclusorum instituta sectantem confugit, quae cum fenestellam qua ingrederetur fugienti aperuit, illico araneorum

Regales nuptias aspernatur.

Insigne miraculum.

telis adeo pertexam, ut nullam recentis ingressus suspicionem Regis ministris relinqueret, & illi absque Teuteria in Angliam reverterentur. Sanctissima autem Virgo, ea molestia liberata, Sanct. Tutcae disciplinis se subdidit, & miro vitae rigore ad mortem usque se confecit. Obiit adstantibus Angelis inter suprema verba in manus tuas Domine commendo spiritum meum, cum Oswaldo precibus suis gratiam conversionis a Domino exorasset. Claruit sub Anno Christi 650. Ex Monim. Veron. & t. 2. SS. Ord. quam falso nonnulli A. C. 236. decessisse opinantur, nullo tunc Oswaldo Anglis imperante, nedum ad Christiana sacra converfo.

Clar. 650.

In Hasbania Beatae Christinae cognomento Mirabilis, quae plurimis, cum in vita, tum post mortem miraculis claruit.

B. Christina mirabilis.

OCTAVO CAL. AVG.

XXV. Julij.

C.

S. Theodominus Mart.

COR DUBAE Sancti Theodomi Monachi & Martyris. Hic merita vitae Monachicae, illustri Martyrij trophaeo & laurea coronans, cum pridem afluens sacro vitae rigori & jugi corporis mortificationi, fervente Arabum persecutione in aream descendisset, omnes invicta animi constantia in stuporem adfecit, & cum fidei hostibus summa cum magnanimitate congressus, cum foedissimas Mahometi Pseudo-Prophetae vanitates, & leges protereret, capitis danatus, laetissima mente sententiam excepit, & sui sanguinis gloriosissima indutus purpura, ad felicissimos & aeternos Martyrum triumphos abiit, Anno C. 851. Memor. Sanct. Eulogii nostr. Tepes, Baron. tom. 2. SS. & Annal. nostr.

Patitur A. C. 851.

S. Glodesindis V.

Metis in Gallia, Beatae Glodesindis Virginis & Abbatissae. Glodesindis, Glotfendis, Glodesinda, sive Glodesuida, Illustrissimo Principum maximorum nata genere, Vvintonem Ducem patrem habuit, matrem Gudilam; quam cum illi praeter voluntatem, multumque ac frustra reluctantem, dignis tanto genere nuptijs, Obeleno sive Obelerio Principi desponsarent, ad precis conversa, & apud Numen & maritum obtinuit, ne tanto Virginitatis Thesauro privaretur. Marito Virgine occiso viduata, cum ad alteras transire nuptias cogeretur, Metim celeri fuga se se protipiens, in Ecclesia

Illustrius genus.

Virgines coniuges.

Sancti Stephani se condidit, ubi in septimum utque diem expectantibus antefores templi, qui a patre missi erant, satellitibus, & jejunio diuturno exire coactam, secum abducerent, absque cibo omni potuque jejunata remansit, non sine prodigio devotissimam sibi Sponsam servante Numine, nequid temere auderent milites, & mire solante ac resciente. Visus exinde Angelico vultu vir, quem formosissimi duo sequebantur pueri, Virgini assistere, & more solemni, sacrum velamen ejusdem capiti imponere, ac subito disparere, ut eo spectaculo attoniti, qui CHRISTI Sponsam intercipere paraverant, supplices ad Virginis pedes acciderent, & veniam enixius rogarent. Concessit exin, quo longius a cognatis abesset Treverim Glodesindis, ad amitam suam Rothildim Abbatissam, sanctitatis & rigoris Monachici normam & speciem oculis usurpatura, disciplinisque sanctioribus praclare instituta, probantibus qui olim obstiterant Metim reversa est, ubi constructo celebri Cœnobio, & centum paulo post Virginibus, Virginum Sponso adlectis & consecratis, cum egregio sanctissimae vitae exemplo ipsidem septennium praefuisset, ad aeternos castissimi Amoris amplexus evocata, felicissime hac die transit Anno CHRISTI 615. Cujus sacrum & Virgineum corpus in Sancti Arnulphi Cœnobio primum conditum,

Mire servatur.

Sacrum velamen divinitus ei imponitur.

Monasterium condit.

100. Virgines colligit.

Obiit 615.

Incorruptio mira.

ditum, cum post annos viginti quinque elevaretur, adeo integrum incorruptumque repertum est, ac si ea primum die obdormivisset. Caeterum elevationem illam sui corporis, ipsa petiit; cum visa cuidam e suo Cœnobio Virgini stare in civitatis Metensis muro, & lapidem illuc jactare, ubi aram Deiparae, & Monialibus Cæmeterium condi vellet. Translata proin ad suum, ab ipsamet deinceps Sanctae Clodesuidae cognominatum Monasterium, illustribus a DEO miraculis honoratum est; cujus faciem cum temere quadam e Monialibus contrectaret, recentissimus quamprimum inde sanguis prorupit; & cis annum, eadem quae contrectare ausa fuerat, morte subblata est. Sarcophago minus curate occluso, cum eo se se mus aliquis insinuasset, mulculus idem alteri cuidam Moniali per visum objectus est, dextrum alterius pedis digitum admordens; praemissis proin precibus & Sacris Litanis, aperto monumento ita esse patuit, & obstipata per quam irruerat rimam, depræhensus pes est, ea parte admorsus, non aliter atque viventis hominis, sanguinolentus. Sed & alia inter plurima miracula, praegnans prodigiorum illud, quando totus sacri olei rivulus, e tumulo se se ejusdem effundens, gratiarum plenus infirmis fluxit, & amplissimam beneficiorum profusione omnibus patuit; ut Clotfende sua Metenses, supra omnes auri venas, divinitus ditati gloriantur. Ex Manuscript. Vita ejus scriptoribus, tom. 2. SS. Ord. &c. Bernardo Abbate, & Alberto Monacho, Arn. Duac. Menardo &c.

Miracula.

Pœna temeritatis.

Tumulus denuo apertus.

Oleum prodigiosum.

S. Magnericus Archiepiscopus.

S. Martinus praecipue colitur.

nem Childebertus Rex maximi fecit & sancte coluit, a quo etiam filium suum Theodebertum voluit baptizari. Tanti viri laus, omnium in ore fuit, ait Sauffejus, quod panem esuriens quisque, tectum hospes, amictum nudus, spem afflictus repererit, cujus merita eximiis plurimisque miraculis, Numen commendavit. Mortuus est sub Annum Christi 590, insigni Epithaphio & Elogio honoratus:

Elogium.

Obiit 590.

Culmen honorificum, Patrum Pater atque Sacerdos &c.

Ejus vitam scripsit Ebrinus Abbas, habeturque ejus & mentio in actis Sanct. Gauderici, Annal. nost. Germ. And. Bamberg, Molan, Cratopol &c.

S. Eberulphus Abb.

Bellovacensi Sancti Eberulphi Abbatis. Eberulphus Bellovacensis patria, professione Monachus, ob eximiam vitae sanctitatem, sive generis etiam aliorumve merito praestantiam, Chilperico Galliarum Regi commendatissimus, primus Sancti Fulciani, in Dicecesi Ambianensi Abbas extitit. Construxit & dotavit Cœnobium illud memoratus Rex Chilpericus in gratiam Eberulphi sui, quem in dato Diplomate Regio charissimum sibi, aeterna amoris sui commendatione appellat. Claruit vir sanctissimus Anno Christi 585. diversusque est ab Eberulpho ejusdem ferè temporis Abbate in Normannia, vulgo Sainct. Euroul appellato; de quo die sequenti agimus. Hic autem a Bellovacensibus Sainct. Eurost nominatur. Chron. Bellovac. Hugo Menard. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Regi charus

Claruit A. C. 585.

Alvastræ in Suecica Beati Gerekini B. Gerekinus Converteri, admirabilis gratiae & sanctitatis viri. Hic totis quadraginta annis nunquam Cœnobio pedem efferens, dies ac noctes jugi orationis studio transegit, eamque a Domino gratiam, rarissimo sane exemplo, meruit, ut novem Angelorum Ordines, inter orandum, quasi continenter intueretur, & Angelos jugiter intueatur.

Angelos jugiter intueatur.

in forma puerili crebro conspiceret. Magna ei fuit cum Sancta Brigitta familiaritas, quam cum primum ad Cœnobium Alvastræ invisentem, Zelo Sanctissimae Regulæ & disciplinae tactus, occulte temeritatis alicujus argueret, illico de Sanctitatis ejus sublimitate edoctus a Domino, maximi deinceps ipsam fecit, & ejusdem praefugio de mortis suae horam edoceri meruit. Fuit cultor DEI parentis

De hora mortis a S. Brigitta edocetur.

parentis Virginis singularis, ad quam etiam familiare illi erat, in rebus quibuscunque dubijs recurrere, & auxiliu seu consilium confidentissimè postulare. Mirabile illud quod Tomo 14. Annal. Ecclesiastic. narrat Bzovius: Præceperat ei aliquando Abbas, ut eos, qui in pistrino laborabant adjuvaret. Ipse artis pistoria ignarus, imaginem quandam Beat. Virg. MARLÆ in pariete depictam, more solito venerando, sic affatus est: *Domina mea charissima, Dominus Abbas præcepit, ut una cum pistoribus laborem, tu autem scis me proorsus in ea arte rudem esse, verumtamen juxta voluntatem tuam facere sum paratus, quod mihi suggereris. Cui imago: Fac, quod hucusque feceras, & ego pro te serviam in pistrino.* Abijt ille ad locum consuatum, orareque perrexit: cum interim visa sit alia persona Gerekini speciem præ se ferens ministrasse: ipse vero sub idem tempus fixus in oratione deprehensus in Ecclesia. Ita Bzovius; Decessit, paratissimus ad mortem, & Sacrosanct. Ecclesiæ Sacramentis munitus, hora qua prædixerat divinitus edocta Brigitta Anno Christi 1345. cui ipse Dominus, causam præmaturæ mortis assignans: *Complebitur, citius, inquit, desiderium tuum, ne videas mala, que inducturus est DEVS super hanc domum; gravissimis scilicet cladibus paulo post regnū fere universum pessundantibus, quibus quod præreptū famulū vellet bonum Numen, magnam ejus innocentiam, manifesto comprobavit.* Ioan. Vastorius à Bzovio cit. libr. revelat. Sanct. Brigittæ, tomo. secundo SS. Ord. &c.

DE Ip̄ara cultor sing.

DE Ip̄ara pro ip̄a ministrat.

Causa mortis præmatura.

B. Philippa Regia Virgo.

Sanctitas.

Eruditio rara.

nab. de Montalbo, Chryostom. Henriqu. Menol. Cist. &c.

Parisijs Translatio Sancti Germani Episcopi & Confessoris. Fuit hæc magni revera Episcopi, & Gallia Tutelaris Traslato admodum tolemnis, præsentibus jussu Pipini Regis, univertis Galliarum Episcopis, nec non spectatissimis Regni Principibus, eo que inter Carolomanno, & Carolo, qui dein Magnus appellat^o est, septuenni etiam puero, Pipini filijs. Auctor ut elevaretur ipse Germanus fuit, ducentis jam elapsis ab obitu suo annis, & Lanfredo Abbati apparens, ut rem apud Pipinum urgeret imperavit. Narravit ipse Carolus Magnus, Pipinum patrem suum, proceres Regni, Episcopos, Abbates, Monachos, quibuscunque valuissent ingenio viribusque tumulum frustra levare conatos, nec quidquam defudasse, donec Pipinus, religiosi viri suavione, damna, Sancti Germani Cœnobio à Palatinis ipsius illata refarcire tolemniter promitteret. Quo facto absque difficultate, sacrum corpus elevavit. Sequuta ingentia quamprimum ipsa translationis die miracula, cum contactu solo reliquiarum, cæci visum, surdi auditum, claudi gressum, variè ægri incolumitatem omnes recipere, & dæmones ab obsessis corporibus profligati recederent. Sed & deinceps perpetuis prodigijs Germanus coruscavit, e quibus memorabile illud, quo Danorum rabiem prodigiosè repressit, ita quidem, ut postquam ejus Cœnobium invasisent, horrendis flagellis divinitus percussi pessima morte multarentur, promitterentque se Gallias deinceps nunquā armis repetituros, prolata in eos capitali sententia, qui Divi Germani res contretassent. De quorum, & Ducis eorum Ragenarii infelici interitu, grandibusque alijs miraculis consulendus Haymon, ut & de Translatione ista, Anonymus S. Germani Monachus apud Surium, &c.

S. Germani tranquilitio.

Solemnitas maxima.

Stupenda res.

Miracula.

Hostium temeritatem duriter plectit.

Hostes supplices.

S. Iudoci levatio.

In Pontino, elevatio corporis Sancti Iudoci Confessoris & Monachi, designati quondam Armorica Regis. Fuit & hæc elevatio celebris admodum insigni miraculorum magnificentia, de qua prolixius agit Ordericus Vitalis libro tertio Hist. Eccles.

Eodem die Translatio Sancti Lebuni Presbyteri & Monachi, viri Apostolicis meritis celeberrimi. de quo fufius agimus die ipsius natali.

In Monasterio Herckenrodensi prope

pe Haffletum celeberrimā memoria Sacramenti Miraculosi, quod ibidem summa Religione asservatur, & ad quod propter multiplices rerum formas variæque figuræ, quæ se prodigiosissimè offerunt intuentibus, ex diversis provincijs maxima populi multitudo confluere solet, cum alij CHRISTUM in Crucem actum, alij spineā coronā redimitum, seu flagellis cœsum, alij denique gloriosum, quasi tunc à mortuis surrexisset, alij alia intuentur. Refert prolixius Historiam Arnol-

Stupenda res.

S. Symeon Mart.

Nobilitas generis.

Cervus se ipsi sifit.

7. Dæmoniacos curat.

Miraculum in pleno Concilio.

du de Raiffe in suo Auctario ad Nātales Sanctorum Belgij, quæ primum hac die contigit Anno Christi 1317. admirabili deinceps hac formarum mutatione in oculis omnium ad hanc usque diem perpetuata. Novi quemdam nostri Ordinis Monachum, ait Henriquez, qui septies sacram Hostiam venerari meruit, & semper diversa contemplatus est, & semel puerū IESUM ovem inter brachia dulciter amplectentem, &c. Ut nemo satis tantæ rei miraculum admiraretur.

A.C. 1317.

Miratio.

Patientia eius.

Diabolum ut fuget.

Iudæos convertit.

Porta Ecclesie ultro patens.

Peregrinatio eius.

De Rege Hispania meritis.

VII. CALEND. AVGVSTI.

XXVI. Iulii.

D.

IN Monasterio Sancti BENEDICTII in agro Mantuano, Sancti Symeonis Monachi & Eremitæ, qui multis miraculis clarus, in senectute bona quievit. Symeon Armenus patriæ, eximiâ nobilissimi generis propagine, patre Magistro militum natus, ab ineunte ætate DEO serviens, Sancti Basilij primum institutis nomen dedit, donec in Italiam delatus, nostrisque accensus, in Monasterio S. P. N. de Padolyrone sub Sanctissimi Patriarchæ ejusdem legibus vitam institueret, & admirabili vitæ sanctitate resplenderet. Diaconus ordinatus eremum petijt, ubi cum aliquando ob ingentē nivium vim alimentorum necessariâ ope destitutus esset, in præces effusus, misericordiam Divinam facile flexit, cervo quamprimū se sistente, quem absque negotio captum & mactatum cum fratribus comedit. Ab eremo digressus Hierosolymam venit, cujus Patriarchæ Arsenio familiaris erat, atque ibidem septem Dæmoniacos curavit. Inde Romam profectus Benedicto Octavo Pontific. Max. quo tempore Concilium celebratur, cum in Lateranensi Ecclesia diutius oraret, à Clerico tanquam Hæreticus apud populum accusatus, hæud leve vitæ periculum subijt. Sed cum eadem die in Concilio de Fide interrogatus optimè respondisset, accusator à dæmone arreptus tam diu vexatus est, donec à Symeone signo Crucis & manuum impositione liberaretur. Quo miraculo attoniti Pontifex & Patres, summo deinceps Symeonem in honore habuerunt. Cum autem plurimi indices ad eum, infirmi præsertim confluerent, inde clam, nominis fugiens celebritatem, discessit, divertensque ad Monasterium quoddam, inhospitaliter habitus, percut-

sus etiam à Monachis est; quos cum, re comperta, carceri Episcopus mancipasset, illos noctu Symeon dimisit, & iter prolequutus Pisas venit, ubi in Urbis ingressu diabolus humana specie interrogantem: *Quotendis Monache?* obvium habuit; qui statim, ac Symeon respondit: *Quo Christus voluerit;* disparuit. Pisas, Lucam contendit: ubi plurimos Iudæos felicissimè convertit, eo miraculo, quod Iudæus cum eo de CHRISTO disputans, dum illum ex Virgine natum execrando negaret, mox in conspectu omnium expirasset. Inde Lunam, & per montem Bardonem, ubi Ecclesiam Sanct. Moderamini invisit, Placentiam venit, aliquot agrorum in itinere curatis, comiteque cum asello sibi comodato Pisas cum benedictione remisso. Placentiæ noctu oranti apud Ecclesiam Sancti Sixti fores illius ultro aperiantur. Ea urbe egressum cum ad Padum flumen navicularium minimè reperisset, naviculam ipse in fluvium immisit, eaque sine remigio ullo, cum aliquot peregrinis trajecit. Apud Monasterium Sanctæ Christinæ filium pauperulæ paralyticum sanavit. Papiæ in æde Sancti Syriab obfesso dæmonem expulit, & in ponte coxam equi, senis cujusdam plorantis, fractam prodigiosè sanavit, Vercellis ægrotos aliquot curavit. Apud Burgum leprosum quendam sanitati restituit. Apud Taurinum Cæco uni, & alteri apud Segusum visum reddidit, aliaque per Galliam & Hispaniam, (ubi ingenti cū gratulatione & merito Regis filiani dæmoniacam liberavit) pergens, signis admirandis beneficia præstitit. In Italiam reversus in Cœnobio celeberrimo S. P. N. in agro Mantuano, ut susciperetur obnixè rogans, facile impetravit, &

Beatissimi Legislatoris nostri BENEDI-
 CTI legibus, probatissimæ sanctitatis se-
 nex, se velut tyrunculum subjiciens Re-
 gularis disciplinæ observantissimè exti-
 uit, & gravi insuper rigore corpusculum
 suum excruciat. Adipe, carne, ovis,
 cateo, non solum abstinuit, sed & panis
 ulu sibi interdixit, & cilicio asperimo
 carnem attrivit. Claruit spiritu prophe-
 tico, aliaque inter prodigiosissime ibi-
 dem patrata, Monachum mortuum vi-
 tæ restituit, & post vitam ibidem humil-
 limè & sanctissimè exactam CHRISTI
 demum Anno 1016. 7. Calend. August.
 felicissimè in Domino obdormijt, varijs
 etiam & perpetuis deinceps miraculis il-
 lustratus, quæ innumera plene esse Bene-
 dictus ipse Octav. Pontif. Max. in bulla
 Canonizationis affirmavit. *Ex Monim.
 Cœnobii Mant. Ioan. Baptist. Folengio, Arnol-
 do Duac. Annal. nostr. Philippo, Ferrario, t. 2.
 SS. Ord. &c.*

In Monasterio Vticensi Sanct. Ebrul-
 phi Abbatis & Confessoris, sanctitatis &
 miraculorum gloriâ celeberrimi. Ebrul-
 phus, Bojacælinus, genere nobilis, corpo-
 ris totius morumque elegantia, pueri æta-
 te non solum enituit, sed & ingenij felici-
 tate, Magistris ipsis admirandus, eosdem
 brevi tempore eruditionis laude supera-
 vit. In aulam Clotharij Regis adscitus,
 principe apud ipsum gratiâ, & inter pro-
 ceres Palatinos spectatus, fuit. Conjugem
 dignam genere ducens, talem cum ipsâ
 vitam instituit, ut speculum uterque esset
 honestatis; qua postmodum persuasâ, ut
 eodem secum proposito cucullum expe-
 teret, ipse amplissimis relictis opibus ho-
 noribusque in Gemellorum Cœnobio se
 cōdidit, ab mira paulo post sanctitate mi-
 ré celebratus. Impatiens autem famæ tri-
 bus comitibus Fratribus in eremum seces-
 sit, unde pari honorum fastidio, cum &
 illi proditum se gemeret, Vticum se con-
 tulit; locumque à DEO sibi designari ex-
 petens, ducem itineris Angelum accepit,
 cujus iussu Cœnobium exstruxit, accolat-
 que latrocinio eousque & rapto viventes,
 non ad saniora solum revocavit, sed & plu-
 rimos cucullo induit. Pauxillum panis
 prodigo in pauperes cum superesset, &
 Oeconomus Cœnobij pauperi erogare
 timuisset, re compertâ Ebrulphus, iussit
 abeuntem prosequi, quæ vix emenso mil-
 liario obediens discipulus cum elemosy-
 na assequutus est. Accipiens autem pa-
 nem pauper, baculum solo defixit, unde
 fons illico lymphidus ebullit, varijs dein-

ceps morbis prodigiosè medicus & salu-
 tarius; iussis etiam per læpe cœlesti o-
 raculo ægris ad fontem Sanct. Ebrulphi
 pro sanitate recurrere, adfuitque ad mi-
 raculi cumulum sumo mane clitellarius,
 qui panis vini quæ allatâ copiâ, subducens
 se, ultra non apparuit; ex eoque die Mo-
 nachis illis nihil unquam deinceps neces-
 sariorum defuit. Ebrulphus Monachi-
 cum institutum mirè propagavit, & do-
 natione fidelium, quindecim paulo post
 Cœnobium condidit. Ejus famâ motus
 Rex Galliarum Childericus, ad eum ami-
 cè invisit, eoque conspecto equo quam-
 primum descendit, quem & Regina, so-
 lemni admodum cum Crucis & Sancto-
 rum Reliquijs peregrinatione, & proces-
 sione, ut vocant, tunc quoque conveni-
 ens, ea Sanctorum pignora revectura, lo-
 co movere non potuit, nisi voto facto,
 altari ibidem marmorei exstruendi. Ap-
 pud ipsum Rex triduum moratus est, ei-
 que amplissima donatione nonaginta no-
 vem villas contulit. Solitus è Cœnobio
 Ebrulphus, ad cryptam se quamdam fre-
 quenter recipere, quo & tutius lateret, &
 secretius Numini vacaret, solo ejus secre-
 ti conscio è suis Malcho Monacho; per
 cujus aliquando absentiam, grande ma-
 lum ausus malorum auctor Cacodæmon,
 tantis furijs Monachos nonnullos con-
 citavit, excogitavitque, ut tumultu orto,
 Fratres duo perempti sint. Conspicatus
 procul venientem Malchum Ebrulphus,
 illico occurrit, quo adventante, insigni
 prodigio, & Cœnobii, & templi Beatissi-
 mus Matris Virginis propinqui campanæ
 omnes sponte sonuere. Vidit tunc hu-
 mani generis hostem, humanâ indutum
 forma & fugientem vir Sanctus, cur-
 luque assequutus, prohibitum progredi, appræ-
 hentumque in fornacem proximè succen-
 sam iniecit, & clybam os obturavit, qui lo-
 cus deinceps ab eventu ESCALFOU appel-
 latus est; quiritantibus mulieribus: quid
 jam de panibus facerent, quos jam para-
 tos, fumo immittere metuebant; plateas
 purgarent, iussit Ebrulphus, illicque ex-
 ponerent, ubi grandi miraculo mirè ex-
 cocti sunt. Cœnobium dein ingressus,
 solatusque Fratres, mortuos illos duos, ad
 vitam illico revocavit, donec confesos &
 sacro refectos viatico ad supera amanda-
 ret. Lue pestilenti grassante, septua-
 ginta octo è Fratribus extincti sunt, quos
 ipse prius sanctissimè ad mortem præpa-
 raverat. Abreptum item morte quen-
 dam è Fratribus, quos Conversos appel-
 lant,

Rarissimū
miraculum

Aeternum
miraculum

15. Cœnobium
exstruit.

Insigne mi-
raculum.

Rex agrè ab
ipso avelli-
tur.

Diaboli
malitia.

Campana
sponte con-
sonant ejus
adventu.

Diabolum
in forma è
inijct.

Panis in
platea colli

Mortuos
duos susci-
tat.

lant, cum tanquam Cœnobio summope-
 pere utilem, grandi mœrore Fratres cæ-
 teri lugerent, Ebrulphus & ipse mæren-
 tibus condolens, mortuum resuscitavit,
 qui vitæ restitutus, plurimis postea an-
 nis superstes fuit. Alium, per absentiam
 suam absque sacro Viatico mortuum, ad
 vitam revocans, ubi sacris munisset, fe-
 liciter is rursum in Domino obdormijt.
 Effulsit & rarissima atque admiranda pror-
 fus, aliorum quoque miraculorum glo-
 ria, tantâ quidem, ut universis, qui ejus
 implorabant opem, prodigiosè medere-
 tur, imo solo vestium ejus contactu agri
 sanitatem optatam consequerentur. Fuit
 incredibili in hospites charitate, quâ et-
 iam hospitalitatem, jam jamque moritu-
 rus, pro singulari nostrorum instituto at-
 que usu, præcipuè cōmendavit: HOSPIT-
 TES, inquit, & peregrinos benigno animo
 suscipite, propter illum, qui dixit: HOSPI-
 TIBUS QUI SUSCEPIS ME, &c. Mor-
 tuus est Abbas Sanctissimus anno ætatis
 suæ octuagesimo, Childeberti Regis duo-
 decimo, cum quadraginta septem diebus
 absque ullo cibo transegiisset, cujus post
 mortem facies, miro fulgore resplenduit,
 perpetuis deinceps etiam miraculis à Nu-
 mine illustratus. *Ex Orderico Vitale eius Cœ-
 nobii Monacho, & varijs rer. Norman. & Gall.
 script.*

Alvastræ in Sueciâ, Beati Vlphonis de
 Vlphaso Principis Nericiæ: qui in juven-
 tute Sanctæ Brigittæ nupsit, & aspirante
 DEI Spiritu matrimonium honestissimè
 coluit, & tam DEO quâ hominibus cha-
 rus, in aula Regis, quasi extra aulam, in
 sæculo tanquam religiosus vixit. Mirabili
 erga DEI param ferebatur affectu, & spiri-
 tu fervens, quo se liberius à mundi vanita-
 tibus expediret, una cum uxore sanctissi-
 ma Compostellâ in Hispanias protectus,
 multa item alia sacra loca visitavit, domū-
 que reversus, & in Monasterio Alvastræ
 si cucullum amplexus, ibidem non multo
 post, felici agone consummato, in cœlos e-
 volavit. *Ex Vita Sanct. Brigittæ, Phil. Segvi-
 no, Henric. &c.*

In Austria B. Bertholdi Abbatis Gar-
 stensis, sanctitate & miraculorum gloria
 clari. In hac die Mart. Ben. Menardi, nos
 ex opinione aliorum die sequenti.

Liræ ad Netam fluuvium in Monaste-
 rio Nazareth, obitus B. Annæ cognomen-
 to Bolmans, ibidem Conversæ, admiran-

dæ sanctitatis foemina. Quæ fuit in obse-
 quio sororum diligentissima, quantoque
 rigidior sibi, tanto alijs benignior, charita-
 tis studijs totam se consecravit. Migravit
 ad felicem illam superum æternitatem A.
 C. 1600. in cujus morte, centus longè
 gratissimus Angelorum auditus fuit. *Ar-
 noldus de Raiffe in Auct. SS. Belgii Henr. &c.*

In Monasterio Hortensi apud Hispa-
 nos, depositio venerabilis viri Garziæ de Ven.
 Vera, nobilitate generis, & bellicis operi-
 bus clari, atque litterarum scientia non
 mediocriter instructi. Fuit is natione Cel-
 tiber, nobili sanguinis Schemate clarus,
 & militaribus exercitijs insignis. Diu ex-
 ercitus Jacobi Aragonum Regis ducens,
 dignis tanto Imperatore virtutibus ac do-
 tibus emicuit, profigatisque atque expul-
 sis magno merito Saracenis, gloriam po-
 puli sui & Fidem Orthodoxam dilatavit.
 Ejus tempore Baleares Insulæ occupatæ,
 & variæ civitates ipsius labore & industriâ
 Mahometanis ereptæ sunt; quas inter res
 præclarissimè gestas, & litterarum curam
 minimè deposuit, & piorum operū splen-
 dore non mediocriter radiavit. Mortua
 demum conjuge, quinquaginta jam an-
 nos natus, jugo Monachico, in Monaste-
 rio Hortensi, collum subdidit: ubi humi-
 litate strenuus, obedientia præcipuus, &
 minimus Monachorum inter Monachos,
 magno sanctitatis testimonio habitavit,
 & vitæ curtu feliciter decurso Anno Chri-
 sti 1255. ad Dominum migravit. *Monim.
 Hortens. Chrysostr. Henric. Menol. Cister-
 cienst.*

Erphordia translatio S. Eobani Episco-
 pi & Martyris, discipuli Sancti Bonifacii,
 qui ab eodem Episcopus ad conversione
 gentium ordinatus, muneris amplissimi
 dignitatē, & Apostolicæ Legationis fun-
 ctionem, sanguinis sui purpura insignivit
 & consecravit, plurimosque gravissimorū
 meritorū manipulos cœlis inferens, Ger-
 maniam & Frisiam in primis, atque Erphor-
 diam Patrocinio suo beatas reddidit. *An-
 nal. Germ. nostr. & Bened. nec non Aquila
 Bened.*

In Cœnobio S. Iustinae, translatio San-
 ctorum Arnaldi Abbatis, Vrij Monachi,
 & Felicitatis Virginis ac sanctimonialis,
 de qua translatione Calenda-
 rium Vet. Manusc.
 apud VVio-
 nem.

Ob. 1600.

Centus
Angelici.

Ven. Gar-
ziæ mon.

Nobilitas.

Honores.

Victoria.

Eruditio
armis con-
juncta.

Fit Mona-
chus.

Mortuus
1255.

S. Eobanus
Episcopus
Martyr.

Erphorden-
sum Pa-
tronus.

Translatio
SS. Arnal-
di.

XXVII. Julii.

E.

SS. Mart.
pl.S. Gregori-
us mon.Persecutio
Arabica.Patitur A.
C. 852.Dua eius
Epistola.S. Berthol-
dus Abb.Fit primus
Abbas Gar-
stenfis.

Zelus eius.

CORDUBÆ in Hispaniâ Sanctorum Martyrum, Georgij Diaconi, Felicis, Aurelij, Nataliæ, & Liliofæ in persecutione Arabica. Georgius Bethleemites natione, Monachus fuit vetustissimi nostri in Palæstina Cænobij, Sancti Sabæ prope Hierusalem, ubi sub Davide lectissimæ notæ Abbate DEO strenuè militans, postea in Hispanias delatus est, ubi plures jam pugiles nostri, admiranda constantia fidei hostibus obnixi, Regnum nobilissimum, sacra sui sanguinis purpura tinxerant atque excoluerant. Quibus ea quoque in futura accenseri gestiens, & ipse in aream hilaris descendit, atque ob insignes concertationes, quas cum adversarijs imperterritus inijt, Martyrij tandem lauream consequutus, ad triumphos æternos evocari meruit Anno Christi 852. Scripsit, paulo ante suum Martyrium, dignissimas duas tanto triumphatore Epistolas, unam ad Abbatem suum, alteram ad universos Hispaniæ Christianos, quâ eos ad subeundum forti animo Martyrium, & capeffendam laureæ ultro oblata occasionem tam felicem efficacissimè adhortabatur. Cujus sacrum corpus digno cum honore, in Monasterio Pilæmelariensi reconditum est. Sanct. Eulog. Mem. Sanct. Ambros. de Moral. Vward. Galesin. Annal. nostr. & tomo secundo Sanctor. Ord. &c.

In superiore Austria Monasterio Garstenfi, Sancti Bertholdi Abbatis & Confessoris. Bertholdus, Sancti Blasii primum Monachus, Cænobij ejusdem esse Prior, ob singularem animi mansuetudinem & morum elegantiam, esse meruit; quem ipsum honorem postea in Korwicensi etiam Cænobio gessit. Ad Garstenfem demum vocatus, quod Otthocarus Marchio recenter condiderat, primus ejusdem Abbas eligitur. Munus illud, ut strenuè gessit, sic æternum admirabili sanctitate decus Cænobio addidit, & felicissimis initijs celeberrimum reddidit. Ejus merita DEUS præcipuâ miraculorum gloriâ mirificè comprobavit, magnamque ipsi cum apud suos, tum externos reverentiam & auctoritatem conciliavit. Labrum ænæum plenum denarijs & panes triginta, contra quam jusserat, pauperibus denegatos, jussit ad detestationem facti in flumen

Anasum præcipitari. Torrentem Garsten alveum nimia inundatione egressum, claustrique officinas pervadentem, oratione cohibuit, & abstinere Monachorum rebus, prodigiosè coëgit. Ejus benedictione paucitas piscium seu vini ita crevit, ut in omnes mirè sufficeret. Alias in convivantes multos, cum pilces distribueret, in nullo minui plenitudo visa est. Sed & aliquoties cum pilces deessent prodigiosè acquisivit & protulit. In curandis *Contra dæmones ponesp. energumenis mira virtute pollebat, charitatis visceribus totus distillabat, prophetie etiam dono præditus.* Ad ipsum non aliter atque ad Delphicum gentiles olim oraculum, undique concurrebatur, cum omnium circumquaque Christianorum desideria ad ipsum aspirarent. Scelerum peccantibus nunquam non aures & animû dabat, ut sæpè quererentur sui, cætera negligere seu minus curare. Ut pius in alios, sic rigidus sibi fuit, ita quidem, ut præter panem uno quotidiano & viliori contentus ferculo, cætera vel affedis Fratribus, vel agris ac pauperibus destinaret. Monendus assiduè in mensâ erat, ne manducare oblivisceretur; monitus autem *strenuum manducatores* (verba auctoris sunt,) simulabat, abstinentiæ, nimirum virtutem tenens, & ab hac famam metuens, cum nihil ægrius quam celebrari pateretur. Quietem si lassitudo cogeret brevi admodum somno admisit, ea sui negligentia, ut in composite acclinem, nec jacere diceres nec sedere. Perpetuis se frigoribus damnans, hypocaufti usu rigente bruma sibi interdixit. Contracta & lqualida cute vix ossibus hæsit, ut miraculo intuentibus esset, tam exhausto corpore in tantos labores sufficere. In hospites & egenos penè prodigus fuit, sceleratis quibuscumque asylum patuit; quin & capitis reos suis adlegit, intimos habuit, & præcipuè fovit. Infirmirate gravatus, dum aquam sibi ferri juberet, prodigiosè in vinum mutatam sensit: cumque denuò pro aquâ mitteret, eâ pari prodigio mirè mutatâ, in lachrymas resolutus: *Quid, inquit, Salvator agis? Nonne peccator sum, indignus propter quem signa facias?* Quod ipsum alias non semel ipsi etiam evenisse plu-

Torrenti
imperat.Contra dæ-
mones ponesp.Confessari-
us quantus.Monendus
ut ederet.Brevi so-
mnus.Charitas
eius.Miraculum
insigne.Humilitas
sancta.

plu-

Valedicit
suis.Propheticus
Spiritus.Divina
virtute ad
tumulum
effertur.

Ob. 1190.

B. Maria-
nus Hiber-
nus.Mira dotes
eius.

Includitur.

Moyfi com-
paratur.

plurimi testati sunt. Imminente transitus horâ, convocatis Fratribus: *Tempus, inquit, advenit hinc transseundi, nec ultra differri valet, diu exoptatum, vix expectatum. Sed scitote, quia vos nunquam deseram, & huic loco fidelis in perpetuum devotusque cooperatores existam.* Corporali quidem divisione separandi sumus; Sed spiritu semper vobiscum ero. Dico tamen, quod post discessum meum locus iste minimè carebit adversis, & semetipso minor & inferior multum retrocessisse videbitur; Sed tamen per gratiam DE I cito resurget, & melioris status resumet dignitatem. Moriturus, Litanias ipse incoepit, & donec efflaret spiritum cum alijs decantare perrexit. Ejus sacrum funus cum deportaretur ad Ecclesiam, (stupenda res!) feretrum Divina virtute adeo sublevatum processit, ut nequaquam portitorum humeros attingeret. Obiit vir sanctissimus Anno trigesimo innumeris deinceps miraculis à Numine collustratus. Ex Vita typis impressa R. P. Car. Stengelii opera, Annalibus nostr. German. tomo secundo Sanctorum Ord. &c.

Eadem die, natalis Beati Mariani Hiberni, Monachi Inclusi ad Monasterium superius Ratisponæ. Fuit hic alius à Mariano item nostro, vulgo Scoti cognomine notato, celebri Chronographo, & Incluso Fuldensi; venitque in Germaniam cum Beatis Joanne & Candido lectissimis socijs. Fuit forma corporis, & vultus mira elegantia ac liberalitate, supra ferè hominis conditionem cultissimus, Divinis præterea a humanis litteris instructissimus, tanta juxta eloquentia præditus, ut SPIRITUM SANCTUM per inhabitantem gratiam in eo inesse, nemo qui ipsum intuebatur dubitare posset. A Beatæ memoriæ Hemma Abbatisa susceptus, assignato sibi loco se includens, eo in carcere ad mortem usque perstitit, ab eximia in pauperes charitate, cum ipse pauperrimus esset commendatus, quos scripture sua iuivit, & Clericis imprimis pauperibus, libros quos comparare non poterant, absque mercede descripsit. Ab Isaac discipulo suo, *INSTAR MOYSIS MITTISIMI HOMINUM* titulo pro insigni, celebratur. Ejus inter alia, memorabile & prodigiosissimum illud: cum oblitus sub vesperum scribenti lumen ferre discipulus, postea recordatus occurreret, & procul radios quosdam lumino-

fos adverteret; ubi oculos, ad rimam seu seram januæ advertisset, tres sinistrae manus digitos instar candelarum collucere, imo meridiani solis splendore resplendere aspexit, quod miraculum tota mox urbe percubuit. DEIPARENTEM VIRGINEM præcipuo cultu ferventissimè dilexit, & à morte miraculorum gloria illustrari meruit, ad cujus aliquando tumultum consistentes cum Fratres jocosa alternarent, repentinâ & prodigiosâ è tumulo cœlestis odoris fragrantia omnes haud leviter terruit, & magnam deinceps sepulchro reverentiam conciliavit. Ex Monim. Ratisponen. Matth. Radero, Annal. nostr. German. tom. secundo Sanctor. Ord. &c.

Apud Liram Brabantia oppidum Beatæ Beatricis Priorissæ Monasterij Nazareth admirabili sanctitate Virginis. De qua nos prolixius agimus die natali ejusdem 4. Calend. Augusti.

In Anglia Beati Matthæi Monachi Cisterciensis, viri admirandæ sanctitatis & virtutis, qui in multa vitæ auctoritate & puritate DEO ferviens consummato feliciter spiritualis vitæ agone in cœlestem patriam translatus coronam immortalitatis promeruit, prout ipse gloriosus apparens Beato Gunzelino indicavit. Philipp. Seguinus, Chrysof. Henric. &c. tom. 2. SS. &c.

In Gallia, Monasterio Beatæ MARIÆ de Eleemosyna, Beati Christiani Conversi, illiterati quidem & simplicis, sed ob eximiam vitæ perfectionem, & gratiarum ac revelationum Divinarum sublimitatem admirandi. Is Cenomanensis patria, juvenili ætate sæculum fugiens in eremum secessit, ubi carnis tentatione acriter vexatus, vexantem & ipse acerrimè vexavit, virgisque lacerare seipsum prius non destitit, priusquam eâ inutiles redderentur, & disruptæ exilirent. Hyeme ut erat vestibus indutus, ad colulum se usque aquis mergens, calorem carnis coercuit, & fervorem spiritus eo algore mirè accendit. Quadragesimæ diebus, præter reliquam à cibis abstinentiam, omni sibi potu, dominica die excepta interdixit, & multo durius quam alias confueverat se habuit. Audita autem celebri Reformationis nostræ Cisterciensis fama, ad eam quamprimum relicta eremo transit, & in Virtutû studio mirificè profecit. DEIPARAM peculiari devotione dilexit, & ab ea vicissim singulariter dilectus, familiari ejus alloquio uti & frui

Tres digiti
eius instar
solis resplē-
dent.Deipara
cultor.B. Beatrix
Priorissa.B. Matthæi
Mon.B. Christiani
con-
versus.Rigor mi-
nus vita.Deipara sa-
miliaris.

& frui

& frui meruit. Ab inferis importunè spectabili etiam forma impugnatus, semper victor evasit, & cælestium spirituum præfentissimam opem habuit. Glorioso de-

nique agone consummatus ad gaudia sempiterna evolavit. *Manrique. Henriquez. Car. Saussesus. &c.*

V. CALEND. AVGVSTI.

XXVIII. Iulii.

F.

s. Sampson Episc. IN Britannia Minori Sancti Sampsonis Episcopi & Confessoris. Sampson ex Metiana oriundus provincia, parentes nobilitate generis præstantes habuit, qui generis prerogativa Virtutis juxta decora felicissimè conjunxere. Cum autem steriles essent, à Numine mirè recreati, summo tantæ prolis beneficio donari meruerunt; cum Mater ab Angelo his ipsis verbis salutaretur: *Felix, inquit, uterustuus, feliciorque erit fructus uteri tui. Ecce enim DEO jubente filium habebis, & Sampsonem nomen illi vocabis, & quem tu paries, ille filius DEI erit.* Puer admodum Beato Eluto traditus, & disciplinis Monachicis benè institutus, in DOMINI primum timore, litteris dein, & sacris imprimis insignes progressus fecit; juvenis etiamnum admirandis à DEO prodigijs commendatus. Abbas dein Dolensis

Mater sterilis ab Angelo salutatur.

Fit Abbas.

Primus Archiep. Dolensis.

Patronus sue Ecclesie.

Cherubicus vir.

Stupenda miraculorum genera.

Inspectante Galliarum Rege, immani magnitudine serpentem, magnum Regni terrorem è finibus prodigosè eiecit, & stola sua injecta velut oviculam mansuetissimã trahens, eidem ut provincia excederet imperavit, & impetravit. Ferocissimè item leonem, scelere Reginae contra se aliquando immisum, sola prece præcipitem egit atque extinxit. Aves Sylvestres dicto obedientes habuit; fontem è petra, velut alter Moyses elicit, sed & admiranda alia quamplurima gessit, ita ut ad Sampsonis famam etiam procul positi populi obstupescerent. Sacris ad altare dum operaretur, visus Dubritio Episcopo, & duobus, qui ipsum observabant Monachis ignis prodigosè è naribus ejus atque ore emicare. A beo autem tempore quo Episcopus consecratus est, rara summæ gratiæ significatione, spectabili se forma oculis ejus Angeli ingersere, quotiescunque deinceps ad arã defisteret, qui ipsi in tremendis illis mysterijs jugiter adstabant, ministrabant, & ipsomet solo vidente, & familiaribus asfirmante sacra cum ipso manibus frangebant; ut facilè sit æstimare, quanti in hujus Pontificis corde ignes exarserint, cum tantam in Sanctis illis Spiritibus reverentiam ac fervorem intueretur, tantamque in se optimi Numinis propensionem tam clarè perspiceret, & dignè expenderet! Post exactam denique sanctissimè vitam ad extrema deveniens, inter manus & lugubres discipulorum questus, interque suprema hæc exhortationis verba: *Laborate quantum potestis, Fratres, quia non potestis quantum debetis, &c.* Felicissimum animum

Leonem opprimit.

Ignis ex ore & naribus eius.

Angeli perperuo ipsi ministri.

Fervor eum.

120. annorum senex moritur.

Musica celestis.

Creatori reddidit, cum annos centum viginti ætatis numeraret. Cujus exequias dum curarent Monachi, Angelorum, Arch-Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum Choros, uno atque admirabili concentu ipsius animum venerantes, audire meruerunt, innumeris deinceps miraculis tumulum ejus illustrantibus. *Ex Biblioth. Floriacens. Joann. à Bosco, Breviario Aurelian.*

relian. Argentæo, Trithemio, Giraldo Cambrensi, Menardo, Roberto, Annal. nobris. &c.

s. Vrsus Abb.

Plurima Cœnobio condit.

Otii hostis.

Opere manuum suorum vivere jubet.

Demonum terror.

Miracula.

B. Leobatus Abb.

Discipulus s. Vrsi.

B. Guicardus Archiepiscopus.

Apud Luchas Castrum Sancti Vrsi Abbatis & Confessoris. Vrsus Cadurcinus patriã, ab ineunte ætate Monachicis institutis disciplinis, felicissimus de die in diem successibus, ad admirandam vitæ perfectionem ac sublimitatè conscendit. Fuit plurimorum magni nominis Cœnobiorum Fundator & auctor merittissimus, quæ inter Oniense, Locense, Sanapariense, & celeberrimum illud Pontiniacense à scriptoribus præcipuè memorantur, in quibus omnibus exactissimæ disciplinæ ipse custos, abstinentiæ, humilitatis, charitatis, virtutumque omnium exemplar se discipulis exhibuit, à quibus nihil majore sollicitudine quam otium proscrispit, & quamvis alendis illis fideles plurima conferrent, in pauperes ferè & hospites omnia erogari, omnes autem suos manuum labore vivere noluit. Excelluit admiranda miraculorum gratiã, cujus virtutem adeo dæmones exhorruere, ut solo afflatu ejus, velut à vento folia arborum, ex obessorum corporibus exsufflarentur & pellerentur. Floruit felicissimo illo tempore, quo admirandã odoris fragrantia, & pulcherrimis Institutii Sanctissimi fructibus, Sanctus Maurus noster Gallias implevit, mortuusque æquè ac vivus cœlestibus prodigijs mirificè claruit. *Ex tomo secundo Sanctior. Ord. Joanne Trithemio, Molana, Sancto Gregorio Turonense, Annal. nob. & diversis rer. Gallic. script. &c.*

In Gallia item, Beati Leobatii Abbatris, lectissimi discipuli Divi Vrsi memorati, & per omnia strenui imitatoris, qui ob insignia vitæ merita, ab eodem Sanctissimo Magistro suo, recens condito Senapariæ in Turonicis Cœnobio præfectus, illud admiranda vitæ sanctitate, stabilivit & quasi consecravit, & post longos ac multos vitæ labores, cum plurimos CHRISTO animos lucratus esset, plenus bonorum operum mortalibus valedixit. *Ex lib. & auct. cit.*

Pontiniaci in Gallia Beati Guicardi ejusdem Cœnobij Sanctissimi Monachi, vitæ & doctrinã insignis, qui pro meritis ad varios honorum gradus evectus, etfi pro rara animi sui demissione latere mal-

let, & obedire quam imperare præligeret, ad Abbatialem nihilominus dignitatem electus, tandem ad Arch-Episcopalem Lugdunensis Ecclesiæ Cathedralis Cœnobio extractus, velut lucidissimum sydus longè latèque Virtutum suarum radios sparavit, & de successoribus etiam suis æternum meruit, eaque inter merita Reoterij Castrum & jura à Ioanne Brennenfi Matilconis Comite comparavit. Hæreticorum osor & malleus in e-

Ad varios honores promotus.

Hæreticorum osor.

Singulis curat, non solum omnem.

Ecce verum patrem.

Litterarum promotor.

Obiit 1182.

B. Aegidius Conversus.

versione eorumdem Reipublic. Christianæ strenuam operam navavit; ita denique munus suum Pontificale exercuit, ut quasi pro singulis orbibus sibi commissis singulari solertia sollicitus, ea omnia, quæ ad singulorum salutem pertinere videbat, promovèri curaret; neque indignum Primatus dignitate reputaret, imo muneris sui crederet, si pauperum quorumvis causas ipse cognosceret; & nihil honoris seu commodi sui in munere tam sublimi & Angelico quærens, totum se pro aliorum salute impenderet. Vnde quæ veri pastoris & patris sunt, minimè alijs credens, peculiare, sibi ipsi relervavit, agrotos visere, eosque ad patientiam exhortari e-

In Brabantia, Monasterio Villariensi Beati Aegidij de Dion, qui humillimo Conversorum nostrorum Instituto, toto animo se devovens, in eodem Monasterio contemplationi cælestium totus intentus, admiranda vitæ sanctimonia clarus effulsit. *Ioann. Baptist. Gramay in Genapia, Chron. Vilar. tomo secundo SS. Ordin. &c.*

B. Urbanus II.

Fit Monachus.

S. R. E. Cardinalis

Merita insignia.

Elogium illustre.

Fit Pont. Max.

A. S. P. N. Benedicto curatur.

Concilia quot celebraverit.

I. auctor Balle Cruciatæ.

Hierosolyma recipit.

ROMÆ, Beati Urbani II. Pontificis Maximi de Ecclesiâ univërfa meritissimi. Urbanus, olim Ottho de Castellione Milonis filius, natione Gallus, ex Monasterio Lateranensi, strictioris disciplinæ desiderio ad Cavense, transiens, inde non multo post Cluniacum pergens ibidem receptus, inde illustrissima illius Archiepiscopi sidera miro splendore refulsit; ubi magnum illum Hildebrandum virum sanctissimum familiarem & fratrem meruit; à quo ad summum orbis Pontificatum e-vecto, ob egregiam, cum vitæ sanctitate, tum Divinarum scripturarum ad Pontificiarum legum peritiam Cœnobio extractus, & Cardinalis Episcopus Ostiensis renunciatus, multos pro Ecclesia DEI labores sustinuit, sumique momenti negotij præfectus, gravissimisque Legationibus dexterrime perfunctus, in Gibertina maxime Hæresi profliganda æternum merit, adeoque se & Gregorio ipsi, & successori eius Sancto Victori Tertio probavit, ut uterque dignissimum judicaret, qui sibi in summa Reipubl. Christianæ curâ, & Orbis univèrsi regimine succederet, eoque nomine S. R. E. Cardinalis eximie commendaret. Mortuo proin Victore summo omnium consensu applausuque Pontifex salutatus, in primis curis habuit ad sanctissimi Patris sui BENEDICTI sepulchrum in monte Casinate invisere, ipsique labores suos commendare; ubi gravissimo laterum dolore penè examinatus, ipse opitulante & apparente BENEDICTO prodigiosè curatus est. Mox præclarissime mereri de Ecclesia DEI aggressus, ante omnia Sanctissimi Antecessoris sui Gregorii VII. acta approbavit, & Schismaticis sese constantissime opposuit. Concilia plurima (quorum sedecim, grandi sane numero, enumerat Binius,) inastimabili cum Ecclesiæ utilitate & dignitate celebravit, Guibertum Antipapam Vrbe expulit, Henricum Imperatorem ob immania flagitia excommunicavit, primus CRUCIATÆ, memorabili item merito, contra Infideles Auctor, Palæstinam & Hierosolymam recepit, & Saracenos plurimis Victorijs felicissime triumphavit. Fuit Cultor Admirabilis Martis Virginis præcipuus, cujus ipse Of-

ficiam æterno & insigni cum merito, ut maximo cum fructu fidelium omnium, (Cursum B. M. V. vulgo nuncupant) toto terrarum orbe promulgavit, & à Monachis, etiam ad Clericos transtulit, sed & usum ejusdem sæcularibus commendavit; ut ad ipsum cum publica & Ecclesiarum seu Collegiorum vota, tum privata tot millium DEIPARÆ addictorum pietas, haud immerito magna ex parte, tanquam ad Institutorem, spectare videantur. Gratissimum præterea Eidem Cœlitum Imperatrici Cisterciensium nostrorum Institutum, perfectissimam Ordinis nostri Reformationem confirmavit, & summo studio propugnavit. Quin & pulsum matutinum, meridianum & Vespertinum ad juvandum Christianum exercitum, toto orbe indixit; Hæreticos verbo & exemplo, imo & scriptis doctissimis convicit ac confutavit; & multo alio nomine, rebus præclarissime gestis Christianam Rempubl. univèrsam, omnemque posteritatem æternum sibi obligavit. Mortuus est 4. Calend. Augusti Anno Christi 1099. rebus jam compositis, seditionibus sedatis, munitionibus Ecclesiæ recuperatis, civibus omnibus sibi conciliatis, paceque diu exule restituta, atque ipsa Catholica Ecclesia in tranquilliore statu revocata gloriosissimus. Baronius, Dominico, Ciacon. Panvin. Platina, Iepes, Bibl. Cluniac. &c.

Apud Liram Brabantia oppidum natalis B. Beatricis Virginis, Monasterij B. MARIE in Nazareth Prioris, admirandis virtutibus, & cœli favoribus spectatissimæ. Beatrix in oppido Tillæ-Montensi, ad Geram fluvium Ducatus Brabantia nata, parentes satis opulentos, sanctitate autem vitæ præstantissimos Bartholomæum & Gertrudem habuit. Puellula etiam nûmaturitate morum, & magnis virtutibus clarere cœpit, & admirationi omnibus fuit. Septimo ætatis anno Beghinis quibusdam credita, apud eandem annum exegit, cumque in proposito Virginitatis Christo devovendæ peristeret, inde ad Monasterium Vallis-Floridæ à patre deducta & suscepta, tenellula ea ætate speculum virtutum omnium perfectissimis etiam Virginibus, imo miraculum fuit.

Cursum B. M. V. instituit.

Alia merita.

Pulsus mane & vespere.

Ob. 1099.

B. Beatrix Priorissa.

Puellula moros.

Obtenuit in Monasterio Deo offerri.

Stu-

Puella stupendus rigor.

Quotidianum Martyrium

Lectulus ejus

Crescit cum annis exercitatio.

Professio solemnis.

Extasis.

Cor ejus mirè se aperit, &c.

Fœdus Christum inter & ipsam.

Stupendum prorsus, quanto rigore tenella ea ætatula sacrum corpusculum suum excruciataverit! Illud siquidem non virgis solum acerrimis flagellisque, verum aculeatis aquifolij ramis, à calce ad pectus usque lacerabat, iisdemque lectulum suum ita sternerat, ut nullum in eo vulnere expers membrum reperiretur; quin & acutissima taxi folia clam sinui ad nudam inferens carnem, quotidiano Martyrio tenellam victimam se Domino immolabat, ut quacunque se verteret novis semper punctationibus infestaretur. Intuper & renes & latera intertextis duriter funibus cingebat, ac quotiescunque absque reprehensionis nota poterat, saxo vel trunco loco cervicalis, ac stramine mollis culcitra vice utebatur. Post annum ætatis decimum quintum adauctis jam corporis viribus, & devotionis fervore crescente, zornam adhibuit, spinis intertextam, quæ bino circuitu renes & latera ejus stringeret, adjecto alio multorum nodorum cingulo, qui partes corporis à spinis liberaret, profundis sua appensione vestigiis graviter torqueret, damnatis pari supplicio femore utroque & suris, quibus omnibus tam spinis, quam nodis, diu noctuque oppressa, vix somnum capere poterat, nihilominus bis in septimana iis se poenitentia armis exuens, quo deinde recentior tormenta iteraret. Voto professionis in præsentia Episcopi edito, in extasim raptam, sub sacram solemni in Sacrificio elevationem, omnia quæ Episcopus in corpore suo peragebat, etiam interius in anima operantem Christum ipsum intuita est; legentem nimirum, benedicientem, coronam capiti imponentem, & digito annulum adaptantem: qua visione sic recreata est, ut exteriorum sensuum destituta usu, quid de cætero secum exterius ageretur haud posset advertere, neque præsentem Episcopo se sistere, sine assistentium adminiculo valeret. Alias cum SS. Sacrificii tempore contemplationi devotè vacaret, subito cor illius late se se aperuit, & iterum illico conclusit, cujus mysterii significationem, cum instanter à Deo exposceret, audiit interius hæc eum verba Latine proferentem: *Fœdus ineamus, ac de cætero haud dividamur; sed veraciter uniamur.* Subjunxit illa: *En paratum est cor meum, paratum est cor meum Domine; uniri tibi fœdere indissolubili ardentissime desidero.* Ex quo deinceps tempore novo fœdere Christo sponso unita, magnam animi tranquillitatem & spiritus libertatem con-

sequuta est. Verum cum tot tantisque donis, dotibus, & gratis ornata esset, spiritus nihilominus timoris acta, nihil de se præsumebat, quin & ob metum eundem mori subinde exoptabat, ne forte peccato deinceps aliquo, à sponso suo Christo separaretur. Cumque metueret juxta timorem illum in pusillanimitatem deflectere, multum diu in eo extirpando, sed frustra laboravit, donec sponso ipsius singulari ope, de illa timiditate triumpharet. Itaque die quadam cum rei Divina interesset, in contemplatione absorpta, Christus velut igneo charitatis jaculo cor ejus transfixit: sublequuta deinde vox, quæ diceret: Ipsam inter omnes mundi creaturas à Domino specialiter delectam, nomenque ejus esse in libro vitæ conscriptum. Ad quam vocem, cum illa pro tanto Divina electionis munere, humillimas ageret gratias, illico, rarissimam sed & stupendam amantissimi Numinis gratia, ad illum vicinissimum Divinae præsentia Seraphinorum Chorum raptam, ibidem quæ non licet homini loqui, elevatissima prodigiosissime mente intuita, *Seraphicum se effectam esse spiritum cognovit*, & cum beatissimis illis Canticum novum & admirabile sine cessatione decantavit, eundemque sibi ab initio locum à Deo præparatum & reservatum intellexit. Reddita proin corpori, spiritum fortitudinis in se insurgere vehementissime perferens, & ad sublimia & maxima quæque se accendi advertit. Magis proin se in omnibus humilians, indignitatemque suam ad sublimissimum illius Ordinis vocationem agnoscens, enixissime à Domino contendit, ut omnem vindictam peccatis suis debitam corpori suo dignaretur imponere, nihilque in se non expiatum relinquere, ceterum in omnibus molestis cruciatuum, robur animi infirmitati suæ elargiri. Cognovit proin B. Idæ Nivellensis, aliarumque in Christo amicissimarum personarum corporis resolutionem, & acuta atque gravissima febris tentata mirè excruciatum cœpit; cum ex his omnibus plausum sibi maximum faciens jugiter dominum collaudaret, & flagellis flagella addi expeteret. Excrevit præterea in ea tantum æternorum desiderium, ut ipsas quoque poenas infernales pro tempore libentissime in corpore supportasset, dum ad expletionem illius desiderii pervenire valuisset; donec mirabili denuo raptu extra se facta, & ineffabilia homini, intuita, ad se rediens, omni voluntate sua, qua semetipsam eatenus gubernat-

Tam perfecta ut sibi meminat.

Christus cor ejus transfixit.

Seraphinorum choro inter est.

Locum eundem sibi reservatum agnoscit.

Flagellari à Deo expetit.

Ægrotudo ejus.

Desiderium æternorum.

Yy

berna-

Voluntate sua privatur
 Mira viso.
 Mira gratia
 Cor ejus naturalem situm deserit.
 Fulgor ex ejus oculis.
 Deipara cultus.
 Benevolentia in omnes.
 Volucres ad ipsam convolant.

bernare consueverat, ex toto se spoliatam deprehendisset, voluntate sua adeo in Divinam transfusa, ut æqualiter omnino prospera & adversa diligeret, nec æterna, nec temporalia judicio voluntatis eligeret; & non solum in corde ferventior, in conscientia clarior, verum etiam in corpore robustior appareret. Qua quidem voluntatis propriæ privatione, aliquanto tempore donata est. Priorissa novi Cænobij Nazareth electa, miris ibidem gratis à Numine affecta est, easque inter in mentis excessu facta totum aliquando mundum quasi rotam pedibus suis subjectum vidit, se vero, quasi totaliter in Domini Spiritu transfunderetur spiritus ejus, conjunctam altissimæ Deitati, totam cælestem effectam intellexit. Sed & alio tempore cū ad verbum prædicationis in Monasterio cum cæteris assideret, repente præ maximo charitatis ardore cor suum disrumpi penè visum est, & totaliter conquassari; siquidem, stupendo sane eventu, naturalem situm deferens, ad guttur usque concendit, & in eo per multum temporis spatium tremens, & palpitans perduravit; ex quo magnam contraxit infirmitatem. Sed & aliud valde mirabile iisdem diebus accidit, cū fervor ille, ignis Divini in exteriores etiam corporis oculos erumpens, miræ claritatis radios, ad conspectum omnium monialium foras emitteret; quin & ipsa corporeis oculis nimium eo fulgore impeditis, nihil discerneret, claritate autem nihilominus eâ cælesti, tam visibilia quam invisibilia, tam corporalia quam spiritualia mirabiliter penetraret. Fuit à prima ætatula Deiparæ Virgini addictissima, assiduo Rosarii & Plalterii ejus usu tantopere delectata, ut jugiter orando penè deficeret, & clanculum de nocte è lectulo surgens crebris, & molestis genuflexionibus, in nive scilicet vel glacie nuda genua & poplites mergendo magnam Matrem & filium ejus devotissimè salutaret. Ut autem ferventissimo Dei amore nunquam non flagrabat, sic ad omnes omnino mortales benevolentiam suam extendens, omnibus prodesse conabatur, ad ipsas etiam bestiolas sollicitudinem suam exporrigendo, quibus in omni necessitate compatiabatur, quam in ipsa pietatem indomitæ quantumvis & sylvestres volucres venerari & quasi agnoscere visæ sunt, cum è nitorum latebris advolantes, ipsi se ultro ingererent, in sinu ejus considerent, & quibus poterant significationibus ipsi applau-

derent. Denique Divini magis amoris vehementia, quam morbo aliquo correpta, Christi anno 1268. animam in sponso sui dulcissimos & æternos amplexus reddidit; omnibus sui Cænobii Religiosis, multisque aliis utriusque sexus præsentibus; quorum omnium beatam prædestinationem (uti certis virorum Religiosorum revelationibus constat) precibus & meritis suis Beatrix à Deo obtinuit. Creditur autem firmiter, sub initia motuum Belgicorum corpus ejus Virgineum ab Angelis mirabiliter translatum, cum sub noctis aliquando medium, Basilica miro splendore resplendescere à multis visa est, & Angelorum dulcissimi concentus exauditi, & corpus ejus postea quæsitum in fornice cæteroquin bene clauso, minimè reperiretur. Ex Vita per Ioan. de Assygnies, Ioan. Gillemann. Aub. Mirans, Arn. de Raiffe. Quinque Prud. Virg. Henriq. tom. 2. SS. Ord. & Annal. nost. Bened. &c.

In Gallia Beati Alexandri Abbatis Cistercii, Melliflui Doctoris discipuli. Hunc cum Bernardus ad conversionem exhortatus, nihil proficere videretur, eidem in somnis visus mirabiliter convertit. Videbatur quippe sibi Alexander lecto æger decumbere, & à viro Dei prodigiosè curari, cum autem exin Bernardus cucullum suum ei injiceret, & ipse semel atque iterum removeret, collo denique ita astrinxisse videbatur, ut compelleretur retinere, lituo insuper pastoralis in manus dato, quo onus ipsi pastorale portendebatur. Ita, tunc quidem acquievit, sed evigilans, ut somnium, neglexit; donec sequenti die cum ipsi Bernardus frustum piscis à se benedictum mitteret, & de eo ipse sumeret, repente mutaretur, in uberes fetus erumperet, & vocationis gratiam agnoscens, sponte quamprimum manus daret. Effulsit in cucullo admirabili puritate, & Contemplationis studio animum assiduè pascens, Divinorum Mysteriorum arcana penetrare, variisque visionibus illustrari promeruit, adeo ut magna ipsi secreta Deus revelaret. In Walconiam missus Grandis-Silvæ Cænobium, erectum à se, primus gubernavit, atque inde ad regimen Cistercii evocatus, cum aâs decem mensibus novem, sanctissimè præfuisset, ætate grandævus, pietate ac miraculis celeberrimus quievit in Domino A. C. 1175. post cujus transitum, multis signis sanctitatis ejus magis innotuit. Bern. Britus, Manriq. Henriq. Montalb. &c.

Romæ Venerabilis Almardi Episcopi Lugdu-

Obiit 1268.

Insignis gratia.

Angelica manibus translata.

B. Alexand. Abb.

Mirè convertitur.

Miraculis claret.

Divinitus eligitur.

Soli comparatur.

Lugdunensis. Almarcus, sive Helmar Monachus & Abbas Sancti Benigni Divionensis, insigni vitæ dignitate in cucullo exsplenduit, & tanta quidem, ut Archiepiscopali culmine dignum Deus ipse elegerit, eumque Clerus & populus Lugdunensis, Divina edocti revelatione, pari animo, concordique assensu ad Cathedram illam celeberrimam evexerint. Conjunxit cum egregia vitæ sanctitate, litterarum quoque & eruditionis præstantissimæ laudem, fuitque ab exquisita, justitia, prudentia & sobrietate plurimum comendatus, adeo, ut velut solera in mundo resulsisse, vetustiora monumenta attestentur. Inauguratus

fuit ab Hugone Archiepiscopo Bisuntino Ann. Christi 1046. obiitque Romæ A. C. 1056. 4. Calend. Aug. in Cænobio S. Andreae ad Clivum Scauri à Romana nobilitate sepultus, arcu tumbæ imposito ad lavam partem Basilicæ Sancti Pauli, via Ostiensi, de quo Verusti hi versus celebrantur:

Factus Apostolici confors & compar honoris
 Duxit Apostolicam factis & nomine Vitam.

Epitaphium.

Paradinus, Severtius, Menardus, Claud. Chenu. Chronol. Lugdun. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.

TERTIO CAL. AVGVST.

XXX. Julij.

A.

B. Arnaldus Archiep.

Inventus cogitur esse Archiepisc.

Legatus Apostolicus.

Labores ejus.

Triumphator Hæreseos.

Non fidendum Hæreticis.

Narbonæ in Gallia Beati Arnaldi ejusdem civitatis Archiepiscopi & Confessoris. Arnaldus ex Monacho & Abbate Grandis-Silvæ, ob insignem cū morum excellentiam, tum eruditionis laudem, ad Archiepiscopalem Narbonensis Ecclesiæ Cathedram, invitatus licet atque reluctans, ab ipso summo Pontifice, post Bertrandum evectus, eam admirabili sanctitatis splendore mirificè excoluit, & plurimo nomine æternum demeruit. Legatus Apostolicus, & Hæreticæ pravitatis Inquisitor designatus, mirum quantum Regno amplissimo Galliarum profuerit, quantumque Ecclesiæ & Orbi universo se probaverit, cum nullis parcens laboribus, nullis territus periculis, in profliganda scelestissima illa & perniciosissima Albigenis Hæresi dies noctesque pro virili contenderet, & verbo, juxta atque vitæ exemplo, quin & armis jussu Romani Pontificis, iisdem strenuè obnixus, de innumera hostium Christi & Ecclesiæ conjuratissima multitudine, oppidis, urbibus, castrisque plurimis debellatis, felicissimè & prodigiosissimè triumpharet. Memorabilis illa Sanctissimi & mansuetissimi cæteroquin Pontificis vox, sequutorum deinceps sæculorum Principibus quibusque inprimis observanda, cum in atrocissimo quodam cum Albigenibus prælio, singulari Numinis gratia Victoria ad Catholicorum exercitum inclinaret, & circumventi atque undique oppressi Hæreticorum supplices manipuli manus darent, misericordiam implorarent, & se relicta Hæresi Matris Ecclesiæ jussu sequuturos promitterent; sciens jam tunc, quid

sperandum metuendumque de Hæreticis, ut à verâ fide alienis sic natura sua perjuris ac perfidis, in ea solum alta voce verba erupit, & justum Catholicorum furorem accendit: Cadite, inquit, eos; novit enim Dominus qui sunt ejus. Sed prodigiosa præcipuè illa Arnaldi nostri paulo ante mortem Victoria fuit, cum Magnam illam Hæresum calcatricem Cæli Reginam, quam impensissimè coluerat, cælo devocans, parva admodum militum manu ingentes hostium exercitus protereret, & magna peste nobilissimum illud Galliarum Regnum, summo metu orbem terrarum, liberaret universum: Visa siquidem ipsa Deipara cælo descendere, & hostium ingentem stragem edere, igneis undique globis è cælis in capita hostium devolutis, quos inter, ipse etiam Aragonum Rex: etsi Catholicus, suæ tamen utilitatis causa Hæreticorum auxiliarius, dignissimo favoris illius præmio, eadem cum iisdem societate sortis & mortis involutus miserabiliter occubuit, singulis Monachorum, qui Arnaldo aderant in preces effusi, orationibus singula è cælis fulmina deducantibus; ut haud imèrito, tanta cæli detonatione, etiam hodie tam Hæretici, quam Hæreticorum auxiliarii, nisi surdi, contremiscerent, obstupescerent. Meruit æterno merito Arnaldus de Sanctissimo illo Prædicatorum Ordinis Instituto re Dominico, ejusque discipulis & sera posteritate, cum in illum successoresque Sacrum illud, & universæ Ecclesiæ longè utilissimum Inquisitionis Munus derivaret, quod ipse Arnaldus, secundus post Sanctum Petrum de Castro novo, Fon-

Digna vox Arnaldi.

Deipara cultor.

Pugnat pro Arnaldo Deipara.

Hæreticorum auxiliarii.

De Ordine sum merito.

S. Dominicus eius meminit.

tis-Frigidi Abbatem & gloriosissimum Christi Martyrem præclarissime gesserat; vel ipso quidè Dominico teste, in formula absolutionis, qua ipse usus est, quamque recitant Ludovicus Param, l. 2. de Orig. Inquisitionis, Ferdinandus de Castillo, Abraham Bzovius aliique. Mortuus est, dignissimus cælo Archi-Præful, Legatus Apostolicus, & Hæreticorum everfor gloriosissimus sub Ann. Ch. 1225. vel 26. cum plurimis annis contra Hæreses mira felicitate depugnasset, & Archiepiscopale munus 14. ferè annis summa cum subditi sibi gregis utilitate, & æterno Ecclesiæ suæ honore gessit. Abraham cit. Petrus de Vall. Sernay, Casarius Heisterbac. Henriq. Annales nostri Bened. t. 2. SS. Ord. &c.

Plurimi SS. Mart.

In Anglia passio SS. Leofrone Abbatis. Mildredæ Virg. plurimorumq; Monachorum & Monialium, qui in immanissima illâ Danorum in Angliam irruptione ab infidelibus capti, truculentissime exagitati, & ludibrio expositi, ab iisdem denique ita decimabantur, ut novem semper eo ex numero diverforum tormentorum generibus crudelissime interemptis, decimus quisque solummodo servaretur seu dimitteretur. Passi sunt lectissimi hi Christi pugiles Ann. Christi 1024. Ex Matth. Westmonast. Martyrolog. Bened. Arn. tom. 2. SS. Ord. &c.

Passi A.C. 1024.

S. Tatwinus Archiep.

Cantuarie in Anglia, depositio Sancti Tatwini Episcopi. Tatwinus, Cadwinus, sive Scadwinus Monachus & Presbyter Cænobii Brentoniensis, ad celeberrimam Cantuariorum sedem evectus, eo honore dignissimum se esse, præclarissime gestis ubertim designavit, cujus miras prorsus & prædicandas Virtutes, ut & Antecessorum ejus, plurimarum oculatus testis, & fide dignissimus, diligenter percipit. Eum veteres MSS. Religionem insignem, & in sacris litteris egregie instructum prædicant. Exorta autem inter Cathedras Cantuariensem & Eboracensem de Primatu discordia Romæ profectus, à Gregorio Pont. Max. pallio donatus, Primatus confirmationem accepit, & meritorum copia locuples Ann. Christi 734. ad Beatorum præmia migravit digno cum honore Cantuarie sepultus. Ex Hist. Britann. Roger. Hoveden. Guilb. Malmesbur. Henr. Huntindon. &c.

Obiit 734.

S. Fantinus Abb.

In Calabria Sancti Fantini Abbatis & Confessoris. Fantinus in Calabria Georgio patre, matre Brienâ natus, DEO ab infantia consecratus, Monasterium in-

gressus est; in quo omni virtutum genere instructissimus, cælo charus & hominibus evasit. Iplum DEVS præter varias gratias, divinis revelationibus mirè illustravit, & multa secreta eidem comunicans venerabilem universis reddidit. Adeo cibi abstinens fuit, ut aliquando dies viginti integros jejunos transigeret. Saracenis Calabriam populantibus, Cænobiisque everfis, in eremum se contulit, ubi annos quatuordecim nudus, consumptis longo usu & injuria tempestatum vestimentis, sive majoris pœnitentiæ ergo, vixisse memoratur. Inde in Peloponnesum migrans, apud Corinthum substitit, plurimorumque salutis causa fuit. Deiparentem Virginem præcipuè coluit; & varia loca peregrinationis studio pererrans, ad quietem denique cellulæ reversus cum octo continuos annos in consueto abstinentiæ suæ incredibili rigore peregrifset, decrepitus ex hac vita, ad immortalitatem transiit. Ex tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. ejus vita typis vulgata, Philipp. Ferrar. &c.

Revelationibus illustratur.

Rigor vita.

Deiparæ cultor.

Abstinentia.

S. Hathebrand. Abb.

Antuerpiæ Sancti Hathebrandi Abbatis. Fuit Hathebrandus primus Abbas Monasterii nostri Oldenclooster in Hollandia prope Appingendum, quod primo à Monachis habitatum, deinde à sanctimonialibus; denique ab Hæreticis, superioris sæculi diluvio, eversum est, omnibus ejus possessionibus sacrilegè direptis, & sacris Deo virginibus in exilium actis, corpus tamen Sancti Hathebrandi ab Henrico de Heyden Præposito S. Salvatoris Antuerpiæ, furori eorumdem præreptum, & in Præpositura illa, magna omnium gratulatione collocatum est, A. C. 1619. quas Reliquias genuinas esse Ioannes Malderus Episcopus Antuerpiensis, post seriam inquisitionem, approbavit. Menard. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.

Transfertur 1619.

S. Theodoric.

In Germania Beati Theodoric de Cellario, qui in fertilissimo illo Sanctorum Cænobio Heimenrodensi Monachum professus verè Mundo mortuus, jugi mortificationis studio carnem spiritui subdidit, & cum tremore salutem suam operatus, ob vitæ sanctissimè exactæ meritum, perpetuam sui memoriam in benedictione posteris dereliquit, cujus præclaram memoriam Beatus Casarius libro 7. Dialogorum habuit. Ex monim. ejusdem Cænobii, Menolog. Cist. Chrysof. Henriq. &c.

B.

XXXI. Julij.

S. Benedictus I. Papa.

Romæ depositio Beatissimi Benedicti Papæ primi; qui æterno & perinsigni merito, Sanctissimi Legislatoris sui nomè exornans, primus eo nomine ex Ordine BENEDICTI Patris verè Benedicto, verè Benedictus, Cathedram orbis Principem ascendit, eandemque gravissimis meritis, & eximia vitæ condecoravit sanctitate. Excelluit Pontifex vere Magnus eximia in omnes, pauperes in primis charitate, eo maxime tempore, quo Italia à Longobardis miserandum in modum, longè lateq; vastata, omni absumpto comæatu nò solum, sed & quæ comparando essent, prorsum everfis sive sublatis, extrema rerum omnium inopia laboravit; expendit siquidem quæ habere poterat Benedictus in egentes omnia, & cù ob eximiam vitæ sanctitatem charus admodum Tiberio Imperatori esset, & ab eodem sum opere observaretur, variè licet afflictum oppugnatumq; precibus evicit; ut frumento ingentibus expensis & labore ex Ægypto comportato, Italiam juvaret, & à sævissima fame, imo morte, jam præcipitem liberaret. Fuit juratissimus Arianae Hæreseos hostis, pro cujus everfione haud leviter laboravit. Celebratum sub eo Conciliū Parisiense, in quo multa Ecclesiæ utilia decreta sunt. Præfuit annis quatuor, mensibus duobus, diebus quindecim, & in fornace tribulationis excoctissimus & probatissimus, sollicitudine & dolore, tanquam Verus pater & pastor, ex calamitatibus Urbis & Italiæ in morbum & mortem affectus, haud leviter decessu suo amantissimorum civium mœrorem adaugens, ad cælestem patriam migravit A. C. 579. sepultus in Secretario Beati Petri Apostoli. Fecit a. ordinationem unam mense Decembri, qua creavit presbyteros 15. Diaconos tres, Episcopos p. diversa loca unū & viginti, quem haud in merito veteres, quin & Græci ipsi, Romanum licet patriâ, plurimum prædicant, & Bonosum fere, patrio cognomine, Casari charum, acceptum Deo, gratumque omnibus civibus suis appellant. Ex Annal. Eccl. Ant. de Iepes, Ciaconio, Platina, Panvino, Arnolfo Duac. Annal. nost. Eodem die Natalis Sancti Neoti Monachi, sanctitate & miranda eruditione celeberrimi, deque Ecclesia & Europa universa propagato longè lateque litterarum studio meritissimi. Hic ex Illustri

Charitas ejus.

Italiam servat fame laborantem.

Concilium Parisiense.

Obiit 579.

Græci ipsi illum celebrat.

S. Neotus Mon.

natus profapia, generosissimo rerum terrestrium contemptu, ad maximam quæque sibi viam aperuit, Monasticamq; vitam in Glalconiensi Cænobio professus, præter maximam sanctitatis opinionem, omnium tam humanarum quam Divinarum scientia adeo excelluit, ut nomen ejus toto terrarum orbe celeberrimum haberetur. Is instituta ope Angliæ Regū spectatissima Oxoniensi Academia, postquam admirabili cum Auditorum fructu, eodemque in remotissimas provincias & regna propagato, eidem plurimis annis profuisset, humani applausus fastidio, desiderioq; quietis Monasticæ & Contemplationis Divinæ ad Hamstocke Inclulorum nostrorum rigidissimum amplexus institutum, vitæ reliquum, uni cælestium rerum curæ impendit, & maximis à Numine gratiis affici meruit. Prophetico spiritu donatus Ælfredo Regi, ædificationis, ut sacri loquantur, gratia ad se invilenti, futura prædixit, eundemque liberrimè pro sceleribus corripuit; Regno autem, ut prænucciaverat deturbatum, precum suarum instantia & efficacia, Regno restitutum à Numine impetravit. Nec impari merito Regno ipsi consuluit, quando in preces pro ejus salute & libertate effusus, Britonem Danorum Regem, cù univerto exercitu prodigiosissime profligavit, tantumq; insuper eo miraculo effecit, ut inde conversus Rex Idololatra Christo nomen dederit, & salutaribus Baptismi undis expiari voluerit. Sed & alia plura præclarissime gessit, quibus non ætatem solum, illam, & patriâ, sed exera & remotissima Regna, universamq; sibi posteritatem æternam obligavit. Floruit primo statim tempore Neoti nostri opera, adeo feliciter Academia Oxoniensis, ut Collegiis tribus, pro Grammaticis, Philosophis & Theologis instructissima, Universtitatis sive Univerfalis paulo post studii titulo & gloria mirificè exsplenduerit, à Matthæo Parisiensi, secunda post Lutetiam Ecclesiæ Schola & Fundamentum disertè appellata; neque indigniore elogio: Sol, oculus, & Anima litterarum, sed & Sapientiæ clarissima officina, unde Religio, humanitas, & doctrina in omnes Regni partes distributa sit, dignissimis sanè titulis exornata. Decessit Doctor celeberrimus & sanctissimus pridie Calendas Augusti sub Annum Christi 900.

Illustri genere natus.

Eruditio mira.

Oxoniensem Academiam condit.

Includitur.

Spiritus propheticus.

Regnum ei debet Ælfredus Rex.

Angliam liberat.

Regem Danie convertit.

Immortalia ejus merita.

Floret univ. Oxoniens.

Tituli præstantissimi.

Obiit sanct. Neotus A.C. 900.

Sanctorū albo adscriptus; in Neostocke primum conditus, inde autem ab Alfrico Comite Ainulphiburiam ad constructum illic sub ejus nomine & honore Cænobiū, denique ab Henrico Croylandensis Cænobii Abbate sub A. C. 1213. Crolandiam translatus. *Ex Matth. Westmon. Polyd. Virg. Chorograph. Britann. Georg. Lilio, Nicol. Harpsfeld. Iepesio, Arnoldo, VVeissio, Annal. nob. Bened. & t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Translatio corporis.

SS. Ioan. & Benignus.

Simul sunt Monachi.

Simul moriuntur.

A. C. 707.

S. Hathebrandus Abbas.

Divinitus natus prænunciatur.

re Patrem Monachorum, servituum cunctis diebus in sanctitate Domino multisque ejus opera ab iniquitate convertendos. Surrexit illico, reversusque ad uxorem cum gaudio, filium divinitus promissum accepit, & sancte educans, Clero adscribi, & Presbyterii demum gradu ornari curavit. Parentibus defunctis Hathebrandus, renuncians sæculo, cucullum induit, reversusque in Frisiam primus ibidem vitam Monachicam propagavit, cellasque & Oratoria non pauca condidit, multosque paulo post discipulos congregavit. Abbas autem sui Cænobii à Fratribus electus, & ab Episcopo Monasteriensi consecratus, omnibus verbo & exemplo præluxit, ab humilitate & charitate eximia mirè commendatus. Contemplationis & orationis studio addictissimus fuit; nocte quadragies confurgens, flexis genibus Deum exoravit, de cætero *spiritum suum, magni Martini exemplo, ab oratione nunquam relaxavit; jejuniis multis carnem divexavit; sextis plerumque feriis, virgis acerrimè in dorsum sævit, donec sanguine difflueret. Multa à Fratribus perpeffus est, quibus ne in licentiam diffuissent constanter obnixus est. Tullit ægrius è perfectioribus quidam, insolentiam Fratrum, & disciplinæ neglectū, adeo ut de mutando loco concluderet; cui in preces effuso quidam in specie Abbatis apparuit multis in birro genis exornatus, à quo non parum ille consolationis oleo delibutus, illico propositum mutavit, & constanter deinceps Deo eodem in Monasterio servivit. Cæterum quam accepta Numini esset Hathebrandi sanctitas multis exemplis sæpius innotuit: Semel enim madefactum ab imbre cucullum exuens ad solis splendorem medio in aère nullo fulciete adminiculo prodigiosè suspendit. Alias, cum ad claustrum Merechusum, quod ipse construxerat visitando declinaret, mulierculæ cujusdam miseria precibusque exoratus, sua oratione, brachium sanavit, cujus usus summis juxta doloribus doloribus vexata triennium totum caruerat. Clariuit & aliis admirandis virtutum signis, quæ in se videri & prædicari summo pete dolebat, & concursum ad se factum fugere conatus effugere tamen minimè poterat; cum ad ipsum tanquam verum animi & corporis medicum, quibuscunque calamitatibus oppressi undique convolarent. Decessit vir sanctissimus A. C. 1198. cuius sacrum corpus A. Ch. 1619. Antuerpiam*

Insignis promissio.

Fit Monachi.

Abbas.

Rigor vitæ.

Quidam zelosus convertitur.

Cucullum in aère suspendit ad solis radium.

Miracula.

Obiit 1198.

trans-

translatum est, eo insigni & perpetuo miraculo celebratum, quod iminentem Cænobio suo calamitatem, mira cælestis odoris fragrantia redolens, eandem soleat, toto Cænobio mirè diffundere, & Monachos periculi impendentis admonere. *Ex monumentis S. Salvat. Arnoldo de Raiffe, to. 2. SS. &c.*

Perpetuum miraculum.

B. Godefrid.

Mirū claret.

B. Adam Abb.

B. Maria de Satillon.

Contemplationis studiū.

Puer Iesus adest ipsi.

Romæ, Deposito Sanct. Ignatii sive Enneconis Confessoris, Institutoris sanctissimæ Societatis Iesu. Qui Christo militaturus novum hominem & habitum in Monasterio B. Matris Admirabilis Monferratenfi apud nostros assumpsit, ibique Oblatorum, quos Hispani Donatos vocant, religioso schemate donatus, & sub Magisterio insignis servi DEI Ioanis Claronii ejusdem Monasterii Monachi ad sanctiorem vitam eruditus, ab eo accepit Exercitatorium Vitæ Spiritualis, magni illius & excellenti sanctitate viri Garcia Cisnerii, ejusdem Ordinis ac Monasterii Abbatis: quo & ipse Sanctus Ignatius mirabiles in Vita spirituali progressus fecit; & è quo potissimum, post aliquot annos, sua exercitia elucubravit. Hinc admirabilem Societatis Iesu Religionem fundaturus, in Sanctæ MARIÆ Montis Martyrum prope Parisios, prima suæ Societatis Vota; solemniter in Oratorio Sanct. MARIÆ ad Sanct. Paulum prope Urbem, Benedictini Ordinis Alcesteris, emisit: Montemque Casinum profectus (omnes enim novæ suæ Societatis solemniores actus, apud eosdem Benedictinos celebravit,) ibidem in Oratorio Sanct. MARIÆ de Albaneta, à Casinensibus Patribus (Angelo Ricca, Benedicto Canophilo, & Gregorio de Pisonibus viris religiosissimis & doctissimis) adjutus, suæ Societatis Regulas meditatus est. Demum Sanctissimus, Illustrissimi Religiosorum Ordinis Patriarcha è tantæ demissionis Gymnasio & sanctorum Promptuario, effectus ejusdem sui Ordinis latissima incrementa intuitus pridie Cal. Aug. anno Domini 1556. feliciter obdormivit in Domino, quem Gregorius XV. miraculis clarum, Sanctorum numero adscriptum. *Const. Cajet. M. Ant. Scipio, &c.*

Villarii in Brabantia Beati Godefridi de Cortebeke ibidem sanctissimi Monachi, qui tot tantisque virtutum charismatibus effulsit, ut solitudinis illius Patres ferventissimæ conversationis exemplo in Dei amorem accenderet vehementer. Cumque diu sacram illam eremum variis virtutibus, & signis miraculosis illustrasset, ad cælestia evolavit feliciter. Fuit autem primum Monachus Afigemienensis. *Ex Chronolog. Villar. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. &c.*

In Germania Beati Adam primi Abbatis Monasterii B. M. V. de Lanckheim prope Culmbach, sanctitatis titulo celeberrimi. Claruit Abbas lectissimus A. Ch. 1132. *Gasp. Brusch. Men. Henr. t. 2. SS. Ord. Annal. German. &c.*

In Bello-pratenfi Virginum Cænobio, prope Gerardimontium Flandriæ depositio Beatæ Mariæ de Satillon, singularis pietatis fæminæ. Hæc multis admodum Virtutibus effulsit, observationi Regularum, orationi ac meditationi, præsertim infantia Salvatoris nostri Iesu Christi, tota addictissima. Cum autem sæpius reprehenderetur, quod in contorquendis filis minus diligens esset, nec emendatio sequeretur; observatum fuit per fenestræ aut ostii conclavis sui rimulam, quomodo tempus suum tereret. Visus est juxta eam pulcerrimus ludere puerulus: quem ipsa pedibus ejus advoluta adoraret. Unde & deinceps, in sanctis ac piis suis exercitiis relicta, reliquum vitæ suæ tempus in magna transegit sanctitate. Vixit An. Christi 1577. *Ex monim. Monasterii Bellopratenfis, Arnoldo de Raiffe, Auct. ad Natal. Sanct. Belgii, tom. 2. Sanct. Ord. Henriq. &c.*

06(0)80

I. AVGVSTI.
MENOLOGII BENEDICTINI,
LIBER OCTAVVS.
MENSIS AVGVSTVS,
CALENDIS AVGVSTI.

I. Augusti.

S. Ethelwoldus Episc.

Visio matris.

Item alia.

In templum prodigiose transfertur.

Fit Abbas.

Vinum augetur.

Fit Episc.

Plura construit Cænobia.

Deipara studiosissimus.

Deipara favores.

Wintoniæ in Anglia Sancti Ethelwoldi Episcopi. Habuit Ethelwoldus ingenuos parentes, eximios Christianæ pietatis cultores, quibus in Vrbe Wentana natus est. Hujus futura sanctitatis matris Felicis per somnium prævisa, apparente vexillo sublimes à cælo pendente, quod paulatim se se demittens, fimbriis suis gravidam complexum, mox in sublime denuo elatum, unde venerat, cælos repetebat. Visa etiam eidem, aquila miræ magnitudinis aurea ex ore suo evolare, aliisque aureis universam urbem Wentanam contegere, atque inde cælo denuo immigrare. Puer etiamnum imbrium vehementia pedem domo efferre prohibitus, translatus prodigiosè cū nutrice in templo inventus est. Monachum postea in Glasconienfi Cænobio, sub magno Dunstano nostro professus, abstinentiæ, obedienciæ, humilitatis exemplis ad stuporem effulsit, & curam horti accepit; inde Decanus Cænobii factus, deinceps Abendonæ Abbas constituitur. Illic Edgarum amantissimum sui Regem, ad mentem invitans, parvo è vase, universis ejus ministris potum largè præbuit, illis tota die bibentibus, liquore autem vix ad palmæ mensuram iminuto. Postea Wintoniæ consecratus Episcopus, Ecclesiam quam primū strenuè reformavit, & Monachos pulsis Canonicis substituit; veneno à Clericis propinato, nihil læsus. Construxit plura Cænobia, eaq; circumeundo, Monachos ac Moniales, ad perfectionis studium mirè excitavit atque accendit. Viduarum, pupillorum, pauperum, hospitem, curam verè paternam habuit. Fame ingenti universam opprimente Britanniam, thesauris Ecclesiæ expensis, innumeram multitudinem aluit. Fuit Virginum Virginis longè amantissimus, cujus honori prope Wintoniam celebre Monasterium condidit, ab illa autem vicissim dilectus, illud inter alia beneficium promeruit, ut ejusdem Ecclesiæ curam ac Patrocini ipsa suscipere, quin & à morte clientis sui tanta Imperatrix, Ecclesiam illam singulari curâ protegeret, invasores

ejusdem ipsa averteret, & prodigiosè sacrilegos deterreret. Rara & illa cominatio Ethelwoldi, rarique in Deiparam studii argumentum, quam ut in corde sic ore perpetuo haberet, sui que propugnatrix minimè ignoraret: Cum adversum Godwinum Comitem justa indignatione comotus, in hæc verba prorumperet: *Per Dominam meam Sanctam Mariam malè illi erit.* Comite mox pessimè afflictio, donec pœnitens Ethelwoldi benedictione sanaretur. Fuit in vita & post mortem insignibus clarus miraculis, cujus merita celebri visione Sanctissimo Dunstano nostro apparuere. Obiit sanctissime Calendis Augusti A. C. 984. cujus lividum cæteroquin & exsuccum corpus, lacteo quamprimum roseoque colore venustissimum, septennis pueruli vultum præ se ferre videbatur. *Ex VVolfstano Monacho VVinton. Matt. VWestmonast. Nic. Harpsfeld. Edovardo Mayhevv. Annal. nost. Bened. t. 2. SS. Ord. &c.*

Apud Urbem Nañetensem S. Friardi Reclusi, admiranda vitæ perfectione Monachi, qui scipionem suum solo defigens, aquisque rigans, felicissimè plantavit, ita ut paulo post, insigni miraculo frondes emitteret, poma ferret, & intra triennium in magnam arborem excreveret. Quare cognita, confluentibus ad tantæ rei novitatem quamplurimis, ne vanæ gloriæ labe contaminaretur, arborem ipse succidit. Aliam item arborem ventorum vi dejectam, cū flores ejusdem jam exaruiscent, miseratus, præcis radicibus terræ comisit, floribus quamprimum novo vigore animatis, ac consuetis postea fructibus, prodigiosè enatis. Transitum suum Fratribus ipse prænuñciavit, & Felicem Episcopum evocari jussit; qui cum negotiis impeditus, sanctum Domini interpellaret, ut tantisper se expectare dignaretur, donec negotiis se suis expediret, sanctus Abbas, lectulo confurgens: *Sustineamus Fratrem,* ait, & cum dicto (stupendares!) morbo interea liberatus est, quoad veniente Episcopo, febris rediret, eaque felicissimè extingueretur, contremiscentem sub

C.

Comminatio S. Episcopi.

Obiit 984.

S. Friardus Reclusus.

Scipio ejus frondescit.

Aliam arborem prodigiosè curat.

Mortem prædicat.

Res mira.

te sub

Clar. 600.

Innumeri SS. Mart.

A. C. 900.

Cades Martyrum.

S. Theodoricus Abbas.

Rigor vitæ.

Vestis pellicea ab Angelis delata.

Fit Abbas.

Mulier pecculans.

Mirè plectitur.

te sub mortem cellula, & mira cælestis odoris fragrantia nares omnium perfundente. Claruit sub A. C. 600. Ex S. Gregor. Turon. Ant. de Yepes, to. 2. SS. Ordin. & Annal. nost. Messanæ in Sicilia passio insignis sanctorum Monachorum exercitus, quorum, ingens cæteroquin numerus, soli DEO est cognitus, qui ab Abraymo Saracenorum Duce pro fide Christi necati sunt. De his ita Petrus Diaconus: *Anno Domini 900. Indiç. 3. die 1. Augusti, Saraceni cum Abraymo Rege suo, à Babilonia & Africa advenientes, Siciliam invadunt, & Monasterium Sancti Placidi ingressi, evaginatis gladiis Monachos aggrediuntur, illosque Christum negare, & nefandam religionem venerari compellunt; quod dum contemnerent, omnes in eodem loco, una cum Monachis Casinensibus (quin & aliis plurimis qui eò se receperant,) qui ibi ab Abbate suo directi fuerant, Saracenorum gladiis occisi sunt. Quibus occisis Cænobium omne præter Ecclesiam, ab illis destructum, &c. Ex Petro, cit. vita S. Bercharii, Mon. Sic. & Casin. &c. tom. 2. SS. Ord. &c.*

In Cypro Insula, depositio S. Theodoricus Abbatis Monasterii Sancti Ebrulphi. Theodoricus Normannus, è provincia Calogienfi oriundus, in sanctissimo Gemericensi Monasterio Monasticen professus est. Ab infantia ad canos usque Divino mancipatus famulatu in vigiliis & orationibus assiduus fuit. Corpori suo bellum perpetuum indixit, cum alia inter tormenta, frigoris etiam nimii cruciatu damnatū, totam hyemem sine veste pellicea algerè juberet, bene tamen à Numine curatum, quando sacris operaturo, *pelliceam miri candoris, non hominum sed Angelorum factam industria,* submisit, quam vir sanctus, altari impositam reperit, Deoque gratias agens induit, & Divinum opus peregit. Abbas postea ad Sancti Ebrulphi, Lexovienfis Dioceseos Monasterium, postulatus, non multo post, Sagiense etiam recens conditum, ut curaret, à Fundatore ejusdem Rogerio de Monte Gomerici exoratus est. Dissimilis marito Rogerii uxor Mabilia, Monachis infensa, cum multitudine militum sæpius divertens, ut gravis nimirum esset, & opes Cænobii exhauriret, correpta demū à Divo, multo majorem comitatum reversa adduxit; neque impunè, cum prænuñciante Abbate, sequenti mox nocte, vehementi excruciatā morbo, dignas nequitia pœnas exolveret. Theodoricum Robertus etiam Cænobii Præpositus in-

juris appetit, quibus, ut se expediret, abdicare à se magistratum voluit, à sanctissimis tamen viris, Maurilio Rothomagensium Episcopo, Lanfranco Beccensi Præposito, aliisque prohibitus, composita lite, acquievit; sed mox ea recrudescente, cum Hereberto Monacho, & Guillelmo cognomento *Bona anima,* sepulchrū Dominicum visitare decrevit. In itinere quemdam Bavariæ Pontificem nactus focium, in Cyprum devenit. Vbi Sancti Nicolai in littore ingressus Ecclesiā, post multas lachrymas, senio & labore maris confectus, refedit. Sciscitanti, quid contigisset ipsi, Episcopo: *Statuisse se terrestrem adire Ierusalem,* respondit, *sed jam cælestem adeundam.* Episcopo autem ad diversorium properante, vir Dei coram altari ad orationem se prosternens, superque latus dextrum incubans, caput marmoreo gradui imposuit, junctisque supra pectus, crucis in formam manibus, spiritum Creatori reddidit, ipsis Calend. Augusti. Quem, cum comperta morte, designato extra Ecclesiam loco Episcopus sepelire conaretur, adeo gravatum corpus est, ut nullo modo moveri è loco posset. Animadvertit proin Pontifex, eam Dei voluntatē esse, ut vir Dei nobiliore sepultura honoraretur, quem proin ex ipso quo mortuus fuerat loco sepelivit. Cujus meritis ibidem multi deinceps prodigiosè curati sunt. *Orderic. Vital. Guill. Gemmet. Edovard. Mayhevv, t. 2. SS. Ordin. &c.*

Marcianis Sancti Ionati Abbatis. Ionatus magni illius Gandensium aliorumque populorum Apostoli, Sancti Amandi discipulus, ab eodem primus Marcianensium Abbas institutus est; adjuncto Monachis Virginum Deo sacrarum Collegio, sanctissimæ illius & celeberrimæ Principis atque Abbatissæ Rictrudis, magister effectus, tam Monachis quam Virginibus illustrissimam faciem prætulit eximie sanctitatis. Mortuus est ibidem atque sepultus, postero dein tempore è tumulo elevatus, & digniore loco reconditus. *Chronic. Marcian. Ioann. Molan. Menard. t. 2. SS. Ord. &c.*

Morerolæ in Hispania Beati Petri primi ejusdem loci Abbatis. Fuit Petrus, præter illustrissimum sanctitatis nomen, eruditionis laude plurimum celebratus, quem etiam Deus miraculorum gloria fidelibus comendavit, & spiritu prophetico insignem reddidit, eo imprimis Regi charum, quod Reginæ hæredem filium præ-

In Palaestina contendit vir Sanctus.

In itinere moritur.

Miracula.

S. Ionatus Abbas.

S. Petrus Abbas.

Spiritus propheticus.

corpore,

Gloriosus
apparet.

corpore, divino splendore circumcinctū, & aureā redimitum corona, inter cæteros cælestiscuriæ cives, Ferdinandus ejusdem Monasterii, sanctæ conversationis, Religiosus, conspexit. Clar. A. C. 1133. Ang. Manrique, Aibertus Abb. Chrysoftom. Henriq. &c.

SS. tres Mo-
nachi.

In Suecia, felicissimus transitus Beatorum Monachorum, Petri, Olai, & Tordonis, qui in Monasterio de Alvaastro, sanctissimū Cisterciensium nostrorum amplexi institutum, in eodem multo tempore sanctissimè convertati sunt: quorum nomina aureis characteribus notata, jam jam ex hac vita migraturus, beatus Gerekinus conspexit, eosque brevi in æternam felicitatem assumendos prædixit; qui intra octiduum, post sancti viri obitum carne soluti, ad cælestem gloriam simul evolarunt. Menol. Cist. Henriq. Abrah. Bzovius, ad A. C. 1345. to. 2. SS. Ord. &c.

Nomina
aurea.

B. Gereon.

In Hemmenrode depositio Beati Gereonis Monachi. Fuit Gereon vitæ austeritati & pœnitentiæ, ac cælestium arcinorum contemplationi assiduè deditus, quæ, aliaque propter, à Christo, ejusque gloriosa Genitrice visitari, multisque favoribus insigniri meruit, quos inter in quadam solemnitate Nativitatis Domini, in SS. Missæ Sacrificio circa cœmunionē, Christum Dominum non quasi recēter natum, sed velut eo ipso tempore in cruce passum conspexit, cujus omnia vulnera sanguinem destillantia calicem implevere. Abstulit proin præ reverentia ad cœmunionem accedere, quem eam ipsam postea ob causam Deipara ipsa objurgavit, cumque indignum se exclamaret. Ad quod illa: *Tu te indignum cogitas; & quis*

Objurgatio
amantis Dei-
para.

putas tanta re dignus esse potest. Hanc igitur offensam tibi condonabo, sed vide ne de cætero simile feceris. Fuit ea postmodum cū Deipara confabulationis dulcedine, ita abreptus, ut omnem moram quam brevissimam existimaverit. Phil. Seguin. Casar. Heisterb. t. 2. SS. &c.

In Monasterio Blandiniensi translatio Sancti Winwaloci Abbatis. Ita hac die *Translatio Molanus in Indic. & Addit. &c.*

Gandani translatio & elevatio Sancti Bavonis Hasbanie Principis, eximii Confessoris, Monachi Gandensis. De quâ consul. rer. Belg. scriptores, &c. *Elevatio.*

In Monasterio Sancti Galli Venerabilis Margaritæ inclusæ, quæ pro Dei amore, viva consépulta Christo, tenerimam carnem insigni rigore excrucians spiritui subjecit, & non sine opinione sanctitatis ex hac vita migravit. *V. Margarita reclusa.*

Ipsa die religiosissima memoria, Christianissimi Galliarum Regis Ludovici cognomento Crassi, qui post egregia fortitudinis edita in Regni administratione facinora, delictorum quæ bellico furore olim admiserat serio pœnitens, constructo prope Parisios S. Victoris Archisterio, cum in animo haberet, corona deposita humilem Religionis habitum in nostro S. Dionysij Cœnobio suscipere, ægritudinis anticipatus Angustiis, quod operenō potuit, corde & voluntate complevit, & post omnium mobilium in Ecclesias & pauperes erogationem, facta sæpius exomologesi & SS. Sacramentis piè susceptis, super cineres in modum Crucis depositus, ibidem in omni religione spiritum emisit, sepultus in S. Dionysij A. C. 1137. *Ludovicus Crassus Rex Gall.*

Ex Martyr. Gall. Caroli Sauss. &c. *Religiosissime moritur.*

QUARTO NONAS AVGVSTI.

II. Augusti.

D.

S. Petrus
Episc.

IN Hispania, Sancti Petri Oximensis Episcopi & Confessoris. Petrus natione Gallus, Biturigibus oriundus, ob insignem eruditionē, & celebre pietatis nomen, à Sancto Bernardo nostro, Saguntinensis Cœnobii Abbate evocatus, Monachis ejus loci accensus, & Regularis observantiæ exemplar factus; à Bernardo postea ad Toletanæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Cathedram evecto, Archidiaconus Toletanus, neque multo post, primus Oximensium sive Oxomensium, post receptam ab hostibus Saracenis urbem, Pontifex creatus est. Meruit de Ecclesia sua gravissimis meritis, ab insigni ma-

Exemplar
vite Regu-
laris.

Ius Episc.
Oxom.

xime, & dignissima Episcopis, pauperum cura, celebratus. Ejus, alia inter, mira item, Ecclesiastica libertatis propugnandæ industria & constantia cœmendatur, spectatissimo juxta miraculo illustrata. Cum enim viri, potentis libidini ac licentiæ obnixus, manus Ecclesiæ rebus abstinere nolentem, cœmunionē fidelium interdixisset, gravissimū mortis periculum adiit. Verum à Numine mirè defensus, cum Diocesium suam ex more lustraturus, in paratas sibi insidias incidisset, is qui S. Pontifici paraverat malum, ipse subiit, arreptusque illico à dæmone & dirissime cruciatus, patricidii destinati pœnas luit, quem *Pauperum cura propria Episc.* *Constantia ejus.* *Dæmoniacum curat.*

Miracula
post mortem.

quem tamen, injuriæ omnis immemor S. Pontifex, fufis ad Deum pro incolumitate ejus precibus, prodigosè liberavit. Claruit & à morte illustri miraculorum gloria Petrus, & fundata solidataque admirabili sanctissimæ vitæ exemplo, nova Ecclesia & Cathedra, plenus meritorum sancto fine decessit, cum cœmissio sibi gregi octennium felicissimè præfuisset. *Ex Vita to. 2. Sanct. Ant. de Iepes cent. 7. Prudentio Sandovallo, de Lerma, &c.*

S. Gregorius
Cardin.

In Hispaniis item, Sancti Gregorii S. R. E. Cardinalis, Episcopi Ostiensis, Hispaniarum è latere Legati, & Patroni singularis. Gregorius Sanctorum Cosmæ & Daniami ad Micam Auream Abbas, (unus ex viginti Abbatibus speciali prærogativa, Pontifici Romano sacris solemniter operanti adstantibus) eum honorè, Gregorio V. Pont. Max. ita gessit, ut ob Religionis specimen, & singularem prudentiæ laudem, in ore omnium versaretur, ipfisque sumis Pontificibus charus imprimis esset. Quamobrem à Ioanne XVIII. inter Patres Purpuratos adscriptus, & Episcopus Ostiensis ordinatus, prius tamen consecrari se passus non est, quam orationibus & vigiliis impensus vacans, cum effugere honorem nullo modo posset, ad ineundum Episcopale munus, animum sedulo præparasset. Gessit honorem sub Ioanne, aliisque quatuor proximè insequentibus Pontificibus, ea dexteritate, ut æternum purpuræ sacræ decus celebraretur. Benedicto IX. Ecclesiam moderante, cum in citeriore Hispania, locustarum vis maxima, plures años, fruges omnes devastasset, nec jam vota ulla, nedum humana remedia quidquam proficerent, rogandam Pontificis Romani opem conclusum ab incolis est, & Legatio adornata. Triduanum indixit jejunium Benedictus, quo peracto edoctus non solum ipse, sed & Cardinalium quidam, ab Angelo est; Gregorium Cardinalem Ostiensem ad malum illud ab Hispaniis profligandū mitti oportere. Quo circa Pontifex, Gregorio ad se statim accersito, rem totam aperuit, gratulatusque est, ad rem tantam perficiendam divinitus eligi meruisse. Fretus proin jussione Pontificia & Divina, re familiari vœnum exposita, collectaque vi ingenti pecuniarum, & in pauperes erogata, nonnullis Clericis ac Monachis secum assumptis, in Hispaniam contendit. Calagoritanum ingressus oppidum, cujus campos nubes densissima locustarum infederat, clarissi-

Abbas Ro-
manus.

Fu Cardin.

Preparatio
ad Episcop.

Locustarum
vis in Hispania.

Ab Angelo
Legatus de-
nunciatur.

Apostolica
preparatio.

mo statim vitæ exemplo, & doctrinæ verbo, ad pœnitentiam omnes permovit, & statim, ab urgente calamitate eos liberari digiosè pellit. Locustas & erugines prodigosè pellit. Item morbos. Insigne miraculum. Paupertas verè Apostolica. Insigne miraculum. Insigne miraculum. Mortis præsciis. Moritur 1044.

Item morbos

Paupertas
verè Aposto-
lica.

Insigne mi-
raculum.

Insigne mi-
raculum.

Mortis præ-
sciis.

Moritur
1044.

Innumera
miracula.

deinceps miraculis illustratum, eo inprimis perpetuo, quo contra locustas, Eruginem, aliaque id generis animalcula presentissimum ejus auxilium imploratur, quo iplo nomine per universam Hispaniam religiosissime colitur, & inter precipuos meritissimosque Regni Tutelares numeratur. Cujus innumera penè in Hispaniorum ac Navarrensum populos collata beneficia, Navarrentes potissimum animo repetentes, ne fervor ullo unquam tempore religiosorum hominum contempseret, multis abhinc annis, viri aliquot ex primaria nobilitate in unum coeuntes, Sodalitatem sub S. Gregorij tutela constituerunt: qui certis legibus parerent, & meditationibus sacris exercerentur. *Const. Cajet. Thom. de Trugillo, Lucius Marinus Siculus, Ioan. Marieta, Ludovicus Vega, Andreas Salacer ab Cajet. cit. &c.* Decessit vir sanctus 7. Id. Maij ipso S. Greg. Nazianz. Natali. Sed ob causas saepe mem. & diversas ob miracula memorias huc translatus est.

Congregatio
sub ejus nomine.

Translatio.

S. Ermenburga Regina.

In Anglia, Sanctae Ermenburgae ex Regina Merciorum Monialis & Abbatissae. Haec Ercomberti Cantiae Regis filia, Mervaldo Merciorum Orientalium Regi nupta, cum ejus consensu impetrato, castam ducere vitam elegisset, & ab Egberto Rege, locum, visione SS. Martyrii Aethelberti & Aethelredi Principum, illustrem, dono accepisset, constructo illic in honorem eorumdem Canobio, ac septuaginta sibi Virginibus associatis, cucullum amplexa, vitam admirando sane zelo & profectu instituit, & Regii oblita honoris, ancillari quam dominari malens, pulcherrimo humilitatis exemplo, sorores ad sui, periturorumque omnium contemptum accendit. Iejuniis autem, orationibus, vigiliis, sacro rigore quotidie Domino se immolans, in Regni aeterni confortium a Rege Regum vocari meruit. Claruit A.C. 660. *Ex div. Westmonast. Iepesio, t. 2. SS. &c.*

Conditio
Monasterium.

Ejus humilitas.

Clar. 660.

B. Stephanus
Prior.

In Gallia Beati Stephani Prioris Monasterii de Obosma. Is patria Lemovicensis, cognominis S. Stephani discipulus & imitator strenuus, ceteris praefici sua virtute meruit, & a strictissima inprimis Regularis disciplinae observantia commendatus fuit. Maceravit corpus suum magna cibi potusque abstinentia, duroque cilicio mollitiem carnis induravit, miraculorumque illustris gloria ex hac vita discessit. *Rob. Rufca, Henriq. Montalbo, Manrique, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Claret miraculis.

S. Guillelm.

In Anglia B. Guillelmi Abbatis Ric-

vallensis, magnis virtutibus & signis gloriosi. De quo nos die sequenti uberius.

Patavii Canonizatio SS. omnium, qui SS. Patavii in Canobio S. Iustinae requiescunt, facta duani, 2. Augusti per S. Leonem IX. A.C. 1053. cum vir sanctissimus eo pertransiens, plurima eorum miracula conspexisset. *Euseb. Mutin. Arn. t. 2. SS. &c.*

Apud Montem Coronae, Venerabilis viri, Placidi Conversi, Regularis vitae observantia acuratiore praecipui. Placidus ex Fracta Urbini ortus, vir naturali quadam gravitate praeditus, statura procerus, corpore robustus, viribus corporis bene usus, eas in opere manuum quotidiano, & ad Canobii utilitatem quam diligentissime adhibuit. Litterarum rudis licet, ingenio tamen sagax, ac judicio praestans fuit. Silentii observantissimus; obedientiae studium in praecipuis semper habuit. Oeconomiae labores subire coactus, summaque alacritate aggressus, de spiritus cura nihil profus remisit, sive iter faciens, sive manu laborans, domi vel foris agens, regularia jejunia, Congregationisque noviter susceptas, panis & aquae abstinentias nunquam praetermisit. Denique in controversiis componendis, speciale donum a DEO habuisse, omnes qui eum norunt autumant: ideoque quoties inter paganos illos Fractentes, aliqua jurgia nascerentur: *adcamus, aiebant, Fratrem* (sic eum per Antonomastiam vocabant,) *& quidquid ipse dixerit sequamur.* Vixit annos 78. in Religione 55. obiitque sub A. Ch. 1580. Cujus ideo memoriam posuimus, quod a viris perfectissimis, sanctissimi illius Congregationis nostrae maximi habitus, etiam miraculis claruisse non legatur, inter praecipua tamen suorum decora recensetur; de quo Lucas vitae scriptor: *quantum iste, inquit, Religioni profuerit, si plene ostendere velim: novo ac longo Tractatu opus esset.* *Ex Hist. Mont. Corona, Luca Erem. to. 2. Sanctorum Ord. Annal. nost. &c.*

V. Placidus
conversus.Exercitia
ejus.Rigor ex
actus.

Pacifactor.

Obiit 1580.

Elogium in
signe.

v. Albericus

In monte Venda sive Veneris Canobio S. Ioan. Bapt. felix transitus Venerabilis viri Alberici de Burgurico Paduae viri eximia vitae perfectione conspicui, qui ibidem cum Ven. Stephano quondam S. Iustinae Abbate vitam eremiticam coluit, & duos ac triginta annos, in magno rigore exegit. Obiit non sine sanctitatis opinione hac die, anno 1241. *Lancellos. Marchesius, &c.*

(O)

TERTIO

TERTIO NONAS AVGVSTI.

III. Augusti.

S. Petrus
Episc.Illustrissimum
genus.

Fit Monach.

Extrahitur

Fit Episcop.

Imperatorem
Const.
sanat.Miraculis
claret.

Canonizatur.

B. Conradus
Archiep.Illustrissimum
ejus genus.

Agniae Sancti Petri Episcopi, qui Monastica primum observantia, deinde pastoralis vigilantia clarus, quievit in Domino. Petrus ex Illustrissima Principum Salernitanorum natus familia, contemptu tanti generis & honorum omnium inprimis effulsit, cucullumque in Monasterio S. BENEDICTI apud Salernum amplexus, iis sanctioris vitae exemplis effulsit, ut, invitus licet, a S. Hildebrando nostro S.R.E. Cardinale (qui postea Gregorius VII. Pont. Max. fuit,) etiam vi adhibita, ad labores Ecclesiae Canobio extraheretur. Iis cum se se strenue exercuisset, Anagniae Episcopus ab Alexandro II. creatus, bona ejus Ecclesiae ab occupantium manibus felicissime recuperavit, & vitae sanctissimo exemplo mirifice profuit. Constantiopolim missus, Michaëlem Imperatorem graviter aegrotantem, invocato Deiparae & S. Magni Episcopi nomine, manu imposita, summa cum adstantium admiratione, prodigiose curavit, multisque aliis clarus miraculis Anagniae demum in pace quievit, cum eidem annos tres supra quadraginta sanctissime praefuisset, & Cathedralem Ecclesiam, opè Michaëlis Augusti supra dicti, eleganter restaurasset, ob evidentissimam sanctitatis spectatissimum nomen & miracula, ab ipso, sub quo mortem obierat, Paschale II. Pontif. Max. in Sanctorum numerum relatus, & ab Anagninis Patronus suae urbis cooptatus. Praedixit ipse obitum suum, & Sancti Brunonis nostri Signiensis Episcopi ad funus suum occursum, qui dum nocte in preces effusus, versus Anagniam oculos verteret, urbem magno circumdatam lumine vidit, & Angelorum Musicam audiit, mane autem superveniens mortuum Petrum reperit, & digno cum honore tumulo condidit, campanis ultro consonantibus cum vir sanctus mortalitatem exuisset. Obiit A. C. 1105. Miro deinceps concursu & miraculorum gloria mirifice commendatus. *Phil. Ferrar. Hugo Menard. Fortunat. Vincent.*

In Germania depositio Beati Conradi Archiepiscopi Salisburgensis, viri, meritis gravissimis, & summa vitae perfectione conspicui. Conradus, Illustrissimo natus genere, patrem sanctissimum, ut spectatissimum, Leopoldum, cognomento Pium Austriae Marchionem, matrem

Agnetem, longè speciosissimam, Henrici IV. Imperatoris filiam, fratrem pari sanctitate B. Otthonem Frisingensem Episcopum habuit, quorum diligentem curam & exemplo, ad omnem virtutem excitatus, fratrisque imitatus studia, rejecta purpura, calcatisque mundi illecebris, cucullum exambiit. Profecit paulo post tanta vitae perfectione, ut Abbas S. Crucis in Austria electus, inde demum ad Cathedram Pataviensem Pontifex expeteretur. Ut autem insigni animi integritate, sic & eruditione praestitit, talentisque sibi creditis bene usus, aeterno cum Ecclesiae illius non solum ornamento, sed & fructu annos 16. utilissime praefuit. Egregium, alia inter, elogium illud, quo: *Iustitia fautor & Defensor summus, & pauperum Nutricius* celebrabatur. Sed longè gravissimum illud ejus meritum, quo aeterna sane memoria nomen suum Ecclesiae Romanae commendavit, & insolenti plane exemplo, carnem minimè respiciens & sanguinem, Friderico I. Imperatori, fratris sui uterini filio, in cujus insuper turic comitatu erat, non sine maximo periculo in faciem restitit, eumque laesa Pontificiae sanctitatis reum, publice reprehendit; Investituras impie & sacrilegè sibi arrogare exprobat; Alexandro autem legitimo Pontifici, constantissime adherens, Ecclesiasticae libertatis Vindicem, intrepidè & Caesari cognato, adversae factionis Pontificibus se opposuit. Patavienfi civitati multis modis consuluit, & celebres illas 14. dierum post Festum S. Iacobi Nundinas, primus, concessit & instituit. Xenodochium S. Aegidii ibidem magnifice dotavit; Canonicis aream & hortos spatiosiores attribuit, &c. Ad Archiepiscopalem denique Salisburgensis Ecclesiae Cathedram vocatus, eidem in quantum usque annuum utilissime praefuit, & plenus meritorum A.C. 1168. ad Dominum migravit. Sepultus (ut habent Annales Patavienfes,) in Canobio illustrissimo Admontensi, cujus depositionis diem, alii 4. Cal. Oct. assignant. Fuit frater uterimus Conradi Regis Romanorum, Friderici Caesaris patris, Henrici V. Imp. sororius, &c. *Vingul. Huna. Henric. Canis. Aquila nosl. & Annal. Germ. Manriq. Henriq. &c.*

In agro Mutinensi, Monasterio Nontulano, depositio Sancti Gregorii Abbatis.

E.

Fit Monach.

Abbas.
Episcop.Elogium per
insigne.Carnem non
respicit.

Mira magnanimitas

Pataviam
demeretur.

Fit Archiep.

Mortuus
1168.Regum co-
gnatus.S. Gregorius
Abbas.

Zz

batis. Hic, qua erat eximia vitæ sanctitate, cæterasque inter virtutes, summa animi demissione, cum sancto & numerosissimo Fratrum Conventui (quorum sub primo statim Abbate 1400. numerabantur,) annis novendecim summa cum utilitate præfuisse, indignum se omnino honore reputans, regimen abdicavit, & privatus privatis accenseri exambiens, spectatissimus nihilominus supra omnes eminuit, & miraculorum gloria à DEO illustratus 3. Nonas Augusti in Domino obdormiens è vita migravit Ann. Ch. 933. apud antecessores tumulatus. *Ex monim. Nonantulanis, Phil. Ferrar. Arn. Duac. to. 2. Sanct. &c.*

Numerus Monachorum magnus

Obiit 933.

B. G. Guillem. Abbat.

Illustris commendatio.

Scriptor equalis.

A. Eger & alacer.

Insigne elogium.

Sermo viri sancti.

cum inceptum aliquis de assidentibus interrumpisset sermonem importune, verba suspendisse, donec alter totum effudisset spiritum suum; & cum importuni sermonis fluxisset gurgies, eadem qua sustinuerat tranquillitate, suspensum verbum resumpsit, oportune loquens, & oportune silens. Velox ad audiendum, ad loquendum tardus, & tardus ad iram. Quomodo ad iram dicendus est tardus, ad quam magis inventus est (ut sic dicam) nullus? Benefavus, quia sinceris undiq. compositus & confitens cellis, in omni actu, sermone & gestu, interna putabatur dulcedinis mella sudare, &c. Prudens erat eloquii Mystici, quod inter perfectos dispensabat, &c. Simplex ejus institutio & sermo lacteus, animam auditoris in quendam inebriantem alienatæ mentis excessum surtim arripere consuevit. Unde qui potabat, iure dicere poterat, quia bibit vinum cum lacte. Imo in lacte noverat ista tempestate vinum misce-re, & in altero utrumque largiri. Facili ad edificandum utebatur materia, sed vehementiam inebriantis gratiæ sentires in verbis. Facilis ei inerat intellectus, sed affectio vehemens. Dolendum quidem, quod tanti viri subtracta myrrha. est nobis copia, sed nihilominus gloriandum, quando talem de hortulis nostris fasciculum myrrhæ ad caestem illum hortum premisimus. Illis ornamentum est, qui nobis hic fuerat adiumentum. Ita apposite vir sanctus de viro sancto, ut nihil addendum porro videatur. Obiit autem Guillelmus A. C. 1143. cum Cænobio aânis 13. strenuè præfuisse. Gilbert. Abb. Nicol. Rievall. Poëta, Ioan. Picardus, Chrysof. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Mansuetudo.

Eruditio.

Verbi potentia.

Fasciculus.

B. Bartholomæus.

In Gallia, Monasterio Claræ-vallis Beati Bartholomæi illius loci Prioris sanctissimi, qui post multa virtutum insignia, & sollicitam gregis sibi commissi custodiam, sancto fine migravit ad Christum. *Menol. Gist. Chrysof. Henr. t. 2. SS. &c.*

In Monasterio Desertinensi (vulgo Diferentis,) ad fontes Rheni, illustris passio SS. ejusdem Cænobii Monachorum, qui sub A. Ch. 670. ibidem ab Ungaris cæsi sunt, ulciscente quamprimum cædem Amicorum suorum Numine, cum iidem Barbari, à collecto Rhætorum exercitu, eodem ab ipso cæsi loco pœnas darent. *Ex monim. ejusdem Cænobii communicante Illustrissimo Principe Augustino, &c. Illustrissimo Iodoco Fabaricse, &c.*

Myrratha carne, mente aromatica, crematione continua indefessa, amoris odoriferum incensum offerebat. Corpore desiccato & arido, anima ejus sicut adipe & pinguedine replebatur; ideo labiis exultationis laudavit Dominum semper os ejus, favus destillans labia ipsius: nam totus conversus in labia, modesto vultu, & totius corporis habitu tranquillo, serenus animi prodebat affectus. Sensu perspicuus erat, sermone non præceps. Modeste rogabat, reddebat modestius. Molestos sustinens, molestus nulli. Acute intelligens, morose referens, æquanimitè ferens. Memini, frequenter illum,

☉(o)☉

PRIDIE

IV. Augustj.

SS. 60. Mart. Floriac.

Pro Regno supplices.

Coronantur.

S. Tadwin. Archiep.

Verus pastor

Obiit A.C. 734.

S. Etheldritha Regina.

Virgo conjug.

IN Monasterio Floriacensi passio Sanctorum sexaginta Monachorum Martyrum. Hi barbaris amplissimum Galliarum Regnum vastantibus, Ecclesias diripientibus atque incenduntibus, & in sacros maxime homines & loca faventibus, iratum sceleribus mortalium Numen, quotidianis Sacrificiis, & summa precum contentione placare aggressi, cum ipsimet cælo optime placerent, & vitæ meritis præstarent, lauteâ Martyrij digni habitati, crudelissime trucidati à barbaris, Regni afflictissimi patrocini longè efficacius in cælo susceperunt, & pretiosissima generosissimi sanguinis purpurâ, Gallia & Ecclesiæ agrum fecundiorè reddiderunt. *Chron. Floriac. Trithem. lib. 3. Arnoldi Append. &c. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Anglia apud Cantuariam S. Tadwini Archiepiscopi Cantuariensis & Confessoris. Tadwinus, Caduinus, Tatwinus sive Scadwinus Monachus Cænobii Brentoniensis, oriundus ex provincia Merciorum, cum esset religione & prudentia insignis, & sacrarum insuper litterarum doctrina instructissimus, à sanctissimo ac felicissimo contemplationis somno excitatus, & super candelabrum positus, gloriosè in domo Dei resplenduit, & ad sublimem Cantuariensis Ecclesiæ thronum evectus, quanto sublimior enituit, tanto religiosius se, ad curandâ, non per alios subordinatos, sed per seipsum, plebis suæ vulnera, & pauperum sublevandam inopiam demisit, verumque se omnium pastorem & patrem factò ipso affectuque demonstravit. Consecratus est anno I. Gregorii III. Pontificis Maximi in civitate sua, à Danièle Wentano, Ingwaldo Londinensi, Aldwino Lichefeldensi, & Aldulfo Roffensi, Episcopis. Mortuus est Christi anno 734. in medio felicissimæ gubernationis suæ cursu populi desiderii præreptus, & ad Regni æterni gaudia translatus. *Matth. Vestm. Polyd. Antiq. Britann. Trithem. Iepes. tom. 2. Sanct. Arn. Duac. &c.*

In Anglia item, Cænobio Croylandensi Sanctæ Etheldrithæ Reclusæ. Etheldritha Virgo sanctissima, Regio orta genere, Offam Merciorum Regem patrem habuit; à quò, Sancto Ethelberto Regi desponsata, eo, cum triumpho Martyrii ad Regnum æternitatis felicissimæ evocato, nihil prius, quam diadematis fasti-

dium, cuculli amorem habuit, & rigidissimum Inclulorum nostrorū amplexa institutum, abdicata liberrima imperandi populis potestate, in Croylandensis Cænobii & Ecclesiæ, carceres, imò sepulchrū verius, quam cellulam includi voluit, ubi & ad mortem usq; perpetuo carnis triumpho illustrissima, miro ut rigore, sic & constantia perseveravit. De cujus obitu inaudiens Wlasius Rex, tanta doloris vehementia obrutus est, ut longo tempore lecto decumberet, deque ejus vita palatini & familiares desperarent. Divina autem gratia convalescens, ad tumulum Regiæ Virginis, quasi extasim passus, recuperato spiritu, totum lachrymis diffluxit, donec Siwardus Abbas (quem Patrem suum appellare & venerari consuevit) se verius correptum, & invitum ac renitentem tumulo abstraxit, & ad cellulam suâ deduxit, qui ipso anno defunctum filium suum Wimundum Principem ad latus Virginis dextrum, & mox pariter defunctam Celfredam Reginam conjugem suâ, ad latus Etheldrithæ sinistram sepeliri imperavit. *Ingulphus Abb. Croyland. tom. 2. Sanct. Ord. Varur. Angl. script. &c.*

Carcer voluntarius.

Quantifata à Rege.

V. Wlasius Regis pietas.

Filius Regis & Regina juxta Sanctam sepeliuntur.

In Germania, monasterio Heisterbachensi Beati Godefridi Monachi. Hic cū esset doctrina celebris, & ætate decrepitus, ex Doctore discipulus, ex divite pauper, ex Canonico Monachus factus est: & in ipsa probatione à dæmone visibiliter exagitatus, & variis tentationibus importunè vexatus, victor evasit, nec diu post emissionem votorū, feliciter ex hac vita discelsit. *Cesar. Heist. synchronos &c. to. 2. Sanct. alii 23. Dec. &c.*

Tentatur varie.

Alcobaciæ in Lusitania S. Dominici Martinez, ejusdem Monasterii Abbatis sanctissimi: qui cum diversis & admirandis pietatis operibus clarus, suis Monachis laudabiliter præfuisse, post multa ad æternam patriam suspiria, inter verba exultationis & laudis beatam Deo animam reddidit. Fuit autem talis ipsius vita, totque miraculis claruit, ut numero Sanctorum adscribi meruerit, cujus anniversaria fo-

S. Dominicus Abbas.

Canonizatur.

lemnitas, Ecclesiastico Officio, in Ecclesia Eboracensi olim celebrabatur, priusquam impia Wicclesi Hæresis, Regnum Angliæ universum à Fide Romana in præceps abrupisset. *Bern. de Brito, Manriq. Henric. t. 2. SS. &c.*

Messanæ in Sicilia, Inventio corporū Placidi & Sancti Soc.

Inventio S. Placidi & Sancti Soc.

S. Placidi Abbatis & Martyris, ac sociorū ejus triginta trium Monachorum, nec non sororis ejus Flaviæ Aniciæ, & Eutichii ac Victorini germanorū, lectissimorum Principum, & Sanctissimi Patriarchę nostri BENEDICTI nepotum. Eam solemnem admodum, annuā & solemnī memoria, Sixtus Papa V. celebrandam sanxit, & in Calendarium Romanū reponendā, concessis juxta indulgentiis amplissimis eandem Ecclesiā visitantibus, quod Præceptum aliaq; notatu dignissima prolixior hac die describit Arnoldus noster Wionius in suo Martyrol. De S. Placido Protomartyre Ordinis, sic alia inter Ioannes Petrus Villa de Canibus Marchio Messanensis, postquam pluribus super nobilitate tanti Martyris lussit:

Indulgentia.

Consulibus summis, sic Regibus, atq; Papali Stemmata descendens Placidus simul Imperiali,

Virgo erat, ac Abbas, signis mirandus & ore Fratribus, & Monachis, Martyr, pariterq; sorore,

Messanensis item duplici ratione vocatus Martyrii, generisq; nimis quibus est decoratus, &c.

Elogium.

Translatio S. Walpurgis.

A.C. 870.

Furnis in Flandria, translatio S. Walpurgis Regiæ Virginis & Abbatissæ. Facta est hæc translatio A.C. 870. per Balduinū Ferreum Comitem Flandriæ, Principem Illustrissimum, qui Carolum Imperatorē in Alemanniam comitatus, magnam partem corporum SS. Walpurgis, & Wilibaldi atq; Wunibaldi Fratrum ejus, Eichstadio secū retulit, & in condito à te Furnensi Cænobio collocavit. *Jacob. Meyer. Ioann. Molan. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

V. Remigius Episc.

In Anglia Ven. Remigii ex Monacho Fiscanensi Dorcestrensi Episcopi, corpore pusilli, animo maximi, qui æterno de Ecclesia sua & successoribus merito, Cathedralam Lichenfeldiam transtulit, & primus ejus loci Episcopus, pro eximio suo in Deiparam studio Cathedralem Ecclesiam magnis mole, sumptu, & splendore extruens, Ejusdem Magnæ Virginis honori nuncupavit. Reditus item Pontificios sanctè applicans & expendens, totum quod acceperat, concedenti amantissimo Numini restituit, & in sacra loca dispergēs Cænobium B. M. V. de Ston à fundamentis extruxit, & alterum apud Bardenei, de novo restauravit. *Quodeo jucundus erat, inquit Malmesbur. quia ipse pro exiguitate corporis penè portentū hominis videbatur, luctabaturq; excellere & foris eminere animo, eratq;*

Reditus Episcopales bene applicati.

Pusillum corpus.

Gratior exiguo veniens è corpore virtus quem ideo natura compegisse videtur, ut sciretur Beatissimum ingenium, in miserrimo corpore habitare posse, &c. Fuit spectatissima & probatissima ejus virtus ipsa etiam domesticis, (quibus plerumque ipsa consuetudine nimia vilescimus,) adeo, ut conjunctionis aliquando insimulatum, memorabili sane exemplo, è famulis quidam ferri igniti judicio purgandum susciperet, purgaret, & maculam detergens amoris Regis restitueret. Tandem, vitâ feliciter exacta in ipso apparatu Dedicationis Lichenfeldensis Basilicæ, pridie Festi tanti, confluentibus edicto Regio Angliæ Episcopis universis, tantis subtractus gaudiis, ad solidiora evolavit, tempore Guillelmi Conquestoris. *Ex VVilh. Malmesbur. & rel. rer. Angl. script. t. 2. SS. Ord. &c.*

Memorable exemplum servi fidelis.

Mortuus Episc.

In Hibernia obitus Beatæ memoriæ Thomæ Lombardi, Monachi Superatensis in Hispania, viri illuminatissimi, & zelo propagandæ fidei ferventissimi, qui A. C. 1602. in Hiberniam missus, plurimis argumentis, & exemplis præstantissimis fervorem suum, & pietatem cum infidelibus, tum Catholicæ inprimis oppressæ plebi demonstravit, & in Solemnitate aliquando Corporis Christi, cū prius omnes Catholicos ad mortem ipsam pro tanti Mysterii confessione alacriter subeundam conasseret, stupenda sanè magnanimitate, tota fidelium plebe præcedente, & omnibus Religiosis Ordinibus comitantibus, sacerdotalibus ipse indutus vestibus, magna cum solemnitate SS. Christi corpus publicè per præcipuas urbis Waterfordiensis plateas circumtulit, Hæreticis minantibus, frementibus, obstupescens, hærentibus tamen, nihilque contra Monachum nostrum, ejusq; sodales, etsi vellent, attentare audentibus. Post obitū Elisabethæ Reginæ idem Thomas, prædicatione sua effecit, ut palam populus Catholicus, Religionē suam profiterentur, adeo, ut nec unus quidem esset, qui de more Creatis noviter Consulibus, Regi tanquam Ecclesiæ Capiti, juramentum solitum præstare consentiret. Claruit magnis virtutibus vir DEO dignus, sæpe visus inter celebrandum, è facie splendidissimos radios emittere. Qui tandem, multis ad sinum Matris Ecclesiæ reductis, dum pestilens lues grassaretur, pestiferis impulsu charitatis Sacramenta ministras, & ipse letali morbo infectus, præmium laborum suorum percepturus, prout ante obitum divinitus ei fuerat revelatum, migravit

B. Mem. Thomas Lombardus.

Factum illustre.

Stupens Hæretici.

Zelus ferventissimus.

Splendor multus.

Obiit 1606. gravit ad Christum A.C. 1606. Nonis Augusti, cujus tum hac die Natalis in Calendario Ord. recolitur. *Chrys. Henr. t. 2. S. &c.* In Monasterio S. P. N. Floriacensi, Commemoratio omnium Sanctorum & Beatorum, à prima fundatione, ad hæc usque tempora illic Deo fideliter servientium, quem quidem numerum grandem nimis fuisse vel ex eo satis liquet, ipsemet nimirū Sancto Patre nostro per visionem spectatissimis prodigiis probatissimam, atte-

SS. & BB. Floriac.

stante: ad eam nimirū diem, in tanta frequentissimi semper Monasterii Monachorū copia, omnes omnino à prima fundatione, centum nimirum sexaginta annis celo transcriptos fuisse, & præterites similiter esse, unico tunc repudiato Ebroino, quem Regno Galliarum inhiantem, Ordine statim deserturum prænucciabat. Vt de reliqua Beatorum copia ex primis Cænobii fructibus facile metiamur & omnemur.

visio illustra Ingens numerus.

NONIS AVGVSTI.

V. Augusti.

S. Abel Archiepiscop.

L Aubiis, Natalis S. Abel Archiepiscopi & Confessoris, qui exemplo primi Martyris, Domino in cordis simplicitate servire statuens, plurimis argumentis justè comprobatus est. Sanctus Abel, natione Germanus, professione Monachus, in fecundissimo & feracissimo Sanctissimorū Episcoporū promptuario, Laubienfi nimirum Cænobio, sanctitatis rudimenta posuit, tanta quidem, quibus deinceps, dignissimam ædificii molem Christus ipse imponeret. Namq; Abbas, mox Episcopus, dehinc ad Conversionem Gentium, etiam Archiepiscopus creatus, impetrante magno illo Germanorū Apostolo Bonifacio, pallium Archiepiscopale à Sancto Zacharia Papa accepit, & strenuā quamprimum S. Matri Ecclesiæ operam continuo prædicationis labore navavit; æterno merito, pro patriæ salute sese impendens & superimpedens. Condidit plurimas passim diversis locis Ecclesias, ut uni huic Pontifici nostro plurimæ & celebres Ecclesiæ initia sua, populi salutem & felicitatem suam debeant adscribantq;. Postquā a multis Christo, verbo & exemplo lucratus esset, Apostolicæ functioni gloriose immortalis, plenus meritorum, æterno sui relicto desiderio, ad supernam patriam migravit. Claruit A.C. 760. *Ioan. Molan. Aub. Miraus, Cratopol. Galesin. Trith. nostr. t. 2. SS. &c.*

Honores diversi.

Vir Apostolicus.

Plurima Ecclesia in initia ipsi debent.

B. Humbertus Cardin.

Romæ Beati Humberti Episcopi Silvæ Candidæ, S. R. E. Cardinalis. Religionis Catholicæ zelo, & meritorum magnitudine celeberrimi. Humbertus Tullensis Congregationis Cluniacensis Monachus, ob insignem & eruditionem & pietatem Cænobio extractus & Romam ductus, maximis postea meritis Ecclesiam demeruit, & decus æternum Ordini amplissimo conciliavit. Archiepiscopus consecratus, missusq; ad conversionem Sicularum ingenti fructū, plurimos paganissimi etiam erroribus abreptos atque obnoxios,

Archiepisc. creatur.

Ecclesiæ Christi aggregavit, & Inferno præripuit, Apostoli eorumdem gloriosissimo titulo æternum celebrandus. Vt autem in Divinis scripturis eruditissimus habebatur, à Leone Papa IX. S. R. E. Cardinalis Episcopus Silvæ Candidæ, Tit. SS. Ruffinæ & Secundæ renunciatus, eminentissimam Sacerdotis purpuræ dignitatem, eminentissimis virtutibus ac meritis, mirificè excoluit; nec multo post Legatus Constantinopolim destinatus, ut eam Ecclesiam cum Romana conciliaret, & Grecorum errores confutaret, tanta majestate, & verborum facundia atque energia, coram Imperatore disseruit, & errores Orientis ob oculos posuit, convicit atque evertit, ut & Michaëlem Cerulanum Patriarcham Constantinopolitanum, Leo Nicetam Pectoratum, eruditissimum virum, in præsentia Imperatoris & præfatorum Episcoporum, librum suum, quem contra Romanam Ecclesiam conscripserat, anathematizare, & manu propria comburere coegerit. Quod omne, quidquid disputando dixerat in Dialogos redigens, æternum ingenii sui sequituræ posteritati monumentū transmissit. Idem Berengario Hæresiarchæ se strenuè opposuit; tanti à Sede Romana factus, ut omnibus Conciliis, consiliisq; & adfuisse, & præfuisse à S. Lanfranco nostro celebraretur. Obiit vir Apostolicus, & Schismaticorū triumphator invictissimus sub A.C. 1060. *Trith. Hieron. Platus, Panvin. Arn. Duac. Ciacon. qui 3. Non. Maij obiisse habet, Annal. nost. t. 2. Sanct. Ord. &c.* Paderbornæ in Germania, Sanct. Hartumarij primi ejusdem Joci Episcopi & Confessoris. Is è potentissimorū Saxoniarum procerum sanguine oriundus, adolecens Carolo Regi obses datus, ab eo, S. Burcardo nostro Christianis disciplinis, & litteris imbuendus traditus, tanti Magistri exemplo mundum fastidiit, & Christi servitiū,

Sicilia Apostolus.

Tit. SS. Ruffinæ & Secundæ Card.

Legatus in Orientem.

Triumphus de Græcis.

Berengario se opponit.

Insigne elogium.

Obiit 1060.

S. Hartumarij Episc.

omnibus aula Regiæ honoribus prætulit. Cum autem ad summum perfectionis apicem mature conscendens, & Burcardo & Carolo Regi charissimus esset, primus Paderborniensium institutus Episcopus, Ecclesiam illam admirabili Vitæ sanctitate felicissimè fundavit, atque æternum exornavit. Quod veri pastoris & patris est, ipse obiit, neque unquam aliis, nisi in quæ solus ipse nullo modo sufficeret, delegavit. Assidua prædicatione populum convertit, & cum obstinatis magno se animo opponeret, non leve periculum sibi consciscens, libens tamen, si Numini visum, pro honore ejusdem, & populi salute, vitam obtulit. Claruit admirabili & vivens & mortuus miraculorum gloria, & in Herwardensi ferè Cænobio, vitam exigens, labores Episcopales, saluberrimo Monachorum otio temperavit. Decessit A.C. 804. inter ruderæ Cathedralis Ecclesiæ, ab impiis incensæ, sepultus, quam successor ejus præclare restituit. Translatus est in Sanctorum numerum, teste Zimbrensi; à quo tamen Rom. Pontific. non memoratur. *Abb. Crantz. VVernher. Com. Zimbr. Bruscb. Aquila nostr. & liber de Episcop. German. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Cistercii in Gallia Descensio Beatissimæ Virginis Matris Admirabilis in idem Cænobium, & miraculosissima habitus, ex nigro in album colorem, sub sanctissimo Abbate & Ordinis Reformatore Alberico. *Menolog. Cist. Chryf. Henr. &c.*

Florentiæ depositio Beati Iacobi Gerij, Monachi Camaldulensis & Confessoris. Hic sacro vitæ rigore corpus exhauriens, solo pene spiritu vixit, Angelica sua conversatione & puritate, Angelorum confortium meritis; in cujus felici ex hac vita transitu, cum cælesti Musica eidem gratulabundi occurrere auditi sunt. Decessit A. Ch. 1345. *Monim. Camald. August. Florent. Annal. nost. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Germania Beatæ Hildegundis Virginis litterarum scientia, & omnium virtutum genere clarissime. Ita hac die Henriquez.

In Anglia illustris memoria fortissimi Christi Athletæ atq; invictissimi Catholicæ Ecclesiæ Propugnatoris, Venerabilis viri Ioanis Feckenami, Monachi Evisheimensis. Is Christi anno 1536. cum aliis Fratribus Cænobio per vim, jussu Sacrilegi Regis exactus, Ioani Bello adhæsit Wigorniensis Episcopo, eidem à Sacellis factus, eoq; mortuo, ad Edmundum Bonnerum se contulit Londinensem Episcopum, apud

quem agens, totum se, ad gravissimos Hæresum errores confutandos, & propugnandam Catholicæ Fidei veritatem impendit, eoq; in primis gravissimum Hæreticorum odium incurrit, à quibus pulso Edmundo, ipse in vincula abreptus, turriq; Londinensi inclusus, summa nihilominus libertate, unus cum multis, victus cum liberis confligit, & Hæreticorum primipilos omnes ad disputationem provocavit. Assensere eo libentius, quod tanti sua opinione, tantillum Monachum facile oppressuri viderentur, quo sine eductus, septem solemnibus disputationibus adeo de omnibus eorum argutiis & erroribus triumphavit, ut Hooperus ipse Pseudoepiscopus Wigorniensis, assessorum princeps, sibi satisfactum ab Ioanne, fateri cogeretur. Ejecta postmodum ad thronum Regni Maria, carcere extractus, & Regina à sacris factus, Decanus insuper Cathedralis Londinensis Ecclesiæ renunciatus est, adeo Hæreticis metuendus, ut nec deinceps etiam, postquam denuo ab iisdem est captus, quisquam cum ipso congregari præsumeret, & si quis vellet, ab ipsis Hæreticorum antesignanis prohiberetur. Abbas Westmonasteriensis, imperante Maria creatus, de omnibenè mereri studuit, & juratissimis hostibus suis confulens furorem Regium ab iisdem avertit; quo ipso nomine Reginam Elisabetham, privatam etiamnum, & custodiæ emancipatam demeruit, ut ejus officii non immeritorum, antequam coronaretur, solennes Feckemanno gratias ageret. Laboravit plurimum postea Elisabeth, ut velleviter quidem animum ejus enervaret, & Archiepiscopalem Cantuariæ Cathedrali frustra obtulit, cum pro Religione Catholica mori Feckenamus omnibus mundi favoribus anteferet. Sed &, cum in Regni Comitibus solemnissimis, pro Abbatiali dignitate locum & suffragium possideret, constantissima gravissimaque oratione contra mutationem Religionis, potentissime peroravit. In carceres proinde denuo conjectus, aliquandiu in ædibus Horni Pseudo-Episcopi reclusus, denuo turri Londinensi inclusus, ad castrum deniq; Wisbicense deductus, in extremis reru angustis, carcere, vinculis Fidem Catholicam propugnare nunquam desit, audiensq; Juramentum Suprematus Regii, fuisse edicto Parlamenti propositum, in ipsis etiam vinculis liber, argumentis gravissimis, *Juramentum illicitum, adeoque invalidum* acuratissimè demonstravit. De-

cessit

Constantia.

Confessio Hæreticæ.

Honores ejus

De hostibus suis meretur.

Elisabetha Regina ei gratias agit

Archiepisc. rejicit.

Contra mutationem Religionis perorat.

Liberrimus vincit.

Ius Episcopis Paderbornensis.

Verus Pastor

Zelus ejus.

Obiit 804.

Canonizatur.

Descensio Deipara.

B. Iacobus.

Musica cælestis.

B. Hildegund.

V. Ioannes Feckenamus

Ejus meritum.

cessit plenus meritis, in eadem arce Wisbicensi, Athleta Christi invictissimus sub A.C. 1570. toto captivitatis tempore teste Pitfio, à Catholicis dogmatibus propugnandis, nunquam animum seu calamum remittens, aliisque charitatis operibus exercendis, quoad fieri potuit, perpetuo occu-

patus. Vnde colligas, quæ primū solutus, tantus vir præstitisset, qui tanta alacritate vincit, pro Ecclesiæ libertate laboravit, ut haud immerito, inter præcipua superioris sæculi decora, Feckenamus sit numerandus. *Pitfius, Camdenus, Stapletonus, Sander. Reynerus, Annal. nost. Bened. t. 2. SS. &c.*

OCTAVO IDUS AVGVSTI.

VI. Augusti.

Festū Transfigurationis. In monte Thabor Transfiguratio Domini nostri Iesu Christi, quod insigne Festum, primū restituit Callistus eo nomine III. Ordinis nostri Pontifex Maximus, pulcherrimoque diei illius Officio, quo hodie utimur, illud ipsum exornavit, & toto terrarum orbe propagavit Sanctus noster Urbanus V. ut haud immerito, à Monachis cum primis, festivus sit celebrandum. *Durand. Sicardus, Bethleh. Annal. nost. Baron. &c.*

A Monachis maxime celebrandum. In Hispania, Monasterio S. Petri de Cardegnâ, Natalis Sanctorum Martyrū, Stephani Sancti Abbatis, & ducentorum Monachorum, qui ab impio Arabum Rege Zafa, blanditiis primum, deinde minis tentati, cum Christum unanimes confessi, Mahumetum ejusq; spurcissimam legem execrarentur, una eademque die simul omnes, pro fide Christi tuenda Infidelium Ismaëliitarum gladiis, crudelissime confossi & jugulati, Fideles, quos verbo ante, & integerrimæ vitæ exemplo, mirificè accenderant, illustri insuper in morte constantia roborarunt, A.C. 884. Ex Alphonsi Ciaconii libello de iisdem Mart. Breviario Monast. Hisp. Ant. de Iepes, &c. quorum Martyrum spectatissimæ Reliquiæ, per Reginam Philippi IV. matrem, in varia Germaniæ Cænobia, maxime Weingartense nostrum, & Sangallense, distributæ sunt, & pretiosissimis thecis exornatæ.

A.C. 884. Romæ, S. Hormisdæ Papæ & Confessoris. Hunc, etsi professione & cucullo nostris accensum necdum legerimus, de Ordine tamen universo, ejusdemq; Institute Sanctissimo Patriarcha nostro BENEDICTO meritissimum, & præcipuum, ut primum, ab ipso Legislatore Instituti nostri Patronum & Propagatorem, haud immerito veneramus: qui nimirum, Admirabilem Patrem nostrum BENEDICTUM, fama prodente toto jam orbe celebratissimum, intumè dilexerit, amantissimè fovit, maxime suspexerit, ad sese Romam evocaverit, ejus Consilio, ad Rempubl. Christianam gubernandam sollicitè usus sit, Lateranensi Cænobio præfecerit, plurima

S. Hormisdæ Papa. **S. P. N. plurimum colit.**

Merita de de Ordine.

alia Monasteria ejusdem discipulis (quorum, superstes etiamnum S. P. N. multa jam millia numeraverat,) construxerit, vetustioribus quibusq; Religiosis, Regulam nostram exemplo eo, usque verius quam verbo descriptam comendavit ac persuaserit, in sola deniq; Vrbe Romana, Orbis Principe, illud effecerit: *Vt omnes Ecclesiæ Titulatæ atq; Collegiatæ* (Verba Raulini spectatissimi Parisiensis olim Doctoris sunt) *Monachales factæ sint; quin imo, Beati Petri Ecclesiæ, tribus cum Monachorum Collegiis, & eorum frugi vita adornaretur, &c.* Anplexus (sub ipso, verosimile est, superflite etiamnum BENEDICTO Patre) cucillum & Regulam, Silverius Hormisdæ ante Pontificatum filius, persuadente indubie patre, certè approbante, è Cænobio postea ad summum Orbis Pontificatum evehctus, eundem mira magnanimitate gubernavit, & à morte Martyribus accenseri, & solemni item atq; anniversaria memoria toto terrarum orbe celebrari meruit. Cæterum Hormisdæ multo nomine noster, de universa Republ. Christiana præclarissimè meruit, & saluberrimo Instituto diversissimis quibusque Regnis sollicitè consulens, varia passim Concilia celebrari jussit. Orientem quantis poterat ingenio & conatibus S. Romanæ Ecclesiæ adungere laboravit, in omnibus deniq; fortem se paternarum traditionum & antiquæ fidei custodem præbuit, rerumq; gestarum gloria etiam in terris immortalis, relicta corporis sarcina virtutum ingenti thesauro locuples cælum immigravit A. Ch. 523. *Ex Obiit 523. MSS. diversis, communicatione eruditorum, de quibus proximus to. 2. Raulino cit. ex parte, Andr. Bamberg. Iepes. Const. Cajet. tomo de Vita S. P. N. &c.*

Memoranda res! **Silverius de in Papa sit Monachus.**

Martyr.

Concilia plura celebrata.

S. Thomas Mon. Mart. 119.

Sacrilegis Christianis caditur.

ut salutis suae consulere, quaquaversum diffugerent, solus Thomas vir pius, & infraacto ad mortem animo, stationem suam deserere noluit, & ne pedem quidem, ullis persuasionibus, à Monasterio suo movere. Eum proinde hostes Galli deprehensum, magnis minis terroribusque urgebāt, ut thesaurū atque ornamenta Ecclesiae proderet. Qui cum adeo illis non acquiesceret, ut severis insuper verbis sacrilegos ipsorum ausus castigaret; ab illis vehementer irā inflammati jugulatus est, Nonis Aug. Quem Deus variis & insignibus post mortem miraculis nobilitavit. A. C. 1295. *Ex Nicolao Harpsf. Capgravo, Menard. &c. t. 2. SS. &c.*

In patria Lutzenburgensi Beati Iezelini Eremitae, Monachi sacratissimae Congregationis nostrae Cisterciensis, viri in diebus suis magni & miraculorum gratia gloriosi. *Menol. Cist. Chryf. Henr. t. 2. Sanct. Ord. Annal. German. nost. &c.*

In Monasterio Campensi Ruthenico, Beatæ Praxedis Imperatricis Augustae, viduae & Abbatissae. Praxedis Iarislai Ruthenorum sive Russorum Regis filia, Henrici IV. impii Imperatoris conjux sanctissima, cum à sceleratissimo Principe, tanquam Sac. Rom. E. addictissima, vitaque & moribus dissimillima marito, omni contumeliarum genere affecta esset atque ludibrio habita, in Italiam sese recipiens, à Beato Urbano II. Pont. Max. perbenigne suscepta, religiosè instituta, & gratia potius Regis, quam mortalis & scelerati amorem exambiret, solidasque vitae Monachicae delicias degustaret persuasa, in patriam suam Russiam secessit, ac ibidem totam Deo se consecrans, in Campensi Cœnobio cucullum amplexa est. Expertam non multo post Servitutis Christi dulcedinē, de virtute in virtutem, summa spiritus alacritate progressa, cucullo longè Augustior Illustriorque quam purpura exsplenduit; tantisque virtutibus excelluit, ut Christi sponsa postea praefici, & Sanctorum post mortem agminibus conjungi meruerit. Eam San-

ctarum Catalogo adscriptam Arnoldus Duac. affirmat. Claruit A. C. 1093. *Annal. Clav. 1093. Germ. nostr. Aquila Bened. Iepes, Trith. Carol. Sigon. Alb. Abb. Stad. t. 2. SS. &c.*

In Anglia Comemoratio plurimorum Monachorum sanctitate illustrium, qui in Monasterio celebri Scardebourg tam in vita quam post mortem miraculis claruerunt, & summa devotione à populo colebantur. *Menol. Cister. Chryf. Hen. &c. t. 2. SS. &c.*

Wormatiæ in Germania Venerabilis viri Adalberonis sive Adalberti ejusdem civitatis Episcopi. Adalbero Illustrissimo Rheinfeldensium Comitum natus genere, Rudolphum Alemanniae magnum Ducem, dein Caesarem, fratrem germanum habuit. Sed contemptu generis, opum, deliciarum, longè gloriosior, pauperibus Christi accenseri posse in potissimis habuit, & in Divi Galli Helvetiae Archist-

erio cucullum amplexus, eam effulgit vitae dignitate, ut inde demum extrahi, & ad Cathedralam Wormatiensem evehi meruerit. Fuisse obeso admodum & grandi corpore monstro penè similem, verum sobria admodum mente, & sanctitate vitae conspicuum, scriptores Germaniae memorant. Praefuit quinquennium solum, summa cum fidelium utilitate, Zelo Apostolico, non solum verbo, sed & exemplo, oves sibi creditas Christo lucrari fatagens. Mortuus est A. C. 1070. ac sequenti Epitaphio honoratus:

*Firmus Adalbero, sincero pectore civis
Vangiones docuit corde tenere fidem.
Sic securavit, populi sic pectora pavit,
Vt superi moriens iret ad astra Poli.*

Ex Constantiae nostrae Benedictae to. 3. *Clar. 1058. ad annos Christi 1065. 1070. &c. Aquila &c. Bened. t. 2. Sanct. Annal. nostr. Benedict. & German. Chron. Vorm. Democh. Arn. Duac. Bruschio, Manlio, Chron. Sangall. MS. &c.*

SEPTIMO IDVS AVGVSTI.

VII. Augusti.

B.

S. Ebbo Archiep.

Illustrissimum genus.

IN Gallis, Monasterio Sancti Petri Vivi depositio Sancti Ebbonis Archiepiscopi Senonensis & Confessoris. Ebbo, Obbo, Albo sive Abo Comes Tornodorensis illustrissimus, nobilitatem generis, servitute Christi, splendorem vestium, cuculli utilitate mutans, Monachum in S. Petri Vivi Cœnobio apud Senones induit

cujus postea Abbas factus, tanta virtutis fama celebratus est, ut summis omnium votis, Urbis ejusdem Archiepiscopus designatus, à dulcissimo contemplationis studio, ad labores Ecclesiae raptus, summo cum honore eidem praefuerit. Cujus labores Deo, etiā in hac vita renumerās, conatibus ejusdem successus felicissimos dedit, ipsumque & in

Obiit 750.

S. Valentinian.

Discipulus S. P. N.

Humilitas & obedientia.

Quantus evaserit?

Lateranensis Abbas.

Mortuus 590.

S. Sigebert. Rex.

& in vita & post mortem illustribus commendans miraculis, gloria & honore coronavit. Decessit sanctissimè magnus hic Senonensium Pontifex sub An. Ch. 750. cum Ecclesiae & amplissimae provinciae annos quindecim, aeterno cum fructu atque ornamento, religiosissimè praestitisset, quem tamen nonnulli 6. Cal. Sept. decessisse asseverant. *Chron. Senon. Robertus Antistod. Ioan. Chenu, Belforest. Democh. Trithem. Claud. Rob. Odovanus, t. 2. SS. Ord. Annal. nost. &c.*

Romae Sancti Valentiniani Abbatis & Confessoris. Valentinianus, in principe & sanctissimo Casinensi Cœnobio Monachum professus Magistrum, *Iustorum omnium spiritu plenum*, ipsum sanctissimū Patriarcham nostrum BENEDICTUM habere meruit; cujus institutione tantum profecit, ut ipsum, illustrissimo sanè titulo, *Sanctissimum*, pari sanctitate & felicitate collega Sanctus Faustus noster haud immerito appellaverit. Commendatur à praecipua vitutum omnium radice eximia humilitate, & fundamento Monachicae perfectionis, Obedientia, à singulari denique Admirabilis Patris erga ipsum dilectione; cujus ipse per omnia filium minimè degenerem se probare conatus, tanti Patris exemplo vitam & mores perfectè composuit, & quotidianis progressibus, ad rarissimae perfectionis sublimitatem felicissimè conscendit. Quantus autem evaserit, vel eo satis constat, quod ipsum praecipuo in Romana urbe Lateranensi Monasterio, sibi etiamnum superstiti Sanctissimus Pater noster succedere voluerit, & è tanto lectissimorum discipulorum numero, quem perfectionis Monachicae exemplar praestantissimum Vrbi & Orbi praeponebat, & dignissimū judicavit. Praefuit & Lateranensi, & plurimis per Romanam Urbem tam virorum quam Virginum Cœnobiis, ad usque Magni Gregorii nostri, sibi etiam familiaris tempora, cui & de sanctissimi Legislatoris & cognati praclare gestis multa enarravit, & Magnum Doctorem, perfectissimo suo vitae exemplo vehementer accendit; & tandem, ingentium meritorum copia locuples, Beatissimi Patris in caelo confors est factus, cujus in terris & arcanorum conficior, & admirandae sanctitatis imitator fuit studiosissimus. Obiit senex sub A. Ch. 590. aliis autem 600. *Ex tomo de gestis S. P. N. Trithem. Iepes. Monim. Casin. &c.*

In Anglia S. Sigeberti Regis & Martyris. Sigebertus Anglorum Orientalium

Rex celeberrimus, multis nominibus de Regno meruit, eoque in primis, quod liberalium artium propagator praecipuus, viros eruditione praestantes, maximis impensis evocavit, & praecipua post res Divinas felicitate Angliam beans, publica literarum studia instituit, atque Universitatē, ut vocamus, celeberrimam Cantabrigiae condidit. Neque hoc solum, verum ante omnia alia, adductis virorum Apostolicorum coloniis, fidem Christi latissimè propagavit, inanium Deorum cultū, & quidquid superstitionis apud eas gentes vigebat exterminavit; dignis denique Rege tanto virtutibus & factis, omnium sibi animos conciliavit. Tandem Regni & mundi pertaxus, admirantibus universis, Christū in cruce nudum nudus sequutus est, & Regum delicias in duram & asperam Monachorum vitam commutavit; quam in Cœnobio nostro Cnobersburgensi professus, gloriosissimo postea sine coronavit. Cum n. Penda Merciorum Rex, Christiani nominis hostis juratissimus, numeroso cum exercitu in fines Anglorum Orientalium irruisset, Egricumque Regem graviter premeret, illi inferiores se conspicati, Sigebertum è Monasterio eductum, ut sua praesentia militum animos confirmaret, copiis praefecerunt, qui de Cœnobio egredi compulsus, ne religiosi instituti reverentiam ullo modo violaret, eodem habitu, quo in Monasterio usus, solam tantum manibus virgam praeferebat, exercitū moderatus, cumque hoste, pro patria & Religione congressus; permittente Numine, fuso ab infidelibus Christianorum exercitu, ipse quoque cum Egrico Rege trucidatus, glorioso Martyrio victor ad triumphos felicissimae aeternitatis evolavit A. C. 652. Regni sui 17. *Matth. Vvestmonast. Eduard. Mayhevo, Beda, Polid. Virg. Arnold. Duac. Iapef. t. 2. SS. Ord. &c.*

Eodem die S. Theuzzi Abbatis, discipuli S. Ioannis Gualberti. Fuit hic Abbas Monasterii Sancti Pauli & Razzolo, vir & vitae sanctitate, & eruditionis laude clarissimus. Scripsit inter alia vitam Sanctissimi Magistri sui Gualberti, & Commentaria in Regulam Beatissimi Patris nostri BENEDICTI, obiitque A. Ch. 1095. sepultus in Cœnobio suo Sancti Pauli. *Ex Chron. Vallumbros. t. 2. SS. Annal. nost. &c.*

Patavii depositio Sancti Iordani Abbatis Sancti BENEDICTI Novelli, & Confessoris. Hic generosa admodum familia Forzzateā natus, in S. P. N. militiam adscriptus, strenuè contra mundum, carnem, & in-

Universitatem Cantabrigiae condidit

Profligat Idololatriam

Fit Monach.

Praesse exercitui cogitur.

Martyr occumbit.

A. C. 652.

S. Theuzus Abbas.

Obiit 1095.

S. Iordanus Abb.

Capitur. & inferos depugnavit. Prior primum, dehinc Abbas electus ab impio illo Ezellino Tyranno injuriis appetitus, atque in Castello Sancti Zenonis detentus, clam demum effugiens, incognitus Venetias adiit, ibique sanctitate clarus, religiosissimus exul piè in Domino obdormiit. Cujus sacrum corpus, liberata patria, Pataviu relatum, & condigno honore reconditū, ipse vero pro meritis Sanctorum numero adscriptus est. Decessit vit sanctus A. C. 1228. *Bernard. Scardeon. Hist. Patavin. Arn. Duac. t. 1. SS. Ord. Annal. nost. &c.*

B. Anselph. mon. In Gallia Beati Anselphi Monachi Claravallensis, quem Dominus in benedictionibus dulcedinis, in ipsis conversionis suæ primordiis misericorditer & mirabiliter prævenit, & multis charismatum donis divinitus illustravit, & ipse Rex Angelorum Christus Dominus se ei videntum exhibuit. Quem cum Beatus vit humiliter adorasset, tam pro se quam pro alio Religioso in conversione & probatione socio Salvatoris benedictionem obtinuit. Qua spiritus ejus supra modum roboratus, & tanquam strenuus miles in sancto vitæ Monasticæ agone viriliter perseverans, sancto fine obdormivit in Domino. Claruit sub initia celeberrimæ reformationis nostræ Cisterciensis, *Liber de initio Ord. Cist. Barnabas de Montalbo, Menolog. Cist. Henr. tom. 2. SS. Ord. &c.*

B. Mafalda Regina inventio. In Lusitania inventio Beatæ Mafaldæ Reginae & monialis, miraculorum gratia

illustrissima. Fuit Mafalda Sancii primi Lusitanæ Regis filia, Alphonfi II. soror, Henrici primi Castellæ Regis uxor, Monialis demum Aroquensis, cujus sacrum corpus, post annos ab obitu trecentos viginti septem hac ipsa die anni millesimi sexcentissimi decimi septimi, de mandato Philippi III. Hispaniarum atque Indiarum Monarchæ, à Martino Alphonso Mexia Episcopo Lamecense, in augustiorem transferendum locum, elevatum, repertum est incorruptū, adeo quidem, ut cum nullo unguentariæ artis subsidio delibutum fuisse constaret, facies tamen colore tam vivido floridoque appareret, ac si eadem ipsa hora vivere desisset. Accessere præfente Episcopo Divinæ virtutis non pauca miracula, quæ idem omnia, ut & alia longè ante sacri corporis elevationem patrata, suâ Pontificia, aliorumque probatissimorum testium auctoritate confirmata, ad Regem Catholicum remisit. Insigne illud: quo, dum sepulchri referaretur moles, mira odorum suavitate fragrasse templum, quotquot aderant, constantissimè confirmabant. Nec defuere, qui cælestem Angelorum harmoniam, & festivam gratulationem, audivisse se contestati sunt; cum tamen, ut magna adhibita diligentia compertum postea fuit, neque musica pulsaverit aliquis instrumenta, neque cecinerit. *Antonius Vasconcellius in Sancio Lusit. Rege, Chrysoft. Henr. Annal. nost. Bened. t. 2. SS. Ord. &c.*

SEXTO IDUS AVGVSTI.

VIII. Augusti.

B. Altmannus Episc. Patavii in Germania, depositio Beati Altmanni Episcopi, miræ simplicitatis & frugalitatis viri, miraculis clar. Altmannus illustrissimo Putinensium sive Wittinensium Ducum natus genere, ex Colonienfis & Aquisgranensis Cathedralium Ecclesiarum Canonico ac Præposito, S. Ioannis, Magdeburgensis Cænobii Monachus, cū & generis, & eruditionis præstantia, nec nō virtutis opinione ac fama, maximis Principibus esset charissimus, ad Pataviensem postulatus Cathedraliam, cum tunc absens, in Palæstini sacra loca inviseret, inde reversus, invitus licet ac reluctans suscipere tamen id muneris & honoris coactus est. Præfuit varia fortuna annis viginti sex, maximis & firmissimis S. Romanæ Ecclesiæ columnis accensendus, eo imprimis nomine, quo amantissimi cæteroque & benevolentissimi Cæsaris Henrici

IV. favorem non solum & amorem neglexit, sed & Schismaticum execratus, vitæ ac bonorum omnium discrimen, Romanæ sedis causâ, libenter adiit, eaque tã illustri de causâ proscriptus & exul fuit. Nec minore gloria, dum Clerum reformare satagit, presbyterosque à consuetudine conjugum abstinere præcipit, caput suum, pro tuendo Christi honore, insigni magnanimitate objiciens, vix procerum eorundem opè concitatisimorum in se vim atque furorem evasit. Exul, in Saxonia primum, dein Westphalia subsistens, cum Clericis universis superiore ex causâ odio esset, aliis interea in Cathedraliam intrusis, Româ concedens, illic de novo, contra Tyrannos declaratus Patavienfiu legitimu Pontifex, multis Privilegiis auctus, & Legatus insuper Pontificius per Germaniam designatus est. Reversus in Au-

Pater Monachorum. in Austriam, vitæ reliquum in reformandis atque excolendis, quæ vel de novo condiderat, vel struxerat, sive etiam locupletaverat, Cænobiis exegit; Cremiphansense, Sancti Hypoliti, Sancti Floriani & alia, pulsus uxoris Monachis & Canonicis sacro rigori restituit. Pauperum, etiam in exilio, diligentissimam curâ habuit; quorum (integris etiamnum rebus,) multa interdum millia, stupenda & Pontificia, imo Regia munificentia, pavit. Patavienfis Episcopatus Ecclesias, quas rudischemate ligneas reperit, velut Augustus Romam, lapideas & splendidas moriens reliquit. Mortuus A. C. 1091. sive, ut alii volunt 1092. sepultus est in Cryptâ Gottwicensis Monasterii à se fundati, miraculorum insigni gloria à Numine post mortem illustratus. Fundavit, alia inter etiâ Cænobium Sancti Nicolai extra muros Patavienfes, multo nomine, de Monachis, Cænobiis, Clericis, pauperibus, civibus Ecclesia univèrsa meritissimus. *Ex Annal. Patav. VVigul. Hund. Annal. nostr. Germ. & Bened. nec non Aquila nost. Benedict. t. 2. SS. Ord. &c.*

Merita ejus Bourdegalis depositio Sancti Moimoli Abbatis & Confessoris. Moimolus Floriacensis sanctissimi & felicissimi Cænobii Monachus, & pro meritis eximiis Abbas, tanta sanctitatis absolutioris fama inter perfectissimæ notæ, & maximæ frequentia Monachos effulsit, ut longè celeberrimus passim haberetur. Ejus celebritate pellectum gloriosissimum illum Christi Martyrem Aigulphum Christo & S. P. N. BENEDICTO nomen dedisse, ex antiquissimis & fide dignissimis scriptoribus constat, fuitque is ipse Moimolus, tanti ab Admirabili Patre & Patriarcha nostro factus, ut dignior, qui sacras ejus exuvias è ruinis Casinatibus vindicaret, nemo haberetur; edoctus nimirum cælesti monitu, misso Aigulpho tantum thesaurum ad tutiora transferens, ut eo dum posset, dignè & reverenter uteretur. Profectus est Moimolus sub vitæ finem, extremam in Hispaniâ, voti reus ad sepulchrū Sancti Jacobi, indeque revertens, cum Burdigalem venisset, in Monasterio Sanctæ Crucis ibidem spiritū reddidit Creatori. Claruit sub Ann. Christi 650. *Ex Annal. Aurel. Bibl. Floriac. Iepesio, tom. 2. SS. Ord. &c.*

S. Mommius Abbas. Gallefii in Italia Sancti Famiani Monachi & Confessoris. Famianus, olim Quardus, sive Quadrus, Coloniam Agrippinam patriam, Gothscalcum pa-

trem, matrè Guimaram habuit, à famæ postea celebritate Famianus appellatus. *Famianus à Adolefcens pietatis officia maturè colere fama.* cœpit, suisque facultatibus in pauperes erogatis, relicta patria Romam venit, ut loca sancta visitaret. Per Italiam sexennio peregrinatus, præcipuis quibusque ob sacros cineres locis, religiosissimè visitatis, Compostellam usque ad sacrum magni Jacobi corpus venerandum excurrit. Inde in Syriam profectus Sepulchrum Domini nostri aliaq; Palæstinae loca summo devotionis affectu perlustravit. Eremiticam postea sub sacra Cisterciensium nostrorum reformatione vitam sequutus, in ea triennium exegit, sumisque rigoribus corpus exerucians spiritui subdidit. Tum ad SS. Cosmæ & Damiani Cænobium se conferens, solis pane, herbis, & frigida, totos viginti quinque annos vitæ toleravit; & tum demum, tamdiu probatus atque exercitus, vitæ Monasticæ rigorem solemniter professus est. Nec multo post de superiorum licentia Romam iterum veniens, Eugenio III. Pont. Max. Galesij Faliscorum oppido, inter Fesceniam & Hortanum sito substitit, fontemque ferventissima ætate, primo adventu suo, ex silice virga percusso, mirabiliter eduxit. Paucis post diebus in morbum incidit, ex quo cum decedendum sibi intelligeret, loco ubi humari vellet designato in Domino 6. Idus Augusti A. C. 1150. ætatis suæ sexagesimo, cum admirabili sanctitatis fama atque exemplo Italiam, Hispaniam, imo orbem terrarum univèrsim implevisset, & insigne atque æternū decus Sanct. Matri Ecclesiæ conciliaffet. Quem miraculorum gloria illustrissimū quarto post obitum anno Hadrianus IV. Pont. Max. in Sanctorum numerum retulit. Extat Galesij Basilica ejus nomini dicata, cui, rarissimo, ad comendandam tanti Tutelaris sanctitatem, beneficio, eadem Indulgentiæ, ut vocamus, quæ S. MARIE Angelorum apud Assisium, à Summis Pontificib; concessæ sunt, eo quotannis, innumeris ad diem Festum ex finitimis populis confluentibus. Claruit deinceps etiam perpetua miraculorum gloria, cujus effigies Romæ sculpta circumfertur, cum hoc Epigramate: *Claudius adest firmus, cæcus videt, utitur aure*

Surdus, ab obsessis spiritus ater abit. Celebratur & in hodiernū usq; diem frequenti populorū cōcurfu fons ille, de quo supra, prodigio, pperuis deinceps sanitarū beneficiis

Peregrinatio.

Fit eremita.

Monachus

proficitur.

Fons prodigiosus.

Obiit 1150.

Canonizatus

Indulgentia permaxima.

Miracula.

A. 1617.

Incorruptio.

Miracula

Mira fragrantia.

Cælestis musica.

In exilium agitatur.

Legatus Pontificius

declaratur.

Tutelariorum. beneficiis salutaris; ut haud immerito de se longè meritissimum Famianum Gallefianum & finitimi Advocatum, Propitiatorem & Tutelarem sibi principem adoptarint. *Philipp. Ferrarius, Aubertus Miraus, Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. Ann. Ord. &c.*

B. Vltanus. In Anglia Beati Vitani Monachi & Confessoris. Vltanus natione Scotus, Monasterii Sancti Petri apud Lindisfarnu Monachus, juratus otii hostis fuit, & digno ac convenientissimo Monachis labore delectatus, sacros ad usum Cænobii codices exscribere consuevit. Vir fuit singularis pietatis. Ejus autem quanti laborem manumq; fecerit, insigni à morte miraculo Deus manifestum fecit, cum aliquot post obitum annis ossa ejus è loco suo eruerentur. Manus namque defuncti fratri cuidam ejusdem Cænobii periculose ægrotanti admota, solo contactu

suo prodigiosè medica, insperatâ homini reddidit incolumitatem. *Ex Ethelwolpho, Nicolao Harpsfeld. Angl. rer. script. 10. 2. SS. Ord. &c.*

In Gallæcia Beati Rogerii primi Prioris Meyerensis. Fuit hic Melliflui Bernardi nostri lectissimus discipulus, & ex Gallia in Gallæciam cum S. Vitale missus, totam illam provinciam sanctitatis exemplo mirabiliter illustravit, quorum insolito vitæ rigore rapti in admirationem incolæ, mirè mutati, & Divinarum rerum studio incensi sunt, adeo ut præter ingentem cæterorum frequentiam viginti & amplius Comites ac Principes potentissimi, sæculum ibidem ejurarent & cuculum amplecterentur. *Claruit Rogerius An. Ch. 1150. Menolog. Cist. Henriq. tom. 2. SS. Ord. &c.*

B. Rogerii Prior.

Ch. 1150.

QVINTO IDVS AVGVSTI.

IX. Augusti.

D.

S. Hugo Episc. IN Anglia depositio Beati Hugonis Eliensis Episcopi & Confessoris, sanctitate & doctrina clarissimi. Hugo, cognomento Balsamus, ut *Balsamum aromatizans, in Ecclesia Dei, dedit suavitatem odoris.* Monachum professus in celebri Cænobio S. Edmundi, ob insignè ingenii acumen, raram vitæ integritatem, sed & in rebus gerendis dexteritatem, Abbas electus, post annos præfecturæ ejusdem quatuordecim, ad Eliensis Pontificatus Cathedram evectus. In eâ non solum subditis profuit, sed speculum sanè Episcoporum omnium effulsit. Suas, non aliena, sed propria & pervigili cura, oviculas pavit. Verbo (ut erat eruditissimus juxta ac sanctissimus,) & exemplo sanctissimè præfuit; pauperes, ut filios adamavit, & hospitalitatem, ut Abbatem decuerat, dignissimè coluit, merito suo longè illustrissimis & gravissimis titulis, à rerum Anglicarum scriptoribus celebratus: *In cujus obitu, inquit, flos nigrorum obiit Monachorum, quia sicut Abbas Abbatum in Anglia extiterat, ita & Episcopus Episcoporum coruscavit.* Idem, mirum: quanta auctoritate, Regi sui cæteroquin amantissimo, pro libertate Ecclesiastica sese opposuerit, quanta insuper pro eadem causâ persequus, injuriarum tamen omnium profusus imemor, quanta in inmerentissimâ eundem beneficia contulerit. Mortuus est A. C. 1254. cum prius Ecclesiam Cathedralē, veteri & cognato nostris more,

incredibili sumptu & magnificentia à sese extructam, insigni cum Regis ac procerum gratulatione dedicasset ac consecrasset, & palatium Episcopale decenti structura exadificasset. *Matth. VWestmonast. Polid. Virgil. Iepesius, Arnold. Matth. Paris, Annal. nost. Bened. t. 2. SS. Ord. &c.*

Rothomagi Sancti Maurilii Episcopi & Confessoris. Maurilius sive Mauritius, Rhemis natus, nomen tamen a genus Moguntia trahens, Monachum Florentino in Cænobio professus, ejusdem postea Abbas creari meruit. Verum disfluentibus tunc temporis morum & vitæ licentiâ eo in Monasterio Cænobitis, cū intra limites Regularis disciplinæ continere, nec tam verbo solo, quam exemplo insuper eos lucrari satageret, extremum vitæ discrimen adiit, ita ut veneno tollere, optimè de se meritum Patrem impij decernerent. Quod rescians Maurilius in Normanniâ secessit, & in celeberrimo Fiskanensi Cænobio receptus, Fratrumque numero adscriptus, cum eximia ibidem floreret vitæ sanctitate, Cænobio eductus, ad Archiepiscopalem Rothomagensis Ecclesiæ Cathedram evectus est, in qua ingentibus se meritis comendans, alia inter spectatissimam illam Metropolitanam Ecclesiam condidit, absolutamque nono regiminis sui anno insigni celebritate & confluentis populi gratulatione consecravit A. Ch. 1063. Fuit à plurimarum virtutum sed rara in primis abstinentiæ

S. Maurilii Archiep.

Abbas quælis.

Ecclesiam Cathedralē condidit.

tix laude comendatus. Decessit felicissimè A. C. 1066. cumque jam sacrum ejus corpus lugubres inter questus ad Ecclesiam deferendum esset, attonitis rei miraculo universis, subito reviviscens, in ista erupit: *Attenti, inquit, animo estote, ultima pastoris vestri verba excipientes, &c.* recitatisque quæ in altera illa vita viderat, deque decretis sibi Paradisi gaudiis suos certos reddens, solo aspectu & terribus dæmonum, levia sibi quædam peccatilla, quæ in confessione exponere neglexisset, expianda fuisse significavit. Deniq; *quia jam delectat, inquit, in Domino soporari, felicissimo sopore, cum dicto, in Domino obdormiit, tuosque de felicitate pastoris sui lætos, de tua sorte sollicitos, at sedulos reliquit.* Ex Guillelmo Gemet. Orderico Vitali, *Guil. Malmesbur. Hugone Menardo, t. 2. SS. Ord. &c.*

B. VVallenus In Scotia Beati Walleni Abbatis Meylrosensis, genere & virtute illustrissimi. Wallenus Hunginthoniæ Comes, Malcolmi & Guillelmi Scotiæ Regum avunculus, patre Simeone natus est, Maethilde matre, Eboracensis Principis Northumbriæ Comitissæ filia, quæ alteris nuptiis, Simone mortuo, Davidem Scotiæ Regem maritum meruit. Fuit bellissimum Walleno ingenium, adeo, ut *in verbis & moribus, inquit vitæ scriptor, saporem spiritualis suavitatis omnibus exhiberet, & pio furto Regnum celorum latrocinari videretur: quia virtutes suas, & revelationes sibi divinitus ostensas, & miracula patrata occultare semper nitebatur.* Sæculum postea in Monasterio Cathedrali Wigorniensis ejurans, speculum sanctitatis in oculis omnium fuit, & Sacrista primum sive Custos, dehinc Prior eligi meruit. Replente a. orbē sacra Cisterciensium nostrorum fama, strictiorem Regulæ observantiam amplexus, Vbardonensis primum Cænobii incola, dehinc Rievallensis fuit, donec inde ad Meylrosensis Cænobii regimen extraheretur. Corpusculum suum durissimè habuit, virgarumque acerbissimis plagis, copiosum sapius sanguinem elicit, atque excussit. Verus pauperum pater extitit, in quos profusissimus, liberalissimum jugiter Numen & ipse expertus est. Bladum modicum quod vix in hebdomades binas sufficeret benedicens, ita multiplicavit, ut non fratribus solum sed & quatuor pauperum millibus, & quidem per tres mentes abundaret. Sic recentes & prodigiosi panes Fratribus quandoque appositi sunt, cum singuli

VValleni rogatu, famis tempore, suum quisq; panem medium, in pauperes erogandum scidisset; quin & sportula deinceps ad messē usq; indeficiens fuit, atq; insuper granaria omnia frumento plena reperta sunt. Alias item cum hospites plurimi occurrerent, modica sportella exhauriri non potuit. Hospites tres simul occurrentes amantissimè exceptos, cum lotis juxta Regulam pedibus mensæ adhiberet, subitum tertius disparuit; nocte autem sequente Fratri cuidam vultu præclaro & splendido visus: *Ego sum, inquit, hospes ille hesterius, qui ab oculis vestris evanuit, hujus loci Custos à Domino constitutus. Eleemosyna & orationes Abbatis vestri, sicut fumus aromatum ascendunt in conspectu Domini.* Vix aut raro orationem sine lachrymis fudit, rarissimè sine fletu Missam celebravit. In Natali Domini sacris operaturus, puerum Iesum in manibus suis, corona aurea gemis stelliferis rutilante redimitum conspexit: qui sereno vultu, miro favore, blandissimo delicatissimarum manuum applausu caput & faciem ejus contrectans demulcebat, & quasi caput capiti, & os ori applicans, oscula crebrius imprimebat. Cælos inter orandum apertos vidit. Divina Redemptionis nostræ Mysteria, cælesti revelatione ad vivū expressa inter psallendum contemplatus est. Dæmonem, qui eum terrere conabatur, fugavit. Hydrapicos solo tactu sanavit. Equus, quo vir sanctus in itinere constitutus utebatur, conscendente & insidente ipso velut agnus mansuetus modestè se habuit; & cum aliquando famulus Dei præ debilitate ascendere non posset, equus genua flexit, & ventre terræ adhærens, latus versum Abbatem vertit, eoque excepto surgens illico recto gressu viæ insistit. Idem, si quando VVallenus dormire inciperet, leni admodum passu processit, & lutosam atq; lubricam declinans viâ, ne offenderet, planam atq; mundam elegit; ubi primum autem evigilasset celeri gressu antevertere reliquos studuit, cumque famulus Dei descendens abscederet, fremitu & vario membrorum motu dolorem testatus, eo mortuo mox & ipse expilatus, nulliq; aptus operi elanguescēs emarcuit. Digna VValleni vox illa, cum Archiepiscopus Sancti Andreæ in Scotia electus, honorem illum constantissimè rejecit: *Expoliavi, inquit, me tunica mea, quomodo inducam illam? Lavi pedes meos, absit ut iterum pulvere secularis sollicitudinis inquinem illos.* Decessit deniq; vir sanctus

Hospitalitas ejus.

Angelum suscipit.

Mirus Servatoris favor

Mira visio.

Equus Dorens, latus versum Abbatem vertit, eoque minū agnoscit.

Mira res.

Archiepiscopatum recusavit.

4000. paucis per 3. menses prodigiose.

plenus meritis Ann. Christi 1163. 9. Augusti, licet nonnemo pro secundo ejusdem mensis contendat. Fuit amantissimus Deiparæ, cujus favore insignem à morte gratiam filii suis impetravit. Vifus namque Fratrum cuidam in somnis: *Suffragante, inquit, Mediatrice Dei & hominum Sancta Maria Matre Domini, & precibus assiduis adjutus, omnibus quos sub cura pastoralis suscepi à Salvatore nostro vitæ æternæ beatitudinem impetravi. Si quis eorum negligentius vixerit, post ignis purgatorii emundationem ad calum transibit. Hoc, inquit, signum verbis meis fidem certam tibi parare potest: cras enim hora tertia, tres Fratres portam intrabunt, qui eodem ordine quo intraverint à seculo migrabunt. Quod factum visionis veritatem comprobavit. Anton. Gentius in vita, Henric. Fascic. Sanct. & Menol. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Augia Divite, depositio Beati Simeonis Achaici, cognomento Peregrini, Monachi ibidem & Confessoris. Hic illustrissimus in Græcia Dynasta, primus magnatum aulae Constantinopolitanae, belli Imperator supremus, & unius provinciae Dux, Princeps Victoriosissimus, æternum apud Græcos rebus fortiter & præclare gestis sibi nomen ac decus peperit. Invidorum autem æmulatione apud Augustum delatus, & fortunæ successibus suspectus, evocatus instructissimam secum classem adduxit, & consternato Imperatori, relicta classe solū se stitit. Iustus duello innocentiam probare, mirè triumphavit. Inde pbator spectatiorq; nimios fortunæ favores suspectos, mox exosos habuit, & simulata venatione, cursu vario milites & palatinos ludens, celeri demum fuga sese surripuit. Incidens in leonem cum dracone colluctantem, ac jam jam superandum, draconem aggressus gladio confecit, leone servatorem suum grata significatione aliquandiu prosequente & comitante. Triennium totum, contemplationi & orationi deditus, in antro quodam deserti delituit. Cum autem Regularis disciplinæ amore accensus Palæstinam inviseret, cucullum Hierosolymis amplexus, ob vitæ paulo post meritum, à Patriarcha Cænobio cuidam præfectus, una insuper ex hydriis illis donatus est, quas primo in Cana Gallilææ miraculo, Christus Dominus prodigiosè vino repleverat. Eam postea furto sublatam adeo doluit, ut peregrinatione suscepta,

quærere toto orbe statueret, illic demum in DEI servitio vitam exacturus, ubi tam charum thesaurum reperisset. Reperit demum in Augia Divite, à *In Germaniam venit.* potentissimo quodam Principe Hatthoni Augiæ Abbati Cæsaris Legato oblatâ, quod ipsum inter & Galliæ Regem pacem conciliaffet. Ibi in Collegium Monachorum pro voto admissus, vitæ Monachicæ rigore ac perfectione inter præcipua Augiensium decora enituit, & plenus Ob. 910. dierum ibidem demum sancto fine decessit sub An. Ch. 910. *Ex MS. Aug. R. P. AEgonio loci Priore, t. 2. Constantia nostr. Bened. &c.*

Romæ in Monasterio Sancti Andreæ Beati Ioannis Monachi. Fuit hic egregia vitæ sanctitate illustris, & profundissimæ in primis humilitatis laude celebris, à Deo autem præter cæteras gratias, Prophetiæ spiritu donatus, quo multorum Cænobii ejusdem Monachorum, & Lucidi Ficuleni Episcopi mortem disertè prænuñciavit. *Ex Ioanne Diacono, Hugone Menardo, t. 2. SS. Ord. &c.*

In Hispania Beatæ Vrracæ Abbatissæ. Hæc ex nobili familia de Sarmiento oriunda, æternum decus egregia vitæ sanctitate generi suo conciliavit, & condito à se in honorem Deiparæ Virginis Cænobio de Renuzo sese includens, ejusdem prima Abbatissa effecta multis laboribus, & diebus consummata, animam conditori suo cum gloria tradidit. *Philippus Sequinus, Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Belnæ in Æduis B. Hervæi Abbatis. Hervæus sive Hernæus Nobili genere natus, ab infantia sacris litteris & monasticis disciplinis institutus, pro eximiis postea vitæ meritis Celsiacensi Cænobio Abbas præfuit, quod sanctissimis vitæ exemplis illustrissimum reddidit, & magna miraculorum gloria mirificè effulsit, quæ inter Clotharium Regem cum hospitio excepisset, nec vinum sufficeret, modicū grandi miraculo auxit, & tam Regem, quam omnem ejus comitatum prodigiosè refecit. Demum meritis affluens vita excessit, à morte non minus quam in vita miraculorum signis & fulgoribus illustratus. Claruit sub Ann. Chisti 600. *Res. Gall. Script. Car. Sauff.*

•(o)•

QVAR-

E.

X. Augusti.

S. Hugo
Episc.

Antifiodori depositio Sancti Hugonis Episcopi & Confessoris. Hugo de Castro Montis-acuti territorii Cluniacensis oriundus Monachum in Sancti Germani Parisiensi Cænobio primum professus est, ejusdem postea loci Abbas electus. Fuit illustrissimo natus genere, Princeps Samurensis, Magni Cluniacensium Abbatissæ Sanctissimi Hugonis nepos, cujus ut nominis hæres sic sanctitatis strenuus æmulator extitit, pro eximiis vitæ meritis Cænobio extractus, & ad celeberrimi Pontificatus Antifiodorensis Cathedram evectus, quæ eximia probitate, industria, & dexteritate sanctissime gubernavit, & excoluit. Devinxit æterno sibi merito Cælitum Imperatricem, & Sanctissimum Patriarcham nostrum BENELECTUM, quorum dilectissimam Cisterciensem Novellam Congregationem omni studio fovit & promovit, ob insignem sanctitatem, & eruditionem, æterna apud posteritatem omnem memoria celebrandus. Moriturus, circa nonam diei horam convocatis Fratribus: Fratres, inquit, charissimi, horas diei quæ supersunt, quas debemus Domino persolvamus, quia horis finitis, in Domino obdormiam & requiescā. Cantatis proin Horis & Completorio finito, vitæ quoque vir sanctus, ut prædixerat coplevit & ad felicè immortalitatem transiit, ubi Abbas fuerat digno cum honore est conditum, Ann. Christi 1137. aliis 36. Aimoin. Claud. Rob. Ioan. Chenu, Trith. Chron. Hirsaug. Demochares, &c. to. 2. SS. Ord. &c.

Princeps Samurensis.

Fuit Episc.

Deiparam demeretur.

Obiit 1137.

S. Ceolulphus
Rex.

In Angliâ depositio Sancti Ceolulphi Regis & Confessoris. Ceolulphus Northumbriæ in Britannia Rex XVII. is cui Venerabilis Beda noster suam inscripsit historiam, cum octennio regnasset salutari pompæ regis ac honorum fastidio, rerū autem cælestium & æternarum amore tactus, adeo vitæ Monachicæ desiderio exarsit, ut stupentibus universis, florentissimo rerum statu, diadema, purpuram, imperium abjecerit, & in Sancto Lindisfarnensi Cænobio cucullo se regens, votis emissis, Christi suavissimo jugo, magno sui contemptu neglectuque, sese emancipaverit: tantus paulo post factus, ut sicut in mundo, regia & summa effulsit dignitate, sic in Cænobio miranda exsplendesceret

Fuit Monach.

vitæ sanctitate. Cujus vel à morte quidem miracula, quæ ad tumulum ejus fiebant innumera, quanti apud Deum meriti fuerit, luce clarius manifestant. Claruit An. Ch. 737. *Ex Contin. Ven. Bedæ, & contin. Epit. Matth. VVestm. Eduardo Meyhevo. Arnolde Duaceno, t. 2. SS. Ord. & Annal. nost. Bened. &c.*

Lisnori in Hibernia Sancti Malchi ejusdem civitatis Episcopi. *Hic erat, inquit Sanctus Bernardus Abbas, senex plenus dierum & virtutum, & sapientia DEI erat in illo: natione quidem Hibernus, sed in Angliâ conversatus fuerat habitu & proposito Monachali in Cænobio Wintoniensi: de quo assumptus est in Episcopum Lesmor civitate Mummonia, & ipsa nobiliore inter cæteras Regni illius. Ibi tanta ei desuper collata est gratia, ut non modo vita & doctrina, sed & signis claret. Alia inter: puerum mente captum, ex iis quos lunaticos vocant, inter confirmandum sacra unctione sanavit. Surdo auditum restituit, in quo idem mirabile quiddam confessus est, quod cum Sancto utriusque auriculæ hinc inde digitos immisisset, duos quasi porcellos ex ipsis exire fenterit. Pro his atque hujusmodi fama crebrescente nomen grande adeptus est, ita ut ad eum Scoti, Hibernique confluerent, & tanquam unus omnium Pater ab omnibus coleretur. Hæc Bernardus in vita Sancti Malchiæ nostri, cujus Malchus iste Magister extitit, floruitque non multo ante tempora Bernardi. *Annal. nost. tom. 2. SS. Ord. Script. Hibern. & Scot. &c.**

In Gallia Beati Guidonis Carcalonenfis Episcopi. Guido ab infantia Monachicis instructus disciplinis in Vallibus Sernay Monachum professus est. Cum autem & vitæ sanctitate & eruditionis laude celebris admodum esset ab Innocentio III. evocatus & ad foedissimam Albigensium Hæresim debellandam delectus atque missus, Apostolico labore Gallias æternum demeruit, plurimosque Hæreticos ad fidei veritatem, & Sancti Matris Ecclesiæ gremium reduxit. Carcalonenfis postea sumis omnium votis renunciatus Episcopus, non ad otium se vocatus, sed ad laborem laborum omnium maximū, eum sponte amplexus, omnes delicias, ut Episcopo indignissimas execratus, totum sese ad fidei Orthodoxæ propagationem dedit.

Miraculorum numerâ.

S. Malchus Episc.

Insigne miraculum.

Magni fidei Malchus.

B. Guido Episc.

Ejus labor Apostolicus.

dit, & incredibili studio in Hæreticorum animis lucrands, & convincendis atque eradican- dis erroribus defudavit. Denique maximis curis & laboribus exhaustus, multis virtutibus conspicuus in morbum incidens, non sine magna sanctitatis opinione Deo reddidit spiritum. Claruit A. C. 1210. Petrus Mon. de Sernay. Philipp. Sequin. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.

Clar. 1210.

B. 78. Monachi peste abrepti.

Mortuus revivificatus.

B. Laurentius conversus.

Mirè colitur.

Ejus revelationes.

B. Iustinianus.

Nobilis Bergomas.

Studiorum profectus.

gestiit, affirmans aliquando (dum alium ad hoc ipsum induceret,) se ne verbum quidem, nedum versum per inadvertentiã amittere. Ejus insigne illud reverentiæ erga Deum argumentum, quod vitæ auctor sic refert: Quoties, inquit, Major aut Prior eligebatur (quorum altero, licet invitus, ferè nunquam carebat) stricte ostiario præcipere solitus est, ne dum in Choro laudes Altissimo redderet, sibi aliquid, cujusvis momenti foret, nunciaret. Neque interventu alicujus magnæ personæ, licet Cardinalis esset, se interpellare præsumeret. Fuit solitudinis studiosissimus; Contemplationi autem sic addictus, ut frequenter sine cibo diem, noctem sine somno transigeret. Vnde & frequens illi in ore: *cibi, somni ve memoriam, in mente benè in Deum elevata, tardius occurrere.* Obiit vir meritisissimus Ann. Christi 1563. ipsa S. Laurentii, cum paulo ante à Patribus ad mortem fortiter suscipiendam admonitus: *Ego, respondisset, Patres mei, licet non meis meritis, fide non dubia, speque firmissima, atque misericordia fretus Altissimi: Scripta ejus, mortem, quasi Virgo sponsam expecto.* Scripsit vir doctissimus opuscula multa, magnum Ecclesie Dei lumen allatura, & Hæresum modernarum tenebras detectura, nisi complorantibus optimis filiis, pleraque fædo incendio periissent. Ex Vita, lib. 4. Hist. Camald. Montis Corona, Luc. Erem. t. 2. SS. Ord. &c.

Miragratia.

Reverentia orationis.

Dictum memorabile.

Obiit 1563.

Scripta ejus.

Avenione translatio Sancti Agricolæ Episcopi & Confessoris. Hic ex Monacho Lirinensi ejusdem Urbis Episcopus, Ecclesiam opibus & sanctitate mirificè auxit atque exornavit, urbem sæpe prodigiosissimè defendit, & maximis diversissimisque è calamitatibus vindicavit, merito præcipuus ejusdem Tutelariorum. Facta est hæc Translatio A. C. 1593. Egimus de ipso uberius 2. Septemb. Vinc. Barral. Chron. Lirin. t. 2. SS. Ord. &c.

Translatio S. Agricolæ.

Urbis Tutelariorum.

Barcinone in Hispania Institutio solemnissimæ Sanctissimi Ordinis sive Congregationis nostræ de Redemptione Captivorum. Institutus hic Ordo à Jacobo I. Aragonum Rege, cognomento Victore, seu Expugnatore, suadente ipsa Deiparente Virgine, atque ideo sub nomine ejusdem & honore propagatus: cujus quam sublimis esse debeat perfectio, vel ex ipsa fatis Professionis liquet formula, quæ sic habet: *Ego Frater N. Miles Ordinis S. Mariæ de Mercede, facio professionem, & promitto Obedientiam, Paupertatem, Castitatem observare DEO, vivere, & comedere secundum Regulam B. Benedicti, & in Saracenum*

Institutio Redempt. Capt.

Professio.

norum potestate si necesse fuerit, ad Redemptionem Christi fidelium detentus manebo. Ut videas, quam propinq; imitari Christum conentur, qui non solum sua omnia, verum & se ipsos offerant in redemptionem Christi fidelium. Est vero hic alius ordo, ab eo,

Perfectio Insigni.

qui purè de Mercede appellatur, ab eodem Rege institutus. Hieron. Pauli. Henriquez. Arn. Duac. Annal. nostr. Bened. &c. Eadem die S. Mederici Abbatis. De quo alii, & nos, alias.

TERTIO IDVS AVGVSTI.

XI. Augusti.

F.

S. Equitii Abb.

IN Provincia Valeriæ, Sancti Equitii Abbatis, cujus sanctitas Beati Gregorii Papæ testimonio comprobatur. De hoc Martyrologium Romanum & Baronius hac die, nos autem cum doctissimo Molano, Galefinio, Maurolyco, Felici, & aliis, Nonis Martii, uberius.

S. Goderannus Episc.

In Galliis, civitate Sanctonensi, Sancti Goderanni Episcopi & Confessoris. Goderannus, Godegrannus, sive Godranus, Monachus primum Cluniacensis, Magni Hugonis discipulus, ob vitæ dignitatem, primus Malleacensis Cænobii Abbas esse meruit. Sed & odore virtutum & fama sanctitatis latius proditus, ad Sanctonensis sive Xantonensis in Aquitania celebris Episcopatus Cathedram raptus, eam longè dignissimo vitæ sanctissimæ titulo æternum consecravit & insignivit, de cujus sanctitate multa miranda narrari, Trithemius auctor est. Insigne, & rarius illud: quod cum quâdam vice Sanctus Hugo Cluniacensis Abbas, cuidam leproso, à communione cæterorum hominum corporaliter submoto, sacram Eucharistiã porrexisset, & ille tumentibus labris, & ulceroso ore, corpus Domini indignè masticans, importuna sternutatione rejecisset, sequente nimirum nausea & spuma horribili. Christi vero servus Goderannus, qui aderat, Domini sui Sacramenta indignè conspiciens agitari, quod diligebat, celeri collegit obsequio; vir enim magnanimus, manus utrasque supponens vivificis Sacramentis, in ore suo projecit, & vomitum magnifacientis agri, lethalibus cholericis coherentibus fideliter ablorbuit. Qua in re Magister pius Sanctus Hugo stupefactus, & discipuli perfectione attonitus, Laurentii craticulam tolerabiliorẽ fuisse constanter asseruit. Obiit vir mortificatissimus A. C. 1075. cum Ecclesiæ suæ septennium præfuisset. Ex Chronico Cluniac. ex quo exscripsimus, Trithem. Arnold. Duac. Chenu, Claud. Roberto, t. 2. SS. Ord. &c.

Abbas Malleacensis.

Miranda.

Exemplum mirum.

Stupendares!

Insigne elegium.

Obiit 1075.

B. Daniel.

potis sui castigator extitit, severus admodum disciplinæ Regularis observator. Orationibus, vigiliis atq; jejniis infatigabiliter operam dedit. Multas revelationes habuit, quas tamen vir pius, humilitatis æmulator, raro aliis comunicavit. Tamen confessus fuit, se tribus vicibus Angelorũ Regem vidisse: prima vice in Cruce ante gradum presbyterii; secunda, in candidis vestibus, ante majus altare; tertia, in ignea forma super ipsum altare. Cui cum primo apparuit Salvator, Daniel, inquit, pete à me quod vis, & fiet tibi. Cui ille: Sufficit mihi gratia tua; nihil aliud à te peto, nisi tantum ut lacrymas habere possim, quoties passionis tuæ fuerim recordatus. Et Dominus: Hanc tibi gratiam concedo. Et ab illa hora, quando de Passione Christi velloqui, vel cogitare incipiebat, imbres lacrymarum, in magna abundantia fluebant. Et sic cælestibus charismatibus, & crebris visionibus illustratus, cursum vitæ præsentis feliciter consumavit. Positus vero in agone sensibusq; jam præmortuus, sola in oratione labia monebat, & sic ultimũ inter psallendum spiritum reddidit. Ita in Menologio suo hac die Henriquez. nost. Vid. Casar. Heisterb. Barn. de Montalbo, t. 2. SS. Ord. &c.

Exercitia ejus.

Visiones.

Insignis gratia.

Domum lacrymarum.

Moritur.

In Monasterio Wintoniensi Sanctæ Christianæ Virginis & Abbatissæ. Hæc Eduardi Angliæ Hæredis & Principis filia, Edmundi II. Regis neptis, patre à Canuto Daniæ Rege, Regno pulso & in exilium relegato, dignissimo terreni Principatus & connubii fastidio, cum Agatha matre Salomonis Vngarorum Regis filia, Cænobium Wintoniente ingressa, Christo sumo Imperatori Virginitatem suam consecravit, ejusq; gratiam in cucullo exambit, ubi non multo post, ob vitæ sanctissimè actæ meritum à Sanctimonialibus Abbatissa electa, cum easdem in timore Domini, & observantia Regulari, aliquot annis strenuè gubernasset, cū multa opinione sanctimonix à sæculo migravit, sub A. C. 1100. Matth. Westmon. Polyd. Virgil. Matth. Paris, Eduard. Mayhev. Arnold.

S. Christiana Virgo Abbat.

Regium gen.

Obiit 1100.

Duacen. Annal. nostr. & tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.

Translatio. In Sarchinio translatio corporum S. Trudonis presbyteri, & S. Eucherii Episcopi, Confessorum Christi. De qua translatione agit hac die Molanus & rer. Belg. Scriptores.

Festum Corona spinea. Eodem die solemnis Commemoratio Coronæ Spineæ; cujus Festum per Sanctū Hugonem Abbatem Boneyallis apud Cistercienses primum nostros, præcedentibus miraculis institutum est. De qua Institutione alios inter, his verbis Bernardus de Brito: Auctor fuit Cisterciensi & aliis omnibus, inquit, Abbatibus, ut in Ordine celebraretur Festum exaltationis & triumphus Coronæ spineæ Servatoris nostri Iesu Christi, Hugo Bonæ-vallis Abbas, &c. Et inferius: Convocati Abbates ut suffragia ferrent, quicunq; S. Abbatis petitioni resistebant, intolerabili capitis dolore capti sunt: unusque qui repugnabat maximè, phrenesi & vertigine correptus est. Quod omnibus magnæ admirationi fuit, præterquam Hugoni, qui inde animadvertibat, Deum hac ratione desiderio suo velle facere satis. Et consolatus Cisterciensem & alios Abbates, quos tristes ob aliorum periculum videbat; locū ubi infirmi decumbebant accessit, ac ab eorū singulis petiit, nū statuisent Christi ejusq; Spineæ Coronæ honori resistere. Cumq; videret illos præteritorum pœnitentia duci, emendationemq; jam proponere, & suffragia ferre, ut in toto Ordine magna solemnitate dictum Festum celebraretur; manū, eorum capiti imposuit, in virtute dolorum, quos Christus hoc tormento pertulit, doloribus imperans ut discederent, eosq; relinquerent. Statimq; sani facti sunt, excepto Abbate phrenetico, qui sic permanfit, donec negotium definiretur, ut in Festi gloria partem non haberet, cui tam repugnarat. Postquam vero lex dicta & publicata est, & Hugonis

justu campanæ omnes pulsatae sunt, & alia lætitiæ indicia edita, sensibus suis Abbas restituitur; sed ita fractus & debilitatus, ut lecto surgere non posset: quem sanctus vir visitavit, plenamq; illi, Spineæ coronæ virtute, sanitatem restituit. Menolog. Cisterc. Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.

In Monasterio Bursfeldensi depositio Venerabilis viri, Ioannis ab Hagen, sive de Indagine, Abbatis Clusini, Institutoris Congregationis celeberrimæ Bursfeldensis, & primi ejusdem præfidentis. Ioannes Mindensis patria, Monachus & Abbas Clusensis, insigni ut Zelo, sic animo magno præditus, dolens super inordinata Fratrum suorum conversatione, divino tactu instinctu, eosdem ad Sanctissimi Patris nostri BENEDICTI Regulam recolligere aggressus, mira gratia pedetentim ad omnimodam ejusdem observantiam perduxit. Cujus sanctæ Conversationis odor, longè lateq; diffusus, ad meliorem vitam etiam alios permovet, & Brunswicensem maximè Ducissam excitavit, ut nihil potius, quam de Ioanne adducendo, ejusdemque observantia, in Bursfeldense Cænobium introducenda cogitaret. Persuassus Ioannes, & Bursfeldensis Abbas electus, adeo feliciter Cænobium illud reformavit, ut admirationi & venerationi omnibus esset, ex eoque velut fonte lymphidissimo, rivuli paulo post plurimi, in spectatissima non solū Germaniæ sed & Galliæ Cænobia derivarentur, ac celeberrima inde Congregatio Bursfeldensis, centum quadraginta postea Cænobiorum incrementis aucta, denominaretur. Cujus ut Institutor, sic Præses primus electus est Ioannes noster; cumque eidem sanctè atque utiliter aliquamdiu præstitisset, immortalium meritorum copia locuples, mortalibus valedixit A. C. 1469. 3. Id. August. Ex Trithem. Arnoldo Duaceno, Annal. nostr. Germ. & Benedict. tom. 2. SS. Ord. &c.

Abbas ob-
stinatior
plectitur.

V. Ioannes
ab Hagen.

Reformatio-
nis initia.

Bursfeldense
monasterium

Ingens Con-
gregatio.

G.

PRIDIE IDUS AVG.

XII. Augusti.

S. Porcarius cum 500. Mart. Natalis Sanctorum Martyrum Porcarii Abbatis Monasterii Lirinensis, & quingentorum Monachorum, qui pro fide Catholica a barbaris caesi, Martyrio coronati sunt. Porcarius Sanctissimi illius Lirinensis Cænobii Monachus & Abbas, cum lectissimam Monachorum frequentiam zelo velut

ordinatam aciem instruxisset, irruentibus in Galliam Narbonensem Sarracenis, eorumdem majorem partem felicissima Martyrii laureola cum suo Duce donandam, decem dies ante quam Barbari Lirinū contenderent, ab Angelo edoctus intellexit; convocatisque Fratribus, de

Ab Angelo
edocetur.

oblata

oblata à Deo tantæ victoriæ occasione & gratia gratulabundus ad eosdem verba fecit, juvenes, timidioreque in Italiam secedere iussit; qui ultro sanguinem suū numini consecrare decrevissent, ex omni numero quingentos & quinque reperit, quos illico nubes lucida obumbravit, & vox clara atque cælestis, è nube compellans, his ipsis verbis ad coronam invitavit: Venite Benedicti, percipite Regnum, vobis ab initio preparatum. Fuere diversis supplicii à barbaris affecti, lanceis gladiisque geminatis vulneribus confossi trucidatique, quorum, Columbus atque Eleutherius Monachi insignes, animos velut stellas fulgidissimas, inter applausus Angelorum evolare, è propinquo, quo latuerant, loco conspexere. Navigantibus autem inde Barbaris, cum qui latuerant propioribus locis, ad tumulanda sacra corpora convenirent, bavinarum maritimarum avium innumerabilis multitudo in aère super Insulam expansis alis Christi Martyrum sacra corpora obumbrans volitare visa est; quæ voces quasi flebiles emittendo, in tantorum Patrum occisione, persistebat, velut exequias persolutura, & solis ardorem prohibitura, quoad à complorantibus, qui superstitis tantæ cladi erant, Monachis, tantus thesaurus, humo reconderetur. Barbari autem non multo post à Carolo Martello, & Eudone Aquitanæ Duce victi, pœnas dignas scelere dedere, trecentis septuaginta quinque millibus, memorabili strage contrucidatis. Passi sunt sancti Martyres nostri sub An. Christi 730. Ex Chron. Lirin. Vincent. Barral. Cas. Card. Baron. Hugone Menard. Aymoino, Annal. nostr. Bened. t. 2. SS. Ord.

505. sponte
se offerunt.

Vox calo
lapsa.

Caduntur.

Illustre mi-
raculum.

Sepeliuntur.

Strages bar-
barorum.

S. VVigber-
tus Mart.

Laudes ejus.

Apostolicus
labor.

landiæ nomen erat, auctor sacerdotibus fuit, ut delubra Iovis & Fostis destruerent, quo irritatus Radbodus Frisiorum Rex impius, ipsum diris tormentis excarnificatum, glorioso Martyrio confecit. Clarius gloriosissimus hic Christi Athleta, Frisiorum Apostolus A. C. 700. Ex Marcellino, Ven. Beda, Molano, Annal. nostr. &c.

Occumbit
Apostolus &
Mart. 700.

In Monasterio Iotrensi, Sanctæ Aguilbertæ Abbatis. Hac è regia Galliæ Monarcharum stirpe oriunda, Abobinum & Pientiam Principes parentes habuit, germanum Sanctum Ebregisilum Episcopum Meldensem, cujus sanctitatem feliciter æmulata est & assequuta. Excelluit insigni honorum & deliciarum contemptu, iisque meritis spectata fuit, ut dignissima haberetur, quæ sancti & Regii illius Cænobii Iotrensis. Abbatis in ordine secunda eligeretur. Quanta autem fuerit ejus vitæ sanctitas, vel inde satis liquet, quod ejus fama, regna diversissima Galliæ atque Britannia percellerentur, Reginæ duæ potentissimæ, aliæq; Principes potentissimæ summos honores rejicerent, & ad tantæ Magistræ pedes convolarent, & ab ore atq; imperiis ejus suspensæ hærent, atq; admiranda vitæ sanctitate, uti humilitate & obedientia, orbem illustrarent, cælū recrearent, & totas Christo sponso Virginum cohortes lucrarentur. Floruit Regiū hoc Ordinis nostri decus temporibus Clodovæi II. & filiorum, Regum cognatorum. Ex proprio Iotrensi MS. Menardo, Annal. nostr. t. 2. SS. Ord. &c.

S. Aguilberta
Abb. regii ge-
neris.

Fama ejus.

Reginarum
Magistra &
Mater.

B. Eberardus
Abbas.

In Brisaugia, Monasterio Sancti Truderti Martyris, natalis Beati Eberardi Abbatis & Confessoris. Excelluit Eberardus, mira vitæ integritate & puritate, Contemplationis & Orationis studio, cælis quam terræ propior, in summa autem vitæ perfectione, sensu, gestu, habitu verè humilis, cujus acta, multis Cænobii illius calamitatibus, indignum & dolendum admodum est, deperiisse. Illud rarius de Eberardo, ex pluribus, quæ desideramus, memoratur: Cum ab insolenti hominum genere, metalli fossoribus ac vectoribus (argentum prope Cænobium illud, multa olim copia eruebatur,) extra Cænobium in cordis sui simplicitate coram Domino ambulans, & secretiorem orationis petens locum, indigne rideretur, sibilisque exceptus, probris, scomatibus aliisque injuriis ludibrio haberetur; factū aliquando, ut patientia hominis laceffiti, indigniora etiā scelesti auferent, & posteriora

Simplicitas
irrisa.

Nefanda im-
pudentia.

rora corporis, verecundissimo antistiti denudata per contemptum ostentarent, atque objicerent. Abhorruit sceleris, qua erat animi puritate Divus, averfoque fugiens vultu, suo se more precibus solaturus ad Numen confugit. Nec tulit porro dementiam sceleratorum irritatum Numen, inque ultionem pro Eberhardo suo repente exarsit: quippe dehiscens sub pedibus terra, fossores omnes irrisoresq; horribili sane judicio supplicioque, momento absorptos inferis destinavit. Mortuus est Eberhardus sub A. Ch. 1158. cum multos egregios suæ perfectionis æmulos Deo educasset. *Ex monim. ejusdem Cænobii, tomo 3. Constantia nostr. Bened. Annal. Germ. t. 2. SS. Ord. &c.*

Terribilis visio.

Clar. 1158.

B. Vdevolta.

Prope Coloniam, Beata Vdevolta Virginis, Sanctimonialis Cænobii in Monte S. Walpurgis. Fuit hæc innocentissima vitæ femina, quæ mente mundo exulans, soli animarum sponso Christo intendit, & attendit. Eam proin ipse variis Charismatum donis insigniit, & in conspectu fidelium illustravit. Cum tandem laborum suorum præmium receptura ultimum ageret spiritum, Angelum conspexit, qui animæ exitum præstolaretur, ut eam in æternam patriam deduceret. Quod dum astantibus Virginibus indicaret, placido vultu in Domino obdormiens, eundem Angelum sequuta est, ad præmia æternitatis, conducentem. *Barnab. de Montalbo, Casarius Heisterb. Phil. Seguinus, Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Visio ejus.

B. Teresa Regina.

In Lusitania inventio Beate Teresæ Regine, & Monialis Lorvaniensis. Fuit Teresa sive Tharesia, Sancii primi Lusitaniæ Regis filia, Alphonfi II. & Batavorum Mafaldæ & Sancie Principum soror, cu-

jus sacrum corpus, jussu Philippi III. Hispaniarum & Indiarum Regis A. C. 1617. hæc die elevatum, repertum est post trecentos & amplius annos incorruptum ac penè vividum, vestitus etiam recens ac nitens, sola religiosi habitus tantulum calce obsoluerat, calcei velut prima illa hora consuti splendebat, cujus contactu, compluribus utriusque sexus morbi depulsi, & reddita valetudo. *Ex Anacephal. Regum Lusit. Ant. Vascon. t. 2. SS. Ord. &c.*

Miracula.

Montibus Hannoniæ translatio corporis S. Waldetrudis Principis Hannoniæ & sanctimonialis, de qua hac die Mo-

Elev. VV al. derrudis.

fanus in Indic. &c. In Monasterio Claræ-vallis elevatio plus quam nongentorum Sancto-um Monachorum, Converterum & Novitiorum ejusdem Cænobii, quorum sacra ossa A. Ch. 1269. in Capellam (vulgo Comitum Flandriæ appellatam,) ritu solemni translata, multis miraculis illustrantur, & à Christi fidelibus publico honore coluntur; quem locum sæpe visus est prodigiosus & cælestis splendor illustrare. *Menol. Chryf. Henr. Annal. nos. t. 2. SS. Ord. &c.*

Miracula.

Affisij in Vmbria S. Claræ Virg. alterius post Seraphicū patrem Franciscum Franciscanorum Ordinis, nempe Clarissarum Virginum, sub Divi Francisci Instituto Fundatricis, quæ superstitè etiamnum patre Seraphico sub Regula S. P. N. BENEDICTI, strenuè Domino inservit, & tantæ deinceps familiæ Mater esse meruit, nō tam deseruisse primam Regulam visa, quā alteram alteri feliciter copulasse, & Clarissas Benedictinis perpetuo necessitudinis Religiosæ jure, æternæ vinculis & cingulo Franciscanæ charitatis obstrinxisse. Hæfftenus, Cajet. &c.

IDIBVS AVGVSTI.

XIII. Augusti.

A.

S. Radegundis Regina. **P**ictavi, Sanctæ Radegundis Regine, cujus vita miraculis & virtutibus claruit. Radegundis Bercharium patrem, avum Basinum Thuringiæ Reges habuit. Occupata à Gallis patria captiva abducitur, & cum insigni & regia esset forma, Regibus, cui ipsa cederet, inter se certantibus, Clotharii omnium felicissimi & potentissimi facta, & ab ipso, regio splendore educata, adultior in conjurgium expetitur, & reluctans quantumvis, quin & altera vice fuga elapsa, insigni pompa ducitur, & Regina salatur. Eo in honore humillimè, totam

Ejus pulchritudo.

se pauperum curæ, religiosis exercitiis, abstinentiæ, carnisque mortificationi impendens, illud nomen in aula meruit, ut nō Regina, sed *Monacha jugalis* à palatinis pietatè ridentibus diceretur. Istud præ omnibus ad comendationē S. Regine longè maximū: quod sicut magnus Patriarcha noster idololatriæ reliquias Italia, sic ista, Gallia profligavit, & Apostolica sanè constantia, ultimū Regni Gallici Fanū stultorum hominū sacrilega religione cultissimū, frementem inter populū, & micantes undiq; inter mucrones, mulier imperterrita,

Fit Regina Galliarum.

Ejus pietas.

Zelus Apostolicus & stupenda constantia.

rita, cremari jussit, neque antea è loco, quam eversum funditus intueretur, discessit. Postea, importunis precibus persuaso tandem Rege & exorato, obstupescente Gallia, florentissimo Regno, Monarchæ potentissimo, eidemq; sui amantissimo marito valedicens, in suo, quod Pictavis condiderat, Cænobio, cucullum amplectitur, & Deo consecratur. Miraculorum multitudine & magnitudine, & in aula etiamnum, & in Cænobio agens illustrißima, humillima tamen & in oculis suis abjectissima vilissima quævis munia expetebat, atq; obibat, ita ut sola omnibus inferviret, sola ligna usui Cænobii necessaria ad focum, & furnum deportaret, clam etiam singulis fororibus, de nocte calceos purgaret, perpurgatos locis suis restitueret, adeo sese abjectissimis muniis emancupās, ut quidquid aliæ sorores exhorrent, ipsa exambiret, & in servitii cujusque extrema utilitate nobilitari se crederet, & verè nobilis evaderet. Ægrorum, egentium & maxime leproforum curam præcipuè dilexit, & diligentissimam habuit, adeo, ut ipsa jejuna mensis eorumdem hilaris ministraret, cibosque cochleari in os ingereret; quin & summa charitate ulcera elueret, capita lavaret, scabiem, crustas, & purulentissima quævis loca manibus Regiis molliter contrectaret, purgaret, vermes extraheret. Sed & corpus suum voluntario cruciatu, juratissimo odio crudelissime habuit, jejunio penè exhausto, à prima Monachismi professione, præter legumen & olera, non piscem, non ovum, nec quidquam ejusmodi quod carni placeret admittens, quin & sacris quadragesimæ diebus, pane præter Dominicis dies abstinens, nullumque oleum cibo condiendo adhibens sed & sale abstinens, toto jejunio (sic vitæ scriptor habet,) nec duo quidem ex aqua sextaria sumens. Tres insuper circulos ferreos circa brachia & collum innexuit, & tres catenas inferens circum corpus fortiter strinxit, quæ exco corpore, & cute superinducta, sacro Paschali tempore solutura, solvere nequit, priusquam ferro cutis incidere-
Admirandus mulieris fervor.

Cucullum amplectitur.

Miracula rara & plurima.

Mira humilitas.

Mira charitas.

Stupendus rigor.

Libido Regis.

manum nostrum litteris Radegundis, ita absterruit, ut interponente se Germano ad Pontificis se pedes Clotharius abjiceret, rogaretq; ut ipse pro se ad Radegundem contendens, supplex ab eadem veniam efflagitaret. Fuit amantissima Augustissimæ Cælitum Imperatricis Matris Admirabilis, cujus in Basilica necdum absoluta, sepeliri petiit, & præter consueta S. R. Ecclesiæ, & Sanctissimæ Regulæ nostræ jejunia, singularem in honorem Dei-
Deipara ad dictissima.
paræ quadragesimam celebravit. Mortua est A. C. 590. & à Sancto Gregorio nostro Turonensi, eo quo petierat loco sepulta. Illud rarius, quo paulo ante obitum, de sua in conspectu Regum Regis gratia, & futura gloria est certior reddita. Visus siquidem sponfi juvenis amantissimi forma speciosus ille præ filiis hominum; quem illa minus agnitum, cum, ut castissima puritate flagrantissima primum respueret; ille, quisnam esset prodens: *Quid, inquit, adeo ardens mei desiderio, cum tot lachrymis me oras, me gemebunda requiris, mea causa tã duriter te habes? cum ego tibi nunquam non adsim. Tu gemma nobilis, noveris te in diademate capitis mei, è gemmis primariis unam.* Dignum tanta Regina elogium. Fuit ut in aula, sic, Cænobio, ut vivens, sic mortua signis prodigiosissimis à Deo comendata, quæ inter vivens puellam mortuam excitavit, & mortua, solo vestium, cilicii, tumuliq; contactu innumeros prodigiosissimè juvit & restituit. *Ex vita per Fortunatum, Bandomimiam Monialem, Baron. Ant. de Iepes, Annal. Francorum, & rer. Gallic. diversis scriptoribus, Renato Benedicti & aliis, Annal. nos. Bened. t. 2. Sancto-um Ord. &c.*

Mire reprimitur.

Deipara ad dictissima.

Visio mira.

Mirum elogium.

Mortuam excitat.

In Saxonia depositio S. Wigberhti Abbatis Fritzlarieusis. Wigberchtus natalium splendore spectatissimus apud Anglo-Saxones enituit. Puer etiamnum mira morum probitate, & raræ sanctitatis signis enituit. Sanctum Bonifacium postea, tantum Magistri institutione tantum profecit, ut cæteris Monachis præferri meruit, à quo Fritzlarieusis Monasterii Abbas constitutus, egregio vitæ sanctissimæ exemplo suis præfulsit, neq; æger quidem à consueto abstinentiæ rigore quidquam remisit. Claruit spiritu prophetico, obiitque A. C. 747. pluribus à morte miraculis coruscus; supra cujus exanime corpore, visa, mira specie, avis ter circumvolitare, quæ illico disparuit. Insigne ejus, atq; in primis memorandū meritū illud: cum Saxonibus bello omnia vicina vastantibus, etiā altera vice Buri-

B. Wigberchtus Abbas.

Discipulus S. Bonifacii.

Buri-

Buriburgum altera vice prodigiose propugnat.

Buriburgense oppidum, ad quod metu hostium sacræ ejus exuvia translata sunt, prodigiosè propugnavit, & hostes in fugâ convertit, cujus Ecclesiam cum iidem sepius cremare conarentur, nequaquam potuerunt Divina virtute prohibiti. Ejus demum reliquiæ jussu Divino Hirsfeldiâ translata, à Sanctissimo Lullo nostro, postea Archiepiscopo Moguntino, auro atque argento exornatae sunt. Ex Vita per Lupum Servatum, tomo 2. SS. Ord. & Annal. nost. Bened.

S. Columbus Mart.

In Monasterio Lirinenfi passio Sancti Columbi Monachi & Martyris. Hic celeberrimi illi9 quingentorum Monachorum Martyrum Antesignani & Abbatis Porcarii discipulus, cum suppliciorum metu, in caverna se quadam cum Beato Eleutherio condidisset, cernens inde elevatis in cælum oculis sociorum Martyrum animas velut stellas lucidissimas, inter Angelorum plausus gratulabundas, seque invicem, quoad omnes Martyrio consummarentur, præstolantes: Eleutherium sic alloquutus est: *Nonne vides cum quanta gloria Fratres nostri, qui modo passi sunt, nos expectantes, ascendunt in cælum? Eamus ergo & nos, ut cum eisdem laureati ascendamus ad Dominum.* Eleutherio autem exire reluctante, profilivit ab antro hilaris Columbus, & barbaris sponte occurrit, qui illico, Martyrum triumphis sociandus, ab impiis obruncatus est. Ex Vita S. Porcharii MS. Chron. Lirin. Vincent. Barral. t. 2. SS. Ord. & c.

S. Iunianus Abb.

Pictavii Sancti Iuniani Abbatis, magnæ sanctitatis viri. Iunianus nobilissimis parentibus pago Briossio, prædio Campaniaco natus est. Litteris probè imbutus, adolescens Anchoreticam aggressus vitam, paulo post celeberrimus, & auctus discipulorum numero, presbyteratus & Abbatis honorem admittere coactus, mira vitæ sanctitate exsplenduit. Accusatus apud Clotharium Regem, quod prædium ad fiscum Regium spectans occupasset habitaretque, evocatus comparuit. Baculum, quem gestarat, ab ipso sepositum, cum stare erectum, nec pavimento defixum, nec aliena ope sustentatum, Rex miraretur, proceres quoque reliquos miraculum spectaturos accivit, & nihil aliud virum Dei, quam, si qua re indigeret? sciscitatus est: superque angustia loci quiritanti, quod ex præscripto S. P. N. Regulæ vitam institueret non posset, quantum vellet spatii liberalissimè concessit. Locum proin alium deligens Mariacense

Cænobium condidit, plurimosque ibidem DEI servos aggregavit. Miraculorum gloria celeberrimus fuit, & Cænobii in printis sui res contra invasores non semel prodigiosè defendit. Ea inter fur quidam vaccam opimam cauda abstrahens, retenta prodigio ad caudam manu, ab illa per dumeta & filices raptatus est, quod cum effusus in risum Cænobii bubulcus, Abbati nunciaret, ridentem alieno malo vir DEI acriter corripuit, & reo illi occurrens, mirè retentum & tractum, misericorditer absolvit. Prædium Cænobii occupantes, & vallo includentes, desisterent moneri jussit; qui contemnentes muti illico, & imobiles loco affixi sunt, quoad pœnitentes à Iuniano solverentur. Lapidibus aliquando appetitus, fugiens sumpto lapide terminum posuit, & ne transgrederentur, injurios oravit; iis qui contemplerant lippitudine fœda & tumore gutturis, etiam in posteritate omniturpiter notatis, & miserè flagellatis. Eum Sancta Radegundis Regina nostra præcipue dilexit, vestemque ipsi, qua temper usus cilicinam contexit; cui vicissim ille, catenam, qua stringebatur, ferream, dono misit. Mortem sibi impendere prævidens, exhortatus discipulos, jussit ut post obitum suum mitteretur illico, qui Sanctæ Radegundis Reginae sibi preces deposceret; cui medio itinere alius occurrit, qui pro mortua eodem die atque hora Radegunde Iuniani orationes efflagitaret. Vix spiritum emiserat, cū locus trium ferè horarum spatium, fragrantissimo odore perfusus est, & vultus ejus tanta gratia nituit, ut dormiens potius, quam exanimis crederetur, cujus etiam deinceps merita insignibus DEVS miraculis commendavit. Ex Vita per R. P. F. Hugonem Menardum è MS. Nobiliacensis Cænobii, ad quod denique sacrum Iuniani corpus translatum est.

Rarum miraculum.

Aliud simile.

Tertium.

Dona Sanctorum mutua.

Mira res.

Miracula à morte.

B. Bernardus Mon.

Carnis tentatio.

Insigne miraculum.

plenus, mente purus, & corpore Virgo, Victor ad Christum migravit. Ex Menolog. Cist. Chryf. Henr. Casario Heisterbac. t. 2. SS. Ord. & c.

V. Martinus de Logronno.

In Hispania obdormitio Venerabilis viri P. F. Martini de Logroño primi Prioris Monasterii Montis Sion, admirandæ sanctitatis & puritatis viri. Hic fuit ex primis & præcipuis Fundatoribus celeberrimæ illius Reformationis, quæ à Monte-Sion cognominata, admirabiles postea fructus in Hispania & Ecclesiâ produxit A. Ch. 1425. Fuit in summa perfectionis sublimitate, sacræ humilitatis tenacissimus, adeo ut nullo modo persuaderi potuerit Prioratum sancti illius Cænobii admittere, donec Abbas Reformationis omnia peccata venialia, quæ ratione illius officii

Reformator A. C. 1425.

Humilitas ejus.

DECIMO NONO CAL. SEPT.

XIV. Augusti.

B.

S. Athanasia Abb.

IN Aegina Insula, Sanctæ Athanasia Vidua, Monastica observantiâ, & gratiâ miraculorum illustris. Athanasia nobili orta genere, Niceta patre, Irene matre, prima ætate futuræ sanctitatis de se indicia dedit, & Pfalterium totum memoria tenuit. Telam texenti, stella splendida visa cælo descendere, & in pectore ejus residens evanescere. Ex quo tempore mirè se illustratam puella sensit, & terrena omnia fastidians, cucullum solum & cælum cogitavit. Sed invita dum cogitur nubere, primo mente vidua; mox alterum maritum admittere compellitur; quocum aliquot annos sanctè vivens, eum tandem perluasit, ut calcato sæculo Monachus fieret; ipsa autem Monialis effecta, paulo post etiam Abbatissa deligi meruit, quo in honore ita se gessit, ut omnium minima appareret. Carnibus non solum juxta Regulam, sed supra etiam piscibus & cæleo abstinuit; quadragesimæ autem diebus ad solitum servitutis suæ pensum, post bidui inediâ, tertio quoque die cruda tantum olera sumens, potu omni abstinuit. Vestes, lanæ quidem exterius è cilicio erant. Lectulus, pro plumis, lapidibus subtextus; aspera omnia, & odiosa carni, sola quæ spiritum fovebant in promptu erant. Fugerant ipsi lachrymæ panes die ac nocte, cum assiduis & longis vigiliis, preces ferventissimas jugiter prætraheret. Tanta mansuetudine & patientia excelluit, ut nulli unquam increpatione seu triste verbum adhiberit, sola charitate sorores invitaverit & correxerit. Tria templa construens, unum & præcipuum, præcipuæ Tutelarissimæ

Stella ad puella pectus delabitur.

Cogitur nubere.

Rigor vitæ.

Donum lachrymarum.

Deipara adidissima.

committere poterat, prius in se susciperet, quod licet fecerit ille, invitatus tamen Martinus & ægrè dignitatem suscepit, quam sanctè aliquamdiu gerens, demum sancto fine hac die decessit. Ex Menolog. cit. Barn. de Montalbo, Annal. nost. Bened. to. 2. SS. Ord. & c.

V. Henricus Abbas.

Obiit 1551.

Wiblingæ Ven. viri Henrici Clauff. Abbatis, &c. qui obiit 1551. & in medio confluentium undique Sectarum, velut stella in medio nebulae refulsit, & divino calamo scriptis libris, cultum Sanctorum, quorum erat observantissimus, ad Dei gloriam, promotum voluit, multa insignia ingenii & pietatis, posteritati relinquens monumenta. Ex monim. Wibling. & Annal. nost. Bened.

Cælitum Imperatricis honori consecravit, ad quod cum longè abesset, per visum, cælesti voce invitari se, & fores ejusdem sibi patere cognovit. Duodecim diebus antequam vita excederet; jucunda rursus visione recreata, nihil deinceps cibi admisit, sed in contemplatione perpetuo defixa, illud unum multoties ingeminavit: *Psallite sorores meæ, psallite, & Deum assidue laudate, ut propitius sit peccatis nostris.* Morituræ facies, cælesti luce mirè resplenduit. Mortua est post arctos dilectissimorum amplexus, cum supremis verbis, de Festo crastini diei tam sibi charo sollicita: caverent præcepit, nequid per exequias suas, gloriosissimæ Matris Domini solemnitati detraheretur; neque se prius sepelirent, quam quæ ad Festi celebritatem spectarent sedulo exequutæ essent. Vita est post mortem à nonnullis in templo ad majorem aram regali habitu indui, ac diademate pretiosissimo sceptroque insigniri. Sed & sacro ejus corpore post annum relecto, mira odoris prorupit fragrantia, oculis rutilantibus, nulloque corruptionis signo apparente. Stupendum illud: cum honoris gratia, vestimentis è serico, & quidem coloris carulei, illam tunc induere conarentur, obsistente illa non potuisse, quoad sororis cujuspiam flexa precibus, manus ultro extenderet, sese aptaret, & postquam induta erat, seipsam denuo in arca reclinaret. Honorata est à DEO gravissimis à morte miraculis, floruitque sub Ann. Christi 1050. Ex vita per Monachum Anonymum, Annal. nost. Bened. t. 2. SS. Ord. Baron. & c.

Mortura splendor.

De Festo Deipara sollicita.

In

S. V. Werenfridus.

In Ducatu Geldria, vico Elste, Sancti Werenfridi Monachi & Presbyteri. Werenfridus Monasteri Ripensis in Anglia Monachus, Sanctum Willibrordum nostrum in Germanias sequutus, in laboribus cum eodem Apostolicis egregie defudavit, multumque populum in Batavia, & prope Neomagum; Westerfordenses imprimis, & Elstenfes Christo lucratus, Apostoli eorumdem illustrissimum nomen meritis, facta sua aternitati consecravit. Eum vetustissimus Author, alia inter describens: fuit ultra fandi vires, inquit, bonorum operum exhibitione praeditus, consolatione providus, humilitate nulli comparandus, susceptione pauperum cunctis imitandus, mitis in animo, dulcis in eloquio, pernox in Vigiliis, efficax in jejuniis, incultus in habitu, placidus in vultu, sedulus in oratione, studiosus in sacra lectione, jugi legis DEI meditationi deditus, castitate praecipuus, omniumque morum honestate perspicuus, &c. Is denique mortem suam praedicens, febris ardenti extinctus est, & mira caelestis odoris fragrantia a Deo honoratus. Exorta tunc ingens populorum super sacro ejus corpore altercatio, miraculo dirempta est, cum navi impositum ad verso at recto cursu trans flumen, ac deinceps vaccarum, quae nunquam admiserant jugum, ductu, dirigentibus Angelis, in Elste transportaretur, quod raris deinceps, & perpetuis miraculis Numen honoravit. Claruit insignis Neomagensium, Westerfordensium & Elstensium Apostolus ac Patronus A. C. 706. Ex Chron. Traject. auctore Anonymo apud Surium, Iepes. t. 2. SS. Ord. Aquila nost. Imp. Bened. Annal. Germ. & Bened. &c.

Ejus elogium

Mortem praedicat.

Miracula.

Occ. A.C. 706.

SS. 40. Mart.

Crudelissime mactantur.

Memoranda Historia.

mis subnixa auctoritatibus, & vulgo decantatissima, ad omnem posteritatem haud immerito, studiosissime commendanda, quam ex Fasciculo Henriquezii subjicimus: Dum ista in Monasterio fierent, erat foris ejusdem Cellerarius, quibusdam negotiis occupatus; & reversus est eodem quo Heretici recesserant die domum. Vidensque Caenobium desolatum, multum confusus, neminemque inveniens in Monasterio, suspicatus est ibi fuisse Hereticos. Vbiq; scrutatur, donec tandem omnes Fratres suos sanctos invenit humistratos, proprioque immerfos sanguine, Chororumque, tanquam pelagus quoddam, cruore exundantem. Quos videns cepit eorum vicem dolere, oculi ejus lachrymarum imbrem fundebant, quo sancta corpora madefaciebat. Coepit tristitia exclamare, & licet sciret illos magna in caelo gloria frui; tamen nullam admittente consolationem poterat. Recordabatur tunc esse Vigiliam Assumptionis Sacratissima Virginis, cumque videret illam celebrari non posse, ut quotannis fieri solebat, flexis genibus dixit: *Nosti Virgo purissima, unica Domina & Protectrix nostra, quanta sollicitudine, quanta devotione & diligentia, semper tibi servierunt in hac domo, & celebrarunt omnia tua Festa. Cur ergo permittis, ut tanta solemnitas, qualis ista est, negligatur hoc modo? Hanc multis cum lachrymis & suspiriis protulit, quod magis Festum negligi quam Fratrum mortem doleret. Dum sic oraret; audit pulsari Monasterii campanas, licet nemo illas accederet, vel tangeret, & videt Sanctorum Martyrum corpora surgere, & quodque suum caput humo tollere, & corporibus imponere. Quo facto ad sedilia sua vadunt, & Abbas Vesperas, ceteris prosequentibus incipit, tanta cantus dulcedine & suavitate, ut potius Angeli quam homines viderentur. De tanta successu, & tam raro miraculo valde miratus est Cellerarius, & tam cantus dulcedine captus est, ut apud se non esset. Magna cum gravitate & mora absolventur Sancti Vesperas, quibus absolutis rursus mortui sunt, & in eundem statum redierunt. Miraculum hoc multis innotuit, plurimiq; supersunt in Hibernia, illud evenisse meminerunt: potestque inter rarissima, quae unquam in Catholica Ecclesia contigerunt, memorari. Sed ut Deus hominum necessitatibus se accommodat, cum videret Hibernos in fide sua vacillare; voluit, ut eos confirmaret, miraculum hoc contingere. Ita liber citatus. Addit*

stupenda res!

Mortuicant Vesperas.

Quare hoc miraculum.

Insignia Martyrum.

S. Simeon mon.

Ob. 1059.

S. Maynardus Episc.

Apostolus Livonia.

Addit Manrique: apparuisse in resurgentium singulorum gutture circulum rubeum, eo loco quo carnificum gladius penetrarat, habuisseque coronas in capite, & palmas in manibus, dum dignissimas Martyrum Reginam Vesperas gloriosissimi hi Martyres decantarent. Ex distinct. 37. lib. 2. Fasc. t. 2. SS. Ord. & Annal. nost. Benedictinis.

In Caenobio Vallis-Vmbrosae Beati Simeonis eximia sanctitate viri. Fuit hic primum in Monasterio Sancti Salvij haud longe ab urbe Florentina Monachus professus, ex quo loco, ad Caenobium & solitudinem Vallis Vmbrosae secedens, insigni vitae perfectione enituit. Excelluit praecipue admiranda in gravissimis infirmitatibus patientia, cum varijs afflictionibus corporis in hac vita affligi ipse Deum exorasset, & impetrasset, ne Purgatorij ignibus post mortem cruciaretur. Obijt Anno Christi 1059. Ex monim. Vallumbrosan. Hugone Menardo, Arnoldo Duac. tom. 2. SS. Ord.

In Livonia Sancti Maynardi Episcopi; qui zelo propagandae fidei succensus, cum eruditione, eloquentia, & sanctioris vitae exemplo illustris esset, Episcopus ad conversionem gentium ordinatus, & in Livoniam delatus, populis illis Christi legem nunciavit, plurimisque perfunctus laboribus & defunctus periculis, post innumera patrata miracula, Apostolicis meritis

Dives, laboribus tam dignis immortalis, ad aeternitatis mercedem emigravit. Floruit Anno Christi 1180. Ex Annal. nost. Benedict. Henric. Arnoldo Duac. Belforestio, t. 2. SS. Ord. &c.

Claruit A. C. 1180.

V. Chuno Comes de Thann.

In Monasterio VVeingarttenensi depositio Ven. viri Chunonis Comitum de Thann, Dapiferi VValdtpurgij, genere & virtute illustris. Successit hic sanctae memoriae VValchioni ejusdem loci Abbati lectissimo, magni illius Hirfaugiensis Abbatis VWilhelmi simillimo, & discipulo, cujus magisterio plurimum profecit, & virtutes strenue imitatus est, cujus opera tantopere VVeingarttense Caenobium effloruit, & maximi Germaniae Principes & principes, certatim cucullum ibidem exambirent; interque eos septem ejusdem familiae Comites de Thann ibidem religiosissime convixerent, & duo inprimis Chunonis nepotes, non sine opinione magnae sanctitatis praereliquis effulgerent. Decessit vir magnus A. C. 1130. hac die. Ex vet. Manusc. VVeing. Chronico nost. Libello item de Abb. Calend. Necrologio nostris &c.

Eius felicitas.

Ob. 1130.

B. Azo. Ob. 1025.

In Tuscia natalis B. Azonis five Atthonis discipuli B. Romualdi, Prioris Vallis de Castro, qui lucrands per Hetruriam animabus intentus, egregios Christi horreo manipulos intulit, cui multa mira monstrata sunt, & Sanctus Romualdus post mortem apparuit. Ex Histor. Camald. August. Florent.

XVIII. CALEND. SEPTEMB.

XV. Augusti.

Assumptio Matr. Admir.

Vn. S. P. N. tam gloriosus.

Dedicatio Ecclesiarum Ord.

S. Arnulphus Episc.

Electio eius.

ASSUMPTIO Augustissima caeli & terra Imperatricis, MATRIS ADMIRABILIS, VIRGINIS BENEDICTAE, unica Ordinis nostri Tutelarum, cujus favore Sanctissim. Pater & Patriarcha noster BENEDICTUS, tam Divinae Monasticae Institutionis (verba B. Alani de Rupe sunt) Fundator & Autor fieri meruit. Eodem die: Dedicatio Festivissima innunciarum penae, olim, hodieque Basilicarum Ordinis nostri, quarum pleraeque, & omnes ferè Cisterciensium nostrorum, in honorem, ASSUMPTIONIS DEIPARAE consecratae sunt. Successione in Gallis, S. Arnulphi Episcopi & Confessoris. Fuit Arnulphus nobilissimo Pameliorum ortus genere, Fulberto patre, inter Brabantos spectatissimo, matre Meinfinde, quae puero praegnantis insigni visione recreata; puerum, quem utero gestaret, in conspectu DEI magnificadum, didicit, & ut Christophori ipsum insigniret nomine, iussa est, ut Divinitus promissum incredibili ppin-

quorum gratulatione enixa est, ad cognatum Arnulphum (Lovaniensium Ducum & Namurcensium Comitum sanguine oriundum) sacro fonte suscipiendum destinavit. Is nimio ppinquitatis studio, an factu quoddam, suum ipsi (Arnulphi) nomen imposuit, cum tamen Christophori deinceps nomen, Arnulphus noster, moribus & virtute in vita omni praeseferret, neque aliter a religiosissima matre copellaretur. Adolescens militiae ornamentis decoratus, tanto excelluit corporis atque animi robore, ut quinque robustorum vires excederet, Fortis, inde cognominem honoratus. Ceterum inter saecularis militiae arma ita versatus est, ut in ipso tanquam virtutum omnium speculo, perfectissimam vivendi normam universi conspicerent. Simulato itinere, aulam se regiam sequi, cum eximio ornatu & pompa valedicens matri, in Regum Regis transcripta familia, in Caenobio S. Medardi, sub Reinoldo Abbate nostro, Monachum profectus est. Pauperum curam ab

Nomen ab Angelo impositum.

Cognomen tum Fortis meretur.

Fis Monachus.

Pauperum
pater.

Abbate demandatam, ita gessit, ut verè PATREM se habere illi perlentiscerent. Orationi & corporis castigationi deditissim^o, tres integros annos, & lex insuper mentes perpetuo silentio studuit; interea autem scribendi peritiam, & insignem libros componendi gratiam indeptus est. Reinoldo Abbate mortuo, & intrulo Pontio, cum omnes sibi Arnulphum præfici deposcerent, annuentib⁹ Episcopo & Rege, honoris fastidio dum fugam acciperet vir Sanctus, miro & raro miraculo à lupo, ferocissima bellua, ad urbem reductus, summa omnium gratulatione receptus est. Eo in munere, suis præclare præstitit, & clarissimis miraculorum virtutibus, exteros etiam quoique longe lateque ad perfectionis studium concitavit, suos mirificè accendit. Cæterum humilitatis studio prodigiosè gesta celare conatus, cum miro nihilominus omnibus benefaciendi studio ferveret, de hortuli sui pomis ægros recreans & velut honorans, ijs sumptis diversa morborum genera ab ijs profligabat; quod & pane, & vino, quæ sacra verat, missis, facere consueverat. Pompam & delicias Abbatum Galliæ cum detestaretur, equi usum admittere voluit, sed si longius procedendum a fello usus est, ægreferentibus familiaribus, & clam a fellum debilitantibus aliquando, ut equo generoso uti cogeretur, verum ille signo crucis curato quâ primum a fini pede iter prolequutus est. Claruit prophetico spiritu, multa que eventura distinctissimè prænucciavit, quin & absentia intuitus, & quæ pcul dicebantur mirè inaudijt & retexit. In vitate & cogente ipsû castra ex more majoritæ qui Philippo Rege, abdicare se honore, quâ parere maluit, & illico abdicavit, Geraldo pro se substituto, què eximia vitæ sanctitas præ cæteris comendaverat, contra què cum Regina Pontium denuo obtruderet, egressus cellula sua Arnulphus, Regiæ imperterritus occurrit, & crede, inquit, si lubet, ô Regina Fratrum Arnulpho, imo potius crede Spiritui S. Nam, si tu Fratrem Geraldum hinc ejeceris, DEO vindicetu quoque ante obitum tuum à Regno extruderis, contemptaque & ærumnosa morieris. Quod ipsum rei postea eventus comprobavit. Claruit deinceps vir sanctus longè illustrioribus miraculis, tanti ab omnibus factus, ut potentissimi quivis ipsius gratiam exambirent, de que Ecclesiæ pace, atque animarum salute ipsium certatim consuleret. Sueffionis celeberrimæ Cathedræ concordibus omnium

votis electus & postulat⁹ Episcopus, quod minimè consenturus crederetur, sub anathematis interminatione ab Legato Apostolico ad Concilium evocatur, ubi repetita Cleri & populi Sueffionensis petitione, universis Episcopis conclamantibus, & Arnulphum omni Sanctitate ornatum sibi collegam dari deposcentibus trahitur, & nec momento ad excusationem cõcesso, in fulis Pontificalibus in conspectu omnium coronatur, Hugone Legato, in virtute Sanctæ obedientiæ ipsi id oneris injungente. Exitinere cum ipsum interciperet & pari violentia Archiepiscopum creare Vienenses pararent, re cognita, celeri se fugè à finibus proripuit, & sueffionem concessit. Explicari non potest, quantis meritis Cathedram demeruerit; quin & meritorum magnitudine procul distitas etiã provincias complexus, eas inter Flandriam sibi perpetuo obstrinxit, atrocissimasque simultates, & funestissima odia mire contopivit, coque nomine Brugenses in primis, Furnenses, & Aldenburgenses sibi obligavit. Fuit insigni in pauperes liberalitate, in omnes propensione, cujus munificentiam insigni miraculo DEU sillustravit, cum quinque aliquando panibus & totidem vini mēsuris, plus quam septingentos homines in solitudine ad se concurrentes reficeret. Obitus sui horam distinctè prænovit prædixitque. Supremum decumbenti cælites adfuerit, cum trino & miro terræ motu ac fragore cella, (ad quâ se denuo sub vitæ finem receperat,) concuteretur, & prima quidem quassatione, (sic ipse, imperato pri⁹ silentio fatebatur,) Beatus Petrus Apostolus, inquit, ad me venit, significans mihi peccata remissa & vitæ januam patere. Aderat illi beatorum frequens cætus, laudes divinas continenter modulantium. Sub altera quassatione, cum multis Angelicis spiritibus S. Michaël me invisit, pollicens, se duce me ad beatam vitam ingressurum. Tertia concussione adfuit DOMINA NOSTRA, VERA MISERICORDIÆ MATER, multis stipata Sanctarum Virginû agminibus, benignissima voce me certiozem efficiens, de anima mea inter ASSUMPTIONIS ej⁹ gaudia, inter cælos transferenda. Obijt oraculum Galliæ & miraculū. A.C. 1087. cuj⁹ exēplo & exhortatione innumeri sæculi atq; Inferi priculis emersere. Claruit deinceps etiã appetuis miraculis, solo tumuli ejus pulvere certatim expectito, in lōginqua deportato, & prodigiosa efficiente, cujus mortui illud in primis rarū de prædicatur, cum inferendus

Mira electio.

Archiepiscopatum fugit.

Flandriam demeretur.

Obitum prædixit.

A cælitibus invisit.

A Deipara visitur.

Ob. 1087.

Insigne miraculum.

S. Balsemii mon.

S. Basoli nepos.

B. Conradus conversus.

Visiones ejus.

B. Mechtild. Virgo.

Visio mira.

Lena peccatillum quale.

dus manui & digito rigenti & contracto annulus esset, manum à pectore ipse exigeret, digitos displicaret & deduceret, annuloq; inserto eos rursus in volam contraheret. Ex Vita per Listardum, t. 2. SS. Ord. Claud. Rob. Chenu, Annal. nost. Iepes &c.

In territorio Remensi Sancti Balsemii Monachi & confessoris. Fuit Balsemii Aquitanus patria, & nepos Sancti Basoli Abbatis, cujus etiam hæres rigoris & sanctitatis, consors denique præmij & felicitatis esse meruit, cujus vitæ res gestas perijisse valde dolendum est, pauca autem hæc de ipso & patruo, an avunculo ejus Basolo habet Flodoardus: Prænoscent per Spiritum Basolus, suæ vocationis imminere tempus, misit ad nepotem suum nomine Balsemii, qui cum ad se à Lemovicâ regione perduceret; significans illi quod post obitum suum in prædicto suo conversationis habitaculo deberet vitam ducere, juxta quod revelatum sibi fuerat à Domino. Cujus salutaribus præceptis, ut bonus filius obtemperans, & ad supremam hæreditatem pervenire desiderans, usque ad exit⁹ sui diem, in eadem permansit habitatione: Flodoard. cit. Histor. Eccles. Remens. Hugo Menardus, &c.

In Germania Beati Conradi Conversi Heisterbacensis, viri simplicis ac timorati, & varijs revelationibus illustris. Hic cum gravi infirmitate vexaretur CHRISTUM in cruce coram se pendente intueri meruit, hisce se verbis compeilantem: *Conrade, vides quant a propter te sustinuerim?* Aliàs in ecstasim raptus, & cælos penetrans, voces & concentus Angelorum audire meruit: & tandem virtutibus plenus in ipsa solemnitate ASSUMPTIONIS DEIPARÆ pijsimè obiit. Menol. Cist. Chrysof. Henric. Casarius Heisterbac. Manrique, t. 2. SS. Ord. &c.

In Saxoniâ Beatæ Mechtildis Virginis Sanctimonialis. Fuit hæc discipula Divinissimæ illius Elpediani in Saxonâ Abbatissæ Gertrudis, cujus institutione ad insignem pervenit vitæ perfectionem. Obijt ipsâ gloriosissimæ Matris Virginis in cœlum Assumptæ festivitate; cujus meritum Sanctissimæ Magistræ ejus Gertrudis suæ ostensus, leviculi juxta, (quod expiare vivens non meminerat,) peccatillum rationem, mira visione Dominus dignatus est demonstrare: Apparuit siquidem oranti Abbatissæ, stans illa ante CHRISTI sponsi conspectus, immenso lumine colustrata: verum pudibunda, demisso ca-

pite, accedere non audens, quamvis blando amplexu eam Rex Regum invitaret: ob labeculæ nimirum alicujus reliquias, ut edocta Gertrudis est, quæ plenam ejus beatitatem, dum elueret, non nihil retardabant. Ex lib. 5. Insin. Div. piet. t. 2. SS. Ord. Menard. &c.

Toletum in Hispania, in Monasterio Sancti Clementis pijsimus obitus Beatæ Mariæ ejusdem Cœnobij Monialis, ætate juvenis, sed moribus provecæ. Hæc cum decima quarta hujus ejusdem mensis gravius cœpisset ægrotare, varijs Sanctorum visitationibus recreata, Apostolorum & Evangelistarum præsentia honorata, ipsam etiam Cœlitum Imperatricem DEI Matrem ad se pertraxit, quam obnixius exoravit, ut eadem hora, qua olim ipsa cælos gloriosa conscendisset, sibi ex hac vita migrare concederetur: Quod ei pijsima MISERICORDIÆ MATER non denegavit: imò promisit, eisdem hymnos, eadem lætitiæ & exultationis cantica, quibus cœli cives ipsi cœlum conscendenti congratulati sunt, se auditorâ, rectaque ex hac miseriarum valle in gloriâ cœlestem intraturam. Retulit adstantibus fororibus Maria (quæ colloquiū quidem eius audierant, viderant tamen neminem) & ab ea hora sequentem diem & promissum resolutionis terminum, in jugi gratiarum actione & mira cordis exultatione expectans, eo jam imminente, & resonante horologio: *Iam jam, inquit, mi-*

grandi tempus exoptatum advenit, tali hora, gloriosissima cœli Regina super Choros Angelorū exaltata, ad ætherea regna conscendit. Dominâ ancilla sequatur, & mira vultus jucunditate, & mentis suavitate omnibus valedicens purissimum Spiritum Creatori reddidit. Resplenduit angelico decore post mortē facies, colore vivido, oculis nitentibus, multa que alia prodigiosa signa, felicè Virginis transitum contequuta sunt. Fr. nesc. Bivar. Monachus ad Sacra Mania familiaris noster lib. Mulierum Illustr. Chrysof. Henric. t. 2. SS. Ord. &c.

Ipsa die Natalis S. Stephani Regis Vngariæ, voto animi etiam in purpura Monacho, & nostris etiã inter Regni summa negotia accenso, qui cum omnino regno se abdicare & cucillum amplecti statuisset, cognita immutabili Emerici filij in Virginitate proposito, & mox ab ejus immaturo obitu Regni, si illud resignaret periculo, retento sceptro, ita se tamen Monachicis studiis addixit, ut perfectissimorum studia vicissè comprobaretur, nō-

B. Maria Monialis.

Deipara apparitio.

Insignis gratia.

Felicissimus transitus.

Miracula.

S. Stephanus.

etes diesque sacra cum iisdem exercitia, & chorum frequentans, talis per omnia Rex & Monachus, ut omnia Regum Sanctorum & Monachorum exempla, si non superasse, certe exæquasse videretur. Qui hac ipsa Assumptæ Dominæ suæ, (sic appellabatur) die in cælum assumptus, magnis

à morte miraculis, mira sacri corporis fragrantia, & liquore cœlesti inde manante honoratus est. *Ex monim. Archimonasterii &c. Andr. Dandolo &c.*

Eodem die Natalis B. Belthramni Abbatissæ Lutherensis, de quo vide Colganum fol. 124.

XVII. CALEND. SEPTEMB.

XVI. Augusti.

D.

Festivitas S. Arnulphi.

Genus illustrius.

Merita in saculo.

Merita Monachi & Episcopi.

Totum Regnum ab eo dependet.

Miraculorum gloria.

Incendium extinguit.

Eadem die, ejusdem Sancti Arnulphi solennissima translatio: Ea post annum à morte ejusdem instituta, per S. Goericum

successorem Metentem Episcopum, qui communicato cum alijs cōsilio, accitis duobus etiam alijs Episcopis, in magna populi & Cleri frequentia, post celebratas religiosè excubias, sacrum ejus corpus ad Urbem transtulit, mira interim cœlestis odoris fragrantia, è sacris illis membris emergente, & omnium illorum nares implente. Sed & illud mirum juxta & rarum fuit, cum sacri muneris portitoribus lubrico itinere corruentibus, illud fixum in aère stetit, quoad humeris denuo exciperetur. Neq; minus illud, cum divertere ad locum quendam quietis seu refectiois, gratia vellent, quæ Cunita homo incestus incoluerat, fixis prodigio omnium pedibus, eo ingredi nō potuisse: quod animadvertens Noddo Dux: *Cernitis, inquit, virum sanctum nolle in vestigiis hujus terram ingredi*, quos proin ad villam quandam suam longè distitam invitavit, ad quam tamen, rebus omnibus exhausta & nudam, ante solis occasum pertingere non posse affirmavit. Rursum prodigium, cum eo quamprimum omnes iter extenderent, tanta celeritate eo delati clarâ etiamnum luce sunt, ut etiam qui feretrum gestabant, portari se potius, quam portare quidpiam sibi viderentur, pauxillo, quod aderat, cerevisiæ, in omnes prodigiosissime sufficiente, ita ut etiâ in crastinâ superesset. Sic deniq; effusa in occursum urbe universa Metas translatus, insignibus etiâ deinceps miraculis illustratus est. Paulus Diac. & supra citati ferè omnes.

In Belgio Comemoratio B. Christi Virginum, Fulcedis, Sanctæ, & Ruessellæ sororum, quæ cum genere tum opibus florent, comuni animorum consensu, seq; suaq; omnia Christo consecrantes, cuculum amplexæ, in condito à se Pratenfi prope Duacum Cœnobio sese inclusere, ubi DEO & DEIPARÆ sub sacro rigore fideliter fervientes, ibidem cum magnâ sanctitatis opinione decesserunt, & sepultæ sunt. *Menol. Cist. Chrysof. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Morinis, ostensio S. Hunfridi Episcopi & Con-

Mira fragrantia.

Rarum prodigium.

Immobile feretrum.

Aliud miraculum.

Occurrit urbs universa.

BB. Fulcedis Sanctæ & Ruessellæ.

S. Hunfridi conversio.

Elevatio S. Bernvardi.

Mortuus resuscitatur.

Item alius.

Elevatio S. Hedvigis.

S. Laurentii conversio.

S. Margaritæ Virginitatis.

Genus.

Pietas.

Fit Monialis.

Sacti rigor studiosa.

Denuo professæ.

Fit Abbatissa.

& Confessoris. De qua *Molanus in Addit. ad Vsuard. Arn. Duac. Hugo Menard.*

Eadem die elevatio Sancti Bernvardi Hildesheimensis Episcopi & Confessoris. Hæc facta est anno secundo Cælestini III. Pont. Max. qui ipsum, gravissimis præcedentibus visionibus & miraculis Sanctorum albo adscripsit. Ea inter, rarius illud, cum voto ad tumulum ejus facto orbi parentes mortuum filium, prodigiosissime resuscitatum reciperent. Prodiit aperto sarcophago, cælestis odoris fragrantia, & casula serica, in qua centum septuaginta duobus annis magnus Pontifex conquievit, reperta est incorrupta, cujus tactu multi infirmi curati sunt. Sed & alius postea puer collisus & mortuus, ad sacras Bernvardi nostri reliquias, vitæ est restitutus; diversissimis & gravissimis deinceps miraculis consequentibus. *Ex Vita Syder. Brover, t. 2. SS. Ord. & Annal. nost. German. &c.*

Treviniaci in Polonia, elevatio corporis Sanctæ Hedvigis Ducissæ. De qua *Menologium Chrysof. Henriquezi hac die, & nos tomo secundo SS. Ordinis. &c.*

Sublaci felix transitus B. Laurentii Conversi, stupendæ patientiæ viri de quo prolixius die 18. Decembris, qui fuit elevationis sive Canonizationis.

Parisiis depositio Beat. Margaritæ Virginis & Abbatissæ Vallis-Gratiæ, virtutibus & miraculorum gratia illustrissimæ. Margarita æternum postremæ ætatis nostræ decus & speculû, illustri nata genere in castro Villemont, patrem Gilbertum de Veyni, de Arbouze, Dynastâ Villemontii, matrè Ioannam de Pinac habuit, Petri Burgundiæ Protegis filiam. A teneris unguiculis raræ pietatis præ se ferens studiû, nono ætatis anno DEO oblata; in S. Petri Cœnobio Lugdunensi cucullæ amplexa est. Severioris vitæ studio, Capuzinarum sive Passionis, dei discalceatarum à Carmelo institutû exambiens, singulari Numinis voluntate repullâ passa, audiens in Monasterio Montis Martyrum, à Domina Abbatissa Maria de Beavillier disciplinam Benedictinam ad Regulæ præscriptû feliciter revocati, ad probationem admitti exorans, anno ejus constanter exacto, Regulâ S. P. N. BENEDICTI denuo professæ, ex eo tēpore, & exemplo, & admirationi omnibus fuit. Ejus fama ad aures Regis perlata, invita admodû Vallisgratiæ A. C. 1618. Abbatissa renūciata, præmorore in morbum incidit. Inaugurata ipso Sanctissimi Patriarchæ nostri festivo natali à Carolo Lugdunensi Pōtifi-

ce, cum nocte in cubiculum deduceretur peristromatis ornatû, lecto culcitris holeris acupictis & intertextis strato, petita scala parietes nudavit, & lecti ornatum omnem procul amolita est. Ad reformationem autem Cœnobii mox converso animo, non illud solum, sed & plurima deinceps alia, stupentibus universis, mira felicitate ad amissim Regulæ reformavit, quam à sententia dimovere sæpe conatus cacodæmon, usus religiofarum etiâ personarum industria, efficere nihil potuit, cū illa omnia omnium eludens argumenta: *infirmi humanæ, DEI gratiam, status mutationi* (quam potius suadebant nonnulli) *Regule S. P. N. BENEDICTI perfectionem opponeret, quam tot Sancti, tot Reges & Regina sequuti essent, quamque tot Concilia, tot Sancti Patres, eosque inter magnus Ecclesiæ Doctor Gregorius tantopere probavissent.* Ejus paulo post sanctimoniam fama, non solum Galliam universam, sed nationes etiam exteras pervagata est, gravissimis accedentibus prodigiis, quibus Sponsam suam Virginum sponsus mirificè illustravit. Spirituum discretionem in primis eluxit, deque veris & falsis revelationibus facillè judicavit. Nec prophetiæ lumen ipsi defuit. Cum filiâ Ducis de Rohan colloquens, ad pedes ejusdè Principis provoluta, ut ejuratâ Hæresi sibi confuleret frustra rogavit, cū impendere inopinanti jam jam mortem certo prædixisset, quod mox rei exitus comprobavit. Eodem lumine abdita cordis secreta, & occultissime cogitata, cognovit. Anxiè cuiusdam de Confessione Generali instituenda, ob leve aliquod peccatû, quod tamen confiteri nimium erubesceret, stupente illâ, ipsi firmiter peccatû Margaritæ detexit, & magno miseram angore liberavit. Incendium subortum precibus extinxit. Cū iret ad Monasterium Charitatis, ad transitum ejus stipes aridus prodigiosè floruit. Plaustrum vino onustum cœnoque merum, cum nulla vi & industriâ aurigæ extrahi posset, unico adhibito equo, & crucis signo, illa extraxit. ADMIRABILIS MATRIS, VIRGINIS BENEDICTÆ longè amantissima, honorem & amorem ejusdem diligentissimo studio promovit & comendavit. Sanctimoniam scrupulosam, cum orare ante B. M. V. imaginem juberet, mirè mutata illa, & libera deinceps redijt. Frumentum cum vix ad sex hebdomades sufficeret, sorori Convertere, quotidie ante triticum unû AVE MARIA injunxit, triticumque ad lex

Pompam omnem avertatur.

Reformat Cœnobium.

Regula S. P. N. etiam hodie possibilibus.

Miracula.

Mortem prædicit filiâ Ducis Roan.

Secreta cordis novit.

Insigne miraculum.

Deiparæ addicta.

Frumentum multiplicatum.

usque menses superfuit. Anno CHRISTI 1623. grassante vehementius lue pestilenti, adeo ut vix impunè quisquam domo pedem efferret, Cœnobij Oeconomia defectu necessariorum anxia, de sanctitate tamen Margaritæ confusa, dum petita benedictione hortum Cœnobij ingreditur, perque merita Beatæ Abbatisæ genufflexa opem à Numine efflagitat, statim ante sese ingentem ovorum acervum intuetur, quo sanctimoniales deinceps abundè refectæ sunt. Sæpè vita est ab insigni quadam sanctimoniali flammis circumseptâ, quæ tunc hanc quoque vocem inaudit: *Hæc amore mei vehementer uritur.* Vita etiam à multis Sacro-Sancto Eucharistiæ refecta Sacramento, vultu Angelico, & imenso splendore radiare. Bis visâ à D. Fiant Sacerdote pio ac docto solis radios spendo resuperare. Nec mirum, cum æstuantissimo amore, ad miraculum, perpetuo in DEVM raperetur. Rigida sibi, corpus variè macerabat, flagello, cilicio, zonâ, ferreis aculeis præmunitâ carnem dirè excrucians. Super asseres mattâ junceâ stratos cubabat. Abstinentiâ erat admirabili, cum cupedias prorsus ignoraret, neque plures solùm dies, sed tres hebdomades, mentem interdum integrum, absque cibo & potu ullo exigeret, ita quidem, ut quinquennio vitæ postremo, miraculosè solum, medicorum judicio viveret. Silentij studiosissima fuit; patientiæ & humilitatis miraculum; in injurijs & sui contemptu hilaris, & in eos qui talia irrogarent affectu & beneficijs propensissima. Obijt felicissimè illustrissimum nostri sæculi tydus Anno Christi 1626. ætatis suæ 46. cum facies illico ejus post mortem, velut minio illita gratiosissima appareret, & miram odoris fragrantiam corpus redoleret. Fuit mors ejus pretiosa multis pijs personis mirè revelata; cumque in opido Seriaco decessisset, splendida tunc stella in templo Vallis-Gratæ, loco, quo confidere consueverat, cuidam apparuit. Fuit & deinceps miraculorum præstantia illustrissima, quibus plurimos mente, & corpore ægros prodigosè liberavit. Illud rarius, & planè inauditum: non ex corpore solùm ejus, quod de quibusdâ Sanctis legitur, sed & de vestimentorum ejusdem particulis, prodigiotum oleum dimanare. Neque minus admi-

ratione dignum; sanguinem ejus concre-tum, à sacra quadam Virgine religiosè aservatum, ad corporis sacri præsentiam, cum ad Cœnobium Vallis gratiæ transferretur, solutum ebullisse. Ut de cæteris ejus brevitatis studio, consulto silentium nobis imperemus. Scripsit vitam ejus, plixè Jacobus Ferragius, Hugo Menardus, aliique, accepimusque plura, ex ore Serenissimæ D. D. Catharinæ Lotharingiæ Principis Abbatisæ Montis Romarici, Patronæ nostræ meritissimæ, & lectissimæ ejusdem Beatæ Margaritæ discipula. *Vid. tom. secundo SS. Ordin. &c.*

In Hispania Venerabilis P. F. Athanasii de Villa Gomez Monachi Nucalensis, qui postquam in assidua contemplatione, spiritus puritate & carnis maceratione, vitam sanctissimè traduxisset, exultans & laudans animam reddidit: ex cujus offibus odor suavissimus, omnium aromatum fragrantiam superans, & verè cœlestis erumpens, multis post obitum annis reserato forte sepulchro, totam basilicam implevit, & insigni admiratione, ut & consolatione universos qui aderant affectit & recreavit. *Menolog. Cist. Chrysof. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Arelate in Galliis S. Rusticula Virginis, quæ apud Vasiones nobilissima Martiorum oriunda familia, patrem Valerianum ipsa die qua nata est perdidit. Quinquennis etiamnum cum forma esset regia, jamque animi dotibus omnes in admirationem raperet, tenellam etiamnum Cheraonius Guntramni Regis familiaris adamavit & raptu subduxit, quæ divino nutu è manibus ejusdem erepta suadente Siagrius Augustodunensi Episcopo & annuente Rege B. Lilio Abbatisæ Arelatensi tradita, Monasticen postea professa huic succedere meruit, & sanctitatis exemplar omnibus extitit. Invidia demum Ricamiri Comitis falso delata, ad Clotharium Regem vincita deducitur, permultis in itinere editis miraculis, quorum evidentia innocens comperta, honorifice remissa, incredibili sororum plaulu recepta est. Obijt septuagenaria, cujus loculo dum ad sepulturam deferretur, ægri colla submittentes mirè curati sunt, & magna deinceps ad sepulchrum miracula e-

dita. *Mart. Gall. Sauss. &c.*

Aliud.

V. Athanasii mon.

Fragrantia cœlestis.

S. Rusticula Virgo.

Abbatisa.

Miraculis claret.

Moritur.

XVII. Augusti.

E.

S. Hiero Mart.

NORDOVICI, passio Sancti Hieronis Monachi & Martyris. Is insigni generis nobilitate in Scotiâ eminent, relictis parentibus, quibus erat unicus, cucullum amplexus, eo zelo, singulorum Fratrum suo in Cœnobio virtutis imitatus est, ut pari, quo magnus ille Antonius studio & contentione, in omni perfectione absolutissimus evaderet; Ad Presbyteratus autem honorem pro meritis promotus, quo talento sibi credito felicius uteretur, propagandæ fidei zelo exardescens, convertendarum gentium studio in Frisiam se contulit, inque magnâ patientia & tribulatione ac lachrymis seminans, cum exultatione magnâ non multo post suos reportans manipulos Horreis CHRISTI intulit, plurimisque ad gremium Ecclesiæ traductis, gloriosissimum APOSTOLI nomen apud eas gentes meruit; Martyrij insuper lauream consequutus, cum in persecutione Northmannica seu Danica carcerem, flagella, & dira alia constantissimè perpessus, abscisso demum capite victor evaderet, & felicem animum ad triumphos æternos, & Apostolici laboris præmia præmitteret. Asservatur gloriosissimi Apostoli & Martyris caput Nordovici, corpus autem, per Diocesenum Episcopum & Theodoricum II. Hollandiæ Comitem, accedentibus miraculis, Egmondâ translatum, præmissis ex more triduo jejunio, in Cœnobio Sancti Adalberti est conditum. Festum ejus celebre olim Hollandis universis, hodie fidelibus solis, sed nec à fide Apostatis ignotum est, ob insignem & perpetuam miraculi gratiam (quæ & singularis in S. Antonio de Padua celebratur,) cum invocata Ieronis ope, res furto ablata seu perditæ, mirè recipiuntur. Vnde priscus ille versiculus:

Rebus in amissis IERON sæpissimè tulget.

Ex Molano, Auberto Mir. eo, & reliq. rer. Belg. script. Stengel. Annal. nostr. German. & Bened. tom. 2. SS. &c.

S. Carolomannus Rex

In Monasterio Casinensi, Sancti Carolomanni Regis & Monachi. Carolomannus Caroli Martelli filius, Pipini Galliarum Regis frater germanus, Caroli Magni Imperatorum Augustissimi patruus, togâ saepe gloriosissimus, omni virtutum genere, & liberalitate in primis, dignissimâ

Principe enituit, quâ de Ordine in primis universo, plurimis seu conditis, seu dotatis Cœnobijs, æternum meruit, Monachorum deinde studia varijs modis juvenis, suomet denique exemplo mirificè confirmavit. Fuit illud, cum stupendo æternis sæculis exemplo, è supremo infimus, in medio faventissimæ fortunæ & gloriæ cursu, post Odilonem Bajoariæ Regem, Homo alidumque Aquitaniæ Principem, Alemannos item, Saxones, aliosque hostes, seu debellatos, sive vi terroreque repressos, potentissimo Principatu, (qui duodecim olim Regibus successerat) abdicatione, repente à mundo se abstrahens, Cœnobio in monte Soracte condito, nostris se ultro legibus mancipavit. Verum propter urbis propinquitatem, quotidianos Francorum incurfus moleste ferens, & latere cupiens, pro ignoto primum inter Casinates Monachos conscriptus, ipsâ demum stupenda animi demissione, & in ima fortunæ area, patientia latere non potuit, & dignè innotuit. Cum enim Sanctus Petronax Abbas exploraturus Novitij spiritum, ipsum culinæ servitio deputasset, & haurienda aqua, tergendis ollis ac lancibus, cæteroque ultimi servitij munere occupasset, infuetas ijs laboribus, Rex Cocco subditur ex Rege lixa. tamen, quin coei hominis insigniter morosi & crudi, aliquando offenderet animum, adeo ut in contumelias erumpens, à verbis ad verbera procedens, mitissimi sodalis offensivunculas; iterum ac tertio colaphis vindicaret, nullum interim perturbatoris animi signum præ se ferente DEI famulo, & pro dira imprecatione alapas infligenti (cui de nomine ignotus erat) hoc tantum respondente: PARCAT TICI DEUS, ET CAROLOMANNUS. Interfuit forte è familiaribus Palatinis, qui una cum Rege suo sæculum ejurare, & lixam tam pretiosum noverat, qui injuriam aliquando in Principem suum, coquum ultus, lixam prodidit: & tu, inquit, tantum in Regem, tantum nefas? Excepta & delata ad Petronacem vox, haud parum optimi Principem dejecit, cum tantis ille humilitate & patientia omnem fortunæ suæ sublimitatem ac felicitatem metiretur. Non potuit tamen multum deprecando, ut suo sibi coquo adesse liceret ab Abbate impetra-

Merita de Monachis.

Victoria.

Fit Monachus.

Tyrocinium eius.

Cocco subditur ex Rege lixa.

Mira patientia.

Proditur.

trare, exauditus tamen, ne quid Regio nomi-
mini pridem ejurato tribueretur, & ut
quod elegerat, *abjectus in domo DEI*, esset,
ex Rege postea factus opilio, iussus deinceps
gregem curare, mane & pascua educere,
vesperi reducere ad causas, quâ oblatâ
occasione optimâ usus est, & alto illo si-
lentio & rerum pacatissima quiete medi-
tationi faventibus oculos erigebat in cœ-
lum, & Psalmorum modulationi rerum
Divinarum comentationem interserens,
animum supernis delicijs saginabat. Por-
ro autem quamvis ovium curationem o-
biret solus, & quæ procul ab arbitris age-
bat nemini cuiquâ perspecta essent, & ex-
plorata; DEO tamen cordi fuit, solidæ ejus
virtutis testatissima quædam indicia pro-
ferre in lucem. Invigilabat aliquando
de more ad gregis custodiam in remotis
locis, cum ecce tibi è latebris erumpentes
ficarij pecudes adoriuntur, & abigere oc-
cipiunt. Hic mitissimus pastor perditore-
rum furori atque audaciæ obviam factus:
ad oves inquit quod attinet, persuasissimū
mihi est, nullam, me quidem permittente
ablatum iri: in me vero siquam vobis fa-
cultatem concefferit DEVS, quo minus
arbitratu vestro exerceatis, non reculo.
Quæ cum diceret, inermis licet, ac pan-
nolus, contra facinorosos, orationis tamē
ardore, ac majestate vultus perfecit, ut la-
ciniatâ veste quâ tegebatur contenti, ab
ovium cæde ac rapina temperarent. Mox
ubi domum reversus, in Abbatis conspe-
ctum se dedit, rei narrationem, ita ut erat,
solo femoralium amictu præcinctus suū
cum pudore ac verecundia exequitur.
Præses quamvis altissimam Regij pectoris
humilitatem tacitus demiraretur: nihilo-
minus in præsens duriorib⁹ verbis incre-
pitum, ad consueti muneris procuratio-
nem diligentius obeundâ remittit. Huic
religiôsæ moderationis præclaro sanè do-
cumento par illud fuit, atque haud scio,
an etiam illustrius, quo ejusdem insignis
sui victoria, non ita multo post mirabiliter
enituit. Carolomanno è pascuis ovile re-
petenti, forte animadversum est, claudi-
cantem oviculam egrius adrepere ad gre-
gem; cujus imbecillitati, cum gravius ad-
eo damnum metueret è via, siquidem ac-
celerare cogere; sin lento gradu lubse-
qui pergeret, ne moræ atque impedimen-
to sibi esset ad reditum; statuit pecude in
humeros sublata, quod reliquum erat iti-
neris conficere. Ab hac vero pecude in-
ter eum dum lotiō ubertim perfusus, eam
fecunditatem ac fordes, ita cum stomacho &

nausea averfatus non est, exquisitis olim
munditijs & splendidi cultus elegantia af-
uetus: ut nec præfenti onere se levaret, nec
domi postea vel leviter conquestus sit.
Eum Petronax postea ad Vineæ culturâ
gradum facere jussit. Nimirum hic ho-
nos est habitus, hæc requies concessa po-
tentissimo Regi, diuturnis laboribus, &
infimi muneris cura perfuncto. Demum
Abbatis sui jussione obita in Franciâ Le-
gatione, ut Romani Pontificis animum,
(qui tum forte in Gallia morabatur.) Pi-
pini fratris opera, Longobardorum Regi
conciliaret, cum res impeditior videretur,
quam ut brevi explicari posset, ex aula
in Religiosam domum se contulit, rei exi-
tum comode præstolaturus. Vbi lethali
morbo correptus, intra paucos dies ex-
cessit è vita. Pipinus sacras exuvias au-
reo inclusas loculo Casinum transmisit,
additis insuper, quæ clarissimi Regis mu-
nificentiam, & fraternam pietatem decla-
rarent, præclarissimis opere & pretio
muneribus, DEO autem gravissimis mi-
raculis servi sui fidelitatem ac sanctitatem
comprobante & comendante. *Ex tom. Miracula
secundo Sanctior. Ord. & eruditissimi viri no-
bisque familiarissimi R. P. S. Marci Antonii
Scipionis Monachi Casinatis Elogijs Casin.
Matth. Radero, Hieronym. Plato, Iepesio,
Molano, Arnoldo Duac. &c. Obiit Anno
Christi 754.*
In Monasterio Glanofoliensi, felicif-
simus transitus Beatorum centum & se-
decim Monachorum Sanctissimi Patris
nostri Mauri Abbatis discipulorum, qui
brevissimo temporis spatio, pestifera lue
absumentis, monente Angelo, ab eodem
amantissimo patre instructi, cœloque for-
mati, recto itinere, strenui pro Ecclesia u-
niversa, & Regno in primis Galliarum de-
precatore, ad æternæ felicitatis patriam
evolarunt. *Ex Vita S. P. N. Mauri, t. 1. SS. Ord.
& t. 2.*
Eodem die Sancti Donati Monachi &
Confessoris. Donatus Ripæ Candidæ in
Lucania natus, à prima ætate cucillum
exambiit. Quarto decimo ætatis anno Pe-
tinenti in Cænobio suscipi orans, exorare
non potuit, quod teneram ejus ætatem ri-
gori nõ sufficere Abbas obtenderet. Mox
altero anno, velut multo jam provectior
ætate, & viribus firmior parentibus &
propinquis valedicens, eodem rediit, &
magnam vim profundens lachrymarum,
genus flexus Abbatem per Sanctum Nu-
men obtestatus est, ne, uti prius, repulsam
pateretur. Receptus, lanitoris munere
fungi

Ex Rege opilio.

Indicia vir- tutis.

Eius reso- lutio.

Patientia.

Simplicitas

Mirum ex- emplum.

Aliud æque mirum.

Miranda- tio.

Vineam co- levere jubetur

Legatus in Galliam.

Moritur.

Miracula

116 Beator. peste extin- dor.

S. Donatus mon.

Pueri fer- vor.

Fit Mona- chus.

fungi iussus est. Carnem autem suam præ-
ter flagella & jejunia, adeo hostiliter affli-
xit, ut planè admirationi nec immerito
fuerit. Quippe serâ nocte cæteris somnū
capientibus, rigente hyeme cellâ egress⁹,
in stagnum gelidissimum glacieque con-
strictum nudus descendit, cum nihilomi-
nus stans Horis tam nocturnis quam di-
urnis interesset. Ejus sanctitatem admi-
randis prodigijs DEUS declaravit. Cum
enim ipsi furni cura demandata esset, ora-
tionique ac meditationi intentus, illum
accensum & calefactum mundare oblitus
esset, negligentia admonitus, appetente
horâ coquendi jâpanis, ut erat habitū in-
dud⁹ præfente Abbate, in clibanū ardentē
insiliit, & candentem etiamnum flammis &
accensis carbonibus stupentibus qui ade-
rant cum Abbate fratribus, absque ulla
læsione, vestibus perpurgavit. Ex quo
deinceps majore in veneratione est habi-
tus. Neque minus mirandum: cum quiri-
tante Abbate super apiarij jactura & apib⁹
dispersis, maleficij auctore observâs, ursū
de nocte favos comedentē depræhenderet,
mox zonâ, quâ erat præcinct⁹, ligaret,
& velut agnum ad Abbatem perduceret;
Monachis rei eventum mirantibus, & in
obedientia deinceps studio multum pro-
ficientibus, præsertim cum ad Donati
præceptum, ursum obedire, abire, neque
deinceps redire, ut erat iussus, intueren-
tur. Migravit è vitâ, juvenis admodum,
sed maturus cælo, anno ætatis decimo no-
no, salutis 1198. cujus illud longè prodigio-
sissimè mortui memoratur: cum corpus
ejus Rigam Candidam (ita suppliciter po-
stulantibus civibus) transferretur, quiri-
tantibus Monachis, quod se detereret, ni-
hil sui apud ipsos relinquens, ipsum mor-
tuum in feretro resedisse, suumque sibi-
met (stupenda res) abstractum à corpore
brachium Monachis porrexisset. Fuit a-
mantissimus DEI parentis Virginis, singu-
lari ejusdem obsequio sub instituto sacrae
familia nostræ sub titulo Montis Virginis
emancipatus. *Ex Monim. Mont. Virg. Paul.
Reg. Philipp. Ferrar. Annal. nostr. tom. 2. SS.
Ord. &c.*
In Monasterio Cluniacensi depositio
Sancti Michaelis Monachi & Confessoris.
Hic velut rosa & liliū in Horto con-
cluso, purissimi candoris, & rosei fervoris
elegantia effulgens, quasi vitis fructificâs,
fructus emisit dignos labijs Regis æterni,
& dentibus illius ad ruminandum. Fuit-
que dignissimus, qui inter tot Cluniacen-
sium Monachorum millia, singulari no-

minis sui memoriâ, inter perfectissimos
sanctissimi illius Cænobij Monachos ce-
lebraretur. Vixit temporibus Magnorum
illorum ejusdem Archisterij Antistitum
Bernonis, Odonis & Majoli, à spiritu &
gratiâ compunctionis, in tantâ donorum
cœlestium affluentia singulariter com-
mendatus. *Ex Manuscript. Chron. Clun. t. 2.
SS. Ord. &c.*
In Monasterio Novalitiensi Sancti Fro-
dini Abbatis & Confessoris, qui inter in-
credibilem syderum ejusdem Cænobij
numerum, sanctitate & meritis illustrissi-
mus celebratur. *Pingonius in Augusta Tau-
rin. t. 2. SS. Ord. &c.*
In Monasterio Amarbacensi B. Amo-
ris ejusdem loci primi Abbatis, qui chari-
tate ferventissim⁹ dignè nomine suo (sub-
ditorum fervorem nimio opere accendēs,
ea Cænobii sui fundamenta jecit, tantam-
que ædificij molem superinstruxit, ut uni-
verso terrarum orbi admirationi esset, ex
quo nimirum, velut singulari Divinae bo-
nitatis promptuario, tota deinceps Apo-
stolorum Fidei Christianæ propagatorū
cohors prodierit: quorum plurimi, ut plu-
rimum in agri Dominici culturâ desuda-
runt, sic plerique proprio etiam sanguine
eumdem rigarunt & fecundarunt. *Ex
Monim. Amarbar. Annal. nostr. Benedict. &
German. tom. secundo Sanct. Ordin. Cratopol.
Crantzio, &c.*
In Hispaniâ Sanctæ Benedictæ Virgi-
nis sanctimonialis. Hæc illustrissimo nata
genere, multo tamen illustrior virtute, &
Virginitatis purissimo amore, huic om-
nes mundi delicias & gloriam longè post-
habuit, cum lectissimo Principi & Regis
familiari præter voluntatem desponsata,
contempto illius amore, Regis favore,
parentum & propinquorum precibus &
cominatione, ad Sanctū Fructuosum no-
strum confugiens cucillum exambiit, in
quo insigni vitæ sanctitate exulta, ad tha-
lamos demum Regis æterni felicissimè e-
volavit. Claruit An. Ch. 600. *Ex Vita Sanct. Cl. 600.
Fructuosi, Iepesio, t. 2. SS. Ord. &c. & divers.
rev. Hist. script. &c.*
In Anglia Sancti Edelhuni Monachi.
Fuit hic lectissimus magni illius & meritif-
simi Egberti Apostolorum Germaniæ Pa-
tris & concitatoris locius, & in stadio per-
fectionis cursuque contentiosissimus lan-
ceta contentione æmulus. Cum autem
uterque pestilenti grassante lue, eadem
inficerentur, & ad mortē decumberent,
Egbertus autem ea liberari cuperet, & à
Numine exoraret, Edelhun⁹ prodigiôsè
edo-

Spiritus cō- punctionis

S. Frodinus Abb.

S. Amor Abbas.

Apostolo- rum pater.

S. Benedi- ca Virgo Princeps.

Cōtemptus summa gloria.

S. Edelhu- nus.

Peste infici- tur.

edoctus, serio quasi exprobravit, quocum ut simul in terris convixisset, jam jam in caelo melioris vitae participium habiturus fuisset. Decessit paulo post laetus & hilaris, & quo multo post Egbertus evoluturus erat, emigravit. Ex Hist. Angl. Ven. Bedae, & rer. Angl. script. &c.

B. Rorandus. In Italia Beati Rorandi Monachi. Hic celeberrimi illius Cœnobij Sanctæ Iustinae de Padua Monachus, strenuus Ludovici Barbi in Reformatione Monastica coadjutor fuit, ex quorum postea labore & industria ingens per Italiam maxime fructus prorupit, & novo virore Monasticen studium passim revivuit. Obijt Rorandus Anno Christi 1409. Scardeon. Monim. S. Iust. Vita Ludov. Barbi, tom. 2. Sanct. Ord. &c.

B. Andovera Reg. In Gallia Beatæ Andoveræ Reginae & Martyris. Andovera five Audouvaria Chilperici I. Franciæ Regis uxor, Fredericis concubinæ dolo circumventa, repudiata & in Cœnobium Cœnomannis detrusa, insigni patientia mirè effulsit, & Monastico vitæ rigore se strenuè exercès, ejusdem postea Reginae ex concubina scelere, gladio crudeliter caesa, cum palma Martyrij ad triumphos æternos abiit. Amoinus, Belforelt. Ado Vienn. Annal. nostra. &c.

In Heimenrode B. Ludonis Conversi, qui corporis & animi virginitatem usque in vitæ finem intraminatam conservans, ad tantam vitæ perfectionem pervenit, ut à dæmonibus obediri meruerit, quos à morturo profligavit. Men. Cist. &c.

In Lusitania translatio Beat. Ferdinandi Principis & Martyris, quando sacra ejus ossa in Lusitaniam deducta sunt, quæ multis miraculis usque hodie illustrantur. Vasconcell. &c.

In Gallia Beatæ Andoveræ Reginae & Martyris. Andovera five Audouvaria Chilperici I. Franciæ Regis uxor, Fredericis concubinæ dolo circumventa, repudiata & in Cœnobium Cœnomannis detrusa, insigni patientia mirè effulsit, & Monastico vitæ rigore se strenuè exercès, ejusdem postea Reginae ex concubina scelere, gladio crudeliter caesa, cum palma Martyrij ad triumphos æternos abiit. Amoinus, Belforelt. Ado Vienn. Annal. nostra. &c.

XV. CALEND, SEPTEMBR.

XVIII, Augusti.

F.

S. Agibodus IN Monasterio Bobiensi Sancti Agibodi Monachi & Confessoris. Agibodus Beati Attalæ Abbatis discipulus, strenuus virtutum ipsius imitator, inter spectatio- ra caeli & Cœnobij Bobiensis sydera præclare enituit. Fuit pro singulari animi puritate à Sancto Attala cuidam Virginum Cœnobio præpositus, quas Sanctissimis non solum monitis, & cura diligentibus, sed perfectissimo in primis vitæ exemplo, in vitæ Regularis tramite præcedens, ad perfectionis culmen eniti & contendere efficacissimè docuit, pellexit, ac concitavit. Illud alia ejus inter insignia rarius comendatur: cum fatali decumberet lectulo, animus ipsius corpore eductum, gloriam sibi preparatam intueri meruisse, in admirandæ atque inexplicabilis lucis & splendoris radijs designatam, his verbis, ipsum quodam ex felicissimis illis superæ aulæ Palatinis compellente: *Novervis, te hodie venturum ad nos, & in hac admirabili luce habitaturum, septiesque vincente solis lumen, justorum choris inferendum. Reversus ergo, valedic Fratrum collegio; atque ita porro redibis ad nos.* Parantibus proin exequias Fratribus, resuscitatus ille, quæ vidisset stupentibus retulit, & sumpto sacratissimo CHRISTI corpore, omnibus osculo præbito, ad felicitatem sibi promissam

hilaris excessit. Claruis An. Ch. 640. aliis 66. Ex mon. Bob. Iona, &c.

Romæ Sancti Sergij Papæ Quarti. Sergius patria Romanus, Petrus antea vocatus, Martini filius, ex Monacho absolutissimo Pontifex verè maximus, Pontificatum Romanum Anno Christi 1009. hac die iniit. Vir fuit sanctissimæ vitæ, inquit Platina, gratæque consuetudinis, & ante Pontificatum, & in ipso Magistratu. In pauperes liberalis, in amicos & familiares jucundus, in delinquentes clemens, in contumaces modestus. Tantæ præterea prudentiæ fuit, ut toto Pontificatu suo, nil commissum sit, quo merito reprehendi gubernantis negligentia possit. In DEUM enim omnem mentem convertens, justè ac integrè omnia ex animi sui, benè natura & moribus instituti, sententiâ gubernabat. Ejus consilio & monitionibus Principes Italiæ composito fœdere, consilium pellendi è Sicilia Saracenos in- icre, idque moliri paribus animis instituere. Decessit Sergius vir sanctissimus Anno Christi 1012. dignissimo pro meritis Epitaphio honoratus:

Hic tumulata jacent pastoris membra sereni

Quem DECUS ECCLESIAE contulit omnipotens.

Pau-

Præfatus Virginibus. Moritur. Remisit.

Clar. 640. S. Sergius IV. Papa. Laudatus. Meritum insigne. Ob. 1012.

Pauperibus panis, nudorum vestis opima, Doctor & egregius, qui fuit, in populo, &c.

Hieron. Platus, Platina. Ciacon, Bugianus, Illigas &c. Annal. nostr. Bened. tom. secundo SS. Ordin. &c.

B. Adam Episcop. In Gallia Beati Adami Morienfis Episcopi. Adam ex Canonico & Archidiacono Parisiensi ad Morinenfis five Bononienfis Ecclesiæ evedtus Cathedram, eidem strenuè annis quindecim præfuit. Pericula autem tanti oneris & honoris secum expendens, facile fastidijt, & cuculli securitatem & facilitatem amplexus, in Monasterio Clara-vallis suscipi rogavit & impetravit; & cœfecta licet senio valetudine, rigorem tamen Monasticum magno animo aggressus, in eo mirificè profecit, vitæ, quam laudabilem à puero ad senectâ usque duxit, felicissimo fine concludens, cû magna sanctitatis opinione ex hoc mundo discessit. Tab. Marin. Claud. Rob. Abraham Bzovius. Chrysof. Henr. &c.

B. Leonardus Abb. In Monasterio Sanctæ Trinitatis Cavæ, depositio Beati Leonardi Abbatis Cavenfis undecimi. Hic in frequentissimo illo Sanctorum Collegio tantis virtutibus effulsit, ut dignissimè sit habitus, qui sanctissimo illi Abbati Balamo in ejusdem Cœnobij regimine succederet, & in plenitudine Sanctorum dominaretur. Vbi demum meritorum copia dives anno regiminis 24. Christi 1258. inter suavissima perfectissimorum Fratrum obsequia & amplexus, felicissimè obdormijt, & dignissimum successorem habere meruit Sanctum Leonem II. Ex Monim. Carvens. Ioanne Capuano, Iepes, Arnold. Duacen. t. 2. SS. Ord. &c.

B. Iacobus Callipet. In Monasterio Viciacensi Beati Iacobi cognomento Callipeti, ejusdem loci Prioris. Iacobus Blesensis patria, Regulam Sanctissimi P. N. BENEDICTI sub Instituto nostro Cœlestino amplexus, cœlestem planè, eo dignam nomine & mercede, vitæ rationem instituit, proque meritis Viciacensis Prior constitutus, fratribus suis admirabilis sanctitatis & patientiæ faciem seipso prætulit. Ejus obsequium tanti ipsa Cœlorum Imperatrix DEIPARA fecit, ut eximio ipsum honore prosequuta sit, & rem Divinam facienti, cum multitudine Sanctorum occurrens, coronam varijs & cœlestibus, bellissimè contextam floribus, servi sui charissimo capiti, suâmet manu imposuerit. Cum gravissimis flagris & doloribus sibi à dæmone illatis, viriliter

colluctatus est, & sola tam insigni patientia de infero triumphavit. Fuit inter collocationes ejusmodi, Divino subinde solatio mire recreatus, in ipso semel conflictu coronam sibi auream in caelo confici intuitus, quæ nec dum tamen absoluta videbatur. Cum post nocturnas aliquando Vigiliis conquiesceret, adeo graviter à dæmone cæsus est, ut pene exanimis videretur, ad se autè reversus, Angelum Custodem quem coram ad stare cernebat alloquutus, ubi tunc fuisset, cum defuisse videbatur, sciscitatus est: Respondit Angelus, præsto fuisse se semper, neque unquam deinceps ab ipso separandum. Præcipua devotione Dominicæ Passionis Mysteriis addictus, tormentis & laboribus tantis pie condolebat, & mirè affiebat, quem proin rara dignatione Servator Christus Dominus dignatus, eidem in cruce suspensus interdum apparuit, & in conspectu amantissimi alumni, rosei & purpurei sanguinis rivulis defluxit. Floruit, æternum superioris sæculi decus A. C. 1538. cujus res gestas prolixè descriptas, necdum accipere meruimus. Ex Monim. Cælest. Parisiensium. Hug. Men. Annal. Bened. t. 2. SS. Ord. &c.

Cisterti Beati Ioannis Monachi. Ioannes, vir sane celeberrimus, inquit Serguinus, juxta & Sanctissimus, unus fuit ex illorum classe, qui de Molismo, in vastam Cisterti solitudinem cum Divo Roberto venerunt, & qui in ea usque ad extremum vitæ terminum, non cibo aliqua arte condito corpusculum fovendo, non animalium carnibus, & volucrum suavitatibus, non piscibus & vino illud nutriendo; sed pane vilissimo, & aqua cum lachrymis temperata pascendo permansit. Tantæ denique legitur simplicitatis, religionis & sanctitatis exitisse, ut multis in hac vita effulserit virtutum signis. Claruit Anno Christi 1120. Ita Serguinus & nost. 2. SS. Ord. &c.

In Scotia Beati Martini Monachi, doctrina & sanctitate claris, cujus Historia, vulgo *Martiniana*, celebratur. Claruit sub Innocentio IV. Pont. Max. in sacra familia nostra Cisterc. Menol. Cist. &c. Eodem die obitus Venerabilis Luitolphi Monachi Zwifaltensis, quondam Comitum Achalmensis, & in causa Sancti Petri contra Schismaticorum proterviam propugnatoris accerrimi. Fuit hic potentissimus cæteroquin Comes adeo amans Monachorum, ut cum omnia sua in usus eorumdem erogasset, nihil sibi servasse videretur, quoad denique & seipsum isdem

Mirus Dei para favor. Caditur à dæmone. Ob. 15. 8.

Angeli custodis presentia.

Sapientia Christi in cruce intuitur.

Ob. 15. 8.

B. Ioannis mon.

Cl. 1120.

B. Martini mon.

S. Luitolphi Comes.

De Ecclesia meritis.

dem aggregans Deo consecraret. Fuit affecto admodum corpore, & podagricis maximè doloribus fracta, quod, non pretiosis, sed ovinis solum pellibus confovere solebat; cumque supremam sibi horam imminere persentiret, evocato Abbate, omnes illas suas, ex tantis olim thesauris, divitias, (pro necessitate concessas,) exponens, septem se pelles ovinas habere dixit, quas duobus famulis, qui cū in sella gestatoria portare consueverant, donare rogavit. Obijt autem illustre liberalitatis juxta ac paupertatis speculum Anno Ch. 1098. hac die. *Chron. Zuvifalt. Manusc. Bertholdo Constant. tom. 3. Constantia nostr. Bened. &c.*

Eius paupertas.

Ob. 1098.

XIV. CALEND. SEPTEMBR.

XIX. Augusti.

IN Gallia, pago Sigesterico Beati Donati Presbyteri & Confessoris, qui ab ipsis infantia rudimentis, mira DEI gratia præditus Anachoreticam vitam multis annis exegit, & miraculorum gloria clarus, migravit ad Christum. Donatus exactissimæ vitæ Monachus Aurelianensis, in monte, qui Iura dicitur, prope Sigestericum, multis annis solitarius vixit, & miraculorum gloria à Numine illustratus, cætera inter, draconem terribilem sua oratione fugavit, atque extinxit. Cumque vocationis ejus dies instaret, adveniente Abbate Mario, divinitus admonito ut ad Donatum inviseret; inter orationis verba migravit ad Dominum, sepultus ibidem à Mario 14. Calend. Sept. *Ex Ven. Beda, Vsuardo, Galefin. Petro in Catal. tom. secundo Sanctior. Ord. &c.*

In territorio Bituricensi, Sancti Mariani Confessoris. Vixit vitam Marianus ab omni peccati contagione alienam & planè Angelicam, Veterum Ægypti Patrum, minimè dissimilem, cum pomis agrestibus contentus, nihil aliud, nisi mel subinde silvestre admitteret, deliciarum omnium, & quidquid carni blandiretur, contemptor. Vt autem in vitâ solatium nullum quæsit, sic nec in morte habuit, nam quod solatio omni humano sublimius ipsi desuper venit, repertus sub arbore, incertum quo mortis genere extinctus, plurimis exinde coruscis miraculis, cujus annuam memoriam festivis honoribus celebrantes populi, opè ejus argumentis plurimis experti sunt. Ejus festivitatem cum rideret quidam &

Festivitas eius.

In Monasterio Sancti Galli Ven. Vdalgarthæ Reclusæ: quæ pro CHRISTO voluntarium subiens carcerem, perpetuæ carnis mactationi intendens, spiritu in sublime evolavit, & pro laboribus diuturnis ac brevibus comparatione æterni, æternitatis mercedem meruit. *Ex Manuscript. Santgall. &c. tom. primo Const. Bened. &c.*

V. Vdalgartia Reclusa.

In Monasterio Zwifaltensi depositio B. mem. Luitholdi Comitis potentissimi de Achalm ejusdem loci Fundatoris meritiissimi & Monachi demum ibidem Religiosissimi qui hac die An. 1096. defunctus est. *Chron. Zuvif. Manuscript.*

Manuscript.

negligeret, incendio quamprimum ædium suarum luit, ignibus repente in omnia ejus, diversis locis posita grassantibus, saltu prodigioso civium reliquorum domibus præteritis & intactis. Boves à fure abactos imploranti opem Marianus restituit, cum qui abegerat, velut mentis inops, ad stabulum unde abegerat boves ipse reduceret. *Ex Gregor. nostr. Turon. & diversis rer. Gallicar. script. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Miracula.

In Monasterio Bobiensi, depositio Sancti Bertulphi Abbatis, qui multos verbo & exemplo ab iniquitate avertit. Bertulphus Principe natus genere, Regum potentissimorum cognatus, magno item illi merensium Pontifici Sancto Arnulpho nostro sanguine junctus fuit, cujus exemplo pompas deliciasque sæculi fastidians, Monachum Luxovij professus, Bobium dein concessit, ubi post Attalam Abbas electus est. Eum tanti Arialdus Longobardorum Rex, quamvis Arianus & barbarus, fecit, ut etiam concitatus à Proco Cleronensi Episcopo, tactus reverentia viri, nihil præsumeret, cum Episcopus inhiantius Bobiensi Cœnobio, ut opulentiore, insidias strueret, & subicere pararet, quoad hominis libidinem Honorius Papa pro dignitate compesceret, & libertati consuleret Monachorum. Bertulphi auctoritate atque eruditione, facile opprimendam Arianam Hæresim Honorius idem censuit, cumque cum Monachis suis, ad rem tanti momenti præcipuè dilegit & concitavit. Febri gravissima cum decumberet, ab Apostolorum Principe Petro

S. Bertulphus Abbas.

Genus illustrissimum.

Reverentia Regis erga ipsum.

Arianam Hæresim opprimere iussus.

Curatur à S. Petro.

Ob. 630.

S. Sebaldus Rex.

Regias nuptias contemnit.

Apostolus Norimb.

Patronus eorumdem.

B. Guerricus Abbas.

Vigilantia ejus.

Petro atnice visitatus & prodigiosè curatus est: Surge, inquit, & sospes abi ad sodales tuos. Abijt, de eo præcipuè sollicitus, ne fama miraculi celebraretur. Claruit & aliis à Deo illustratus prodigiis, & plurimis relictis sanctitate illustrissimis discipulis ad præmia æternæ beatitudinis evolavit sub An. Ch. 630. *Ex Vita per Joannem Mon. Carolo Sigon. Trithem. &c.*

Norimbergæ depositio Sancti Sebaldi Monachi & Confessoris. Sebaldus Daciæ Regis filius, à patre & Regina matre, ut nasceretur summa precum contentione impetratus est; sed contempto Regno & regalibus nuptiis, cum Francorum Regis filiam posset ducere, Christi servitutem majestate omni & gloria longè potiorem duxit, & Sanctissimi P. N. BENEDICTI exemplo eremum primum petiit, ubi diro abstinentiæ rigore totos quindecim annos regium corpus attrivit, & exhaust. Romam deinde profectus, licentiam prædicandi in gentibus Christi evangelium à Rom. Pont. petiit & impetravit. In Germaniam autem contendens, prope Ratisponam primum, Norimbergam dein confidens, labore Apostolico, circumjacentes provincias obiit, in quibus insignè Ecclesiæ operam navavit, ejusq; gremio errantes inclusit. Demum in S. Martini, quod postera ætate S. Ægidii dictum est, cucullum amplexus, Monachicæ vitæ exercitiis labores Apostolicos coronans, felicissimè obiit, à Norimbergensibus, ante miserandam à fide avita & Apostolica defectionem, festivis honoribus, Tutelaris Divi titulo, insignis Basilicæ, & pretiosissimi Mausolæi molitione honoratus. Claruit stupenda miraculorum gloria, quæ inter, fluctus pallio strato superasse, & mirè navigasse celebratur. *Ex Chron. Norimb. Annal. nost. Germ. & Ben. Rader Cratopol. &c.*

Igniaci depositio Beati Guerrici Abbatis. Guerricus, ex Canonico Cathedralis Ecclesiæ Tornacensis, Claravallis Monachus, & sanctitatis, & eruditionis laude haud leviter exsplenduit. Quanta autem fuerit ejus pietas, ac vitæ innocentia, Angelicæ puritati conjuncta, vel ex hoc satis apparuit, quod aliquando visus sit veste candidissima & splendidissima donari, dum in Chorolectionem de more perlegeret. Factus Igniaci Abbas, incredibili vigilantia muneri suo satisfacit, humilitatis tamen studio supra omnia alia mirificè excelluit, quo non solum, etià cum præflet, majorem se cæteris credit, sed nec parem existimavit, cujus au-

rea verba ex sermone in capitulo habito, quin subiciamus non possumus, aureis litteris haud imèrito ad omnem posteritatem comendanda: Amici venerunt ad me de via, sed non habeo quod ponam ante illos. Non sum medicus, & in domo mea non est panis; Ideo dicebam ab initio: Nolite me constituere Principem: non enim debet præesse qui non potest prodesse. Quomodo autem prodesse potest, qui nec medicus est, nec panem in domo habet, id est, nec artem novit qua sciat curare, nec doctrinam habet, qua sufficiat pascere? Hæc quidem dicebam, sed heu! non audistis me: Principem enim constituistis me. Supererat igitur, ut quia non potui fugere periculum, confugerem ad remedium; & audirem super hoc illud Sapientis consilium: Principem te constituerunt, esto inter illos, quasi unus ex illis. Sed verè, mihi neque hoc ipsi relictum est. Sicut n. imperitia prohibet esse super alios, sic imbecillitas esse non patitur inter alios. Et sicut spiritu non sufficio ad ministrandum verbum, ita corpore deficio ad præbendum exemplum. Qui igitur idoneus non sum, nec præesse, nec coesse; ubi poterò esse, nisi ultimè & tutissimum eligam locum, sc. in omnibus subesse? Et hoc quidem valeo, humilia, imò vera de me sentiendo, nihilque me prohibet, imò plurimè veritas ipsa movet, subesse cunctis animo, licet præesse cogar officio. Tu Domine Deus ipse es, qui subesse mones, & nihilo minus præesse jubes. A te expecto ut humilem simul & utilem in injuncto me facias ministerio: humilem vera de me sentiendo, utilem recta de te loquendo, illud in spira cordi, hoc ministra ori. Da sermonem rectè & benè sonantem in aptione oris mei, qui dixisti: Aperi os tuum & ego implebo illud, ut omnis familia tua benedictionis repleatur &c. Ita Guerricus. Fuit longè amantissimus Augustissimæ Cælitum Imperatricis, pro cujus cultu propagando plurimum laboravit, ejusq; laudes stylo elegantissimo descripsit, & admirabili facundia deprædicavit. Fuit ingenti calamitatum & ægritudinum mole à Numine probatus, quam ille ut à Domino impositam inhiantissimè excepit, & patientissimè toleravit. Tandem autè, totus ad beatissimam & jucundissimam Christi præsentiam anhelans obdormivit in Domino. Floruit A. C. 1130. *Ex Annal. nost. t. 2. SS. Ord. Fascic. SS. & Menol. Henr. &c.*

Mira humilitas.

Insignis sermo.

Deipara amantissimus.

In Monasterio Cavensi, depositio S. Leonis eo nomine Secundi Abbatis & Confessoris.

effloris. Fuit hic celeberrimi & Sanctissimi illius Cænobii in ordine Abbatum decimus quintus, ex eorumdem autem serie, qui Sanctorū albo adscripti sunt, duodecimus, ut, licet res gestæ ejus temporū injuria interciderint, ex tantis tamen tot Sanctorum antecessorum meritis, facile liceat, & de ipso facere conjecturam. Inuit magistratum A.C. 1268. interfuitq; summa cum laude Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. Pont. Max. celebrato, & cū Cænobio præfuisse annis ferè 28. *sanctitate plenus*, quieuit in pace A.C. 1296. honorifico funere ibidem tumulatus in Choro Ecclesiæ ante altare majus. *Ex monim. Cantuariensibus, Mensardo, Arnoldo, &c.*

Eodem die secundum Martyrium S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, quando sacra ejus ossa publico & iniquo Henrici Anglorum Regis Apostatæ edi-

cto publice cremata sunt A.C. 1538. *Annal. nost. Henr. &c.*

In Hispania comemoratio prodigiosissimi triumphis casis innumeris Saracenis patri à Ferdinando Legionis & Gallæciæ Rege, ope S. Isidori nostri Episcopi Hispal. *Ex rer. Hisp. script. Annal. nost. &c.*

In Italia, in Monasterio S. Salvatoris de Aquapagana Congregationis Camaldulensis felix obitus B. Angeli, ejus loci Conuersi qui seruiendo Milia, orationis studio, & vilibus exercitiis plurimū delectatus, admirabili vitæ sanctitate refultat. Mortuus est genuflexus An. 1313. mox campanis Monasterii ultro consonantibus, reperiensque in grotta siue cella sua, dormienti quam mortuo similior, magnoq; cum honore deportatus & marmoreo sepulchro in Cænobii sui Ecclesia conditus, ibidem magno concursu vicinorum colitur. *Sylvan. Razzi, Hist. Camald.*

A.C. 1268.

Obiit 1296.

S. Thomas Cantuar.

B. Angelus Conuersus.

Obiit anno 1313.

TERTIO DECIMO CAL, SEPT,

XX. Augusti.

A.

S. Bernardus Abbas. **I**n territorio Lingonensi depositio S. Bernardi Abbatis primi Claræuallensis, vitæ, doctrinæ, & miraculis gloriosi. Bernardus Fontanis in Burgundia paternæ ditionis oppido natus, Teifelinū patrem, matrē Aleth de Monte-Batio, præstantissima generis nobilitate parentes habuit. Materno etiamnum clausus utero, matri velut catellus candidus rubris conspersus maculis per somniū visus est, qui multos undiq; populos latratu concitaret. Fuit in vita omni admirandus. Puerulus cū esset, Divina jam gratia præuentus, cū forma esset eximia, de libidine aliquoties insigniter triumphavit, insidiantia sibi scorta à se repulit; inflamarise a. aliquando persentiscens, in stagnū gelidissimū collotenus insiliit, eosq; ignes felicissime extinxit. Monachum Cistercii professus, fratres germanos omnes in eandem septentiam adduxit, ut nobilitatem sæculi, Christi seruitio permutarent. Tanta a. virtute verba ad populū faciebat, ut matres filios absconderent, uxores maritos, amici amicos auerterent, ne vocis illius illecti dulcedine, an tracti virtute, mundū de cætero fastidirent. Porro tanto fervore caelestium insisteat meditationi, ut omni sensu corporeo extincto, post annū in cellā exactū ignoraret prorsus essetne domus testitudine tecta, nec animadverteret, unāne, an pluribus fenestris Ecclesia lumen admitteret: crudū sagimen multis diebus pro butyro comederet, oleū

pro aqua biberet, alia multa sine ullo sapore in stomachum mitteret; imo cibū, tormentum reputaret, somnum, mortis appellans, imaginem, quidquid dormiendo temporis infumeret, inter perdita deploraret. Abbas Claræuallis esse iussus, mirū quanto vitæ rigore se suosq; exercuerit, in summa rerum penuria, desuper plerumque prodigio ministratis, quibus vitam ejus prodigi sustentarent. Postea sanctitatis & prudentiæ rarissimis celebratus fama & laudibus, non Ordini solum, sed orbi universo prodesse cœpit, summis quibusque Principibus Bernardi consilium certatim expetentibus. Ita Aquitanix, Guilhelmo Duce prodigiosè conuerso, consuluit, ita Mediolanum, ita Gallia ita Angliam iuuit, & à Schismate liberavit; ita rogatus à summo Pontifice laboranti Ecclesia succurrere, Petri Leonis Antipapæ conatus fregit, Petrum Pisanum Leonis Legatum, verborū pondere obruit ac triumphavit, ipsi denique Romanorū Imperatori pro Ecclesia Dei, se murū opposuit, & Investituras Episcoporum repetentē, mirā auctoritate compescuit. Hæreticos a. & Schismaticos tota passim Europa, verbis, scriptis, vitæ exemplo, & miraculis quotidianis atq; innumeris, felicissime profligavit; tanto, in quasunque veniret regiones, mortalium occursum, ut totus post eum mundus currere videretur; certatim quibusque pilos vestium ejus vellicantibus, ut vel solo

Fit Abbas.

Orbi vniuerso prodest.

Merita grandia.

Concursus hominum.

Visio matris.

Pueruli gratia.

Virginitas.

Verbi potentia.

Abstractio sensuum.

quidem contactu beatum se quisque arbitraretur; ipso, in tanto hominum applausu, velut insensili, & cum omnium iudicio sumis honoribus dignissimus haberetur, operarium indignum se iudicante, proclamante & sentiente, quo tam humilide se iudicio, Genuensem, Mediolanensem aliosque opulentissimos Episcopatus recusavit, de diversis tamen Ecclesiis nihilominus immortaliter meruit. Singularem in Deiparentem, & hujus vicissim in ipsum amore longè fuit illustrissimus, quem stupendo illa delicatissimi amoris argumento, lacte Virgineo non semel paverit, & in Affligemiensi Cænobio, in muta cæteroquin imagine se salutantem, ipsa rarissimo prodigio, insolenti voce *Salve Bernarde* resalutarit. Nec minore dignatione eadem S. P. N. favor *Benedicta Mater*, cum *Benedicto Patre*, & Sancto Laurentio Martyre ad ægrotantem invisens, tactu dolore leniens omnē ab eo ægritudinem depulit, multisque aliis favoribus nobilitavit. Bernardi ex ore, toto in hodiernam usque diem terrarum orbe, Reginam suam Ecclesia veneratur: *Ave maris stella, &c.* Mortuus est maximus SS. Regulæ nostræ Restitutor, eodem quo Sanctissimus Patriarcha noster ætatis anno, tertio nimirum ac sexagesimo summa perfectione exacto, cum supra centum ac sexaginta Cænobiorū Pater extitisset, in Claræuallensi autem suo 770. sanctitatis æmulos discipulos relinqueret, A.C. 1153. ob singularem scriptorum suauitatem *Doctoris Melliflui* nomen consequutus, & innumeris à Deo prodigijs etiam post mortem honoratus, tantis quidem, ut ob ingentē populi concursum Cisterciensis Abbas disciplinæ Cænobii metuens, per obedientiæ virtutem Bernardo abstinere à miraculis imperaret, mortuo obediente, & à publicis deinceps prodigijs abstinate, eo solo, in hodiernā usq; diem perpetuo, quod in lapide, in quo sacrum ejus corpus de more ablutum erat, umbra corporis omni hora, insolentissimo prodigio, velut ad corporis præsentiam, perpetuo apparens videatur, Hæreticis, etiam excavato lapide id miraculi abolere frustra laborantibus, umbra eadem perpetuo consequente. *Guilb. Abb. Rem. Bernard. Bonævall. Godefrid. Clarævall. Henr. Iepes. Baron. Annal. nostr. & t. 2. SS. Ord. &c.*

In Herio insula S. Philiberti Abbatis. Philibertus nobilitate generis conspicuus, patrem Philibandem habuit, Dagoberto Regi in primis charū, in cujus etiam aula puer Philibertus educatus est. Viginti an-

norum juvenis aulam fastidiit, cucullum adamavit, quod in Rebacensi Cænobio sub Beato Agilo amplexus est. Edomationi carnis per abstinentiā à cibo potuq; in primis incubuit, quem cum largioris epuli appetitu pulsaret frequentius cacodæmon, & is liberalius aliquando cibum admisset, apparens per somnium tentator, pullato Philiberti ventre: *modo hic bene*, inquit, *modo hic bene*. Ex quo deinceps longè sanctius ille abstinentiam coluit. Eum de nocte terrere solitus lucis osor, solo crucis signo repulsam tulit, & irrisus evanuit. Mortuo Agilo succedere iussus, odiosus primū Monachis, dehinc charus omnibus fuit, rebellium scil. exitio territis, quorum unus fulminis ictu periit, alius, Arij instar, in sterquilinum viscera effudit. Pluribus dein constructis Cænobijs, Pauliacensi, Heriensi, Villarensi, &, ut videtur, etiam Quinciensi, ante omnia a. celeberrimo illo Gemeticensi, rem Monasticam mirè promovit, & sanctitatis suæ alumnorū, dignum cælo exercitum conscripsit. Fuit maxima animi fortitudine præditus; ac proin Martyrii desiderio incensus, Ebroini (qui Magister Palatii erat) sceleribus constantissimè obnixus, ea causa ad ipsum profectus, in faciem hominis pronunciavit: *Cum ipso nullū hominem Christianū communicare debere*. Scelere quorundam falso delatus, à Sancto Audoëno, sui cæteroquin amantissimo ad carceres damnatus, calamitates suas sacro Psalmorum cantu solatus est, & cū loquus vespertilionū copia scateret, illi Divina virtute, suavissimi odoris fragrantia redoluere. Ejus loco cum Audoënus alium substituere pararet, mirum quanto animo Monachi obniterentur; acceptavit tamen honorem Chrodobertus, sed eodem die divinitus percussus, tanta doloris vehementia vexatus est, ut ex viventis corpore ossa exciderent, & vitam miserabilem horrenda mox morte abrumperet. Ita demum pœnitens Audoënus, revocatum diligentius coluit, dignius æstimavit. Claruit Philibertus spiritu prophetico, quo plurima eventura prædixit; fuitq; insigni miraculorū gratia præditus, quorum illud illustre & ferè perpetuum, quo Gemeticensium suorum ut in vita sic post mortem curā habuit, eisq; mirā semper piscium copiā prodigiosè ministravit, quorū plures quinquaginta pedū longitudine vitendi, & cibū, & pinguedinē fovendis lucernis, fratribus præbebāt. Sic panis penuria laborantibus, copiam impetravit; alias vinum benedicens prodigiosè auxit. Horridam tempestatem excidium legentibus

E palatino Monachus.

Abstinentia.

Fit Abbas.

Propagator ordinis.

Constantia mira.

Innocens in carceratur.

Antiabbatis horrenda mors.

Spiritus propheticus.

Mira piscium copia.

Miracula
alia.

tibus minitantiem, mirè depulit. Varios languores illico, & sola etiam iussione curavit. Nemo impunè in Sanctum peccavit: qui chirothecas solum abstulerat, prodigiosis succensus ignibus, illico morte luit. Excelluit lachrymarum inprimis dono, asuetus, nunquam cibum sumere, priusquàm compunctionis gratia à Deo visitaretur; cuius aliquando oculi caelesti luce rutilare vili sunt. Obiit An. Ch. 690. Ex Vita per Coschinum Abb. Iepes. Annal. nost. t. 2. SS. Ord. &c.

SS. Mart.
Cordub.

Cordubæ Sanctorum Martyrum Leovigildi & Christophori Monachorum, qui in Arabum persecutione pro Christianæ fidei defensione in carcerem coniecti, ac mox cervicibus abscisis, igni traditi Martyrii palmam adepti sunt. Palsi sunt A. C. 852. quorum ille illiberitanus patria Monachus SS. Iusti & Pastoris, hic autem Cordubensis è Monasterio S. Martini fuit, sepultus uterque ad Divi Zoili. Ambros. Morales, Villeg. Iepes, S. Eulog. t. 2. SS. Ord. &c.

B. Egbertus
Rex.

In Anglia natalis Beati Egberti Regis & Monachi. Egbertus sive Eadbertus Northumbriæ in Anglia Rex S. Ceolulphi nostri Regis sanctissimi, ut in Regno, sic Cænobio successit, cū Imperium annis viginti summa cum dignitate ac felicitate administrasset, sceptrum ac diadema Ofovolpho filio resignans, Lindisarnense ingressus Cænobium cucullum exambiit, in quo bonorum operum studiis ad finem usque vitæ intentus, egregia sanctitate illustrior quam diademate erat, & pro terreno regno, caeleste promeruit. Claruit A. C. 758. Contin. Bedæ, Polyd. Virg. Roger. Horveden. Menard. &c.

B. Gobertus
Comes.

In Brabantia, depositio Beati Goberti Comitis Alpermontii, Monachi Villariensis. Gobertus Alperi montis in Lotharingia Comes, belli artibus clarus, Turcarum terror & domitor, ipsi etiam Imperatori Romano metuendus fuit, Friderico nimirum, cuius à tyrannide, teste Rosweydo, Palesthinam vindicavit. Is, cum sepulchrum Domini, sanctisque Iacobi Apostoli cineres in Gallæcia religiosissime visitasset, curarum sæculi peræsus, ad tranquillam Villariensis Cænobii stationem se recepit, pretiosam secum deferens gemam, illibatam tot inter opes, tot inter mundi blandimenta Castitatem. Ejus alia inter, cum Monachum ageret, celebratur: tanto ardore nocturnis vigiliis interfuisse, ut si quando ei somnus molestus esset, pipere dentes, linguam, labiaque perficaret, ut ea acrimonia excitatus

Somnum ut
reiciat?

omnem socordiã excuteret. Fuit miraculorum gloria celebris, cuius memoria in benedictione perseverat. Ex ejus Epitaphio pauca subnectimus:

*Nobilis iste fuit, ipsum Caesar metuebat,
Moribus erudit, summis imisque placebat.
Fortis erat miles, famosum nomen habebat
Turmas salesque gigantis more terebat,
Turcas Odibiles Christo bellando premebat, &c.
Hic rigidus flexit, pacemque libens faciebat,
&c.*

Epitaphium
B. Goberti.

*Illis quos rexit fuit exemplar pietatis.
Nunquam neglexit pupillos sive pusillos
Nudos contextit aluitque fame maceratos.
Omnes correxit pro posse suo sceleratos, &c.
A Egri sanantur, si puro corde petant te,
Per te curantur qui devote rogant te.
Inclite Confessor Domini, speculum Monachorum,
Nunc intercessor sis pro culpa populorum,
&c.*

Extat Vita MS. Villarii. Herib. Rosweid. Henriq. Miræus, Ioaz. de Assigny, Grammaye, Molan. &c.

Eodem die depositio Beati Michaelis Florentini. De quo nos craftina die sepulturæ ejus ulterius.

B. Michael.

In Monasterio Vallis Ecclesiarum Beati Bernardi, qui ob egregiam vitæ sanctitatem admirandis prodigiis à Deo in vita & post mortem illustratus est. Quiescit in ea parte Hispaniæ quæ Estremadura appellatur, in oppido Candeledæ, ubi in basilica ejus nomini dicata, magno populi concursu religiosissime colitur. E cuius viventis miraculis illud celebrius habetur, quod amplissimi fluminis undas sicco vestigio superasse memoretur. Philipp. Sequinus, Angelus Manriq. Chrysof. Henriq. Aub. Miræus, &c.

B. Bernardus

Miracula.

Antuerpiæ obdormitio Ven. Petri cognomento Pot, Domini de Boutersem & Pluylegem &c. viri nobilissimi, è cuius filiis, multi Principes, Duces, Marchiones, Comites nati sunt. Fuit is liberalissimus in pauperes, cuius pietatem insigni aliquando miraculo, annona prodigiosè multiplicata, Deus comendavit & approbavit. Fuit amantissimus Melliflui Doctoris nostri Bernardi, cuius die natali & ipse natus, in eadem postmodum solemnitate uxorem duxit, prima Cænobii Salvatoris Antuerpiæ fundamenta jecit, & tandem eadem die inter Monachos Monachus ibidem felicissime in Domino requievit. Fuit amantissimus

V. Petrus
Pot.

Deiparæ

Deiparæ
favor.

Deiparæ Virginis, Admirabilis Matris, quam etiam aliquando puerum Iesum inter brachia dulciter stringentem intueri

meruit. Decessit A. Ch. 1450. Christoph. Butkens, Menol. Cist. Chryf. Henr. t. 2. Sanctorum Ordinis, &c. Obiit 1450.

DVODECIMO CAL. SEPT.

XXI. Augusti.

B.

S. Burcardus
Episc.

Wormatiæ depositio Sancti Burcardi ejusdem civitatis Episcopi, & Decretorum Doctoris eximii. Burcardus Hassiam patriam, parentes nobiles, fratrem Razonem Wormatiensium Pontificem habuit. In Laubiensi (aliis Labacensi), Cænobio cucullum amplexus, literis & sanctitate mirum in modum profecit, & fructus dein egregios, ad Ecclesiæ imo orbis terrarum universi, & æternæ posteritatis utilitatem magno cū omniū applausu, tum Ordinis amplissimi ornamento edidit. Eos inter præcipuus sanè ille fuit, quod ex sententiis Patrum, & Generalium Conciliorum, nec non summorum Pontificum decretis, magnum illud & celebre Decretorum opus, viginti libris complexus, mirificè meruit, posterorumque Doctorum studia, felicissime succendit, & novū quasi diem orbi intulit. Ejectus est, mortuo fratread Wormatiensem Cathedram, cui Ecclesiæ, uti & urbi mirè consuluit, & à sanctitate primum atq; eruditione singulari æternum decus conciliavit; collapsam injuria temporum atque hostium Wormatiæ æterno merito præclare restituit, ejus ab omni parte muros denuo instauravit, fossis dein, turribus, & propugnaculis egregiè muniit. Magnificum Canonicorum Sancti Pauli Collegium instituit; alterum etiam Sancti Andree inchoavit; sed & alia præclara multa fancivit, & cum in Divinis litteris esset instructissimus, populo sibi commissio verbum salutis ex abundantia cordis utilissime deprompsit. Fuit Otthoni III. Henrico & Conrado II. Augg. Imp. cujus postremi pueritiæ præfectus erat inprimis charus, obiitq; Episcopatus vigesimo nono, Christi millesimo vigesimo quinto, tertio decimo Cal. Sept. hac autem die sepultus in templo Cathedrali, sequenti Epitaphio honoratus:

Decretorum
opus edit.

Fit Episcopus

Wormatiæ
restitutor.

Alia merita.

Casariibus
acceptus.

Epitaphium.

Robora Burcardus ex nomine denotat artis,
Et quod nomen habet maxima facta probant.
Vangio nam per eum, fossas, & mœnia, turres
Ædificat rursus depopulata prius.
Ex Annal. Germ. nostr. Annal. Bened. to. 2.

SS. Ord. Aquila Imper. Benedict. Genebrardo, Democh. Trithemio, Cratopol. Bruschio, Iepes, Arnold. Duac. &c.

Trajecti, depositio Sancti Alberici ejusdem civitatis Episcopi & Confessoris. Hic generoso inprimis sæculi contemptu enituit, cum Regio esset apud Frisones genere editus. Verum omnibus mundi pompis servitium Dei longe præferens, Monachum in Cænobio S. Salvatoris Trajecti professus, Sanctum Gregorium magistrū habere meruit, cui & in Abbatia, ac dein Episcopatus honore successit. Vir, ait, Trithemius, magnæ sanctitatis & meriti, qui multis fertur claruisse virtutibus & signis, qui etiam non minus Religione quàm doctrina commissam Ecclesiam utiliter ac providè gubernavit, & in Sanctos relatus est. Obiit A. C. 794. cum annis plus minus decem Cathedræ suæ Apostolico labore & merito celeberrimus præstitisset, in suo S. Salvatoris Cænobio tumulatus. Ex Cornelio Kempio, Hadr. Barlando, Trith. Annal. Germ. & Aquila Bened. &c.

S. Albericus
Episc.

Doctrina &
sanctitate
clarus.

Obiit 794.

Spiræ in Germania Sancti Reginaldi Episcopi. Reginaldus perillustri Kyburgi & Dilingæ Comitum familia oriundus, tanti generis propaginem ac consanguineorum felicitatem inter postrema habuit, totum autem animum in Christi dulcem paupertatem definit & cucullum in celebri SS. Vdalrici & Afræ Augustæ Vindelicorem Cænobio amplexus, non multo post eidem præfici meruit. Inde ad regimen Eberspergensis Cænobii postulatus, postquam annos undecim insigni virtutis fama in Boica exegisset, inde quoque extractus, Laurishaimensi illustrissimo Cænobio præesse iussus est. Postea, insigni omnium comendatione, ipsi etiam Romanorum Imperatori Conrado Salico cognitus, & charus, ad Spirensis Ecclesiæ Cathedrā ejectus, inter præstantissimos Germaniæ Pontifices, evidentissimis argumentis demonstravit, quæ utiles Ecclesiæ ij essent, qui nihil magis quàm honores fugerent, & ex longa & religiosa disciplina, ut ipse, ad tantos honores in viti profusus, ac reluctantes cogerentur. Fuit tantus pauperum pater, ut eo inprimis nomine mirè celebretur, cuius merito electus

S. Reginaldus
Episc.

Comes.

Fit Abbas.

Casari charus.

*Deipara ad-
diſtus.*
mosynas enarret omnis Ecclesia Sanctorum. Fuit in Deiparam Augustissimam Cælitū Imperatricem omni animi studio ferventissimus, cujus tantopost in eamdē amoris argumentum, hodierna die illustre in Ecclesia Spirensi cernitur monumentum, Candelabrum æreum pensile inauratum, eximii operis, digna tantæ submissiois Principe inscriptione notatum:

Istud non magnum dignanter suscipe munus
Quod Reginaldus tibi Præful reddo misellus.

Ex Matth. Radero, Carolo Stengel, Bruscb, Democh. Chron. Spirensi, Annal. nostr. German. &c.

*B. Michaël.
Florent.*
In Italia, depositio Beati Michaëlis Florentini Congregationis nostræ perfectissimæ Camaldulensium Monachi, meritis & vitæ eximia sanctitate illustrissimi. Fuit Michaël superioris sæculi oraculum juxta & miraculum, in quo nimirum Veterum Patrum nostrorum primævus spiritus revixisse & requievisse videatur. Post facta namque solida vitæ sanctioris fundamenta, veterum Reclusorum consuetudinem emulatus, viginti circiter annos, in cellula quâdam seorsum inclusus permanens, velut sepulchro quodam conditus, verè mundo mortuus, sola Divinarum rerum contemplatione absorptus, carnem spiritui perfectè subegit, & miro rigore corpusculum suum attenuavit atque exhausit, nuditate & paupertate extrema delectatus. Ejus sanctitatem miraculorum gloria Deus illustravit, cumq; omne terrenum solatium profus aspernaretur, Divinis ipsum colloquiis, & visionibus mirificè recreavit. Fuit Michaël primus Rolarii ejus, quod *Coronam Domini*, vulgo *Camaldulense*, appellant, Inventor: quodque paulo post in orbem terrarum universum propagatum, à Summis Pontificibus approbatum, summisque Gratiis sive Indulgentiis donatum, insigni cum fidelium fructu quotidie usurpatur. Claruit vir Sanctus A. C. 1500. Beato Iustiniano Congregationis Montis-Coronæ Institutori familiaris, à quo (utpote Prophetico spiritu imbutus à Numine) super iis quæ moliebatur rogatus, magnas eidem (quæ sublequutæ sunt) difficultates prænu-
Fit Reclusus.

*Extrema nu-
ditas.*
ciavit. *Ex Hist. Mont. Coron. Luc. Erem. August. Florent. Annal. nostr. Bened. t. 2. SS. Ordin.* Alii alium diem assignant.

*Refarii in-
ventor.*
Clar. 1500.

In Hispania Sancti Sampsonis Abbat. *S. Sampson. Abb.* tis, doctrina & sanctitate conspicui. Fuit hic Abbas Monasterii Sancti Zoili in Vrbe Cordubensi, mortuusque est An. Ch. 890. tantæ eruditionis & sanctitatis, ut tota Hispania celeberrimus haberetur. Cujus id Epitaphium fati explicat

Quis, quantusque fuit Sampson clarissimus Abba
Personat Hisperia illius fame tota &c.

*Illustr. Elo-
gium.*
Ex variis rer. Hisp. script. Anton. Iepes &c. t. 2. SS. Ord. &c.

In Germania Beati Heyndenrici Abbat. *B. Heynden-
ricus Abb.* batis. Hic ob insignem sanctitatis famam ad regimen Monasterii Sanctæ Mariæ de Zedelitz subvectus, id muneris strenuè annis duobus & quadraginta administra-
Menol. Cist. Chrysof. Henriq. tom. 2. SS. Ord. &c.

In Gallia depositio Beatæ Humbeline. *B. Humbe-
lina.* Humbelina generoso ortu genere Tesselinū de Fontanis patrem, matrem Aleth de Monte-Barro, Mellifluum Bernardū, germanum habuit. Nobili viduata marito, fratris admonitione mirabiliter conversa, rigidissimam deinceps vitam instituit, cum in laboribus, & humillimis excitiis semper prima, perpetuo ferè cili-
Rigor vita.
cii usu carnem attereret, brevemq; & tenuem somnum non nisi in duro asserum strato admittere soleret. Fuit altera sui sæculi Scholastica, & ut germanus ejus Bernardus, BENEDICTUS redivivus, sic rediviva ipsa Scholastica præcipua Monialium nostrarum Reformatrix, suo exemplo innumeras pene succendit & estimulavit. Denique post multa pietatis opera miris præcedentibus signis mortalitatem exiit, cum Angelus Domini mortuorum tabulam ipse pulsaret, Bernardumq; & Fratres ad morituram convocaret, ipsa inter lætissima quæ repete-
*Rediviva
Scholastica.*
bat verba: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus, felicissime obdormiente, suavissimo quâ-
Clar. 1500.
primum odore, & cælesti luce cellam implentibus. Apparuit germano non multo post,

post, mira claritate & pretiosis vestibus adornata, & ingentem suam gloriam eidem manifestavit. *Angel. Manriq. Chryf.*

Henriq. Guilhelm. Abb. invit. a S. Bern. Barnab. de Montalbo, Bern. Brito, Perales, Rusca, &c.

VNDECIMO CAL. SEPT.

XXII. Augusti.

*Ostava Af-
sumptionis.*

Ostava Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, per Sanctum Leonem nostrum, eo nomine Quartum, Pontificem Maximum, insigni bonorum omnium, Deiparæ maximæ studiosorum gratulatione, instituta, & per orbem terrarum Vniversum propagata. *Ex Annal. Eccles. Annal. nostr. Bened. Script. Pontific. tom. 2. SS. Ord. &c.*

*S. Bernardus
Tolomeus.*

Senis in Tuscia depositio Sancti Bernardi Tolomæi Abbatis, & primi Fundatoris Monachorum Ordinis Sanctæ Mariæ Matris Dei de Oliveto. Bernardus celebri admodum & illustri Tolomæorū familia Senis ortus, Ioannis filius, Mini Nepos, Ioannes & ipse primum in Baptismo vocatus est. Equestri dignitati eruditionis juxta præstantiam conjungens, Senator idem, idem Philosophiæ in Academia celeberrima Ordinarius Professor, insigni virtutum laude, ad cumulum cæterorum mirè excelluit. In gravem oculorum ægritudinem cum incidisset, lumine utroque repente orbatus est, sed beneficio Virginum Virginis, quam impensius coluit, implorata ejus ope, & voto facto: ejus se famulatur, relicto sæculo perpetuo consecraturum; prodigiôsè curatus; promissi memor, conscensa quamprimum Cathedra (disputationi solemniter indicta erat) prædicato miraculo, tanta facundia copiaque dicendi, ad mundi contemptū Auditores hortatus est, ut omnes quotquot aderant, in magnam suimit confusionem versi sint, & continuo quidam eorum, quos inter Ambrosius Picolomineus, & Patricius à Patriciis, æquè nobilissimi Senatores, eodem proposito ipsum sequuti sint, ad proximum Senæ montem concedentes, eumque à Sacro Oliveti Monte cognominantes, ubi ædiculam quamprimum Sacram, sibi que cellulas condiderunt; Illic Bernardus, dum in preces effusus, opem Numinis ardentius efflagitaret, insigni visione sibi que jucundissima recreatus est: vidit namque inter orandum, velut alter Iacob, & alter noster ille Iacobi æmulus Romualdus, Scalam ad cælos usque pertingentem, per quam Angeli descenderent ascenderentque, secum per scalas easdem Monachos

*Nobilitas &
eruditio.*

Fit cæcus.

*A Deipara
curatur.*

*Converso
ejus & soc.*

*Scalam vi-
dein cælos
pertingentem.*

candidi amictus deducentes, quos cælestes illi spiritus ad ipsum Angelorum Regem, ejusq; gloriosissimam Genitricem, nivei candoris amictu similiter fulgentes perducebant. Positis proin loco eodem sanctissimi Instituti fundamentis, multis ad eum quotidie discipulis confluentibus, cum inedia, vigiliis, perpetuæ orationi, aliisque religiosiis studiis sedulo vacarent, invidens invidentiæ auctor pessimus genius, hostilia quæcunque poterat machinatus est, si forte novellum Christi gregem, posset transversum abripere. Nulla autem succedente fraude calumniam machinatus, incitavit nonnullos, qui ceu novatores, imo Hæreticos, Bernardum tunc Ioannem & socios apud Pontificem Maximum accusarent. Præfuit tunc temporis Ecclesiæ Catholicæ Ioannes XXI. qui eos quamprimum ad se Avenionem evocavit. Cui, instituti sui reddita ratione ita se purgârunt, ut non solum indemnes remitteret, sed laudatos atque confirmatos ad Guidonem Aretinum Episcopum destinaret, cui Instituti ejusdem sub certa Regula approbandi jus & facultatem plenam conferebat. Apparuit eo ipso tempore Guidoni Episcopo ipsa Cælitum Imperatrix, niveo amicta habitu, Angelorum stipata choro, quæ ei Alumnos comendans suos, candidum in super habitum & Sanctissimi Patriarchæ nostri, BENEDICTI sui Regulam porrexit, quâ deinceps viverent, ex eaque omnes vitæ actiones formarent. Quos proin ad se venientes, velut è cælo, & à cælorum Regina missos Guido amantissimè amplexus A. C. 1319. 21. Martii ipsa Admirabili Parenti nostro BENEDICTO sacra inter Missarum Cathedrali in templo solemniam, solemniam adhibita benedictione, candido induit habitu, eisque Sanctissimam Regulam nostram servandam præscripsit, & Congregationi, Sanctæ Mariæ Montis Oliveti, & Ioanni Tolomeo Bernardi nomen indidit. Reversi ad Montem dilectum, Bernardo (qua summa erat animi demissione) primatum constantius detrectante, Patricium, primum Congregationis Olivetanæ Abbatem & Præsidentem elegere; quo feliciter defuncto, Ambrosium

*Invidia da-
monis.*

Ioann. XXI.

*Deipara Re-
gulam S. P.
N. tradit.*

*Institutio
Ord.*

*Humilitas
Bernardi.*

sum Picolomineum, eoque ex humanis sublato Simonem tertio loco subrogarunt, donec huic quoque ad supera translato Bernardus omnium humillim9, invitus & reluctans ad id muneris eveheretur. Qui nihilominus de vitæ asperitate nihil remisit, assiduis orationibus, vigiliis, meditationibus, aliisque corporis macerationibus jure Deo sacrificium & holocaustum factus in odorem suavitatis. Sub quo multis passim exstructis Cænobiiis, Congregatio longe lateque est propagata. Denique Bernardus ubi sui Ordinis confirmationem ab eodem Pontifice Avenionem profectus pro voto obtinisset, annosque viginti septem eidem sanctissimè præfuisse, Senis, dum suis Monachis pestilenti lue infectis propriis manibus, ut verus pater amantissimè inferviret, & ipse infectus, non sine gloriosissimo Martyrii titulo, immaculatum spiritum, inter ferventissimas amore & desiderio preces, interque psallentium simul & lugentium filiorum manus, gaudens & exultans reddidit Creatori An. Ch. 1348. Conversionis suæ 35. in medio Suæ Ecclesiæ tumulatus. *Sylvanus Razzi, Monim. Senensia, & Olivetana, Arnol. Duac. Annal. nostr. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Germania, Cænobio Augustissimæ Virginis, Matris Admirabilis de Eremo, vulgo Einsidlen, depositio Sancti Eberhardi primi ejusdem loci Abbatis & Confessoris. Eberhardus Illustrissimo ortus genere, patrem Conradum Franconiæ Ducem, Hafsia, Veteroviz, &c. Comitum (alii Wernherum Ducem, parentem ipsi tribuunt.) Hermannum Alemanniæ magnum Ducem & Conradum Franconiæ Principem, germanos habuit. Sed honorum generoso contemptu, & sanctitate vitæ multo illustrior, mutans cucullo purpuram, ex illo, quam ista, multo dignius & feliciter exsplenduit. Advectus in Sacram Deiparæ eremum magno apparatu, multis comitibus, & quod ad commendationem viri & Vocationis, & vocamus, *Angelo itineris duce*; & opes suas, & seipsum *Magna Matri* ut emanciparet, concitari se sensit. Proin promptissima voluntate, in novi molitionem Cænobii intentus, præcipui illustratoris, & principis Conditoris nomen meruit; in quo se ipsum Deo & Deiparæ devovens, primus etiam sanctissimi loci Abbas fieri, dignissimus fuit. Claruit eximiis virtutibus, & raro in Cælitum Imperatricem studio & fervore, quam illa clientis sui fidelitatem,

imo filius ejus Servator ipse admirandæ dignationis prodigio, amantissime remuneravit: quando Sacellum Deiparæ ibidem, insigni basilica ab Eberhardo circumdatum ipse Pontifex æternus ac ter maximus solemniter consecrare dignatus est, & perpetuis deinceps miraculis locum honoravit. Eberhardum maxime fecit, magnus ille Vindelicorum Pontifex Vdalricus. Is cum aliquando ad vitendum Dei servum in sacram eremum devenisset, & post sacra orationum libamina, & fraternæ collationis dulcia colloquia domum reverti jam jamque vellet, jamque etiam progredi cœpisset, currens post eum anhelus Abbas, rursumque in oscula ruens, profuso lachrymarum imbore: *Ex hac, inquit, hora non videbimus nos ulterius in hac vita, donec corporibus exempti, videre nos mereamur in presentia Dei.* Cui Episcopus dixit: *Pater venerande, scis nunc pro certo tempus meæ resolutionis instare, quo debeam ex hac vita migrare?* Cui ille respondit: *Finis quidem vitæ tuæ adhuc non erit: sed verum esse quod dico exitus comprobabit.* Ita discessum inter lachrymas. Factum est, ut sciens prædixerat, reversusque ad eremum proxima occasione Vdalricus, mortuum Amicum multum diuque deploravit. Obiit A.C. 958. *Berno Aug. Christoph. Hartmannus Mon. Einsidl. Const. Ben. tom. 2. Annal. nostr. Germ. t. 2. SS. Ord. &c.*

Apud Senonas Sancti Ebbonis Archiepiscopi. Ebbo ex Tornodorense potentissimo Comite Monachus Sancti Petri Vivi Senonensis, generosissimo perituro- rum contemptu gloriosissimus effulsit, quæ patre mortuo, non aliter atque toxicum fugiens, ne dominaretur in multis clam profugit, interque servos Christi abjectus esse eligens, in cucullo aliquamdiu secure delituit. Postea autem, vitæ meritis proditus, & super candelabrum positus, in Archiepiscopali Senonensium Cathedrali mirificè effulsit, & veri Pontificis exemplo ac merito amplissimam provinciam æternam demeruit. Obiit An. Ch. 750. II. Calend. Sept. aliis 6. Calend. *Ex Monim. Senon. Claud. Rob. And. Bamb. Odovanno, Aymoino, Roberto Antisiodor. to. 2. SS. Ord. Arnold. Duac.*

In Anglia, Monasterio Wirense depositio Sancti Sigfridi Abbatis. Sigfridus tertius Wirense Cænobii Abbas, quod S. Benedictus Biscepius in Northumbria construxerat, vir sacrarum litterarum scientia sufficienter instructus, mirâ autem abstinentiæ virtute præditus fuit. Ejus

Deipara favor.

Ipsi familiaris S. Vdalricus Episcopus.

Spiritus propheticus.

Obiit 958.

S. Ebbo Archiepiscopus.

Honores fugit.

Nec effugit.

Ob. 750.

S. Sigfridus Abbas.

in diu-

Ejus rigor in Abbacia honore.

Peste extinguitur.

Ob. A.C. 1348.

B. Eberhardus Abb.

Illustrissimum genus.

Ab Angelo ducitur.

Fit Abbas.

indiuerno pulmonum morbo, quem forti pertulerat animo, insignis patientia celebratur. Præfuit Cænobio sanctissime, triennium solum, & plenus meritis deceffit A. Ch. 668. *Ven. Beda, Edovardus Mayhevv, Hugo Menard. to. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Cesiriaci in Gallia Beati Lamberti Abbatis. Hic generosis natus parentibus sanctissimum & celeberrimum illum Tarentasiensem Archiepiscopum Petrum, germanum habuit; cujus studia & virtutes strenuè æmulatus est. Monachum Cesiriaci professus, cum in ipsis conversionis primordiis, pietatis singularis, & Zeli Monasticae disciplinæ indicia peregria præ se tulisset, Abbas electus, cum aliquandiu strenuè præfuisset, & mira affabilitate, mansuetudine, humilitate, compassione, liberalitate omnium animos demeruisset insigni omnium cum

comploratione, ad æternam patriam commigravit. *Philipp, Seguin. Chrysof. Henric. Barn. de Montalb. &c.*

In Camera B. M. V. Beati Godefridi Monachi, ejusdem Monasterii Confessarii. Hic annos ferè 14. diro rupturæ & viscerum dolore cruciatus, nunquam tamen à prædicationis labore, & hominum salutè quievit. Obiit repentina morte, nocte media, cujus obitum Angeli prodidit, cum vigil admirabili Musica eorundem obstupefactus, de plausu mirifico Angelorum certiores Montiales reddidit, multis deinceps signis prodigiosis sancti viri merita comprobantibus, sola ejus veste plurimis remedia sanitatis conferente. *Arnold. de Raiffe, Thomas Cantipratanus, Angelus Manrique, Aubertus Mirans, Chrysof. Henriquez. tom. 2. SS. Ordinis, &c.*

Angelici cantus.

Fit Episcopus.

Clar. 640.

B. Gregorius IX. Papa.

Officia ejus.

Merita gravissima.

DECIMO CAL. SEPT.

XXIII. Augusti.

S. Chagnoaldus Episcopus.

Genus Illustrissimum.

Sancti Fratres.

Fit Monach.

Ejus obedientia simplex.

Lauduni in Gallia, Sancti Chagnoaldi ejusdem civitatis Episcopi & Confessoris. Chagnoaldus, aliis Gaynaldus; Canoaldus, Chalnoaldus, illustrissimo natus genere, patrem Hagnericum, potentissimum Burgundiæ Comitem, matrem Leodegundam habuit, utrumque sola filiorum sanctitate, quam omni majorum gloria ac potentia feliciores longè, ac celebriores: Pharonè scilicet, Walperto, Chagnoaldo & Farâ sive Burgundophorâ, quaternione longe illustrissimo, singulis calcato sæculo superioribus, mirè sanctis, & tribus quidem masculis ad celeberrimas è Cænobio Cathedras extractis, Farâ autem ad Abbatialem honorem subvectâ, multasque Regum & Principum filias exemplo suo ducente, & sanctissimis in cucullo disciplinis informante. Chagnoaldus Luxoviensis Cænobii Monachus, sacrum rigorem puerilibus annis maculo proposito conatuque aggressus, tantus deinceps in omni vita, ut à teneris, ad senectam, & mortem usque, miraculorum gloria à Numine fit commendatus. E quibus illud in primis memorandum simplicis ac planè cæcæ etiam obedientiæ argumentum, Ægyptiis illis exemplis & miraculis nullo modo inferius, cum ab Abbate pro negotio quodam procul à Cænobio in solitudinem missus, nihil veritus bestiarum silvestrium, quæ illic grassati non ignoverat, imanitatem,

belluam ferocissimam sibi occurrentem; Magistri confusus imperio, confidentissimè aggressus, ceu rationis capacem, obsequentem ad nutum habuit, & quo voluit, duxit. Eum denique Laudunensis Cathedra Pontificem habere meruit, admirabili ejus vitæ sanctitate longè illustrior, quam omni possessionum & gloriæ incremento, facta, eximium nempe ad omnem posteritatem consequuta ornamentum, & Patronum Urbis, & provinciæ universæ potentissimum. Claruit A. Ch. 640. *Claud. Rob. Monim. Luxov. Ioan. Chenu, Ioann. Trithem. Annal. nostr. Benedict. &c.*

Romæ depositio Beati Gregorii eo nomine Noni Pontificis Maximi. Gregorius IX. olim Vgolinus, ex Comitibus Signiæ oriundus, uti genus longo quidem sæculorum decursu ad Sanctissimum Patriarcham nostrum retulit, sic eidem, novo jure se in cucullo devovit; ex quo ad summa Ecclesiæ negotia expetitus, Ex Diacono Cardinale S. Eustathii Episcopus Cardin. Ostiensis, & Veliternus ab Innocentio III. creatus, sumam denique Cathedrali conscendere meruit, & orbem, ut majestatem, sic beneficiis maximis implevit, & demeruit. Paucissima, è plurimis enumeramus: Ejus primum iussu, Campanæ tonitus, cum ad Consecrationem in SS. Missæ Sacrificio, tum ad salutationem Angelicam per Ecclesiam & orbem

bem terrarum universum institutus, fidelium pietatem & reverentiam tam ad venerandum SS. Christi corpus, quam Admirabilis Matris electionem & gratiam suspiciendam mirificè induxit & concitavit. Idem Fridericum Imp. reliquosque Europæ Principes ad sacrum bellum potenter erexit atque accendit. Eundem Cæsarem minus Ecclesiæ devotum atque addictum admirabili constantia officii comonescit, & surdum diris devovit, & Imperio dejecit. Idem Perusinos aliosque inter se dissidentes amicè composuit. Idem Hannibalinam Hæresim felicissimè oppressit; Urbem ad officium reduxit; Idem per insigni de Sacris familiis merito, Sanctos Dominicum, & Franciscum Prædicatorem, & Minorum Meritissimos Institutores, Beatos item Antonium de Padua, & Elisabetham Reginam, Sanctorum albo solemniter adscripsit, & Canonizavit. Idem Genuenses & Venetos inter se diggladiantes, composuit. Factionibus item Guelphorum & Gibellinorum invalescentibus obnixus, pessime Romæ atque Italiæ occurrens, gravissima oratione, rebelles ad sacrum potius bellum pellexit accenditque. Decessit tantus Pontifex Romæ hac die An. Ch. 1241. ingenti apud optimos quosque sui relicto desiderio, tantis tam præclare gestis, etiã in terris immortalis. *Abr. Bzovius, Franc. Rosiers, Ciacon. Panvin. Platina, Constant. Cajetan. Annal. nost. Bened. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Constantia
ejus.Præclare
gesta ejus.

Obiit 1241.

SS. & BB.
plurimi.Constantia
ipforumNumerus
ingens.

ab Imperatore Sacrilego Cænobio infimos exclusissent, Cænobio extractis, & indignissimo spectaculo, publicè virgis caesis, atque mox urbe & omni vicinia ejectis. *Ex Annal. nost. Germ. Variis rer. Germ. script. Hundio, &c.*

In Gallia Beatæ memoriæ Elsinii Abbatis Remensis, Deiparæ addictissimi, qui primus, connitente in primis Sancto Anselmo nostro Cantuariensi Archiepiscopo Festum Conceptionis Beatissimæ Mariæ Admirabilis, immortalis cum merito inchoasse memoratur. Claruit tempore Guillelmi Conquestoris Regis Angliæ sub A. Ch. 1070. quam postea consuetudinem Divum Anselmum pari merito constat in Regnum universum introduxisse, eadem deinceps per orbem terrarum universum propagata. *Ex variis rer. Gall. script. Jacob. de Vorag. Claud. de Rota, Baron. &c.*

Cenomanis depositio S. Frambaldi Abbatis. Fuit hic Monachus celeberrimi Miciacensis prope Aureliam Cænobii, habuitque Magistrum absolutissimum Sancti Maximinum, ejusdem loci Abbatem, cujus perfectissimam vitam sedulo imitatus, & ipse ab insigni vitæ sanctitate celebratus est. Fuit idem Abbas ad Sylvam Gabronicam, non longè ab urbe Cenomanensi, cumque eruditione non leviter præstaret, Episcopus ad conversionem gentium ordinatus, Apostolico labore se se Ecclesiæ plurimum comendavit. Floruit temporibus Childeberti Regis & deinceps, miraculorum gloria à Numine comendatus. *Ex Renato Benedict. Hugone Menard. t. 2. SS. Ord. &c.*

Alziræ in Hispania passio Sanctorum Martyrum Bernardi, Mariæ & Gratie Regum, fratrum, Virginum, & Martyrum. Bernardus, Regis Carletani filius, in nefanda Mahometis secta ab infantia educatus, mira Numinis gratia, audita cælestium genitorum musica, & divinitus tactus, fidem Christianam amplexus est, & cum antea Amethe vocaretur, salutaribus expiatus undis, Bernardi nomen accepit. Cucullum in Monasterio Populetano exambit & meruit, ubi cum sub sanctissima Cisterciensium nostrorum Reformatione sanctissimè aliquamdiu vixisset, & continuis, iisdemque rarissimis miraculis à Numine illustraretur, Zelo Apostolico exardescens, prædicationis suscepto munere, multos ad fidem Christi perduxit. Cumque Patrem suum Regem cum omni Regno Ecclesiæ Dei aggregare expeteret,

Cæsaris fu-
ror.V. Elsinii
Abb.Festum Con-
ceptionis in-
stituitS. Frambal-
di Abb.Episcopus &
Apostolus.SS. 3. Reges
Mart.Fit Christia-
nus & Mo-
nachus.

co 2

eo à superioribus missus, parentes quidem mortuos intellexit, in fratrem tamen Almannorem Regem omne studium convertit, quem à Mahometismo revocare, multum, sed frustra laboravit. Sorores autem Zoraydam & Zaydam Christo lucratus, Mariam & Gratiam in Baptismo appellavit, & ut ad professionem vitæ Monachicæ admitterentur impetravit. Quæ cum ipso variis suppliciis à fratre, affectæ, tandem glorioso Martyrio cursum consummarunt. Bernardus tandem, clavo fronti affixo, Apostolici muneris coronam meruit, Patronus deinceps civitatis de Algezira cum sororibus adoptatus, & Officio Ecclesiastico solemniter celebratus. *Ant. Beuther, Chrysof. Henr. Petrus Calzolarius, Alph. de Villeg. Martin. de Viciana, t. 2. SS. Ord. &c.*

Sorores con-
vertit.Martyrio
donantur.Patroni Al-
gezira.S. Audoenus
Archiep.Regni Can-
cellarius.Hæresis pro-
fliganda
aptus secuta-
ris judicaturEx Monacho
Archiep.

In Monasterio Germaniæ Waldassen obdormitio Ven. viri Joannis ejusdem loci Abbatis, qui zelo Monachicæ disciplinæ ferventissimus, omni virtutum genere excultus, Deo acceptum, hominibus charum, & Principibus venerabilem & gratissimum se exhibuit, & post diuturnum contra invisibiles hostes certamen coronam gloriæ in æterna patria accepturus, migravit à sæculo. *Menol. Cist. Chrysof. Henr. Krantzius, Annal. nost. Germ. & tom. 2. SS. Ord. &c.*

Eodem die apud Heduos, S. Neptadii Presbyteri & Monachi actibus & meritis gloriosi. *Sauss.*

Item S. Alcelinæ Virginis Sanctimonialis in Belincuria, cognatæ S. Bernardi, virtutibus & miraculis Illustrissimæ. Id.

Ven. Joannes
Abb.

S. Neptadius.

S. Alcelinæ
V.

NONO CAL. SEPT.

XXIV. Augustj.

E.

Rothomagi Sancti Audoeni Episcopi & Confessoris. Audoenus alias Dado, per illustribus genere parentibus, patre Authario, Aiga matre genitus, fratres Adonem, Lodariensis Monasterii Conditorum & Monachum, & Radonem Thesaurarium Regium habuit, utrumque auctoritate apud Regem Clotharium, apud omnes autem generis & virtutis præstantia spectatissimos. Ipse cum cæteris virtutibus ac dotibus, tum eloquentiæ laudibus mirè ornatus, Dagoberto Regi à Secretis primum fuit, dehinc Cancellarius Regni Creatus, tanta apud Regem eundem gratia viguit, ut omnia ferè Regni negotia ejus arbitrio permitterentur. Sed longè illustrior in Audoeno, in Divinis sapientia, quæ ita excelluit, ut pestilentissima Monothelitarum Hæresi Orientem universum vastante, & jam in Occidentem effusa, Martino Pontifice Maximo Francorum opem exorante, coacto Sacerdotum & Episcoporum Galliarum Concilio, Audoenus, quamvis sacris minimè initiatus, cum Sancto Eligio nostro, tantæ rei aptus, ab universis deligeretur. Protrivit, in amplissimo maxime Galliarum Regno Monothelitas Audoenus, ut quæ Rex antea à suo Rasbacensi per vim abstraxerat Cænobio, jam non invitus eligi Episcopum pateretur. Archiepiscopus creatus, ea in dignitate etiam aliam Hæresim, Galliarum jam olim Dominam, Simoniacam nimirum pestem aggressus, pari felicitate, æterno cum merito, in Gallia

extinxit, & novam quasi faciem Regno induxit. Nec suis tantummodo terminis contentus, sed & procul etiam positus gentibus lumine verbi salutaris, quasi sol quidam illuxit; quin & in Hispanias usque penetravit, ubi insigni illustratus miraculo, septem annorum siccitatem, lachrymarum, & mox imbrii copiosissimo fluente prodigiosè sustulit, & universum Regnum amplissimè demeruit. Et hæc quidem electus, non consecratus Pontifex, cum quid Episcopali posset in munere sollicitius explorasset. Tum primum Consecrationem admittens, spretis Principum frequenti occursum, & famulantium obsequiis, pauperum maxime & captivorum atque ægotantium consortio delectatus est. Corporis sui crudelis dormitor, jejuniis diligentissimè & vigiliis studuit, collum, ventrem, brachia ferro strinxit, lectulum autem asperis virgultis, pro pluma struxit. Locupletavit & beavit Galliam plurimis Sanctorum reliquiis, Roma illatis, & nobilissimis non paucis Cænobiis atque Xenodochiis conditis. Meruit autem, admirandus verè Pontifex, paulo ante mortem, compositis Francorum atque Austrasiorum, acerbissimis odiis, de provincia utraque, ut merito Patris Patriæ titulo appellaretur. Fuit in vita & post mortem præstantissimis à Deo miraculis illustratus, cælitum etiam in terris alloquio beatus. Eximio DEI param studio coluit, ejusdemque sui cultus eximium argumentum Cathedrali suæ Ecclesiæ reliquit, quæ sua meritis supra simus.

Apostolus
gentium.Hispaniam
demeruit.

Rigor vitæ.

Regnum clā-
deliberat.

Miracula.

De Ecclesiā
sua meritis
supra simus

De Ecclesia sua meritissimus.

supra omnes antecessores gloriosam reddidit, thesaurisque plurimis locupletavit. Clero multis modis consuluit, nec Ecclesiam totius Dioceseos prateriit, quam non exornare & locupletare visus sit. Monachorum studia mirifice promovit, rigorē Monachicum restituit, plurima Cænobia condidit, & dotavit, tantopere efflorescentibus sub ejus regimine Monachorum rebus, numeroque utriusque sexus Cænobiorum eousque adaucto, ut Fridogodus vetustissimus auctor affirmare non dubitet, eadem sub Audoeno, & multitudine, & religione Aegypti Monasteria ab Antonio quondam instituta, aquare visa esse. Mortuus est nonagenarius, anno Pontificatus tertio supra quadragesimū, Christi 677. cujus sacrum corpus multa omnium comploratione curatum, à Rege, Regina, cæterisque optimatibus insigni pompa è villa Clypiaco ubi decesserat, Rothomagū deductum, in Beati Petri Basilica conditum, quarto post obitum anno à Beato Ansberto repertum est ab omni corruptione intaminatissimum. Ex Fridogodo, Baronio, Iepesio, Lippeloo, Claud. Rob. & dicitur Gall. script. &c.

Rigor vita Monachica.

Obiit 677.

Incorruptio.

S. Georgius Martyr.

Eadem die Sancti Georgii Limniotæ Monachi, qui cum impium Leonem Imperatorem reprehendisset, quod sacras imagines frangeret, sanctorumque reliquias combureret, ejus jussu manibus abscissis, & capite incenso Martyr migravit ad Dominum. Martyrol. Rom. & Bened. cum aliis, sed & Græci in Menologio.

S. Patricius Abbas.

Nirvernensis Sancti Patricii Abbatis. Nec ulterius hucusque in ejus vitam indagare licuit. Ejus meminere præter nostros, Martyrologium Romanum, Baronius, Vsuarius, Maurolycus, Felici, Menard. &c.

S. Theodoricus Abbas.

Andoino Monasterio Sancti Theodoricus Abbatis. Is decem annorum puerulus Deo oblati, vivus & mortuus multis signis & prodigiis claruit, obiitque A. C. 1084. ætatis suæ 80. professionis monachicæ 59. regiminis Abbatialis 33. cujus sacrum corpus miraculis gloriosum e terra levatum, & in medium Ecclesiæ translatum, Hugonistarum postea immanitate & scelere, suæ salutis negligentium, alienæ, cum dæmone invidentium, in cineres & favillas redactum est. Molanus in Addit. ad Vsuarium. & in Indiculo SS. Belgii, t. 2. SS. Ord. &c.

Miracula.

S. Sanderadus Abbas.

In Monasterio Gladbacensi, S. Sanderadi, ejusdem Cænobii primi Abbatis. Fuit hic Monachus primum celeberrimi

Cænobii Sancti Maximini prope Treveros, cumque Gero Colonienfis Archiepiscopus divinam monitionem accepisset, de condendo in honorem Sancti Viti Cænobio, evocatus ab eo Sanderadus, locum invenire meruit intra terminos Dioceseos Leodiensis, ubi in cavato lapide reconditæ erant pretiosissimi Martyris Christi Sancti Viti Reliquiæ. Condito proin illic Cænobio Sanderadus perfectus est, pertulit injurias multas à Warino Geronis successore, apud quem falso delatus, honore dejectus est. Restitutus postea, cum dispersas successoris negligentia oves, distracta prædia, libros & alia reperisset, mira patientia; nihil tristicæ præ se tulit, multisque tribulationibus excoctus demum in pace quævit; multis miraculis tam in vita quam à morte illustratus. Claruit An. Ch. 970. cujus Anniversarium festivè in Gladbach hac die celebratur. Molan. Trithem. Arn. Duac. t. 2. SS. Ord. &c.

Reliquias S. Viti reperit.

Ejus patientia.

Clar. 970.

In Nazareth prope Liram, Beati Bartholomæi Monachi. Hic trium Cænobiorum conditor sub lectissimo Cisterciensium nostrorum instituto: Florida-vallis, Vallis Virginū, vulgo Maegdenthael, & Nazareth, in primo cum tribus filiabus suis, & filio, cucullum induit, & Monachicis se votis DEO & S. P. BENEDICTO devovit: in postremo autē, ad ultimum vitæ finem in omni sanctitate perseveravit. Fuit orationi addictissimus, in victu sobrius, in edomando corpore rigidus & austerus, in pauperes propensissimus, omni virtutum genere excultus, cujus animi puritatem, sermonis prudentiam, judicii magnitudinem & profunditatem, nemo satis ac dignè verbis possit exprimere. Animorum in Purgatoriis ignibus cruciatorum, patronus fuit singularis, pro quibus, singulis diebus, centies & quinquagies Psalmum Miserere recitare consueverat. Otii juratissimus hostis fuit, diem operi manuum, noctem orationi & meditationi assignando, adeo ut nemo otiosum se vidisse meminisset. Qui cum plenus dierum & sanctorum operum, ad extrema devenisset, filiabus suis lachrymantibus placido vultu dixit: Cessate à stertibus & lamentis, filie mea dulcissima, quin potius mihi gaudenti pariter congaudete: certus enim sum, quod cum hoc carnis onus deposero, benè mecum agat Omnipotens, qui me, licet peccatorem, dignatus est in Electorum suorum numero computare. Et hoc vobis etiam

B. Bartholomæus.

Tria Cænobia condit.

Ejus laudes.

Animarum patronus.

Oiii hostis.

Mortui ad liberos oratio

annuntio,

annuntio, quod non solum super salute propria, me pius Deus consolari dignatus est, verum etiam super omnium liberorum meorum utriusque sexus (filium alterum inter Præmonstratenses habuerat,) de sempiterna prædestinatione, divina revelatio certum me reddidit, & eorum in æterna jucunditate me fruiturum consortio, certo demonstrationis indicio declaravit. Cumque his dictis, obdormivit in Domino, anno ætatis nonagesimo septimo. Ex Vita B. Beatricis ejus filie, Arnoldo de Raiffe, Joann. de Assigny, tom. 2. SS. Ord. &c.

Mortur decrepitus.

S. Ebba cum soc. Mart.

In Monasterio Collinghamensi in Anglia, passio Sanctæ Ebbæ Abbatis plurimarumque Sanctarum Virginum. Ebba gloriosissima Virginum cohortis Antesignana fortissima, rarum faminei sexus, & immortale decus, stupendo & ad posteritatem omnem memorabili exemplo, mirificum triumphum de hostibus retulit. Cum enim Collinghamensi Cænobio pro

Memorable exemplum.

Stupenda res!

OCTAVO CAL. SEPT.

XXV. Augustij.

S. Gregorius Episc.

Trajecti S. Gregorii Episcopi. Gregorius ex Monacho Wiltaburgensi Trajectensium Pontifex, rara & admiranda vitæ sanctitate mirificè excelluit, præcipuam in Ecclesia DEI auctoritatem consequutus, quam vel ex eo satis intelligas, quod maximo illi Germanorum Apostolo Bonifacio, comes itinerum, consorsque laborum, ac secundus Thuringiæ pastor accitus, in Apostolico exin munere eidem succedere meruerit, ad sublimissimam illam functionem à sanctissimo Papa Ste-

S. Bonifacii socius.

Apostolus.

phano dignissimus judicatus, atque elevatus, insigni postea fructu in Frisonia laboravit. Dorstadi præcipue & Trajecti Apostolus nuncupatus. Eum vitæ Sancti Ludgeri scriptor grandium meritorum virorum appellat, & viventem etiamnum Luciferam Christi Ecclesiæ lampadem. Sanctus Lullus Moguntinensis Archiepiscopus salutatur. De eo Gerardus Noviomagenfis, catalogo Episcoporum Ultrajectensium: Gregorius, inquit, à Bonifacio sanctissimo Prasule, Ultrajectino populo in Episcopum

Passo anno 1070.

S. Neptadij

B. Tudechæ Abb.

Paupertas extrema.

Translatio.

B. Barthol.

Insigne Elogium.

D d d pum

pum ordinatus, quæ in opere Evangelico Divus Villibrordus & Bonifacius inceperant, impigre perfecit, ut tanti Apostoli nomen & merita, nemo pro dignitate valeat explicare. Fuit miraculorum gloria longè illustrius, præfuitque Episcopatu annis 32. mortuus Ann. Christi 775. merito inter præcipuos Germaniæ, Frisiorum in primis ac Thuringorum Apostolos numerandus & celebrandus. *Ex Vita per S. Ludgerum ejus discip. Brovvero, Lullo, Orhono, Cratepolio, Gerardo Noviomag. Annal. nost. & Aquila Bened. &c.*

S. Hunegundis Virgo.

Despondetur altera vice.

Sponsum pie deludit.

Pedes equos prævertit.

Deipara ad dictissima.

Mirum lumen.

post sacris munita, inter cælestem odoris miri fragrantiam, & immensum lumen, voce cælo delapsa felicissimè extinguitur. Cujus sacrum corpus cum diu sub terra delitisset, revelatione tandem Numinis Ann. Christi 946. repertum est in sarcophago incorruptissimum. Intervenit forte Giso religiosus presbyter, qui sarcophago jam aperto, elevari reliquias prohibuit, quod nisi præsentem Episcopo non liceret. Ita dies triginta duos apertus ad usque adventum Rodulphi Noviomensis Episcopi mansit sarcophagus, admirandæ lucis fulgore toto eo tempore, locum perpetuo implente, & cælesti fragrantia erumpente, eo rariore miraculo, cum pro foribus pulveris ad sacrum corpus fragmina margaritarum, & miræ quædam scintillæ exsplendescerent, languidi autem quicumque occurrerent, quocumq; morbigenere laborassent, illico conspecto solum corpore, prodigiosissimè curarentur. Quin & illud rarissimum & gratulationis plenissimum fuit, ipso elevationis solemnifecto factum, cum sævissima lues adeo totum illum pagum occupasset, ut vix domus ulla sine ægroto esset, ipso elevationis sacri corporis momento, universos suis electulis sanos consurrexisset, & Sponsum Virginum in Virgine sponsa sua de prædicasse. *Ex Vita Variis rer. Gall. script. Annal. Benedict. tom. 2. SS. Ordin. Claruit Clar. 630. A.C. 630.*

Reperitur sacrum corpus.

Stupenda miracula.

Rarissimum miraculum.

Columba visio mira.

Miracula.

In pago Lemovicensi Sancti Aredii Abbatis & Confessoris. Aredius Lemovicis nobili natus genere, puer admodum, Theodoberti Regis Ephebis accensus est; in cujus facie, cum Sanctus Nicetius noster Divinum quidpiam intueretur, ut se sequeretur puero innuit, qui relicto statim palatio, Episcopum sequutus est. Mirum & rarum illud, cum aliquando corrigi, doceri, dirigi, exerceri à Sancto Magistro ferventius peteret, visam columbam esse, quæ è sublimi descendens in caput pueri sese demitteret. Hæc deinceps læpius puerum comitari visa, cum Sanctus puer celebrari impatiens, frustra sæpe illam abigere niteretur. Patre mortuo ad matrem profectus, Lemovicis è facultatibus relictis Monasterium condidit, & collectis discipulis, eidem eximia sanctitate præstitit, incerta primum Regula, quoad Sanctus Maurus noster Galliæ Cænobia reformaret. Miraculorum virtute mirabilis refulsit. Fontem ex arido solo produxit, inter imbrium densitatem, nulla ex parte madefactus iter continuavit, ægros

ægros sine numero solo crucis signo prodigiosè curavit. Mortuus est Turonis in Cænobio Sancti Martini, ad cujus summa occurrere Sanctos Martinum, Dionysium, aliosque Galliæ Tutelares energumena prodidit, & ruptis vinculis eodem accurrens, à pessimo infessore liberari meruit. Claruit Ann. Christi 590. *Ex Sanct. Gregor. Turon. Annal. Bened. to. 2. SS. Ord. &c.*

Clar. A.C. 590.

B. Arnoldus.

Efficacia precum ejus.

Mira Citharizatio.

lectio mensæ Monachi simplicis.

Donum lacrymarum.

Virtutes ejus.

In Monasterio Hemmenrodensi Beati Arnoldi de Sancto Severino Monachi absolutissimi. Is leviter quidem litteratus, Divina tamen sapientia plenus miraculis ac virtutibus clarus in Cænobio confenuit. Ejus quantum posset oratio Beatus Waltherus de Bierbaet sodalis ejus in præsentem naufragii periculo intellexit, cū in preces ad Deiparam effusus media nocte in ipso naufragii metu obdormiens Arnoldum suum citharizare audiit, eaq; dulcedine expergefactus bono animo omnes esse jussit, quod ope DEIPARÆ Arnoldo pro ipsis orante nullum ipsis porro periculum immineret. Rogatus postea de nocte & Hora illa an Citharam pulsasset? proditum te videns nec diffiteri ausus Arnoldus: *Credite mihi*, inquit, *ego citharizavi ibi: Quando enim non possum habere devotionem sub cuculla digitos, ad similitudinem citharizantis moveo, & chordas cordis tango, sicque mentis torporem ad devotionem excito.* Requisitus à Priore suo, quid in mensa cogitaret, eo quod lectionem non intelligeret? Ego, respondit, habeo ibi lectionem meam: quando manducare incipio, retracto mente, qualiter pro me Dei filius sit ab Angelo nunciatus, & in utero Virginis de Spiritu Sancto conceptus, sicq; primum folium verto. Deinde cogito, quomodo Angelis concipientibus sit natus, &c. & ecce perlectum est folium secundum. In hunc modum transcurro circumfessionem, adventum Magorum, oblationem in templo, Baptismum, jejunium, passionem, & resurrectionem, ascensionem & S. Spiritus adventum, extremumq; judicium: talis est lectio mea quotidiana, cujus finis, finis est prandii. Quod in tali libro comedens legeret, testabantur lacrymæ, quas in mensa fudit, plus enim delectabatur (inquit Beatus Cæsarius) in sanctis meditationibus quam ingenuflexionibus, per quas spiritus contemplantis impeditur. Fuit pauperum amantissimus, ita ut petentes dando præveniret, mansuetudine

autem & humilitate spectatissimus, quibus aliisque virtutibus mirè excultus meritorum & annorum plenus sancto demum sine requievit. *Ex B. Cæsarii Heisterbac. Mirac. l. 7. Barnaba de Montalbo, Chrysof. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Severi Abb.

Eodem die depositio Sancti Severi A-gathopolitani Abbatis eximii vitæ meritis celebris. De quo hac die Andreas Monachus Bambergensis.

In Gallia, Monasterio Bonævallis Beati Pauli Monachi, discipuli Sancti Hugonis Abbatis. Is in ipso tyrocinio, improbissimi spiritus molestiam perpeffus, cū de repetendo sæculo cogitaret à Sancto Abbate suo ut in proposito persisteret, cum certa promissione salutis admonitus, constans perstitit, insignemq; de carne, mundo, & dæmone triumphum retulit, & in perfectionis studio plurimum proficiens, appetente felicitatis transitus hora, Cælitum Imperatricis dulcissima præsentia, & alloquio frui meruit, quæ ipsum amantissimè solata, de Salute æterna ab Abbate olim promissa certum reddidit, & Paulus paulo post multa luce de cælo lapsa circumfusus beatum spiritum Creatori hilaris reddidit. *Philipp. Seguin. Chrysof. Henr. Menol. Cisterciens. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Pauli Monachi.

Deipara favor.

Splendor mirus.

In Gallia Narbonensi Beata memoriae V. Joannis Ioannis Marioni Monachi Fulienfis. Fuit hic titulo sanctitatis celeberrimus, sanctissimæ illius Congregationis nostræ Fulienfis, ejusdemque rigoris promotor ferventissimus, Verbi DEI concionator eximius, omni virtutum genere apprime excultus, humilitatis tamen pulcherrimo studio in primis spectatus, quo honores Ecclesiasticos, & dignitatem Episcopalem sibi oblatas atque abtrusas constantissimè recusans, in Catalogo Fulienfium sanctitate illustrium, tanquam unus è primariis & sanctioribus illius Congregationis Patribus inseri meruit, *Chrysof. Henr. Menol. Cist. Carolus à S. Maria, t. 2. SS. Ord. &c.*

V. Joannes Marionus.

Episcopatum recusat.

Eodem die in Monasterio Tuitiensis illustri Commemoratio SS. Sacramenti Eucharistici, oppido & Cænobio exusto, in medio flammæ circumfusæ prodigiosissimè intacti. *Molan. Rupert. Tuit. Arnold. Duac. Hug. &c.*

Miraculum SS. Sacram.

66(0)66

Ddd 2

SEPTI.

XXVI, Augusti.

G.

Commemoratio Paternitatis S: P.N.

Multitudo filiorum.

Beneficia quotidiana.

S. Erluinus Abbas.

Illustre genus

Humilitas ejus.

Observat mores Monachorum.

Male luit.

Festum five Commemoratio Paternitatis, seu multiplicationis in filiis, Sanctissimi & Admirabilis Patris nostri BENEDICTI: Quo nimirum recolitur, ingens illa gratia & benedictio, qua novus noster Abraham, a DEO mirifice honoratus, crevit in gentem magnam, multiplicante Domino sacram prolem ejus, sicut stellas caeli, & sicut arenam maris, quae praemultitudine numerari non potest, innumeris jam ad illius sinum translatis, & cum felicissimo patre in caelis triumphantibus, aliis autem ducente ipso, & etiam tendentibus, atque maxima & innumera, suffragantibus tantis Patre & Fratribus, beneficia a DEO quotidie accipientibus. Ex Gerardo Belga, proemia Calendarii nostri Benedicti. Ann. Christi 1638. typis excusis, tom. 2. SS. Ord. &c.

In Monasterio Beccensi Sancti Erluini Abbatis & Confessoris. Erluinus five Herluinus, illustri admodum stirpe natus, Ansgoltum patrem, Heloyfam matrem, Flandriae Comitibus sanguine proximam, habuit. Educatus a Gisleberto Brionnensi Comite, Richardi primi Normanniae Ducis nepote, militiam quoque ejus sequutus, a corruptis tamen militum moribus valde abhorruit. Aetatis annum 37, agens, aulae & militiae tactus fastidio, delicias ita execratus est, ut tanquam amens ab omnibus suggillaretur, auescebatque a quo animo ferre injurias, donec militiae cingulum prorsus abjiceret, & Burnevillensi in vico Ecclesiam conderet. Illic, miro exemplo, terram ipse fodit, arenam & calcem humeris propriis comportavit, parietes ipse composuit; & quadraginta jam annos natus, prima litterarum elementa addiscens, Dei gratia tantum profecit, ut in exponendis Sacrae Scripturae sententiis admirabilis haberetur. Monasticae vitae desiderio, dum per rimam quandam januae, Monachorum cujusdam Canobii mores & consuetudines observat, ab ea gravitate, quam sanctum deposcebat institutum, longe aberrantes videns, valde turbatus, depræhensus etiam ad rimam a Custode templi, ac pro fure habitus, pugno graviter in collum impacto, capillis tractus, templo extrusus est. Quod ferens patientissime, ad aliud majoris famae contendens Canobium, Mo-

nachos insulsius laicis arridere, cultiores ostentare vestes, quendam etiam ab altero pugno impeti, & ad terram prosterni cum intueretur, fastidium jam ejus vitae concipere coepit; cum labanti bonum adfuit Numen, pernoctansque in Ecclesia Erluinus, ex angulo quo latebat, Monachum intuitus est, qui modo toto pectore prostratus, modo genibus flexis cum singultu & lachrymis orans, ad clarum usque mane perstiterat; proin judicium suum damnans, novis succensus ignibus, ad Ecclesiam mox suam rediit, comam totondit, & condito Canobio cucullum amplexus, Abbas non multo post eligi meruit. Multis illico auctus discipulis, summo in vitae rigore eosdem educavit; post Chori labores, arrepto rastro terram ipse subegit, & alia agricolae munia strenue obiit. Heloyfa mater, Illustrissima mulier, obsequio Canobii ancillam se emancupans, cum domo propinqua annonam igne torreret, suborto subitum incendio, interclusa flammis interiit; quod audiens sanctus filius, lachrymis perfusus DEO gratias egit, quod mater sua in obsequio servorum Dei esset concremata. Divinitus admonitus, loco magis oportuno Canobium struere, Becci condidit, quod aegre ferens cacodemon, tectum quadam nocte totum dejecit. Habuit discipulos lectissimos, Sanctos Lanfrancum & Anselmum, Cantuariae postea Archiepiscopos, Hernetum Roffensem Episcopum, plurimosque alios, quorum studio Canobium, & sanctitatis & raræ juxta eruditionis laude celeberrimum evasit; quod cum angustum nimis esset, augustius condidit, illudque nutu quodam Numinis, in Normanniam forte transiens lectissimus discipulus Lanfrancus cum Ecclesia ibidem consecravit. Fuit tunc mira Archiepiscopum inter discipulum, & Erluinum Magistrum de humiliore loco, non sublimiore contentio, & Herluinus aeger, ipso dedicationis die penitus convaluit. Fuit optime meritis Herluinus de circumjacente regione, quam verbo & exemplo mirifice illustravit. Cumque ipsum maximi universi facerent, Radulphus tamen quidam contemptui habuit, qui vespere virum DEI irridens, eadem nocte repentina ablatum morte temeritatem luit; quod

Scandalum patitur.

Corrigitur.

Labor manuum.

Beccum condit.

Ejus discipuli

Mira contentio.

Contemnitur virum Dei male luit.

Obiit 1078.

S. Bregvini Archiep.

Obiit 763.

S. Chineburga Regina.

Fit Monialis.

Abbatissa.

Clar. 705.

S. Balduinus de Via.

quod ipsa nocte cognoscens Herluinus, animam ejus a daemonibus abripi ex horrendis clamoribus intellexit. Obiit felicissime 7. Calend. Septemb. Ann. Christi 1078. aetatis suae 84. cum longè felicissimum sui Canobii statum intueretur, & mira visione de fructibus illius, velut Paradysi Domini jam olim fuisset edoctus. Ex vita per Gilbertum Monachum Beccensem, Westmonast. Guilh. Gemmetie, Hug. Menard. t. 2. SS. Ord. &c.

Cantuariae in Anglia Sancti Bregvini Episcopi. Hic originem ex Saxonia duxit, fama autem Sancti Theodori inductus, in Angliam commigrans, disciplinae se Monasticae addixit, cucullum induit, & Cuthberto denique Cantuariae Archiepiscopi succedere meruit. Praefuit triennium solum, immatura morte suis praeruptus, circa annum Christi 763. ad cujus tumulum multa deinceps, concedente DEO miracula visa sunt. Ex Antiquit Britann. Guilh. Malmesbur. Cap. xv. Harpsfeldio, Mayhevo, t. 2. SS. Ord. &c.

In Anglia natalis Sanctae Chineburgae Reginae Northumbriae & Abbatissae. Chineburga five Cymburga Pendæ Idololatrae, Merciorum victoriosissimi Regis, filia Christianissima, & Alfredi Regis Northumbriae uxor, in aula Regia, & conjugio felicissimo, ita se gessit, ut amplioris gratiae facta dignior, a statu saeculi hujus eminentissimo, ad sublimitatem vitae Monachicae vocata, sed & dignissimo mariti optimi exemplo provocata, & ipsa mutato in ancillatum Christi Imperio, cucullum & velum sacrum in Monasterio Dormundcastrensi amplexa sit. In quo vitae genere, quasi pridem exercita, exemplar humilitatis aliis Christi ancillis facta, paulo post iisdem praefici meruit, & eximio sanctitatis splendore, aeternum Regio nomini decus addidit, ab cujus deinceps sancto nomine, Canobium ipsum gloriam deducens Chineburga caeter appellatione dignissima cognominatum est. Nec desunt, qui etiam Sabrinensis Canobii electam esse Abbatissam contendunt: hoc certum est, multarum Deo sacrarum Virginum Matrem, & quidem longè dignissimam ac felicissimam extitisse. Claruit Ann. Christi 705. Ex Annal. nost. Benedicti. Chorograph. Britann. Burgiano, Morignia, Venerabili Beda, Eduar. do Mayhevo, t. 2. SS. Ord. &c.

In Flandria, Canobio Dunensi, Beati Balduini Monachi, moribus & vitae sanctorum laudabilis. Balduinus cognos-

mento de Via, juvenili aetate, senili morum maturitate nituit; Monachumque in sacro Dunensi Alceterio professus insigni progressum felicitate ad apicem perfectionis contendit. Ad sacros Ordines promotus, & tandem Diaconus ordinatus, eo in gradu Divini amoris suo in pectore talem concepit flammam, ut totus igne caelesti succensus, ad Angelicam pervenerit puritatem. Cujus egregia merita, multis ab ipso editis miraculis Dominus comprobavit. Qui tandem in ipsa juventute, antequam ad Sacerdotalem gradum conscenderet, vitam hanc miseram cum sempiterna beatitudine commutavit, & post obitum variis etiam signis eluxit. Claruit Ann. Christi 1276. Chrysofom. Henriq. Menolog. Cisterc. Adriani Butzjus, Annal. nostr. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.

Aquilae in Italia, depositio Beati Ioannis Bassandi Prioris Monasterii Collis-Madii, vitae meritis praestantissimi. Ioannes Bassandus Vefontione, patre inter optimates spectato natus est. Regulam S. Augustini primum, non multo post autem, strictioris vitae appetens Sanctissimi P.N. BENEDICTI, in Monasterio Caestino Parisiis professus est. Multorum postea Canobiorum Prior, quinquies Ordinis Provincialis electus, cum eum honorem perpetuum ipsi Martinus V. Pontif. Max. decerneret, pro virili recusavit, & obstitit. Galliam, Angliam, Arragoniam, Italiam peragrans, disciplinam ubique Regularem propagavit. Humilitate & patientia mirum in modum enituit. Apud Reges & Principes summo in pretio fuit, qui ardua quaeque negotia pro Ecclesiae utilitate ipsi commendabant. Inter maxima ipsius merita, imortale & longè dignissimum illud: cum Amedeum Sabaudiae Ducem, Felicis nomine summum Pontificatum, summo Ecclesiae universae cum luctu & periculo, usurpantem, intrepidus adiit, & ut eo se abdicaret, mira eloquentiae vi, ac virtutis & sanctitatis opinionone, persuasit, eoque nomine Ecclesiasticae tranquillitatis vindex & Assertor felicissimus extitit. Fuit Sanctissimae Regulae nostrae & Constitutionum ad astrictissimam, decrepita etiam aetate, observantissimus, obedientiae cumptimis studiosus, & tatiopere fuit, ut etiam Fratrum Confessiones in templo excipiens, audito signo ad opus manuum, iis interruptis advolarët. Aquilae supremum cum decumberet, inter procerum frequentiam, etiam Episcopus

Miracula.

Clar. 1276.

B. Ioannes Bassandus

Honores ejus.

Laborati.

Fama.

Immortale meritum.

Assertor Ecclesiasticae libertatis.

Mira obedientia.

Honos mori- pus loci occurrit, quibenedici à viro Dei
turo habitus. enixissimè contendit. Alii annulos au-
reos, ejus digitis inferuere, quorum deinceps
contactu, infirmi plurimi curati sunt.

Obiit 1445. Obiit vir meritisissimus Ann. Christi 1445.
ætatis suæ 85. ab ingressu Religionis 55.
cujus obitum Beatissima Coletta spiritua-
lis ejus filia, divinitus edocta, tororibus si-
gnificavit, orationemque de laudibus ejus
funebrem, meritisissimus ille vir Beatus
Ioannes Capistranus habuit. Claruit in
vita & post mortem insigni miraculorum
gloria, quæ inter vivens etiamnum, An-
conitani cujusdam filium mortuum jam
triduanum, prodigiosissimè ad vitam re-
vocavit. Sacrum ejus corpus, licet calce
perfusum, post octodecim nihilominus à
morte annos repertum est integrum. *Ex
Vita & monim. PP. Calest. Hugone Menardo,
t. 2. SS. Ord. & Annal. nost.*

S. Margare- Florentiæ in Monasterio Sancti Ioan-
tha, V. Abb. nis Evangeliste, depositio Sanctæ Margare-
tæ Virginis & Abbatissæ. Hæc patria
Faventina, in Cænobio Sancti Ioannis vi-
tam Monachicam professæ, Sanctam Hu-
militatem primam ibidem Abbatissam,
magistram habere, eidemque succedere
meruit; ejusdem per omnia imitatrix re-
ligiosissima, juxta quam etiam in Mona-
sterio Sancti Salvii non longè à Florentia
sepulta est, miraculorum splendore à Deo
illustrata. Obiit insigne Vallumbrosanæ
familix nostræ ornamentum A. Ch. 1330.
*Monim. Bergom. Arnold. Duac. Annal. nost.
t. 2. SS. Ord. & c.*

S. Ebo Ar- Eadem die Sancti Ebonis Archiepi-
chiepisc. scopi Senonensis, de quo alii & nos 22.
Aug. superius.

In Monasterio Heisterbacensi Beati

Wilhelmi. Hic à pueritia in eodem Cæ-
nobio Deo se offerens, purum ac impol-
lutum spiritum conservavit, & ut generis
splendore, sic virtutum præstantia juveni-
li ætate mirè enituit. Completo autem
probationis anno, & solemnibus Votorum
facta professione, sequenti quamprimum
die tactus infirmitate decubuit, nec mul-
to post sancto decedens sine mortale cor-
pusculum exiit, immortalitatem induit,
quem in æterna patria gloriosum Beatus
Conradus Prior loci, sub pallio Augusti-
simæ Cælitum Imperatricis amantissimè
foveri conspexit, & Fratribus nunciavit.
*Chrysof. Henric. Phil. Seguin. Cesar. Heist. t. 2.
SS. Ord. & c.*

In Monasterio Cæsariensi Beatæ me-
morix Sibothi Episcopi. Sibothus Baro
de Hundelzingen trigessimus nonus Au-
gustanæ Ecclesiæ post Sigefridum à Rech-
berg, Episcopus, cum eam Ecclesiam an-
nis 25. strenuè gubernasset, & Monaste-
rium Schœntfeldente liberalissimè dota-
set & restaurasset, lacrx familiæ nostræ
Cisterciensis vigore & flore delectatus,
abdicato Pontificatu cucullum exambiit,
& in Monasterio Cæsariensi, in Sanctissi-
mæ Regulæ nostræ verba juravit, ubi vi-
ginti integros annos in magna humilitate
exigens, virtutibus plenus & meritis ex
hoc læculo migravit A. C. 1262. in choro
Monasterii ejusdem tumulatus. *Ex Me-
nolog. Cist. Chrysofom. Henric. Bruschio, An-
nal. nost. Aquila Bened. Germania Christiana,
t. 2. SS. Ord. & c.*

Eadem die S. Aredii Abbatis Lemo-
viensis. Ita hac die Andreas Bamber-
gensis, forte quia hac die sepultum legit,
nos cum aliis hesternæ.

SEXTO CAL. SEPT.

XXVII. Augusti.

A.

S. Gebhardus Episc. Constantiæ in Germania ad lacum A-
cronium, Sancti Gebhardi Episcopi
& Confessoris. Gebhardus è vetustissi-
mo Regum Gallix sanguine ortus, pa-
trem Vtzonem Brigantinum Comitem,
virum pietatis laude in primis clarum, ma-
trem Dietpurgem habuit, ex cujus utero
excisus, maxima dein cura educatus est.
Tenella adhuc ætate, Sancto Conrado
nostro Constantiensi Episcopo educan-
dus creditus, eo magistro tantum profe-
cit, ut factus in Monachorum Collegio fa-
cile Princeps pietate haberetur. Puer
etiamnum (cū digressus è conclavi Con-
radus & mox reversus Cathedralæ suæ in si-

dentem depræhendisset,) fore ipsum Epi-
scopum prædixit, ubi tamen alius, se inter
& ipsum, intercederet; quod rei eventus
postea demonstravit. Monachum in
Cathedrali professus Monasterio, disci-
plinæ Regularis observantissimus extitit;
per omnia Magistrum sanctissimum stre-
nuè æmulatus. Episcopum communi
omnium suffragio & insigni gratulatione
creatum, cum Fratres Germani diviso pa-
trimonio, ut cæteroquin potentem, in
partitione excluderent, Gebhardus mi-
nimè tulit, sed quæ obtigerat sibi portio-
nè, in Cathedralis Ecclesiæ usus, & quod
moliebatur, Petrusiani Cænobii structio-
nem,

Triduanum
mortuum
suscitatur.

Miracula.

S. Ebo Ar-
chiepisc.

S. Gebhardus
Episc.

E regibus
Gallia oriun-
dus.

Ei Episcopa-
tus prædici-
tur.

B. VV illu-
mus.

Sub pallio
Deipara fo-
retur.

Sibothi Epi-
scopi Aug.

Fit Monach.

Obiit 1262.

Monachus
Cathedralis.

Canobium
condit.

nem, expendit. Istud Ann. Christi 991.
absolvit & dedicavit, inducta lectiore Mo-
nachorum è sacra Deiparæ Virginis Ere-
mo colonia, quibus ipse aliquandiu, nulla
ambitione honoris, præfuit, Episcopus si-
mul & Abbas lectissimus, hoc tamen mu-
neris eo solum usque in se suscipiens, dum
confirmata Cænobii initia, & auctas ra-
tiones perspiceret, simul cum redituum
incrementis, de augendo fervorum DEI
numero admodum sollicitus, cum (sacris
Virginibus exceptis, quas separatis benè
reclusas ædibus, veteri nostrorum more,
iisdem, vivere redivis ordinaverat,) pri-
mo statim tempore Monachos octuaginta
numeraret, quorum dimidium è Fra-
tribus, quos vocamus Conversos, constaret.
Beavit idem Cænobium insigni san-
ctarum Reliquiarum thesauro, quas in-
ter, præter Philippi Apostoli brachium,
Magni Ecclesiæ Doctoris, Sanctissimi
Gregorii nostri I. Pontif. Maxim. dono
Ioannis XV. caput fuit; quod cum Ro-
ma discedens secum deferret, re comper-
ta persequentibus iter suum Romanis,
prodigiosè cum suis servatus est, cum nul-
lam ad padi fluminis oram navem inveni-
ret, fufis ad DEVM precibus, submittente
quamprimum se flumine, ut prodigio-
sissimo vado, cum thesauro & omnibus
evaderet, semita eadem persequentibus
mox interclusa. Mortuus est An. Chri-
sti 995. atque in suo, quod petierat, Cænobio
sepultus, frustra obnitentibus civibus,
& ad Cathedralē Basilicam deferre mo-
lientibus, feretro ad omnes omnium co-
natus, quam Petrusianorum, immobili,
palpitantibus, ac prope exanimatis, qui
civium jussu portitores nominati sunt, cū
Petrusiani absq; impedimento levarent,
& vix ponderis quidpiam in humeros in-
cumbere perferent. Vifa in super,
feretro, dum deferretur, niveo candore
columba insidere, quæ in templo deni-
que disprens, relicta cælestis odoris fra-
grantia, nares atq; animos omnium mirè
recreavit. Fuit Gebhardus Admirabili Ma-
ttri, Virginū Virgini, præcipua devotione
addictissimus, quæ ipsum mox à morte
Gaminolphi Episcopi, suæ Ecclesiæ Pon-
tificem ipsa elegerit, vifa ipsi in soporem
resoluto, lignea sua in Choro imagine li-
tuum Pontificalem porrigere, cum hoc
mandato: *Domiticum gregem pasceret, eiq;
pasua vita æterna demonstraret.* Effulsit à
morte miraculis plurimis & maximis, vi-
sus etiam Perigeto in primis Abbati, in-

signi ipsum & omnes frequentissimi Cæ-
nobii religiosos promisso exhilarans: cum
certos omnes de felicissima æternitatis
beatitudine esse juberet: *Scias pro certo, in-
Promissio
quid, me apud omnipotentem impetravisse
Dominum, ut nullus Fratrum, modo in hoc
Monasterio servientium, à morte ledatur se-
cunda, sed omnes mortem subeuntes tempora-
lem, vitam cum Christo possidebunt sempiter-
nam.* Alias apparens, omnibus ejusdem
Cænobii sui posteris, cum bono proposito &
voluntariè DEO servientibus, suum & Ma-
gni Gregorii certum in die judicii Patro-
cinium, amantissimè est pollicitus. *Extor-
mo 2. Constantia nostr. Benedict. Aquila Im-
per. Benedict. Annal. German. tom. 2. Sacro-
Sanct. Ordin. Constantia sacra prophana, & c.
& diversis MS. Bibliotheca olim Cathedralis,
& VVeingart. & c.*

Romæ depositio Beati Alexandri III.
Pontificis maximi. Alexander, patria
Senensis, Tuscus, olim Rolandus appel-
latus, Ranutii Bandinelli filius ex Cano-
nico Cathedrali Pisane Ecclesiæ Mona-
chus Claræ-vallis in Lombardia Cænobii,
cum & morum, & eruditionis laude præ-
staret, ad summos honores expetitus, at-
que protractus, S. R. E. Cardinalibus ac-
census, SS. Cosmæ & Damiani primum
Diaconis, postmodum Presbyter tituli
Sancti Marci, & S. R. E. Cancellarius ab
Eugenio III. designatus, operam suam
Ecclesiæ adeo probavit, ut post Adria-
num IV. ad summi Pontificatus apicem
evehi meruerit. Præfuit in summa tem-
porum difficultate, cum Petri navicula
terribili tempestate gravissimi Schismatis
jactaretur, obnitente constantissimè pro-
cellis tantis Alexandro nostro, & de Cæ-
fare & quatuor Schismaticis Pontificibus
Victore IV. alias Octaviano de Monticel-
lo; Paschali III. five Guidone de Crema;
Callisto III. Ioanne à Strumia; Innocen-
tio III. five Lando, felicissimè triumphan-
te, & admiranda sanè constantia annis de-
cem & octo in immensa laborum & peri-
culorum mole, de jure suo & Ecclesiæ nec
hilum remittente. Dedit manus deni-
que, invicti cæteroquin animi Fridericus
Cæsar, & Venetiis Alexandrum sup-
plex convenit, pedes ejus osculatus,
quem paulo ante extinctum voluerat;
& superior tantis malis Pontifex Romam
denique reddita Ecclesiæ & orbi uni-
verso tamdiu desiderata pace, summas
inter civium gratulationes ingressus est.

Incrementa
Canobii.

Numerus
Monachorū.

Prodigiose
Padum su-
perat.

Obiit 995.

Feretrum
immobile.

Miracula.

Deipara
Episcopum
eligit.

Promissio
insignis.

Item alia.

B. Alexan-
III. PP.

Honores ejus.

Fit Papa.

Constantia
ejus.

Triumphat
peregregie.

Meruit inexplicabili mox merito indicto Romam Concilio, quo cum libertati Ecclesie, tum fidelium omnium saluti diligentissime consuluit, & Clericorum maxime mores reformavit. Venetos de se bene meritos, multis beneficiis demeruit, & insignibus quibusdam Magistratum eorumdem exornavit. Thomam Aquinatem Theologorum Primpilum in Sanctos retulit; & plurima alia preclare gessit atque instituit. Fuit summo in honore omnium humillimus, humanitatis studio, omnibus familiariter proximus, nec pauperes solum & abjecte conditionis homines, sed & sibi adversantes, qui se assiduis convitiis & injuriis exagitant, paterno amore prosequeretur. Octavianus Antipontificis morte a fidis retractoribus percepta, velut alter David persecutorem suum deservit extinctum, & Cardinales de obitu ipsius exultantes duris increpavit, cujus etiam mortem, & tempus mortis prophetico spiritu preagnovisse & preadixisse memoratur. Et quamvis tantus, tantisque excoctus tribulationibus esset; deprahendere tamen crudelissimi illi exactores, juratissimi mortalium hostes, quod rectam ad caelos semitam retardaret, nisi SS. Apostolorum Principes, cum Magno Gregorio & Isidoro nostris intervenissent, & Augustissimam Angelorum Reginam pro Alexandro suo interpellassent. Annuit rogantibus Misericordiae mater, dignissimo tantis celitibus celebrandis responso eosdem dignata: *Indignum*, namque ait, *erit, nobis praecipuis sanctis gloriae caelestis aliquid denegari: proinde confisa de misericordia Filii mei, annuo votis & petitioni vestrae*, cum repente delapsa desuper vox: *Fiat*, inquit, *voluntas Matris, & Sanctorum meorum, & Alexander cali civibus continuo ad jungatur*. Ita dissipata demonum turba confusa abiit, & recta Alexander noster ad praemia aeternitatis pervenit. Haec autem omnia Beatae mem. Marcus Sanct. Isidori Canonicus Legionensis in Hispaniis conspexit, & audiit, ac Canonicis de morte Alexandri in Hispaniis retulit, qui annotatis die & hora, iisdem postea Alexandrum sancte decessisse compererunt. *Baronius, Bzovius, Barnab. de Montalbo, Henric. Annal. nost. Bened. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Clarae-vallis Beati Gerardi Sacristae, viri sanctissimis moribus cultissimi, & Monasticae perfectionis amulatoris eximii. Hic juxta Prophe-

Merita alia

Humilitas ejus.

Charitas perfecta.

Patroni Alexandri.

Deipara benevolentia.

Res mirae.

B. Gerard. mon.

tae Consilium, jugum Domini portavit ab adolescentia sua, & levavit se supra se: quoniam cum adhuc tenellus esset & fragilis, manum suam ad fortia misit. Lactatus itaque mamilla Regum, & casta disciplina feliciter educatus, crevit, atque profecit semper in melius, & magno DEI munere, carnis corruptionem, sicut testabantur ejus familiares, nunquam fuit expertus, in tantum castitatis colens virtutem, ut felicitate quidem, non virtute, ab Angelis videretur differre. Tandem Divinitus praemonitus mortem jam sibi instare cognovit, & miraculosis praecedentibus signis, facultate loquendi interclusa, tres integras horas, protensas ad crucem manus, inter reliqui corporis obdolorem jactationem, tenuit immobiles, & sic demum in Domino requievit. *Menolog. Cist. Henric. lib. de exord. Cist. Barnab. de Montalbo, Angel. Manriq. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Virginitas ejus.

Felicissime defungitur.

In Monasterio Brigenfi Sanctae Landebertae Virginis Sanctimonialis. Hic inter lectissimam magnae Abbatissae Burgundoforae sanctissime educata, post vitam religiosissime exactam, felicissime consummata, ad gaudia aeternitatis vocata est. Cumque morti proxima summa aviditate caelestibus inhiaret, nubes densa, ratilo fulgore lectum ejus operuit, & auditae sunt voces Angelorum canentium: *Cantemus Domino gloriosae, &c.* quem inter plausum felix anima, ad Creatorem suum evolavit. *Ex to. 2. SS. Ord. MS. Vita S. Burgund. Iona. Menard. &c.*

S. Landeberta Virgo.

Angelorum cantus.

In Germania Monasterio Heilbrunnensi, Beati Rapathonis Comitis de Abensperg, primi Abbatis ejusdem loci & Fundatoris, qui cum calcato saeculo cucullum amplexus esset, suisque praefici meruisset, & aliquandiu sanctissime praefuisset, cum magna sanctitatis opinione vitam finivit. *Mart. Crusius, Gaspar Brusch. Claruit A. C. 1137. ibidem sepultus.*

B. Rapatho Comes

& Abbas.

In Hovenfi Cisterciensium Virginum Canobio, B. Elisabeth Abbatisae, penitentiae rigore, indefesso mortificationis studio, & eximia mentis ac corporis puritate spectatissimae. *Menol. Cist. Chrysostom. Henric. t. 2. SS. Ord. &c.*

B. Elisabeth. Abb.

In Monasterio Habensi S. Emmonis Monachi. Ita hac die Andr. Bamberg. Leodii translatio S. Lamberti Episcopi de qua *Molanus in Addit. hac die.* Senonis S. Ebbonis Archiepiscopi. Hic *S. Ebbo Archiepiscopi.*

S. Emmo

Lambert.

S. Ebbo Archiepiscopi.

Gerici antecessoris e fratre nepos Comes Tornodorensis, cum ei Tornodorum jure haereditario compereret, Senonis latenter fugit, & monachum in S. Petri Vivi Canobio professus est. Abbas postea creatus, non multo post patruo in Archiepiscopatu successit, signisque ac meritis,

clarus, cum Visigolthi Senones obsiderent, urbis excidium, clade in hostium capita retorta avertit. Solitariae dein vitae appetens, in sylvam horridam se abdidit, locumque Arces vulgo nuncupatum, ubi vita excedens anno Christi 750. multis a morte miraculis refulsit. *Car. Sauff.*

Moritur Anno 750.

QVINTO CAL. SEPT.

XXVIII. Augusti.

B.

B. Alfricus Archiep.

Cantuariae in Anglia, Beati Alfrici Episcopi miraculis clari. Alfricus, aliis Aluricus, mirabili Numinis gratia prima aetate preventus, ab ipsa pueritia miraculorum gloria illustrissimus effulsit. Monasticam professus vitam, egregiis meritis in sublimem evehctus, Abingdoniensis primum Canobii Abbas creatus, non multo post ad Wiltoniensis Pontificatus postulatus Cathedram, Archiepiscopus denique Cantuariensis, primas & Archicancellarius Regni renunciatus, de Anglia universa praclarissime meruit. Ecclesias passim per diversas provincias reformavit; Clericis in nimiam licentiam ac libertatem prolapsis, lectissimos quosque a Canobiis laudatissimis Monachos substituit, ex quibus mox viri sanctissimi ad diversas promoti Cathedras, non Angliae solum, sed & mundo universo, illustrissimo eximia sanctitatis exemplo mirifice illuxere. Praefuit Alfricus noster annis pluribus, quibus mira felicitate, ab incurfu infidelium Danorum Ecclesiam Cantuariensem pie fortiterque defendit. Obiit Ann. Christi 1006. in suo primum Abingdoniae Canobio, ubi & mortem expectasse videtur, sepultus; inde autem postea, ad Ecclesiam Cathedralem Metropoleos Cantuariensis translatus, neque minus a morte, quam in Vita, miraculis commendatus. *Ex lib. Antiq. Brit. Harpsfeld. Menard. &c.*

Regni Primas.

Ejus merita.

Monachos Clericis substituit.

B. Eguoardus Episc.

Apostolici labores.

quutus est, ut non alio fere nomine, quam Gottmannus, Gottesman vulgo (Vir Dei) appellaretur. Cujus etiam Virtutem non uno signo Deus demonstravit, servique sui fidelitatem fidelibus commendavit, cum alia inter, insigni prodigio mortuum ad vitam revocasset. *Ex Chronicis Hirsaug. MSS. t. B. SS. Ord. Notis Hirsaug. Annal. nost. Germ. &c.*

Mortuum ad vitam revocatum.

In Monasterio Villariensi Beati Ioannis Praecursoris Novitiorum Magistri, eximia sanctitatis & humilitatis viri. Obiit Ioannes diversa diverso tempore munia, & sacrista aliquamdiu sacrarium curavit; dehinc Fratibus Conversis praesse jussus, apud eosdem haud levem operam posuit, quos eximio vitae exemplo, mire accendit. Veteranus autem, & emeritae jam militiae senex Novitiatu cura demandata, diligentissimus Tyrorum Christi Pater & Magister, inter innocentes, senecio infantili innocentia clarus emicuit, & mira nihilominus prudentia, vitiorum fomenta & incentiva suos declinare docuit, & omnem deliciarum appetitum, ut praesentissimum vitae Monachicae exitium fugere atque abhorreere jussit. Fuit in vita omni juratissimus otii hostis, & uti suos eo resolvi passus nunquam est, sic & ipse, ne desidia marcesceret, in sanctorum gestis conquirendis, colligendis ac conlribendis perpetuo laboravit, multaque sui ingenii & pietatis monumenta posteris dereliquit. Fuit Deiparae Virginis amantissimus, cujus honorem omnimodo promotum voluit, & Psalterii imprimis ejusdem usum suis quam diligentissime commendavit. Quod ipsum accuratissima Comentatione illustrans, res gestas & Vitam ejusdem dilectissimae Tutelarum suae comprehendens, dignissimo, & pleno amoris labore descripsit, & posteritatis etiam studia, suo in Deiparam fervore accendit ac provocavit. Cum pridie diei, qui fausta populi acclamatione, & palmis virentibus Christo sacer est, cantari audisset

B. Ioannes Praecursor.

Sacrista.

Novitiorum Magister.

Otii hostis.

Deipara cultum promovet.

Initium morbi felix.

audiisset Antiphonam : *Clarifica me Pater, &c.* in lachrymas resolutus, atque in caelestis patriæ amorem succensus, cœpit paulatim corpore deficere, cupiens dissolvi & esse cum Christo. Cumque lectulo decumberet, & minister modicum ab eo divertisset, lapis excussus è pariete opera & vi cacodæmonis hominem DEI haud leviter læsit. Quod ubi inaudisset Abbas occurrens, non tantum præmium cum Christi Confessoribus recepturum, sed cum Martyribus coronandum, eidem prædixit. Qui post paucos dies felici agone consummatus, ad immortalia gaudia transmigravit. *Ex Auctario SS. Belgii Arnold. de Raiffe, Chrysof. Henr. t. 2. SS. Ordin. & Annal. Germ. &c.*

In Monasterio MARIÆ-montano, vallis Venustæ in Comitatu Tyrolensi, depositio Beati Hermanni Abbatis & Martyris. Hermannus Equestri Dynastiarum de Schœnstein natus familia, sacræ Archiducis nostri BENEDICTI militiæ, in Monasterio B. MARIÆ Virginis Fabariensi, nomen dedit, ubi & egregia virtutum conjunctione, ad maxima quæque gerenda instructissimus & aptissimus evasit. Celebri tunc Fabariæ fama, atque inde eam ob causam, ad viduatum Abbate MARIÆ montanum Cænobium successore postulado, missus dignissimus est, Hermannus nimirum iste, qui cum eximia vitæ integritate, & sancto vitæ exemplo suis præesset, locusque fama atque opibus cresceret, excanduit invidiæ parens, & quod in Sanctum Domini nihil posset, eum, qui Protector Cænobii esse debuerat, rapiendi libidine concitavit. Fuit is Vdalricus Dynasta de Matich, suo satis superque dives ac potens, nisi alienum, & quidem DEO sacrum, suo deesse impatientius sustineret, sceleratè doleret. Ejus proin conatibus cum obfisteret Hermannus, & commissæ sibi Ecclesiæ jura tueretur; ab Vdalrico nefariè intercepto, in nemore quodam seductus, datis cervicibus, pro libertate Ecclesiastica gloriose occubuit, sexto (seu ut nonnulli volunt septimo) Calendis Sept. hac autem die repertus, seu supremo sepulchri honore depositus. Sustulisse Patronum Cænobii putaverat Vdalricus, cum suscitasset, longè deinceps felicius & prodigiosus Hermannus Ecclesiæ suæ & Cænobii jura propugnante. Eum, rara pietate & religione, castri Fürstenburgici miles, cum è templo Sancti Stephani aliquando sibi

occurentem, non jam pullo, sed candido amictu nitentem intueretur, admirabili vultu præditum majestate, & ipsa formositate formosior, attonitus primùm, mox posito metu, alloqui ausus: *Per, ego te, vivente Deum, inquit, obsecro & obtestor, ut quisnam sis effari ne detrectes?* Cui ille: *Hermannus sum Abbas. Ecce, pergit miles, venerabilissime Pater, huc tibi iter est? Ecce quid rerum es acturus?* Cui Abbas: *Tu quidem hac statione consistens nocturnas pro Castro sedulus agis Vigiliis; atqui ego pro illa domo, commonstrans manu Cænobium, sollicitus excubabo semper, cujus cum cura præsum vivus, modo jam citra ullam intermissionem strenuus adero Protector & Patronus.* Sed & illud rarum cum paucis ante obitum diebus lucidissima stellæ forma mulieri cui-dam Sanctus apparuit, & gravi obnoxiam mœrori hilarem esse jussit, & reddidit. Paulo ante Martyrium, cum in corona Fratrum ante fores Cænobii consisteret, præceps è monte grandior lapis in caput quidem Sancti Abbatis decidit, nihil tamen obfuit, quam quod pileolum submoveret, in portæ vero angularem lapidem allitus, loco suo excuteret. Occubuit Optimus præsul Ann. Christi 1304. *Ex Chron. Fabar. MSS. ibidem, Monim. Mariæ montanis, t. 2. SS. Ord. &c.*

In territorio Furnensi Beati Waltheri Abbatis Dunensis, qui liberalitatis & elemosynarum exemplis admirandus extitit, & magni Martini exemplo, ut obviū in via hominem pauperem & nudum teneret, tunicam ipse suam exuit ac dono dedit, & fere nudus ipse domum rediit, quem ferunt, si licuisset, totam substantiam in pauperes libenter erogaturum fuisse. Relinquavit denique honorem ut contemplationi, senecta jam aggravante, liberius vacaret, An. Christi 1189. & meritum denique manipulis onustus sed hilaris & exultans in cælum abiit. *Adrianus Butz. Chrysofom. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Buchoniæ in Suevia Beatæ Adelindis Abbatis. Fuit & hæc pauperum mater liberalissima, nullo alio signo sua in imagine nota, quam si pauperum stipata grege, exertis manibus, elemosynas dispergere videatur. Fuit & contemptu sæculi illustrissima, cum Hildebrandi Principis, Caroli Magni fœderi filia, soror Sancti. Hildegardis Augustæ esset, Othoni primum Calderienfi Comiti nupta, post cujus obitum Buchaugienfè Cænobiū condidit,

Dæmonia odium.

Moritur.

Protector seu Advocatus nequam.

Constantia Hermanni.

Martyrium.

Visio milium.

Vigilantia Abbatis mortui.

Mortui etiam res nostras curant.

Prodigium.

Obiit 1304.

B. V. Valther. Abb.

Alter in pauperes Martinus.

Clar. 1189.

B. Adelindis Abb.

Genus Illustrissimum.

condidit, conditique Abbatissa esse meruit. Claruit Ann. Christi 800. *Matth. Rader. Molan. Arnoldus Duacen. Annales nostr. Benedict. & Germanici, to. 2. Sacro-Sanct. &c.*

In Anglia Sanctorum Enni & Egritii Monachorum & Martyrum. De quibus hac die Andreas Bamberg.

In Monasterio Crispiniensi Sanctorum atque Beatorum ejusdem loci Abbatum, Monachorum, & Fratrum Conventuum, qui in incredibili penè numero, tanto decursu sæculorum à prima Cænobii fundatione, eximia sanctitatis opinione florere. *Ex monumentis vet. ejusd. Cænobii, t. 2. SS. Ord. &c.*

In Hispania depositio Beatæ memoriæ Malachiæ Iacensis Episcopi, insignis nostræ ætate Episcoporum speculi; qui in Monasterio Hortensi, sub exactiore Sanctissimi Cisterciensium nostrorum Instituti observantia cucillum amplexus, ab ipsa juventute perfectionis studio insignis effulsit; cujus vitam ad compendium coactam ex Vincentio Blasco, lib. 4. Histor. Eccles. Arragonum subjicimus: Malachias de Aso, in oppido Mucla, quod 4. milliaribus distat à civitate Cæsaraugustana; parentibus Christiana Religione & nobilitate claris, natus est. Studiis litterarum à juventute deditus, postmodum disciplinam & Religionem S. Bernardi in Hortensi Monasterio suscepit. Multum doctrina, prædicatione & exemplo virtutum profecit: quarum intuitu primo Abbas Armenteræ in Gallæcia, post B. M. V. de Ruëda in Aragonia creatur. Inde in Episcopum Vticensem assumitur, & tandem fit Episcopus Iacensis A. C. 1595. ubi vixit usque ad A. C. 1606. quo obiit 28. Aug. Cū tam magno exemplo & tam rara sanctitate, ut (sicut quidam Author ait,) fuerit vivum exemplar Episcoporum Primitivæ Ecclesiæ, in distributione elemosynarum, pœnitentiis, humilitate & charitate. Magno cum spiritu concionabatur. Totum tempus quod ab exercitiis & occupationibus Episcopo injunctis residuum erat, oratione & lectione SS. Patrum, in quibus erat versatissimus, occupabat. Magnam partem Scripturæ memoriter recitare solebat. Omnibus abundabat, cum tamen redditus Episcopatus essent tenues, quos inter pauperes distribuere. Alebat aliquos pauperes studiosos in Universitatibus, ex quibus aliqui hodie superstites sunt, viri docti, & qui bona media obti-

ment, misericordia hujus Sancti Prælati ad talem statum evecti. Beneficii Ecclesiasticis optime prævidit: viros enim doctos & sanctos diligebat. Duabus vicibus Synodum Dicecesanam celebravit, & sanctissimas Constitutiones edidit. Multum fuit sollicitus de animarum bono, de re- ctitudine Iustitiæ, de pace & concordia Ecclesiæ suæ & Episcopatus. Ad bonum regimen, & ut cognosceret Sacerdotes, & alias personas Dicecesis, habebat librum propria manu scriptum, in quo per ordinem positum erat, quot in singulis oppidis erant Clerici, cujus professionis, quibus qualitibus præditi, ad quid eorum scientia se extenderet, quidve ignorarent, quid post susceptos Ordines vel aliquas facultates, seu Ecclesiasticas dignitates susceptas faciebant, ut postmodum quando opus esset aliquam personam promovere, in proprio libro ejus informatio reperiretur, & etiam ut videret, quid ab uno ad alterum examen singuli profecissent. Et sic quando aliquis veniebat, ut ipsi loqueretur, vel ad aliquod beneficium aspirabat, perlectis iis quæ in libro notaverat, qualitates viri, & ad quid esset aptus cognoscebat: quo simul cum suis magnis virtutibus notabiliter omnibus profecit, & sanctè rexit. Sepultus est ante suum altare Ecclesiæ Cathedralis, ubi nullus alius Episcopus tumulatus fuerat. Obiit ætate 64. annorum, & reliquit memoriam operum suorum sculptam cordibus suorum subditorum. Ita Vincentius ipse de Malachia. Obiit ut supra dictum A. C. 1606.

Eodè die illustris & gratiosissima apud Ordinem Benedictinum memoria Sanctissimi Ecclesiæ Doctoris Magni Aurelii Augustini, ob sacratissimum Ejusdem corporis thesaurum multis sæculis sibi creditum, cum primum ex Africa in Sardiniam, atque inde anno Christi 734 sive 721. à Luitprando Rege, ad nostrum S. Petri in Cælo Aureo, ab ipso conditum Cænobium solemniter transferretur, in hoc ad annum usque Christi 1224. magna devotione Religiosissime custoditum, ac dein ad devotissimam instantiam, Ejusdem Doctoris Nomini & Regulæ se devotentium, pulcherrimo pietatis & liberalitatis exemplo concessum. *Maurus Marches. Constant. Cajet. Ant. de Iepes, &c.*

Clar. 1600. Episcopatus. Exercitia. Liberalitas.

Genus. Studia. Honores. Episcopatus. Clar. 1600. Exercitia. Liberalitas.

Sollicitudo.

Suorum congnitio.


Promotio.

Solertia.

Moritur 1606.

Memoria specialis S. Augustini S. E. Doct.

Corpus S. Augustini donatur ejusdem Ordini.



S. Medericus Abbas. **L** *Vretia Parisiorum, Sancti Mederici Presbyteri.* Medericus genere nobilis, invitavit parentibus tertio decimo etatis anno seculum prostravit, & in Aeduensi Cœnobio cucullū & jugum Domini amplexus, tantum virtutibus profecit, ut defuncto Abbati, communibus omnium suffragiis sufficeretur. Prævit, ut dignitate, sic vitæ exemplo, mortificatæ in primis carnis ac voluntatis propriæ speculum omnibus factus; abstinentiæ in primis laude celebratus, quod in hac momenti plurimum, & initia sacri rigoris consistere, suis persuasum vellet: cū bis tantum in hebdomade reficeretur, & quidem refectio ne pertenui, modico panis contentus; neque potum alium, quam frigidam admittens. Miraculorum gloria celebratissimus, cum stupenda patraret, eoque nomine concursus ad ipsum ingens fieret, famæ & laudis humanæ impatiens, Cœnobio profugit, & in nemoribus se abdidit, diu quærentibus Patrem suum Monachis, inventumque ut redire frustra exorantibus, donec comperta re, Episcopus, sub Anathematis pœna interpellatum, invitum redire cogeret. Fuit non in humana solum corpora, potens ipsius miraculorum gratia, sed & in animos ipsos, quibus mirè profuit, & gravissimas ægritudines, anxietates, & tentationes ab iisdem prodigiōse proscripsit. Sic tunica sua Monachum indutum ab immani libidinis æstu liberavit; sic alium misso pane benedicto, ab alia gravissima tentatione immunem reddidit; multa que ejusmodi cum in suis, tum in exteris ad se undique confluentibus effecit. Denique post plurima & ingentia miracula, mortem ipse suam ipse discipulis prædicens, iisdemque suprema hora valedicens, inter orationis ferventissimæ verba, felicem efflavit animam Ann. Ch. 984. cujus sacrum corpus in Monasterio S. Petri Parisiis conditum insigni deinceps & perpetua miraculorum gloria illustratum est. *Petrus in Catal. Trith. Mosander, Vincent. Baron. t. 2. SS. Ord. &c.*

Moritur A. C. 984. *In Anglia Sancti Sebbi Regis.* Is, ut genere, sic virtute Illustratissimus, Monachorum sanctissimorum arbitrio ad ductu vitam quam religiosissimè, etiam cum imperaret, instituit, & obedire doctissimus

ac promptissimus, populos sibi subjectos, sanctissimè gubernavit; ea semper in Ordinem S. P. N. BENEDICTI propensione, ut è summo Regni opulentissimi fastigio, florentibus maxime rebus, ad humillimam eorum vivendi rationem, perpetuo aspiraret, & abjectus esse in domo DEI, omni gloriæ & felicitati longè antepone-ret. Verum obstinatione Reginae conjugis, præter voluntatem retentus, vitam sub diademate & in purpura Monachicam aggressus, religiosis actibus, crebris precibus, piis eleemosynarum fructibus, plurimum intentus fuit, donec tandem, morti jam propior, enixissimis precibus, à sui amantissima conjugè id egrius impetraret, cum & ipsam ad ipsum propositum excitans serio moneret: *Vt vel tunc tandem Divino servitio se pariter manciparent, cum amplius pariter mundum amplecti, vel potius mundo servire non possent.* Vocato proin Londinensi Antistite, per ejus benedictionem, habitum Religionis, quem diu desiderarat, in Monasterio Sanctorum Petri & Pauli Londini accepit; summa pecuniarum non parvâ prius in pauperes erogata. Sub mortis extrema anxius, nequid ex vehementia dolorum, se indignum, seu ore, sive gestu quovis exprimeret, visione caelesti recreatus est, & divinitus edoctus, absque doloris ullo sensu, tertio post die, cum magno lucis splendore, hora diei nova, sese ad caelestia Regna evocandum. Ita factum, & grandi insuper à morte prodigio, cum sarcophagus palmo brevior esse corpore deprehenderetur, adstantibus, & stupentibus ea super re Episcopo, filioque Regis, ac Sighardo Monacho, subito in omnium oculis extensus lapis est, ita ut non Regiū solum cadaver, sed & cervical ad caput admitteret; à parte vero pedum mensurâ quatuor digitorum corpus ipsum concavum lapidis excederet. Relatus pro meritis tantus Rex in Sanctorum cœlitum numerum, toto passim terrarum orbe anniversaria tam illustri nominis memoria, Martyrologii Romani cantu celebratur & colitur. Decessit An. Christi 672. sive secundum alios 76. Nonnullis pro anno 66. contendentibus. *Ex Ven. Beda, & divers. rer. Angl. script. Iepesio, Baronio, Arnold. t. 2. SS. Ord. &c.*

Monachus in aula.

Studia ejus.

Suprema preces.

Fit Monach.

Visio caelestis.

Rarum prodigium.

Obiit 672.

Apud

S. Verona Virgo.

Regium genus.

Transfertur.

Fons prodigiōse medicus.

S. Frudulphus.

B. Meinerus Prior.

Orationis studium.

Humilitas.

Apud Urbem Lovanium, natalis Sanctæ Veronæ Virginis Sanctimonialis, filix Ludovici Germaniæ & Austrasiæ Regis. Hæc Domini Dominantium servitium exambiens, purpuram exuta pauperemque Christi complexa vestem, cū permit-tente patre, Cœnobium prope Rheni oram, quod ab ipsa deinceps *Veronhute* nomen retinuit, construxisset, illud ipsum ingressa, & sanctimonialis DEO consecrata, ita piè & sanctè conversationem suam instituit, ut post mortem Divorum Catalogo adscripta, longè illustrior cucullo, quam purpura & diademate evaserit. Sacrum postea ejus corpus translatum, ad Monasterium Sanctæ Crucis, inter Lovanium & Furam, digno nunc illic honore colitur; & mons prope Lovaniū, Sanctæ Veronæ nomine appellatur, cujus memoriam insignibus miraculis Deus comendavit, fonte cum primis prope Ecclesiam prodigiōso, cujus aqua febribus mire medetur, & à peregrinis & ægris usque hodie frequentatur. *Ex Joanne Molano, Petro Cratepolio, Iepesio, Annal. nostr. German. & Benedict. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Eodem die comemoratio Sancti Frudulphi Confessoris. Fuit hic discipulus, & Comes individuus Sancti Mederici, ei tamen superstes. Obiitque Parisiis in Monasterio Sancti Petri, quod nunc Sancti Mederici appellatur; ubi sacrum ejus corpus in capla argentea aservatur & religiosè colitur. *Molan. Cratepol. Iepes, to. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Hemmenrode Beati Meyneri Prioris. Hic variis ministeriis à superioribus deputatus, Cellerarius, Magister Novitiorum, Prior, in omnibus se talem exhibuit, qualem optimi quique sibi expeterent, in omni occupationum mole, irremisso orationis studio, adeo, ut præter consuetū servitutis pensum, Pfalterium quotidie, imo duo subinde legere consueverit; & sub ipsam mortis horam, in hæc erumpere non dubitaret: *DEO gratias, labia mea nunquam otiosa fuerunt à laude DEI.* Supremum cum decumberet, quietior ut esset, deputatis quatuor ad ministrandum Fratribus, ad locum separatum deportatus, de solitudine quidem sibi gratulatus est, de honore vero & ministerio sibi delato contristatus, sic Abbatem alloquutus est: *Fratres isti vigilando atque laborando sunt lassī, neque mihi sunt necessarij: grata est mihi solitudo, neque minus*

solus ero, cum solus ero: non enim solus est, cui præsens Dei præsul & Custos Dominus adest, si careo hominum obsequio, credo quod non deerit præsidium de celo. Recedente proin Abbate, & minus sermones ejusmodi attendente, ipse Fratres abire compulit, lucernamque extinguere. Expertusque ea ipsa nocte est, quod sibi promiserat, cum dictis Matutinis invisentem ad se Priorem cū Fratribus, sic alloquutus est: *Tota nocte solemnizabam: Si centum linguas haberem, inter-næ iucunditatis gaudium explicare non possem. recitat.* *Vidi hac nocte Deificum lumen, auro celestem harmoniam, interfui Choris Psallentium in celo, &c.* Et cum multa & mira, quæ audiverat & viderat narraret: inter exultationis verba feliciter obdormivit in Domino, cum supra triginta annos sanctè in ordine Domino militasset. *Cæsarius Heisterb. Angel. Manriq. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. &c.*

In Monasterio Habensi, Sancti Adelphi Abbatis, eruditione & sanctitate præclari, qui virtutum suarum plurimis indicis merita sua comprobavit, verboque & opere clarus ubique semper emicuit. *Joann. Trithem. Arnold. Duacen. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

In Anglia depositio Sanctæ Ebbæ Virginis & Abbatissæ. Ebba Oswaldi & Oswij Regum soror, Ethelfridi gloriosissimi Regis filia, admirabili rerum caducarū & Regni terreni contemptu gloriosissimo inclyta, Aidanum Scotiæ Regem se se amantissimè exambientem, & ad Regni societatem vocantem, Christo Virginum sponso longe posthabens, Collinghamensi Cœnobio humilis Domini ancilla latere maluit, quam latè imperare, & ut suadebant nonnulli, Regio nomini consulere. Proin sacro velo à Lindisfarnensium Antistite Finano amicta, tantis postea virtutibus excelluit, ut eam Sanctissimi viri, & magnus præcipuè Cuthbertus ille noster, impensius coluerint ac suspexerint. Abbatissa dein ejusdem Cœnobii electa, plurimis annis sanctissimè præfuit, & alias inter, sanctas Virgines, Beatam Etheldredam educavit, & instituit. Migravit ad sponsum, quarto ante obitum Sancti Cuthberti anno, Christi nimirum 684. sive 85. Cujus historiam nonnulli confundunt cum gestis Sanctæ Ebbæ II. ejusdem Cœnobii Abbatissæ & Martyris, quæ claruit An. Ch. 1070. de qua superius egimus 9. Calend. Septemb. *Hugo Menard. Eduard. Mayheuv, Nic. Harpsfeld. ex Ven. Beda, &c.*

Visionem

Moritur.

S. Adelphi Abbas.

S. Ebba Regina.

Regales nuptias contemnit.

Fit Abbatissa.

Obiit A. C. 684.

B. Aleydi Regina.

In Polonia Beatæ Aleydis filiæ Casimi-ri Regis, quæ mundi hujus illecebris valedicens, voluntariam in Trebiniacensi, sacratissimæ Cisterciensium nostrarum familia, amplexa paupertatem, sacro ad-operta velamine, mores suos sanctissime instituit: ubi Christum cunctis sæculi deli- ciis præponens, & carnem spiritui sub- jiciens, dignum bonæ conversationis fru- ctum Altissimo obtulit, & tandem virtu- tibus & gratia miraculorum coruscans, ad

Regnum Cælorum perpetuo victura mi- gravit. Menolog. Cist. Tabula SS. Polon. Pi- storius, Annal. nost. t. 2. SS. Ord. &c.

Eadem die elevatio S. Mederici Abba- tis, facta A. Ch. 984. (quem ipsum annum morti ejus multi assignant,) multorum virtute miraculorum illustrata, in Mona- sterio S. Petri Parisiis, ubi & hodie requie- scit multis optatæ conferens beneficia sa- nitatis. Ex script. supra cit.

Elevatio S. Mederici.

TERTIO CAL. SEPT.

XXX. Augusti.

D.

S. Fiacrius Regis Scot. filius.

IN territorio Meldensi, Sancti Fiacrii Con- fessoris. Fiacrius, Eugenii IV. Scoto- rum Regis filius, patre, Regia, ac patria relictis, Monachicum consecratus Insti- tutum, in Galliam concessit, ubi celebre Cænobium Brodoliense condens, & quo fervebat in Deiparam studio, eidem con- secrans, in eo mira vitæ excelluit sanctita- te. Fiacrii alia inter virtutum decora, admiranda in excipiendis hospitibus, & curandis pauperibus liberalitas, & pietas comendatur. Fuit corpusculi sui tortor rigidissimus; miraculorum autem gratia tantus, ut precibus, & nudæ manus con- tactu ingentem indes confluentium lan- guidorum turbam prodigiosè sanaret, & plurimas Christo animas lucraretur. In- signe illud ejus alia inter miracula cele- bratur, cum à Pontifice Meldensi, tan- tum ipsi nemoris ad se suosque alendos concederetur, quantum ipse manu pro- pria fodiendo, fossa circumdaret; quippe Fiacrio scipionem suum per terram tra- hente, nemus hinc inde dictu mirabile funditus corrui, & dehiscens grandi mi- raculo terra, fossam, quacunque incede- bat & baculum ducebat, profundam ape- ruit. Illud miraculi, maleficium inter- pretata loquacula mulier quædam, rem ad Pontificem detulit, quam ut ipse hau- rirer oculis Episcopus accelerans, non hoc solum prodigium intueri, sed & aliud meruit: cum viro Sanctissimo sedere pa- ranti, petram durissimam, non aliter at- que mollem ceram, cedere & fellæ vices, imo formam subire, suismet oculis con- spiceret. Cui proin facilis jam ad petita Pontifex, quantum terrarum tam prodi- giosè circumscripterat, libentissime con- celsit, & confirmavit. Illud etiam ra- rum fuit; quod cum fæminis omnibus aditum sui Cænobii interdixisset, & iis quæ temerario ausu ingredi præsumeret,

ultionem Divinam cominatus esset, mul- to post insignib9 prodigiis à Numine esse confirmatum; temeritatis pœnam primo ausu, si quæ pararent ingredi luentibus; Domina quædam invitam inopinato an- cillam intrudente, hac quidem illæsa, ea autem quæ impulerat, in oculis omnium mox altero oculorum orbata. Claruit vir Dei Ann. Christi 620. & plenus bono- rum operum decedens, in eodem suo Cæ- nobio conditus est, ad cujus tumulū glo- riosa ferè continuè miracula coruscant. Insolens plane istud, cum simul semelque quatuor submersos pueros, vitæ & paren- tibus invocatus reddidit; sed & illud, cū patrem jumento cum duobus filiis insi- dentem, è ponte in profundum fluvium præcipitem, ac mersum, interpellatus, mirè servavit, cum emergens pater, filios- que dextra ac leva arripiens, stupentibus qui concurrebant universis, calcabili jam pedibus aqua super flumen ambulans, si- ne difficultate reduceret, quin & sanos eo ipso momento reciperet, quos ægros ad tumulum Divo comendare decreve- rat. Vt autem in sibi devotos pius, sic in contemptores rigidus etiam à morte fuit. Patuit insigni miraculo, cum septem pe- regrini à Sancti Dionysii Cænobio rever- si, diversè de Fiacrii sanctitate sentirent, quatuor eo ex numero ad ejus imploran- da suffragia pergerent, tres reliqui: Ite vi- scosi ad medicum viscosorum, post terga eun- tium in clamarent, cæcitate quam primū, qui sic luserant, scelus luentibus, & jam eos vitæ duces quos riserant imploranti- bus, cum illi simulatos ejulatus putarent, & vitæ insisterent, reduces autem, erran- tes per agrum socios miserati, cæcos, & pœnitentes, ad eum quem riserant, du- cerent, simulque veniam exorarent, & facultatem videndi perditam impetra- rent. Narium polypo laborantem sædè & mi-

Temeritatis pœna.

Obiit 620.

Simul se- melq. 4. mortuos ex- citas.

Multiplex miraculum.

Contempto- res S. viri plebuntur.

Hospitalitas ejus.

Miracula ingentia.

Stupenda res!

Item alia.

Fæminas Cæ- nobio exclu- dit.

Narium poly- puscatur

& misere, suamque opem implorantem, cum ad tumulum obdormisceret, prodi- giosè jovit, ita ut expectectus, gravissimo liber malo incolumis surgeret. Vtin hoc etiam ægritudinis genere haud in merito tantus hic medicus invocetur. Hæctor Boëtius, Franc. Bellforest. Mosander, to. 1. SS. Ord. & Annal. nost. Bened. &c.

S. Bononius Abbas.

Bononiæ Sancti Bononii Abbatis. Bononius æternum patriæ Bononiæ decus, eā multo cæteroquin nomine illustrem, admiranda tamen vitæ sanctitate, & gra- vissimis de Ecclesia meritis, longè illu- striorem reddidit. Is primis statim vitæ annis repudiatis hujus mundi deliciis ac ludicris, Monachum in Sancti Stephani Bononiæ professus, cum annos aliquot in summa perfectione exegisset, parentum, an cognatorum præsentiam religiosè fasti- diens, in Palæsthinam primum, ceu non multo post reversurus, inde autem in Æ- gypti solitudines concessit, ubi vitam lon- ge asperitiam ducens, fama vulgante re- divivum Antonium, Pachomium, Ma- charium adesse, etiam barbaris innotuit, & admirationi primum omnibus, mox venerationi fuit, adeo quidem ut caterva- tim confluerent, potestatemque gentis Principes facerent, ea illis in locis insti- tuendi, quæ ad Religionis instaurationē barbarica feritate conculcatæ pertinere censuisset. Accepit gratulabundus obla- tam à Numine sancti Apostolatus gra- tiam Bononius, & incredibili magnani- mitate inmensos aggressus labores, Baby- lonis & Ægypti amplissima Regna manu utraque complexus, uno fovens sinu, mi- rificè accendit, templa passim diruta resti- tuit, inque varias perpetuo excurrens provincias, verbi Dei semina ubiq; spar- sit, credentiū numero paulatim crescen- te, & lervi sui prædicationem insignibus prodigiis DEO confirmante. Monaste- ria de plurima reparans, per eadem cætus Monachorum distribuit, Abbates constituit, eosque secundum à Divo præscriptam Regu- lam, vitam religiosè traducere jussit. Alexan- driam dein cum Ægyptiis mercatoribus navigans, promittentibus Christiana se sacra suscepturos, si certum naufragii pe- riculum evaderent, ingentem precibus suis prodigiosè consopivit tempestatem. Inde & Alexandria summo in pretio ha- bitus, favoris & laudum suarum pertæsus clam profugit, & in suis denuo Ægypti solitudinibus se abdidit. Graves per ea tempora Ægyptum universam procellæ concusserant, Romanis Ægyptios bello

persequentibus. Successit minus felici- ter Christianis pugna, adeo ut ingens eo- rum numerus in miseram servitutem, quos inter & Petrus Vercellensis Episco- pus, raperentur. Meruit tunc perinfi- gniter de Italia Bononius, persuasoque Rege omnes sibi donari captivos impet- ravit, quos cum Petro Episcopo incoliti- mes in patriam remisit; ipse autem ad montem Synay concedens, inde sancti- tatis odore, Hierosolymam & loca late omnia replevit, neque de laboribus pri- mis quidquam remittens, in Babiloniam utque & Ægypti solitudines excurrens, prædicationi institit, Restitutoris que Vi- tæ per Ægyptum Monasticæ, ejusdem- que ac Babiloniæ cum vicinis regnis ac provinciis, Apostoli gloriosissimum no- men meruit. Denique à Petro Vercel- lenti Episcopo, quem è carceribus Ægy- ptiis redemerat, revocatus in Italiam, re- tentusque Locedensi Cænobio Abbas præesse jussus, ibidem miraculis gloriosus sancto fine decessit sub An. Christi 1027. Ob. 1027. Ex Gabriele Paleotto Card. Episc. Bonon. Mo- sandro, Franc. Haræo, Iepesio, Arnolde Duac. Carolo Sigonio, Annal. nost. &c.

Captivos li- berat.

Restitutor Monachismi & Apostolus Ægypti.

Ob. 1027.

Alter Anto- nius.

Apostolus Ægyptiorū.

Miracula.

Monasteria per Ægyptiæ restituit.

Alexandriæ consulit.

S. Agilus Abb.

Sæculum triumphat.

Fuit Abbas.

Clar. 670.

B. Ero Abb.

In Monasterio Resbacensi, depositio Sancti Agili Abbatis. Hic nobilissimo ortus genere, Agnoaldo patre in primis spectato inter Palatinos Sigeberti Regis, ejusdem Consiliario; aulam & gratiam Regiam, sed & favores mundi omnes, ri- gori Monachico posthabuit, & cucullum in Luxoviensi Cænobio indutus, ea san- ctitatis fama inter tantam Sanctorum fre- quentiam exsplenduit, ut dignior habe- retur, qui recens conditi à Beato Audoë- no Resbacensis Cænobii Abbas jubete- tur. Fuit in jejuniis frequens, assiduus in orationibus, in elemosynis largus, hospitalitatisque amator præcipuus, tan- tus quidem, ut in vita multis miraculis effulserit, quam ad centesimum usque an- num sanctissime produxit. Claruit Ann. Christi 670. De eo hac die Molanus, præcedente Trithemius, nos aliorum opinione Festum ejus celebramus 10. Cal- lend. Febr. de quo tunc uberius.

Gallæciæ in Hispania Beati Eronis Ab- batis Armentariæ, Angelicæ puritatis, & admirandæ sanctitatis viri. Renovatum in hoc lectissimo viro est, insolens illud atq; eximium septem dormientium miracu- lum. Cum enim religiosissimus senex, contemplationis studio addictissimus, se- dula secum meditatione revolveret, quo- nam pacto Beatorum spiritus idem sem- per

per objectum contemplantes, id idem in æternum amantes, eadem beatitudine in perpetuum fruentes, contemplari, amare, non cessarent, eamque inter contemplationem, finitis Matutinis, ad solitudinem proximam Cænobio, suo more concederet: ecce tibi avem venustissimam, cantu prodigioso mirandam, nunquam antea visam seu cognitam; quam dum mirifice resonantem, volatu ad solitudinem præcedentem inhiantissimè prosequitur, in interiora nemoris ductus, sub arbore quadam refedit, & dulcedine cælestis melodiarum raptus, ibidem ut federat, ducentorum annorum spatio, divino munere conservatus, inobis hæsit. Cumque à cantu cessaret avicula, existimans se unum solummodo quadrantè Cænobio abfuisse, reversus est. Occurrit ignoto ignotus Portarius. Miratur ipse novam Cænobii faciè, mutata ædificia, ignotos Abbatem, Monachos Cænobii omnes, donec omnes prodente ipso nomen, Erum sanctæ memoriæ Abbatem olim à majoribus suis tamdiu quæsitum ac deploratum, è suis annalibus, repeterent, & insigni in oculis omnium miraculo agnoscerent, sanctissimoque feni jam haud illubentes crederent. Cum enim ille: *Ego, sum*, inquit, *Erus hujus loci Abbas, qui hodie ante unam horam, post vigiliam Matutinas egrediens, in nemore viciniore contemplationi insistens, paululum mansi; & ecce cum jam revertor, brevi temporis intervallo, mirabilem mutationem invento, nec ferè Monasterium agnosco, nec vos, qui in illo habitatis hæc enus vidi.* Probavit illico Beatissimi viri sanctitatem atque innocentiam, bonum Numen, cum præter cælestem in vultu gravitatem, admirabilis & Divinus splendor erumperet, receptusque tanto post summam omnium gratulatione, totam seris filiis suis Historiarum seriem exposuit, & magnalia circa te Divina deprædicavit. Neque diu deinceps superfuit, munitusque Ecclesiasticis Sacramentis, plenus dierum & meritum, ad desiderata cælestis patriæ gaudia,

Stupenda res!

200. annis raptus in Extasi.

Occurrit ignotus ignotis.

Splendor divinus in vultu.

Moritur A. C. 1367.

nunquam deinceps finienda emigravit, Ann. Christi 1367. cum anno salutis millesimo centesimo sexagesimo septimo, in solitudinem egressus, ipsos ducentos annos mirabili modo raptus in extasi perstitisset. *Monim. Armentaria prisca. Malach. Hortens. Barn. de Montalbo. Aug. Manriq. Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Germania, Beati Guntheri Monachi Novocastrensis. Guntherus Bonnenfis patria, cum insigni in stadio virtutum contentione, ad culmen perfectionis conscendisset, & multa sanctitatis signa reliquisset, ad tumulū aliquando B. Mem. Theodorici sodalis sui, qui cum ipso ex civitate Bonnenfi ad Conversionem venerat, & morte ipsum præcesserat, ex more quotidiano, effusus in lachrymas, prodeuntem hanc è sepulchro vocem inaudii: *Consolare Frater, consolare, quia citius venies ad me.* Decubuit non multo post Guntherus, & diem extremum vitæ suæ, sibi à Domino, tanquam fideli amico, revelatum, prædicens, post plures de Monasticæ religionis inimicis reportatas victorias die ac hora à se præsignatis feliciter obdormivit in Domino. *Philipp. Sequin. Casar. Heisterbac. Henriq.*

B. Guntherus

Quotidie ad tumulum sodalis plorat.

Vocatur.

In Monasterio Onerenkercken Sanctarum centum viginti octo Virginum ejusdem Cænobii Monialium, quæ à fidei hostibus crudeliter exagitata, & cum omni familia trucidata, corollas Virginum, illustri Martyri laureola cumularunt. *Ex Annal. nostr. Bened. t. 2. Sanctorum Ord. &c.*

128. SS. Virg. gin. Mart.

Hirsaugia in Germania, inventio Beati Brunonis Abbatis Hirsaugienfis, nati Comitis de Wirtenberg, viri ut genere, sic multo magis sanctitate illustrissimi. Inventum est sacrum corpus Ann. Christi 1460. admirabili cælestis odoris fragrantia erumpente, quo ipso tempore pauper quidam, idemque cæcus & claudus, qui forte intererat prodigiosè curatus est. *Ex MS. Hirsaug. & Chron. Ioann. Trithem. &c.*

Inventio Sancti Brunonis Abb.

PRIDIE CAL. SEPT.

XXXI. Augusti.

E.

In Anglia Sancti Aidani Episcopi Lindisarnensis, cujus animam cum Sanctus Cuthbertus ovium pastor, in cælum ferri vidisset, relictis ovibus factus est Monachus. Aidanus ex Monacho Herensii Episcopus ad conversionem gentium ordinatus, eam Ecclesiæ Romanæ ope-

ram navavit, qua Regni Northumbrici Apostolus dici & esse meruit; Oswaldo & Oswino Regibus discipulis dignus Magister, quos ob rarissimam in purpura vitæ sanctitatem, orbis usque hodie universus & miratur, & veneratur. De Oswaldi, hoc Magistro felicitate, ita Beda noster:

SS. Oswaldi & Oswini Regum Magister.

Iter: Aidani reverendissimi Antistitis doctissima, Rex Oswaldus, cum ea, cui præerat, gente Anglorum institutus, non solum incognita progenitoribus suis Regna calorū sperare didicit, sed & Regnatorum, plus quam ulli majorum suorum, ab eodem uno omnipotente Deo, qui fecit cælum & terram consequutus est, &c. Debet & progressus suos Aidano illustrissimum cui præerat Lindisarnense Monasterium, scientiæ & sanctitatis felicissimum emporium, quod, Cathedrale cū esset, plurimi inde meritissimi Pontifices, & gloriosissimi gentium Apostoli prodire. Fuit contemplationis studio tantopere addictus, ut quidquid à prædicatione, & juvandorum pauperum ac captivorum studio ipsi superesset, cum suis, quos è se nunquā dimittebat Monachis, meditationi impenderet. Eum, cum pedes solum incederet, tantis itineribus fractum, ut sublevaret Rex Oswinus, equo Regio cum donasset, & Episcopus vix autem egressus equum eundem, occurrenti quamprimum pauperi, cum phaleris regiis donasset; querente Oswino: quod donum Regium, speciali amore traditū, mox alteri dedisset? Ita ille ad Regem: *Quid, inquit, loquitur Rex? Num tibi charior est iste filius equi, quam ille filius Dei?* Quæ verba altius cordi infigens Rex optimus, festinus ad Episcopi se pedes abiecit, & veniam suppliciter exorans: *quia nunquā deinceps, ait, præscribam, quantum de nostra pecunia filiis Dei tribuas.* Prædixit eo ipso tempore effusus in lachrymas Aidanus, religiosissimi Regis immaturum obitum, quem post duodecim ferè dies ipse etiam ad æterna palatia consequutus in Fratrum Monachorum Cæmeterio sepultus est. Claruit insignibus admodum prodigiis, quæ inter, præclarum, & ingentis etiam meriti illud quo Urbem Regiam, contra Merciorum exercitum Penda Duce, tutatus prodigiosè est, querula hac voce, Numen ipsum contra Pendam Regem accendens: *Vide Domine, quanta mala facit Penda? incendio nimirum, quo jam urbem succendebat, prodigiosè in oppugnantes verso, eoque ipsis territis, ac obsidionem quamprimum solventibus. Accensendum & illud haud minimis Aidani meritis Ven. Beda noster existimavit: quod ejus informati exemplis religiosi quique viri ac faminae, consuetudinem fecerunt, per totum annum, excepta remissione quinquagesimæ Paschalis, quarta & sexta Sabbathi jejunium ad nonam usque horam protelare.* Migravit è corpore vir Apostolicus,

Insigne elogium.

Plurimum debet Aidano Lindisarni.

Contemplationis studium.

Miranda liberalitas.

Reprehensio Regis.

Regis humilitas.

Spiritus prophet. Aidani.

Urbem prodigiosè liberat.

Insigne meritum.

A. C. 651. cum Ecclesiæ suæ annis 17. sanctissime præstitisset, suoque exemplo Reges ac Principes imo Regnum universum mirificè accendisset. *Ex Ven. Beda, Reynero, Malmesbur. Harpsfeldio, Annal. nostr. Bened. & t. 2. SS. Ord. &c.*

Signiæ S. Brunonis Episcopi & Confessoris. Fuit illustri Astensium Stemma te, Episcopus primum Signiensis, dein Episcopatu abdicato Monachus Casinensis, postea Abbas ibidem, ac rursus Episcopus, de Ecclesia universa multo nomine meritissimus. De quo uberius suo loco, cum hic dies Translationis solum memoria celebris videatur.

S. Bruno Episc.

Abbas Casin.

Apud Nuscum, depositio Sancti Amati Episcopi & Confessoris. Amatus familia illustri, Nuscum patriam habuit, quæ urbs in Irpinis ulterioris Principatus sita est. Castitatem à puero coluit, litterisque & moribus probe institutus, erogatis in pauperes facultatibus, in Clericorum Ordinem adscriptus est; quos inter & eruditionis laude, & sanctitatis fama eminent, brevi ad presbyteratus honorem evehi meruit. Tum viduarum & pupillorum suscepto patrocinio, pauperum factus pater, peregrinos domi suæ excipiens, in ejusmodi pietatis operibus quotidianus fuit. Cum autem Sanctus Guilielmus noster Montis Virginum Cænobium exstruxisset, & dignissimæ illius Congregationis fundamenta jecisset, inter primos Amatus fuit, qui Virginum Virgini sese ferventissimo amore devoveret, quas reliquas habebat opes, Eidem Cælitum Imperatrici consècrans, condita & nuncupata ejus honori Ecclesia in monte Lacinio apud Fontilianum. Claruit insignibus in cucullo meritis, illustribus à Numine miraculis honoratus. Ea inter mutum adolescentem, loqui jussum mox eloquentem reddidit, cucullo donavit, adeoque deinceps feliciter instituit, ut qui magistro in Abbatiali honore succederet dignissimus haberetur. Claudum item, præmissa cum Fratribus oratione, surgere jussit, & meruit. Quadam die extra Cænobium in venatores incidit, à quibus graviter in capite percussus, cum percussor in carceres coniectus, crimenque confessus esset, eum Amatus injuriæ inemor, prodigiosè vinculis liberavit, & carcere eduxit. Paulo post ob eximiam vitæ sanctitatem Cænobio extractus, cum Rogerius Siciliae Rex Beneventano Principatu potitus esset, ab eodem Nusco patriæ

S. Amatus Episc.

Forma.

Clerici sancti vita.

Deipara ad dictissimus.

Miracula.

Fit invidus Episc.

In ingressu
energumenam liberat.

Seminorum
excit.

Alia merita.

Mors pulcherrima.

Obiit 1193.

S. Cuthburgis
Regina
Virgo.

Miraculis
claret.

Moritur
702.

S. Eansvuida
Virgo Regis
filia.

Vrbi Pontifex datus est, quod onus à civibus multum exoratus, vix tandem à Summo Pontifice iussus, ut admitteret, consentit, Abbate prius, de quo superius sibi subrogato. Ordinatus itaque ab Archiepiscopo Salernitano Episcopus, Nuscū ingressus mulierem energumenam sanā reddidit. Clericum jacentem semimortuum, surgere quamprimum, & sibi sacris operaturo ministrare iussit, qui illico fanus surrexit, & Episcopo suo minister adstitit. De Pontificatu suo insigniter meruit, omniumque vere Pastor, verè pater extitit. Cathedralem Basilicam ipse exstruxit. Sacram item Divo Laurentio Ecclesiam ædificavit, in cujus consecratione mulierem paralyticam prodigiosè curavit, & ab alia dæmonem profligavit. Migraturus è vita sacrum prius ipse fecit, eoque finito, cum populo post verba exhortationis benedixisset, inter manus sacerdotum, pulcherrimo & felicissimo mortis genere, sanctam animam Creatori reddidit; A. C. 1193. ætatis suæ 89. Cælest. III. Pont. Max. Henrico IV. Imp. non minus à morte quam in Vita miraculis illustratus. Ex Felice Renda, Thoma Costo, Paulo Reg. Hugone Menardo, Arnaldo Duac. tom. 2. SS. Ord. &c.

In Anglia Sanctæ Cuthburgis Virginis & Reginae. Cuthburgis, sive Gutburga, Chenredi Saxonum Occidentalium Regis filia, Sancti Inæ Regis celebratissimi, ac dehinc Monachi, felicissima soror, Egfredi sive Osfredi Northumbriæ Regis nupta, Regni, conjugii, sæculique tacta fastidio, servato summa industria Virginitatis flore, vivente & annuente votis ejus religiosissimo marito, Cænobium quod prope Winbrunnam condiderat ingressa est; in quo splendorem vestium, cucullo paupere, summas opes extrema rerum vilitate mutans, sub disciplina Regulari, supra omnem Regum famam se sustulit, & miraculorum gloria à Deo illustrata, non Regno solum uni, sed orbi universo innotuit. Mortua est A. C. 720. & pro eximiis vitæ meritis sanctorum albo adscripta. *Matth. Vvestm. Chorograph. Britan. Eduard. Meyheuvv, Iepes. Annal. nost. &c.*

Eodem die, natalis Sanctæ Eansvuidæ Virginis & Abbatissæ. Hæc Eadbaldi Cantia Regis filia, cum Monasterium Christi Virginibus in Folestone, sive Folckstone, agri Cantuariensi oppido condidisset, satis non habuit, nisi eo quoque seipsam conderet, & Christo Virgi-

num sponso in cucullo consecraret. Cujus postea Abbatissa effecta, sacro vitæ exemplo suis splendide præfulsit, & sacro rigore, jejuniis & orationibus se se excoquens, coronam æternitatis promeruit. Floruit A. Ch. 640. *Auct. sup. cit. & div. rer. Angl. script. &c.*

In Hispania depositio Sancti Gutterii Oforii Comitis & Monachi. Hic illustrissimo & spectatissimo in Hispania natus genere, bello & pace celeberrimus, cum præstantissimum Sancti Salvatoris de Lorecana Cænobium condidisset, humanarum rerum pertæsus, ac sola cælestia exambiens, in eo quoque se ipsum abdidit, & alia inter virtutum genera, admirabili vitæ innocentia, abstinentia, atque animi demissione insigniter excelluit. Vilissima quævis, & quæ puerulorum, ac servorum essent, munia adamavit, summa cum omnium admiratione, publicè, & quotidie obiit. Orationi & Contemplationi addictissimus, in perfectionis indeptione assiduum studium posuit; exemplar denique hominis verè mundo mortui omnibus apparuit, & verè fuit. Claruit sub A. Ch. 969. & mortuus insigni miraculorum gloria & frequentia à Deo honoratus, Cænobii in primis sui res, contra invasores prodigiosè defendit, à vicinis, & maxime, Lorecanæ vallis incolis Divus Tutelaris adoptatus, maxima omnium devotione & religione celebratur & colitur. *Prudent. Sandoval. Antonius de Iepes, t. 2. SS. Ord. Annal. nost. &c.*

In Scotia Beatorum ducentorum Monachorum Martyrum. Fuere hi omnes, quatuor fere Cænobiorum sacrae familiae nostræ Cisterciensis alumni, qui sub immani Henrici VIII. Apostatae & Sacrilegi Regis, nec non Elisabethæ turpissimæ Reginae imperio, eorum nefariis conatibus sese viriliter opposcentes, admiranda animi fortitudine iniquorum gladio sua corpora objecerunt, & plus quam humana virtute, superatis omnibus laboribus, ærumnis, & ipsius mortis periculis, fluctuantem in pectoribus Scotorum Orthodoxam fidem proprio sanguine confirmarunt, & immortalitatis coronam, simul cū palma Martyrii consequuti sunt. *Menol. Cist. Henriq. Barn. de Montalbo, t. 2. SS. &c.*

Camalduli Sancti Albertini Monachi & Confessoris. Claruit Albertinus An. Christi 1280. & pro insignibus vitæ meritis, miraculorum gloria à Numine illu-

Abbatissa.

Clar. 640.

S. Gutterius
Comes.

Fit Monach.

Mira humilitas.

Ejus studium

Miracula.

Divus Tutelaris,

220. Matt.
Scoti.

Sacrilegum
Henrici VIII
Imperium.

S. Albertinus
Mon.

strari

strari meruit. *Tabula Camaldul. August. Florent. Menard. Arn. Duac. &c.*

B. Arnulph.
Abb.

Signiaci in Gallia depositio B. Arnulphi Abbatis S. Nicasii, qui Abbatiali curâ deposita sanctissimæ Cisterciensium nostrorum Reformationi sese subjiciens, ex magistro factus novitius, humilitatis mercedem apud Altissimum meruit, & accepit. *Menol. Cist. Henr. &c.*

B. Gertrud.

Gandavi in Flandria Beatæ Gertrudis Abbatissæ Monasterii de Biloca, eximia vitæ conversatione illustris, & verè Angelicæ. *Ex Aut. Sanderò, to. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Translatio
SS. Bobiens.

In Monasterio Bobiensi, translatio aliquorum ejusdem sanctissimi & sanctis frequentissimi Cænobii Sanctorum Abbatum, Monachorum & Virginum, quæ facta est à RR. PP. Bobiensibus An. Ch. 1482. Indiçt. 15. hac die in præsentia Reverendissimi Episcopi Bobiensis. Translata sunt autem corpora sequentium:

A. C. 1482.

SS. Bobienses

S. Columbani I. Bobiens. Abbatis, S. Attalæ II. ejus loci Abb. S. Bertulphi III. Abb. S. Bobuleni Abbatis, & Sancti Camugelli Abbatis

Translata eadem die corpora Sanctorum Monachorum ejusdem loci:

S. Cumiani, S. Romani, S. Vulcarii, S. Siniberti, S. Alli, S. Theoperti, S. Cuni-
berti, S. Tuniprandi, S. Rattaldi, S. Andrez, S. Ioannis, S. Petri, S. Leonis, S. Bladulphi, S. Moronei, S. Agiboldi, S.

Theodebaldi, S. Baudacarii, & S. Leompardi. Nec non SS. Virginum: S. Petrouillæ, S. Sunivergæ, & S. Rotradæ, *Columb. de Cachefino citatus ab Arnaldo Duac. Menard. &c.*

Eadem die Dedicatio solemnitas & consecratio Basilicæ SS. Apostolorum Petri & Pauli, in celeberrimo Monasterio Blandiniensi. De qua hac die *Molanus in Ad-
dit. & Arnold. nost.*

In Monasterio Zwifaltensi depositio Venerabilis viri Othonis Baronis de Steilingen, germani fratris S. Ernesti ejusdem loci Abbatis ac pretiosissimi Martyris, cujus studia pie æmulatus, seipsum sub arcta disciplina custodia coarctans, voluntariū Martyrem effecit, & sanctissimi germani intercessione ejusdem coronæ in cælo particeps fieri meruit, qui in terris professionis strenuus imitator extitit. *Chron. Zwifalt.*

In agro Parisiensi Monasterio Longo-Campi depositio B. Isabellæ Virginis, germanæ sororis Sancti Ludovici Galliarum Regis & Monasterii ejusdem Fundatricis, sæcularis gloriæ contemptu illustrissimæ, cujus eximia virtus, Divinæ testificationis indicis comprobata, Leonis X. Iussu, honorem beatis proprium vendicavit, & solemnino officio ibidem celebratur. *Menol. Gall. Car. Sauff.*

Dedio.
Blandin.
Ecol.

Otho m.

B. Isabella
Lud. Reg.
soror.

MENOLOGII BENEDICTINI,

LIBER NONUS.

MENSIS SEPTEMBER,

CALENDIS SEPTEMBRIS.

I. Septembris.

F.

S. Aegidius
Abbas.

Regum ge-
nus.

Pueri pias.

In provincia Narbonensi Sancti Aegidii Abbatis & Confessoris. Aegidius Theodoro patre, Pelagia matre, regia stirpe Athenis natus est. Puer etiam nū, & sedulam litteris, & in primis pietati operam navavit. Pauperi stipem roganti, cum penes se aliud nihil haberet, tunicam exuens suam dono dedit, quæ æger idem repente & prodigiosè curatus, duplici accepto beneficio lætus abiit; puer autem à parentibus rogatus, ubi vestem reliquisset, quendam, haud satis benè sibi notum abstulisse respondit. Postea, pa-

rentibus vitæ munere piè perfunctis, patrimonium amplum in pauperes distribuit, Romamque contendens, Arelatem delatus, biennium integrum, apud Sanctum Cæsarium transegit. Superato dein Rhodano, Beato Veredemio nostro se adjunxit, & miraculis plurimis, pulsâ in primis terræ sterilitate etiam vulgo innotuit. Humani favoris metu an fastidio, inde quoque pulsus, interiora deserti petiit, solis exin herbis & aqua contentus, usque dum prodigioso cervæ ministerio, ejusdè deinceps, certis horis sese

Ecc 4 sistentis,

sistentis, lacte nutrireretur. Quæ cerva insequentibus quadam die canibus Regiis, cū in antrum Ægyptii sui refugisset, ipsum prodidit, & Galliæ Regem impulit, ut ab eo summis precibus contenderet, ut in loco spelunçæ Monasterium exstrui pateretur. Cujus administrationem, flagitante & perurgente Rege invitatus suscepit; eoque munere aliquot annis sanctè utiliterque gesto, in cælum Angelicos inter Hymnos, & caelestis odoris fragrantia emigravit. Alia inter ejus miranda celebratur in primis, quo Clodoveum II. Regem juvit, cum occulti sceleris conscientia ligato, veniam à Deo impetraret, allata inter Missæ Canonem schedula ab Angelo, qua Rex voti sui campos, & absolutus legebatur. Sed & illud meriti grandis & rari fuit, quo defuncti Principis filium, in Nemaufensi urbe, ad vitam dicitur revocasse. *Ex Annal. Bened. Lipeloo, Tritheim. Haræo, Sigeberto, Petro in Catal. Vincentio, Fulberto, & div. rer. Gall. script. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Fit Abbas.

Moritur.

Regi absolutorem à cælo impetrat.

Defunctum Principem suscitatur.

S. Nivardus Episc.

Fit Archiepisc.

Miracula clara.

Elogium per insigne.

Clar. 670.

S. Elphegg Episc.

S. Dunstani cognatus.

In Monasterio Altovillariensi depositio Sancti Nivardi Remensis Episcopi & Confessoris. Nivardus Luxoviensis primus Monachus, ob insignem vitæ integritatem, ad Cænobium quoddam Galliæ Abbas postulatus, tanta sanctitatis fama longe lateque innotuit, ut amplissimi & celeberrimi Archiepiscopatus honore, dignissimè haberetur. Ad Remensem proinvectus Cathedram, tanta in dignitatis sublimitate ita se gessit, ut non præclarè solum, sed & miraculosè factis Ecclesiam suam mirificè exornaret, suaque tam eruditione quam sanctitate plurimas Christo animas lucraretur. Eum Almannus Villariensis scriptor vetustissimus: *Sanctitatis ac Religionis magnitudine toto Francorum orbe famosissimum, celebrat.* Condidit vir sanctissimus Altovillarense amplissimum Cænobium, ubi & sacrum ejus corpus religiosissimè frequentatur & colitur. Clauit A. C. 670. *Flodoard. Sigebert. Tritheim. Rincent. Petrus in Catal. Claud. Robertus, Ioann. Chenu. Renat. Benedic. tom. 2. Sacro-S. Ord. &c.*

Wintoniæ in Anglia S. Elphegi Episcopi & Confessoris. Elphegus cognomento Calvus, ex Monacho Wintoniensi ejusdem nominis & sedis Episcopus, Beatissimum Dunstanum carnis cognatione propinquum, & cucullo induit, & presbyteratus honore insignivit. Eum cum presbyterum ordinaret, eadem opera,

Ethelwoldum & Ethelstamum sacraavit; de quibus post absolutum Divinum Officium, prophetico spiritu hæc enunciaivit: *Hodie coram Deo, inquit, tribus viris manum Spiritus ejus imposui, quorum duo Pontificalis Ordinis gratiam nanciscuntur: unus in civitate VVigornia, deinde in Cantia: alter sedem meam implebit quandoque successione legitima: tertius voluptatum volutabro se ingurgitans, miserabilem sortietur exitum.* Ita factum, & Ethelstamo prædictione flocci pendenti, multo distinctius interitum prænunciavit. Sic & alterius, sacra monita, joco ludentis, exitum prævidit, prædixitque. Fuit autem Elphegus, ut genere nobilissimus, sic in omni virtutum exercitio versatissimus, æternum Cathedræ suæ decus, cui cum annis duodecim sanctissimè præfuisset, ad æterna Paradysi gaudia & veri pastoris mercedem magnam evocatus abiit A. C. 946. *Matth. Westmonast. VVilhelm. Malmesbur. Rogerius de Hoveden & alii rer. Angl. script. Atenard. t. 2. SS. Ord. &c.*

Genus ejus nobilissimū.

Obiit 946.

B. Theodardus.

Ejus humilitas.

Lectio salutaris.

Favor Dei para.

Eum Christus Dominus visitat.

In Dania, Beati Theodardi Monachi, perfectionis Monachicæ strenui æmulatoris. Fuit hic Caræ-silvæ Cænobii in Dacia Dicecesis Aurusiensis, magnæ Religionis & admirandæ humilitatis Monachus, in simplicitate cordis sui (verba Seguini sunt) Christo Domino devotè ferviens. Qui cum in omni observantia sacri Ordinis fervens esset atque devotus, semetipsum in omnibus despiciens & humilians; maximè tamen silentio & quieti operam dabat, orationi, compunctioni, & lectioni continuè vacans; ita ut temper ad orandum seu ad legendum, ubicunq; poterat, mirabili dulcedine traheretur. Fructum tamen devotionis magis, quam eruditionis in lectione requirens, ita in ea delectabantur sicut in omnibus divitiis. Vltimum jam trahens spiritum, subito divina gratia illuminatus est; & exhilarata facie circumstantibus dixit: En modo ingreditur ad nos ille Dilectus Domini Beatus Ioannes Evangelista. Et cum paululum reticuisset, iterum dixit: Ecce nunc venit Beata Dei Genitrix & Virgo MARIA. Et post modicum intervallum, ampliori repente gratia illustratus, clara voce subjunxit: Eja Fratres, ecce venit Dominus Iesus Christus, & cum eo Sanctorum Angelorum, aliorumque Sanctorum frequentia. Et cum hæc dixisset, confestim in jubilum & exultationem cordis præ dulcedine illius raptus quem intuebatur, cantare cœpit & imponere Antiphonam illâ, dicens: *Subvenite Sancti Dei,*

Dei, occurrere Angeli Domini, &c. Atque ita cantando animam reddidit. Ita liber de Init. Ord. apud Henriq. Claruit vir DEI sub A. C. 1130. Obiitque An. Christi 1157. *Philipp. Seguinus, Chrysoptom. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. & liber de exordio Ord. Cist. &c.*

S. Iuliana Abb.

Educatio sancta.

A S. Nicolao deligitur.

Fit Abbatis.

Donum lachrymarum.

Captivum mire liberat.

Venetiis in Monasterio Virginum S. Blasii de Cataldo nuncupati, in Iudaica depositio S. Iulianæ, primæ ejusdem loci Abbatis. Hæc illustrissimo Comitum de Collalto nata sanguine, parentes religiosissimos Tolbertum & Ioannam de S. Angelo habuit non minus in pauperes liberales quam opulentos, religiosi operibus deditissimos, quos à tenera ætate Iuliana egregiè imitata, orationis studio plurimum delectata est, bellaria sibi suffurata ut alios juvaret, ita in mundo verlatâ, ut nihil mundi sciret seu curaret. Decem annos nata, Divina ex inspiratione à parentibus ducitur ad Zemolæ prope Paduam Monasterium, & sanctæ cuidam ibidem moniali creditur, quæ multis & in vita, & deinceps etiâ à morte refulsit miraculis. Hanc imitata per omnia Iuliana, corpusculo suo rigidissimum bellum indixit, & horrido cilicio sese induens, validis afflictionibus sese exercuit. Ipsam, apprensus S. Nicolaus Episcopus, in Abbatis (uti per vetus MS. liber habet) desponsavit, & Venetias ad S. Cataldi Ecclesiam misit, trepidantique Deum in omnibus ipsi adfore prædixit. Paruit sancta Virgo, eoque profecta dum in eadem Ecclesia sese in preces effunderet superveniens quidam S. Marci Procurator, cui S. Nicolaus similiter apparuerat, Monasteriumq; eo loci ut strueret imperaverat, Iulianam illico dignam prælatura agnovit, maturataq; Cænobii ædificatione ipsam præesse voluit, quam consecrato Monasterio Patriarcha lectissimo Virginum cœtui præfecit. Dono lachrymarum felicissima fuit magnisque omnino virtutibus effulsit, quam diabolus in specie nigri infantis quadam nocte sic affatus est: *O Iuliana, quid plorando cœcitatem accersis? & alia nocte: O Iuliana non vides te lachrymis cerebrum consumere; ipsa tanto promptius in lachrymas effusa, quanto illud inferis intolerabilius esse animadverteret. Ad ipsam cum mater quadam, captum filiū devota periclitari quæta recurreret, Iuliana quamprimum Deum precibus flectere conata, priusquam finiret orationem meruit, ut juvenis liber, ferrum quo tenebatur manu præferens, oranti se sisteret, & liberatrici suæ sumas gratias ageret. Noctē*

Nativitatis Christi-cum ob tempestatem Sacellanus Monasterii ad faciendam Missam non occurreret, tristis ipsa Iesum alloquitur suum ne se Missæ solatio frustratâ velit, & mox miram prorsus percipit consolationem. Inde mox alia sequitur, dum ipsummet Iesum suum puerili contuita specie, amplecti etiam interque brachia per bonum temporis spatium stringere meruit, evanescente demum puero, & ipsa gaudio atq; amoribus quasi liquefacta. Afficiebatur sum opere ad quandam Crucifixi imaginem, quam applicans variis morbis medebatur. Post pridianum junium dum sorores panem non haberent, & ipsi quererentur benè sperare jus & orare, ipsa orans meruit illico adesse ad portam qui plenum panibus corbem ferret, mox disparerēt. Sacro viatico refecta: *O filiule, inquit, mea charissima, laudate mecum Dominum mecum, qui hodie dignatus est mihi dare, tale ac tantum beneficiū, quod in celo & terra non possum compensare.* Moritur suprema hæc inter verba, sororem quandam affata: *O filiula mea, vides tu illum splendidum Regem gloria, quem ego vido? Decessitque feliciter hac die anno 1267. ad cujus sacrum funus illico Episcopus, ingensque populi multitudo convolvit. Translata fuit A. C. 1299. Iulii die 22. in elegans sepulchrum, repertaq; incorrupta, uti & hodie apparet supra altare, miraculorum illustris gloria, & in capitis maximè doloribus singularis medica & Tutelaris. Ex communicatione ipsius loci Abbatis, Vita MS. tabulis aræ & tumuli, Arnoldo, Duaceno, Marchesio, &c.*

In Hispania Beati Ægidii Abbatis Beati Martini de Castanneda. Hic in ipsa adolescentia jugum Domini amplexus, Sanctissimo P. N. BENEDICTO sub lectissima Cisterciensium nostrorum Reformatione nomen dedit; non solum pietatis, sed & eruditionis laude, juvenili etiamnum ætate spectatissimus. Abbas S. Martini in Regno Castellæ constitutus, eam dignitatem, ut erat omnibus præstantioribus animi dotibus instructissimus, mirabiliter illustravit, neque Monachos solum suos, sed ad se velut medicum expertissimum concurrentes, peccatorum labe infectissimos, mirâ arte & benevolentia lucratus, verbis mellitissimis, & suo maxime exemplo, ad saniora revocavit, eorumdemq; magnū numerū cælo asseruit, quin & plurimos cucullo induit, & Monachos absolutissimos formavit. Demū Abbatialis dignitatis onere deposito, à Sp. S. edotus, sectatus est ea quæ ædificant, & amulatus

Christo fruitur presente.

Miracula.

Supremum decumbit.

Obiit anno 1267.

Incorruptio ejus.

B. Ægidius Abbas.

Eruditio ejus

Peccatores ut converterent.

latus charismata meliora, cū Maria optimam partem eligit, & obtenta à superioribus facultate, ut quietius rerum Divinarum contemplationi vacaret, in proximis Cænobio montibus, vitam solitariam instituit. Ex quo autem, inquit vitæ Auctor, ab omnium Conversatione se subtraxit, in tantum cælestium rerum contemplationi se dedit, ut præ excessu consolationis spiritualis, mente cælum conscendere, & quasi contagiis mortalitatis exutis, Angelicis choris interesse videretur. Tandem autem, plenus dierum, ferax meritorum, & omnium virtutum ornamentis coruscans, vivendi finem fecit, imo veræ vitæ initium meruit, cum sanctitatis fama locis illis haud mediocre decus conciliaffet. Antonius de Yepes noster. *Aubert. Miraus, Chryf. Henr. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Fit solitarius

Angelica ejus Vita ratio.

Translatio S. Hedvige Ducisæ.

Eodem die Translatio Sanctæ Hedvige.

QUARTO NONAS SEPT.

II. Septembris.

S. Nonnosus Abbas.

Patientia ejus.

Saxum ingens loco movet.

Lampadem fractam restituit.

Olei abundantiam exorat.

IN Monte Soracte, Sancti Nonnensi Abbatis, qui oratione sua ingentis molis saxum transtulit, aliisque miraculis coruscavit. Nonnosus celebris quondam in Monte Soracte Monachus, pro vitæ dignitate ejusdem Cænobii ordinatus Præpositus, Abbatis sui, ferventiore ingenio hominis, rigorem, mira animi lenitate temperavit; iracundiamque ejus conso- pivit. Situm summo in montis vertice Cænobium, cum angusta nimis atea, locus plantandis oleribus nullus esset, ingenti nimirum obstante scopulo, ad preces conversus, quod quinquaginta juga boum movere non potuissent, prodigiosè movit, atque amovit, stupentibus exortu diei Fratribus, quonam modo tam procul ille sese scopulus subduxisset, cum tanta repente se area horto condendo objiceret & explicaret. Lampadem vitream alias dum curaret, ea fortè è manibus excidens cominuta est. Veritus proin Abbatis ingenium, graves inter singultus, depositis in arâ fragmentis orationi se dedit, elevansque oculos, lampadem integerrimam intuitus, DEO gratias retulit. Non minus prodigiosum illud, cum olei penuriam, abundantia mutari à Domino impetravit; paucillo olei in vasa vacua infuso, iisdemque probè occlusis usque mane, dum per noctem precibus intentus exaudiri à Domino mereretur; cum cella-

gis Ducissæ Poloniæ, Monialis Trebniensis, quando aperto sepulchro ejus, odor mirificus omnium nares implevit, animosque stupore & gaudio affecit. Ossa autem sacri corporis cum elevarentur, consumptis carnibus & membrorum compage soluta, tres digiti sinistrae manus ejus, inventi sunt prorsus integri & incorrupti, & intra illos exigua imago B. M. V. quam illa vivens crebro apud se ferre solita, mortura eandem adeo iis digitis strinxit & retinuit, ut commode avelli non posset. Repertum etiam est cerebrum ejus incorruptum ac recentissimum. Quem & liquor purus & clarus, instar olei olivarum, suavissimi mirandique odoris è capite erumpebat, sindones & pannos, quibus illud involvebatur madefaciens, perinde ac si è flumine extracti essent. Facta est hæc translatio An. Ch. 1268. *Engelbert. in Vita, Surius, Arnoldus Duac. t. 1. SS. Ord. &c.*

Deipara amatrix mira.

Incorruptum cerebrum.

rium ingressis sequenti die Fratribus, oleo ad sumum usque impleta vasa conspicerentur. Claruit Nonnosus sub An. Christi 570. *Ex lib. 1. Dial. S. Greg. Iepeso, Arn. Duac. &c.*

Clar. 570.

Avenione Sancti Agricoli Episcopi & Confessoris. Agricolus ex illustri Albiensium familia Avenione natus est, Magno patre, Gandaltruda sive Austadiola matre, inter ejus provinciæ proceres, & generis claritate, & multo maxime vera virtutis gloria plurimum spectatos. Quartumdecimum agens ætatis annum, mundum jam triumphare doctus, ejus illecebris nuncium remisit, & sanctissimum Lirinense Cænobium ingressus, tenera in adolescentia, viris gravissimis & exemplo, & admirationi fuit; ita quidem, ut in oculis omnium esset, in ore omnium vertaretur, cum solus ipse sibi displiceret. Magnus interea parens ejus, egregia & ipse vitæ sanctitate, ad Avenionensis Episcopatus evectus Cathedralam, aliquot annis, insigni cum utilitate Ecclesiæ illi præstiterat, sed effato jam corpore, vacillantibus viribus deponere sarcinam laborabat, atque ut Clerus populusque digniorem quemcunque sibi successorem deligerent, efflagitabat. Nec mora Agricolus filius ejus, Lirinensis sancti Cænobii sanctissimus Monachus, omnium ore, omnium votis est postulatus. Neque multo post,

S. Agricolus Episc.

Generis claritudo.

Fit Monach.

Fama ejus

Primus ejus Episcop.

Agricolus filius patris succedit.

Condit Cænobium.

Timor Domini.

Obiit Anno 700.

Urbis Tutelaris cooptatur.

Perpetua miracula.

Hostes prodigiose ab Urbe saepe avertit.

Gladium prohibet.

Incendia Urbis avertit

Tempore periculis auxiliatur.

post, beatissimus Magnus, ad cælestia gaudia evolavit, cum omnia prius prædia ac possessiones suas, Cathedrali Deiparentis Basilicæ Avenionensi testamento legasset. Condidit non multo post Avenione illustre Cænobium Agricolus, & è suo Lirinensi, Monachorum lectissimam coloniam induxit; quorum suffragiis & precibus, & in hac, & in altera vita sibi pollicebatur, adeo sibi ipsi diffidens, ut cum in statu perfectissimo speculum Episcoporum omnium mirificè effulgeret, judicia tamen Domini nimium expavescens, assignata redituum parte, solemne quotidie Officium pro animi sui salute decantari imperaret. Præfuit Episcopatu sanctissimè atque utilissimè annis quadraginta, decessitque ingenti omnium comploratione Ann. Christi 700. ætatis suæ 70. admirandis postea, gravissimis, atque insolitis à Numine prodigiis honoratus, ab Avenionensibus autem pro immortalibus meritis, Urbis Tutelaris solemnè ritu cooptatus, insigni Basilica in honorem ejus, plurimisque deinceps sub nomine ejusdem Sacellis dedicatis; quorum celeberrimum illud prope rupem Mauram, ad quod singulis Sabbathi diebus, magna temper hominum confluit frequentia, qui ab omni morborum genere, daemonumque agitatione, meritis Agricoli liberabantur. Præter dotatam unicæ Tutelaris suæ, & opulentissimè auctam Avenionensem Deiparentis Cathedralam Basilicam, meruit immortaliter ad hæc usque tempora, de præclarissima sibi credita Urbe sanctissimus Pontifex, quam sæpe sæpius prodigiosissimè ab hostibus, aliisque periculis defendit, vita sæpius cælesti quadam face, quæ circum urbis mœnia oberans, & prodigiosissime illucescens ac rutilans, hostes miraculo tam raro ab impugnatione deterrebat: *Norunt*, inquit, vitæ Auctor, *hujus Civitatis civis, quoties cum periclitarentur, & magnis undique circumsepti essent calamitatibus, erexerit; arcendo quidem hostes crudelissimos atque potentissimos ab hujus Urbis mœnibus. Norunt civis, quoties ab imminente clade suos defenderit. Norunt, quoties tela intenta jugulis civitatis extorserit. Norunt, quoties faces jam accensas, ad hujus urbis incendium protulerit, comprehenderit, extinxerit. Sensere civis ejus auxilium, cum perniciofa quadam lues grassaretur, qua cum cadem civibus, interitum patriæ, insidias urbi molirentur hostes, ut à quibus non poterat esse tuta civitas propter nimiam*

pestis grassationem, ignibus postea (miraculis illis) tuta esse capere civis, &c. Cui enim, pergit, frugum fructuumque reliquorum perceptio & conservatio debetur? Cui gloriosam Caroli III. victoriam contra Albigensum impetum propulsandum populus detulit? Cui salubritas civitatis, aeris moderatio adscribetur? nisi huic Divo Agricolo? &c. Tacebone, quoties cum terra esset aridissima, cum in supplicatione sanctissimum illius caput efferreretur, maximi imbres è calo demissi sunt, & redditæ sunt segetes uberiores? &c. Ita Auctor citatus; Qui similiter postea, Urbem eandem ejus meritis ab inani ciconiarum agmine Anno Christi 1480. liberatam deprædicat; sed & interventu ejusdem ab Hæretica labe, rarissimo exemplo, solam pene Avenionem immunem conservatam dilaudat. Denique superioris sæculi anno 1573. periculosis conspirationibus detectis, prodigiosa rursus luce, & imbrium nimia inundatione contra hostes defensam Sancto Agricolo potissimum, à civibus comuni omnium sensu ac voce adscriptum, asseverat; ut merito, de tanto sibi Pontifice, & Avenio, Pontificum olim Romanorum asylum, celeberrima & felicissima Regni Gallici Roma, & Ordo noster universus, de tam præstante hac sobole sua, præcipuè & æternum gratuletur. *Ex monum. Eccles. Avenion. Officio Eccles. ibid. Vincent. Salernit. Annal. nostr. Benedict. t. 2. SS. Ord. &c.*

Salubritas aeris, & fecunditas terra ejus patrocinio.

Urbem denno liberat.

Insigne elogium.

Meritum perinsignere centius.

Avenionis gloria.

S. Albertus Abbas.

S. Margarita V. & M.

Mors sui corporis non mergetur.

In Anglia Sancti Alberti Abbatis. Fuit hic Ripensis Monasterii in Anglia Abbas, insignibus vitæ meritis & sanctitate decoratus, cujus sacrum corpus, cum aliis Sanctorum Ripensium corporibus, revelatione Numinis reperit, & condigno honore elevavit ac transtulit, Sanctus Oswaldus noster Episcopus Eboracensis. *Rogerus de Hoveden. Vita S. Oswaldi. to. 2. SS. Ord. &c.*

Lovanii passio Beatæ Margaritæ Virginis. Hæc voto factò de cucullo amplectendo, & vita Monachica inter Cisterc. nostras Virgines suscipienda, à latronibus intercepta, & crudelissimè defecto gutture, & cultro lateri infixò trucidata, ad desideratos amplexus sponsi, suo minime fraudata desiderio pervenit. Cujus sacrum corpusculum in aquas abjectum, à piscibus ne mergeretur sustentatum, contra fluxum fluminis Lovaniū rediit, & cælesti insuper Angelicorū spiritu Mufica honorari meruit. Quæ Brabantia Dux cū Principe conjuge

Transfertur. conjuge è pinnaculo arcis contemplatus, cordi habuit, at sedulo in rem omnem inquiri curavit, compertisque omnibus, solemnè pompa atque Ordine Clerum ac Senatores, ad suscipiendum sacri corporis thesaurum eo misit, qui illud prope murum Ecclesiæ Sancti Petri in adicula quadam condiderunt, cujus meritis tam in loco occisionis, quam sepulturæ plurima deinceps miracula sunt edita, quibus Deus innocentiam sponse suæ comprobavit. *Cesar. Heisterbac. Molanus, Aub. Mirraus, Ang. Marriq. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

S. Chroniacus. In Scotia Sancti Chroniaci Monachi & Confessoris, qui eximia vitæ sanctitate, inter lucidissima Scotiæ sydera celebrari meruit, non perfectionis solum fama, sed & eruditionis laude plurimum effulsit sub An. Ch. 640. *Leslaust. 3. Hist. Scot. 1. 2. SS. Ord. &c.*

V. Clemens Gimenez. In Hispania Venerabilis viri P. F. Clementis Gimenez, Monachi Vallis Paradisi. Hic eximiis virtutibus, illustribus meritis, & omni sanctitate celeberrimus, mira etiam vitæ austeritate, sui que ipsius

contemptu clarus effulsit. Quem cum post diuturnos labores, DEVS ad æternam beatitudinem vocaret, acriter, vehementer, & visibiliter dæmon exagitare cœpit ejus constantiam: à quo cum importunè nimis vexaretur, intrepidè tamè ejus impiis conatibus resisteret, Deiparam Virginem, Augustissimam Ordinis nostri Tutelarem, cælesti circumcinctam splendore, sibi adstantem conspexit, quæ dæmones ab ipso profligavit, & Christi militi, suo clienti animû addidit, & æternam felicitatem promisit. Qui vexillum sanctæ Crucis, quod manu tenebat in altum erigens: Vicimus, inquit, Fratres, vicimus, & fugavimus hostem: & inter verba latitiæ & exultationis emisit felicissimè spiritum. *Theaur. Mor. perfect. Chrysof. Henr. Menol. Cist. tom. 2. Sanctorum Ordinis.*

Eodem die apud Dononium elevatio Sanctæ Ragenfredis Virginis & Abbatissæ; Pipini Regis pronepotis, Autovan-diæ Comitissæ, vitæ sanctitate celeberrimæ. *Molan. in Indic. SS. Belg. & Addit. ad Vsuard. &c. Arn. Duac. &c.*

TERTIO NONAS SEPT.

III. Septembris,

A.

S. Aigulphus Abb. & soc. Mart. Natalis Sanctorum Martyrum, Aigulphi Abbatis, & sociorum Monachorum, qui præcis linguis, effosis oculis, gladio obruncati sunt. Fuit Aigulphus humili satis genere, natus in pago Blesensi; sed à puero, rebus magnis & Divinis intentus, animum super caduca omnia altè extulit, & Monasticum vitæ Institutum suspiciens, cum adamaret sumopere, Sanctissimum Mummolum Floriacensis Cænobii Abbatem, ut inter Religionis tyrones admitteretur exoravit. Illi Magistro tantopere se probavit, ut de tanto sibi discipulo vir sanctus plurimum gratularetur. In sacris litteris eos postea progressus Aigulphus fecit, ut non solum ejus provinciæ hominibus, sed & exteris late, doctrina ejus haud vulgari admirationi esset. Percrebuit juxta toto regno celeberrima ejusdem sanctitatis fama, ita ut mortuo Lirinensis spectatissimi Cænobii Archimandrita, nemini dignius tam sancti loci cura, quam Aigulpho commendanda, Regi ipsi ac Regni proceribus videretur. Coactus proin oneri humeros subdere, ingenti omnium gratulatione exceptus est, cujus amore & reverentia, viri

potentes amplissimis muneribus Cænobium ditavère. Infremuit Inferus, felibus Monachorû eo Magistro successibus invidens, & Arcadium Columbumque deterioris notæ Monachos, in Sanctum virû accendit, quorum opera alios etiam nonnullos in partes traheret, ut Abbatem sanctissimum etiam morte sublatû, vellent; quam paulo post, detestando prorsus scelere, impius parricida Columbus, ipsi & sanctioris notæ Fratribus conscivit, & ergastulo dies fere decem inclusos, navi dein in mare eVectos, præcis primis linguis indignissimè multavit; cumque etiam elingues, verba perfectissimè formarent & ederent, atque ab Aigulpho ipso, similiter elingui, admiranda facundia, & sermonis virtute prodigiosa confirmarentur, oculis etiam erutis, postremo decollati sunt. Quorum omnium sacræ exuviæ postea Lirinum advectæ, condigno cum honore ibidem conditæ sunt. Fuit in parricidam inanisimum etiam à morte pius, magnus Abbas, quem, spectabili forma eidem apprensus, objurgasse amanter satis habuit, & supplicii, veniam à Numine exoravit, ita tamè,

Miracula men, ut corpore lueret, quod facinus partrarat, cui supplicium à Clodovæo Rege pro meritis inferendum prædixit. Aigulphi sacrum caput & brachium dextrum, Angarismæ Abbatissæ ejus disciplinæ concessa, insigni quamprimum miraculo comprobata sunt, cum monialem ad ea excubantem & orantem diu frustratam oculorum usu prodigiosè juvent, & aliis multis Divina per Sanctum Martyrem beneficia polcentibus miraculosè prodesse. Passi sunt Sancti Martyres sub Ann. Christi 660. *Chron. Lirin. Baronius, Iepes. Molan. Annal. nostr. tom. secundo SS. &c.*

Ordinatio S. Greg. M. Romæ Ordinatio, incomparabilis viri Sancti Gregorii Magni, in summum Pontificem, qui onus illud subire coactus, è sublimiori throno, clarioribus sanctitatis radiis in orbe refulsit. *Mart. Rom.*

S. Remach. Episc. Trajecti Sancti Remachi Episcopi genere & virtute illustrissimi. Hic patre Albutio, Matrimâ matre, opulentis admodum editus, à viris sanctissimis Sulpitio, & Eligio Pontificibus nostris, primis pueritiæ annis educatus, Solemniacensis postea Monachis, tolemni professionis voto accensus, inter perfectiores perfectissimus habitus, fama proin latè celebratus, eidem Monasterio, post Eligium præesse coactus est. Sed & postea, ad Regni gravissima negotia à Rege & Proceribus Cænobio extractus, Galliarum amplissimis provinciis, admiranda in rebus gerendis dexteritate, mirificè profuit, & Tungrensibus, eum sibi Episcopum expetentibus, præfectus, invitus licet, ac reluctans, tantum munus obire jussus est. Fuit Cænobiorum plurium, pater & conditor, quæ inter Malmundariense & Stabulense, ab innumerâ fere virorum perfectorum copiâ, celebrantur. Beavit Galliarum regna, illatione insignium Principis Apostolici Reliquiarum, quas ut impetraret, tamdiu in preces ac vota incubuit, donec divina & Angelica consolatione recrearetur. Vt autem in Episcopatu meritissimus, (dicata nimirum & dotata plurimum Cathedrali Ecclesia, Clero reformato, populo accenso, plurimis præclare gestis, planè apud Tungrentes immortalis,) sic tanto rejecto honore & abdicato, sanctitatis exemplis illustrissimus, plurimos suæ virtutis æmulos discipulos reliquit, quos inter, Sancti Lambertus, Theodardus, Adelinus, Trudo, alijque tota postea virtutis odore regna impleverunt, meri-

Regno Galliarû mirè consult.

Fit Episcop.

Multa cõdit Cænobia

Abdicat Episcop.

Eius discipuli.

tis cumularunt. Claruit vir sanctus sub Annum CHRISTI 650. & Sacrosanctis Ecclesiæ ritè obitus, Sacramentis, cum suos admirabili exhortatione ad perfectionis studium excitasset, inter lugubrem eorumdem complorationem, carnis ergastulum deseruit, & cœli palatijs immigravit, ingenti & stupenda miraculorum gloria deinceps illustratus, prodigiosâ in primis & frequenti Cænobi sui protectione, & eorum qui invaserant, seu quidquam tentaverant castigatione. Illud unum prægnans miraculorum miraculum attingimus, cum metu hostium translatum sacrum corpus, nocte quadam inter durissimas tenebras, admirabili circumfusum luce non solum mire suos recreavit, sed & frigus brutale acrius, suavi quodam calore dispulit. Loco dein cupiam pestilenti lue infectissimo illatum, pestem illico prodigiosè profligavit. Ad ipsum delati cerei ventorum impetu extincti, prodigiosè reaccensi sunt. Illatum autem Sancti Simmetrij Ecclesiæ feretrum, noctis omnes tenebras splendore suo depulit, ipsium commoveri visum, & campanæ pulsanemine, consonare auditæ sunt. Vt de plurimis & maximis alijs prodigijs brevitate studio, silentium nobis impere-mus. Notkerus Leodiensis, Tietzmanus Abbatis, Herigerus Lobienf. Gratepos. Petrus in Catal. Annal. German. nostri, & Bened. tom. secundo SS. Ord. Aquila Bened. &c.

Rhemis depositio Sancti Reoli Episcopi & Confessoris. Reolus sive Regulus, illustri admodum natus genere, Comes Rhemenfis, ducta primum conjuge, prole illustri felix, Gedeonem & Odillam liberos genuit, quorum ille in Alto-Villarenfi, hæc in Beatissimæ Matris Virginis Suesionensi Cænobiis, vitam Monachicam amplexi, patri & exemplo, & stimulo fuere, nihil filijs in profectu vitæ perfectioris concedendi. Ergo sanctè æmulus, abjecto militiæ cingulo repudiatis honoribus & delicijs, sacro rigori se devovens, in Altovillarenfi item Monasterio Monachum professus, eximijs paulo post sanctitatis fructibus felix, admirationi & venerationi omnibus fuit, tanti quidè habitus, & magno illo Rhemenfis Ecclesiæ sydere S. Nivardo extincto, summa omnium gratulatione Cænobio extractus, Archiepiscopus laturaretur. Præfuit sanctissimè atque utilissimè, aliaque inter præclare gesta, in fundo, quem dono Theodorici Regis acce-

S. Reolus Episc.

Illustriss. genus.

Fit Monachus.

perat, Orbacense Cœnobium condidit & dotavit. Claruit A.C. 663. meruitq; pari sanctitate, sanguine nepotem, professione Fratrem, Rigobertum habere successorē. *Floard. Chenu, Sigebert. Claud. Rob. Menar. tom. 2. SS. Ord. &c.*

In Gallia Beati Burchardi Archiepiscopi Bituricensis, qui postquam multo tempore probatione obsequij sui Domino in Cœnobio Pontiniacensi servijisset, supra Candelabrum positus, & ob vitæ perfectionem ad varios honores & munia expetitus. Abbas primum Fontis-Ioannis in Cœnobio Senonensis Diœceseos electus, inde Pontiniacensibus prefectus, Archiepiscopus demum Bituricensis Ecclesiæ creatus est; quem honorē, cum egregiâ sanctitatis opinione plurimum exornasset, multis signis & virtutibus illustris migravit ad Dominum A. C. 1218. Eum nonnulli Girardum sive Gerardum appellant. *Menolog. Cist. Henriq. Aub. Miraus, t. 2. SS. Ord. &c.*

In agro Bergomeni, Monasterio Sancti sepulchri de Astino Sancti Gualæ Bergomenis Episcopi. Guala Bergomenis patriâ, nobilis genere, familia Romi, dignissimum sanctitatis Magistrum, Sanct. Dominicum Brixientem Episcopum habere meruit. Dominico autem in Ponti-

ficatu succedens, quanto dignior eo honore fuit, tanto indigniorem se credidit; cumque annis 14 sanctissime præstitisset, abjectus esse in domo DEI eligens, abdicato Episcopatu in Monasterio S. Sepulchri se condidit, ubi verè mûdo mortuus, sancto demum transitu ad cœlestia migravit A. C. 1244. *Ex monim. Vallub. Menar. &c.*

In Onenes B. Euphemie Virginis, quæ ab infantia cœlestibus visitationibus afuefacta, mundi illecebris, dæmone, spectabili viri gravis forma apparente & disuadente, valedicens, cucullum exambiit. Quam deinceps, horrendis formis ac minis metuendis revocare frustra conatus inferus, semper delusus abiit. Euphemia autē plurimis triumphis illustrissima, post gravissimos exantlatos labores, dives meritis in cœlos abiit. *Montalbo, Manriq. Casarius, Henriq. &c.*

Fossis translatio B. Foillani Hiberniæ Principis, & Martyrii. Molanus. Salisburgi translatio S. Erentrudis Regiæ Virginis & Abbatissæ, novem Lectionū officio in Diœcesi Salisburg. celebrata. *Ex off. Eccl. &c.*

In Cœnobio Blandiniensi, translatio sive adventus solemnium corporum SS. VVadregisili Abb. & Ansberti ac VVulfstanni Archiepiscoporum. *Molan. &c.*

PRID. NONAS SEPTEMBR.

IV. Septembris.

B.

CASINI PASSIO integri lectissimorum Monachorū exercitus, qui pro Christi fide Saracenorum gladijs gloriosissime contrucidatus occubuit. De his ita scribit auctor vitæ S. Bertharij Martyris: A. C. 882. pridie Nonas Septembris à Saracenis invasum & incensum est Cœnobium Casinense, omnibus, qui ibi inventi sunt, pro fide Christi gladio interfectis, paucis vix evadentibus. Et paulo post: Numerū vero eorum, qui in dicto Cœnobio & Monasterio Domini Salvatoris occisi sunt, solus ille novit, qui condidit, & ornavit eos. Omnes enim ferè Monachi, de possessionibus Monasterij Casinensis, per totam Italianam timore Saracenorum Casinū venerant, fama virtutum Beati viri Bertharij ducti, quibus omnibus larga stipendia vitæ tribuens, eorum inopiam sustentabat; qui omnes pro fide Christi interfecti sunt, paucis vix evadentibus. *Chron. Casinense. Leo Ost. M. Ant. Scipio, t. 2. SS. Ord. &c.*

ralis Vallumbrosani, S. R. E. Cardinalis, & Martyris. De hoc agitur die 12. Mēsis hujus, quæ fuit depositione ejus celebris.

In VVestphalia Beata Idæ viduæ. Hæc perillustri nata genere, Egberto Duci, Caroli Magni Imp. amicissimo copulata, cū ipso cœlestem planè vitam in terris vixit à morte autem optimi mariti, inclusorum nostrorum sectata institutum, in Oratorio, quod in honorem Virginum Virginis Angelorum Reginæ, & S. Germani, jussu Angeli condiderat, se se includens, ac velut carceri mancipans, nunquā deinceps in vita omni, pedem extra cellæ januam extulit, varijsque rarissimarum virtutum ornamentis sacrū velamen mirificè excoluit. Mortua sepelitur in arca faxea, quæ ipsa ob mortis assiduam recordationē, sibi præparari præceperat. Cujus merita post obitū universis patuere, & multo post, cum sacri ejus cineres & ossa transferrentur, admirandâ cœlestis odoris fragrantia, concurrentem undique populi multitudinē mirere-

Innumeri SS. Mart. Casin.

Ingens numerus.

S. Thesau-

Cardin.

B. Idæ vidua.

Includitur.

Clar. 800.

recreavere. *Ex re quæ est per VVifingum Mon. VVertin. t. 2. SS. Ord. Annal. Germ. & Bened. &c.*

In Augiâ insula Sancti Matthiæ Abbatris & Confessoris. Matthias discretionis spiritu præcipuus effulsit, & quamvis rigidissimus sibi, facilis tamē erga omnes, mirâ mansuetudinis & affabilitatis gratiâ, omnium suorum animos demeruit, suoque potius exemplo, quam imperio duxit. Vigiliarum studio addictissimus, totas ferè noctes recitando Psalterium aliasque preces fundendo absumpsit, neque cubando unquam, siquid somni admitteret, sedendo solum admisit. Tanta viri compunctio fuit, in Divino cum primis officio, & sacri celebratione, ut nemo sine fructu, ipsum intueretur, adeo fervente ipsius spiritu, ut in corpus primum fervor erumperet, & intuentes quoscunque mirè accenderet. *Vfus cilicij ipsi perpetuus fuit, quo carnem jurato quasi odio affligebat deterebatque. Fuit magni illius, Evangelistæ Ioannis longe amantissimus, cuius solemni aliquando Festo sacris operaturus, non potuit præ nimio animi fervore, quin silentium rumperet, & ex circumstantibus quendam alloqueretur: Et num, inquit, dignus est, hodierno die aliquis, qui Ephesum proficiscatur, & Sanctum Apostolum Ioannem contempletur? Prorupit cum dicto, in vehementes gemitus, & imbre lachrymarum perfusus, ad Sacrosancta tractanda Mysteria accessit. Stupenda res: Adfuit à principio ad usque completionem Sacri, clienti suo amantissimus Apostolus, neque Matthias solum præsentem sibi assistere contempsit, sed & alii duo, qui sacro intererant, eundem Divum intueri poterunt. Matthia deinceps adeo ea consolatione saturo, ut triduum totum omnem corporis refectioem fastidiret. Fuit insignibus à Numine miraculis illustratus, quæ inter paralyticum veste sua induens illico sanum reddidit, & diversos à malo vexatos genio prodigiosè liberavit. Decesit vir sanctus naufragio, cum multis alijs ad urbem Regiam contenderet, cujus sacri corporis jacturam, ob sperata & certa sanitatis beneficia gravissimis lamentis ejusdem discipuli deplanxere.*

Rigor vita.

S. Ioan. A. post. amator.

S. Ioan. A. post. sacrificantis assistit.

Miracula.

Clar. 1050

B. Fredericus Prior.

habuit, Godefridum & Machtildem Virduentes & Arduenses Comites. Is terrâ, sancta magis devotionis affectu perlustrata, cum in patriâ reversurus Rhemos pertransiret, à Beato Richardo tunc temporis S. Remigii decano hospitio exceptus est. Cumque uterque de Divinis rebus ardentius colloquuti, mirificè exardescerēt, consimili mox proposito ac voto, de deserendi mundi illecebris consilium iniierunt, ea mox reapse affecti sunt. In Sancti Vitoni Cœnobio cucullum amplexi, difficultates haud leves experti sunt, ita ut alio comigrare profus statuerent, donec certi Numinis voluntatem esse, ut loco illi honorem conciliarent, constantes perstitere. Cum autem Richardus ob eximiâ vitæ sanctitatem Vedastini Cœnobij electus Abbas esset, Fredericum etiam adesse voluit, & Priorem delegit, qui aliquandiu munere suo strenuè perfunctus, Christi demum Anno 1022: sanctissime decessit, cujus sacrum corpus B. Richardus magno cum honore & pompâ, relictis apud Vedastinos intestinis, ad S. Vitoni transferri voluit. *Richard. VVassenburg. in Antiq. Gall. Belg. Arn. de Raiffe, tomo secundo Sanct. Ord. &c.*

Perillustre genus.

Conversus.

Fit Prior.

Ob. 1022.

S. Irmgardis Virgo.

Illustris generis.

Coloniam demeretur.

Pauperum mater.

B. Simon Abbas.

Coloniam in majori Ecclesia San. Irmgardis Virginis. Hæc illustrissimo Zutphanæ Comitum sanguine oriunda, fratrem germanum S. Panthaleonis Coloniam Abbatem habuit, quo cum dignâ æmulatione, in proposito & studio perfectionis desudans, æternum illustrissimæ & sanctissimæ Vrbi Coloniam decus addidit, quam etiam insigni reliquiarum thesauro, & S. Sylvestri in primis Romani Pontificis capite beavit, cum tertio Romam usque Religionis ergo profecta, sacris muneribus Divum Petrū honorasset, ab ejus sedis Vicario, tanto in vicem munere donata. Fuit in pauperes & Religiosos munificentissima, beatissima Xenodochii in Hachtportijs fundatrix. Tandem meritis dives ad æternæ patriæ felicitatē abiit, cujus sacrum corpus in Basilicâ trium Regum digno honore reconditum, ibidē quotidie omnibus videndū patet, & licet in numerum Sanct. Irmgardis necdum relata sit, solemnem tamen campanarum compulsionem Coloniam celebratur. *Cratopol. Molan. Menard. Arnold. Duac. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Clara-valle depositio Beati Simonis Abbatris Caziacensis, qui relicto eo honore, amore exactioris Reguæ observantiæ ad sanctissimam Cisterciensium nostrorum reformationem transit, in eaque

septennium supervixit, sæpè à spiritibus Angelicis visitatus, qui & ad transitu ejus ex hoc mundo, jucundissimè concinere auditi sunt. *Bernard. de Brito, Ang. Manriq. Chryf. Henrig. &c.*

S. Fridericus Episcop.
Landgravius
VValdassii in Germania Bea. Friderici Aystettensis Episcopi, Landtgraviij Leuchtenbergici, qui ex Abbate Lanckheimensi & Ebracensi ad id honoris evectus, multa à Schismaticis passus, post multa pietatis opera in magna sanctitate vitam finivit A.C. 1329. alijs 1346. *Philipp. Sequin. Caspar. Bruscb. Menolog. Cill. Henrig. Annal. nostr. Germ. & Bened. t. 2. SS. Ord. & Aquila nostr. Imperialis &c.*

B. Ioannes
In territorio Brigenfi, Beati Ioannis Bayardi Prioris de Colombiers. Hic insigni illà Cœlestinorum nostrorum superiore sæculo Reformatione, radijs eximij splendoris orbè perstringente, inter eximia ejusdem tydera mirè enituit, cumque in Cœnobio de Colombiers Priorem ageret, tanto magis, quanto alijs prælatus est, animo demissiores se exhibuit. Cujus egregias virtutes & merita aptissimo signo, ipsa obitus ejus die Dominus commendavit; cum ejusdem Cœnobij Proprii, solis instar, immenso circumfusum lumine in gloriâ exultans apparuisset. Decessit felicissimè Anno Christi 1518. *Ex monim. Cœlest. Annal. nostr. Bened. tom. secundo SS. Ord. &c.*

Canonizatio S. SuiBERTI.
Eodem die solemnis Canonizatio (prima ferè Canonizationum tam solemni) Sanctissimi Suiberi nostri, primi VVer-

denfi Episcopi, Magni VVestphaliæ, Hollandiæ, Bataviæ, Frisiæ, Boructariæ, Saxoniæ &c. Apostoli, è Ducibus Nortgalliæ & Britanniarum Regibus oriundi, facta à Sancto Leone III. pontif. Max. præfente Carolo Magno Imper. *Ex Annal. nostr. German. Aquila Bened. Imp. t. 2. SS. Ord. Vita S. SuiBERTI, Iepes &c.*

B. Ioannes Episc.
Eugubij S. Ioannis Episcopi. Hic Laudis in Lombardia natus, Nobiles genere parentes habuit, DEUM timere ab infantia doctus & puerilia omnia averfatus, in pauperes quæcunque potuit largitus est, manu præterea illis atque infirmis servire gestiens, quam benevolus & solatiofus affectus, tam sibi ipsi rigidus, ut admirationi omnibus esset. Prope vicinam Ecclesiam, tuguriolum sibi condens, cum in ea aliquandiu sanctè viveret, audiens Sanct. Petrum Damiani rejecta purpura è Cardinalium cœtu ad Cœnobium se recepisse & vitam cum suis rigidam vivere, ab ipso suscipi petens & susceptus, eidem paulo post in gubernatione Cœnobij adesse iustus, Prior postea Avellanæ, Eugebinus denique etsi multum reluctans, Episcopus creatus est. Dono lachrymarum felicissimus fuit, dumque privatim orationi incumberet, totus salutari imbrè diffudit. Comites duos Eugubio vicinos, subditis durissimos ad sanam mentem revocavit, totamque provinciam demeruit. *Obijt An. Ch. 1106. miraculis clarus & tota regione celebratus. Ex vita & Mon. Avell. &c.*

B. Ioannes Episc.

Puer maturus.

Fit Episcopi.

Obijt 1106.

NONIS SEPT,

V. Seprembris.

C.

S. Bertinus Abbas.
In pago Tarvanensi, Monasterio Sithin, Sancti Bertini Abbatis. Bertinus nobil natus genere, Constantiensis patriâ, sodales, & propositi ejusdem æmulos lectissimos Sanctum Mumolinum, & Sanctum Bertramum habuit; quibus cum ad Sanctum Audomarum Morinensium Episcopum veniens, cum eodè aliquandiu vitam sanctissimâ vixit, inque Monachicis Institutis haud leves progressus fecit. Digressus cum socijs, Monasterium Tèpli Veteris condidit; at quod minus oportuno situ locus esset, consentia absque remis navi, quo Deo vitum loco subsistere decrevit, ubi nimirum navis constitisset. Incubere interea in preces Divi, oberante inter fluctus navicula, quoad interfallendum ea verba occurrerent: *Hæc re-*

quies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam, impulsâ prodigiosè cum ipso prodigioso navis ductu
Exstructo proin ad Agmonè Cœnobio Mumolinus præfectus est, revocato inde Bertino, & Sithivensi Cœnobio, quod Audomarus interea struxerat, præesse iusto, quod ipse magna cum dignitate atque utilitate præstitit, tantumque loco illi honorem conciliavit, ut vix illustriore deinceps nomine, quam Divi Bertini postea à morte rati Antistitis, toto Belgio celeberrimum appellaretur. Claruit insigni miraculorù gloria magnus Abbas, quorù illud est in primis memorandû: VValbertus Comes, Bertino multo nomine obligatus, debitum agnovit, & ut parentè diligens, nunq̃ ad Basilicâ occurrere cõsuevit, quin ad

Fit Abbas.

Miracula

Benedictio Bertini quanta.

Casus VValtPERTI.

Spiritus propheticus

Duplex & insigne miraculum.

Deiparæ cultus.

ad Bertinum suum inviseret, sat se beatum existimans, si ejus munus benedictione ad sua reverteretur. Neglexit aliquando id officij præstare viro DEI, cum urgente negotio domum acceleraret iter: neque impune, cum ex equo lapsus fœda collisione quassatis membris, femorè penitus fracto, benedictionem Bertini præterijisse præ omnibus doleret, & facti poenitens, eo remitteret & benedictionem etiam postliminus exoraret. Agnovit in spiritu Bertinus amici calum, & discipulo prædixit: *VValtPERTUM neglecta benedictionis poenitentia ducendum.* Occurrenti autem VValtPERTI servo, & ad mortem laboranti hero, opem benedictioneque flagitanti; vinum quod benediceret ferri à discipulo Bertinus iussit. Sed cum in vasculo jam à mente integro vix modicissimum vini relictum discipulus quæretur, currere tamen iustus, vas generosissimo prodigiosè plenum vino reperit, cujus fragrantia domus universa repleretur, quoad VValtPERTUM delatum, optatam quamprimum incolumitatem optimo Principi restituit; & multo deinceps diligentiore Bertini sui reddidit, adeo ut magnam deinceps partem possessionum suarum Bertini Cœnobio assignaret, & Bertinus, qui omnia sua pro Christo reliquerat, CENTUPLUM etiam in hac vita recepisse videretur. Fuit amantissimus Augustissimæ Cœlitum Imperatricis Bertinus, cujus in honorem constructum Cœnobium, DEIPARÆ cultoribus frequentissimum reddidit, cujus etiam magnæ Matris patrocinio, tanto opere in hanc usque diem Cœnobium effloruisse, totaque cœlo phalanges transcripsisse videatur, adeo ut verè in plenitudine Sanctorum BENEDECTI nostræ deventio esset; quo ex Cœnobio cultus DEIPARÆ torrentem deinceps integrum constat in orbem universum, per Ioscionem maximè illum Roseum defluxisse. Decessit tandem vir meritissimus Nonis Septembris, inter complorantium discipulorum ferventissimos genitus, perpetuis, ut in vita, sic & à morte miraculis illustratus, *ad ejus tumultum, inquit vitæ scriptor, orantibus quotidie præstatur à Domino immensa beneficia.* Obijt Anno Christi 689. sepultus in DEIPARÆ Basilica, magno concursu populi in hodiernam usque diem celebrat. *Ex div. rer. Belg. script. Iepes. Cratopol. Annal. nostr. Germ. & Ben. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Albertus Abbas.

Ob 689.

iusdem loci Abbatis, miraculis & sanctitate clari. Fuit Albertus natione Bergomas, non solum primus sui Cœnobij Abbas, sed & ejusdem Fundator primus, cui ipse à Sancto Cluniacensi Abbate præfectus, vitæ & actionum suarum directorem ab eodem accepit Beatum Vitum eximia sanctitate Monachum, qui Alberto in Monachica disciplina instituenda, solertissimus cooperato adstitit. Fuit Albertus gravissimorum miraculorum gratiâ & gloriâ à Numine honoratus, obiitque Anno Christi 1099. Pontidæ primum sepultus, inde autem postea ad Basilicam Sanctæ MARIÆ Majoris Bergomum translatus, ubi frequenti fidelium concursu religiosissimè colitur. M. Anton. Benalius, Ioan. Ant. Guarnerius, Arn. Duac. t. 2. SS. Ord. &c.

Miraculis clarissimus.

Ob. 1098.

SS. Mart. quatuor.

A. C. 861.

Audomaropoli, in Cœnobio Sancti Bertini Sithienfi passio Sanctorum quatuor Monachorum. Passi sunt hi Sancti CHRISTI Martyres Anno CHRISTI 861. Normannis barbaris in eâ loca immani furore irruentibus, cum reliquis Fratribus in tutiora transportatis, isti DEO devovissent à Monasterio non recessuros, sed magis animam pro DEO & sanctâ Religionem posituros. Fuere ipsorum nomina: VVocardus & VVinerbaldus Sacerdotes, & Gerwaldus ac Regenardus Diaconi; qui diversis excruciatii supplicijs, Martyrio vitam consummarunt. *Ex monim. Bertin. Iperio, Raiffio, Arnoldo Duac. &c.*

S. Alelmus Abbas.

Aquisincti, dormitio Beati Alelmi secundi ejusdem loci Abbatis. Alelmus, ob singulares animi dotes, è Beccensi in Normannia Cœnobio, ad regimen Aquisinctini evocatus, vix annum provinciam suam excedens mortalis esse desiit, quo factum est, ut pauca de gestis ejus extent monumenta. Locum autem sepulturæ, apud Alardum primum ejusdem loci Abbatem meruit, ut cui fuerat dum viveret mortuorum sanctimonia conjunctus, in morte etiam corporis societate haud separaretur. Quanta autè bonitatis fuerit, experti sunt febricitantes, tum ad tumulum ejus dormientes, febrim cum somno sæpius deposuerunt. *Ex Arnoldo de Raiffé, monim. Aquise. &c. Obijt A.C. 1038.*

Febricitantium medicus.

Ob. 1038.

Ibidem sanctæ memoriæ Richardi Cõversi. Fuit hujus mira cibi & potus abstinentia; lectus durus, aut nullus, vestis abjecta, compassio erga pauperes & ægròs maxima, erga eos præcipue, qui infirmitate aliqua in Cœnobio laborabant, Fratres suos cura diligentissima. Vivere desiit

S. Richardus conversus.

Ob. 193. Innocentissimus iste Monachus An. Ch. 1193. Arnold. cit. in Auct. ad Nat. SS. Belgis, & nos t. 2. SS. &c.

B. Petrus Episcopus & Mart. In Gallia Beati Petri Catalaunensis Episcopi, qui e sacra familia nostra Cisterciensi ad eum honorem erectus, caelestis sapientiae verbis oves sibi concreditas pavit, pro quibus non dubitans animam ponere, Martyrij corona redimitus victor ad caelos evolavit. Adrianus Butz. Henriq. t. 2. SS. Ord. &c.

B. Godefridus Abb. In Monasterio Schonaugienfi B. Godefridi Abbatis, viri DEO deditissimi & Monachica disciplinae severi observatoris, vitiorumque acerrimi ultoris. Qui spiritu prophetico & multis alijs supernaturalibus donis illustris ex hac vita feliciter ad aeternam requiem migravit. Extat de eo mirabile rigoris, & zeli justii exemplum, in Convertum rebellionis concitatore, ejusdem comminatione & praedictione, repentina & terribili morte ablatum, apud Henr. Gran, & Henriqueziu in Fasciculo, ad quem Lectorem remittimus, brevitate studio, longam, & in primis utilem Historiam ad t. 2. de SS. Ord. reiciendes. Menol. Cist. &c.

In Cœnobio Messanenfi in Sicilia Ingentis Sanctorum atque Beatorum ejusdem sanctissimi loci exercitus, qui a primo foundationis tempore, ibidem Domino fervientes ad coronam aeternitatis pervenerunt, quo uno ex loco, praeter Ordinis nostri Protomartyrem Placidum cum socijs, diversissimis temporibus, integre Martyrum absque numero cohortes,

triumphis caelestibus accensi sunt, ut de ingenti tam frequentis Cœnobij, tanto decursu saeculorum, Confessorum numero facile sit judicare. Ex Monim. Siculis, & Messan. Annal. nostr. Bened. tom. 2. SS. Ord. &c.

In Monasterio Sancti Petri Barcionensis, Sanctae Madruynae Abbatissae. Haec Mauris Barcionem populantibus, captiva ducta est in Insulam Balearium Majorcam. Erat ei propinquus quidam mercator, qui de ejus solutione cum ipsa egit. Die praestituta cum sancta e carcere evalisset adque propinqua navem se recepisset, Mauro eam persequente, mercator ipsam sub lana condidit, cui sic delitelcenti tria aut quatuor vulnera (lanam, ubinam lateret pugione tentata) barbarus infixit, quae absque clamore illa (pudicitiae nimirum magis, quam vitae metuens,) constantissimo animo pertulit, eoque eluso liberata ad suum Cœnobium revertit. Curam Abbatialem, ut ad felicem obitum tranquillus se compararet, sibi restitutam recusavit, paucisque post diebus, recrudescente vulnerum dolore, felici agone consummata decessit. Claruit sub Anno Christi 906. Anton. de Tepes, Hugo Menard. t. 2. SS. Ord. &c.

Ipsodie solemnisdedicatio sacri Cœnobij Cavenfis per Beatissimum Urbanum II. Pont. Max. praesente Duce Rogerio, & innumera Cleri populique multitudine, ad tantam solemnitatem conflente. Ex Tab. Cavenf. & Diplomate Urbani II. Menardo, Arnoldo alijsq.

S. Madruyna Abb.

Capitur.

Mira constantia.

Moritur.

Dedicatio Cava.

VIII. IDVS SEPTEMBR.

VI. Septembris.

D.

S. Eleutherius Abb. Romae Sancti Eleutherij Abbatis, quem Sanctus Gregorius Papa scribit, oratione & lachrymis mortuum suscitasse. Fuit Eleutherius Sancti Marci in Vrbe Spoletana Abbas, diu postea in Magni Gregorij nostri Romano Cœnobio conversatus, ibique mortuus, quem Gregorius a Sancta quadam simplicitate, & compunctionis maxime gratia commendat. Expertus in seipso etiam est magnus Ecclesiae Doctor, quanti apud Numen Eleutherius fieret, cum viventis etiam nunc precibus, jejunandj vires an virtutem, debilis ceteroquin stomachi in valetudine graviter laborans, illico impetrasset. Quod a Deo meritis Eleutherij acceptum beneficium, non solum scriptis, suis commen-

davit, sed & grati animi perenne volens extare argumentum, ut in oculis omnium esset, pictoris penicillo accuratè depingi in Cœnobij sui Oratorio procuravit. De mortui resurrectione consulendus Greg. l. 3. Dial. Petrus in Catal. Philippus Ferrar. &c.

In Alpibus ad Fauces Iulias, Sancti Magni Abbatis. Magnus sive Magoaldus Regio veterum Scotorum ortus sanguine, patre Severo, matre Theoclea, Sancti Galli discipulus, & Apostolici laboris meritique collega lectissimus, a puero dignè nomine suo se habuit; cum ad magna solum & sublimia connixus, in omni virtutum genere verè Magnus existeret, obedientiae autem studio etiam admirandus habebat.

Est Magnus Doctor plurimi facit.

S. Magnus Abb.

haberet. Istud insigni miraculo, quam sibi probaretur, Deus demonstravit, cum Abbate vocante vino hauriendo occupatus, nescius morae vase nondum occluso properaret, & syphunculum manu ferens, illico se susteret, stupendae ad obedientiae tantae miraculo vino, & nec guttula quidem in terras effusa, donec reversus Magnus, Syphonem loco suo restitueret, & DEI mitericordiam & gratiam collaudaret. Sanctos postea Magistros Gallum & Columbanum in Germanias sequutus, magnam Gentilium multitudinem ad Christum adduxit, praeter verbi virtutem, & exempli efficaciam, rarissima miraculorum gloria a Numine illustratus; cum caecos, claudos, surdos, mutos, omni morborum genere afflictos, ad se undique concurrentes, prodigiosissime juvaret, eoq; nomine celebris passim, summaque in veneratione haberetur. Quin & teres sylvestres virum DEI reveritae & veneratae, ad imperium ejus, velut sensu rationis perditae, paruerunt, quas inter, non aliter atque Magistro Gallo, ursus famulatus est; quem ipse pomorum custodem adhibuit; & pauperi aliquando populo opem a Deo efflagitans, ursi item ministerio, ferri fodinas reperit, primumque urso ipsi eruendi ejusdem specimen populo exhibere praecipit; cui mox ursus paruit, & ut magnam, sic rarum, atque perpetuum ad posteritatem omnem, beneficium hoc Magni nostri perduravit. Meruit & alio nomine, de conversis a se populis; quorum provinciam, immani serpentum ac vermium colluvie afflictissimam, his nimirum prodigiose pfligatis, felicissime liberavit. Quin & horribili dracone interfecto, aeris pestilitatem sustulit, & maximo metu accolae eripuit. Produxit vitam magno in rigore annis quamplurimis, grandi senecta, cœtenarium multis numeris transgressus. Supra caput ejus e caelo prominentè fulgidissimam caelesti splendore ornatuque coronam Sancti Victoris Augustani Episcopus, & Theodorus Magni collega, intueri meruerunt. Decessit ut annis, sic meritis cumulatissimus, in suo quod condiderat, ad Fauces Iulias (vulgo Füssen,) Cœnobio tumulatus, cujus memoria apud Germanos longè est celeberrima, ita ut propter continua miracula, quae per ejus Venerandas reliquias, tam in agris, quam in jumentis & hominibus passim patrantur, Quatuordecim Sanctis, ut vocant, AUXILIATORIBUS, memorabili sane meritorum commendatione Decimus quin-

tus ipse adjunctus sit. Expetitur in diversas superioris Germaniae provincias, lituus Sanctissimi Abbatis, argento hodie auroque affabre circumdatus, contra frequentes insectorum plagas, & miserandas praetorum atque agrorum vastitates; magnoque occurrentis populi plausu, pompaq; solemniter excipitur, deducitur, & terrae infixus, perpetuato, tanto decursu saeculorum miraculo, prodigiosissime interfectis an depulsis ejusmodi bestiis, afflictissimis populis opitulatur. Ex Vita ejusdè libro sing. excusa. Carolo Steng. Annal. nostr. German. Aquila Imperii Benedictina, tom. 2. SS. Ord. &c.

Perpetuum miraculum & meritum

S. Chanoaldus Episcopus.

Illustrissimus generis.

Fratres Sancti.

Fit Episcopus.

Obiit 640.

S. Gerardi Abb.

Restitutor Monachismi per Flandriam.

Germania Apostolus.

Miracula.

Ursus famulatur Magno.

Ferri fod. reperit.

Serpentes prostigat.

Draconem interficit.

Corona e caelo promittens.

Memoria eius longè celeberrima

XV. Auxiliator.

Lauduni Clavati in Gallia Sancti Chanoaldi Episcopi & Confessoris. Chanoaldus, Chagnoaldus, sive Cainaldus (nonnullis etiam Rainaldus) generosissimo illusterrimus, Hagnericum Burgundiae potentissimum Comitem patrem, matrem pari nobilitate Leodegundè habuit. Terreni autem Principatus, & Galliarum Regis favores aspernatus, solam Regum Regis gratiam, paupertate & humilitate solidam exambuit, Monachumque in Sanctissimo Luxovienfi Cœnobio professus, pulcherrima contentione cum Germanis Fratribus sanctissimis, Farone, VValberto, & Farà, in studio perfectionis decertavit; cumque eidem felicissima aeternitatis bravium meruit. Extractus autem pro meritis vitae ad Pontificatum Laudunensem, in candelabro positus radijs sanctitatis, late & mirè resplenduit, Cathedralique suam aeternis meritis exornavit, cujus annis plurimis utilissime praefuit, & sub An. Ch. 640. sancto fine decessit. Ex Monim. Eccl. & Proprio Laudun. Flodoardo, Thuanò, Menardo, Chenu, Claud. Roberto, Severtio, qui eum Lugdunensi Ecclesiae praefuisse opinatur.

In Monasterio Blandiniensi, Sancti Gerardi Abbatis. Gerardus ob eximiam vitae integritatem, perfectionisque Monachicae singularem praerogativam, a praecipuo illo Monachorum fautore, Arnulpho Magno Flandriae Comite evocatus, Blandiniensi celeberrimo Cœnobio, sed a Monastico rigore, in licentiam Canonicorum prolapsus, praefectus est. Praefuit non luis solum feliciter, sed de Flandria universa meruit, in quem primævum Ordinis fervorem revocavit, & connitente Optimo Principe, cognato suo, octodecim Cœnobis amplissima praclare restituit. Fuit in summa omnium existimatione, de se ipso

humillimè sentiens, ita quidem, ut dexterrimè omnia gerens, ineptum se prorsum cuiuscunque rei existimaret, & honorem etiam Abbatialem à se abdicaret A. C. 953. quem tamen à morte æternis lamentis, sic Blandinium deploravit:

Obiit. 953.

Gandavum patrem, personam Gallia claram

Perdidit, Ecclesiæ magna columna ruit. &c.

Ardens & lucens, simul est extincta lucerna,

Epitaph.

Enituit multis millibus unus homo. &c.

Quid moror? octavo Septembris transit Idus,

Sol novus occasum sole ruente petit.

Ex Monim. Blandin. Ant. Sander. Iac. Meyer. Hagiolog. Flandr. Annal. nostr. Germ. t. 2. SS. Ord. &c.

B. Michael.

In Monasterio Hemmenrodensi Beati Michaelis Monachi, viri integritatis summæ, & pietatis eximiæ. Hic postquã diu oratione jejuniis & disciplinis, sed & ciliis, aliisque vitæ Monasticæ pœnalitatibus corpus attenuasset, & spiritui subiecisset, piis operibus clarus, animam sanctam benignissimo, cui semper detervierat reddidit Creatori: Post cuius transitum, cum Beatus Hembardus, in contemplationis positus dulcedine, subito super se raperetur, eundem Christi famulũ inter Choros Angelorum conspexit, vultu & habitu splendidũ, tantaque claritate circumdatum, ut solares radios suo fulgore superaret. Menolog. Cist. Chrysof. Henric. Casar. Heisterbac. t. 2. SS. Ord. &c.

In gloria apparet.

S. Ioan. Archiepiscopus.

In Gallia, Beati Ioannis Archiepiscopi Lugdunensis. Ioannes de Belesme, perillustri genere de Talvas, Guilelmo de Belesme Dynasta Alenconii, Pontinensi seu Ponticii Comite, matre Beatrice Varenæsi Comitissa natus est, Is vario Numinis sed diverso minimè ductu eò tandem animus adpulit, quo DEUS vocavit, summis calcatis honoribus, generosissimus. Nam Pictaviensis primum Ecclesiæ Cathedralis ornatus Insulis, ad Archiepiscopalem Narbonensiu postea euectus, Lugdunensis demum Archiepiscopus creatus, quin & pro vitæ meritis summi Pontificis Legatus renunciatus, tantos honores omnes sponte deseruit, ut cucullum mereretur. Meruit, & humilem in Clavalle monachum professus, & vere factus, ibidem vitam Angelicam duxit, & piissime obiit. Claruit. Anno Christi 1190.

Perillustre genus.

Varii & magni honores

Clar. 1190

Aegidius Bry. Rogerius Hovetken. Steph. Episc. Tornac. Claud. Robert. Ioan Chenu. &c.

Philippis in Macedonia, dormitio Venerabilis Aluifi sexti Cænobii Aquicinctini Abbatis, & post Atrebatensium Antistitis, viri eximiæ sanctitatis. Hic Monachus S. Bertini, propter raras animi dotes, ætate licet juvenis, ad Aquicinctini Cænobii regimen vocatus est. Ibi in plenitudine perfectorum, Aluifus, quasi quidam radius clarissimi solis non solum claritate illorum non minuit, verum etiam mirabiliter ampliavit, dum eorum probitate & industria adjuvatus, in plurimis Abbatis Ordinem reformavit, & dissolutos Monachos, etiam exterioribus armis coercuit, ut quos non refrenabat timor divinus ab illicitis operibus, saltem repræceter timor humanus. Sicque factum est, ut de fonticulo parvæ Insule Aquicinctinae, tota irrigaretur Religio hujus regionis. Insigne & memorabile constantiæ genus, quod ex Manuscriptis Codice ejusdem Cænobii Raiffius recitat: Fuit validissima columna Ordinis, quæ conflictationibus perverlorum à justitiæ rectitudine & rigore avelli non potuit, nec vanis eorum adulationibus concuti: Miles quidam, Rainorus nomine, possessiones Monasterii invalerat: quem Abbas Aluifus excommunicavit. Ille autem excommunicationem parvipendens, in tantum adversus Abbatem commotus est, ut ente districto, & minaci vultu, cum eidem in villam quandam proficiscenti semel obviaret, occidere voluerit. Fortasse tunc Sanctus vir Canonicas horas decantabat: quas nec interrumpere timore mortis sibi imminentis, nec infecutorem, saltem ad momentum respicere voluit: tam de DEI auxilio, quam de propria iustitia confusus. Cum vero eas explestet: Benedicite circumstantibus dixit, moxque conversus ad eum: Fuge, inquit, excommunicate, non te timeo, nec minas tuas Neque multo post horrendo DEI iudicio miles ille morte pessima scelus luit, & molestus esse desiit. Evectus ad Cathedram Pontificiam Atrebatensem, primo statim Pontificatus tempore, cives & urbem illam, merito insigni demeruit, cum mira sagacitate funestissima odia & seditionem sustulisset, in qua componenda Principes sæculi diu & frustra laboraverant. Demum Pater & Pastor, universi Francorũ exercitus, in expeditione Ierosolymitana ab Eugenio Papa constitutus, gloriosissimæ functioni gloriose immortuus, ad præmia æternitatis evolavit Anno Christi. 1148. Ex Manuscriptis cit.

V. Aluifus Episc.

Reformat Ord. multis locis.

Aquicincti laus.

Mira Abbatibus constantia.

Fit Episc.

Meritum insigne.

Obi. 1148.

Arnoldo

Arnoldo de Raiffe, Annal. nostr. German. &c. 2. SS. Ord. &c.

S. Faustus Abbas.

Syracûsis Sancti Fausti Abbatis. Fuit hic nonnullorum opinione ex primâ discipulorum Sanctissimi Placidi Protomartyris nostri in Sicilia propagine, Abbas Syracufani, conditi in honorem Sanctæ Lucie Virginis & Martyris Cænobij, qui Siciliam sanctitatis radijs merè illustravit Anno Christi 595. Octav. Cajet. t. 2. SS. Ord. Menard. &c.

Cl. 595.

Elevatio S. Humberti.

In Hannoniâ elevatio Sancti Humberti Episcopi & Confessoris, Abbatis Maricolensis, cujus sanctissimum corpus centum quinquaginta tribus post mortè

annis, ab omni corruptione ita alienum repertum est, ac si eodem die in Domino obdormivisset. Sed & lintamina, quibus fuit involutum, imo & herbæ, sive flores, quibus, dum sepeliretur, vestitus atq; ornatus est tumulus, tanto tempore nihil prorsus corruptionis contraxere. Aub. Miraus, Ioan. Molanus, Surius, Annal. nostr. t. 2. SS. Ord. &c.

Incorruptio mira.

Translatio.

Eodem die translatio Sancti Clodulphi Episcopi & Confessoris. Ex vita ejusdem, & t. cit. &c.

Item translatio S. Petri Tarentasiensis Archiepiscopi & Confessoris. De quo uberius die depositionis 8. Id. Maij.

VII. IDVS SEPTEMBR.

VII. Septembr.

E.

S. Clodoaldus. Regis Filius

In territorio Parisiensi Sancti Clodoaldi Presbyteri & Confessoris. Clodoaldus Clodomiri Burgundiæ & Aureliorum Regis filius, è primis fuit, qui purpuram cucullo, servitio CHRISTI, Regnum deliciasque omnes sæculi permutavere. Effulsit autem rarissimâ vitæ sanctitate, & insigni maximè animi demissione, verè spectaculum factus Deo & hominibus, cujus exemplo plurimi adducti, mundum florentibus annis, & rebus ad votum fluentibus, contemnere didicere. Professus est Monachũ in Monasterio Novigenti à se fundato, capillos sibi ipsi præscindens, in quo & sacrum ejus corpus requiescit, in hodiernam usque diem miraculorum gloria celeberrimum. Vocatur autem hodie locus Gallia Sancti Clou, à cæde Henrici III. Galliarum Regis toti nunc mundo notissimus. Claruit Clodoaldus Anno Christi 570. Et tantis quidem Sanctorũ splendoribus enituit, ut ob concursum hominum, sæpius locum mutare cogeretur, illico proditus fama sanctitatis, etiam cum S. Severino incluto Parisijs adhereret, à quo procul fugiens in Provinciam secessit, verum ibi quoque proditus, cum pauperi elemosynam roganti cucullum donasset, & ex ea veste nocturno tempore fulgidi radij explenderent, inde quoque profugit & Lutetiam repetijt, ubi perente populo Eusebius Episcopus ipsum Presbyteratus honore insignijt, qua dignitate indignum se ratus, iterum se subduxit, & prope Sequanam in antro quodam vitam sanctè exegit. Ex S. Greg. Turon. Claud. Paradino, Francisco Belloforestio, Elia Rensnero, Vincent. Belluac. Mombritto, t. 2. SS. Ord.

Fit Monachus.

Clar. 570.

Vestes splendissimæ.

& Annal. nostr. nec non Antorii de Iepes, Chron. &c.

VIGILIA NATIVITATIS GLORIOSISSIMÆ ET ADMIRABILIS MATRIS VIRGINIS BENEDICTÆ, per Sanctum Gregorium nostrum eo nomine II. Pontificem Maximum, instituta. Ex Annal. nostr. libr. de Cult. B. M. V. & t. 2. SS. Ora. &c.

vigilia Nativitatis.

Leodij Sanctæ Maldebertæ Virginis Abbatissæ Malbodiensis. Maldeberta sive Magdelberta, illustrissimo orta genere, patrem Vincentium Hannoviæ Comitem, matrem pari nobilitate Walde-trudem habuit, utrumque & rarâ vitæ sanctitate, & vitæ Monasticæ professione celeberrimos Principes; quorum virtutes, & institutum imitata filia, generosissimo periturorum bonorum contemptu, calcatis mundi hujus illecebris, solidioribus & sublimioribus animum adjiciens, in Cænobio Malbodiensi cucullum amplexa est. In quo tantis virtutibus excelluit, ut sanctissimis Antistitibus, Aldegundi materteræ, & sorori Alde-trudi, in Cænobij ejusdem præfecturâ succedere mereretur. Cui in omni sanctitate dignissimè & utilissimè præfuit: memorando in primis & peregrino ejusdem Malbodiensis Cænobij ornamento: Tres nimirum primas (præter frequentissimâ aliâs Sanctarum Virginum & ipsdem præfectarum copiam) pari & sanguinis & sanctitatis celebritate longè illustrissimas; fundamentum sanctitatis loco tam celebri posuisse: Claruit Maldeberta Anno. Ch. 612. cujus

S. Maldeberta V. Abb.

Illustrissimæ gentis.

Fit Monialis.

Abbatissæ.

sacrum corpus Leodij sepultum requiescit. Molan. in Addit. & Nat. SS. Belg. Franc. de Rosiers, Arn. Duac. t. 2. SS. Ord. &c.

Clar. 612.

Mori-

E. Ortho
Episcopus.

Genus lon-
ge illustriss.

Fit Mona-
chus.

Fit Episc.

Fundator
Episcopatus

Pramon-
strateses
demeretur.

Item Cano.
Regul.

Mortis
praescius.

Morimundi in Gallia Beati Othonis Episcopi, admiranda sanctitatis viri. Otho illustrissimi generis propago longè illustriſſima Sancti Leopoldi Austriae Marchionis filius, Henrici IV. Imperatoris ex Agnete filia nepos, Henrici V. fororius, Conradi Regis frater uterinus, Friderici I. patruus, potentissimorum Imperij Principum cognatus, Henrici I. Austriae Ducis, Leopoldi Ducis Bavariae, Conradi Salisburgensis Archiepiscopi, Sophiae Ungarorum, Gertrudis Boemorum Reginae, Heildae Burgundiae, Berthae Poloniae & Iudithae Montisferrati Principum frater germanus, tanti generis, tanteque cognationis contemptu longè gloriosissimus, tantis fortunae favoribus cucillum praetulit, & in Morimundensi Cœnobio sanctissimi Patris nostri Regulam, sub felicissimâ Cisterciensium nostrorum reformatione amplexus, *vera humilitatis & perfectionis Monasticae se exemplar exhibuit*, & pro insigni vitae perfectione ejusdem Sanctissimi Cœnobij Abbas tertius electus, cū sanctissimè aliquamdiu praestitisset, ad regimen Pontificatus Frisingensis post Henricum de Eberstorff evocatus, doctrina, pietate, morum gravitate, totam Europam mirabiliter illustravit. De Episcopatu autem Frisingensi multis nominibus & aeternū meruit: *cujus Ecclesiae non tam INSTAVRATOR, quam FVNDATOR extitit. Bona enim distracta recuperavit, collapsa Palatia & aedificia restituit, Religionem Monasteriorum reparavit.* Idem per insigni merito novam CHRISTI familiam Praemonstratensium, plurimum demeruit, eamdem amantissimè fovit ac promovit, Schefflariense, & eandem Novae-Cellae Monasteria, pro ejusdem Ordinis Religiosis condidit. Pari benevolentia Canonicos Regulares promotos voluit, & Schliertense à se restauratum Collegium eidem assignavit, plurimisque alijs beneficijs cū novam Canonicorum familiam, tūm Sanctissimi P. N. BENEDICTI vetustissimum Ordinem juvit atque exornavit. Denique *mortis propriae Divina revelatione non incius*, cum more solito ad sanctissimae Congregationis suae Capitulum, ut vocamus, iter suscepisset, & ex eo ad Cœnobium suum Morimundū se divertisset, gravi infirmitate pressus, in habitu Monachali, quem Episcopus nunquam deposuerat. Fratribus universis circumstantibus, inter acerbissimos eorumdem gemitus, sanctissima & felicissima morte decessit, & apud suos tā dilecto loco Fratres, ubi pridem mundo mortuus

fuerat, sepulturam meruit, Anno Christi 1159. De quo hoc ipso anno Baronius: *Moritur insignis virtutibus & doctrina Otho Episcopus Frisingensis, cujus ceptam Historiam prosequutus est Radevicus. Subduxit magna misericordia DEVS virum sanctum, ne in senectute sua, Schismaticorum communicatione infici posset, qui inharebat Imperatori. Ex monim. Eccle. Frising. Chron. Austr. Vet. Ioan. Cuspiniano. Robert. Bellarm. Baronio, Aub. Miraeo, Barnabas de Montalbo, Chrystoff. Henriq. Epitaph. Morimund. & ejusdem Cœnobij monim. & Genealogia, ubi germanus frater, supra dictorum Principum dicitur, ab aliis autem, nonnullorum frater uterinus existimatur.*

In Anglia Sanctorum Almundi & Gilberti Episcoporum. Fuit uterque pro eximiâ vitae dignitate à Cœnobii sacro & negotioso otio ad labores Episcopales extractus, & Haugustaldensis in Northumbria Pontificatus infulis exornatus, quem honorem egregiâ sanctitate & meritis quisque plurimum exornavit, & aeterni sui relicto desiderio ad aeterna gaudia ascendit. Quorum res praclare gestas temporū injurijs deperisse haud leviter est deplorandum. *Ex diversis rer. Angl. script. tomo 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Heisterbacensi, Beati Christiani Monachi, insigni vitae sanctitate illustris. Hic juvenis licet aetate, corpore infirmus, sed vitae sanctimoniam praecipuus, & Angelorum, & Reginae eorundem Augustissimae Matris praesentia perfrui meruit. Eum, pro nimia & diuturna infirmitatis molestia cum à Chori laboribus, & matutinis maximè Horis eximium Abbas vellet, nunquam tamen nisi coactus ille abesse voluit, seu Choro exivit, imo ubi vires non nihil collegisset, mox redijt. Alloquutus eam ob causam aliquando Henricus postea Abbas Christianum, familiaris dilectum, his verbis compellavit: *Bone Frater Christiane, vos frequenter nobis exponitis debilitatem capitis vestri, & tamen non vultis ubi gratia vobis indulta? Respondit vir sanctus: Non possum manere; stans enim extra Chorum, & alios psallere audiens, quia intrare non licet, corde crucior, & quod recordor consolationum, quibus DEVS inter illos letificat animam meam.*

Acceptit verba Henricus, & pro singulari amicitia adjurans amicum, extorsit denique, ut fateretur, Angelorum praesentia & intuitu, quin & Regum Regis, se recreari. Fuit & illa rarissima gratia, & insignis merito argumentum, cum ex manibus ejus, caele-

Moritur A. C. 1159.

SS. Almundus & Gilbertus Episc.

B. Christianus.

Exemptus ab Horis Can. non vult.

Causa mira.

Regem Regum sepe intuetur.

Rara gratia.

caele-

Illustratur
revelationibus.

Plurimi SS. & BB. principes.

Henricia -
nū schisma.

Canobia
florentissima.

A. C. 1083.

Multitudo
cucillum
ambientium.

caelestis & mira aromatum fragrantia prumperet, sic ut haud immerito, cū sponsa, cujus membrum erat, exclamare posset, etiam ad litteram: *Marus mea, si ille videntur myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima*, quā tamen fragrantia, dū cibo corporali trueretur, redolere semper desijt. Denique multis revelationibus illustratus, egregijs virtutibus insignis, atque gravissimis infirmitatibus, intensissimisque doloribus afflictus, mirum patientiae exemplum, horā & die divinitus revelatis, pijsimè in Domino obdormijt. *Cesar. Heisterb. Guido Clar. vall. Ang. Manriq. c. 2. SS. Ord. &c.*

In Germaniâ Commemoratio, plurimorum egregiâ sanctitate Principum, ac procerum, qui tempore Henricianae persecutionis, fautorū ejusdem, adversum DEI Ecclesiam scelera, detestati, salubri periturorum fastidio, conversi ad aeterna, atque è tristibus saeculi & luculentis emergentes procellis, solatium & salutem, in portu Religionis quasiere. Quorum ingens sanè copia fuit, eoque in primis tempore, quo Respubl. Christiana perturbatissima fluctuabat, reaccensis novo fervore ac splendore Monachorū studijs, primæva passim disciplina & sanctitas restoruit, cum optimis quibusque cucillum exam-bientibus, incredibili penè numero diversis passim provincijs seu nova Cœnobio condicerentur, sive vetustiora sumo splendore restituerentur. Ut enim Fuldense, Corbeienſe, Augiensè, Einsidlèſe, Veingartenſe, aliaqua quamplurima taceam, quæ hoc ipso tempore virorum illustrium copiâ copiosissima fuere, dignissimum admiratione & memori aeternitate videtur, quæ ad A. C. 1083, Bertholdus Constantiensis, fide dignissimus & laudatissimus scriptor, de tribus solum Germaniæ Cœnobij Hirsaugiensium nimirum, Sancti Blasii in Hercinia, & Schaphusenſi ad Rhenum commemorat. Ad quæ, inquit Monasteria, mirabilis multitudo nobilium & pru-

dentium virorum hâc tempestate in brevi confugit, & depositis armis Evangelicam perfectionem, sub Regulari disciplina exequi proposuit, tanto inquam numero, ut ipsa Monasteriorum aedificia necessario ampliarint: eo quod non aliter in eis locum comanendi haberent. In his itaque Monasterijs, nec ipsa exteriora officia per saeculares, sed per religiosos Fratres administrarunt; & quanto nobiliores erant in saeculo, tanto se contemptibilioribus officijs occupari desiderant; ut qui quondam erant Comites & Marchiones in saeculo, nunc in coquina & pistrino Fratribus servire, & porcos eorum in campo pascere, pro summis computent delicijs. Ibi nempe, & porcarij & bubulci, praeter habitum iidem sunt, qui Monachi. Tanto autem charitatis fervore omnes ardent, ut quilibet eorum non tam suum, quam aliorum desideret profectum, & in exhibenda hospitalitate, infudant tam mirabiliter, ac si perdidisse existiment, quidquid pauperibus Christi, & hospitibus non erogaverint. Huc usque Bertholdus cit. ut de Sanctorum copia, quorum nulla omnino ex nomine, in longè pluribus ejusmodi, hoc ipso solummodo tempore Cœnobijs, facile omineris. *Ex Annal. nostr. Bened. Aquila Bened. Annal. Germ. t. 3. Const. Bened. &c.*

In Monasterio Clarae-vallis B. Humberti Abbatis Igniacensis. Hic Monachū primò in Casâ DEI professus, postea Prior Clarae-vallis, inde primus Igniacensium constitutus Abbas, vitae exemplo mirificè effulſit, cujus rarissimum illud celebratur: *quod vix in eò aliquis otiosum, non dico verbū, sed nec motum aliquem advertere posset inspetor quantumlibet curiosus.* Is demum Clara-vallem reversus, in sumâ sanctitate felicissimam vitam absolvit, quem pro meritis maximi Mellissius Doctor noster fecit, & scriptis suis illustravit. *Epist. 141. Gonzal. de Sivia, Henriq. &c.*

In Monasterio Metensi, Beati Vthonis primi ejusdem loci Abbatis,

Coqui, pistrino, & bubulci Principes.

Charitas.

Hospitalitas mira.

B. Humbertus Abb.

S. Vtho Abb.

VI. IDVS SEPTEMBR.

VIII. Septembris.

F.

S. Corbinianus Episcopus.

Nobile genus.

Frisinge, Sancti Corbiniani, primi eiusdem civitatis Episcopi, qui à Gregorio II. Pontifice ordinatus, & ad praedicandum Evangelium missus, uberes fructus in Gallia, & Germaniâ retulit, ac demum virtutibus & miraculis clarus in pace quievit. Corbinianus ex Melitonensi regione, vico qui Castrus dicitur Waldekisio patre, matre Corbinia-

na, & generis nobilitate, & opum affluentia praestantissimis natus est. Fuit in pueritate, puerile nihil, adeo ut magnos & perfectissimos Monachos jâ tunc æmulari videretur, cū jejunia, vigilijs, orationis assiduitatē in praecipuis haberet, donec non multo post, moras omnes abrumperet, & paratib⁹ mortuis, distributisque in pauperes amplif-

Puer sanctus.

amplissimis opibus, Inclusionum nostrorum sanctissimum sectatus Institutum, prope Divi Germani ergastulo se arctissimo, velut verè mortuum sepulchro. *Monacho - rum pater.* Postea Monachorum Magister, uti perfectissimos educavit discipulos, sic perfectionis ipse norma, admirandus per omnia effulsit, & rarissima miraculorum gloria honorari à DEO meruit. Ea inter illud maximè imagini ejusdem pro insigni adjicitur; quo Romam profecturus ursum ferocissimum, qui clitellarium ejus equum dilaniaverat, bene prius flagellis pro admisso scelere concisum, sarcinas ferre cogerit, & toto secum itinere circumduxit; furem item, qui mulam ejus abduxerat, prodigiose in aula ligavit, quem mula per densissima veprea, & virgulta effusissimo cursu circumductum, rigidum contractum & semianimum atque pessime lacerum, viro DEI adduxit, qui ex tergore mulæ depositum, sanum surgere jussit, & confitentem reum ac terio poenitentem impune dimisit. Eum Sanctus Gregorius II. Romam venientem summa cum honoris significatione excepit, & invitum ac reluctantem Episcopum, & gentium Apostolum ordinavit. Meruit deinceps per Galliam universam Corbinianus assidua verbi Divini prædicatione, & in Germaniam usque excurrere in Norico demum confedit, aliaque inter præstantissima merita, celeberrimam Cathedram Frisingensem erexit, eique primus Episcopus egregia vitæ sanctitate præfuit, cujus etiam principem Ecclesiam, raro exemplo, Admirabilem Ordinis nostri parentum, Augustissimæ Cœlitum Imperatricis & Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDECTI NOMINI & honori consecravit, ac lectissimo Cathedralium Monachorum Collegio instruxit. Celebratur in primis verè Pontificis magni Apostoli nostri constantia, quæ vultum Principis, de se optimè meriti, minimè reveritus, Grimoaldo Bojorū Ducis cœdissimum libidinis scelus, liberrimè exprobravit, donec dimissa Piltrude defuncti fratris conjugē, facti poenitens, ad Episcopi pedes supplex accideret, & gratiam exoraret, qui in gratiam Corbiniani Frisingensem Cathedram liberalissimè locupletavit, & amœnissimo terrarū tractu donavit. Nec potuit tantum apud sanctissimum Pontificem, amantissimi Principis liberalitas, quin relapso in scelus idem Principi interitum prædiceret, & enixissimè rogatus redire, prorsum renue-

ret, donec Hucberto imperantē, ab eodē summo cum honore revocatus, ad Ecclesiam reverteretur. Mortem denique sibi imminere sentiens, lotus rasusque sacram vestem induit, & sacro factō, Mysterijsque Divinis perceptis, cum domum reversus vinum poposcisset, eo vix gustato, & fronte cruce signatā, extremum spiritum, nulla cum doloris significatione reddidit. Cujus sacrum corpus, post dies triginta repertum est integrum, dormienti similis quā mortuo, cui moto, (stupenda res!) calidus de naribus sanguis fluxit. Vila & ad ipsum candida funalia tanto splendore exardescere, ut diem vincere crederentur, mira in super odoris fragrantia nares omnium perfundente. Ob quæ & ingentia alia merita ac miracula, Ecclesiæ & Pōtificatus Tutelaribus cooptatus est. Rarius illud & in primis memorandum, regularis observantia, & sacri silentij dignissimum studium, inter alias ejus virtutes copiosissime à diversis descriptas, ab Orthone Frisingensi commemoratur: Vindemiarum tempore, dum quidam vini primitias illi obtulisset, multi fervescens impetus spinam vasis excussit. Sed vir DEI Regulare silentium nolens frangere violare, famulis quidem hoc indicare distulit, orationibus tamen vinum ne inutiliter efflueret cohibuit. Quam spinam, inquit Aribone Episcopus, Frater Ansericus, ad introitum cellæ excussam reperit, & tollens, atque ad vas accedens, nec guttam quidam effluxisse deprehendit. *Ex Vita Manuscript. & impressa monim. Ecclesiæ Frising. Orthone Fris. Aribone Episc. Iac. Grefsero, Velfero, Irrenico, Hundio, Stengelio, Annal. nostr. & Aquila Bened. &c.*

Roma Sancti Sergii eo nomine primi Pontificis Maximi. Sergius Tyberij filius, Antiochenus, Syrus, Panhormi in Sicilia ortus, ex Monacho Congregationis primæ Italicæ S.R.E. Cardinalis T. Sanctæ Sultannæ à Cunone Papa creatus, postea, Divino Spiritu Clerum populūque ad ejus electionem permovente, alijs de Pontificatu altercantibus, miro consensu electus, è media turba humeris sublatus, & in Patriarchiū deportatus, plebis auxilio, imo ejusdem potius, qui electioni aderat Spiritus virtute, incurfu de Schismaticis triumphavit. Fuere ingentia Sergii nostri in omni Pontificatu merita, atque illud in primis perinsigne, quo Augustissimæ Cœlitum Imperatricis honori consulens, etiam frendente Cæsare Justiniano Virginem

Ad mortem se comparat

Incorruptio

Miracula

Silentii studium

Insigne miraculum

S. Sergius I. Papa

Electio miranda

nem *Deordnoy* contra impiorum conjuratam assertionem propugnavit, & supremum Vitæ discrimen adiit, quando sanctis impijs Pseudo-Concilio Constantinopolitani constantissimè se opponens, Cæsari, ut approbaret, enixè petenti, ac dein extorquere paranti, nullo modo acquievit, quin & celestissima decreta rescidit, & anathematizavit. Miranda tunc maximè ejusdem sanctissimi Pontificis in juratissimum hostem pietas, quando Protospatarium ejusdem Iustiniani, ad se capiendum missum, jam jam ab Exarchatus Italici militibus, qui propugnaturi Sergiū contra Cæsarem confluerant, contrucidandum, ab eorumdem & populi furore liberavit, quin & lectulo suo absconditum fovit, & clanculum ad Imperatorem remisit. Ad exornandam postea Urbem conversus, incredibili sumptu Basilicas passim restituit atque exornavit. Multa præterea sanctè atque æterno cum fructu constituit: ea inter, ut *Agnus Dei* in fractione Domini Corporis caneretur, & ut Litaniam quotannis per Urbem die Annunciationis Deiparæ dicerentur, decrevit. Illud etiam perillustre meritum fuit: quando Ecclesiam Aquileiensem quintam Synodum non omnino approbantem, ad sanitatem doctrina & auctoritate sua tandem perduxit, & ut nonnulli volunt, primus ipse prædicatores ad conversionem Saxonum destinavit. Quibus, tot meritis alijsque insignis vir sanctissimus, cum sedisset annos 13, menses 8, dies 14, ordinassetque per diversas provincias raro exemplo Episcopos nonaginta septem 6. Id. Sept. sanctissime decessit, sepultus magno funere & splendore in Basilica S. Petri, collachrymantibus præ dolore omnibus, & communem omnium parentem lugentibus. *Ex Anastas. Platina, Panvino, Monument. Cænobii Mantuani, Illesca, Bugiano, Annal. nostr. & t. 2. Sanctorum Ord. &c.*

Corziæ depositio Venerabilis Agilramni ejusdem loci Monachi. Agilramnus, sive Agilramus Tullensis primum, Metensis dein Ecclesiæ Primicerius, nobilitate generis & opibus præstans, relicto sæculo Christi militiæ, in Gortziensi Cænobio, sub Einoldo Abbate, loci restauratore, nomen dedit. Monachici primum impatiens rigoris, è claustris discessit, sed reductus è Fratribus, errore gravi poenitentia diluit. Abstinentiæ studiosissimus, pulticulis è farina contentus fuit. Vila quæque Cænobii munia alacriter obiit. Vigiliis Nocturnas, oratione prævenit. Silentii rigidus observator, post Synaxin

Deipara honoris propugnator.

Constantia ejus.

Pietas in hostem.

Decreta.

Aquileiam gravi errore liberat.

Mortuus.

B. Agilramus

Poenitentia ejus.

Fratrum comunem, turgurio se suo, quod prope sepulchrum Beati Godefrani Metensis Episcopi ædificatum ipsi erat, condidit, crebrisque lachrymis, & genuflexionibus diei noctisque reliquum transiegit. Non multo ante obitum nocte quadam, incertum, quid Divini audiens, hæc in fenestra turgurii exaravit verba: *VII. Id. Septemb. somnari memorituum, neque multo post febre correptus, mense amplius lecto, sine cibi usu decumbens, solam nonnunquam frigidam admisit; eoque quo scripserat die vivis excessit; hac autem die sepultura honoratus est. Vifus sub obitu horam, dormiente cuidam Senonensis Cænobii ad Vogesum Monacho, qui præciperet: Campanas pulsaret; quia Dominus Angilramus modo è vita discessisset. Attoniti autem intempesta pullatione Fratres, cum fidem tunc narranti denegassent, triduo post, ipsam rei veritatem fuisse, edocti sunt. Hugo Menard. ex MS. Cod. Gortziensi, t. 2. SS. Ord. &c.*

Donum lachrymarum.

Prædictio mortis.

Vifio cuiusdam.

B. Alphonfus Conversus.

In Clara-valle depositio Beati Alphonfi Conversi, natione Hispani, qui in Sancta MARIA de Oya humilibus & abjectis se ministeriis exercens, ad totius perfectionis culmen pervenit, & tandem in Clara-valle, prout votis omnibus exoraverat, & eo aliquando contendens, sancto loco conspecto Deum exoraverat exultans & laudans, in ipsa Deiparæ gloriosissima Nativitate in Domino obdormiit. *Lib. Vir. Illustr. Cist. Menol. Cist. Chrysofom. Henric. Phil. Sequin. t. 2. SS. Ord. &c.*

Namurci Beata Vdæ Reclusæ. Hæc Contemplationis studio in sublimè elata, adeo Numinis dignatione honorata est, ut multa ipsi secreta revelare dignaretur, è carcere a. voluntario ad libertatem filiorum Dei & Regni æterni evocata dives meritum mortalitatem exiit, & præmia Beatorum percepit. *Cæsar. Heisterb. Chron. Vill. Henr. t. 2. SS. &c.*

B. Vdæ Reclusa.

In Monasterio Blandiniensi obitus P. F. Francisci de Helfault, alias Daurolt, Abbatis meritissimi. Fuit hic præcipuè in Artesia nobilitatis, vir omnium humanissimus, de quo omnium ea existimatio erat, quod quisquis cum illo ageret, non nisi contentus, hilaris, sibi gratulans recederet. Fuit omni virtutum cultu exultissimus, eaque de causa Philippo Hispaniarum Regi commendatissimus, primus Gandensium Episcopus nominatus. Verum, quia erat animi modestia, & humillime de se sentiens, pulcherrimo postremæ ætatis exemplo, provinciam humeris etiā Angelorum metuendā, modestè & constanter rejecit, & cucullo

P. Franciscus Abb.

Episcopatum recusavit.

contentus suo, operam & studium omne, sui Cœnobii, Fratrumque comodis, religiosissime impendit. Fuit studiorum ac studiosorum præcipuus Mœcenas; cultor autem Beatissimæ Matris Admirabilis devotissimus per quam obtinuisse precibus videbatur, ut ipsa ejus solemnibus

tali, sub ejus patrocinio, vita defungere- tur; An. Ch. 1567. cum Cœnobio Blandi- niensi annis undecim præfuisset, ante eam dignitatem, à multis aliis ad diversorum Cœnobiorum regimen expetitus, & præfectus. Ex monim. Gandan. Ant. Sander. Annal. nost. t. 2. Sanctorum Ord. &c.

QVINTO IDVS SEPT.

IX. Septembris.

F.

S. Audomari Episcopi. In territorio Tarvanensi, Sancti Audomari Episcopi. Is haud procul Constantia, in Valle quæ dicitur Aurea, Friulpho patre, matre Domita genitus, nobilitatem generis, moribus expressit, virtute superavit. Monachum Luxovii professus, eo quoque ejusdem propositi studio patrem accendit, qui in eodem Cœnobio nostris accensus, pari cum filio progressu in studio perfectionis defudavit. Audomarus postea, ob sanctitatis celebrem famam Dagoberto Regi commendatus, & Cœnobio extractus, in vitus & reluctans renunciatus Episcopus, & præesse Morinensibus coactus est. Quo in munere ita se gessit, ut Christi non solum gregem bene curaret, sed & numero atque meritis ad- augeret, insigni miraculorum gloria, admirabili vitæ exemplo, & felicissima prædicationis energia, longè lateq; profligata Idololatria, & inanium Deorum, lucis, simulachris, & templis funditus everfis, Magni Tarvanensium Apostoli, gloriosissimum nomen consequutus. Fuit Beatissimæ Matri Virgini plurimum addictus, cujus honori celeberrimam Basilicam in Sithiu extruxit. Porro devexa jam ætate, utroque oculorum lumine orbatus, tanto felicitus Divina contemplatus est, quanto minus terrena in omni ætate circumspexerat. Cum autem Elevationi S. Vedasti cum aliis Episcopis, cæcus licet interesset, & meritis Vedasti, insigni miraculo, videndi facultatem recepisset, tantum abest, ut ea gratia sit exhilaratus, quin potius agrè admodum tulerit, utq; pro patientiæ exercitio, ut oculorum denovo usu privaretur, oraverit, & exoraverit. Oculos siquidem, ut Virgineæ puritatis proditores & hostes, iusto prosequutus odio, cum illius amore, devotissimus Virginum Virginis cultor tantopere teneretur, ut graviore aliquando tentatione carnis appetitus, Sanctissimi Patriarchæ nostri exemplum memoria secum repetens, & repetito revocans factis, digno tanto Patre filius, & ipse in urticas & sentes præceps, nudo se corpore projiceret, &

tandiu volutaret, donec gloriosissimo triumpho victor, demonis deinceps & Inferi universi fraudi & potentia formidandus, inde emergeret. Sub mortem, ad limina Ecclesiæ, debilis quantumvis progressus, perceptusq; sacris Mysteriis domû reversus, inter caelestem odoris fragrantia suavissimè expiravit. Vti vivus, sic mortuus miraculis insignibus celeberrimus fuit; quorum alia inter rarum illud, at decantatissimum, quo reus quidam ad supremum raptus supplicium, implorato Audomari patrocinio, & promissa occultè melioris vitæ fruge, solutis prodigiosè in oculis omnium compedibus & catenis, applausu & consensu omnium impune dimissus est. Sed & illud, ut solatii plenum, sic frequentissimè, quando, Fratrum Monachorum suorum, etiam à morte tam diligentem perpetuo curam habere visus, omnia ipsorum prodigiosè defendit, & si quis quidquam subtrahere ausus est, ulciscente Audomaro, illico & graviter luit, quale illud fuit, cû puerile etiam furtum, pueri in Vineas Cœnobii ingressi, & uvas aliquot auferentis severe ultus est, cû illata in sinum manus ut uvas extraheret illico obriguit, & os retro contortum, ac lingua obmutuit, donec aliis pro puero oblatis muneribus, & precibus fufis, miser liberatus est. Adeo omnibus deinceps perterrefactis, ut nemo ne gramina quidem Audomariensium, contingere, nedum Vineam injussus ingredi præsumerit. Accrevit non multo post Cœnobio oppidum, ab ipso loci & Tarvanensium magno Tutelari & Apostolo, Sancti Audomari (sint Omeer) appellatum, hodie celeberrimum, de quo tanta contentione, hoc ipso tempore dum hæc scribimus, Hispani, cû Gallis Hollandorum rebellium & Hæreticorum auxiliariis, multorum millium cum mortalium cæde contendant. Obiit Sanctus Audomarus noster Ann. Christi 661. sive, quod alii volunt Ann. Christi 695. Ex Folcardo Bertinensi, Bucherio, Baronio, Iepeso, Molano, Annalib. nost. German. & Bened. nec non Aquila Imp. Bened. &c.

Obiit 1567.

Movitur.

Insigne miraculum.

Fratrum suorum à morte curas.

Vltio divina.

Sint Omeer.

Obiit 695.

In

Deipara cultor eximius.

S. Audomari Episcopi.

Ch. patre sit Monachus.

Fuit Episc.

Miracula.

Apostolus Tarvanensium.

Cæcus.

Cæcitatem denovo exoravit.

In Vepres nudum se abjicit.

S. Queranus Abbas. In Scotia Sancti Querani Abbatis. Ita hac die Martyrologium Romanum, Baronius, Galefin. Vsuard. & nostri omnes. Vitam tamen sancti hujus Abbatis necdū vidim9. **B. Odo S. R. E. Card.** In Gallia, Beati Odonis S. R. E. Cardinalis, Hic in Cœnobio Vrficampensi cucullum amplexus, & ob vitæ merita sextus ejusdem loci Abbas effectus, cum ob virtutis juxta atque eruditionis præstantiam celebris haberetur, à summis Principibus magni factus, ad diversos honores expetitus, eminentissimo demum Purpuratorum Patrum Collegio accensus, à Ludovico IX. Galliarum Rege religiosissime ad amaretur, cum eodem in Palesthinam profectus, & Legatus summi Pontificis renunciatus, fidem & zelum vere Apostolicum, in conversione infidelium, prædicando, disputando, docendo, scribendo, orando, omnibus patefecit, suamque operam Romanæ Ecclesiæ multis rebus præclare gestis insigniter comprobavit. Tandem autem meritis locuples, ad beatorum in cælis Collegiū, gloriosus discessit. Claruit An. Ch. 1248. Abrah. Bzovius, Phil. Seguin. Chryf. Henr. Menol. Cist. to. 2. SS. Ord. &c. **S. Nudumarus Episc.** Eodem die natalis Sancti Nudumari Episcopi & Confessoris. Hic ex lectissimo Sanctorum promptuario, Luxovien- sinimirum Cœnobio depromptus, & ad Cathedram Episcopalem evectus, Tornacensium Pontificatum, admiranda vitæ sanctitate plurimum exornavit, & de amplissima provincia æternum meruit. Andreas Bamberg. quem suspicamus MS. errore orthographico deceptum Nudumarum pro Andomaro, Episcopum Tornacensem pro Tarvanensi legisse; præfertim cû inter Tornacenses Episcopos Nudumarum neminem, neque confinem nomini huic reperiamus. **S. Anastasia Abb.** Treveris in Monasterio quod Horreū dicitur, depositio Sanctæ Anastasiæ Virginis & Abbatissæ, quæ, teste Trithemio, fuit conversationis sanctissimæ, multisq; clara effulsit virtutibus, cujus hac die festiva memoria celebratur. Trith. Francisc. Iuanez. Annal. Trever. VIIon. tom. 2. SS. & Annal. nost. **S. Boyfilus.** In Monasterio Mailrosensi, Sancti Boy- fili presbyteri & Confessoris. Fuit hic celeberrimi Mailrosensis Cœnobii, Monachus primum, ex in Præpositus, à sanctissimo Eatta Abbate, Lindisfarnensis postea Ecclesiæ Episcopo, constitutus: magnarū, inquit Ven. Beda noster, virtutum, & Prophetici spiritus sacerdos, à sanctarum scriptur a-

rum scientia, & bonorum operum exemplis celebratus; de circumjacentibus a: provin- ciis optimè meritis, quorum populos, ad erratica, idololatriæ medicamina recur- rentes, & stultis consuetudinibus, in gra- vissimos errores, & vitiorum præcipitia prolapsos, assiduis discursibus, & multo Apostolicæ prædicationis labore, ad viam mandatorum Dei sedulo revocavit. Obiit deniq; vir Sanctus, plenus meritorum & virtutum, cû exactissimum laborum suo- rum æmulatorem & successorem, disci- pulum ex universis lectissimum, magnū illum Cuthbertum reliquisset. Ex Ven. Beda, Edovardo Mayhevu, & div. rer. Angl. script. t. 2. SS. Ord. Araucæ in Lusitania Beatæ Violantiæ, ibidem Monialis & Abbatissæ. Hæc ab ipso conversionis exordio, ad felicem usq; vitæ consumationem, indefesso studio Di- vinis laudibus interfuit, ubi proprios defectus & proximorum crimina, continuis lachrymarum imbribus deplorabat, & Salvatoris nostri durissimam passionem assidua contemplatione recolebat. Cum- que summa cum prudentia & mansuetudi- ne, gregem sibi commissum per aliquot an- nos gubernasset, magna cordis jubilatio- ne ex hac vita discessit: ex cujus tumulo suavissimus odor emanat; & multi diver- sis infirmitatibus oppressi, se supra ipsius sepulchrum projicientes, & beatæ femine auxilium implorantes, ex ipso loco, sani- tati restituti surrexerunt. Fuit perillustri familia de Castro oriundæ, cujus tamen ætatem necdum indagavimus. Menol. Cist. Chrysof. Henr. Bern. de Brito, &c. In Bethnei, quam villam, recentiores Stadfort nominant, S. Bertellini Eremitæ & Confessoris, cujus vitam Alexander Prior Essebiensis, scripisse memoratur. Ita nostri. In Monasterio Augustissimæ Cælitum Imperatricis celeberrimo Montis-Serra- ti, Comemoratio insignis, omnium San- ctorum ejusdem loci Abbatum, Mona- chorum, & ex his lectissimorum ejusdem lacratissimi Montis Eremicolarum, quo- rum ad hanc postremā usq; ætatem Dei- parentis perpetuo & singulari beneficio, ingens copia locum illum mirificè beavit, & illustravit; adeo, ut haud immerito, in multitudine Sanctorum detentionem suā esse, quibus nimirū ipsa cum filio suo mirabilia operetur, ipsa etiā fateatur, & clientibus suis tanta charismata & dona impetrat, quibus ipsi de universo mereantur, & innumera omnino multitudinē mortalium (multis

Apostolicus ejus labor.

Magister S. Cuthberti.

S. Violantia Abb.

Fragrantia mira à tumulo.

S. Bertellin.

SS. & BB. Montis serrati.

Deipara beneficia.

Merita no- strorum.

millibus ferè quotidie eo confluentibus, cælo afferant & lucentur, vel ipsa quidem maximi nominis apud Hæreticos virorū, simulata religione eo divertentium, confessione, qui Europa universa lustrata, fitebantur sponte, se & loci, & Monachorū ibidē captos, & quasi fascinosos reverentia, vix inde discedere potuisse, & siquidē concedendum foret: viros Sanctos in terris degere; se de illis Monachis ut credāt, facillimè persuadendos, quorum è moribus, ac vultu, tantum in oculos suos gratiæ, tantū in corda reverentiæ sese infudisset. *Ex Annal. nostr. Relatione fide dignorum, & ipsorummet Hæreticorum, Iepes, &c.*

Canonizatio S. Silvani Eodem die Canonizatio S. Silvani Monachi Claræ-vallensis per Cælestinum Pont. Max. *Menol. Cist. Chryf. Henr. &c.*

Translatio Merbecca translatio Sanctarum Ber-

QUARTO IDVS SEPT.

X. Septembris.

S. Theodardus Episc. **L** Eodii in Belgio, S. Theodardi Episcopi & Martyris, qui animā suam posuit pro ovibus suis, & post mortem miraculorum gratia illuxit. Theodardus, claro imprimis stemate natus, magnū gloriæ & sanctitatis pondus Ecclesiæ Gallicanæ attulit. Adolescens voluptates omnes mundi execratur, repudiatis amplissimis opibus, Monachū professus, ita paulo post virtutem suam omnibus probavit, & comūni omium assensu applausuq; Abbas eligeretur. Postea autem, S. Remaco Tungrensi Episcopo impetrante, succedere in Episcopatu coactus, sedem illam ingentibus meritis, & præcipua vitæ sanctitate æternum demeruit. Sed mortuo Sigeberto Rege, prævalente per Gallias impietate, strenuè Ecclesiasticæ libertatis vindex Theodardus, ab invaloribus bonorum Ecclesiæ suę interceptus, crudelissimè trucidatus, dilaniatus & minutatim concisus est, ad cuius sacrum cadaver, duo mox luminaria, Angelico ministerio allata sunt, innumeris deinceps miraculis merita tanti Pontificis ac Martyris comprobantibus. Cujus sacrum corpus, Sanctus Lambertus noster, Theodardi in Pontificatu successor multo auro atq; argento redemptum, suo cum honore Leodium transtulit, & cū hymnis a claudibus, competenti Martyribus triumpho & tumulo honoravit. Passus est A.C. 658. *Ex Sigeberto Gemblac. Trithem. Annal. nostr. Germania, & Benedict. t. 2. SS. Ord. & Aquila Imp. Bened. &c.*

Obiit 658.

S. Salvius Episc. In civitate, Albigenfi Sancti Salvii Episcopi & Confessoris. Salvius mirificæ sanctitatis

lendis, Celsæ, & Nonæ Virginum. *Ioan. Molan. & nos. &c.*

Parisiis depositio Ven. P. F. Guillelmi Monachi Fulienfis. De eo sic Carolus à S. MARIA Prior Parisiensis: Guillelmus à S. Genovefa Parisinus, egregius verbi Dei concionator, in multis provinciis claruit; maxime in Normannia alter Apostolus, & Sanctus à populo habitus est, potens opere & sermone, ut sæpè relictis templis in ipsis compositis, cæmeteriis, & campis, exstructo aliquo suggestu per alto, vel in aliqua arbore conscendens, apud confluentem maximam multitudinem concionaretur. Qui etsi plurimas Christo lucratus sit animas, pro sua rara humilitate, post concionem habitam, timens ne indignè verbū Dei seminasset, apud se conquestus lachrymabatur. Obiit Parisiis 9. die Sept. A.C. 1624. *Ita script. cit. & nos. t. 2. Sanct. Ord.*

Ven. Guillelmus.

Alter Apostolus.

Obiit 1624.

vir, Divinarum & humanarum rerum scientia inclutus, animum ad Iudicialis primum fori negotia applicuit, multoque tempore Iuri dicundo, cum aliis Iudicibus præfuit. Verum sæculi deinceps salutari ductus fastidio, cucullum amplexus, pro vitæ meritis paulo post Abbas delectus, mira excelluit sanctitate, & insigni maxime demissionis studio exsplenduit, quo, cum primus omnium esset, minimum se reputaret, & cunctis velut minister inserviret. Ejusdem humilitatis impulsu, & contemplationis juxta illicite dulcedine, abdicato denuo honore, in angustam se cellulam abdidit, & insignibus miraculis effulsit. Exhaustus febre, & ad extrema deductus, effuso cælitus in cellam qua decubuerat, immenso splendore ac luce, extensis, ad cælum manibus, cū gratiarum actione spiritum exhalavit, insigni cælitū gratulatione exceptus, & ad felicissimæ æternitatis palatia deductus; ab ipsis gloriosissimis Martyrum & Confessorum turmis, summa cum reverentia salutatus, cum subito voce & jussu Divino reverti unde venerat jussus; his verbis, est: *Revertatur hic in sæculum, quoniam necessarius est Ecclesiis nostris.* Ex quo, de tanti viri præstantia facile sit ominari. Prorupit in lugubres haud immerito, his auditis Salvius, & prostratus, ac diffluens lachrymis: *Eheu Domine, inquit, cur mihi hæc ostendisti, si ab his frustrandus eram? Ecce hodie ejicis me à facie tua, ut revertar ad sæculū fragile, & huc ultra redire non valeam. Ne quæso Domine auferas misericordiam tuam à me, sed deprecor,*

G.C.

Fit Abbas.

Abdicat honorem Abb.

Moritur.

Dei ipsius de Salvii meritis sententia.

Promissum Numinis. *precor, ut permittas me hic habitare, ne illuc decidens peream.* Respondit Dominus: *Vade in pace; ego enim sum custos tuus, donec reducam te in hunc locum.* Et ecce stupenda res, complorantium ad feretrum ejus Monachorum lachrymis & precibus reditus, revixit, & admirabili denuo sanctitate vitam duxit, donec summis Albigenium votis expetitus Cænobio extraheretur, & eorumdem Episcopus consecraretur. Fuit, inquit S. Gregorius noster Turonensis, magnæ sanctitatis, minimæque cupiditatis, aurum nunquam habere volens. Quod si forte coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat. Hujus tempore, cum Muñolus Patricius multos captivos ab ea urbe duxisset, prosequutus ille (ô verum ovium pastorem!) omnes redemit. Tantamque ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit, ut ipsi etiam qui captivos duxerant, & de pretio ei concederent, & iniquum minuerent. Sicque patriæ suæ captivos libertati pristina restauravit. Ita Gregorius. Inguinario morbo apud Albigenes nimium invalescente, & jam partem maximam populi, è medio tollente, ut suis non adesset, & se non nihil subduceret persuaderi non potuit, in iis ad præmia æterna merenda instituendis jugiter intentissimus. Cum autem revelante Domino tempus suæ vocationis adesse cognosceret, sarcophagum sibi ipse composuit, corpus abluit, vestem induit, & sic intentum semper cælo spiritum felicissimè exhalavit. *Ex lib. Greg. Turon. & div. rer. Gall. script. Annal. nostr. &c.* Decessit A. C. 587.

Exemplum veri Episc. Compostellæ Sancti Petri Episcopi, qui multis virtutibus & miraculis claruit. Fuit Petrus Monachus primus, & Abbas Cænobii nostri, quod Ante-Altaria appellatur, ex quo, ob eximiam vitæ sanctitatem eductus, & ad celeberrimam cathedram Compostellanam evectus est. Hic ille est Petrus, qui, cum Beatissimæ Matri Admirabili esset longè addictissimus, eiusq; promovendi honoris studiosissimus, à nonnullis, auctor celeberrimæ illius Antiphonæ: *Salve Regina, &c.* habebatur, cū similibus potius in laudem ejusdem Magnæ Virginis encomiorum & Canticorū concinnatorem, deprædicare debuissent: Excelluit Petrus admiranda miraculorū gratia, & de Compostellanis æternum meruit, de sede imprimis sua ac successoribus Episcopis, quod ob merita Petri & egregium sanctitatis nomen, Cathedram eandem Veremundus Rex, splendide ex-

Fit Episc.

Auri osor.

Verus pastor.

Funeralia ipse parat & moritur. 587.

S. Petrus Episc.

Deipara ad dictissimus.

Merita de Episcopatu.

ornaverit, libertatem ejusdem, contra oppressores strenuè propugnaverit, & Regiademum liberalitate ac magnificentia locupletaverit. Enituit ex illustri Monforiâ familia Petrus, & plenus Sanctorum operum felici transitu ad imortalia discessit A. Ch. 990. *Tarapha, Vaseus, Mariana, Iepesius, Durandus, Claud. de Rota, Annal. nostr. & t. 2. SS. Ord. &c.*

Obiit 990.

S. Thomas Abbas.

Deipara charus.

Farsa laudes

Obiit 706.

S. Otgerus.

Labores Apostolici.

Cathedralium Ecclesiarum Patronus.

Farsæ, depositio Sancti Thomæ, ejusdem loci Abbatis & confessoris. Meritus est hic vir sanctissimus, magnæ illius Cælitum Imperatricis, Beatissimæ Matris Virginis amorem & favorem singularem; jussu Ejusdem, ad Farsensem Monasterium vetustissimum se contulit, & dirutū, non sine præfenti, maximæ Christianorum, & Ordinis præcipuè nostri, Matris & Tutelarise ope, pristina dignitati & splendori restituit, A.C. 680. quod ex eo tempore, toto terrarum orbe celeberrimum evasit, plurimos egregia vitæ sanctitate, & eruditionis laude præstantissimos viros protulit, & Ecclesiæ comodavit; spectatissima deniq; ejusdem nominis Congregatione insignis, gravissimis meritis amplissimas provincias demeruit, & suæ sanctitatis fibras latè atq; alte imisit. Præfuit designatus à Beatissima Matre tantorum meritorum primus Auctor S. Thomas sanctissimo Cænobio annis plus minus 26. evocatus ad præmia æternitatis A. C. 706. *Tabula Farsens. Ant. de Yepes, Constant. Cajetan. Menard. Arnold. nostr. & t. 2. SS. &c.*

Eodem div S. Otgeri Monachi & Confessoris. Otgerus, natione Anglus, ordine Diaconus, S. Wironis nostri sanctitate ac consuetudine captus, sæculo renunciatis, viro Dei adhæsit, & peregrinationis deinceps atq; Apostolicæ prædicationis labores plurimos cū ipso subiit. Conquievit demum uterq; in Belgio, ubi à Pipino Duce, qui illorū sanctitate totam provinciam illustratam cognoverat, montem S. Petri cognominatum, locum à populi strepitu submotum dono acceperunt. Meruit etiā postea assidua verbi Divini prædicatione, & pulcherrimo sanctissimæ vitæ exemplo Otgerus noster, insignesq; laborum suorum manipulos retulit, quem non incolæ solum loci illius, sed & celeberrimæ Cathedralis Ecclesiæ, Trajectensis, Ruræmondensis, & Grønningensis, ut Prædicatorem suum & Patronum meritissimum, religiosissimè venerantur. Vixit temporibus Pipini Ducis Brabantie. *Molan. & divers. rer. Belgic. script. Hugo Menard. Aquila. nostr. & Annal. Germ. ac. Bened. &c.*

B. Serlo
Abbas.

In Monasterio Claræ-vallensi, depositio Beati Serlonis Abbatis Savigniacensis. Serlo absolutissimi Monachi speculum, ab ipso professionis Monachicæ initio, ad exactiorem Regulæ observantiam animû intendit atque adjecit, eximisque virtutibus, & mortificatæ carnis clarissimis indicibus exsplenduit. Abbas autem & Præses, Congregationis cujus Igniacum caput erat, electus, fervente tunc primo fervore, sanctissima Cisterciensium nostrorum Reformatione, rogatis Congregationis suæ sententiis, uno eodemque tempore triginta Abbatias tecum eidem subdidit, eoque nomine insigniter de Ordine nostro meruit. Fuit Beato Roberto admodum familiaris, quæ mortuo, & Faftredo in Abbatem provecto, sancto sine decessit. 4. Id. Sept. *Menol. Cist. Chrysof. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Reformator
in signis.

B. Oglerus

Locedii in Italia Beati Ogleri Abbatis. Oglerus Locedii in Lombardia Abbas, & vitæ sanctitate, & eruditionis laude enituit. A juventute sua, orationibus, vigiliis, ac jeuniis operam dedit, cujus optimi mores, probitas, & mira sanctitas sic omnibus innotuerunt, ut tanquam Monasticæ perfectionis exemplar, à cunctis Ordinibus Patribus coleretur. Fuit enim, inquit Seguinus, aspectu decorus, vultu hilaris, incessu gravis; in pauperes liberalis, in amicos jucundus, in delinquentes clemens, & in seipsum rigidus. Et licet sæcularibus negotiis aliquando esset occupatus, tamen totam mentem in Deum convertebat, &c. Qui tandem, præsentis vitæ cursu consummato ad æternam patriam migravit, totque in vita & post obitum signis & virtutibus claruit, ut Beatorum Cisterciensium nostrorum numero adscriptus, debito honore colatur. *Fascic. SS. Cist. Chryf. Henr. Menol. Phil. Seguin. t. 2. SS. Ord. &c.*

Omnibus
charus.

Laudes ejus.

SS. pl. Mart.

In Silesia, passio Beatorum Monachorû, qui in Cænobio de Nova-Cella piissimam instituentes vitam, laborum tan-

dem suorum mercedem optatam præceteri, pretiosa in conspectu Domini morte, agoni præsentis vitæ terminum imposuerunt: nam ab Hæreticis Hussitis crudeliter interempti, proprio sanguine, Catholicæ fidei veritatem, viriliter comprobantur A. C. 1427. *Paulus Langius, Ioann. Cochlaus, Aubert. Miraus, tom. 2. SS. Ord. &c. Henr. Menol. Cist. &c.*

Lancastriæ in Anglia Passio Venerabilis P. F. Ambrosij Barlo Congregationis nostræ Anglicanæ Presbyteri Monachi. Is Anglus patria, hanc pro Christo juvenili ætate deserens, Monachum Duaci in Monasterio S. Gregorii professus, inde non minus quæsita & repetita, quam relicta. olim patria gloriosus, hanc & concives ut Christo lucraretur, ingentia pericula subire, labores perferre, molestias tolerare in præcipuis habuit, suum denique cû vita sanguinem, Christo pro patria, imo pro amicis & hostibus obtulit, & post sanctam vitam, diuturnos viginti quatuor annorum labores in colenda Christi Vineâ exantlatos, & copiosum animarum fructum Deo oblatum pro defensione S. Rom. & Apostolicæ fidei hac ipsa die sed Veteris Calendarij observatione, loco prædicto Martyrium consummavit, anni Christi 1641. ætatis suæ 55. professionis 25. Sacerdotii 24.

V. P. Ambrosij
Barlo.

Ex datis ad me litt. R. P. Clementis Reineri ejus Congr. Generalis nec non aliis ejusdem opera typo vulgatis &c.

Apud Chuniacum eadem die purissimum spiritum efflavit Sanctæ memoria Guillermus Monachus Presbyter, qui Cacodæmoni ita metuendus erat, ut ejus orationem ferre non posset. Visus idem Vir Dei sapius duobus quasi cubitis supra terram in aëra mire sublevatus, qui & Divino illustratus spiritu multa eventura prædixit, & beato denique exitu cæli limina petiit. *Monim. Cluniac. Car. Sauff. &c.*

V. Guillerm.

Propheta.

TERTIO IDVS SEPT.

II. Septembris,

B.

S. Vincent.
Abb. Mart.

Legione in Hispania, Sancti Vincentii Abbatis & Martyris. Vincentius Sancti Claudii Legionensis, Ordinis nostri, in Hispaniis Protomartyr, è primis ferè fuit, qui missis à Sanctissimo Patriarcha nostro BENEDICTO in Hispanias discipulis adhæsit, & sacratissimæ nostræ Regulæ legibus se obstrinxit. Hic ob liberam Christi

& fidei ejus, in medio infidelium, confessionem à Riciliano Rege in vincula connectus, cum insigni constantia lædissimis crudelissimi Principis erroribus obniteretur, & impia dogmata rideret atque execraretur, variis tormentis subjectus, & immanissimè laniatus, ab Angelo autem prodigiosè sanatus, illustre denique certamen

Apostolus
Hisp.

Occ. 550.

S. Venerius
Abb.

Fit solitarius

Evertitur ad
Cænobium.

Rursus eremita.

Abstinentia.

Mors felix.

Clar. 990.

S. Adelphi.
Abb.

tamen gloriosissimo fine coronavit. Laboravit hic felicissime cum Sanctissimo Leandro nostro, in conversione Sancti Hermenegildi Regis & Martyris, eoque nomine, etiam Apostoli titulum apud Hispanos meruit. Passus est A. Ch. 550. aliisque in anno Martyrii plurimum dissentientibus. *Vid. Ann. nost. Bened. Villegas, Yvannez, Iepes, t. 2. SS. Ord. &c.*

Tyburii Sancti Venerii Abbatis & Confessoris. Hic in Cænobio S. P. N. BENEDICTI apud Urbem Tiburtinam cucullum amplexus, tanta humilitate & simplicitate vitam instituit, ut Fratres reliqui, delirum seu dementem existimarent; alii colaphis etiam frequenter cæderent, traherent, vellicarent, sordida aqua perfunderent, & diversis convitiis ac diceriis, irremissè appetere. Is postea quietis amore in solitudinem secedens, illic sexennium exegit, absque vino omnique pulmento vitam tolerans. Audiens autem à Beato Romualdo nostro Classensium Abbate, qui ad Otthonem Augustum Tuderum obsidentem pergebat: *Si Crucem Christi portas, superest ut Christi obedientiam non relinquant;* mox ad Abbatem, & crudeles Fratres suos reversus, ibidem in omni obedientia & patientia se denuo exercuit, donec jubente Abbate, ad solitariæ vitæ studium, & dulce contemplationis loco remotiore otium regresseretur. Volens autem in possessione sui Monasterii habitare, intra montes excelsos secedens, saxum hominibus inaccessum conscendit, in quo tribus annis, tribus panibus quos secum detulerat, pomisque silvestribus ac herbarum radicibus vixit, sola aqua contentus, quam ex nivibus hyeme, pluviis æstatè, in quadam saxi concavitate colligebat. Cumque multi postea ipsi cibos deferrent, eos ipse pastoribus & egentibus dividebat. Cum autem longe lateque celebris haberetur, multusque ad eum concursus fieret, ibidem Ecclesiam extrui, & consecrari rogante & hortante Episcopo Perusino permisit, in qua denique vir sanctissimus acclinis ad altare, cubitis & genibus nixus repertus est mortuus, multa deinceps insignium miraculorum gloria à Deo illustratus. Claruit A. Ch. 990. *Ex S. Petro Damiani, Petro in Catal. Philippo Ferrario, Maurolyco, Baronio, t. 2. SS. Ord. &c.*

Abbatem, & crudeles Fratres suos reversus, ibidem in omni obedientia & patientia se denuo exercuit, donec jubente Abbate, ad solitariæ vitæ studium, & dulce contemplationis loco remotiore otium regresseretur. Volens autem in possessione sui Monasterii habitare, intra montes excelsos secedens, saxum hominibus inaccessum conscendit, in quo tribus annis, tribus panibus quos secum detulerat, pomisque silvestribus ac herbarum radicibus vixit, sola aqua contentus, quam ex nivibus hyeme, pluviis æstatè, in quadam saxi concavitate colligebat. Cumque multi postea ipsi cibos deferrent, eos ipse pastoribus & egentibus dividebat. Cum autem longe lateque celebris haberetur, multusque ad eum concursus fieret, ibidem Ecclesiam extrui, & consecrari rogante & hortante Episcopo Perusino permisit, in qua denique vir sanctissimus acclinis ad altare, cubitis & genibus nixus repertus est mortuus, multa deinceps insignium miraculorum gloria à Deo illustratus. Claruit A. Ch. 990. *Ex S. Petro Damiani, Petro in Catal. Philippo Ferrario, Maurolyco, Baronio, t. 2. SS. Ord. &c.*

In Lotharingia depositio S. Adelphi Abbatis & Confess. Adolphus illustrissimo natus sanguine, avunculum Sanctum Romaricum è Regibus Gallie oriundum, habitum. Cujus vitæ institutum, mores, & sanctitatem æmulatus, in ejusdem celebri Cænobio, Monasticen professus, Sanctum Arnulphum Mediomatricum Pontificem Magistrum habuit, & Cænobii denique Abbas eligi meruit. Claruit eximia vitæ sanctissimæ perfectione, cujus aliquot post obitum annis sacrum corpus cum elevaretur, insigni miraculo reperiuntum est incorruptum, & apparente cuidam Sancto Romarico terque imperante; cû ipse sacro corpore est collocatum, insignibus eo ipso tempore miraculis, populi devotione excitantibus, & DEI in Sanctis suis magnalia commendantibus. *Ex monim. loci ejusdem, Hugone Menardo, Vita S. Romarici. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Lotharingia depositio S. Adelphi Abbatis & Confess. Adolphus illustrissimo natus sanguine, avunculum Sanctum Romaricum è Regibus Gallie oriundum, habitum. Cujus vitæ institutum, mores, & sanctitatem æmulatus, in ejusdem celebri Cænobio, Monasticen professus, Sanctum Arnulphum Mediomatricum Pontificem Magistrum habuit, & Cænobii denique Abbas eligi meruit. Claruit eximia vitæ sanctissimæ perfectione, cujus aliquot post obitum annis sacrum corpus cum elevaretur, insigni miraculo reperiuntum est incorruptum, & apparente cuidam Sancto Romarico terque imperante; cû ipse sacro corpore est collocatum, insignibus eo ipso tempore miraculis, populi devotione excitantibus, & DEI in Sanctis suis magnalia commendantibus. *Ex monim. loci ejusdem, Hugone Menardo, Vita S. Romarici. t. 2. SS. Ord. &c.*

habuit. Cujus vitæ institutum, mores, & sanctitatem æmulatus, in ejusdem celebri Cænobio, Monasticen professus, Sanctum Arnulphum Mediomatricum Pontificem Magistrum habuit, & Cænobii denique Abbas eligi meruit. Claruit eximia vitæ sanctissimæ perfectione, cujus aliquot post obitum annis sacrum corpus cum elevaretur, insigni miraculo reperiuntum est incorruptum, & apparente cuidam Sancto Romarico terque imperante; cû ipse sacro corpore est collocatum, insignibus eo ipso tempore miraculis, populi devotione excitantibus, & DEI in Sanctis suis magnalia commendantibus. *Ex monim. loci ejusdem, Hugone Menardo, Vita S. Romarici. t. 2. SS. Ord. &c.*

Miracula.

Tulli Sancti Bodonis Episcopi & Confessoris. Bodo, alias Leudwinus appellatus, ex illustri admodum Francorum stirpe ortus, patrem Godwinum, sive Gouduinum, matrem Saretrudem, sororem Sanctam Salabergam Abbatissam habuit. Vxorem primum dignam genere & nobilitate duxit Odilam, quæ de viri sui consensu Sanctimoniam in Salabergæ Cænobio professa, illustri periturorum contemptu Bodonem etiam maritum accendit, qui resecta Cæsarie in suis ædibus, vitam Monachi quamprimum instituit; ubi celebri paulo post sanctitatis fama mire emicuit. Extractus denique ad Pontificatus Tullensis Cathedram, dignissimum se gessit tanto honore, opibusque Pontificiis minimè abusus, egenis atque Ecclesiis universa distribuit, & unus ipse tria Cænobia condidit & dotavit. Claruit tempore Dagoberti I. Galliarum Regis. *Richer. Mon. Catal. Episc. Tullens. Claud. Rob. Ioan. Molano, qui tamen Bodonis patrem Bertaldum, matrem Bertildem nominat, & in pago Ardennenfi natum vult, cujus sacrum corpus Lugdunum translatum, mirâ fidelium devotione celebratur.*

S. Bodo
Episc.

Fit Monach.

Episc.

Tria condit
Cænobia.

In Lusitania Beati Boemundi Abbatis. Hic Melliflui Doctoris nostri Bernardi discipulus, cum ab eodem in Hispanias missus, Monasterium Sancti Ioannis de Tarouca in Lusitania, loco sibi cælesti fulgore demonstrato condidisset, primus ejusdem Abbas renunciatus, illud bonis moribus & sanctis institutionibus egregiè stabilivit; in quo etiam summo omnium cum Religiosorum tum sæcularium mœtore, vir miraculorum gloria, & virtutum splendore illustrissimus, post ingentes exantlatos labores extinctus est. Ejus lacrum corpus, ob reverentiam tantî viri

B. Boemundus
Abbas.

Moritur.

duobus post obitum diebus fidelium venerationi in templo fuit expositum: ad quod magnus fuit incolarum concursus, confluentibus cunctis, certatimque accurrentibus, ut sancti Abbatis pedes osculareretur. Cujus sanctitatis evidentiam crebris miraculis, innumerabilibusque signis Dominus ostendit. Quicumque enim, magis licet infirmitatibus gravati, pedes ipsius deosculari, vel tangere obtinebant, illico à languoribus sanabantur. Spatio item dierum illorū, cadaver odorem spiravit suavissimum, donec tandem collachrymantibus univērsis tumulo conderetur. Quod tamen paulo post, exigentibus tanti Patris meritis est elevatum. *Fasciculus SS. Henr. Menol. Cist. Bern. Brito, t. 2. SS. Ord. &c.*

In Gallia Beati Henrici Archiepiscopi Bituricensis, generis sublimitate, & virtutū præstantia illustrissimi. Henricus Borbonius de Soliaco, generis Regii, Regum Galliæ consanguineus, Britannia Regum cognatus, tanti generis contemptu generosissimus fuit. Monachū Caroliloci professus, ea perfectioris vitæ specimina edidit, quibus summo honore eo in Cænobio dignissimus judicatus, Abbas creatus est. Archiepiscopus postea Bituricensis, & Primas Aquitaniæ renunciatus, nec non Apostolici Legati per eandem provinciam munere insignitus, tandem & Purpuratis eminentissimi S. R. E. Cardinaliū senatus Patribus à Lucio III. adlectus, omnes honores, ipse exornavit, & multo nomine præclare meruit; de sua in primis sede Bituricensi, in cujus metropolitana Basilica, alia inter præclare facta, numerū Canonicorum auxit, & ad quadraginta, fretus Auctoritate Apostolica, extendit. Eum haud immerito Urbanus III. Pontific. Maxim. datis ad ipsum litteris Virum providum, discretū, moribus & genere similem appellavit, in quo alias & probitatem, & summæ devotionis constantiam commendavit. Insigne ejus meritum fuit, quo fædissimam discordiam, inter Ro-

bertum Turrianum Claromontanum Insigne meritum. Episcopum, & fratrem ejus Guidonem, propter Comitatum Arverniam ortam, in fædissimum paulo post bellum exarsurā, insigni gratia consopivit, imo solo adventu suo, tantæ auctoritatis passim habebatur, dispulit. Fuit amantissimus Augustissimæ Cælitum Imperatricis, cujus honorem, omni suo potiorem habuit, & quibus poterat modis promovere studuit; eo in primis; cum assensu Decani totiusque Capituli, ut Festum Assumptionis solemniter instar Pentecostes celebratur, institueret. Cum autem piis sanctæ conversationis exemplis ovibus suis aſios 17. præluxisset, plenam meritis animam transmisit ad Christum, An. Ch. 1200. Sepultus in Cænobio suo Carolilocensi. *Menolog. Henriq. Petrus Blesensis, Claud. Robert. Sigebert. Rigord. Vincent. Nangius, tom. 2. SS. Ord. &c. Vghellus Florent. &c.*

Salisburgi Sancti Flobargisi Episcopi, qui ex Monacho Sancti Petri ibidem ejusdem loci electus Abbas, ex Abbate Episcopus, Cathedram illam insigni vitæ sanctitate exornavit, & postquam annis 37. sanctissimè præfuit, plenus meritorū A. C. 740. decessit. Ex Chron. MS. Episc. Salisbur. Eum Hundius A. C. 721. Electū, mortuum post annos regiminis 43. asseverat. *Vid. Annal. Germ. & Aquila Imp. Bened. Rader. &c.*

Eodem die S. Almiri Monachi & Confessoris, Sanctorum Aviti & Carilephi discipuli, qui tantis vitæ monachicæ effulsi initiis, ut veteranos omnes anteverteret, cumque ob id ipsum venerationi omnibus esset, latendi quam apparenti cupidior, secessum petiit & in rupe quadam concava prope Senonas confedit, loco qui Gressus dicebatur; ubi multos admittere discipulos coactus, condito B. M. V. Oratorio & cellulis locum sanctitate Venerabilem reddidit, & mortuus Divinæ magnificentia fulgoribus clarificatus est. *Menol. Gall. Car. Sauff.*

PRIDIE IDVS SEPT,

XII. Septembris.

COmmemoratio jucundissima gloriosæ Nativitatis dulcissimi & Admirabilis Patris nostri B E N E D I C T I, qui uno partu, cum Beatissima sorore sua Scholastica editus, uti in utero miraculosus, prodigioso cantu psallendo, se prodidit, sic in prima infantia Spiritu Sancto plenus, singu-

laria signa, uti magnus ille Myrensiū Pontifex Nicolaus, edidit, singularissimæ suæ à Deo electionis. *Gerardus Belga, tom. nost. de Vita S. P. N. S. Hildegardis, t. 1. Const. Bened. t. 2. SS. Ord. & Compend. Vita S. P. N. &c.*

In Monasterio Gemmeticensi innumera-

Concursus populi.

Miracula.

B. Henricus Archiep.

Ejus variis honores.

Laudatur.

Nativitas S. P. N.

Deipara cultor.

Ob. 1200.

S. Flobargis Episc.

Obiit 740.

S. Almiri monach.

Miracula.

Mira signa infantuli.

mirabilem ejusdem sanctissimi loci Monachorum Martyrum & Confessorum, Sanctorum atque Beatorum, quos ex nomine solus ille novit, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Esse autem hunc numerum pene incredibilem, vel ex eo quidem fit manifestissimum, quod uno eodemque tempore, simul semelque Sanctos Confessores nongentos aluisse, totidemque alio tempore Martyres ad triumphos sempiternos, simul item semelque, à fide dignissimis scriptoribus misisse memoretur; ut de ingenti cæterorum sub sanctissimis Abbatibus, tanto decursu sæculorum, ab anno Christi 640. numero, ominemur facilius, quàm differamus, ea semper ejus loci frequentia Monachorum deprehensa, ut ad omnem posteritatem in primis memorabilis celebretur, Meyero, celebri nominis scriptore ad annum Christi millesimum trecentiesimum nonagesimum secundum referente, ibidem uno & eodem tempore bis mille quadringentos convixisse, eodemque ex numero Presbyteros nongentos, Fratres autem, quos vocamus Conversos, mille quingentos ibidem Deo servivisse; quorum omnium ex tanto numero perfectionis opinione celebrium, si nomina, & res præclare gestæ litteris fuissent consignata, omnem hunc Menologii nostri numerum & pondus, longè fuisse superatura, nihil ambigimus. Quia autem paucissimorum ex tantis totque, in certam diem memoria incidit, haud immerito reliquorum certamina & coronas, unius ejusdemque diei solemnem memoria celebramus. *Ex Annal. nost. Guiberto Gemmetice. Ord. Vitale, Matth. Westmon. Surio, to. 2. SS. Ord. &c.*

Ingenitum numerus.

Conditur Gemmetici A. C. 640.

2400. Monachi.

Generalis memoria.

S. Theaurus S. R. E.

Contemplationis studium.

Fit Abbas.

giosissimi illius Instituti Monachos mirificè accendit atque excitavit. In eo in primis strenuè laborans, nequid de salutari illo vitæ rigore, deque ferventissimo Contemplationis, quietis & solitudinis studio remitteretur, in quo Monastici profectus pondus situm facile judicabat, & sine quo Religiosam vivendi rationem nullo modo posse consistere, minimè nesciebat. Verum his aliisque præclare institutis intentum, ad majora vocavit Numen; cum ab Alexandro IV. Pontifice Maximo, ad formidandum Angelorū humeris laborem vocatus, sacratissimo illi atque eminentissimo Purpuratorum Patrum Senatui accensus, eum ipse honorem & sacram purpuram, aureo sanctissimæ vitæ exemplo mirificè illustravit, & velut sol quidam novus, è fulgidissimo illo cardinum terræ cælo exsplenduit. Illud vero longè dignissimum, quando dignè vocatione tanta, purpura bis tincta ad æternos illos cælestis Jerusalem triumphos abiit; & vestem ipse suam proprio tinctam sanguine Numini consecravit. Missus siquidem à Romano Pontifice ad Florentinos, gravissima seditione laborantes Legatus, ut Guelforum ac Gibellinorum, inter se concertantium factiones componeret, cū magno animo, in Apostolica illa functione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ operam navaret, ab iisdem, quorū salutis causa advenerat, eosque Deo conciliare, & ad saniora consilia revocare laborabat, indignissimis modis habitus, & capite truncatus illustrem Martyrii coronam promeruit A. C. 1258. pridie Nonas Septembris; cujus sacrum corpus, ob immanem populi furorem insepultum, hac tandem die, ad Vallem Umbrosam relatum, & digno cum honore reconditum est; Florentinis tanto post, tanti viri merita, suamque pravitate agnoscentibus, cujus passim ibidem imago conspicitur, Martyrii dignissimo titulo, ab iisdem, qui mortem intulerant, insignita. *Ex Monim. Florent. Sansovin. Volaterrano, Joanne Villano, Monim. Vallumbr. Annal. nost. & tom. 2. SS. &c.*

Rigor & quietes Monachorum fulcra.

Fit Cardinalis.

Purpura bis tincta.

Legatus Apostolicus.

Guelfi & Gibellini.

Martyrio coronatur. A. C. 1258.

B. V. alle-

In Gallia Beati Wellerani primi Abbatum Monasterii Vrsi-campensis, viri generosi, moribus gravis, doctrina insignis, & vitæ sanctitate conspicui. Hic à prima adolescentia, mature didicit portare jugum Domini, & penè totam vitam sub sanctissimo Cisterciensium nostrorum Instituto consumpsit: & tandem, propter eminentem virtutum suarum præstantiam, & excellen-

Fit Abbas. cellentem omnium, cum humanarum, tum Divinarum rerum cognitionem, ad Abbatialem dignitatem euectus est, & ad foundationem Monasterii de Vrifi-campo missus; quod ille Cænobium felicibus auspiciis erexit, multosque ad Ordinem suscepit. Factus omnium Præses, & supremus Magister, omnem adhibuit conatum, ut suos pietate & doctrina sibi similes efficeret, quod in pluribus effectū dedit, quos inter ejus discipulos sanctus maximè Erveus illuxit. Nec defuerunt miracula, quæ ejus præclara merita comprobarent: quibus tum in vita, tum post mortem, tanquam expressis sanctitatis signis clarus effulgit. Post longum autem in sacro Ordine agonem, senio confectus, sanctissimè diem obiit extremum, & post obitum Beato Erveo apparuit, cælestis perfusus claritatis splendore. *Menol. Cist. Chrysof. Henriquez. Vincent. Bellovac. Bern. de Brito, Gonzal. de Sylva, Gaufridus Abb. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Siffredus Abb. Massilia in Cænobio Sancti Victoris, depositio Sancti Siffredi Abbatis. De quo *Antonius de Yepes Cent. 6. in Catalogo Abbatum S. Victoris, & nonnulli nostri*, cujus tamen vitam legere necdum potuimus.

S. Perpetua V. Abb. In Lotharingia, Cænobio Montis Romarici; depositio Sanctæ Perpetuæ, Virginis & Abbatissæ. Perpetua nobili nata genere; patrem in aula Regis Galliarū inter proceres spectatum habuit, eo uno, ut rebatur, infelicem, quod masculam sibi prolem, quæ tantum propagaret gen9, non esse; impatientius quereretur; eamque ob causam uxoris indiligens, eam sæpius probris appeteret, & veluti infelicitatis tantæ ream ageret atque averfaretur. Ad Regiam aliquando reversurus, gravidæ eidem mortem minatus est, si filiam pareret, quæ paulo post Perpetuam enixa, mariti metu, necandam sobolem obstetrici tradidit; quæ collo infantulæ obtorto, spiritum præclusisse rata, ut mortuam sub stramine abdidit, occultius nimirum postea sepulchro inferendam. Verum ab Angelo monitus pater, domum ut reverteretur, neque uxori jam succenseret, quod filiã peperisset: donum hanc ipsam Dei, & singulare esse, quam Perpetuam dici velit Numen, sibi in Montis Romarici Cænobio consecrari; de mœrore facile remisit, & hilaris, iter domum acceleravit. Reverso, ac de puella sibi nata curiosius atque instantius sciscitanti, dum negant ac pernegant, coactæ deniq; uxor ac obstetrix, cadaver prolaturæ, vivam ac

fanam protrahunt, & auriculari quidem digito ad os admoto. Educata tenerè, quo vocasset & prælegisset Numen facile ostendit, donec præsignato loco, eidem consecrata, admirabili ibidem vitæ sanctitate inter lectissimas Dei sponfas effulgeret. Quibus postea præesse iussa, absolutissimæ perfectionis exemplo facem omnibus prætulit, & gravissimis meritis explendescens, post mortem Sanctorum albo adscribi meruit. *Ex monim. Vet. Mon. Romarici, Hugone Menardo, to. 2. Sanctorum Ord. &c.*

In Hispania, Cænobio Sanctæ MARIÆ de Arroyo Beatæ Mariæ Viduæ & sanctimonialis lectissimæ, quæ mortuo marito, neglecta generis nobilitate, servitium Christi amplexa, in Cænobio à Beata Mencia sorore sua condito, Regulam S. P. N. sub Reformatione Cisterciensium nostrorum professã, vitam ibidem sanctissimam instituit, & plena meritis decelsit. *Philipp. Sequin. Henriq. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

In Gallæcia depositio Venerabilis viri P. F. Dominici Monachi Nucalensis, multis virtutibus, revelationibus, & signis celeberrimi. Dominicus nostræ ætatis singulare decus, vergenti in præceptum mundo, & densissimis tenebris merfissimo mirè illuxit, & Vniversum Ordinem nostrum virtutibus & miraculis plurimū illustravit. Is Nucalensis primum Monachus, in Cænobio postea Montis-Ramorum diu conversatus, & Presbyterii gradu insignitus, insignem per omnia, & Presbyterum se exhibuit, & sacrum rigorem ut delicias suavissimas adamavit. Vigiliarum amantissimus, & circa easdem, juxta Sanctissimi Legislatoris nostri præceptum, admodum sollicitus, curã, alios ad Divinas laudes excitandi, per aliquot annos in se suscepit. Noctibus singulis, ante primum ad Matutinas ære campano datum signum, corpusculum suum dirè pullans, ad usque sanguinis effusionem flagellavit. Orationis studio addictissimus, inter orandum sæpe extra mentem factus, multa cælestium arcanorum Mysteria meruit intueri. Animarum in Purgatricibus flammis detentarum amantissimus, singulari amore eas solatus, suis precibus, plurimas celo asseruit, & sibi æternum gratè obnoxias reddidit. Solitudinem à puero sumopere dilexit. Vix extra cellam progredi visus, ibi pleno orè ac gutture, cælestis gratiæ rivulos, & mustū malorum granatorum, & vinum recon-

Fit Abbatissa Perpetua.

B. Maria Vidua.

V. Dominic.

Fit Monach.

Vigiliarum studium.

Flagella.

Raptus.

Defunctorū cura.

ditum

ditum perpetuo hausit, diesque ac noctes cælestium rerum contemplatione totum se proluit. Quibus delectationibus saginatus, terrestres omnes, ut absinthium abhorruit, ut venenum fugit; iis solum recreatus, quibus Numinis benevolentiam demereretur. Litteras, nec scribere cuiquam, nec ad se scriptas legere voluit, quod solus soli Deo totum se devovisset, & vel ad momentum ad aliena abstrahi, plurimum reformidaret. Puerum Iesum, cujus, ut Patris æterni sapientiam, in tanta tamque admiranda demissione & mirabatur & venerabatur, erga homines amorem intimo affectu coluit, ejusque dulcissimum nomen cum in corde perpetuo, tum in ore etiam jugiter habebat, & masticabat. Quæ causa Fratribus erat, ut in Congregatione univèrsa non aliter, quam, Frater Dominicus à puero Iesu appellaretur, eoque nomine nemini non notus esset. Hujus dulcissimi pueri effigiem in cella habebat, ante quam flexis genibus dies consumebat integros, noctes ducebat insomnes: ipsi soli, non aliis, cordis anxietates, corporis infirmitates, & quæcunque adversa spiritui aut carni judicabat, tanquam amico familiari, fratri dilectissimo, vel Domino observandissimo, confidenter, audacter, & humiliter exponebat. Nec patiebatur repul-

Digna memoratu res!

Pueritiam Christi mirè veneratur.

Ejus nomen.

IDIBVS SEPT.

XIII. Septembris.

S. Amatus Episc.

Sede pellitur.

Fit Monach.

Abbas.

A pud Senonas, Sancti Amati Episcopi & Confessoris. Amatus, ob insignem eruditionem & sanctitatem Senonum Episcopus creatus, ut invitatus eam dignitatem admittit, sic felicissimè gessit, ovibusque sibi creditis, & pervigili cura præfuit, & modis multis profuit ac præclare confuluit, quoad Childerico Regi interfecto, Theodoricus successit; qui ab Ebroino Apostata, Majore domus Regiæ seduct9, in optimos quosque, suspectos de industria redditos, crudelius & indignius faviens, Amatam etiam sede sua expulit, & in exilium eiecit. Tulit patientissimè tantam injuriam Sanctus Pontifex; imo bene usus exilio, & cucillum amplexus, sub sanctissimo Abbate nostro Ultano, exemplum cæteris Monachis rigoris Monachici, patientiæ & humilitatis extitit. Ultano mortuo, Sancto Mauronto Abbati commendatus, ab hoc Broilenfi Cænobio invitatus præfectus est, ubi in cellula templo proxima, tanquam in quadam,

fam; cum pro ipsa simplici innocentia, efficacissimè multa à puero illo divino impetraret; ejus preces. quod quidem multi tam animo quam corpore ægri; quantum posset apud Dominum perfensere. Alios inter, quos prodigosè juvit, Comitissæ de Rivadavia in partu gravissimè periclitanti, omni jam humano præsidio destitutæ, prolem absque periculo edituram promisit, cui infra breve temporis spatium, integram sanitatem obtinuit. Duobus ante quam ex hac vita discederet mensib9, cuidam magnæ perfectionis Religioso, amore Divino succensissimus, desiderium sui cordis confidenter exponens, vi amoris raptus, exclamavit: *O si jam ex hac vita discederem! O si cursum consummare potuissem! Quam mihi gratum foret, si Deus me jam jam ex hac vita subtraheret!* Quod ipsum puero suo Iesu, quanta potuit instantia commendavit. Et ecce non diu distulit satisfacere clienti Deus: post duos enim menses, tempus migrationi suæ definitum intellexit. Et, quod mirum est, cum nec febribus laboraret, nec aliqua alia infirmitate gravaretur, pretiosam in conspectu Domini & hominum morte, obdormivit in Christo A. C. 1616. hora diei duodecima. *Theaur. Monast. Perfec. Chrysof. Henr. Menol. & Annal. nob. Bened. &c.*

Miracula.

Desiderium moriendi.

Obiit 1616.

D.

S. Amatus Episc.

Sede pellitur.

Fit Monach.

Abbas.

quietis æternæ specula, Divina contemplatus, filiis Monachis sacros thesauros collegit, & liberaliter communicavit; ac demum ibidem in pace quievit, cujus ab exanimi corpore, imanis, qua se strinxerat, catena soluta, multis postea remedia sanitatis contulit, & sacros inter thesauros, summo in pretio tam nobile ferrum haberi meruit. Agnovit tanto post errorem Theodoricus Rex, & Sancto ad tumulum supplex sese impensissimè commendavit, eisquæ in gratiam Cænobium Regia munificentia exornavit ac locupletavit. Amatam tam in vita quam post mortem insignibus prodigiis Deus commendavit; quorum illud dum viveret rariius fuit, quod nescius, an de Dei amore confusus, certe, ut putabat, nemine contuente edidit, quando cucillum exuens illud cum utraque manica ad solis radium veluti perticam suspendit, quod ubi Sanctus Maurontus, interveniens atpexit, virum sanctum deinceps multo magis suspexit,

Ejus Catena ferrea.

Miracula ejus.

Cucillum & solis radio suspendit.

spexit, arctius coluit, & amicum deinceps præcipuum habuit. Extat celebris in honorem ejus condita Basilica, in qua sacrû ejus corpus, olim Nortmannorum metu translatum, religiosissimè colitur, Amato inter præcipuos ejusdem Vrbis Tutelares cooptato. Ex mon. Marcenens. & Chron. Duac. Aub. Mirao, Buzelino, Colvencio, Molano, Arnoldo Duac. Claud. Rob. Annal. nostr. Germ. & Aquila Bened. &c.

In Monasterio Romarico in Gallia. S. Amati Presbyteri & Abbatis, abstinentia, & miraculorum gratia illustris. Amatus Illustribus admodum, & Romanæ stirpis atque nobilitatis ortus parentibus, neglectis mundi favoribus, Monachum in Aganenfi Cænobio professus est; ubi annos ferè triginta, mira vitæ innocentia transiegit. Postea, non longè à Cænobio, ad montis cujusdam rupem se contulit; cui cum cellam Abbas, ibidem construi curaret, & faber lignarius, ligna breviora multo, quam oportebat, secuisset, precibus Amati prodigiosè aucta atque extensa reperit. Immane saxum in cellulæ suæ excidium ab alto ruens, crucis objectu, ipso præcipiti in casu, ita ad montem affixit, ut in hodiernum usque diem, non sine intuentium horrore pendens aspiciatur. Tandem in Austrasiam delatus, in Monte Romarici, Monachos & Virgines congregavit, quibus eximio ipse exemplo lucidissimam sanctioris vitæ facem prætulit; ipse, Admirabilis Patris & Patriarchæ nostri exemplo, in concavo quodam saxo seu scopulo sedem fixit, in quod, è pendente superius rupe, minister ligato ad funem tintinabulo, exiguû panis frustillum, & aquæ haustum certis temporibus demittebat. Dominicis autem diebus egressus è spelæo suo Amatus, Fratres & sorores Divini verbi pabulo refecit, & consilio suo, atque exhortationibus dirigens atque accendens, ad consueta sua studia, & pœnitentiæ labores rediit. Anno ante obitum integro, cilicio pro lectulo usus, eodemque densa cinerum insperione cooperto, afflicta in primis valetudine, cute & carne exesis, patentibus intuentium oculis ossibus, miserandum an potius mirandum omnibus spectaculum jacuit, & quasi gravissimorum scelerum reus, misericordiam misericordiam jugiter imploravit, & Deum flectere precibus contendit. Morti proximus, fidei Catholicæ professione è Sancti Leonis Papæ Epistola ad Flavianum recitata, cum in ipso Beatissimæ Matris Virginis, quam im-

pensus colebat, Basilicæ aditu, sibi fodi sepulchrum jussisset, felicissimè obdormiit; sepultus ibidem cum hoc, quod sibi ipse composuerat Epitaphio:

Quicumque hunc locum orationis causa introjeris, pro anima Amati Penitentis, hic sepulti, Domini misericordiam deprecari digneris, ut si quid mea parvitas, de peccatis meis tepidè pœnitendo obtinere non potuit, obtineat vestra tantorum charitas, sedulo Domini misericordiam deprecando.

Claruit An. Ch. 617. apparuitque tertia post obitum die Fratibus, ab omnibus se absolutum peccatis à Domino affirmans, & ab eodem comiter exceptum, cujus postea sacrum corpus revelatione & jussu caelesti elevatum, & in Basilicam Deiparæ translatum est. Ex Vita to. 2. SS. Ord. Petrus in Catal. Trithemius, Claud. Rob. Varii rer. Gall. scriptores, MS. codex Histor. Sanct. Biblioth. VVeingart. Monim. Mont. Romar. Arn. Duac. Hugo Menard. Joann. Chenu, &c.

Ipsa die, Sancti Venerii Confessoris, admiranda sanctitatis viri, qui in Insula Palmaria vitam eremiticam duxit. Venerius, Presbyter & Abbas, inter præcipua Italiæ & universi Ordinis nostri tydera enituit. Is præter eruditionis laudem, rarissima absolutissimæ perfectionis sublimitate enituit, tanta miraculorum gloria à Numine commendatus, ut fama longè lateque celeberrimus haberetur. Ea inter, hordeum ipso messis tempore ad se perlatum, cum statim terræ immitteret, illico prodigiosissimè enatum ad maturitatem excrevit. Erumpente sanctitatis fama: quidam pauper, Domealis nomine ad eum visendum veniens, puerum reliquit in navi: qui cû dormiret, latrante cane expergetactus & territus, lapsus in mare suffocatus est, navi huc illuc vagante. Quod ubi Venerius accepit. oratione sua & puerum revocavit ad vitam, & navim ad littus reduxit. Draconem ingentem, qui apud Lunam naves sæpè submergebat, Episcopi Lunensis rogatu, post orationem & jejunium tri-duanum extinxit, qui statim adjuratus in mare præcipitem se dedit, nec ultra apparuit. Inde Venerius, ut nominis fugeret celebritatem, in Cirnum insulam venit, ubi quadraginta dies cum bestiis moratus dimidium panis, & frustum bubulæ quotidie à corvo accepit. Ibidem mortuum jacentem in littore suscitavit. Cum autem jussu Divino ad locum pristinum reverti

Epitaphium ab ipsomet compositum.

Clar. 617.

Translatio.

S. Venerii Abbas.

Eruditio & sanctitas.

Ingenis miraculum.

Mortuum suscitatur.

Draconem interficit.

Celebrari fugit.

Alium mortuum suscitatur.

Tutelaribus Duacensis adoptatur.

S. Amatus Abb.

Insigne miraculum.

Aliud mirum & perpetuum.

Rigor vitæ.

Suorum cura

Preparatio ad mortem.

Deiparæ cultor.

reverti vellet, ne chautæ ipsum admittere consentirent, eo quod in Sardiniam navigare disposuissent; oborta repente tempestate, inde solvere non potuerunt, prius quam sancti viri petitis acquiescerent. Cumque è nautis quidam ab altero saxo percussus interiisset, Venerii oratione vitæ restitutus est. Post quæ, & alia mirè & præclare gesta Sanctus Abbas, carnis solutus ergastulo, ad illa felicia Regum Regis palatia emigravit; cujus demortui sacrum corpus, raro & miro obsequio, Angelicis manibus, quod humanis non conveniret, sepultum est, in eadem qua decesserat Insula; ex cujus sacratissimis membris prodigiosum quamprimum effluxit oleum, omnis generis infirmitatibus & egris salutare. Quod cum postea Lucius Lunensis Episcopus, incorruptum, mira odoris fragrantia redundans, & oleum fundens reperisset, insigni, superestructa in honorem Venerii Basilica, honoravit. Apollinaris autem Rhegiensis Episcopus, Ludovico Pio Imperatore, admonitus à Sancto in somnis, illud Saracenorum scelere præripiens, summa omnium cum gratulatione Rhegium transtulit, & in nostro Divi Prosperi Cænobio ibidem collocavit. Claruit Venerius sub Ann. Christi 600. pro insignibus meritis inter Tutelares Rhegienses cooptatus. Petrus in Catal. Philipp. Ferrar. Offic. Eccl. Rhegiense, tom. 2. SS. Ord. & Annal. nostr. Bened. &c.

Iterum alium resuscitat.

Ab Angelis sepelitur.

Oleum prodigiosum.

Incorruptio.

Translatio.

Claruit 600

S. Teutonium Abb.

Resignat.

Miracula.

cujus tumulum infirmi sanitatem adepti sunt. Ex Otthone Fossat. Hugone Menard. t. 2. SS. Ordinis, Mon. Cluniac. &c.

Rotomagi S. Maurilii Episcopi, qui Rhemis exortus à pueritia Deo in Cænobio Fiscanensi consecratus, solitudinem quærens in Italiam secessit & vitæ severitate supra humanam se exercens, fama proditus, Florentino Cænobio præesse coactus est. Sed veneno, uti S. P. Benedictus appetitus, indignos regimine suo Monachos relinquens, Fiscanum revertit ubi paulo post Abbas, atque inde Archiepiscopus Rotomagi creatus, præclarissimè meruit, & Basilicam Deiparæ stupenda qua extat mole absolvit & consecravit, Simoniam provincia exterminavit, Clerum in ordinem redegit, & clarus miraculis in cælum evolavit. Mari. Gall.

Wiltoniæ in Anglia, S. Wilfridæ Abbatis. Wilfridæ nec dum Deo consecratæ vim intulit Edgarus Rex Angliæ: quam mortua conjuge in confortiû thori plurimum exambivit. Sed illa generosissimo contemptu, potentissimi suiq; amantissimi Regis contemptis nuptiis, & omni Regni ac Regiæ pompa irrita, ad Wiltoniense confugiens Cænobiû, cucullum purpuræ prætulit, totaq; se Regi Regis obsequio consecravit; ubi tanta deinceps sacri profectus defudavit contentione, ut ceteras virtutibus transgressa, iisdem Abbatis præfecta sit; & ob perfectionis sublimitatem sanctorum post mortem Albo adscribi meruerit. Ex Troph. Eccl. Angl. Eduar. Mayh. Candemo, Menard. t. 1. SS. Ord. &c.

In pago Ebroicensi, S. Barlanorii Abbatis. Fuit hic Abbas Cænobii S. Crucis, postea à S. Leutfrido cognominati, in Dicecesi Eboracensi; cujus fit hac die commemoratio in Breviario Fiscanen. Nec plura licuit indagare.

Morerole in Hispania, Beati Petri Monachi. Fuit hic eximia devotione Augustissimæ Cælitû Imperatrici, Virgini Virgini, longè addictissimus, quam submisso corde, pio affectu, & ardentissimo fervore religiosissimè colebat: in ejus honorem, singulis diebus, nisi obstaret obedientia, Hostiam immaculatam in Sacrificio Missæ offerebat. Visus à morte est inter caelestis patriæ cives gloriosus & triumphans, aurea corona redimitus, & Divino splendore circumdatus. Aubert. Abb. Xenol. Cist. Bhryst. Henr. t. 2. SS. &c.

In Burgundia, natalis S. Columbini Abbatis, discipuli S. Deicolæ; cujus illustris fit mentio, in vita ejusdem sanctissimi Magistrî. Hugo Men. t. 2. SS. cit. &c.

S. Maurilii.

Fit Archiepiscopus.

Ejus merita.

S. Wilfridæ Abb.

Regias nuptias aspernatur.

Fit Abbatis.

SS. albo adscribitur.

S. Barlanorius.

B Petrus.

Deiparæ cultor ferventissimus.

S. Columbini Abb.

B. Guntelinus.

In Anglia Beati Guntelini Monachi. Guntelinus ob admirandas & planè heroi- cas corporis vires, multam passim confe- quutus famam, vitiorum tamen cœno- merus, tangente Numine, peccata de- testatus est; & de pœnitendo sollicitus, Hierosolymam peregrinari constituit. Talia meditantem, & cum Abbate quo- dam è sacra Cisterciensium nostrorum familia super eodem proposito collo- quentem; ut Crucem Religionis susci- peret, & ad cœlestem potius Ierusalem contendere, Abbas persuasit. Novi- tius etiamnum in arrepto Instituto mira Numinis dignatione confirmatus, raptus in extasim, damnatorum supplicia, ac præmia Buatorum, mirabili quadam vi- sione contemplatus est. In Sacellum de- nique aliquod deductus, Admirabilem Matrem, Angelorum Dominam, inter cœlites reliquos, velut inter stellas solem, admirabili cum Majestate ac splendore residentem conspexit. Ad quam accen- dens sanctissimus Patriarcha noster BE- NEDICTUS, cum in solemnem illam vo- culam de more prorumperet: *Benedicite,* respondit illico BENEDICTA Mater: *Do- minus.* Tum ille: *Domina,* inquit, *ecce No- vitus quem adduci iussistis.* Et illa: *Facite il- lum coram me venire;* & occurrenti: *Vifne,* inquit, *morari in domo mea mecum? ad ser- viendum mihi sicut promissisti?* Responden-

Fit Monach.

Miraviso.

Eum S.P.N. ducit.

Deipara cli- entem suum confirmat.

Dedicatio Sacelli Ein- fidensis.

Deipara in Ordinem nostrum propensio.

S. Conradus ad dedicatio- nem se parat.

ti; *Etiã Domina. Iura ergo mihi,* inquit illa, *super illud altare, & vove, quod mihi sem- per servies, & opera facies Domini, & custo- dies.* Quo jurante, accepto juramento, Divinissima Mater, ad Beatissimum Pa- trem nostrum: *Reducite,* inquit, *eum, unde adduxistis.* Redditusque sibi Guntelinus, gratiæ & promissi memor, mirè confir- matus, egregia vitæ perfectione effulfit, & à morte Angelorum Reginæ domesticis accenseri meruit. *Vincent. Bellovac. Heli- mandus in Ch. on. Barn. de Montalbo, Henriq. t. 2. SS. Ord. &c.*

V. Franco Abbas.

B. Martinus Generalis.

In Monasterio Affligemensi Ven. Franconis Abbatis ejusdem loci secundi: de quo nos die sepulturæ ejusdē sequenti. Florentiæ in Tulcia B. Martini Sacræ familiae nostræ Camaldulensis Generalis, viri insigni vitæ perfectione conspicui, qui cursu vitæ gloriosè exacto, lacris munitus deterriti in Ecclesiam voluit, ubi S. P. N. ex- emplo inter ferventissimas preces ultimū momentum expectans, psalmum deniq; *Judica me Domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum &c.* ad illa verba: *Domine dilexi decorem domus tue cœlestem inter odoris fragrantiam extinctus est,* ad quam percipiendam universa ferè civitas con- fluxit, ad cujus contactum plurimi infir- mi curati sunt, & usq; hodie mausolæum ejusdem magna colitur religione. *August. Florent. Hist. Camald. &c.* Obiit ann. 1259.

Obiit 1259.

DECIMO OCTAVO CAL. OCTOB.

XIV. Septembris.

E.

Dedicatio prodigiosissima celeberrimi Sacelli, gloriosissimæ Domine nostræ Matris Admirabilis, Virginis BE- NEDICTÆ in felicissimo Ejusdem Magnæ Matris nostræ Cœnobio Einfidensi: quod ipse Sacerdos sumus & Pontifex, Virginis filius Christus Iesus, inter solemnia An- gelorum, Apostolorum, cæterorumque Cœlitum, ministeria, hac die, dignatus est consecrare & dedicare. Quo quidem cū Dei, tum Deiparæ, inter nostros, tanquã in plenitudine sanctorum pro suo more atq; amore detenta & comorantis, beneficio, cum singulare Ordini nostro, & æternum conferat ornamentū, placuit paulo pro- lixius, tantæ fidei ac gratiæ Historiam, hoc ipso loco commemorare. Aduit mi- raculo tanto spectator ipse sanctissimus il- le noster Constantiensium Pontifex Con- radus, qui ut locum ipse, tanquam Ord- narius, ut vocamus, consecraret, cum Divo Vdalrico suo Augustanæ Urbis Pon- tifice, ipsis Idibus hujus mensis occurre- rat. Is nocte, quæ sequuta est, media, cum

de more solito orationis causa surrexisset, melodiam longè suavissimam auribus ex- cepit, cuiq; magis magisq; animū men- temq; incenderet, certissimo animadver- tit, Angelos, cantum eundem, & ordinē, caremoniasque, in Sacelli Deiparæ (cu- jus causâ aderat) consecratione habere, quæ Dedicantibus Ecclesiarum Epi- scopis usurpentur. Eas autem, quia qui fuismet spectavit oculis Conradus ipse descripsit, ipsiusmet tantæ fidei Pontifi- cis verba describemus: Descendit, inquit, Dominus de cœlis, casula violacea ante al- tare, ad sacrum Officiū celebrandum, cui quatuor Evangelistæ, insulam capiti ejus imponentes, & more consueto deponen- tes. Angeli aurea thuribula deferebant, alis suis, ut ramis arborum flabant. Iuxta Dominum Sanct. Gregorius flabellum in manu tenens, Sanct. Petrus in manu te- nens baculum pastorem: Sanctus ve- ro Augustinus & Ambrosius stabant an- te Dominum. MARIA Virgo ante alta- re stabat, splendida sicut fulgur. Sanctus

Concentus Angelicus.

Quales mi- nistri Christo adstiterunt.

Michaël

Mira Mu- sca.

Continuatio Historia.

Urgetur S. Conradus ut Sacellum consecret.

Divinitus abstinere manus jubetur.

Alia Cano- bia nostra similiter felicitas.

Germania felicitas.

Michaël præcantor erat. Sanctus Ste- phanus legit Epistolam. Beatus Laurentius Evangelium. Sanctus, cantabatur sic: *Sanctus Deus, in aula gloriosa Virginis misere- re nobis. Benedictus Mariæ filius, in æternum regnaturus qui venit.* Agnus Dei sic: *Agnus Dei miserere vivorū in te credentium, miserere nobis; Agnus Dei miserere mortuorum in te piè quiescentiū, miserere nobis. Agnus Dei, da pacē vivis & defunctis in te piè regnātib9. Domin9 vobiscū.* Respondebat Angeli: *Qui sedet super Cherubin & intuetur abyssos.* Hacten? Di- vus Conradus, libro de Secretis Secretorum è se scripto. Verum cœpta luce (per- gunt Annales Eremitarum) quam exaltationis Sanctæ Crucis memoria & honore illu- stravit Ecclesia, paratis ad manum neces- sariis, magna attentione omnibus Con- radum prætolantibus, ipse solus cunctari morasq; necere, neq; interea Sacello pe- dem efferre, ibidem fixus, imobilis, atto- nitus hære, & obtupescere, donec ad meridiem jam tempus vergeret; tum ve- ro omnes urgere sollicitareq; qui aderant Antistites, solemnitatem tandem & Offi- cia inchoaret promoveretq; & cessandi fi- nem faceret, neq; ultra tantum mortaliū conventum distineret. Ille adhuc causas obtendere, an aliud signum expectare. Denique quid audisset, quid perspectum haberet paucis ostendit. Ibi vero tum omnes veluti vana, & tanquam cœlestium ex meditatione nata somnia memoran- tem, reprehendere, objurgare, postremo ad sacrorum ministerium & Consecratio- nis opus illis posthabitis impellere & co- gere; donec cunctis, re inopinata percul- sis, & exhorrescentibus cœlestem vocem: *Cessa, cessa Frater; Divinitus Capella consecra- ta est.* Ex eo certa fides, & Conradum ve- ra cognovisse, & Sacellum Deiparæ cœli- tus dicatum & consecratum esse, nemo postea dubitavit. Quæ tunc tantorum virorum præsentia & testimonio comper- ta, & merito credita, nec non à Roma- nis Pontificibus approbata, crebriora inde, & huc usq; miracula, pene innumera confirmarunt. Ut non aliter atq; Monte- ferrato Hispania, Monte Virginis Italia, Cistertio Gallia, aliæque toto orbe pro- vincia, diversis Ejusdem Sanctissimi nos- tri Instituti Cœnobiis, à Deiparente Au- gustissima Domina & Matre nostra, pro- digiosissimè habitatis & excultis, pluri- mum sibi gratulentur; de propria item ejusdem Cœli Imperatricis sede (seti ut vo- camus Residentia) Germania & amplissi- mum Romanæ Aquilæ Imperium, meri-

to plaudat triumphetque. *Ex Annal. Ein- sid. Martino Pœnitentiario, Hermanno Con- tracto, tomo 2. Const. nostr. Bened. Annal. nostr. Germ. & Aquila Imp. Bened. &c.*

Bremæ depositio Sancti Vnni Archi- episcopi & Confessoris. Hic ex Mona- cho Corbeiz Saxonum, Archiepiscopa- lem conscendens Cathedram, labores semper honoribus universis potiores ha- buit, & habere se illustrissimo argumento docuit; cum relicto amplissimo Præfula- tu, substitutoque pro se Adalago, ad fe- rocissimarū gentium conversionem pro- gressus, Daniam, Sueciam, Gotthiam, ad Idolorum denuo cultum prolapsas, ad quas post obitum Sanctissimorum Ponti- ficum & Patrum nostrum Anscharii & Remberti, per septuaginta jam annos, nemo Doctorum penetrare ausus erat, imperterritus ipse, zeloque fidei ac Divini amoris flagrantissimus penetravit, & im- mensis superatis periculis ac difficultati- bus, incredibili labore, easdem ad fidem revocavit, Haroldumque Regem sibi pri- mum & pusillo Christianorum gregi con- cilians, ipsummet denique ad Ecclesiæ Matris gremium deduxit, & sacris Baptis- mi undis abluit. Immortuus est glorio- sissimo huic numeri & labori, magnus amplissimorum Regnorum Apostolus in oppido Birca, Ann. Christi 936. cujus quidem sacratissimi corporis membra, lectissimi ejus discipuli ibidem condide- runt; sacrum autem ejusdem caput, Bre- miam detulerunt. Tanti Pontificis labo- res commendans, ipsumque exemplar quasi & speculum sui temporis Episcopis, minus conversionem gentium, quam quietem ac splendorem curantibus, pro- ponens, sic alloquitur eosdem, & pro suo zelo exhortatur Adamus ejusdem Ecclē- siæ Bremensis Canonicus & scriptor cele- bris: *Eja Vos Episcopi, qui domi sedentes, glo- ria, lucrari, ventris, somni, breves delicias, in primo Episcopalis officii loco ponitis: respicite, inquam, istum pauperem, & modicum seculi, imo laudabilem, & Magnum Sacerdotem Chri- sti, qui nuper tam nobili sine coronatus, exem- plum dedit posteris, nulla temporum vel locorū asperitate, vestram pigritiam excusari posse: cum per tantæ pericula maris & terra, feroces Aquilonis populos ipse pertransiens, ministe- rium Legationis sue tanto impleveret studio, ut in ultimis terra finibus expirans, animam suam poneret pro Christo.* Ita Adam cit. in Hist. Brem. Germ. nostr. Annal. ut & Be- ned. t. 2. SS. Ord. Albert. Crantz. &c.

S. Vnni Ar- chiep.

Dania Sue- cia Gothia Apostolus.

Ejus fervor.

Regem con- vertit.

Mortuus 936.

Exhortatio insignis.

Laus Sancti Vnni.

B. Lucas S. R. E. Card.

Hhh

Cardinalis & Confessoris. Lucas, Florentinus patria, ex nobili Manzalorum familia, Monachus & Præpositus omnium Sanctorum Florentiæ, Sanctissimæ Congregationis nostræ Humiliatorum, ob insignem eruditionem, morumque ac vitæ dignitatem à Beato Gregorio Papa duodecimo, ad purpuram Cænobio extractus, & Cardinalis, tituli Sancti Laurentii in Lucina, ac Episcopus Fesulanus renunciatus, insignem postea S. Matri Ecclesiæ operam navavit, cum summi Pontificis Legatum egit, & cū tanto honori & muneri, tum eminentissimæ Cardinalatus dignitati, egregia vitæ sanctitate, & præclare gestis æternum decus conciliavit. Fuit in summo honore, humilitatis Monachicæ retinentissimus, ejusdemque inter plausus sæculi, custos, & propugnator acerrimus, in mortale Ecclesiæ, patriæ, & Ordinis perturbatissimo cæteroquin sæculo ornamentum: digno ad æternitatem Elogio à suis merito exornatus:

Insignem navat operam.

Epitaphium.

Exemplar Vitæ, morum, Virtutis & Almæ
 Professor Legis, qualem vix noverrat ætas
 Nostra parem, &c.

Obiit 1411.

Obiit Florentiæ A. C. 1411. in sui Monasterij Ecclesia marmoreo conditus Monumento. Hieron. Garimb. Valer. Florent. Alph. Ciac. Annal. nos. Ben. t. 2. SS. Ord. &c.

B. Petrus Abbas. mone.

Morimundi in Gallia Beati Petri Abbat. Hic in juventute, cum operam literis, Parisiis, daret, & duro admodum ingenio esset, atque ob labilem memoriam, contemptus atq; irrisus, gravis sibi ipsi atque odiosus existeret, graviter aliquando à dæmone tentatus, cum primum obniteretur, superatus denique, cum vi quasi illata dæmon in manum ejus lapidem indret, quem si manu teneret, omniscium fore, & cunctis admirationi promitteret. Retinuit lapidem, & miraculo omnibus fuit. Verum non multo post ad mortem decumbens, detectis confessione solemniter peccatis, & lapidis juxta accepti usu, hunc ipsum, quem tenebat manibus monente presbytero, quam primum abjecit, & scientiæ juxta omnis expers, ut ante, fuit. Extinctus postea, ut omnes rebantur, paratis funebribus, & scholasticis de more ad funus psallentibus, subito revixit, & quæ in altero illo sæculo tormenta vidisset passusque esset recitavit. Ejurato proin

Seductus olim à dæ.

Moritur.

sæculo, cucullum in Morimundenli Cænobio amplexus, cælo sefe, & alterius voluntati devovit, atq; in cōtinuo planctu ac corporis maceratione vitam traduxit, ad-

Reviviscit.

Fit Monach.

eo perspectæ sanctitatis ab omnibus nomine celebratus, ut Morimundenfes patre orbat, eximia cæteroquin perfectione Monachi, animarum suarum curam nemini mallent quam Petro credere. Quam quidem ille coactus admisit, at post aliquot annos, ipsis in vitis ac reluctantibus, dimisit; donec duobus qui successerant mortuis, invitus & ipse denuo admittere juberetur. Præfuit ex tunc annis quatuordecim, & tandem laboribus & rigore hujus vitæ exactissimus sancto fine ibidem decessit. De hoc, inquit, B. Cæsarius, cum interrogarem Hermannum Abbatem, (qui ipsi ridere visus convixerat) si viderit illum aliquando ridentem (quia de resurgentibus dicitur, quia ridere nō soleant) respondit: Scias me hoc ipsum in illo considerasse, nec potui deprehendere in gestibus ejus nutū quidem levitatis, tantæ erat gravitatis, tantæ longanimitatis; nunquā illum vidi, ne quidem subridentem, neq; verba levitatis proferentem. Ex lib. 1. Mir. Cæsar. Heisterb. Menol. Cist. t. 2. SS. Ord. &c.

Item Abbans

Affligemii, Venerabilis viri Franconis secundi ejusdem Monasterii Abbatis. Franco Divinis humanisque litteris instructissimus, ut ingenii viribus, sic laudibus etiam eloquentiæ apprimè excelluit, adeo, ut qui sanctitatis & eruditionis opinione tantopere clareret, illo sæculo par nemo haberetur. Multa per eum Affligemienfibus dona convecta sunt. Magnifico ibidem opere Basilicam condidit, librisq; & ornamentis multis eam instruxit, prædia plurima coëmit, & regularem disciplinam restituit. Viris Principibus, Episcopis, aliisque magnatibus apprimè charus, ab iisdem summo in honore est habitus, quos melliflui oris sermonibus mire recreavit, & instructos reddidit. Eum in Angliam aliquando venientem Henricus Rex peramanter excepit, & regia munificentia liberaliter donatū, in patriam remisit. Decessit ad felicem immortalitatem Innocentio II. Pontifice, Lothario II. imperante, cujus tumulū magna in veneratione habent Affligemienfes, viri nimirum lectissimi, scientia mirabilis, castitatis integerrima, & gravitatis honestissima, titulis, mirè commendatum. Ex Mon. Cænob. Affligem. Arnold. Rasse. Sigeb. Trith. Annal. nos. German. & t. 2. SS. Ord. &c.

Nunquam interrogarem Hermannum Abbatem, (qui ipsi ridere visus convixerat) si viderit illum aliquando ridentem (quia de resurgentibus dicitur, quia ridere nō soleant) respondit: Scias me hoc ipsum in illo considerasse, nec potui deprehendere in gestibus ejus nutū quidem levitatis, tantæ erat gravitatis, tantæ longanimitatis; nunquā illum vidi, ne quidem subridentem, neq; verba levitatis proferentem.

V. Franco Abbas.

Basilicam condit.

Principibus charus.

Insigne elogium.

B. Cornelii Abb. & Mart.

In Hibernia passio Beati Cornelii cognomento Rorich Abbatis. Hic Monachū sub sanctissimo Cisterciensiu nostro Instituto professus, & pro vitæ meritis Abbas electus, captus à fidei hostibus, initia præsulatus, trigesimo ætatis aſo, insigni certa-

Occ. sub Elisabetha, Reg.

certaminis trophæo exornavit, & cum flecti ad impietatem nullatenus posset, suspensus primum, ac dein in quatuor partes, dum adhuc viveret dissectus, Martyrum illustri corona donatus est; vir facie pulcher, moribus ornatus, suavis eloquio, juvenis ætate, cælo tamen matura, & quem illud terris invidisse videatur. Menol. Cist. Chryf. Henr. &c.

B. Stephanus Conversus.

In Grandi-silva Beati Stephani conversi, pietate morumque laude celeberrimi, ac Divinorum Mysteriorum meditatione supra quam de simplici æstimes, sublimis ac beati. Qui pestilenti lue in eodem Cænobio grassante, miro moriendi accensus desiderio, morbo eo correptus, tantum abest, ut exhorruerit, ut etiam votis & suspiriis continuis, de hoc durissimi exilii filiorum Adam ergastulo educi, ardentissime Deum exoraverit. Vnde factum, ut desiderium cordis ejus tribueret ei Dominus, qui post gloriosus apparens, alia inter, in hæc hilaris prorupit: *En ego in pace receptus à Domino, video bona Domini in terra viventium, quæ incomparabiliter exsuperant omne delectamentum carnis & sanguinis.* Lib. Vir. Ill. & Menol. Cisterc. Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.

Mori exorat.

Apparet gloriosus.

Translatio.

In Monasterio Blandiniensi, translatio S. Ansberti Rothomagensis Ecclesiæ Archiepiscopi. Molan. Men. Arn. Duac. &c.

S. Gudila. Patrona Bruxell.

In Mareolo, elevatio Sanctæ Bertiliæ. Citati. Bruxellæ dedicatio Ecclesiæ, & in eam translatio S. Gudilæ Virginis, facta per Carolum Ducem Lotharingiæ à Morsella Bruxellam urbem Principalis aulæ magnificentia insignem, cujus ipsa Princeps Tutelaris solemniter est adoptata. Molan. in Indic. Aquila nos. Imp. Ben. t. 2. SS. Ord. &c.

Eadem die solemniter Commemoratio

Sanctorum atque Beatorum Montis Virginis, cujus in hodiernam usq; diem & loci & Congregationis sanctissimæ ob effusissimum gratiarum è cælo imbrem nomen toto terrarum orbe est celeberrimū. Ex monim. ejusd. loci & Mont. Virg. script.

Item, longè celeberrima & festivissima Comemoratio Sacrosanctæ Crucis Dominicæ, singulari Numinis favore, maxima ex parte apud nostros, diversis toto terrarum orbe Cænobiis reconditæ, & in hodiernam usq; diem, evidentissimo Divinæ gratiæ signo in templo S. Crucis in Hierosalem Romæ apud sacram familiam nostram Cisterciensem asservatæ, cujus tamen brachium integrum in nostro S. Turibii in Hispaniis Cænobio; ut & aliæ spectatissimæ partes, innumera prodigiorum multitudine probatissimæ diversissimorum Ordinis Cænobiorum solatio atque ornamento relictæ, à fidelibus religiosissimè coluntur & celebrantur. Ex The-sauro nostro sive Sacratio Bened. & auctor. ib. cit. diversorumque Cænobiorum monumentis.

Eodem die decessit Ven. memoriæ S. R. E. Cardinalis Massæus, qui ex Abbate S. Michaelis in Murano Patrum purpuratorū Senatui accensus, dignum tanto honore, toti se mundo probavit, nec tam à purpura suspici quam insigni exemplo meruit, cujus vitam Beatæ memoriæ Petrus Delphinus, ejus in Abbatia successor descripsit, & sanctitatem viri plurimum comendavit, fuisse autè sibi rigidum, aliis mirè benevolam & gratiosam, neq; se deprehendisse apud ipsum, ait, quod non sanctissimi Præfulis, religionem, modestiam, humilitatem & benignitatem præferret. Obiit hac die Ann. Christi 1515. cujus vita extat parte posteriore Augustini Florent. fol. 102. & sequentibus.

Ven. Massæus Gardin.

Obiit 1515.

DECIMO SEPTIMO CAL. OCTOBR.

XV. Septembris.

F.

Octava B. M. V.

Octava Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, quam pro summo suo in BENEDICTAM Ordinis nostri MATREM studio, summa fidelium, Augustissimæ in primis Imperatricis devotorum, gratulatione, per Ecclesiam instituit universam, Sanctus Innocentius noster, eo nomine IV. Pont. Maximus. Ex Annal. nos. Bened. & Deip. cult. Bened. nec non diversis script. Hist. Pont. Platina, &c.

Institutor S. Innoc. IV.

SS. Emila & Hieremia Mart.

Corduba Sanctorum Martyrum Emila Diaconi, & Hieremia, qui in persecutione Arabica, post longam carceris macerationem, cer-

vicibus pro Christo abscissis, Martyrium compleverunt. Fuit uterq; in Monasterio Sancti Cypriani educatus, ille etiam Diaconus ordinatus, uterque eximia vitæ perfectione Monachus, & fidei zelo succensissimus. Cum autem Arabicæ linguæ periti essent, & de salute proximorum solliciti, in Mahometi impiâ superstitione, & nefandas leges, constanti invehentur, capti, & capite plexi, illustrem Martyrum laureolam meruerunt, A. C. 852. quo ipso tēpore, sereno cæteroquin cælo, terribilis exorta tempestas barbaros exterruit. Ex

Passi sunt A. C. 852.

Mem. Sancti S. Eulogii, Iepesio, Petro in Catal. t. 2. SS. Ord. &c.

S. Leobinus Episc.

Carnuti S. Leobini Episcopi & Confessoris. Hic Apud Pictavos humili genere natus, & pecorum custodia deputatus, sicut alter Elifæus superno lumine vocatus ab animalium cura ad curam hominum; cum forte transfret Novigesulus monachus humiliter petiit ut litterarum sibi elementa super cinctorium exprimeret; cui ille annuit, & animum addidit. Sed Deus satagenti ad honesta gratiam auxit, ita ut non solum vim litterarum facile perciperet, sed inde etiam non tam usu lectionis, quam inspiratione ad Sanctorum studia aspiraret. Incensus proin

Fit Monach.

Vitæ Religiosæ affectu, Monachum in Carnotenli Cænobio professus est, & juniore, silentio, meditatione, aspernatioe sui, fructum observatione, fide, charitate, devotione, compunctione admirationi omnibus fuit. Accessit tantæ sanctimoniam signorum quæ patrabat splendor divinus, quo nomine ejus illustrato Hetherius Carnotensis Episcopus ipsum presbyterum ordinavit, cui paulo post mortuo, unanimi Cleri Voto, populi precibus succedere coactus, multa præclare gessit, aliaque inter de Cathedrali Ecclesia optimè meritis, Canonicorum numerum auxit, & ob reverentiam numeri

Miracula.

72. Christi discipulorum totidem esse voluit, & statuit. Mirum illud quod nullo morbo oves illius afflicterentur, quin prece & pio tactu sublevaret: Hydropium siquidem desperatum à medicis sola oratione sanavit, dæmoniacam vestimenti, quam illa atrectabat, fimbria liberavit, duos item energumenos, porrecto quod benedixerat edulio, ab ejusmodi vexatione eripuit, febre tabescentes recreavit, immane incendium signo crucis extinxit, turbine vastatos agros, vi orationis reparavit. Imminente obitu, Caetricum religiosum sacerdotem longo morbo exhaustum, postquam sacro inunctum oleo sanasset, successurum sibi in Episcopatu prædixit, & paulo post sancto sine decessit. *Ex Martyrol. Gall. Car. Sauff. Fuit vir Sanctus ex discipulis S. Mauri, Gallia Cænobiis certatim Regulam S.P.N. expetentibus.*

Propheticis spiritu clar.

S. Aichardus Abbas.

Eodem die depositio Sancti Aichardi Abbatis. Aichardus sive Aichradus, Anchario patre, matre Ermena, nobilitate generis, & opum affluentia præstantibus, Pictavis in Aquitania natus est. Puerili etiamnum ætate, superna præventus gratia, Divina appetiit, terrena despexit;

cumque militaribus eum honoribus initiare pater conaretur, constanter obnixus, in faciem patri ingerere non timuit: *Me Pueri insensè, inquit, nisi mors, à Christi militia avellere non poterit.* Nec ausus deinceps refragari sententiæ pueri pater, probavit ipse, ac juvit; cumque pro magno suo in

Deipara à puero additus.

Deiparam studio rogaret ipsum Aichardus: ejusdem Magnæ Matris honori, Basilicam & Cænobium aliquod moliretur, non potuit pius pater, tam piis filii deesse votis, conditoque in suæ ditionis arca splendido Cænobio, idem multa postea redituum copia dotavit, ac lo supletavit. Puer ætatis anno duodecimo, cucullum in Ansonensi Cænobio amplexus, dolentibus primum nimio opere parentibus, sed mox mirè recreatis; cum ob mirandas ejus virtutes, insolenti planè exemplo, turbæ in laudem tam sancti pueri, diversa per vicus & plateas cantica occiderent, iisque Aquitania & Pictavorum cum primis urbs resonaret. Fuit jam tunc miraculorum gloria illustrissimus, adeo, ut dæmones ipsi ex obsessorum corporibus profligati, sanctitatem ejus prædicare cogentur; cæci, claudi, aliisque calamitatibus oppressi, Angelis ipsis monentibus, ad ipsum properare juberentur, optatam mox salutem percepturi. Quin & uno omnes ore accolæ, inauditam fertilitatis gratiam, solo adventu pueri terris infusam, celebrabant. Vigesimalis ætatis agens annum, missus in quodam Cænobii negotio, dum Canonicas ex more horas solus recitaret, voce hac cælo delapsa: *Ibunt Sancti de Virtute in Virtutem, mirè confortatus, exin stimulos longè acriores, ad conscendendum perfectionis culmen, sibi adhibere persensit, & ipse adhibuit.* Cænobio dehinc Quintianensi à parentibus condito præesse jussus, admirabili vitæ sanctitate præfuit, multosque ibidem perfectionis suæ æmulos feliciter educavit. Memoratu dignissimum, cum Sanctus Philibertus Gemmeticensis Abbas, Ebroini scelere exagitatus, Aichardum sibi substitui rogaret, Beati Ansoaldi Pictavorum Episcopi responsum, ex quo famam, & virtutem Aichardi metiaris: *O, inquit, Pater charissime, quantum hoc uno verbo turbatum me reddidisti: quo dilectum nostrum, & universa patria necessarium, ab hac provincia quaris removeri! Qua in re si consensum adhibeo, quanta, putas, plebis in me maledicta congestero? Nam ut de cæteris virtutibus ejus sileam: testantur agricola, fatetur plebs universa, ex quo Beatus ille Frater habitationis*

Fit Monach.

Stupenda in puero miraculorum gratia.

Vox cælo delapsa.

Fit Abbas.

Memorabilis S. Aichardi commendatio.

Variationis suæ in hac Diocesi sedem delegit, moribus, & tempestas, fames, & gladius, grando & sterilitas, & noxia vis procellarum ab hac regione auferuntur, que annis singulis pagum istum damno infusione populabantur. Convenit nihilominus inter Ansoaldum & Philibertum, Divinam super hoc exquirendam voluntatem, & ipsum maxime Aichardum, Spiritu Divino plenum, audiendum. Cum ecce, proxima nocte, voce cælesti admonitus Aichardus est: *Ne obstinatius aspernaretur mandata, ad se proximo mane deferenda.* Oblata & in somnis visio mira, qua Ansoaldus & Philibertus etiam antequam adessent, adesse visi sunt, Episcopo lituum porrigente, Philiberto S.P.N. BENEDICTI Regulam, cū his dictis: *Surge Frater, & officium, quod tibi à Deo imponitur obedienter suscipe.* Ut proinjam tunc, in hæc expectectus erumperet: *Adjutorium meum in manu tua Deus, sitanti oneris mihi instat sarcina amplectenda, fiat tuo adjutorio.* Cum mox supervenientibus illis quos in somnis præviderat, & petitionem exponentibus; obniti non ausus, solum super ineptitudine sua nimio opere questus est, & complorantibus universis Gemmeticum pertexit. Illud adventu statim suo Cænobium vere gemmeum reddidit, & ut fama, sic virtute implevit, atque celeberrimum effecit. Rarum sane illud: quod latere ipsum nihil omnino posset, quidquid tam in se quam Cænobium & Fratres Cæcodæmon machinaretur, cum perpetuo vir sanctus, humanis oculis conspicuum, velut corpore præditum intueretur, inque omnes ejus actiones & molimina mira videndi gratia penetraret, eademque proin facile discuteret seu averteret. Oblitus aliquando inter negotiorum molem ad Nonam ut vocamus horam accurrere, dum, iis expeditus, caput tonderi curaret, Cæcodæmonem intuitus capillos præfectos colligere, & singulos quasi in ordinem cogere, adjurato dæmone, causam neglectus intellexit, & mox arrepto baculo & signo crucis illuforem è cella profligavit, concitoque cursu ad Fratres currens, culpam factus, veniam rogavit; omnibus quamprimum pro tantillo Sanctissimi Patris excessu Dominum orantibus: cum ecce, stupenda res, ut occurreret semi-tonsus, tonsura quamprimum nulla, imo nec capilli unius incisio in ejusdem capite appareret. Ad locum separatam secedentem, ut secretius, suo more oraret, duo pia curiositate Fratres à tergo sequu-

Vox cælo delapsa.

Visio mira.

Fit Abbas Gemmeticensis.

Dæmonis in observandis minimis sedulitas.

Insigne miraculum.

ti, miranda intuiti sunt: cum in genua procumbens, chyrothecas detractas manibus post tergum projiceret, repente è densa nube solaris radius prorupit, projectas excepit, & tamdiu sustinuit, donec absoluta oratione, vir sanctus eisdem reciperet. Exurgentem dein ab humo, manusque & oculos in sublime attolentem, cælestis quidam & fulgureus splendor circumdedit, adeo rutilans, ut penè exanimati Fratres in terram corruerent. Eo sic per horæ spatium involuto, alternantia quidem verborum inter colloquentes murmura audierunt, sensum tamen percipere non potuerunt. Continatæ hæc voces, donec globus ille igneus, paulatim sese in tenuem aërem imiscens, Aichardum denuo in apertum emitteret. Cum vir Dei bis & tertio oscula ibidem terræ figens, lachrymis perfusus inde abiit, & pendentem è solis radio chyrothecas recepit; Fratribus autem ad miracula tanta stupentibus, silentium imperavit. Sed ne longiores simus, abruptimus. Cū tandem defectu virium, senili ætate, sanctus Abbas minus digne præesse metueret, & de tanto Fratrum numero (nongenti omnino simul semelque tunc convixerant) sollicitus, tantam sibi sarcinam relevari, Deum oraret; exauditus est pro reverentia; & Angelo docente, ac, qui morituri è felici illo numero essent, signante, mediam illorum partem, quadringentos & quinquaginta Fratres, post triduum ad cæli triumphos evocandos factus certior, eosdem inter ferventissimas preces, & amoris Divini dulcedinè, cum facies singulorum atque omnium, admirabili splendore, velut sol exsplenderent, mori intuitus; cæteris, qui se relictos plangebant, spe, & consolatione accensis, has inter præcipientium, & paulo post sequutorum minimè funebres, sed festivissimas & cælestes tædas, & ipse in lectulum, cilicio stratum se colligens, elevatis in cælum oculis, felicissimum spiritum Creatori commendavit, A. Ch. 695. Cujus sacrum corpus hodie prope Valencenas requiescit. *Fulbertus in Vita apud Surium, Haræum, Lippeloo, Annal. nostr. Bened. tom. 2. SS. Ord. Iepes, &c.*

Rursum mira & plura simul miracula.

Humilitas.

Ab Angelo de suorum morte docetur.

450. Sancti Monachi simul moriuntur.

450. Superstitis visione edocti & ipsi de salute sua docentur.

B. Milo.

Eodem die depositio Beati Milonis Monachi Elnonensis; qui ut vitæ sanctitate, sic & eruditionis laude enituit; aliaque inter magni Tutelaris sui Amandi vitam & laudes, tam metro, quam prosa composuit; sed & librum insignem alium de Sobrietate ad Carolum Calvum Imperatorem

Obiit 871. torem scripsit. Decessit An. Christi 871. sepultus in S. Amandi cum hoc Epitaphio:

Milo Poeta Sophus, cubat hoc sub marmore clausus, Carminedulciloquus, &c.

Ex Andrea Mon. Bamberg. Monim. Elmonenf. Arn. Duac. Trith. &c.

B. Achardus. In Monasterio Claræ-vallis Beati Achardi Monachi. Hic alter sui sæculi Antonius, in ipsis conversionis suæ primordiis gravissimis exagitatus tentationibus, fortiter contra communem hostem decertavit, à quo vir pius sepe flagellis cæsus, durissimè excipiebatur. Stupendum prorsus, quantis machinationibus, ludis & minis, unum hunc Christi Athletam inferus debellandum susceperit, ipso temper immoto, & de Dei misericordia confiso, velut inania, & somnia, tantos illorum conatus ridente & contemne, deque iisdem mira patientia triumphante. Dum in templo psallens, aut orans Creatori suo Sacrificium laudis offerret, dæmones eum terrere conantes, copiosa coram eo luminaria, cereos, & lampades accendebant. Aliquando diabolus instar gladiatoris, Sancto viro crebrosictus, & vulnera infligens apparuit; quam Achardus viriliter aggressus, percussit, superavit, & in fugam vertit. Verum integro anni unius spatio, ex eadem manu, qua dæmonem percussisset, tantus fœtor exhalavit, ut vix posset eam absque molestia, vel ori apponere, vel naribus admovere. Quibus pugnis exercitus, & victoriis asuetus, in virum ipse perfectum evasit, tanti etiamnum juvenis à Mellifluo Doctore nostro Bernardo factus, ut ipsum ad diversa construenda Cænobia dirigeret. Is ipse postea, emeritæ jam militiæ senex, Instituentis Tyronibus deputatus, felicissimus Novitiorum.

Alter sui sæculi Antonius.

Confligit cum dæmone.

Magister Novitiorum.

vitiorum Magister, omnes versutias dæmonis expertus, eisdem Tyronibus, utilissimè prodidit eoque nomine stragem ingentem atque intolerabilem Infero intulit, & tandem bonorum operum dives ad Triumphos æternos emigravit. Rob. Rufca, Henric. Gran. Menol. Cist. Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.

In territorio Furnensi Beati Ligerii Anachoritæ, qui sub Regula Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI vitam rigidissimam instituit; & ob sanctitatis famam celeberrimus evasit. Educavit idem plurimos in miro vitæ rigore discipulos, quibus 20. annis præfuit, & alia inter strictissimam maxime silentii observantiam commendavit. Qui denique cum numeros omnes viri perfecti expleisset, in Domino obdormiit Ann. Christi 1120. Meyerus, Adrianus Butz. Henric. tom. 2. SS. Ord. &c.

In Monasterio Admontensi obitus Ven. Sophiæ Regiæ Vngarorum ibidem Monialis. Hæc Belæ Vngorum Regis filia, Conradi Imperatoris filio Henrico desponsa, magno in Germaniam comitatu deducta, dum confectis Imperii negotiis nuptias sponis Cæsar appareret in prædicto Cænobio subsistere elegit, mortuoque inter apparatus nuptiales sponso, sponsum sibi Regum Regem elegit, solemniissimaque legatione ad Regnum repetita admirabili prorsus constantia, de sponso deque Regno alio nihil audire voluit, Monasticenque professa, totam Germaniam Vngariamque admiratione rapuit, ipsa illic strenue sese in ministerio Domini exercens, nec sine opinione magnæ perfectionis consummata. Ex monim. Admontensibus, & nostris Cultoribus Deiparæ Benedictis.

B. Ligerii Abbas.

V. Sophia Regina.

Sponsa Regis Rom.

Fit monialis.

SEXTO DECIMO CAL. OCTOBR.

XVI. Septembris.

G.

S. Rogellus Mart. Corduba Sancti Rogelli Martyris, qui pedibus manibusque abscissis, ad ultimum decollatus est. Rogellus Illiberitanus Monachus, provectæ ætatis senio venerandus, exhaustis pridem corporis viribus, fidei tamen zelo ardentissimus, cum ferocissimus hostibus Christi congregari ausus, admirabili fervore ac constantia, in fanum Arabum frequentissimum irrumpens, Christum liberrimè confiteri ausus, turpissimam & nefandissimam Mahometis

sectam, acerrimis verbis insectatus, adeo in te iracundiâ omnium concitavit, ut nisi Iudex ipse obstitisset, in ipso delubro ab infidelibus laceratus esset. Captus, proin, atque auditus, cum pari animo atque constantia Iudici obniteretur, & neque terroribus, neque blandimentis à sententia dimoveri posset, crudelissimè cum Servideo Eunuchio interemptus, ad felicissimos æterni Regni triumphos laureatus evolare meruit Ann. Ch. 852. Ambros. de C. 852. Moral.

Mirus zelus & constantia.

Passus est A.

S. Rogellus Mart.

S. Editha V. Regia.

Virtutes ejus

Rigor vita.

Spiritus proph.

Regnum oblatum etiam coacta accipere, rejicit

Pollex ejus incorruptus.

Predictio S. Dunstani.

Moral. S. Eulogius in Memor. Sanct. Annal. nost. t. 2. SS. Ord. &c.

In Anglia Sancta Editha Virginis, Edgari Anglorum Regis filia, quæ in Monasterio à teneris annis Deo dicata, sæculum hoc ignoravit potius, quam reliquit. Editha Wulfrudis matris Regiæ exemplum sequuta, & cucullum Wilthoniensi in Cænobio amplexa, eandem quam carne & sanguine matrem, etiam spiritu habuit, ejusque institutis mirum in modum profecit. Litteris ut excelluit, sic in lectione assidua fuit, sanctorum hominum vitæ exemplis, quæ in codicibus legebat, maximè vero majorum & cognatorum accensa; quorum plurimi Regiis deliciis cucullum prætulere, & variis virtutum studiis, ad summum perfectionis culmen evecti sunt. Sororibus alterâ se Martham serviendo omnibus ac singulis, Christo Mariam exhibuit, contemplando, diligendoque eidem perpetuo adfixa. In pauperes, in hospites, in ægros affectu propensissima, liberis Regiis leprofos anteferebat, & quanto quis vilior ac deformior appareret, tanto ad seviendum eidem promptiorè se ingerebat. Adeo in omnes charitate fervebat, desolatos maximè, ut haud immerito, ore omnium desolatorum solamen deprædicaretur. Cæterum, ut pia aliis, sic dura sibi, abstinentia jugi sese macerabat, & tenerrimum corpusculum asperissimo cilicio, loco interulæ, atterebat. Edgardo patre ejus defuncto, Eduardus filius, frater Edithæ successit, quem paulo post humanis subtrahendum, sanctissima atque amantissima soror in spiritu prævidit, quam cum unicam Regni heredem proceres Regni Cænobio extrahere contenderent, & tandem etiam vim intentarent, illa adeo constanter obnixa est, ut quidvis potius perferre, quam suavissimum Christi jugum abjicere decerneret. Erat in more Virgini ubicunque ageret, & quocunque pedem efferret crebro se crucis signo munire, quod in ipsa commendans magnus & Sanctissimus ille noster Cantuariensium Archiepiscopus Dunstanus, apprehensa aliquando manu ejus: Nunquam putrescat hic digitus, dixit, quod & postea evenit. Cumque mox idem Pontifex tantus, ad Sacrosancta Missarum solemniam celebranda pergeret, totus in lachrymas resolutus, altumque suspirans: Hæc Deo dilecta, ait, anima, hæc fideret gemina, ad patriam Sanctorum ab illuvie terrena rapietur; tertio & quadragesimo ab hinc die, occidet nobis hæc stella luculenta. Nec sefellit predictio: Nam

eodem illo quem designaverat die, ætatis suæ vigesimo tertio, Christi vero nongentesimo octuagesimo quarto felicissimè decessit. Matri autem sanctissimæ Wulfrudi, & Dunstano gloriosa apparens, ut corpus suum è terra elevarent præcepit; quod, præter oculos, extremitatesque manuum ac pedum, quibus puellari ætate ad levitates aliquid abusa est, cum pollice, de quo supra, repertum est incorruptum. Eam, utpote Edgari libidinosis olim Regis filiam, cum celebrata ejus sanctitate, Canutus Rex ut fabulam audiret, & contemneret, Ednotus Archiepiscopus ipsum repræhendens, inter celeberrima sanctissimi Pentecostes festi solemnia, Virginis tumulum spectante eodem Rege aperuit; Editha autem cingulo tenus se erigens, in contumeliosum Regem visa est impetum facere, Rege ceu exanimi in terram corruente, ac veniam postea suæ temeritati rogante ac impetrante. Editham deinceps Canutus idem præcipue coluit, & ab eadem gratiam pro contumelia accipiens, desperatis rebus, gravissimo in naufragii periculo prodigiosè liberatus est. Dignum illud etiam Edithæ factum minimè prætereundum: cum, de sanctitate quidem filia conscia, amore tamen paterno, an fastu regio, Edgarus pater ejus, quindecim annos natam, tribus Cænobiis Abbatissam præficere moliretur, constantissimè obnixa est pessimi exempli conatibus sapientissima Virgo; ineptitudinem per annos causata, persuaderi & cogi non potuit, ut tantum muneris tantilla acceptaret, singula volens à singulis Cænobia curari, easque è gremio, quæ dignissimæ essent, eligi, & Abbatissas creari. Exemplum ad sequuturam Regum & Principum posteritatem mirè commendandum.

Eadem die depositio Sancti Victoris III. Pontificis Maximi, egregia vitæ sanctitate, & admiranda animi demissione celeberrimi. Victor, Daufertius in sæculo, Monachus & Abbas Desiderius appellatus, Samius, Beneventani Principis filius, familia Epiphania, paratis jam sibi nuptiis, & amplissimo renunciatis Principatui, Monachum professus, tanta enituit vitæ sanctitate, ut sanctissimo illi Orbis atque Ordinis Archisterio Casinensi, Abbas præficeretur; imo præesse cogentur, cum nolentem, ac multum reluctantem, ferventissima Fratrum vota & lachrymarum vix exorarent. Pari desiderio, post obitum admirandi constantia & vite sancti-

Elevatur.

Mortua refidet & se movet.

Regem à mortis periculo liberat.

Illustre exemplum contempti honoris.

S. Victor III. Papa.

Illustr. genus.

Fit Abbas.

sanctitate Pontificis Gregorii VII. ab univ-
 verso Clero & populo Romano expetit9,
 cum nullis precibus flecti posset, vi adhi-
 bita, invitus ac renitens, Christi año 1086.
 Pontifex Maximus electus, & coronatus,
 appellatus est Victor III. univérfa Vrbe
 de tanti capitis electione plaudente &
 triumphante. Verum Victor, inaudito
 ad eam diem humilitatis exemplo, post
 dies quatuor Roma egressus, insignia
 Pontificatus Tarracinae dimisit, & cucul-
 lo contentus suo, Casinum se recipiens,
 rigidus, & sanctè obstinatus, nullis preci-
 bus, lachrymis, rationibus, illa ut resume-
 ret, persuaderi potuit. Quoad denique,
 altero post anno, Ecclesia quasi de nullo
 alio, quam Desiderio suo, unice sibi desi-
 derato cogitante; sacrati Præsules univer-
 si, cum Iordane Capuano Principe, ac
 Rogerio Calabriae Duce, ad ejus pedes
 provoluti: *ne rem Christianam, gravioribus
 incommodis affectam vellet, neve totius Cleri,
 ac tot Procerum infirmas supplicationes frustra-
 ri pergeret, quibus omnino deliberatum ac con-
 stitutum esset, neminem alium, ipso quidem su-
 persite, ad id honoris evehere;* Victor tan-
 dem, Victor noster, manus præbuit, &
 cum metueret Numinis resistere volun-
 tuti, acquievit; & brevi licet Pontificatu,
 multa tamen præclarissime gessit: Roma
 nimirum, summo totius Orbis Christiani
 bono & gaudio, gravissimo Schismate li-
 berata, profligatisque in Africa Saracenis
 felicissimus, immatura morte præreptus,
 quem nonnulli Martyribus accensent,
 veneno, ut ajunt, à Schismaticis propina-
 to sublatum, Ann. Christi 1087. Insignia
 inter ejus ingenii monumenta, celebra-
 tur libri in primis 4. quibus Sanctissimi
 Patris sui BENEDICTI, discipulorumq;
 ejus Monachorū Casinensium res gestas
 est prosequutus, qua sua in Patrem, & Le-
 gislatorem meritissimum pietate, poste-
 rorum etiam omnium studia accendit;
 meritò à S. Petro Damiani nostro, *Monachorum
 Archangelus* appellatus. *Ex Baro-
 nio, Ciaconio, M. Ant. Scipione, Platina, Pan-
 vino, Annal. nost. &c.*

B. Martin. In Hispania Sancti Martini Episcopi Si-
 guntini. Hic à pueritia, evidentibus vir-
 tutum signis, futuræ sanctitatis indicia de-
 dit: & integritatem mentis & corporis
 incorruptam conservans, spiritu prophe-
 tico, & variis miraculis claruit. Abbas
 celeberrimi illius Cænobii Hortensis factus,
 admirabili vitæ sanctitate effulsit, &
 Regnum universum fama implevit, quin
 & meritis gravissimis demeruit; cujus ni-

mirum imploratis ante prælia precibus, cū
 Rex Alphonfus, tum ceteri Principes,
 felicia auspicia & Victorias omnes post
 Deum adscripserint. Invitus postea, ac
 reluctans ad Seguntinae Cathedralis Ec-
 clesiae regimen extractus, eidem multis
 modis præclarissime consuluit, cujus jura
 contra invasores constantissime & felicif-
 sime propugnavit, Clerum reformavit,
 talemq; se pastore exhibuit, ut ab omnib9
 & timeretur & amaretur. Præcipuam ta-
 men de pauperibus curam habuit, quorū
 ferè Pater & Oeconomus extitit, omnesq;
 Pontificatus redditus, in solos ferè eorun-
 dè usus convertit; & in captivos redimen-
 dos expendit. Cum autem annos septem
 sanctissime præfuisset, ad sanctum solitu-
 dinis anhelans otium, relicto Episcopatu,
 ad proprium Monasterium reversus, ibi-
 dem Angelica conversatione ad tertium
 usque & septuagesimum ætatis annum
 supervixit. Mortuus est in itinere cum
 à visitatione Cænobii de Ovila revertere-
 tur, cum ante aliquot dies jam instare obi-
 tus sui horam Divina revelatione cogno-
 visset. Quo ipso temporis momento
 pretiosa mors ejus Hortensibus divinitus
 innotuit; qui sacrum ejus corpus inde fe-
 rentes, in proprio monasterio sepelierunt,
 mira cælestis odoris fragrantia inde erum-
 pente, ad cujus tumulum varia deinceps
 miracula patrata sunt. Obiit A. Ch. 1210.
*Richard. Hort. Laurent. de Zamora, Aub. Mi-
 ræus, Aug. Manriq. Barn. de Montalbo, Henr.
 t. 2. SS. Ord. &c.*

Eodem die, Sancti Gozelini Abbatis
 Sancti Solutoris, viri sanctitatis & merito-
 rum laude conspicui, qui Ann. Ch. 1066.
 Taurini Sancto fine decessit, insignibus à
 Deo miraculis illustratus, t. 2. SS. Ord. Pin-
 gon. in Aug. Taurin. Menard. &c.

Treveris, in Monasterio, quod Hor-
 reum appellatur, Beatæ Julix tertix ejus-
 dem loci Abbatissæ, quæ sanctorum ope-
 rum manipulis horrea Domini implens,
 celebri sanctitatis fama enituit, & miracu-
 lorum gloria illustris, sub A. Ch. 730. Tre-
 verensem urbem mirè exornavit. *Ex An-
 nal. Germ. Monasteriol. German. tom. 2. SS.
 Ord. &c.*

In Gallia Beati Milonis Abbatis Caro-
 liloci, cælestium meditationi deditissimi
 & terrenarum rerum contemptoris egre-
 gii, qui undecimus Chalifii Abbas extitit,
 & Sancti nomen apud suos famam & no-
 men præmeruit. *Phil. Seguin. Menol. Cist.
 Chrysoft. Henr. &c.*

*Victorias
 precibus im-
 petrat.*

Fis Episc.

Merita ejus.

*Reditus Epi-
 scopales quo
 conversi?*

Resignat.

*Mortem præ-
 cognoscit.*

Miracula.

Obiit 1210.

*B. Julia Ab-
 batissa.*

*B. Milo
 Abb.*

In Bavaria, Monasterio Schyrensi,
 Beati Bruaonis ejusdem loci Abbatis
 præstantissimi, & magnis meritis conspi-
 cui, qui genere non minus quam virtuti-
 bus conspicuus, (fuit enim Henrici Im-
 peratoris materteræ filius) Monasterio il-
 li religiosissime præfuit & S. Wilhelmi
 Hirsaugiensis, cujus fuit lectissimus disci-
 pulus, exactissimam vitæ rationem Cæ-
 nobio intulit, ipse omnibus factus exem-
 plar sanctitatis, cujus gratia eodem à san-
 ctissimo Magistro missus fuerat. Obiit
 anno 1127. *Ex Trithemio, Bruschio, monim.
 Schyrensis, VVig. Hundio, &c.*

QVINTO DECIMO CAL. OCTOBR.

XVII. Septembr.

B. Lamberti *Episc.* **A** pud Leodium Beati Lamberti Episcopi
 Trajectensis, qui cum Regiam domum
 zelo Religionis increpasset, à nocentibus, inno-
 cens occisus, aulam Regni caelestis perpetuo vi-
 deturus intravit. Lambertus a pro patre,
 matre Herisplide nobilissimis editus,
 magnis naturæ & gratiæ à puero dotibus,
 Sancti Landoaldi dein magisterio, divinis
 pariter ac humanis, Monasticis imprimis
 disciplinis instructissimus, ad Sanctum
 Theodardum denique nostrum se con-
 tulit, cui in Trajectensi Pontificatus am-
 plissimi cathedra, invitus licet ac reni-
 tens successit. Eum Childericus Rex
 mirè coluit, & amicos inter præcipuum
 habuit, quo trucidato, Ebroini scelere
 Lambertus sede pulsus, incredibili animi
 patientia injurias accepit, & exilio bene-
 usus, ad Stabulente Cænobium se contu-
 lit, ubi cum senatoribus cali, inquit vitæ aucto-
 r, *intra terrestres Paradysi curiam, Mona-
 sticam disciplinam strenuè exercuit,* nec con-
 tentus de die omnibus se submittere, de
 nocte etiam clam surgès Fratrum omniū
 calceos exterfit. Forte è manibus lapsò
 quandoque calceo, eoque strepitu exci-
 tato Abbate, jussus sub dio qui strepitus
 auctor esset publicè pœnitere, alacri ani-
 mo jussa excepit, & solo tectus cilicio im-
 manem frigoris vim, ita ut tunc erat in-
 dutus, sustinuit, quod Vigilatum officio
 à Fratribus expletò agnitus, ab Abbate
 ipso lachrymis & luctu ob admissum im-
 prudentius facinus oppleto, revocaretur.
 Post años autem septem à Pipio in sedem
 suam restitutus, insigni omnium gratula-
 tione exceptus, miraculorum gloria mire
 effulsit, & propagandæ fidei zelo in Ta-
 xandriâ five Campaniâ Brabantinâ pro-
 fectus, profligatis idolis, & stulto inanium

Eodem die Venerabilis viri Stephani
 Abbatis quondam celeberrimi Cænobii
 S. Iustinæ de Padua, qui Solitaria vitæ de-
 siderio, eo honore sponte se abdicans, in
 monte Veneris, vulgo Vendæ duos & tri-
 ginta años, magno rigore sese excrucians,
 illic demum beato fine requievit anno
 Christi 1241. cui in ore illud perpetuo
 fuit: *Inquietum est cor meum Domine, donec
 veniat ut requiescat in Te.* Conditum est
 corpus ejus in Sacello S. Ioannis Baptistæ.
*Ex monim. S. Iustine, Cajet. Marche-
 sio, &c.*

Deorum cultu damnato atque sublato,
 post gravia discrimina, & multa fortiani-
 mo exantlata, gloriosissimum Apostoli no-
 men apud eas gentes meruit. Quod &
 Martyrii insuper gloria cumulavit, cum
 amantissimum sui ceteroquin Principem
 Pipinum, ob Alpaidem pellicem Pontifi-
 cali constantia audenter objurgaret, neq;
 ullis blanditiis ut illi communicaret mo-
 veretur. Interfectus crudelissime à Do-
 done Alpaidis fratre, qui armata manu in
 ædes Episcopi faciens impetum, ipsum in
 oratione prostratum, cum duobus ejus
 nepotibus, & quos cum ipso invenerat
 omnibus immanissime interfecit. Affe-
 quuta paulo post Dodonem, & compli-
 ces omnes sceleris ultrix Domini manus,
 & is teterrima correptus lue, viscera per
 os rejecit, corpusque ejus propter nimiam
 factoris insolentiam in Mosam projectum
 est; cæteris quoque universis pessime af-
 flictis, & absumptis. Corpus Sancti post
 annos tredecim repertum est incorru-
 ptum, mira cælestis fragrantia fragrantis-
 simum, quod à Sancto Huberto, summa
 cum reverentia elevatum, & Leodium
 translatum, innumeris postea miraculis
 coruscavit. Cujus alia inter, mirum &
 rarum illud: aliis impune ad sacrum cor-
 pus accedentibus & oculo figentibus, si
 quæ pellex interveniret, illico proditam
 & consulam, quasi turbine quodam exa-
 gitatam retrocedere compulsam esse; ut
 quantum vivus ab eo scelere abhorruerit
 castissimus Pontifex, etiam mortuus de-
 clararet. Passus est, Magnus Trajecten-
 sium & Leodiensium Tutelaris Christi
 anno 698. Episcopatus sui quadragesimo.
*Chapeauvill. Bucherius, Baronius, Iepes, Stenge-
 lius, Aubertus Miræus, Democh. & ante omnes
 Stephā-*

*v. Stephanus
 Abbas.*

*Obiit anno
 1241.*

*Constantia
 ejus.*

Interfectus

Vltio Divina

Incorruptio

Miracula.

*Pellices mirè
 rejiciuntur.*

*Passus & A.
 C. 698.*

*Apostolus
 Taxandria.*

*Eligitur re-
 lucians Rom.
 Pont.*

*Honorem
 abdicat.*

*Ecce opinio-
 nem omniū
 de tanto
 virol*

*Cogitur re-
 sumere.*

*Merita in-
 genia.*

Obiit 1087.

*S. P. N. Vi-
 tam scripsit.*

*Monachorū
 Archangelus*

*B. Martin.
 Episc.*

Fit Abbas.

Stephanus Episcopus Leodiensis, qui ejus vitam prolixè descripsit, &c.

S. Hildegardis Abb.

Apud Bingiam in Diacefi Moguntinensi, Sanctæ Hildegardis Virginis. Hildegardis, Hideberto patre, matre Mechtilde, generis claritudine, divitiarum affluentia, & sanctitatis opinione celebribus genita, tenera in ætate miris jam visionibus illustrata, octuennis ferè, contempelienda Christo, in monte Sancti Dylibodi recluditur. Monasticen professã, & de virtute in virtutem progressã, admirandis paulo post gratiã Divinã signis innouit. Continuis autem excocta egritudinibus, patientiã exemplum, ita universis exhibuit, ut tota ipsius vita pretiosã Martyrũ mortis, imago quãdam fuerit. Annos nata 42. lumine prodigioso cælitus lapsa, mirificè illustrata, donum: Expositionis Scripturarum, singulari Dei munere accepit. Iussa item, voce ad ipsam cælitus emissa, quæ de cætero videre & audire mereretur, sedulo scriptis mandare, dum judicia hominum reformidans, detrectaret, à Numine cogitur. Scribere proin aggressã, de posteritate omni æternum meruit. Prophetiã spiritum plena; mira omnino, variis ad se confluentibus prædixit; fraudes, & latentem in corde hominum nequitiam cognovit; monita salutis, admirabili cum fructu omnibus dedit. Divino autem impulsã Spiritu, zelo ac merito Apostolico, loca diversissima, Coloniam, Treverim, Metim, Herbipolim, Bambergam, &c. adiit, & quæ Deus ipsi revelaverat, audentissimè annuntiavit, Clerumq; ac populum, in iis quæ salutem ipsorum spectabant, mirè instruxit; peccata hominum detexit, & ad pœnitentiã opera, eosdem invitavit & traxit.

Patientia ejus.

Vox cælo labitur.

Scribere jubetur.

Meritum ejus Apostolicum.

Hæreticos profligat.

Quantità Rom. Pontificibus & Imp. facta.

deburgenfis, alii Germaniã, pluresq; per Italiam, quin & Hierosolymitanus aliiq; Archiepiscopi & Episcopi, Spirẽsis, Constantiensis, Bambergensis, Gallia item, Lugdunensis, Viridunensis, cæteri; Pontifices, in gravissimis quibusq; negotiis illius sententiam rogarent, nec non sanctissimi quivis & eruditissimi viri, quos inter magnus ille & Mellissius Ecclesiæ Doctor Bernardus, ad illam recurrerent, & quæ aggredi parabant, velut ad Lydiũ lapidem examinanda remitterent, DEI voluntatem ex Hildegarde cognoscerent, ac precibus ejus, Romanam Ecclesiam, Imperium, & quisque provinciam suam ac seipsum, commendarent. Effulsit, præter, & innumera alia merita, insigni miraculorum gloria Hildegardis, ita, ut ferè nullus, quacunq; detentus infirmitate, eam accederet, qui non protinus Divina cooperante Virtute, ab ea sanus & incolumis rediret. Obiit autem ingens hoc sexus muliebris, imo Germaniæ, Ordinis, & Ecclesiæ universæ decus, Viraginis miraculum, universi Oraculum A.C. 1181. ætatis suæ 82. cum mortis horam à Numine edocta prædixisset, & eterno merito ac fructu, scientiã Divinitus infusã, plurima, præstantissima & admiranda, posteritati reliquisset monumenta, quæ Divo Bernardo agente, ab Eugenio Papa III. in Concilio Treverensi Cardinalibus octodecim, & Prælatibus multis præsentibus, publica sententia confirmata sunt. *Ex Theodorico Abb. Vincentio in Spec. Cratopolio, Tribemio, Annal. nost. Bened. & German. Aquila Imp. Bened. &c.*

Corduba Sanctæ Columbe Virginis & Martyris. De qua nos 31. Decemb.

In Argonia Sylva, depositio S. Rodingi Episcopi & Confessoris. Rodingus sive Rodincus, natione Scotus, genere nobilis, à puero pietate atque litteris imbutus, Pontifex demum suæ patriæ effectus, cum annos quatuor præfuisset, patriam deserere, & quo vocaret Numen concedere, divinitus iustus est. In Gallias delatus, Theolegiensi in Cænobio cucullũ induit, Abbas postea ejusdem loci electus, adeo vitæ sanctitate, & miraculorum gloria exsplenduit, ut animo & corpore ægri undique confluerent, & sani redirent. Honoris proin fugiens, ad Sanctum Paulum nostrum Viridunensium Pontificem, suum in Abbatia antecessorem per biennium secessit; atque inde Bellilocensis in editissimo monte Cænobii ad sylvam Ar-gonnam fundamenta jecit. Expulit eum loco,

Omnes velut ad Oraculum confluunt.

Commendatur ipsi Imperium &c.

Miraculorum gratia.

Obiit 1181.

Libri à Papa approbati.

S. Rodingus Episc.

Ex Episcopo sit Monach.

Miracula.

Cænobium condit.

Vlto Divina in persecuten-tes.

Miraculis Roma celes-ter.

Ravissimum prodigium.

Rursum condit Cænobium.

Sacrilegiam futuris mirè occurrit.

Eosdem excommunicat.

Voce caelesti confirmatur.

Sanctus Angelus Custos ejus.

Humilitas ejus.

loco, ut alieni juris pervasorem Austrius Princeps, qui mox velut alter Pharaon à Numine percussus, uxore, liberis, familiaria extinctis, sceleris pœnas luit, sola filio-la an forore superstiti, in cujus digitis indelebili nota, nomen *Rodingi* apparuit. Romæ interea cum ageret vir Dei, reverti, unde fugeret, ab Angelo iustus, priusquam Roma discederet miraculis proditus, ingentem ægrorum multitudinem, & manuum & vestimentorum actu solo, nec non crucis signaculo, prodigiosè curavit. Quacunq; item transiit, sanctitatis item passim, & prodigiosæ virtutis vestigia seu monumenta reliquit. Ad vicum Rieffonis cum venisset, exhaustis nimia ariditate pratis, dum baculum solo defigit, fons ab imo terræ ebulliens, copiosissimas illico aquas in amnem non solum derivavit, sed & auri tantum secum una protulit ac vexit, quantum fundo illi emendo satis esset, ubi mox fundamentis Ecclesiæ jactis, diu quæsitus habitationis locum condere cœpit. Accessit pœnitentis jam sero at serio Principis Austrii liberalitas, quem in memor injuriæ Divus, sanum reddidit, isque beneficii memor, silvam integram Monachorum usibus obtulit ac dono dedit, mutatoque nomine loci *Wastleu*, *Belli* dein nomenclaturam meruit. Rarum & insolens plane illud, quod eventuras olim Cænobio suo à Monachorum osoribus & contemptoribus pressuras & injurias prævidens, in detestationem ac terrorem ambientium fecit: In frequenti namque populi concursu, Pontificia indutus veste, ea qua poterat solemnitate, invasores ejusmodi, etiam olim futuros, à fideiũ comunione separavit. Cumq; clara & distincta voce psalm. 108. *Deus laudem meã ne tacueris, &c.* complevisset, voce hac cælo delapsa, & ab universis exaudita: *Petitio tua exaudita est, & hanc domũ in tutelã accipiam;* mirè confirmatus est. Fuit in prædicatione verbi Divini strenuus admodũ, ut fructũ doctrinæ ejus natũ nemo dignè explicaverit. Habuit fidũ in omnibus monitorem Sanctũ Angelum Custodem suum, qui in conspectum te ejus dare solitus, de singulis, quæ sui officii erant, ipsum disertè instruebat. Fuit sanctissimæ Regulæ & sacri rigoris observantissimus, cujus præscripto, solum servitutis pensum, quadragesimali maximè sacri jejunii tempore, plurimum auxit, terque duntaxat in hebdomade cibum, eumque modicum sumere consuevit. Latere quam maximè studuit, evocatusque à Clodovæo II. Gal-

liarum Rege, impensè est deprecatus, ne se cella educeret, pollicitus, se pro ejus & Regni incolumitate Deum assiduè oraturum. Centum & duodecim annos natus, designato successore Stephano, in propinquam solitudinem secessit, & solo deinceps pane vixit; Festis tamen ac Dominicis diebus, ad suos invisens, in Cænobio sacris operatus, data benedictione jejunos recessit. Donec tandem ætatis annum centesimum decimum septimum agens, ad metam vitæ pertingeret. Edoctus de mortis hora ab Angelo, Stephanum Abbatem & Monachos adesse iustus, seque ipsum humi, & in cinere composuit. Adfuit & Viridunensis Episcopus Armonius, & Monachus quidam Theolegiensis ab Angelo admonitus, quibus præsentibus, genibus in terram fixis lacro refectus Viatico, extensis ad cælum manibus, prior pro sui exitus expectatione Responsorium consuetum canere cœpit, & prosequentibus cæteris, inter manus sustentantiũ expiravit; tanta mox ægrorum conflente multitudine, ut vix post triduum posset sepeliri. Neq; ad tumulũ solum deinceps, omnis generis morbocurati, sed & ad fontem Cellulæ ejus plurimi, febricitantes maximè liberati sunt. *Ex rer. Gall. script. t. 2. SS. Ord. Hug. Menard.*

In Prussia, passio Sancti Casimiri Abbatiss Monasterii Olivenfis; qui simul cũ multis aliis sui Cænobii Monachis, trucidatus, Martyrii coronam promeruit. Ita *Menolog. Cister.* Qua tamen occasione & tempore non describitur.

Ita Claravalle, Beati Stephani Cœnoverfi. Hic in sæculo splendidus atq; opulentus, deliciis omnibus potiorem humilem conversorum vitam æstimavit, quibus accensus, morũ illustrissimũ Magistrũ Mellissium Doctorem nostrum habuit, & mirabili sui ipsius contemptu atq; abjectione mire effulsit. Decessit hac die Choris Angelorum circumvallatus, & insignibus à morte prodigiis nobilitatus. *Bernard. de Brito, Chryf. Henr. t. 2. SS. &c.*

Eadem die S. Alpaidis cognomento pœnitentis. De qua alii & nos alias.

Lætis elevatio S. Hiltrudis Virginis. Facta est hæc crebrescentibus miraculis hac die, per Erluinũ Cameracensem Episcopũ sumã cũ solemnitate, sed & postea, cũ vetus Ecclesia ruinã minaretur, Adalardus & Ermentrudis, ex divina admonitione novã construxere, quã Gerardus Episcopus V. Non. Maij dedicavit, & lactæ Virginis corpus eodẽ transfudit. *Molan. in Addit. Menard. &c.*

117. annorum senex.

Felicissima ejus mors.

Miracula.

S. Casimirus Abb. & sq. Mart.

B. Stephanus conversus.

Miracula.

B. Alpaid.

S. Hiltrud.

S Bonifacius IV. Papa. **R**omæ, Sancti Bonifacii Papæ IV. viri meritis gravissimis præstâtissimi. Bonifacius, Ioannis Medici filius, Valerianensis, Marfus ex Monacho Sancti Sebastiani in Urbe, Congregationis primæ Benedictinæ, ad honorum omnium summum apicem conscendere, eximiâ vitæ sanctitate, & singulari prudentiâ atque eruditionis laude meruit, renunciatus 5. Id. Iunii Indict. 9. Idem statim à consecratione, Magnum Gregorium imitatus, ædes proprias, in quibus fuerat educatus, an Cardinalis habitaverat, in Cænobium convertit, & lectissima Monachorum colonia instruxit. Meritus sub initia statim Pontificatus, non de Urbe solum, atque Italia, sed & orbe terrarum universo, quin & de cælo etiam ipso, ipsiusque magnâ Imperatrice Virginum Virgine, cuius honori, nobilissimum illud delubrum, & vetustissimum Romanæ magnificentiæ, sed & miseræ iuxta servitutis monumentum, **Pantheon consecrat.** ab antiquæ sordibus idololatriæ expurgatum, sublatis inanum Deorum simulachris, solemniter dedicavit & nuncupavit: dignissimo sanè titulo, Deos seu dæmones omnes illa triumphante & calcante, isto Triumphatricem honorâte, & universo orbi, pulcherrimo cultus exemplo honorandam commendante. Illatis proin Sanctorum Martyrum exuviis, **Sancta MARIA ad Martyres** primû, paulo post autem à templi forma, Sancta MARIA Rotunda appellatum est. Meruit & multis modis de Orbe Christiano præclarissimè, Conciliis aliquot celebratis, Romano, & Toletano, quorum celebratione nihil ad bonum universi majus, nihil ad propagandum Christi nomen & stabiliendam fidelium pacem, præstantius excogitari & fieri posse sancti Patres existimarunt. Consuluit etiam diligentissimè Monachorum honori, & amplissimi Ordinis dignitati, invidentibus jam tunc nonnullis, & dolentibus: Monachos, quasi sui officii ignaros, quod *plangentium, non docentium* esse cõtendebant, querebanturque inter turbas versari, summis honoribus, & honoratissimis muneribus perfungi, quod suo ipsi detrimento fieri, & adversum ambitioni, opinabantur. Quibus pro summa sua in Ecclesiâ auctoritate, Decreto publico

occurrendum statuit Pontifex Sanctissimus, & in celebri Italiæ Episcoporum Synodo, eorumdem opinionem, & nefandos, ut ipse appellat, *ausus* damnavit, & inhibuit. Idem eo iplo tempore de Hispaniarum Regnis meritissimus Toletanæ sedis Primatum, & Metropolitanam honorem, Sancto Helladio nostro, successoribusque perpetuum decrevit ac confirmavit multisque aliis beneficiis tam eidem Regno, quam aliis per orbem provinciis providit, & bene fecit. Tandem autem meritorum manipulis locuples, cum discessisset annos 6. mens. 8. dies 13. sancto sine decessit A.C. 614. Ex Annal. Eccl. & nost. Benedict. t. 2. SS. Ord. Plato, Panuino, Platina, Ciaconio, Iepes &c. Ejus memoriam hâc die nonnulli. 8. Cal. Iunii, die ipsius depositionis celebrant.

In Germania Sanctæ Richardis Imperatricis. Richardis sive Richarda Gregorii Scotiæ Regis filia, Carolo Crasso Galharum Regi & Romanorum Imperatori nupta, in summo universi applausu, sive sæculi tenû vixit, & duodecim annis, rarissimo sanè exemplo, & inter Cæsares primo, Virgini marito, Virgo conjux religiosissimè convixit, sed & invidente castissimo utriusque amori, dæmone, stupri insimulata, candenti ferro, an frigida scelus diluit. Cæterum, in Andloviense postea, quod ipsa condiderat Virginum Cænobium concedens, ejuratis diademate ac purpura, atque calcato omni, quidquid volupe mundo creditur, pauperè amplexa vestem, fulgentior cucullo, quam auro ante ac gemmis enituit. Ubi egregia sanctitate Virginibus exemplar facta, **Abbatissa.** Abbatissa postmodum eligi meruit. Inde quoque ad regimen Sanctorum Felicis & Regulæ Monasterii Tigurini evocata, cum pulcherrimo vitæ exemplo, & rarâ sanctitatis fama orbem impleffet, Ordinemque universum exornasset, plena meritorum ad coronam æternitatis vocata, post mortem Sanctorum albo adscribi meruit, æterno & Imperii, & regii Scotorum sanguinis ornamento. Ex vita, t. 2. SS. Ord. &c. German. nost. Annal. & Aquila Imp. Bened. Const. Benedict. t. 2. Chron. Alsât. Trithem. &c.

In Gallia depositio Beati Stephani Abbat. Hic ex Anglia in Galliam veniens, ut

Hispanias demeretur.

Obiit 614.

S. Richarda Imp.

Fit monialis

Abbatissa.

Decus æternum Imp. & Regum.

S. Stephanus Abbas.

Ardet ut fœcula.

Fit Abbas.

Exauctoratur.

Clar. 1250.

B. Euticii Abb.

Sanctus Pluviosus.

B. Vulchini Abb.

Hospitalitas.

Miracula.

S. Lindani.

B. Hugo.

ut studiis litterarum intenderet, Sancti Edmundi nostri qui tunc publice docebat Parisiis, magisterio se tradidit; & divini amoris igne succensus, tanquam facula quædam ardens, mirabili visione ad illuminandas mentes hominum, ex ipsis scholis, Sancti Spiritus impulsu agitatus, prodire, revelante Numine, ab eodem Sancto Edmundo visus est. Sanctissimam postmodum Cisterciensium nostrorum Reformationem avidè amplexus, strictè observavit, & post Monasticam, quam assequutus est perfectionem, ad majores gradus evectus, Savigniacensis primum Cænobii constitutus Abbas, Clarævalensibus postmodum præfuit: sed quia cõttra mentem aliquorum, Zelo tamen illustrandi Ordinem ductus, Seminarium, ut vocamus, pro Fratibus studiosis Parisiis erexit, dignitate orbatus, in Vrbi-campo, magna cum sanctitate vitæ reliquum traduxit, & dum à Pontifice summo ad Archiepiscopalem dignitatem evocaretur, ad meliorem evocatus vitam sancto sine decessit. Clar. A.C. 1250. Nicol. Harpsfeld. Chrysof. Henric. t. 2. SS. Ord. &c.

Eodem die Sancti Euticii Abbatis. Fuit hic à morte in primis miraculorum gratia illustrissimus; cuius inter alia miranda, illud in primis celebratur: quotiescunque nimia siccitas terram exussisset, prolata in publicum, & in Processione, ut vocamus, deportatâ Euticii tunica, largos illico imbres cælo deductos, arva arètia recreasse. Ex Andr. Mon. Bamberg. t. 2. SS. Ord. &c.

In Monasterio Sichemensi Beati Vulchini Abbatis. Hic primus adductis Monachis ex Walkenrode, in prædicto Cænobio pedè fixit, & Abbatiali honore insigniri meruit. Reliquit insignia sanctitatis vestigia, ab eximia præcipue in omnes charitate commendatus, Hospitalitatis præcipue jugi & diligenti exercitio; & pauperû curâ, cum in præcipuis duceret Xenodochia pauperum, viduarum & pupillorum tuguriola lustrare, carceres visitare & vinctos redimere, & ad charissimos quorumcunq; peregrinorum & hospitû pedes se abjicere, eisdemque abluere. Qui cum virtutibus & miraculis plurimum effulgeret, ad triûphos æternos emigravit. Hen. Gran. Manr. Mon. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.

In Apulia Beati Lindani Monachi Casinatis, admirabili vitæ sanctitate celebrari. De quo alii II. alii III. Iulii.

In Dicecesi Aurelianensi Beati Hugonis Monachi, qui vitam Cænobiticam in Curia Dei professus, eximia sanctitate & admirandis signis exsplenduit. Colitur

hic incredibili populi studio & devotione, cum ob aliorum miraculorum frequentiam, tum quod singularis febricitantiû, Patronus habeatur; quem prodigiose medicum quotidianis prodigiis fideles experiuntur. Philipp. Sequin. Henric.

In Monasterio Weingartensi Beatæ memoriae Bertholdi ejusdem loci Abbat. Bertholdus illustri natus genere, illustriore generis contemptu spectatus, in VVeingartensi Svvviæ Cænobio Monachum professus est. Ejusdem postea ob insignia vitæ merita, sub Beato Meingoso Abbate, Præpositus electus, tanti ab omnibus factus, ut qui ex lectissimo, genere, virtute atque eruditione clarissimorum Fratrum numero, sanctissimæ vitæ Magistro ad superâ translato succederet, nemo haberetur. Fuit, ut viventis etiam num Meingosi Virtutum spectator & imitator egregius, sic miraculorum ejusdem post mortem demirator, & scriptor diligentissimus, in quo Antecessoris spiritû requievit facile deprehendas. Exsplenduit ex ipso, præ omnibus aliis virtutibus, inexplicabilis prorsum erga Augustissimam cæli Imperatricem devotio, cuius cultum, quantis poterat modis, cum in Cænobio tum apud subditos & vicinos promovit, & exquisitissimis modis, gravissimoque verborum pondere, ejusdem Magnæ Matris amorem sequuturæ etiâ posteritati impressum voluit, cuius in honorem Officiû ejusdem Sabbathinûm solemne & perpetuum decrevit, & plurimam in Eiusdem gratiam, ut luminare perpetuum ad ejus aram, Præbendam item perpetuâ pro amore ejus certæ personæ conferendam, quin & alteram in honorem Spiritus Sancti, *DEI param tam mirè & gratiosè obumbrantis, & ad partem tam Divinum disponentis*, ordinavit. Verbo, tantopere ejusdem amore incaluit, ut verba singula ad honorè ejus scripta ardere videantur. Præfuit in magna sanctitatis opinione, & exustû sub regimine suo Cænobiû præclare restituit, admirandis sub eodem prodigiis Numine idem cænobium illustrante. Obiit sub A. C. 1232. Ex mon. nost. &c.

Bergis translato S. Winoci Abb. Iudicælis Armoricæ Regis filii; transferente ipsû Bergas Balduino Calvo Flandriæ Comite: quod confideret, inquit Molanus, ejus meritis ac intercessionibus magis protegendam fore patriam apud Deum, quam per humanam industriam, cum late omnia barbarorum in cursibus vastarentur. Ex Ind. S.S. Petr. VValomcap. &c.

Febricitantiû Patronus

B. Berthold. Abbas.

Fit propositus

Abbas.

Mira erga Deiparam devotio.

Quæ in ejus gratiam statuerit

Obiit 1232.

Elevatio S. Winoci.

XIX. Septembris,

C.

S. Theodorus Archiep.

Cantuarie Sancti Theodori Episcopi, qui à Vitaliano Papa in Angliam missus, doctri-
na & sanctitate refulsit. Fuit insigni vi-
tæ sanctitate, sic eruditione omnimoda
spectatissimus hic Magnus Theodorus,
primus, ut ait Venerabilis Beda noster, cui
omnis Anglorum Ecclesia manus dare consen-
tiret, Archiepiscopus de Regnis illis lon-
gè meritisissimus, in quibus & litterarum
sacrarum atq; prophanarum studia incre-
dibili fructu, inæstimabilique merito in-
duxit & propagavit; & assidua verbi Di-
vini prædicatione, innumeros Christo
conciliavit, ac præstantissimum Anglorum
Apostoli nomen meruit; tanta sub hoc
Theodoro Regnorum illorum ac popu-
lorum felicitate & gloria vigente, ut eod-
em, quem superius allegavimus, Beda
attestante: *Nunquam prorsus* (sic enim ipse
ait) *ex quo Britanniam petierunt Angli, felici-
ora fuerint tempora; dum & fortissimos
Christianosque habentes Reges, cunctis barba-
ris nationibus essent terrori, & omnium vota,
ad nuper audita Regni celestis gaudia pende-
rent, &c.* Meruit & aliis modis de ce-
Anglia Theodorus, Conciliis maximè
lebratis, quibus ipse jussu Apostolico præ-
fuit, & plurima Regno & Ecclesiæ An-
glorum utilissima decrevit. Mortuus est
Primas & Archiepiscopus Angliæ, vere
Magnus, idemq; Apostolica, Sedis Lega-
tus & Apostolus Theodorus Christiano
690. insigni pro meritis tantis Epitaphio
honoratus, cuius initium est:

Princeps Pontificum, felix sumusq;
Sacerdos, &c.

*Ex Ven. Beda, Chron. Cantuar. Baronio, Ie-
pesto, Annalib. nostr. Benedict. & diversis rer.
Angl. script.*

S. Pomposa V. & Mart.

Corduba, in persecutione Arabica, S. Pom-
posa Virginis & Martyris. Pomposa no-
bilibus, opulentis, religiosiq; nata paren-
tibus, Cordubam patriam habuit. Fuit
mira ipsam inter, parentes, Fratres, co-
gnatosq; æmulatio, ita ut quisq; alterum
pietatis studio vincere conaretur. Con-
didere parentes Pinnense Cænobium,
Pinna Mellaria appellatum, in quod cum
ejurato sæculo se uterq; conferrent & ab-
derent, eodem mox consequuta Pompo-
sa, & fratres germani, nec non cognati,
conjurata quasi voluntate cucullum am-
plexi, illustrem sanè de mundi illecebris
triumphum reportarunt. Pomposa tamè

Insignis SS. familia.

ætate licet minima, tam felicitis agminis
pompa duxit, præq; aliis illustrioribus
sanctoribus vitæ exemplis eluxit, vigiliis,
jejniis, orationibus addictissima. Cumq;
virtute omni mirè excelleret, Martyrii
demum supremam lauream inhiantissimè
expetiit, atq; exambiiit; cujus nimio ac-
censa desiderio, dum portas forte Cæno-
bii minus diligenter obseratas offendisset,
occasione usa, in aream confictus erupit,
Iudicij; Arabi sponte se sistens, cū in Re-
gum Regis Iesu Christi sponsi sui laudes,
& fidei in ipsum prædicatione fremente
barbaro erumperet, gladio necari iussa,
juvundissima celo victima cecidit A. Ch.
853. Cujus corpus in flumen projectum,
ac post viginti dies à Monachis repertū,
in Basilica S. Eulaliæ digno honore con-
ditum est. *Ex Memoriali SS. Sancti Eulogii
Ant. de Iepes, & rer. Hisp. script. &c.*

In territorio Lingonensi, S. Sequani Presby-
teri & Confessoris. Sequanus Magnimon-
tensi pago oriundus, ab infantia Deum
quærens, puer etiamnum Pfalterium me-
moriter tenuit. Eum parentes, quod uni-
cum haberent, & unicè diligerent, stirpis-
que suæ propagatorem vellent, Clericorum
Monachorumq; convictu prohibuere, ne
eo vitæ genere delectatus, sæculo nunciū
remitteret. Verum ille domo se subdu-
cens, villa Valeriaca cellulam sibi struxit,
eaq; se condens, solum Divina meditatus,
molle corpusculum supra ætatem duriter
habuit, nec prius cibum sumpsit, quam
Pfalterium ex integro recitasset. Ipsum
lurida, & emortua pene ex jejunii assiduo
usu, facie, cum parentes intuerentur, post
lugubres questus, alter eorum: *si ob tonsu-
ram, inquit, negatam, vigorem corporis amit-
tere pergis, ecce ipsi te onere crinū sublevamus;*
ductaque super caput filii forcipe, adeo
mox intremuit, ut forcipè tremor è ma-
nu excuteret. Proin sacerdotio devotus,
Eustachio cuidam Presbytero adhæsit,
cujus admonitione modico vini usu ad-
missio, non nihil de nimio rigore, obediendi
studio intermisit. Edoctus a divinitus Eu-
stachius, multorum ad salutem prædesti-
natorem illum Patrem fore, admiratus
insuper miram juvenis sanctitatem, ut ad
Leviticum Ordinem promoveretur, cū
tamen non nisi quindecim annorum æta-
tem haberet, ab Episcopo impetravit.
Quinquennio post, Sacerdotio initiatus,
mortuo

Desiderium Martyrii.

Clam è Cænobio sepra-ripit.

Martyrio donatur 853.

S. Sequani Abbas.

Non est consilium contra Dominum.

Pueri exercitia.

Resmiral

15. et. anno fit subdiaconus.

Fit Monach.

& Abbas.

Admiracula.

Floruit 580.

S. Arnulph. Episc.

Puerili ætate fit Monachus

Juvenis consulitur à Pa-
pa.

Fit Episc.

Solo tañu palli mortuum suscitatur.

mortuo Eustachio, Clericorum invidia ap-
petitus & exagitatus, vitam Monachicam
profiteri in animum induxit, & in Torno-
dorensi Cænobio cucullum amplexus, Se-
gestrensis non multo post Cænobii con-
ditor esse & Abbas meruit; quo in loco in-
colas belluinis moribus & atrociniis assue-
tos, felicissimè convertit, multosq; insu-
per Monachis accendit. Confluentes
undiq; fama miraculorum ejus, infirmos
& afflictos prodigosè juvit, & signo crucis
oleoq; benedicto curavit. In agro cū Fra-
tribus, cum foenum curaret, ac repentino
turbine tempestas ingrueret, vicinorum-
que undiq; manipulos per ærem dissiparet,
solum Sequani pratū turbo non atti-
git, & in se conquiescens tempestas, lim-
pidissimum resoluta in imbrem desedit.
Floruit A. C. 580. cujus deinceps nomine
Segestrense Cænobium S. Sequani (Sainct
Seine) est appellatum. *Ex vita, tomo II. SS.
Ord. & Gall. rer. script.*

In Gallia S. Arnulphi Vapincensis Epi-
scopi, admirandæ sanctitatis viri. Arnul-
phus nobilibus natus parentibus, puerili
ætate S. Trinitatis Vindocinense nostrum
Cænobium ingressus est. Vbi mox cucul-
lū indutus, eo cogitationes omnes & stu-
dia convertit, ut quæ in sanctissima Regu-
la præscribuntur, ad amulsum exactissimè
observaret. Omnes diligebat, omnibus
obsequabatur, cujus in illa ætate sanctitatē
admiratus Odericus Abbas, cum unicè
diligebat; sæpe etiam in dubiis consule-
bat, vixq; ab ejus consortio abstrahi pote-
rat. Quare Romam profectus, cū & juve-
nem Arnulphum secum duceret, adeo
Alexander Papa ejus modestiam est ad-
miratus, ut ipsum Romæ detineret; quod-
que mirandum magis, cognito sancti ad-
olescentis spiritu, & admirabili prudentia,
ejus consilio in re Ecclesiastica gerenda
uteretur. Cum a Vindocinenses pastore
orbati, Episcopum sibi dari per Legatos
peterent, neq; aptiorem Arnulpho & uti-
liorem patriæ quenquam fore Alexander
judicaret, quanquam invitus eū ab se di-
mitteret, eam tamen provinciam, summa
omniū gratulatione eidem injunxit. An-
tequam a. Arnulphus Pontificatum ini-
ret, Vindocinum deflexit, ut licentiam &
benedictionem ab Abbate suo acciperet,
& jucundo Fratrum osculo potiretur. Ad
ingressum Castri Vindocinensis, cū pue-
rum defunctum, ad ripam Legdi fluvii re-
perisset; nudum, ut a quis luserat, misera-
ty, pallio, quod habebat, pretioso, operuit,
cujus solo contactu, illico stupentibus uni-
versis, puer revixit. In Pontificatu, summa

usus moderatione, *omnia omnibus factus,*
uti bonis benevolus, sic sceleratis terribi-
lis, animo infractus, atq; imperterritus, re-
belles & contumaces Anathematis ful-
mine impetebat; accedente juxta, si quæ
damnasset, Numinis comprobatione atq;
vindieta, cum contemptor Anathematis,
repentina sublatus morte, metum cæteris
ingentem incuteret. Simili morte subla-
tus alius, quum multi in necem Pontificis
conjurassent, & is primus fuisset, qui in
Christum Domini gladium strinxerat, &
brachium innocentissimo amputaverat;
quod sanctissimi corporis membrum, et-
iam longè post mortem meritisissimi An-
tistitis, penitus incorruptum, & quod au-
geat admirationem, purpureo etiamnum
sanguine diffuens est repertum. Claruit
mira miraculorum virtute, quæ inter, dū
manus forte lavaret, ipsa quæ facris deflue-
bat manibus, aqua, cæci oculos aspergens,
illico visum ipsi restituit. Floruit An. Ch.
1070. *Ex monim. Vindocin. Renato Bened.
Hug. Menard. t. 2. SS. Ord. &c.*

Contemptor morte luit.

Sancto viro brachium amputatur.

Incorruptio ejus.

Flor. 1070.

S. Nicander Abbas & soc.

B. Balsamus.

Mori optat.

Infirmatus

Deiparam intuetur.

Messanæ ad fretum Siculum, Sanctorum
Nicandri Abbatis & sociorum Gregorii,
Petri, Demetrii Presbyterorum, & Elifa-
bethæ monialis; qui sub quadam specu-
socialiter viventes, pariter in pace quieve-
runt. Claruerunt A. C. 800. *Octav. Ca-
jet. Idea SS. Sic. t. 2. SS. &c.*

In Clara-valle Beati Balsami. Balsamus
in Monasterio S. Anastasii Romæ Mona-
chum professus, eximia animi puritate &
sanctitate clarus effulsit. Is celebri Clare-
vallensium fama exaudita, & data occa-
sione loci sanctitate etiam perspecta, nihil
magis, quam ibidem vitæ terminum clau-
dere exoptavit. Eo a. reversus aliquando,
cū exequiis cujusdam Fratris interesset,
cum gemitu valido, inquit vitæ Auctor, *pe-
tavit anima sue ut moreretur, ex intemis cordis
medullis clamans ad Dominum, & dicens:
Moriatur Domine anima mea morte iustorum,
& fiant novissima mea, horum similia.* Cum-
que corpore jam tumultato, omnes Mo-
nachi flexis genibus tertio devotissimè
clamarent: *Domine miserere super peccatore,*
& vir sanctus totus in lachrymas resolu-
tus, defuncto requiem, & sibi celerem vi-
tæ terminum postularet, in eodem loco
invasit eum peremptoria febris, qua infra
decimum diem ibidem sancto sine dece-
sit. Fuit Divinis visitationibus in corpo-
rali etiamnum agens erga stulo verè bea-
tus, cui aliquando caelestibus intento, cæ-
lum patuit, interque caelestis illius Ierusa-
lem cives, ipsum etiam Regem Regum,
ejusq; gloriosissimam Genitricem intueri
meruit:

meruit: quorum, inquit liber virorum Illustrium, felicissima visione ita latatus est, ut jam se quasi unum ex eis reputaret. Menolog. Cist. Chrysof. Henric. & lib. vir. Illust. cit. t. 2. Sanct. Ord. &c.

B. Simeon. Camalduli S. Simeonis Monachi & Eremitæ egregia vitæ sanctitate conspicui, reclusus in cella dicta Papæ. Aug. Florent. Hist. Camald. t. 2. SS. Ord.

B. Sophia Abb. In Monasterio Hovenes Beatæ Sophiæ ejusdem Monasterii Abbatissæ. Hæc Ordinem nostrum in Monasterio Ditzkirgen professâ, cum ad exactiorem Regulæ observantiam, & sacrum vitæ rigore inhiaret, ad sanctissimam, & florentissimam tunc temporis Cisterciensium nostrorum Reformationem transiit; cumq; & vitæ exemplo, & prudentiæ laude plurimum præstaret Priorissâ Montis S. Walpurgis constituta, inde postmodum evocata, Abbatissâ in Hofenes designata est. Fuit rigoris & disciplinæ Monachicæ propugnatrix tanta, ut quod evidens zeli & virtutis erat argumentum, subinde vitii & crudelitatis nomine à tepidioribus judicaretur. Quem tamen zelum atque fervorem, quantum amaret Deus illustribus miraculis confirmavit: Cum aliquando cervisia eidem prodigiosè in vinum converteretur; & de templo absolutis nocturnis precibus quadam nocte prodeuntem, comitaretur Angelus, lucernam velut minister eidem præferre visus. Sicque virtutibus & signis admiranda, in senectute bona quievit. Casarius Heisterb. Barn. de Montalbo, Angel. Manriq. Henr. t. 2. SS. &c.

Rigida in discip. Mon. observanda

Angelus lucernam præfert.

In Monasterio Luxoviensi Sanctorum SS. & BB. Luxoviens. atq; Beatorum ejusdem Cænobii Abbatum & Monachorum. Quorum ingentem ac penè incredibilem fuisse numerum, cum ex antiquitate Cænobii, jam supra mille annos, inter celeberrima Ordinis, spectatissimi, tum ex ipsa sub sanctissimis Præsulibus ac vitæ Magistris, jugi & quam maxima Monachorum frequentia, sit manifestissimum, ut si vel solos quidem diversarum gentium Apostolos, Archiepiscopos, Episcopos, & quidem eosdem omnes, sanctitatis & præclarissimè gestorum laude celeberrimos, numerare aggrediaris, totus obstupescas; tanta jam cum ob singularem eruditionem, tum præstantissimam sanctitatis laudem, ipsis Cænobii initiis, de ejusdem Monachis opinione, ut sub A. C. 617. Concilii Gallici Patres, comuni omnium consensu decernerent: Ad extirpandas Gentium reliquias, & succrescentes Hæreses Photini & Bononii, neminem tam esse idoneum, quam Monachos Luxovienses. Satis tuculentum eos zeli & industriæ suæ documentum quotidie (NB.) dedisse, in numero populorum, quos prædicatione sua ad fidem adduxerant, &c. Ut de splendore ejus Cænobii, deinceps etiam multo celebrioris facile omineris, & ex eo deductis calculis, quos numerare nequeas, sub una hac saltem eorumdem omnium comuni memoria venereris. Ex monim. ejusdem Cænobii, Annal. nostr. Vincent. Belluac. Iepesio &c.

Quot Apostoli? quot Episcopi?

A. C. 617.

Concilii Gallici opinio de Luxoviensib.

DVODECIMO CAL. OCTOB.

XX. Septembris.

D.

S. Ratherius Episc. In Monasterio Laubiensi Sancti Ratherii Episcopi & Confessoris. Ratherius five Racherius, illustrissimo Viennæ Comitum sanguine oriundus, vitam Monachicam calcato sæculo, in celeberrimo Laubiensi prope Binchium Cænobio professus, admirabili ut eruditione sic vitæ meritis effulgit; ob quæ ad Pontificatus Veronenfis in Lombardia Cathedram evectus, strenuam Ecclesiæ universæ operam navavit, & repullulascens passim pestilentissimam Anthropomorphitarum Deum corporeum & impia multa docentium Hæresim, æterno cum merito profligavit. Nec dissimili felicitate ac merito, invalescente nimium Berengarianorum Hæresi, eorumdem errores insigni ut zelo, sic subtilitate ac gravitate refutavit, & doctissimis editis scriptis mirè confudit,

Optime meritis de Ecclesia Vniuersa.

Anthropomorphitarum Hæresim profligat.

Item Sacramentariorum

convicit, ac triumphavit: Ut vèrè Hæreticorum sui & sequuturi etiam temporis, Sacramentariorum imprimis malleus Ratherius habeatur. Fuit in Divini verbi prædicatione assiduus, vitiorum omnium hostis juratissimus, cumq; profligatorum hominum scelera insectari constantissimè pergeret, & dignissima Pontifice constantia, nullo personarum respectu, potentissimorum æq; ac humillimorum malefacta redarguere nihil formidaret, ipsum Hugonem Italiæ Regem, plurimosque alios Principes incredibili magnanimitate pro gravibus delictis acriter corripere, nec de fervore suo, etiam gravibus minis & injuriis appetitus, paratus prius sanguinem fundere & mortem oppetere, quam quæ tam juste damnaverat probare seu dissimulare, remitteret, concitatis in se quorundam

Ejus zelus.

Constantia

Mori paratus quam adulari.

Sede pellitur. rumdam animis, decimo septimo Episcopatus anno sede sua pulsus; optimis a quibusq; ut restitueretur agentibus, restitutus; denuo. verum, quod pergeret vitia Principum detestari, denuo exactus, non multo post ad Leodiensem in Belgio Cathedram evectus, cum depravata similiter omnia cernebat, & pari libertate in sceleratos animadverteret, eo quoque honore post triennium dejectus est. Ita tertium pro Christo exul, solatus facile exilium suum desideratissimo cuculli & cellulæ otio, reversus ad Cænobium suum, in quo deinceps ad obitum usq; suum cælestibus vacans deliciis felicissimè conquevit, imo strenuè laborans, multa æternitate dignissima monumenta reliquit, novendecim post honorem Pontificium annis superstes. Tandem longi certaminis mercedè percepturus, ad æternæ patriæ felicitatem emigravit, cujus egregiam sanctitatem & merita illustribus à morte prodigiis Deus comprobavit. Enituit magnus Hærelum triumphator, rara animi demissione, quæ vel ex Epitaphio ejusdè in Cænobio Laubiensi manifesto apparet, quod ipse sibi posuit, & tumulo inscribi curavit, his verbis: Conculcate pedes hominum, Sal infatuatum.

Multa scribit.

Miracula.

Epitaphium perinsigne.

Obiit 972.

B. Ioannes Eustach.

Ex Augustiniano Benedictino.

Iardineto præficatur.

Pauper Abbas.

da contentus, & insigni in cibo parsimonia corpore excrucians. Hospitalitati nihilominus præcipuè studuit, & ut erat in oculis suis vilis, & vilissimis ministeriis delectabatur, Cellam hospitem ipse scopis mundavit; eoque nobilibus viris forte intervenientibus admirationi fuit. Rogatus ab iisdem, cur opus tam abjectum & squalidum non aliis committeret: Confratres mei, inquit, aliis exercitiis, de mandato superioris sui implicantur: ego autem hoc me opere exerceo, ut otium pulvinar diaboli evitem. Fama a sanctitatis latè proditus, eoq; nomine Principibus charus, propensissimos in se, liberalissimos in Cænobium expertus est. Plura Cænobia insigni cum merito, per Namurcensem Comitatum & provinciam reformavit, & rigorem Monachicæ præclare restituit, eam ob causam nobilibus quibusdam exofus adeo fuit, ut de maestando cogitarent. Missus qui interficeret, seditiosus & frontis perfictæ facarius parata jam cæde, adeo perterrefactus solo contuitu Abbatis fuit ut non aliter contremere, quàm si eo momento vitam cum morte commutaturus videretur. Ut proin nihil quod proposuerat ausus, superplex ad Eustachii pedes præcideret, & cum syllabam quidem effari posset, crebra tunctione pectoris, scelus confessus veniam potius, quam verbo rogaret, donec mansuetudine ejus recreatus rem totam proderet, & absolutus discederet. Fuit prophetico spiritu à Numine illustratus, quo docente impendentem cuidam supermam vitæ horam prædixit, & absens licet invocatus, mirè exaudivit & opem prodigiosè attulit. Frumentum quod effusissima liberalitate in pauperes distribuit, prodigiosè multiplicari meruit. Septuaginta quinque annos natus, reluctanter frustra universis, ut quietius Deo vacaret, Abbatiali honore se abdicavit, & quatuor superperanis superstes demum A. C. 1461. sanctissimo fine hac ipsa die discessit. Iacobus Vimesius & Ioan. de Assigni Miræus, Arn. de Raiffe, t. 2. SS. Ord.

At in hospitibus liberalis.

Ejus humilitas.

Reformat plura Cænobia.

Parantur insidia.

Sicarius superplex ad Eustachii pedes præcideret.

Spiritus propheta.

Obiit 1461.

B. Gerardus

Manna calæste quotidie accipit.

illi caeleste, quo olim filii Israël in deserto palcebatur, quotidie ministraretur, quod cellulae quotidie suae desuper influens, cum gratiarum actione sumebat. Revelante autem Numine, multa videre mira & intelligere meruit. Mortuus est A. C. 1426. quem superstes adhuc Lydwigis, raptam in Paradysum ipsa ejus transitus die, deportari ab Angelis vidit, atque in fonte tam lymphido ablui, ut profunditas ejus per integrum quasi milliarium tralucens videretur. Ex Ioanne Brugmanno, Vita S. Lydwigis, t. 2. SS. Ord. &c.

Obiit 1426.

B. Franco conversus.

S. Franco conversus.

SS. & BB. Hibernia.

In Sicilia S. Nicandri Abbatis & lociorum. De quibus alii & nos etiam heri mentionem fecimus. Villarii in Brabantia Beati Franconis cognomento de Laken, Conversi, qui seculi nobilitate olim clarus, humilitate ceterisque virtutibus clarissimus in cucullo evasit, & post vitae hujus agonem premia aeternitatis meruit. Menol. Cist. Chrysof. Henric. lib. Vir. Illustr. Cist. t. 2. SS. Ord. &c.

In Hibernia Sanctorum atque Beatorum ejusdem Insulae Monachorum, quorum natalis dies ignoratur. Fuisse hunc numerum plane innumerum, nemo facile ignoraverit, nisi qui amplissimum illud Regnum adeo olim Canobiis & Monachis scatuisset non legerit, ut totum fere orbem Monachorum sanctissimis coloniis impleteret, & ingentem Apostolorum multitudinem ad diversarum provinciarum conversionem destinaret. Habuit, non unum solum Canobium eadem Insula, quod duo, & tria Monachorum mil-

lia aluisse memoratur, tanti ob incredibilem Sanctorum copiam jam olim facta, ut Insulae Sanctae nomenclaturam mereretur, hac etiam postrema aetate Sanctorum recentium ut sic dicam copia fertilis, quorum nonnulli superioribus annis admirandis prodigiis ad confusionem Haereticorum nobilitati sunt. Caetera tu ipse metiaris. Ex Annal. nost. &c.

Insula Sancta.

Elnone elevatio Sancti Amandi Episcopi. Fuit hic Sereni Aquitaniae Ducis filius, Ogiensis postea Monachus, demum Episcopus Trajectensis, Gandensium & Sclavorum meritissimus Apostolus, obiitque A. C. 661. cujus sacrum corpus, cum tanto post, anno nimirum 809. elevaretur, adeo integrum repertum est atque incorruptum, ut barba etiam, quin & ungues mortuo crevisse conspicerentur; cumque pro Religione forcipe quispiam, duos ex ore ejus dentes evelleret, guttae etiam sanguinis illico sequerentur. Egimus de ipso prolixius die Natali ipsius 6. Februarii, hodie vero solemniter ipsius elevatio singulari festivitate celebratur. Molan. & varii rer. Belg. script.

Elevatio sancti Amandi

Incorruptio mira.

Apud Songias, translatio Sancti Vincentii Confessoris, Hannoniae Comitum, & Hiberniae Proregis. Molanus & citati.

Translatio S. Vincent.

Lancastriae in Anglia gloriosum Martyrium R. P. Ambrosii Barlo Congregationis Duacensis Monacho Presbytero qui passus est hac die anno 1641. De quo superius 10. Sept. cum hac die ponendus fuisset. passus nim. 10. Sept. sed stylo veteri-

VNDECIMO CAL. OCTOBRIS.

XXI. Septembris.

E.

S. Geremarus Abbas.

Fit Abbas.

Necem ipsi struunt Monachi.

IN Canobio Flaviacensi, S. Geremari Abbatis. Geremarus, Sanctissimo illi Rotomagensium Pontifici Audoeno, ob egregias Virtutes & dotes animi charissimus; ab eodem Pontallensis Monasterii Abbas constitutus est. Verum cum Sanctissimi Patriarchae nostri exemplo, Regularis vitae custodiam teneret, nullique per actus illicitos in dextram laevamque partem deflectere a recto conversationis itinere per sanctum Abbatem permitteretur, quidam malitiosi & impii, Patri amantissimo necem machinati, cultello erecta cupiditate sed tecta, firmiter sub strato ejusdem defixo, eum ausu nefario finem spectarunt, ut longis vigiliis de more fatigatus, atque in lectulum cum impete se projectans, cultello seipsum indueret, & pietatem atque

diligentiam suam indignissima morte innocens lucret. Quod volente Numine, praesentis vir sanctus, periculum declinavit, & relicto parricidarum convictu, juvante Beato Audoeno Flaviacense Monasterium fundavit, ejusdemque primus Abbas designatus, mira vitae sanctitate robustissima ibidem fundamenta jecit, & illud quasi consecravit. Claruit insigni miraculorum gloria, & varia meritorum copia locuples mortalitatem exiit, felicem induit immortalitatem. Claruit A. Ch. 670. Vincent. Bell. in Spec. Trithem. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Resignat.

Condit Flaviacum.

Clar. 670.

Monasterio Corbionis in pago Dorcasino, Sancti Launomari Abbatis & Confessoris, Launomarus parentes Carnotenses cives habuit. Puerulus patris greges

S. Launomarus Abb.

Admirabilis puer.

Fit Monachus & Abbas.

Necem struunt conversi.

Incendium restinguit.

Insigne exemplum.

Stupenda res!

Aspernatur Dominus rapinis parta

ges pascere iussus, alimenta submissa, de his frugaliter vivens, in pauperes erogavit; ipse jejunos, ad solis primam occasum, paupere victu satisfacit. Parentibus ob haec aliaque in puero stupenda, admirationi cum esset, Magistro presbytero cuidam creditus, & litteris & pietate mire profecit. Presbyter postea & ipse ordinatus, solitariam non multo post amplexus vitam, Monachus demum, & multorum Monachorum Pater effectus est. Carnotensis primum Canobii, Corbionis postea a se conditi curam administravit, & lectissimos caelo milites conscripsit, quibus admirabili vitae sanctissimae exemplo, ad coronam aeternitatis promerendam Dux & Magister in universis laboribus praevit, & faciem praetulit. Soli etiamnum in eremo agenti, necem latrones quidam machinati, cum in conspectum ejus venissent, tanto terrore correpti sunt, ut ad pedes ejus supplices affusi: Parce nobis Vir Dei, parce, ingeminarent, reatum nostrum exponimus, & ideo veniam petimus: quibus ille, conatus eorum perspicillimos fuisse prodidit, attonitosque miraculi novitate, & serio poenitentes, domum remisit. Claruit mira miraculorum gloria; quae inter illata jam a Fratibus messe, formidandum Canobii incendium signo Crucis extinxit; eademque nocte lucernam tertio a cadamone extinctam signaculo eodem prodigiose reaccendit; similiter anno-fam & ingentem quercum raro prodigio aliorum transtulit; multaque alia miracula edidit. Rarius illud & in primis mirandum, ad eos qui varia fortuna, ut ajunt, opulenti facti sunt, exemplum: cum opem ejus Hermoaldus, vir nobilitate generis & opibus praestans, graviter aegrotus, imploraret, & quadraginta solidos dono mitteret, quos cum admittere Vir DEI omni modo recusaret, importunis denique servi precibus, tantum annuit, ut in manus sumeret, & pondus cujusque velut librae appensi, expenderet. Stupenda res! Agnovit prodigiosissime numeros singulos, unde quisque comparatus esset illuminatissimus Abbas, & ex iis omnibus, unum solum mundum, & non extrapina acquisitione deprahendit, quem unum suis suorumque reservans usibus, reliquos remisit, cum hoc referendo ad aegrum responso: O homo; pecunia ista iniqua est, & Divinam non potest mutare sententiam; sed nec peccatorum remissionem impetrare: nam victimae impiorum abominabiles sunt Domino. Retulit rem omnem superstiti etiamnum Domino servus, qui paulo post morbo invale-

sciente ab hac luce abstractus est. Launomarus paulo ante obitum Malardus Carnotensis Episcopus cum venerationis ergo ad se evocasset, praenunciata ille patriae clade, paucis post diebus ibidem extinctus ad caelos emigravit. Claruit Malardus Episcopus A. C. 650. Launomari autem Festum huc translatum ob concursum Festorum die 19. Ian. Ex Vincent. Bell. Petro in Catal. t. 2. SS. Ord. &c.

Clar. 650.

In Gallia Beati Martini S. R. E. Cardinalis, & Apostolicae sedis Legati, de Romana Ecclesia meritissimi. Fuit Martinus ipso flore reformati per Cistercienses Ordinis nostri longè florentissimus, omni virtutum genere excultissimus, quarum intuitu sacratissimo illi purpuratorum Patrum senatui accensus, admirandis humilitatis exemplis purpuram excoluit, tantusque fuit, ut nihil simile post ipsum in mundo viguisse, Mellissius Doctor, satis aperte innuisse videatur. Cujus quidem tanti Encomiastae verba ipsa ad Eugenium III. Pontificem Maximum audiamus; Gautredum Carnotensem Episcopum & hunc ipsum Martinum nostrum, mirifice profecto commendantem: O si talium virorum daretur copia &c. Quid Te felicius, quid illo jucundius seculo? Putas, hic sumus, quousque haec fiant? Quis det vivere ut videre contingat? O si viderem in vita mea, Ecclesiam DEI talibus innixam columnis! O si Domini mei

B. Martinus Cardin.

Mirum Elogium.

Ingens opus

anno S. Bernardi de Martino.

sponsam cernerem tanta commissam fidei, tanta creditam puritati! Quid me beatius quidve securius? cum ejusmodi circa me vita mea & custodes spectarem simul & testes, quibus omnia mea secreta secure committerem communicarem consilia, quibus me totum resunderem, tanquam alteri mihi. Quis vellem aliquatenus deviare non sinerent; frenarent precipitem, dormitantem excitarent: quorum me reverentia & libertas extollentem reprimeret, cedentem corrigeret: quorum me sub-

stantia & fortitudo nutantem firmaret, erigeret diffidentem: quorum me fides & sanctitas, ad quaeque sancta, quaeque honesta, ad quaeque pudica, ad quaeque amabilia & bona fama provocaret, &c. Dignum & illud memorari, quod idem magnus Doctor noster, his verbis deprahendit: Functus aliquando legatione (Martinus dulcis memoriae Presbyter Cardinalis) in Dacia, tam pauper remeavit, ut penè expensis & equis deficientibus, vix perveniret Florentiam. Ibi Episcopus loci donavit ei equum, quo Pifas usque, ubi eramus tunc pervectus est. Postridie, credo, sequutus Episcopus (erat enim illi causa cum adversario, & agendi aderat dies) cepit requirere suffragia

Ecce veritas

pastoris minister

illustre exemplum.

fuffragia amicorum. Cumq; per singulos follicitaretur, ventum est ad Martinū. Fiducia erat major in illo, qui non posset inemor esse recentis beneficii. Tunc Martinus: Decepisti me, inquit, nesciebam tibi imminere negotiū. Tolle equū tuum, ecce in stabulo est, & hora eadem resignavit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nonne alterius sæculi est, rediisse Legatum de terra auri, sine auro? Transiisse per terram argenti, & argentum nesciisse? Donū insuper, quod poterat esse suspectum, illico rejecisset. *Ex lib. 4. de Confid. ad Eug. c. 5. Fasc. SS. & Menol. Hen. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Donum ut
recipiat Mar-
tinus?

B. Nicolai
Abb.

Institutor
Præsentatio-
nis B. M. V.

In Normannia Venerabilis Nicolai Abbatis S. Nicolai ejusdem provincie, qui Festi Præsentationis Beatissimæ Virginis Matris primarius extitit, eoq; nomine cum de Deipara Ordinis unica Tutelari, tum de amantibus ejusdem Magnæ Matris, præcipue meruit, cum in maris periculo prodigiosè servatus, beneficii nō inemor Festum istud in Cænobio primū suo celebrari instituisset, cujus exemplo & comendatione, mox in Galliis passim celebrari cœpit; dehinc ad Saxones, postea ad Siculos transiit, donec superiore sæculo A. C. 1585, à Sixto V. ubiq; terrarum observandum præciperetur. *Arnold. Duac. t. 2. SS. Ord. Annales nost. Benedict. &c.* Eum ignominem ex nomine Cænobii appellavimus.

B. Arnulph.
Abbas.

Protomartyr
Gallie.

In Gallia Beati Arnulphi Abbatis & Martyris. Fuit Arnulphus celeberrimi & frequentissimi Sanctorum copia Novalicensis Cænobii in territorio Taurinensi Abbas, idemq; Sanctissimi Ordinis nostri in amplissimo Galliarum Regno Proto-Martyr; qui cum primævo Ordi-

nis vigore, sub ipso Sanctissimi Patriarche nostri discipulo Mauro nostris accensus, egregia vitæ sanctitate exsplenduisset, eā insuper à Numine gratiam meruit, ut Longobardis in Galliā irruentibus Martyri laureola insigniretur, & pretioso sanguine primus è nostris tam gloriosa purpura, felicissimum Regnum ac Cænobiū convestiret A. Ch. 575. *Pingonius, Annal. nost. Menard. Arn. Duac. t. 2. SS. Ord. &c.*

Occ. 575.

B. Bonifac.
Abb.

In Monasterio Cisterciensi Beati Bonifacii illius loci Abbatis, & totius sacre familiæ Generalis, qui multis ac magnis cæli favoribus affectus, cum Vniverſo Ordini sanctitatis exemplis utiliter præluxisset, piissimè tandem obdormivit in Domino An. Ch. 1240. cum annis 19. mensibus 6. summa cum laude præstitisset. *Claud. Rob. Menol. Henr. Barnab. Montalb. &c.*

B. Paulus.

Casini, Beati Pauli cognomento Capuani, ejusdem loci Monachi, viri sanctissimæ Conversationis, cujus anima instar solis exire vita est, cum carnis soluta ergastulo, ad Creatoris sui occursum emigraret. *Leo Osiensis, Chron. Casin. Petr. Diac. t. 2. SS. &c.*

S. Landelin.
Abbas.

Eadem die, S. Landelini Abbatis & Confessoris Deiparæ addictissimi elevatio in Monasterio Crispiniensi. Molanus in Additionibus ad Molanum.

S. VValpurg.
translatio.

Item, translatio S. Walpurgis Virginis & Abbatissæ, filie S. Richardi Anglorum Regis, Sanctorum Wilibaldi primi. Eistettensis Episcopi, & Wunibaldi Abbatis germanæ sororis, de qua translatione agit in vita ejusdem hac die, anno tamen non conotato *VVolfhard. Monach. Arn. Duac. &c.*

DECIMO CAL. OCTOB.

XXII. Septembr.

F.

S. Emmeramus
Episc.
Mart.

Apostolus
Bojorum.

Atisponæ in Bavaria, S. Emmerami Episcopi & Martyris, qui ut alios liberaret, mortem sævissimam Christi causa patienter subiit. Emmeramus parentes genere atque opibus præstantissimos habuit, Aquitaniam patriam. Fuit corporis atque animi dotibus ornatissimus, & artium maximarum disciplinis instructissimus. Convertendarum autem gentiū studio, adjunctis sibi Apostolici laboris sociis, iter versus Pannoniam instituit, sed in Bavariam delatus, & à Theodone Bojorum Duce interceptus, ut subsisteret rogatus est, quod eadem Regio Idolola-

triæ etiamnum infecta reliquis, necdum prophanos prorsum ritus, & sacra impia ejurasset. Substitit proin Sanctus Pontifex, & triennii assiduo atque immenso labore, in omnes Bavariæ latebras, fidei Christianæ lumen intulit, deque Bavaria æternum meruit. Cum a. præsentis vitæ terminū instare sibi divinitus cognosceret, subditos sibi fideles rogare cœpit, ut orationis ergo Romā sibi petere per eodem liceret, quo nimirū, pastoralis perfunctus cura, liberius deinceps Numini vacaret, & ad mortē sese disponderet; longe aliō quam dispōsuerat vocat9, mira occasione retentus,

Insigniter
meretur.

Romam iter
instituit.

retentus, sanctissimæ vitæ, gloriosissimo termino finem imposuit, & Apostolicos labores, corolla Martyrum coronavit. Depræhensa eo ipso tempore, cum abitū pararet Otha sive Utha Theodoni filia, è Sigibaldo, Iudicis cujusdam filio prole concepisse; metu proin certi supplicii Emmerano supplices, opem implorabāt. Quorum vicem miseratus Pontifex, graviter obiurgatis, pœnitentiam injunxit, & ut criminis illius reum se facerent annuit, prædictoque quid de se futurum erat, Theodone annuente, iter Romam versus suscepit. Acculatum sceleris Pontificem Lambertus Princeps Uthæ germanus, tridui jam emenso itinere, prope pagum Helfendorff assequutus, affinem salvere jussit. Cui Sanctus: *Teste Deo, carnali ex commercio, affinem se nullum nosse, & ad Pontificem Maximum provocare, respondit.* Sed ab irato Principe, nil quam convitia, & contumelias retulit, jussus quamprimū à militibus pro dignitate tanti flagitii tractari: quem instante atque jubente Lambertus, scalæ cuidam alligatum, manibus primum articulatim præcisit, mox oculis erūtis, naribus dein atque auribus amputatis, crudelissimè conciderunt. In laudibus autem Divinis persistentem, etiam pedibus multarunt, & verenda impudentissimè abstraxerunt, detruncataque demum lingua, mutilum corpus, suo voluntatum in sanguine reliquerunt. Quibus abeuntibus, cum ab occurrentibus è latebris Clericis, potum aquæ peteret Martyr sanctissimus; monitus à minus benè effecto erga se Vitali Presbytero: *Mortem potius optaret, quam aquam peteret;* in hæc digno tanto Pontifice, plena humilitatis verba erupit: *An non in mentem tibi venit Vitalis, quod monui sapius: Neminem ad mortem festinare debere, sed potius longiora pœnitentia spatia optare, ut contractas animi sordes, lachrymis in hac vita ablueri possit?* Proposuitque inobedienti pœnam, ut quoties dein ori potum applicaret, toties rationis ulum perderet; quod ipsum illico evenit, & pro meritis sceleratum castigavit. Visus autē Sancti Martyris animus, in specie fulguris coruscantis cœlos penetrare, continuis exin prodigiis, loco in quo passus fuerat à Numine exornato. Sacro autem ejus corpore in Alchaim recondito, perpetuis quadraginta dierum tempestatibus iisque horrendis & metuendis admodum, sed & revelationibus diversis moniti, Princeps, Clerus, ac populus, accensis ce-

Miseratio
Pontificis.

Reus proreis.

Crudelissime
occiditur.

Improbitas
Clerici.

Pœna inobe-
dientis.

Prodigiōsa
tempestates.

vim inextinctis, insigni pompa Ratisponam sacrum funus comitati, celebri in honorem ejus exstructa basilica & Cænobio sepeliere; redeunte quamprimū æris serenitate, & miraculis innumeris tanti Pontificis Martyrisque merita ac sanctitatem contestantibus; cælesti in occidit illico vindicta flagrante, Lambertus in exilio miserimè mortuo, omnique ejus posteritate extincta, tortoribus autem à dæ-

Innumera
miracula.

Occisorum
punitio.

S. Salaberga
vidua prin-
ceps.

Alteras
nuptias invi-
ta celebrat.

Condit 2.
Cænobia.

Miraculis
illustris.

Deipara cu-
ribus adhuc necessaria es, Beata MARIA Fili-
ra est. Sala-
bergæ Monā-
sterium.

Lauduni, Sanctæ Salabergæ Abbatissæ. Salaberga illustri nata genere, in suburbio Leucorum agri Lingonensis, cum puella etiamnum utroque oculorum lumine orba esset, à Sanctissimo Luxoviensiu Abbate Eustasio prodigiosè sanata est. Cū autem mundum deferere, & Virginum sponso Regum Regi totam se consecrare statuisset, contra voluntatem, Riceanno viro illustri copulata, eo post alterum mensem extincto, cucillum denuo exambiit. Verum ad alteras etiam nuptias transire, à Dagoberto Rege coacta, Blaudino sive Bavoni inter proceres Sicambrorum & Palatinos Regis spectatissimo, juncta, ex eo plurimum liberorum mater effecta, omnes illos Christo Domino consecravit. Optima autem mariti, Principis religiosissimi voluntate, constructo primum apud Lingonas, de hinc in Vrbe Laudunensi Virginum Cænobio, cum hujus Abbatissa designata esset, plus quam trecentas paulo post sacras DEO Virgines congregavit, quibus egregia vitæ sanctitate præluxit, & vigiliis, orationibus ac jejuniis perpetuo intenta, miraculorum rara gloria à DEO honorari meruit. Eam cælestium rerum visione non semel DEVS mirè recreavit, & quæ ipsam expectarent gaudia & præmia ostendit: Verum beneficio magnæ cælitum Imperatricis Matris Virginis, unicæ Ordinis, & Cænobii sui Tutelaris, ipsam diutius suorum commodo & solatio concessam, Sanctus Ansericus Episcopus, tunc etiam eidem apparens, significavit: *Quia, inquit, Sororibus adhuc necessaria es, Beata MARIA Filia tua est. Salabergæ Monasterium suum deprecata est, ut à Superis (fuit enim in cælum rapta) celerius revertaris.* Vita tunc quoque miri candoris volucris, quæ acceptum à Superis halitum, in os Salabergæ copiosè transfudit, ut diffusam in labiis

Mors ipsi ab Angelo praenunciatur. labiis ejus gratiam facile omineris. Ap-
petente denique vitæ termino, ab Ange-
lo de die mortis edocta est: *O dulcissima,*
inquit, *filia; prepara te ut bravium acci-*
pias, & exitum tuum prestolare, quia & ego
ex Victoriâ tua, cupio bravium accipere, cen-
tesima enim die laboris tui fructum recipies.
Quo dicto cingulum ejus abstrahens, se-
cumque deferens, disparuit. Fuit in le-
ge Divina erudita, claruitque An. Christi
640. *Vincent. Belluac. Ioan. Trithem. Varij*
rer. Gall. script. t. 2. SS. &c.

B. Ioannes Abb. In pago Tornodorenſi Sancti Ioannis
Abbatis & Confessoris. Ioannes san-
ctissimi Lirinensis Cænobii primum Mo-
nachus, Reomensis dein in Castro Tor-
nodorenſi Abbas, eximiis virtutibus &
signis claruit, aliaque inter, puteum pro-
fundissimum, quem basiliscus intruderat,
animali pestilentissimo precibus interfe-
cto, prodigiosè purgavit, & potabilem
Fratribus reddidit, adeo deinceps bene-
dictione ejus salutarem, ut plurimi frigo-
retici hausta inde aqua mirè curarentur.
Vixit vir sanctus in summo vitæ rigore to-
tos annos centum viginti, ita ut nec oculi
caligarent, nec dentes damna perferrent,
neq; memoria laboretur. De quo nos
supra etiam tomo priore 28. Ianuar. juxta
Baronium & alios nonnullos.

B. Lutrudi. In Monasterio Corbeienſi, Sanctæ Lu-
trudis Virginis. Hæc in Gallia pago Par-
tenſi claris orta natalibus, patre Sigmaro,
Lutrude matre, juvenilibus annis Chri-
stum sponſum sequuta, cucullum am-
plexa est. Ei pater ipse ad pietatem au-
ctor, locum solitarium a se in monte quo-
dam præparatum, assignavit; in quo, in-
quit vitæ auctor, *quam austerè & sanctè vix-*
erit vix posset lingua referre. Romam pro-
fecta, ut Reliquias impetraret, ab Angelo
edocta est, non Romæ, sed Agaunenſi in
Cænobio Reliquias se accepturam. Ra-
vennæ ad civis cujusdam ædes divertens,
desperatissimam unicam ejus filiam sani-
tati restituit, quæ cum ab Lutrude sacrum
quoque velamen peteret, hoc quidem il-
lico concessit, cæterum pergere secum
volentem rejecit, ne propter eximiam
puellæ pulchritudinem periclitaretur.
Sororem Pusinnam, cum lethaliter de-
cumbere audisset, exoravit DEVM, ne
antequam ipsa occurreret moreretur, cui
per quinque jam dies obmutescenti, ad-
veniente Lutrude usus linguæ & vocis est
redditus; quæ paulo post inter Sanctæ so-
roris amplexus, sanctè est mortua. Lu-

trudis autem non diu superstes; post
mortem, in sua quam condiderat Sancti
Mauritii Basilica tumulata est. Claruit
A. Ch. 950. *Ex Theodorico vita script. Tri-*
themio, t. 2. SS. Ord. &c.

In Diœcesi Chryſipponenſi Beati
Mauritii, Monasterii Sancti Martini
Abbatis, cujus virtutes, signa, & mira-
cula, tam in vita quam post obitum, ta-
lem ipsi sanctitatis opinionem concilia-
runt, ut ab omnibus singulari coleretur
honore. Cumque admirandæ ejus vir-
tutis fama, se circumquaque diffunderet,
eum inter Sanctos recensendum, sancta
Romana Ecclesia indicavit. Extat super
Canonizatione ejus faciendâ textus in C.
Ven. fratri 52. De testibus & Attestatio-
nibus, *Angel. Manriq. Chryſost. Henr. to. 2.*
Sanctorum Ordin. &c.

In Belgio Beati Girardi Episcopi Tor-
nacenſis. Girardus, Gerardus, sive Gi-
rardus, Melliflui Doctores in Clara-valle
discipulus, Villariensis postea Cænobii
Abbas secundus constitutus, & ut non-
nulli volunt etiam Montis Sancti Eligii
Antistes factus, ut Divinarum rerum
contemplationi liberius vacaret, omni
honore se abdicavit, humilemque inter
Fratres vitam elegit: sed invitatus ad ma-
jores curas à dulci otio abreptus, Tornacen-
siumque Episcopus consecratus, dignè
tanta dignitate se habuit, & viros religio-
sos, novellam maximè Divi Augustini fa-
miliam impensè dilexit ac fovit. Verus-
que pauperum pater bona Episcopatus
cui iisdem largè partitus, ædes Leproſa-
rum Vallis Orcæ (d' Orques) condidit, &
in senectute bona feliciter ad æterna gau-
dia transivit; sub A. C. 1165. cum 16. ferè
annis præfuiſſet. *Ioan. Buzelinus, Philip-*
pus Sequinus, Chron. Tornac. Claud. Robertus,
varij rer. Belg. script. t. 2. SS. Ord. &c.

Eodem die, natalis Beati Homodei
Monachi Vallumbrosani. Fuit hic su-
peræ ætatis mirificum speculum, insigni-
que vitæ rigore & sanctitate illustris re-
fulsit. Habuit patriam Ariminum, per-
que quadraginta añorum spatium disca-
ceatus incessit, & catena ferrea super nu-
do præcinctus est. Obiit A. C. 1519. æta-
tis suæ nonagesimo. *Ex tab. & Monim.*
Vallumbr. Men. Arn. t. 2. SS. & An-
nal. noſt.

Clar. 950.

B. Mauritium Abbas.

Canoniza- tur.

B. Girardus Episc.

In vitæ co- gium esse Episcopus.

Obiit 1165.

B. Homodeum

Obiit 1519.

XXIII. Septembr.

B. Rodolph. Episc. IN Scotia Sancti Rodulphi Aberdonen-
ſis Episcopi & Confess. Rodolphus,
Scotus natione, Monachus & Abbas
Monasterii Aberbrothæi, vir, & pru-
dentia insignis, & Sanctitate admirabi-
lis extitit, qui ita feliciter utramque vitam
& Monachi & Episcopi, in omni actione
conjunxit; ut dubitare merito liceret,
fueritne diligentior Episcopus, an stri-
ctioris normæ Religioſus: *tenuiore enim*
veste, inquit laudum ejus celebrator, *Epi-*
scopus, quam Abbas, duriori parsimonia dives
quam pauper; arctiori Regula magistratus,
quam privatus semper vixit; unde ipsis etiã
Regibus charus, Ecclesiam suam æterno
ad posteros successores merito, multis be-
neficiis & divitiis, eorumdem Principum
regia erga se munificentia auxit, & orna-
tissimam reliquit. Claruit peregregius
Pontifex, & ut de Cathedrali Ecclesia, sic
& Diœcesi universa multo nomine meri-
tissimus A. Ch. 1200. *Ex Ioanne Lesleo, &*
div. rer. Scot. Script. Arnoldo &c.

Insigne elo- gium Mona- chi Episc.

Clar. 1200.

S. Sira Virgo

Regii generis contemptrix.

Regnum con- temnit.

Verè mundo mortua.

ctaculum mirabantur, ut miraculum ve-
nerabantur. Postquam autem lectissima
Christi Sponsa multo in rigore annis plu-
rimis vitam sanctissimè exigisset, ad Pala-
tia sponsi invitata æternū victurā morta-
libus valedixit sub A. C. 640. *Ex rer. Anglic.*
script. Annal. noſt. & t. 2. SS.

In Boëmia passio Beatorum Monacho-
rum S. Mariæ de Ofech sanctiss. nostri Ci-
sterc. Instituti flosculorum, qui in Confes-
sione Fidei constanter persistentes ab Huf-
fitis immaniter interempti A. C. 1421. Mar-
tyrij illustrem laureolam meruerunt. *Paul-*
lus Langius, Chron. Cizizense, Aub. Miraus,
Chryſost. Henricus.

In Gallia Beati Guidonis Abbatis Ca-
roli-Locensis, Monasticæ humilitatis &
paupertatis admirabilis æmulatoris: qui
post multos Labores, peregrinationes &
molestias, pro Christo & justitia toleratas,
meritis dives pijsissime in Domino obdor-
miit. Claruit Ann. Christi 1130. *Barna-*
bas de Montalbo. Menol. Cisterc. tom. 2. SS.
Ord.

Romæ, Venerabilis memoriæ Joannis
IX. Pontificis Maximi, Joannis IX. Ram-
poaldi filius, Romanus, ex Monacho Cæ-
nobii Sancti BENEDICTI Tiburtino, Con-
gregationis primæ Benedictinæ, & S. R. E.
Diacono Cardinale, Christi Vicarius salu-
tatis, insigni lætitia Christi fideles recrea-
vit, quibus singulari Dei dono Legitimus,
atque in primis utilis Ecclesiæ Pontifex
tandem obtigit, cum afflictissimo tunc
Reip. Christianæ statu, barbaris Regna om-
nia vastantibus, diversis pro Imperii cõ-
rona dimicantibus, illud maximis malis
gravissimum accederet, quod sæculi Prin-
cipes quantumvis Christiani, jus sibi Pon-
tificis Romani eligendi assignassent, &
pro libitu Sanctæ Matri Ecclesiæ Recto-
res obrufissent; Ioanne tandem nostro
legitime electo, in quò nonnihil longus
Christianorum & fidelium labor ac do-
lor semetipsum solaretur. Fuit a. ingens
planè & immortale meritum Joannis: brevi
Pontificatu, tria Concilia celebrasse, re-
busque Fidei ac publicis præclarissime
consuluisse, pessimas passim introductas
consuetudines abrogasse, Cleri populiq;
reformationè induxisse, & multo alio no-
mine optime meruisse. Idem Ovetensem
in Hispania Ecclesiã, Archiepiscopali ho-
nore insignivit, & meritorum manipulis
locuples, gravissimis perfunctus laborib;
variis

Speculum humilitatis

Obiit Anno 640.

BB. Mart. Boemi.

B. Guido Abbas.


Clar. 1130.

Ingens per- turbatio Reip. Christi.

Intrusi.

Insignia To- anni merit

Tria celebrat concilia.



variis injuriis & ærumnis patientissime exceptis, felici demum morte decessit A. Ch. 905. Insigni Epitaphio, minus licet honoratus:

*Ecclesie specimen, clarissima gemma honorū,
Et mundi Dominus hic jacet eximius.*

Epitaphium ejus.

Ioannes meritis qui fulsit in ordine nonus.

*Inter Apostolicos quem vehebat altitonans.
Conciliis docuit qui ternis dogma salutis
Observare, Deo munera sacra ferens.*

Elogium bellum.

*Temporibus cuius Novitas abolita mali est,
Et firmata fides quæ statueret Patres, &c.*

Ex Antonio de Iapes, Illesca, Onuphrio Pannino, Manl. Annal. nost. Bened. t. 2. SS. Ord.

B. Petrus Prior.

Parisiis Beati Petri Bartii Prioris Monasterii Cælestini ibidem, meritorum copia conspicui. Petrus, Sanctissimi Patriarchæ nostri filius in Cælestinorū Cænobio Parisiis accensus, varios postea honores, & sanctitatis & eruditionis eximia fama meruit. Eum a perfectionis studio abducere cacodæmon aggressus, ipso in tyrocinio horrendis larvis & spectris sæpius exterruit, frequenter etiā atrocius tractavit, pugnis ac flagris graviter afflixit; cum ille jejuniis, vigiliis & orationibus, Magni Antonii exemplo & cohortatione, intensissimi hostis injuriis atq; insidiis constantissime obniteretur. Contemplationis studio addictissimus fuit, in qua divina patiebatur, semelq; in spiritu raptus, facie admodum splendidâ à fratre quodam visus est. Infirmos, de quib⁹ constare poterat, duos, sanitati prodigosè restituit. Paupertati diligentissimè studuit, ita quidem, ut lacertis detritis, ad usq; pauperū semicis, libenter indueretur. Semel Lugdunensis Cænobii, Parisiensis a. quinquies, Prioris nomine magistratum gessit. Provincialis etiam, ut vocamus, munere ornatus, Parisiensis item Dioceseos Monasteriorum Visitator ab Episcopo designatus, honores eos summa ut utilitate, sic humilitate præclarissimè gessit, ipsisque ornamento fuit. Oblatâ Episcopatus præcipuâ dignitatē, ut admitteret persuaderi nullo modo potuit, sed generosissimo animo, & constantissimo recusavit. Eum magni fe-

Tyrōnem demon persequitur.

Raptus & splendor ejus.

Studium paupertatis

Episcopatum respuit.

OCTAVO CAL. OCTOBRIS.

XXIV. Septembris.

A.

B. Gerard. Episc. Mart.

IN Pañonia S. Gerardi Episcopi & Martyris Hungarorum Apostoli nuncupati, Patricii Veneti, familiæ Sagredorum, qui primus patriam nobili Martyrio illustravit. Gerardus Venetias patriam, illustri gente parentes, à Secretis appellat, habuit, quæ in hodiernum diem familia

Familia etiam hodie illustris.

cit Ludovicus XII. Galliarū Rex, & præcipuè coluit; multa illi arcana detexit, & interdum animi fordes pia Confessione apud ipsum egressit. Obiit Parisiis cū magna opinione sanctitatis A. C. 1535. In Capitulo ibidem sepultus. *Ex monim. Cælest. Hug. Menard. familiari nostr. t. 2. Sanct. Ord.*

Obiit 1535.

In Monasterio Fuldensi Sanctorum & Beatorum ejusdem Germaniæ Archistarii Monachorum. Fuisse eorum, quorum partim multitudine, partim temporum injuria & intervallo memoria intercidit, numerum ingentem, cū ex eorum, quorum res gestæ passim celebrantur, tum ex illorum quorum ingēs copia ad amplissimos Imperii honores & celeberrimos Archipræfulatus, præfulatus, &c. promoveri meruit, Syllabo colligitur; ut cū plurima per Germaniam spectatissima, & viris sanctissimis frequentissima Cænobia, ut Hirsaugiense, Sangallense, Einsidense, Sca-phusense, S. Blasii, mire colluxerint, istud tamen, Princeps semper, tam hoc, quam multo alio nomine haberetur. Ex quo proin facile de asserto inde cælis exercitu imagineris. *Ex Annal. Germ. & Aquila nostr. Bened. &c.*

SS. & BB. Fuldenses.

Splendor ejus Cænobii.

Elevatio S. Guiberti.

A. C. 1110.

In Gemblacensi Cænobio, elevatio corporis S. Guiberti Confessor. Fuit hæc solemnitas admodū, auctoritate Synodi Generalis Colonienensis instituta A. C. 1110. cū admirandis antea prodigiis & visionibus, viri Sanctissimi honorem Deo mirè commendasset; fuitq; ipse etiam Elevationis dies tanto signorum privilegio comendatus, ut nō humana temeritate (verba Molani sunt,) sed divina ordinatione credatur fuisse dispositus. De Guiberto agimus prolixius die 23. Maij solemnibus Depositionis ejus memoria.

Seduni depositio B. Althai five Alethei Episcopi, qui ex Monacho & Abbate Monasterii Agaunensis creatus Episcopus, cathedram illam magnis virtutibus excoluit, meritis demeruit. Excepit Agauni Carolus Magnus, ubi tunc cælestis Musica audita est, decessit hac die anno Christi 790. *Ex monim. Agaun. Murero.*

inter Venetas eminent. Monachum professus in Divi Georgii Majoris Cænobio, illic in virum & tantum adolevit. Annuente Abbate in Palæsthinam profecturus à S. Adalberto nostro Boëmorum Apostolo, pia prodicione Divo Stephano Regi ob eximiam vitæ sanctitatem proditus, ut

In Vngariâ venit vir sanctus.

ut & ab hoc pia fraude delusus, interceptus & detentus est. Fide data, Vngaria non excessurum, recipere se denique in proximum Beel Cænobium eidem permilsum est. Illic septennium integrum contemplationi Numinis, sui agnitioni, sed & maectationi corporis dedit. Exin Cænobio extractus Canadinenfi Ecclesiæ primus Pontifex præficitur. Quo in honore, ita de Vngaris Moravisq; meruit, ut eorumdem Apostolus per universum prædicetur. Pauca quæ litteris ad posteros transmissit negligentior famæ ætas, de præcipuo ejusdem in Admirabilem Matrem studio, ad compendium conferimus. Eam Gerardus ita coluit, ut ferventius aut sanctius nemo unquam, sed neque potuisse videatur. Insolens planè cultus obsequium, & soli quidem ex Lege Numini debitum, impensum tamen Admirabili Matri, Mirabilis Gerardus (ita utrumque Author compellat,) non tam voluit, quam impendit. Ejusdem quippe cælorum Reginæ imaginem Tabernaculo includens (qui Eucharistico hodie & olim Sacramento honor proprius) Vasculum illic quoddam cum igne perpetuo destituit, ordinatis qui alterno obsequio & quiete, dies ac noctes perpetuum Reginæ suæ Thymiana adolerent. Illud amoris inexplicabilis evidens argumentum, |deliciosissimæ Matri delicatulam prolem Matri nomen, nec audire, nec efferre potuisse quin in effusissimum ex amoris vehementia lachrymarum imbrem totus defluens, suæ teneritudinis affectum omnibus testaretur. Vnde & novū id ejs anoris inventū, quo & suæ ex amore impatientiæ mederetur, tantoq; magis optimæ Matri honori consuleret: Namque sanctè (sic liceat dicere) superbus Tanta Matre filius, quæ se ipsa olim exultans prædicaverat Domini Ancillam, ipse appellari deinceps non alio nolebat nomine, quam Dominam. Obtinuit mos ille sanctus, apud Vngaros primum, Germanos exin proximos, mox per orbem penè invaluit universum, & vulgari nos lingua ac patria, vix aliter, quam Dominam nostrā, Gerardi Instituto appellamus. Nec minus illud, quo felicissimo Vngarorum Regi Stephano auctor fuit, abdicato, ut sic dixerim, Regno, Virgini Vectigalē fieri, & non jam universali solum, & incerta quasi in terris sede, sed propria, Cæli Imperatricem, Vngariæ Regnam salutare, Vngarosq; quæ sua olim, Maria deinceps familiam appellare. Inde Gerardo accendente, tantū Vngarorum in novam Electam studium,

Apostolus Vngarorum.

Deipara studium.

Perpetuum Thymiana.

Deipara nomen ut veneretur.

Titulus Domina nostra unde?

Regnum Vngaria Deipara Vectigale.

Vngarorum erga Deiparam studium.

ut nonnisi pronò in terram vultu, nomen tam Sanctum exaudirent; qui vero in appellatione, titulum Dominae negligenter, lege Gerardi, flexis illico genibus, corpore toto humi sternerentur. Sed & istud amantis tam fervidi comentum fuit: Sacro Admirabilis Matris honori Sabbatho, eundem diem, solemnibus Lectionum Sabbathum novem, cum suis Canonicis & Cleris pen-

Sabbatum solenne.

so (ut Assumptæ ejusdē Festo) per omnes suæ Dioceseos Ecclesias, insignem & celebrem fecisse, tantoq; magis, in remotissimas etiam regiones Imperatricis suæ amorem propagasse. Cætera, nec æstimare quidem quisquam poterit, quæ occulto ipse officio, obsequiosè eidem Virgini obtulerit, & deferri ab omnibus desideraverit. Hoc deniq; amorem Matris majorē, quam parē meruit; ejusdem interpellatum nomine, nihil cuiquam atq; unquā negavisse, sed neque (ea amoris potentia est) negare potuisse; ut videatur securè ab illa vicissim expectare, qui per Gerardi quidquā emendicaverit nomen & amorem: cum de tantæ Reginæ & pietate & potentia, haud indignè præsumendum: Misericordiæ Matrem, Gerardi sui prodigi licet & prodigiosi amatoris, seu amore, sive liberalitate, provocari quidē, vinei tamen minimè potuisse. Inter alia quæ reliquit sanctitatis & doctrinæ monimenta, scripsit etiam librum unum de laudibus Dominae nostræ Augustissima, quem tamen huc usq; videre necdum licuit. Occubuit gloriosissimè Vngarorum & Venetorum Protomartyr, lapidibus obrutus ut Stephanus, lancea deniq; transfixus, ut Christus Virginis filius, eadem inter verba: Ignosce illis Domine, quia nesciunt quid faciunt, An-

Multo majora quæ Deipara causa fecit.

Amoris vis magna.

Quantum per Gerardi nomen sperare liceat.

Protomartyr Vngar. & Venetorum

Obiit 1042.

Masilie S. Iarni Abbatis, admirandæ sanctitatis & miraculorum gloria conspicui. Iarnus Tholosanus patria, puer literis probè imbutus, quod de Magno Ioanne Evangelista legitur, virgo in ævum permanfit. Monachū in S. Victoris Massiliæ professus, paulo post Præpositus Cænobii, ac dein Abbas ordinatur. Charitate fuit admirabili, omniq; virtutum genere cultissim⁹, omnium infimum se judicans, aspero cilicio, fame & ærumnis ad miraculum usq; carnem afflixit. Meditatione & contemplatione sumopere delectatus, & nocturno in primis silentio: quibus tanta perfundebatur suavitate, ut ex oculis

S. Iarnus Abbas.

Rigor vite.

Christus ei se spectabilem exhibet. ejus fontes scaturirent lachrymarum, Christusque spectabili forma, ejus se oculis frequenter ingereret. Accessit mira miraculorum gratia, tanta quidem, ut aqua, qua manus laverat, cæcitatem cujusdam, alterius laterum dolores pelleret; arcem, quæ ferè quotidie fulmine de cælo tacta, sola asperione immunem deinceps & securissimam redderet. Candelam ad viri sancti usus accensam, cum mulier quædam raperet, eadem mox extincta, accendi nulla ratione potuit, donec redderet, tunc illico Divina virtute reaccensam. E pago quodam cum excluderetur, is fædo quamprimum incendio deflagavit, solo viduæ, in quo pernoctaverat horreo, à flammis intacto. Alardus, homo arrogans, in Cænobium ejus injurius, mox maximis doloribus flagellatus, & ablata restituit, & Monachus factus, sanitatem mentis & corporis meruit. Fures aliquot porcos Cænobii ablaturi convenerant, qui cæcitate percussi, pœnitentes à viro Dei sanati sunt. Vino, vix tribus sufficientem, triginta homines abundè refecit. Spectrum enorme in Ecclesia precibus ejecit. Spiritu prophetico claruit, quo, Monachi de mutando proposito cogitata aperuit; equum item furto ablatum, reddendum prædixit. Mortuus est felicissime post A. C. 820. cum coactos primum in unum discipulos, ad mundi contemptum & cælestium amorem accendisset. *Ex monim. S. Viç. Hug. Men. &c.*

SS. pl. Mart. In Monasterio Nonantulæ agri Mutinensis, passio plurium SS. Monachorum, ibidem pro fide Christi interfectorum cum A. C. 903. in Cænobium illud Vngari irruerent cæsisque quos invenerant Monachis, ædificia flammis exurerent. *Chron. Nonant. Sigon. Trib. Arn. Duac. &c.*

Salisburgi SS. Chunialdi & Gifilarii Confessorum. Fuerunt hi Magni illius Bojorum Apostoli Ruperti, discipuli lectissimi, & Apostolici laboris loci meritissimi, quorum acta interciderunt, memoria a hac die peragitur. *Annal. Germ. Men. &c.*

B. Nicolaus Episc. In Gallia obitus Beati Nicolai Episcopi Roschildensis, qui pro libertate Ecclesiastica multa perpeffus tandem in Clara valle exul obdormivit in Domino A. Ch. 1249. *Men. Cist. Hen. Gaufr. Abb. Clar. vall.*

B. Benedict. Abb. In Italia natalis Beati Benedicti cognomento de Rustico Vallumbrosani, Abbatis & Confessoris. Fuit hic primum Sacerdos secularis, exin Monachus Cænobii sanctissimi Vallis-umbrosæ, Abbas demum de Ripolis, magni meriti vir, cujus sanctitatem, illustri miraculorum gloria DEVS comendavit, quæ inter Bonantum belli

Ducem, in expugnatione Damiatæ in Ægypto, dum exercitum pestis invaderet, suis precibus cum legione mirè servavit. Visitur etiamnum lacrum ejus corpus incorruptum, dormienti similius quam mortuo. Obiit in Cænobio Ripolensi A. Ch. 1205. *Ex Tab. Vall. Arnoldo Duac. Aug. Flor. Hugone Menardo, &c.*

In territorio Belluacensi S. Geremari Abbatis. Hic Rigoberti Comitis & Agæ nobilissimæ faminae filius unicus, his mortuis amplissimum patrimonium in charitatis officia impendit, egentibus, orphanis, viduisque fovendis, jejuniis vigiliis & meditationibus prorsus intentus nihil in votis habebat, quam Dei beneplacitum perficere. Proin suavis SS. Eligij & Audoeni in Aula à Dagoberto Rege ascitus, illic quoque cum Domana conjugè & filiabus ob vitæ innocentiam admirationi omnibus fuit. Condidit S. Petri de Nemore Cænobiū, Monachumque postea professus, Pentalini Cænobij Abbas creatus est, ubi singulis diebus jejunium ad vesperum protraxit, modico pane cum aqua solita contentus. Infidiis appetitus reperto erecto cultello in lectisternio, cum nemine exoptulans, Abbatiali honore se abdicat, & Angelo Duce in noviter structo Flaviacensi Cænobio seipsum denuo devovet, ubi jussu S. Audoeni Abbas præfuit, & à morte admirandis pdigiis claruit. *Ex Mart. Gall. Sauff.*

Cisterrij Beati Arnaldi illius loci sanctissimi Abbatis, & totius Ordinis Generalis vigilantissimi, qui cum magna opinione sanctitatis ex hac vita discessit, claruitque A. C. 1113. *Barn. de Montalb. Claud. Robertus, Ang. Mauriq. Henriq. &c.*

In Hispania depositio Beatæ Mariæ Vela Monialis Abulensis, quæ crebris revelationibus, Christi & Deiparæ dulci præsentia, & alloquio, atque cælestibus favoribus asuefacta, post gravissimas infirmitates, intensissimos dolores, varias persecutiones ac dæmonis infidias, quas patienter sustinuit, ac viriliter superavit, Christi amplexu, ac Virgineo lacte, ut olim mellifluus Bernardus noster nobilitata, exultans migravit ad sponsum A. C. 1617. *Me-nol. Henr. Michaël. Vagnerus, Aub. Miraus, 1617. Annal. nost. Bened. Cultores Deip. &c.*

Salisburgi translatio S. Ruperti Bojorum Apostoli, primi Episcopi Salisburgensis, facta An. Ch. 773. per S. Virgilium nostrum ejuldem sedis Pontificem. *VVigul. Hund. Henr. Canis. Annal. nost. Germ. &c.*

Eadem die translatio S. Wunibaldi Abbatis, filij S. Richardi anglorū Regis, miraculorum gloria illustrissimi. *Mofan. in Vita. Item*

Obiit A.C. 1205.

S. Geremari Comes.

Aulicus Dagoberti.

Fit Monach. & Abbas.

Miraculis clarit.

B. Arnaldi Abb.

B. Mariæ Vela.

Lacte Deiparæ reficitur

Obiit Anno 1617.

Translatio S. Ruperti.

Item Sancti Wunibaldi

Item

Item Translatio S. Ottmari Abbatis Monasterii S. Galli in Helvetia, viri generis Virtutumque splendore spectatissimi.

Isò Mon. Sangall. in Vita, & monumenta varia ejusdem Cænobii, &c.

SEPTIMO CAL. OCTOBRIS.

XXV. Septembr.

B.

S. Ceolfriidus Abbas.

Glasconie in Anglia natalis S. Ceolfriidi Abbas & Confessoris. Ceolfriidus S. Benedicti Angli, Abbatis lectissimi discipulus, Monasterij Sanctorum Petri & Pauli Monachus, ob egregiam vitæ sanctitatem, sanctissimo Magistro in Abbatia honore succedere jussus, magum illū Sanctæ Ecclesiæ Doctorem, Solem, ut loquitur Bellarminus, Occidentis, Venerabilem Bedam habere filium & discipulum meruit, eundem æternum deinceps suæ sanctitatis præconem, & felicissimum æmulatorem. Romam Religionis causa, & ut excoctam laboribus ætatem illic finiret, sanctamque animam ad pedes Apostolorum effunderet, profectus, mortis lege præoccupatus, fortunatissima morte Lingonas beavit A. C. 717. ætatis suæ 74. Sacerdotij 44. Abbatialis regiminis 35. cujus sacra ossium Reliquiæ postea in Angliam ad suum Cænobium deportatæ, inde demum, Danis Angliam vastantibus Glasconiam translatae sunt. Scripsit vitam ejus, gloria patris, filius sapiens, magnus ille Beda noster, quæ tamen cum aliis ejus plurimis scriptis periiisse, certe latere lamentamur, *VVichbertus item Deirus aliq. Ex divers. rer. Angl. script.*

Beda Magister.

Rome mori eligit.

Apud Lingonas moritur.

Vitam ejus scripsit Beda.

S. Cassiodor. V. C.

Genus Illustrissimum.

Honores.

Præfectura Palatii.

Consulatus.

Splendor Ord. primævus.

propriis, Vivariensi five Castellensi Cænobio (quod ita instituit, ut nihil Deo servientibus ex iis deesset, quæ Christiano philosophanti ad rerum Divinarum cognitionem conducere, dum nostris in illud accitis familiariter uteretur, solidioraque religionis bona penitus agnosceret, paulo post periturorum fastidio, æternorum desiderio, cucullum & ipse indutus, & Monachum professus, inter prima & præcipua Ordinis decora, primævo sanctissimi Instituti flore ad miraculū effloruit, & quanta in læculo majestate & gloria, tanta in Cænobio animi demissione, explevit. Eum Baronius, *Doctissimum æquè ac Sanctissimum, decus Romana nobilitatis, præfecturis innumeris illustratum, appellat & celebrat, quem licet feriatum degentem in Monasterio, quod extruxit, minimè tamen otiosum, verum Deo & litteris vacantem, temperque aliquem fertilissimi ingenij partum edentem pluribus comendat. Stupendum illud humilitatis, & triumphatæ calcatæque propriæ excellentiæ exemplum, inter reliquas Cassiodori Virtutes & merita, mirè præcelluit, cum humillimus ex tanto Consule non solum Monachus, sed & Ludimoderator, prima etiam elementa & rudimenta litterarum, edocere pueros minimè dedignatus, patientiæ, charitatis, mansuetudinis miraculum extitit. Extollit hoc ipsum & alia dignis laudibus Cæsar Baronius, & postquam varia ingenij enumerasset monumenta: Sanè admirari non desino, inquit, *Omnibus doctissimi viri incredibilem animi demissionem, omnia factus facti secundum Apostolum, omnia omnibus. Etenim non quæ sua sunt querens, sed aliorum, prima etiam rudimenta in decrepita ætate monachos veluti pueros docere voluit, & tanquam puerorum manum tenere, & ad characteres rectè formandos ducere non recusavit, &c.* Et paulo post. *Sed quid postea? Num hic finis ejus didascalicæ? minimè gentium. Etenim posthæc, quos rectè scribendi facultatem docuit, eisdem arte Grammatica, reddere voluit diligenter excultos, dum eisdem de eadem Grammatica librum conscripsit: sed & postea de Rhetorica breve adjecit compendium; de Dialectica etiam copiosius volumen; nec non de Arithmetica, de Musica, de Geometria & Astronomia, non evanescent quidem in Philosophorum**

Condit Cænobio

Fit Monach.

Insigne eloquium.

Ludimoderator ex

Consule Rom.

Omnibus

Mira humilitas.

Ejus studia.

sententiis, sed de ea persequutus, quæ lectorem sobrium reddant ac pium, &c. ad postremum autem libellum addidit de Paschali Computo, &c. Sicigitur, qui vegetiorem ætatem in optima Regni gubernatione utiliter honorificeq; contumpfit, nec in decrepita senectute, labores, ad res Divinas convertos, vel minimum intermittens, in suo tandem Monasterio sancto sine quievit, sub A. C. 575. ætatis 95. dulcissimam Christi servitutem expertus & non uno loco contestatus, in fine in primis libri de Anima: *Tibi denique Domino, inquit, nobilius est servire, quam mundi Regna capessere; quando ex servis filij, ex impiis justj, de captivis reddimur absoluti &c.* Ex *Annal. Eccl. Baronij, Ant. de Tapes, Petro Opomero, Ant. Possévinio, Carolo Stengel. Annal. nost. Bened. t. 2. Sanct. &c.*

Omnis ætas in studiis.

Obiit A. C. 575.

SS. Martyres plures.

Gravissimè torquentur.

Rex ipse sanctum abbatè trucidat.

Ecce venerabiles senes Martyres.

stro transfossi, in Loquutorio sunt inventi. Ita Ingulphus. Passi sunt Electi hi Christi Martyres A. C. 870. *Ex rer. Angl. script. Passi sunt Ingulpho, &c. Hugone Menardo, t. 2. SS. &c. Anno 870.*

Cusantia in territorio Bisuntino, depositio S. Hermenfredi Abbatis & Confessoris. Hic in sanctissimo Luxoviensi Cænobio Monachum professus, ob eruditionis & sanctitatis famam Abbas Cusantia electus, multis virtutibus legitur coruscasse. *Ex Ioan. Trith. l. 3. Vir. Ill. monim. Lux. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Hermenfredus Abb.

In Germania, Monasterio Heisterbachensi, Beati Cæsarii ejusdem loci Prioris, viri pietate & doctrina celeberrimi, qui Sanctorum Patrum gesta pia sollicitudine colligens, & posteritati comendans, eorum etiam vestigiis ipse inhærens, variis virtutibus & miraculis claruit, & cum magna sanctitatis opinione felicem agonem consummavit. Claruit A. C. 1220. *Ioan. Trith. Barn. de Montalbo, Iacobus Ficherus, Arn. Duac. Chrysof. Henr. &c.*

B. Cæsarius Prior.

In Walsia, Beati Balduini de Bocla, viri miraculorum gratia clarissimi, Deiparæ dulcissima familiaritate præcipui, Monasterij ejusdem de Bodeloo Conditoris. Ita hac die Henricus nos prolixius suo loco, ex opinione aliorum.

B. Balduinuu

In Bigardia, elevatio Sanctæ Wivinae Virginis & Abbatissæ. Facta est hæc septimo post mortem ejus anno, jussu Alardi Cameracensis Episcopi, per Arnulphum VII. Abbatem Affligemensem, cum plurimis miraculis tumulus ejusdem à Deo illustraretur, diem illum similiter Numine diversis prodigiis adornante. Fuit Wivina è nobili familia de Osij, Fundatrix & Abbatissa Bigardensis; obiitque sub annum Christi 1170. de qua uberius agimus, die Natali ejusdem 17. Decembr.

Elevatio S. Wivinae V.

Obiit sub A. C. 1170.

SEXTO CAL. OCTOBR.

XXVI. Septembris.

C.

B. Nilius Abb. In agro Tusculano, Beati Nili Abbatis, Fundatoris Monasterij Cryptæ-Ferratæ, magnæ sanctitatis viri. Nilus origine Græcus Rossani in Calabria civitate natus, à puero Deum colere cœpit. Adolecens tamen diaboli suggestione stuprum commisit: cujus peccati mox adeo eum poenituit, ut omnibus relictis Monachum profiteretur, in Monasterio S. Nazarij quod hodie S. Philaræti appellatur. Vixit vitam admodum rigidam, folis herbis & pomis contentus, multo deinceps sibi ri-

Fit Monach.

gidior, cum relicto Cænobio ad montem Parmæ vicinũ secessisset, detecto deinceps capite & nudis pedibus incedens perpetuo, sed & biduum triduumq; omni cibo abstinens. Multis à dæmone insidiis appetitus, lethale aliquando inter orandum vulnus accepit, victor tamen semper persistit, & alacrior Dei laudes continuavit. Adeo humiliter de se sensit, ut sacris initiari noluerit; & Roscianensem Episcopatum oblatum constanter respuerit. Ante Crucifixi imaginem dum oraret, illum sibi

Rigor vitæ.

Dæmonis invidia.

Episcopatum recusat.

Spiritus propheticus.

Cæsianum commigrat.

Medius inter Papam & Cæs. excipitur.

Mira Cæsaris instructio.

Cæsar. compunctio.

S. P. N. Vitæ carmine Græco componit.

S. Ioannes Meda.

Humiliatis adjungitur.

Ordinem instituit.

Propagatio ordinis.

Deiparæ cultus.

sibi benedicientem conspexit. Prophetico spiritu claruit. Principi cuidam se divitum & multa facturum jactanti mortem citã prædixit, quæ illum post decem dies è medio sustulit. Prævidens Saracenos Calabriam vastaturos in Campaniam secessit, à Casinatibus summo honore exceptus, ibidem diu comoratus, & Monasterio S. Michaëlis in Valle-lucis donatus est. Romam aliquando cum pergeret, rara & insolenti planè pompa honoratus est, ipto summo Pontifice, nec non Cæsare ipsi ad portam Asinariam obviam progressis, mediumq; inter se collocantibus; quos ille pro meritis corripere minimè est veritus. Ad ejus Cænobium cum Ottho III. Imp. diverteret, & ipsi cujuscunq; rei petendæ copiam faceret; Nilus admotis adpectus Cæsaris manibus: *Nihil aliud, inquit, peto ab Imperio tuo, præter salutem animæ tuæ. Licet enim Imperator existas, tanquã unus de hominibus debes mori, & ad iudicium venire, & rationem reddere eorum quæ fecisti, bonorum sive malorum operum.* ad cujus proin pedes posito diademate augustus, prostratus cum lachrymis veniam & precum suffragia exoravit. Nilus tandem Tusculum veniens, ibi Monasterio, quod Crypta Ferrata dicitur constructo, reliquum vitæ sanctè transegit, & plenus dierum ætatis anno 95. è vita migravit. Claruit A. C. 1000. & cum eruditione præstaret, res gestas Sanctissimi P. N. BENEDICTI carmine Græco conscripsit. *Ex vita monim. Cryptæ Ferratæ, Phil. Ferrar. Baron.*

In civitate Comensi, natalis S. Ioannis Medæ Congregationis nostræ Humiliatorum Fundatoris præcipui, sanctitate & meritis illustrissimi. Ioannes Comensis Patria, cum Ordo quidam virorum nobilium à Friderico Barbarossa Imperatore proscriptorum incertis legibus, Humiliatorum tamen titulo, & opere manuum victitantium, non sine singulari Numinis gratia, paulatim sese diffunderet, tactus Dei Spiritu, iisq; sese sponte sua adjungens, tanta paulo post, ob egregiam vitæ sanctitatem, apud omnes auctoritate fuit, ut Fundator atque Institutus Ordinis ejusdem præcipuus haberetur. Pater proin salutatus Humiliatos sub Regula & professione S. P. N. BENEDICTI sanctissimè instituit, & ut dignitate, sic exemplo vitæ sanctissimæ omnes antegressus, magnis incrementis Institutum Ecclesiæ utilissimum longè lateq; propagavit, & primum quidem Ordinis Cænobium Rondanariense juxta fluvium Coxiam, Vniversi

Ordinis præcipuæ Tutelaris & Matris Deiparæ honori condidit; ubi plures Fratres & Sorores, intercluso tamen ac separato diligentissimè loco cõgregavit. Medæ etiam insigne Virginum Cænobium construxit. Ipse vero vitam assiduis orationibus, vigiliis, jejuniis aliisque pijs operibus exercitam ducens, miraculorum gloria clarissimus Christi anno 1159. in Domino requievit. Quo eodem anno, ob evidentissima summæ perfectionis arguta & miracula (taro sane exemplo, eoque in primis memorabili) statim à morte, ab Alexandro III. Pont. Max. Sancto-rum albo adscriptus est. Ex cujus sanctissimo Ordine, plurimi deinceps cum Ecclesiæ universæ, tum maxime Italiæ ornameto ac comodo, viri sanctissimi & meritiissimi prodire. *Ex Vita, t. 2. Sanct. Sigonio, Arn. Duac. Breviario Humil. Philip. Ferrar. &c.*

Miracula.

Obiit Ioanni 1159.

Statim à morte cano-nizatur.

SS. plurimi Mart.

Passi Anno 870.

Insigne elo-gium.

Opprimitur ab Episcopo Abbas.

Ad Deum provocat.

Terribilis mors Episcopi.

Obiit Meg-inhardus Abbas.

In Anglia, monasterio medeshemstedensi, passio Venerabilis Hebbæ Abbatis, & omnium monachorum illius monasterij, qui à Danis Christi hostibus crudeliter interempti sunt. Factum est hoc A. C. 870. ab iisdem illis, quos hefterna die Croylandensis Cænobij monachos trucidasse dixeramus. *Ingulph. Abb. & alij rer. Angl. script. Annal. nost. &c.*

In Germania, monasterio Hersfeldensi, depositio Beati meginhardi Abbatis. Fuit hic celeberrimi Hersfeldensis in Thuringia Cænobii abbas, Vnicum, ut Trithemius loquitur, *sua ætate in Teutonici regionibus, rectè & Monasticè vivendi exemplar*, ut ad hanc commendationem vix quidpiam dignis dici posse videatur. Fuit & Divinis insuper humanisque litteris instructus; cujus tamen regimini tam sancto, adversa fortuna minimè defuerit, Burcardo maxime Halberstatteni Episcopo, insidias Cænobij rebus & libertati, perpetim struente. Contra quem lege agens Abbas, cum inferior nimirum contra potentiorum nihil proficeret, soli denique Deo causam Cænobij justissimam committendam ratus, ad Dei tribunal Episcopo diem dixit; quem paulo post mortuum, disruptis, metuendo mortis genere, visceribus, Episcopus sublequutus, decimas monachis restitui jussit, teq; ad Iudicium Divinum vocari crebrius confessus, inter horrendos ejulatus expiravit. Præfuit eximia cū sanctitatis laude Cænobio suo Meginhardus annos 24. ad meliorem vitam translatus An. Ch. 1059. *Chron. Hersfeld. Germ. script. Annal. Germ. 1059.*

B. Meginhard. Abb.

Opprimitur ab Episcopo Abbas.

Ad Deum provocat.

Terribilis mors Episcopi.

Obiit Meginhardus Abbas.

Trithem. tom. 2. SS. Ord. &c. Lampert. And. Bamb.

S. Odanus Archiep.

In Hibernia Sancti Odani Monachi, discipuli S. Malachiae Archiepiscopi, viri doctrina, integritate, & virtutum amore celeberrimi. Qui cum in Canobio soli Deo & sibi vivere decrevisset, divinitus ad Pontificalem dignitatem evocatus, Archiepiscopus Armachanus renunciatus est. Cumque per aliquot annos suis strenue praefuisset, & praeclarae sanctitatis indicia dedisset, ad caelos emigravit. *Philipp. Sequin. Menol. Cist. Chrysof. Henric. &c.*

Dvinitus eligitur.

B. Henricus ex Doctore Conversus.

In Germania Beati Henrici Sacrae Theologiae Doctoris eximij: qui postquam cursum Theologicum summo auditorum applausu docendo absolvisset, habitum Conventorum Cisterciensis reformatissimae familiae nostrae assumens, ad tantam, per eximiae humilitatis tutissimam viam, perfectionem contendit, ut solo aspectu interiora hominum agnoscere, & solo verbo daemones fugare meruit. Floruit sub An. Ch. 1175. *Barn. de Montalbo, Henric. t. 2. SS. &c.*

Intima rimatur.

S. Lucia V.

Salerni Sanctae Luciae Virginis sanctimonialis. Professa est haec S. P. N. BENEDICTI Regulam in Monasterio oppidi Calatagironensis, fuitque ab ipsa infantia raris Numinis favoribus praeventa, cum enim sexennis ficum conscenderet, arbore fulmine tacta atque fissa ipsa illaesa perstitit, servata a S. Nicolao & ad aedes patrias translata, quod diceret, ob devotio-

nem erga se parentum periculo ereptam. Crevit cum illa miseratio a teneris aenis, quam agriculae innocentia commendabat. Transeuntem Ordinis nostri monialem intuita illico Sacrum habitum petiit & invitae denique parentibus se subduxit, Salerni Regulam S. P. N. professa, & magnis virtutibus caelum merita, ad quod sub A. C. 1130. evolavit. *Ostrov. Cajet. in Idea SS. Siciliae &c. Marchesius, &c.*

In Hispania obdormitio Deo dilecta *V. Anna de Villaruel.*

Annae Abulensis lectissimae sanctimonialis, illustris supremae aetatis nostrae syderis. Fuit haec, praeter omnem mulierum morem, silentij longae studiosissima; jurata sui corpusculi hostis, cum praeter acuratissimam Regulae observantiam, & consueta Religionis exercitia sacrumque rigorem, duris asseribus, iisque nudis pro lectulo uteretur. Singulis diebus, vivifico Corporis Dominici Sacramento reficiebatur; quo devotissime sumpto, in ecstasim statim rapiebatur, cujus per omnia, Angelica verius, quam humana conversatio, uti omnes mire afficiebat, sic ad Virtutem potenter excitabat. Transit ad Regnum aeternitatis felicissima haec Christi sponsa Ann. Christi 1600. cum continuum ad mortem usque silentium observasset, aeternum deinceps, pro Fratribus & Sororibus suis ad Regem Regum loquutura. *Michael Vaquerus, Vita B. Mariae Vela, Chrysof. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

Rigor vita.

Angelica conversatio.

Ob. A. C. 1600.

QVINTO CAL. OCTOB.

XXVII. Septembris.

D.

S. Hiltrudis V.

In Hannonia, Sanctae Hiltrudis Virginis. Haec Illustrissimo nata genere, patrem Wibertum Comitem habuit; sed periturorum salutari fastidio, omnes mundi blanditias ac favores detestata, sponsum insigni nobilitate, indole, & potentia spectatissimum, Hugonem Burgundiae Principem respuens, fugiensque, uni Virginum sponso, Regi Regum corpus atque animum Virgineum consecravit, & cucullum exambiens, sacro velamine a Theodorico Cameracensi Episcopo contracta est, circa annum Christi septingentesimum, deque virtute in Virtutem progressa, eximia postmodum vitae excellens sanctitate, aeternum familiae, patriae, atque Ordini universo decus addidit, sepulta in Canobio Sancti Lamberti Letiis, quod ejus parentes condiderunt. *Ioan. Molan. Raissius, & reliqui rerum Belg. script. Arnold. Hugo, &c.*

Nuptias Ducales respuit.

Claruit A. C. 700.

In Hispania, S. Aetherij Episcopi Oxomensis & Confessoris. Hic ob insignem eruditionem & sanctitatem in Canobio S. Turibij de Lievana extractus, summa bonorum gratulatione ad Oxomensis Ecclesiae Cathedram evectus est, quam insigni cum Hispaniae universae atque Ordinis honore sanctissime gubernans, gravissimisque meritis, & Hispaniae & Ecclesiae universae sese commendans, Haereticos sui temporis constantissime aggressus, in edomanda eorumdem pertinacia strenue desudavit, & verbi Divini malleo contudit, quos inter Elipandi maxime errores felicissime profligavit, & pestilentissimae haereseos luem ab Hispaniis, imo orbe universo, removit. Reliquit autem insignia profundissimi ingenij & ferventissimi zeli monumenta, claruitque sub A. Ch. 790. *Ambr. Morales, Ant. de Tapes, Annal. nost. &c.*

S. Aetherius Episc.

Haereticos profligat.

Helipandum confutat.

Clar. Anno 790.

Pictavis

S. Auremundus Abbas.

Pictavis Sancti Auremundi Abbatis & Confessoris. Auremundus quod auro redemptus esset, ab eventu sane perquam mirabili appellatus est. Eo praegnans mater, cum pauper admodum esset, & ingens passim famas plurimos extingueret, comperta Sancti Iuniani Abbatis Mariacensis prodiga & saepe prodigiosa liberalitate, eo quoque accessit, & multo cum fletu miseriam suam juveni Monacho Sancti viri discipulo exposuit. Iunianus, mulierem ad se adduci voluit, quae sciscitanti tantum fletus causam, inopiam patefecit, seque ipsam cum ipso suo in utero foetu viro Dei emancipavit, siquidem tantae calamitati subveniret. Subrisit Iunianus noster, & se omnia, priusquam illa occurreret praevidisse dixit, filiumque quem in utero gestaret, sibi in Abbatis honore successurum praenunciavit. Oblata proin auris summa, & mulieri tradita, ut filium nutririt, adultumque ad se mitteret imperavit. Quem postea cum ad puerilem aetatem pervenisset, mater Sancto Abbati obtulit, qui eum sacris Baptismi undis ablans, praedicta ex causa a se auro redemptum, Auremundum appellavit, sacrisque litteris, & Regularibus disciplinis instituit, ut dignissimus postea, qui tanto Abbati succederet, haberetur. Pervenit ad decrepitam usque aetatem Auremundus, & ut eruditione ac vitae sanctitate eximie claruit, sic optime meruit, magnaeque servorum Christi multitudini verbo & exemplo utilissime praestitit, aurumque vere mundum, & quod de argento Pfalteris habet, igne examinatum, probatum, purgarum septuplum, caelestibus thesauris inferri meruit. Claruit tempore Clotharij primi, & vitam Sancti Magistri sui litteris commendavit. *Ex monim. Nobiliac. Hugon. Menard. &c. tom. 2. Sanct. Ordin. &c.*

Memorabilis res!

S. Auremundi mater S. Iuniano se emancipat.

Pradictio de Auremundo.

Vnde nomen Auremundi.

Fit Abbas.

Aurum mundum.

B. M. Baduradus Episc.

Illustre genus

Fit Episc.

In Germania Beatae memoriae Baduradi Paderbornensis Episcopi Baduratus principe apud Saxones genere natus Sancti Burcardi nostri Herbipolensium Antistitis lectissimus discipulus, adeo se sanctissimo magistro per omnia probavit, ut dignissimum ipse existimaret, qui ad Pontificiam dignitatem eveheretur. Mortuo proin Paderbornensis Ecclesiae Antistite rogatus a Caesare magno Carolo Burcardus, de successore, Baduradum substituit, qui, insigni vitae sanctitate, expectationi de se conceptae egregie respondit, & Sancti Hathumari Antecessoris vestigia, eodem pede & tramite tenuit. Praefuit Ecclesiae suae summa cum utilitate annis 48. aliaque inter praestantissima merita, magnis, sumptu, mole & opere, Cathedralis ornatis Ecclesiam condidit, eamque Sanctorum Liborij & Valeriani corporibus in Gallia allatis beavit atque exornavit; quae sacratissimae Reliquiae, ab Aldrico Cenomanensi Episcopo rogatu Baduradi impetratae, insignibus cum itinere, tum deinceps miraculis illustratae & comprobatae sunt. Idem sancti Antecessoris sui, olim collegae & condiscipuli corpus 27. post obitum anno incorruptum reperit, & debito cum honore ad absolutam postea Cathedralis basilicam transfudit. Idem Paderbornensem vicum, nobilem urbem effecit, muris cinxit, turribus munit, & spectatissimam effecit, tanti viri fama multis undique confluentibus, & sedem eo loco figentibus. Mortuus est decrepita aetate, immatura tamen subditis morte, qui tanti pastoris, & veri pauperum patris solatio & aspectu exsatiari non poterant, A. C. 852. summo cum honore, magna omnium comploratione in Basilica sua tumulatus. *Syllab. Episcoporum Paderborn. Alb. Krantzius, V. Vernh. Com. Zimbr. Gasp. Brusch. Annal. Aquila Benedict. t. 2. SS. &c.*

praefuit annis 48.

Cathedralis ad eum condit.

Reliquias beatus

S. Hathumarum elevat.

Moritur A. C. 852.

S. Gurguriani Monachi

Floruit A. C. 1008.

S. Michael ipsum invitavit.

B. Gilbert.

Ex Canonico Reg. Monach.

Tantum inquit

S. Bern. ei
familiaris.

inquit Brito, cum S. P. N. Bernardo (pridem defuncto) familiaritatem habebat, qualem si in vivis esset, habere potuisset, & aliquo modo maiorem: nam non raro videbatur ipsi, quod idem Sanctus sensibilibiter peccatus penetrans ejus cordi uniebatur; ubi eosdem erga Deum effectus causabat, quos idem Bernardus in mundo positus experiri solebat. Ita Brito, ut facile de perfectione & merito tanti viri omine- ris. Adstitit perpetuo idem Mellifluus Doctor, aegrotanti Gilberto suo, visibili forma, mortuumque felicissimè, ad cæli item palatia comitatus, deduxit. Gilberti autem corpus examine tanta pulchritudine perfusum apparuit, ac si jam eadem, qua spiritus beatitudine ac gloria fruere- tur. Bernardus de Brito, Coliat. PP. Cisterc. Gonzal. de Silva, Chrysostom. Hen- rig. &c.

Felicissima
mors.

Corpus exa-
nime splen-
didum.

B. Ioanna
Abb.
Marchio-
nissa.

In Ducata Lutzenburgensi Beatæ Ioannæ Abbatissæ Clari- fontis, genere & virtute illustrissimæ. Hæc Henrici Mar- chionis Luxemburgensis, Rupensis, & Arlumen- sis filia, contemptu tanti generis generosissima, religionem zelumque ami- tæ suæ Beatæ Havidis imitata, & assequuta, eodem quo illa in Cænobio Clarifontis Monasticen professâ, adeo se universis probavit, ut post illius decessum secunda loci ejusdem abbatissa eligi meruerit. Vita duxit in terris verè cælestem, adeo ut ad tam dignum spectaculum cælo cælestes deduceret, & familiares in mortali etiam- num corpore degens haberet, quos inter ipsa etiam augustissima cælitum Imperatrix, spectabili forma sæpe adfuit, & familiariter Ioannæ suæ colloquuta comuni- cavit. Cernitur in hodiernam diem in porticu Ecclesiæ Monasterii imago Dei- paræ lapidea, quæ eidem Ioannæ Abbatissæ dum ad eandem ipsam transiens oraret & adoraret, per capitis inclinationem annuisse, sive etiam salutationem reddidisse, certissima traditione, ut Funda- tionis ejus domus Historia habet, cele- bratur. Obiit piissimè, cujus tamen obitu- sus annus ignoratur, ibidem cum duabus fororibus suis Catharina & Margaretha marmoreo & magnifico condita monu- mento. Ex Jacobo de Vaux, Chrysostomus Henriquez. Menol. Cisterc. tom. 2. Sanct. Or- din. &c.

Deipara
chara.

Imago Dei-
para in se
inclinat.

Ven. Ioannes
S. R. E. Card.

Romæ Beatæ memoriæ Ioannis S. R. E. Cardinalis meritis præstantissimi. Io- añes messanensis Siculus, sanctissimi Cæ-

nobii & Congregationis Sanctæ Iustine de Padua Abbas meritisimus, cum vitæ perfectioris fama ipsi Pontifici maximo Eugenio IV. innotesceret, ejusdem jussu Romam profectus, nec multo post cele- berrimi monasterii S. Pauli extra Urbem Abbas creatus, Cænobio illi religiosissi- mè præfuit, donec ab eodem Pontifice Patribus Purpuratis adscriptus Cardina- lis Tituli Sanct. Sabinæ renunciaretur. Excelluit summo cuculli & purpuræ, Or- dinis atque Ecclesiæ Univerſæ ornamen- to, Ioannes noster sanctitate & eruditione, & quod meriti non levis fuit, extra am- bitionis & avaritiæ notam, Principum ne- gotiis aptus, multos demeruit. Trien- nium solum ea in dignitate vixit, & cla- rissimus exemplo continentis vitæ, ac re- tentæ Monachalis modestiæ & disciplina, Neapoli vivis excessit, ibidem in Mo- nasterio Sancti Severini sepultus, An. Ch. 1448. sive 49. Cavatius, Ciacon. Bellforest. Annal. nost. Bened. &c.

Honores ejus


Cardinala-
tus.

Sanctitas
ejus & eru-
ditio.

Moritur A.
C. 1448.

V. Bonfilii
Episc.

Apud Fulginates depositio Beatæ me- moriæ Bonfilii de Bonfilii ejusdem loci Episcopi, qui patria Auximanus Abbas B. M. V. Storacensis ac dein S. Silvestri Fulginij ad Pontificales infulas assumptus anno 1078. adeo dotavit Ecclesiam & Clerum, ut opes prope profudisse videretur. Postea cum sacro exercitu & de- cente Clericorum comitatu in Orien- tem profectus, his mortuis, solitariam ibidem vitam, soli cognitus casu per 15. ferè annos sanctè instituit. Divino dein instinctu reversus cum à Roman. Pontif. resumere Episcopatum cogeretur, sum- mis precibus illo absolvi impetravit, re- versusque ad Cænobium, multa perpe- fusus, ab Abbate demum impetravit licen- tiam solitariè in monte Cinguli habitan- di, ubi laboribus, jejuniis & vigiliis con- sumptus hac die Ann. 1115. sancto sine re- quievit. Apparuit postea infirmo alicui, quem protinus reddidit incolumitati, suumque corpus revelavit, quod insi- gni desuper constructa Basilica Sanct. Sil- vester Silvestrinorum Authör honora- vit, eamque ejusdem nomini dedicari im- petravit. Ex Vita & monimentis Bibl. Cajetan. Ferd. Vghell.



QVAR-

XXVIII. Septembris.

S. Vences-
laus D. Mar-
tin.

Parentes
ejus.

Matri-
pietas.

Scelus gra-
visimum.

VVenceslai
patientia.

Vltio Divina

Imperterritus
VVences-
laus.

Cælestes spi-
ritusei ad-
sunt.

Conspiratio
Principum.

Mira muta-
tio propositi.

IN Boëmia, S. Wenceslai Ducis Boemo- rum & Martyris, & sanctitate & miracu- lis gloriosi, qui in domo fratris sui necat9, victor pervenit ad palmam. Wencellaus Vratislaum Ducem, pietate & religione præstantissimum, patrem, matrem im- piam & à Christiana fide alienissimam Drahomiram habuit. Educatus à Lud- milla avia, Principe sanctissima, quæ litte- ris & disciplinis pro dignitate instruendū curavit. Mortuo Vratislao, Drahomira impetravit, & Christianos ut exosissimos habuit, sic pessimè afflixit, quoad Lud- millæ opera, magno omnium consensu & gratulatione Wenceslaus in patris so- lium eveheretur. Occubuit paulo post gloriosa Martyr Ludmilla, Drahomira scelere, quod ne inultum sineret, cum Wenceslaum plurimi incitarent, tantum abest, ut moveretur inde, ut multo magis gravissimis eos verbis reprehenderet, il- ludque exprobraret: *Nescitis, inquit, quid dicat Dominus? Mea est ultio, & ego re- tribuam in tempore, quem & Wenceslai prædictione, ultorem paulo post occiso- res experti sunt; impiæ autem matri, im- punitas diuturnior concessa, ut filii pietas magis elucesceret, & meritum augetur. Wenceslai pietatem, inertiam interpre- tati nonnulli, eosque inter Radislaus Gu- rimenſis Princeps, collecto exercitu, vel solo quidem terrore ipsum expugnatur9, longè alium expertus est. Cum enim om- nem pacis mentionem superbissimè repudiaret Radislaus, à Wenceslao, ne tantum sanguinis effunderetur, ad singu- lare certamen provocatus, imperterritū ejus animum depræhendit. Vidit tunc Radislaus, in subsidium Wenceslai cæ- lites Spiritus, & mutata jam mente, in ter- ram prostratus, temeritati suæ veniam supplex postulavit, & ab humanissimo Principe facillè impetravit. Wormatiam ab Otthone Magno Imperatore vocatus, cum Sacerdotis cujusdam cunctantius celebrantis Sacro interesset, interpretati superbiam Principes, quod non maturius occurreret, conspirant, nec assurgere veni- ent, neque supra se locum confidendi cedere, Cæsarique similiter persuadent, sine honore Boemum, velut arrogantem transmittere. Sed venientem duos juxta Angelos comitari intuitus Ottho, throno exiliens, in occursum venerabundus pro- ruit, ac tantum non adorans, manu sua ad subellia deductū, assidere sibi proximum*

F.

jubet. Moguntinus Archiepiscopus, etſi Angelos non vidisset, sacro tamen se hor- rore perfusum confitetur, universi simul errati veniã deprecatur. Iussus ab Ottho- ne, quidquid ac quantū veller petere, ni- hil aliud, quam S. Viti brachium, & ossa aliquot S. Sigismundi Burgundiæ Regis, sibi dari postulavit. Eū proin Imperator, ex Duce Regem creavit, suaque ipsi insignia tribuit, & tributo absolvit; quamvis vir sanctus, pomparū sæculi fastidiens, inungi nullo modo veller, nec diademate insi- gniri. Domū reversus, splendidam S. Vito Basilicam condidit, & S. Ludmillæ aviæ Martyris corpus, repertum triennio post cædem in corruptissimum, in S. Gregorij transtulit. Exarsit nimio magis magisque odio in piū filium impia mater Drahomi- ra, maximè quod tanti Monachos Wen- ceslaus & Sacerdotes faceret, ut suis iple manibus vinum inter Sacra ministraret, & Regiæ oblitus dignitatis, messis & vin- demiæ tempore, ipse meteret & vinde- miaret (memorabili fanè tanti Principis exemplo) quod in Sacrificii oblationem sufficeret, quod intempeſta deniq; nocte, nudis pedibus ad templū procederet, re- misit tamen non nihil, dum sæculi fastidio, Divi Patris BENE DICTI filiis accenteri velle, cucullū amplecti, & Boleslao fratri imperiū cedere statuisse, intelligeret, sed dum Romã, eam ob causam, legatos, diu- tius retinet Pontifex, impatiens more im- manis Iezabel, & digna matre soboles Bo- leslaus, Wenceslaū officiosè ad pueri re- cens nati natalitia vocatum interimere statuunt; quem nocte in templo orationi intentum, crudelissimus frater Boleslaus, manu propria aggressus trucidavit. Ad- monitus ea ipsa nocte Divino oraculo Da- niæ Rex, jussusque Wenceslai à fratre occisi memoriam sibi colendam suscipere, insi- gnem illico Basilicã Martyris honori ex- ædificavit. Necis postea auctores, & con- scii, divinit9 puniti, Drahomira terræ hia- tu absorpta, Wenceslaus a. innumeris mi- raculis deinceps coruscavit, & prodigio- se Bohemiam diversis sæculis & occasio- nibus, ejus Principes ac Reges, in præliis juvit, ut merito princeps à B. Adalberto nostro Regni Tutelaris habeatur. Ex Io- anne Dubravio, Aenea Sylvio, Pontano, An- nal. nost. German. & Bened. Aquila Benedict. Annal. Bohem.

In Germania Sanctæ Liobæ Virginis Abbatissæ. Lioba magni Germano- rum

Angeli ipsi
Comites.

Rex creatur.

Sanctos ho-
norat.

VVenceslai
pietas.

Monachum
profiteri sta-
tuit.

Miranda
res!

Miracula.

Victoria pro-
digiosa.

S. Liobæ Vir-
go Abb.
rum

rum Apostoli Bonifacii consanguinea, Regum Angliæ cognata, sterilibus parentibus, Dimone patre, Ebba matre progenita, tinnientis in utero campanæ signo, huic prægnanti per somnium prænunciata, maturè Deo oblata ac consecrata, cucullum in Weinbrunnensi celebri Cænobio induit, quod magnis statim virtutibus excoluit & implevit. A cognato Sanctissimo in Germaniam evocata, ut sanctissimum vitæ Monachicæ Institutum inter Virgines Germanas propagaret, promptè occurrit, suoque exemplo plurimas Christo lucrata, omnium postæ ætatis Deo sacrarum Virginum post Admirabilem Scholasticam, antesignana & mater per Teutonium dici & esse meruit. Fuit omni virtutum genere longè excellentissima, obedientia imprimis, qua Sancto Bonifacio in omnibus se humillimè & sollicitè submisit. Eam Pipinus Rex, ejusque filius Magnus Carolus præcipuo honore coluere. Fuit Lioba Augustissima Cælitum Imperatricis longè amantissima, per cujus sanctissimum nomen invocato Deo, terribilem aliquando tempestatem, populo universo consternato, & ad Ecclesiam confugiente, sedavit & deposuit. Claruit & aliis cum in vita, tum post mortem præstantibus miraculis, quæ inter, flagrantissimum aliquando Cænobii sui incendium, sale & aqua lustrali prodigiosè extinxit. Claruit A. C. 750. & sepulta est in Monasterio Fuldensi prope Sanctum Bonifacium. *Ex vita per Rodolph. disc. Ant. de Yepes, Balingh. Annal. Germ. Bened. Aquila. &c.*

Deiparam amantissima

Incendium mire extinguit.

Clar. 750.

S. Thiemo Archiepisc. Mart.

Ex Cænobio profugit.

Ejus pœnitentia.

Flagellari vult.

Fit Abbas.

genſe Cænobiū Abbas postulatus, Henrici Imperatoris opera intruso Archiepiscopo cum comunicare nollet, ad Sanctissimum Hirſaugienſe Cænobium se recepit. Archiepiscopus postea Salisburgensis in Schismate electus, suffocato aquis competitore, divinitus approbatus est. Captus ab adversa parte cū Conrado Medlingensi Comite cognato suo, hoc occiso, cum & ipse jugulum fortiter præberet, ictu etiam repetito, ac frustrato, prodigiosissimè servatur, summa tantum cute obiter notata, qua cicatrice in vita deinceps omni insignitus fuit. Redemptus deniq; cum suscepta Hierosolymam profectio, Christianum exercitum sequeretur, eo prodicione Alexii Imperatoris cæso, ipse captus, in confessione Christi perseverans, crudelissimè interemptus est. Quippe cute primum convulsa, summis deia digitis articulatim præcisus, mox manibus, dein brachiis mutilatus, præcisof demum umbilico, & visceribus tractim extractis, inter verba: In manus tuas Domine comendo spiritum meū, victorem animum Creatori transmisit, A. Ch. 1101. Resectas corporis particulas, cum equorum unguis obijcere barbari conarētur, insigni prodigio, nulla vi movere poterunt, uti neq; bestię propius accedere. Proin rogato dæmonis oraculo, abstinere jussi, & Christianis curam Martyris relinquere; innumeris deinceps miraculis coruscum, ipsi etiam barbari venerati sunt, iis, qui violare sepulchrum præsumperant, aut illico ad dæmonem arreptis, aut morte repentina corruentibus. *Ex Vita per coequalem, to. 4. Henr. Canif. Carol. Steng. VVigul. Hund. Metrop. Salisb. MS. Salisb. Episcopum Cataiogo, Annal. nostr. Bened. Aquila. Bened. Annal. Germ. t. 2. Sanct. Ord. &c. lib. nost. de Episc. German. &c.*

Archiep.

Capitur

Decollari nō potest.

Capitur ab infidelibus.

Crudelissimum Martyrium.

Miracula.

In territorio Furnensi B. Laurentii Monachi Dunensis, in quo, præter reliquarum Virtutum ornatum, admirabilis quædã erga Deiparam Angelorum Dominam pietas & devotio exsplenduit. Cujus cum aliquando in oratione defixi, & quasi extra se facti, cor nimium incalereceret, Angelorum Domini Divino fulgore circumdatum conspexit, qui ei decadem Rosarii obtulit. Quod munus è cælo transmissum, vir pius humiliter suscipiens, & tam singulari favore excitatus, magis ac magis proficiens, plenus virtutum, cum magna sanctitatis opinione migravit ad Christum An. Ch. 1261. *Menol. Hen. Adrian. Butzius, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Laurent. Mon.

Deiparam amantissimus.

Insigne è celo donum.

Obiit 1261.

B. Matthæus Hem.

B. Matthæus Mon.

B. Fulcardus Conversus.

Christus cum ipso aratrum ducit.

S. Luthvini Archiep.

Dux Austriæ.

Cænobia juvat.

Fit Monach.

Abbas.

Archiep.

Clar. 670.

B. Ioannes Mon.

Alter Thobias.

Hemmenrodenſis, eximie pietatis & angelicæ conversationis viri. *Men. cit. Henric. Phil. Sequin. &c.*
In Gallia, Monasterio Clarævallis B. Fulcardi conversi, cælestibus visionibus, & sanctitate vitæ clarissimi. Fuit hic mira puritate, innocentia & sancta simplicitate præditus; quem proin, juxta illud Divini Spiritus: *Cum humilibus & simplicibus sermocinatio ejus*, singulari amore & favore Christus Dominus prosequutus, cum eodè in agro aliquando laborante, simul

aratrum cum ipso ducere dignatus est, quod sub mortem Mellifluo Doctore ipse narrans, postquam ejus munitos benedictione diem suum obiisset, insigni ab eodè elogio honoratus est, confidenter pronunciantes: *quoniam cum Deo ambulavit, & verè cum ipso operatus est Deus, ideoque tranſtulit illum Dominus. Non enim poterat miserator Omnipotens servum suum in supremo agone deserere, cui dignantissimus comes & cooperator fuerat in labore.* *Collat. PP. Cister. Sequin. Montalbo, Hen. Men. Cist. t. 2. SS. &c.*

A. S. Bernardo laudatur.

Ejus mira in pauperes agros charitas.

Summa liberalitas & humilitas.

Erga Deiparam devotio.

Subditorum amor.

Fit Monach.

Pia indignatio.

Simplex obedientia.

TERTIO CAL. OCTOB.

XXIX. Septembris.

F.

Festum S. Michaëlis Archangeli, cui primum hac die S. Bonifacius noster primam in Vrbe Ecclesiam in summo Circo dedicavit.

In Monasterio Mediolacensi, natalis S. Luthvini Archiepiscopi Treverensis & Confessoris. Luthwinus Illustrissimo genere Srenissimorum Lotharingæ Ducum editus, Gervinum Ducem Austrasiæ patrem habuit, matrem Gunzam, S. Clodulphi, Austrasiæ item Ducis filiam. Potentia autem, & amplissimis opibus benè usus; omnia, quæ reperisset subsidiis destituta, Monasteria liberalissime juvans & dotans, sanctissimū illud celeberrimumque Mediolacense Cænobium, supra fluvium Saroam condidit, & generosissimo tanti Principatus contemptu, in eodem se abdens, stupentibus ad tantarum Virtutum radios universis, paulo post super candelabrum positus, ejusdem sui Cænobii Abbas electus, demum ad celeberrimam Archiepiscopatus Treverensis cathedrā postulatus eam æterno miræ sanctitatis splendore longè illustriorem reddidit, & sua sanctissima conversatione, multos dispersos greges, insigni merito, ad caulam Dominicā congregavit. Claruit A. C. 670. ob insignem sanctitatem Sanctorum albo adscriptus, cujus sacrum corpus ad suum Mediolacense Cænobiū relatum est. *Franc. de Rosiers Staru. Loth. Annal. nostr. Germ. & Bened. Aquila. Trith. &c.*

fabricatus miro amore iisdem deservit. Vlcera intolerabili fœtore diffluentia exosculatus, cum quandoq; superatus horrore ab ægro pedem retulisset, mox pœnitens facti, nares ulceri diutissimè admovit. Leprosus in itinere si conspiceret, equo descendit, & quæ necessaria erant ipse ministravit. In quindecim simul occurrentes, cum loculum exhausisset, alio postea occurrente, tunicam propriam tribuit; rursumq; alio leproso, qui equo scabioso infederat, subsequente, tantus Princeps equo descendens, suum dedit, & ipse leprosi miserum animal conscendens, tota die eo usus iter confecit. Deiparam Virginem summo affectu coluit, cujus imaginem aliquando prætervectus, & post primum advertens, equo statim exiliit, reversusq; & ingenua provolutus, veniam rogavit, ad quem transverso cæteroquin vultu, imago faciem illico convertit. Subditos ut juvaret, Iudæos ditione tota expulit, quibus æs omne è suo dissolvit. Regulam S. P. N. BENEDICTI, subterventissima Cisterciensium nostrorū Reformatione in Monasterio Longi-pontis professus, mox abstinentia, obedientia, humilitate, patientia, omnes antecessit. Cilicium perpetuo gestavit, ipsa etiam è cilicio femoralia adhibuit. Honoris omnino seu respectus impatiens, graviter aliquando apud Priorem questus est, quod Frater Amandus, quem olim inter famulos habuerat, sibi occultè calceos inunxisset, nec melius placare servum Dei potuit Prior, quam eo ipso obsequij genere ipsi inuncto, ut jam Fratris Amandi calceos ipse inungeret. Accusatus apud Abbatem ob indiscretam abstinentiam, correptus, & quantum maximè comedere posset, jussus, ita simpliciter acquievit, ut nihil reliquiarum superesset, quod cum magno suo incommodo faceret, rogaretq; Abbatem

Aliud exemplum.

A suis rejectus.

Mira patientia.

Mira humilitas.

Injuriis delectatur.

Visiones sub ejus mortem.

Innumera miracula.

De Rege & Regno Gallia meritisimus Ioannes.

S. Dyfibodus Episc.

Sancta infantia & pueritia.

tem ne se amplius eo adigeret, misertus tandem Abbas ei concessit. Piscem aliquando iustus integrum edere, eumque non modicum, ossa etiam ipsa, non sine magno cruciatu comedit. A filij sui ministris aliquando contumeliose exclusus, cum socius illud Evangelij ingereret: *In propria venit, & sui eum non receperunt*; gratias Deo agens, quod ea sibi etiam convenirent, latus inde discessit. Sic a propria quoque conjugate alia vice exclusus, mira patientia pertulit; & in sui olim juris vico stipem ostiatim colligens, cum sceleratus quidam, quem collegerat violenter abstrahens in lutum abjiceret, stupenda patientia humiliter recollegit. Ad castrum Firmitatis a Comitissa noverca sua humaniter acceptus, latroni cuidam supplicium deprecatus est: qui cum ad pedes ejus accideret, illico vir Dei ad ejusdem provolutus: *O homo, inquit, ut quid hoc facere voluisti, nam & ego peccator sum, & te quidem longe vilior atque deterior?* datoque Crucis signo eum erexit, omniq; mortis metu atq; periculo ipsum liberavit. Injuriis appetitus, iis etiam delectatus est, & ut pro meritis magis proficeretur, serio exoravit. Mortuus est ipso Archangeli Michaelis Festo; cujus mors Priori Canobij in somnis ostensa, visis plurimis cereis accensis, quorum quidam proceritate & splendore præcellentior sublatus, & testudinem penetrans, deinceps non comparuit. Idem vidit Gerardus Conversus, & cereum quidem illum, ab ipso Christo Domino in caelos deportatum. Tantisper post obitum claruit miraculis, ut quotquot ad ejus sepulchrum conveniebant, sanarentur a quacunq; infirmitate. Vixit sub Philippo Francorum Rege sui amantissimo, quem in immani illa Gallorum strage prope Gifortium, è manibus Anglorum, miles etiamnum Ioannes, potenter eripuit; ejusque ope Rex Gifortium, & ditionem pro qua bellum exarserat, recuperavit. Ex vita per Galterum de Ochies, Ioannis Abbatem, *Fasc. SS. Henr. Barn. de Montalb. Rob. Rusca, Hugone Menardo, Annal. Bened. &c.*

In monte S. Dyfibodi, solemnis translatio ejusdem Sancti Dyfibodi Episcopi & Confessoris. Dyfibodus nobili genere parentes in Hibernia habuit; ipsa in infantia Spiritus Sancti gratia perfusus, & Sanctissimo Patriarchæ nostro BENEDICTO ac B. Nicolao Myrensi puerulis etiamnum comparatur, adeo jam tunc pompæ sæculi contemptor, ut fatuus nonnullis, vanus seu simulator aliis, plerisque admirabilis haberetur. Litteris probe in-

stitutus, ad presbyteratus primum, dein Pontificatus honorem, invitatus ac oblectatus evectus est. Hereticis se murum pro domo Dei opponens, plurima pericula adiit, & injurias pertulit, donec sede denique sua exturbaretur. In Germaniam delatus, prope Rhenum contedit, constructoque Canobio, plurimos illic Monachos sub Regula S. P. N. BENEDICTI congregavit, eosque ad omnem vitæ perfectionem sedulo instituit. Cum a. arduum magis quam reliqui Fratres supra ipsam Regulam vitæ institutum arripuisset, diversitatem etiam aliquam habitus assumpsit: *Ne si habitu, inquit S. Hildegardis, Fratribus similis esset, insolentique præter Regulam præcepta rigore se conficeret, communcin vivendi modum evertere videretur.* Præfuit tamè ad decrepitam utique ætatem sanctissimo vitæ exemplo filiis suis, & inter primos fuit, qui benedicto BENEDICTI Patris semine Germaniæ sterilem agrum primum levit & fecundum reddidit. Claruit admirandis & in vita & post mortem miraculis, obiitque anno ætatis suæ 81. cælesti odoris mira fragrantia per dies 30. è sacro corpore ejus & tumulo erumpente; cujus vitæ dictante Numine Beatissima nostra Hildegardis conscripsit. *Ex eadem Chron. Hirs. Trith. Annal. nostr. Bened. Carolo Steng. Iepesio, &c.*

In territorio Trecenti depositio S. Vrfonis Monachi & Confessor. Fuit hic discipulus S. Lupi Abbatis postea Trecentis Episcopi, Monachus Insulensis Monasterii, ob cujus egregiam sanctitatem ejus postea loci Ecclesia, honori ejusdem & nomini consecrata est. *Ex Nicolao Camuzat, Hugone Menardo, & div. rer. Gall. script. &c.*

In Monasterio Prumiensi natalis Beati Lotharij Monachi, Romanorum quondam Imperatoris Augusti. Lotharius Ludovici Pij Imperatoris filius Caroli Magni nepos, Princeps bellicosissimus & gloriæ cupidissimus, cum Imperium annis 15. administrasset, summo honore & amplissimis opibus, stupente super rei novitate Vniverfo, sponte se abdicans, Imperij mole Ludovici filij humeris imposita, rejecta purpura, cucullum in Monasterio Prumiensi amplexus, quanto antea studio, terrena & mundi gloriam consecutus est, tanto deinceps conatu Christi paupertatem & humilitatem imitatus, assidue penitentia & sacri rigoris profectu id affectus est, ut à morte sanctorum albo adscribi mereretur. Ad cujus transitum, cum ingens multitudo demonum convenisset, sperans ob ea quæ in Imperio admiserat delicta,

Sede sua pelitur.

Monasterium condit.

Ejus rigor supra Regulam

Miracula.

Fragrantia mira.

S. Vrfonis Monachus.

B. Lotharius Imp. Aug.

Fit Monach.

Paupertatis studiosus.

De re litteraria merito.

Obiit 865.

Civiliter mortuus quando?

B. Hermannus Abbas.

Angelis familiaris.

Obiit Anno 1222.

Invent. S. Gisleni.

Triumphus S. Michaelis Arch. &c.

delicta, de Lothario triumphum reportare, peccata ejus, novæ vitæ professione deleta inaudit, & benè delusa frendens ejulansque ad inferos rediit. Fuit Lotharij, de re litteraria bene meritus, doctissimusque quovis sumis honoribus ornans, promotus per Imperium Galliarumque Regnum litterarum studiis, de omni sæculorum posteritate æternum meruit, cujus laudes fusius prosequuntur Angelomus & Rhabanus Maurus. Vixit in Religione annis 10. obiitque An. Ch. 865. (aliis 863.) cujus mortem minus rectè nonnulli ad A. C. 855. referunt, quo quidem anno non naturaliter, sed civiliter mortuum fuisse intelligendum est, Imperio nimirum deposito, & omnibus quæ mundi sunt relictis, relicta scilicet priore vita, & novæ vitæ professione Lothario in alium quasi hominem mutato, imo Angelis comparato; ut satis liquet ex Adone Viennensi. *Vid. omnes fere rer. German. Gall. & Ital. script. Annal. nost. &c. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Cistertij in Gallia obdormitio Beati Hermannus Abbatis Waldassensis, qui licet externis negotiis, ratione muneris sibi injuncti impeditus, Divinarum tamen rerum contemplationi totus deditus erat, & quasi ab externis abstractus Angelicam vitam ducebat, & cum Angelis familiariter conversabatur, qui ei frequenter & visibiliter apparebant, quorum consortio ipsa die S. Michaelis cælesti militiæ Principis feliciter associari meruit, A. C. 1222. *Gasp. Brusch. Chryf. Henr. Annal. Germ. &c.*

Ipsa die inventio corporis S. Gisleni Episcopi & Confessoris. *Molan. Arn. Duac. Menard. &c.*

In Lusitania Triumphus S. Michaelis Archangeli, quando copiosissimum Ag-

renorum exercitum, invocatus cum S. Angelo custode ab Alphonso I. Lusitanorum Rege, visibiliter profligavit; in cujus rei memoriam idem Rex, celeberrimum illum Ordinem de Ala sub sanctissimi P. N. Legibus instituit, era 1205. anno scilicet Christi 1167. *Ex rer. Port. script. Henr. Menol. t. 2. &c. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Helvetiæ Einsidlenfi, B. Adalrici Monachi & Confessoris. Fuit hic Serenissimis ortus parentibus Burcardi II. Alemanniæ Ducis & B. Regulindæ filius, Burcardi III. Frater germanus, juvenili ætate Monasticen in Sanctissimo illo Deiparæ Canobio Einsidlenfi professus, ubi eximia vitæ sanctitate exsplevit. De licentia dein sui Abbatis, in Vffnow. Turicensis lacus insula solitariam vitam colens, magnam loco reverentiam conciliavit. Lacu quandoque nimium excrecente, cum ope destitutus humana, necessaria exhausisset, ab ignoto, qui Angelus fuisse creditur, panem & vinum accepit. Memorabile & illud, quo fertur dum frequentius ad suum regrederetur Canobium, lacum siccis pedibus calcasse, cum vero stipitem quandoque è sepiemento alieni horti, cui per declive inniteretur extraxisset, & ad lacum occurreret, aquas pro consueta alias Numinis gratia calcare nequivisset, donec stipitem loco suo redderet. Monitus fuit ab Angelo, S. Wiboradam à nimio rigore retrahere, multisque clarus virtutibus A. Ch. 973. ad præmia æterna evolavit. Miraculis à Numine honoratus magna fidelium devotione in Vffnow colitur à Theodowino S. R. E. Cardinale Beatorum Albo adscriptus A. C. 1141. *Ex monument. Einsidl.*

PRIDIE CAL. OCTOB.

XXX. Septembris.

S. Honoricus Archiepisc.

Vir Apostolic.

Antuariæ in Anglia Sancti Honorii Episcopi & Confessoris. Honorius è sanctissimo Monacho S. Andreæ in Vrbe Sanctissimus atq; absolutissimus Episcopus, vir verè Apostolicus, quintus à Sancto Augustino nostro, præcipuo Anglorum Apostolo Dorovernensem Archiepiscopatum utilissimè administravit, & ingenti fructu ac merito Fidem Christi longè lateque propagavit; assiduis siquidem laboribus strenuè desudans, pessimas quasque Regni consuetudines scitissimè sustulit, animosque mortalium lucratus iisdem solidum virtutum amorem

comendans, multo nomine amplissimum Humanitatis studium Regnum demeruit, & profligata barbarie humanitatis studia induxit ac stabilivit. Fuit diligentissimus in electione ministrorum, ut singulis Ecclesiis lectissimos quosque pastores destinaret: Neque enim solum Episcopus, inquit vitæ ejus scriptor, tanquam superiores turrium custodes Ecclesiæ superimposuit, sed etiam provinciam suam (raro & per insigni cum merito) primus in parochias dividens, inferiores ministros ordinavit, quos ipse sæpius instruit, adhortatusque est, ut plebem Dei committeret & patienter non doctrina solum, sed etiam dignam instructionem.

iam vitæ suæ probitate erudirent : his enim incredulos & à fide alienos citius capi quam severis objurgationibus, & austeritate morum, &c. Postquam a. Honorius, impleisset omnia Sanctissimi Præsulis munia, ad Deum transit prid. Cal. Oct. An. Ch. 653. Ven. Beda, Histor. Eccles. Angl. divers. rer. Angl. script. Iepesius, item Baronius, &c.

S. Ottho Episc. Bambergæ in Germania S. Otthonis Episcopi & Confessoris, Pomeranorum Apostoli. Fuit hic infigne Germaniæ, imo Ecclesiæ universæ decus, ex Comite Andecensî Canonicus & Episcopus Bambergensis, quam amplissimâ Cathedrali relicturus, iussus ab Abbate, cui se jam devoverat, in Virtute Obedientiæ lituum re-

Ex obedientia Episc. sumere, perfectæ obedientiæ Monachus & Pontifex, admiranda vitæ perfectione universo innotuit, & vitam Monachicâ, etiam Pontificiis laboribus comodissimè adungi posse suo exemplo demonstravit. Obiit Christi anno 1139. 3. Non. Iulij. De quo nostunc uberius. Hac a. die, qua Christi anno 1189. sacrum ejus corpus translatum est, festum ejus præcipuè celebratur. Molan. Galef. Arn. Duac. Ioan. Trith. Andreas Bamb. Canis. Arnal. German. tom. 2. SS. &c.

Obiit Anno A.C. 1139. In Monasterio Claræ-vallis, depositio Beati Conradi S.R.E. Cardinalis Episcopi Portuensis, generis sublimitate, vitæ sanctitate, & meritorum magnitudine præstantissimi. Conradus Guelphorum celeberrimæ familiæ alterum eodem nomine & titulo decus à magno & cognato Constantiensium Pontifice Conrado appellationem sortitus est. Patrem habuit Henricum Magnum, cognomento Nigrum, Guelphonis IV. & Iudithæ Flandræ Anglorum Reginæ, filium, Principum Germaniæ Italiæq; longè potentissimum & felicissimum, Bavarix, Norici, Hetrurix, Spoleti &c. Ducem; matrem Wulphildem Saxonix hæredem, parentes religiosissimos, qui plurimis educatis libris in Cænobio Weingartensi uterq; cuculum induti in secundissimo rerum cursu, paupertatem Christi pari voluntate & devotione amplexi sunt. Eo loco puer Conradus educatus, cû lacte quasi amore & Spiritum Benedictinum imbibit; sed quod inter amantes nollet, apud externos latere in cucullo elegit. In inclyto Villariensi Belgij Monasterio Monachis accensus, fervente tunc maxime Cister-

B. Conradus Cardin. Cui tam gratæ sibi operæ, ipsa Cælitum Imperatrix Virgo Deipara gratias habuit, incumbentiq; in preces Conrado, ipsa adfuit, atque amicè alloquuta inter Angelorum frequentiam, tam charæ sibi familiæ res promovisse, & honorem curasse, adeoque de se atque illa optimè ac præclare meruisse, peramanter gratulata est. Sacri contra Albigen-

Illustrissimæ genus. ses belli, præcipuus Dux constitutus, plurima adire pericula, laboribusque defungi perpetuis, inter jucundissima habuit. Bulgaris, Croatis, Dalmatis, apud quos Bartholomæus Carcassonensis, Albigen-

Parentes ejus sium auctoritate contra Romanum Pontificem electus, summo in pretio erat, rei indignitatem persuasit, Bartholomæo paulo post, ultione Numinis, nec dubium, meritis Tanti Cardinalis, morte sublato. Conciliis aliquot jussu Romani Pontificis præsedit, & res Ecclesiæ mira dexteritate curavit promovitque; Germaniæ in primis, Concilijs Moguntino, Coloniensi & Leodiensi consuluit, & Clerum vitæ licentia pessimè diffluentem, ad officium revocavit. Legatus in Hispanias missus, remotissimam orbis nostri

Apuero Ordini addictus nostri provinciam æterno sibi merito devinxit. Summum Pontificatum sibi delatum, constantissimè ut generosissimè abnuat, coque tam illustri exemplo, plurimorum & stultam & celeratam ambitionem dignissimè confudit & redarguit. Ad tumulum Beatæ Mariæ nostræ, vulgo de Oegnies, dum oraret, eam flexis genibus pro se orantem, in spiritu vidit, & labores suos consolantem, mira recreatione animi, attendit. Moriturus; *Vtinam, inquit, usque in hanc horam in Villario sub disciplina vixissem Regulari, & cum culina hebdomadarius ibidem scutellas abluissem.* Decessit meritorum copia locupletissimus Ann. Christi 1127. pridie Idus Octobris, sepultus in Clara-valle, cujus in vita digiti, quibus ad Consecrationem ulus est, rarissimo sane & inaudito ad eam diem prodigio, candelarum instar, nitidissimo lumine collucebant, ita quidem, ut Princeps verè illustrissimus, nocturno tempore, non alieno, sed suo (Numinis miro beneficio) lumine, ad sacra studia, & librorum inspectionem uteretur. *Ex vita prolixè edita ab Henriquezio Fasc. SS. tomor. Annal. nost. Bened. to. 2. SS. Bugiano, Arnolfo Duac. Aquila Bened. & Annal. nost. Germ. Hist. Guelph. & ejusdem Compendio nostris. Eum Henriquez in suo Menologio Comitem de Seyne facit. Legendus Arnoldus cit. &c. Videntur res gestæ duorum confundi.*

cienti Ordinis nostri sanctissima Reformatione, primis tyrocinij mensibus jam magnus evasit, cujus absentis merita Beatus Simon Alnensis per spiritum cognovit, ejusque & cogitationes & orationes miro modo perfectissimas habens, corona aurea caput ejusdem redimitum intuitus est. Prior Villariensis, postmodum Abbas effectus, inde, electione quorundam Episcopus Leodiensis postulatus: sed quod cucullatorum, ut vocabant, opem rogare seu expetere quidam indignum tanto Senatu ducerent ac contenderent, ut alius deligeretur effecere. Postea Claræ-vallensis Cænobii Abbas designatus, demum ad navandam Ecclesiæ universæ operam accersitus, S. R. E. Cardinalis Episcopus Portuensis renunciatus est. Gravissimis perfunctus laboribus, de diversissimis Regnis ac provinciis æternum meruit. In Germaniam Legatus à latere, & in Galliam ab Honorio III. contra Albigenes destinatus, in ea opprimenda Hæresi strenuè atque utiliter desudavit; recens autem Ordinis Prædicatorum sanctissimum Institutum, mirificè juvit, ac promovit, & contra plurimorum odia atque injurias, paterno ipse affectu, amantissimè & sollicitè admodum tueri nunquam intermisit. Cui tam gratæ sibi operæ, ipsa Cælitum Imperatrix Virgo Deipara gratias habuit, incumbentiq; in preces Conrado, ipsa adfuit, atque amicè alloquuta inter Angelorum frequentiam, tam charæ sibi familiæ res promovisse, & honorem curasse, adeoque de se atque illa optimè ac præclare meruisse, peramanter gratulata est. Sacri contra Albigen-

ses belli, præcipuus Dux constitutus, plurima adire pericula, laboribusque defungi perpetuis, inter jucundissima habuit. Bulgaris, Croatis, Dalmatis, apud quos Bartholomæus Carcassonensis, Albigen-

sium auctoritate contra Romanum Pontificem electus, summo in pretio erat, rei indignitatem persuasit, Bartholomæo paulo post, ultione Numinis, nec dubium, meritis Tanti Cardinalis, morte sublato. Conciliis aliquot jussu Romani Pontificis præsedit, & res Ecclesiæ mira dexteritate curavit promovitque; Germaniæ in primis, Concilijs Moguntino, Coloniensi & Leodiensi consuluit, & Clerum vitæ licentia pessimè diffluentem, ad officium revocavit. Legatus in Hispanias missus, remotissimam orbis nostri

provinciam æterno sibi merito devinxit. Summum Pontificatum sibi delatum, constantissimè ut generosissimè abnuat, coque tam illustri exemplo, plurimorum & stultam & celeratam ambitionem dignissimè confudit & redarguit. Ad tumulum Beatæ Mariæ nostræ, vulgo de Oegnies, dum oraret, eam flexis genibus pro se orantem, in spiritu vidit, & labores suos consolantem, mira recreatione animi, attendit. Moriturus; *Vtinam, inquit, usque in hanc horam in Villario sub disciplina vixissem Regulari, & cum culina hebdomadarius ibidem scutellas abluissem.* Decessit meritorum copia locupletissimus Ann. Christi 1127. pridie Idus Octobris, sepultus in Clara-valle, cujus in vita digiti, quibus ad Consecrationem ulus est, rarissimo sane & inaudito ad eam diem prodigio, candelarum instar, nitidissimo lumine collucebant, ita quidem, ut Princeps verè illustrissimus, nocturno tempore, non alieno, sed suo (Numinis miro beneficio) lumine, ad sacra studia, & librorum inspectionem uteretur. *Ex vita prolixè edita ab Henriquezio Fasc. SS. tomor. Annal. nost. Bened. to. 2. SS. Bugiano, Arnolfo Duac. Aquila Bened. & Annal. nost. Germ. Hist. Guelph. & ejusdem Compendio nostris. Eum Henriquez in suo Menologio Comitem de Seyne facit. Legendus Arnoldus cit. &c. Videntur res gestæ duorum confundi.*

Eodem die depositio Beati Simeonis sive Simonis Monachi & Confessoris, filij Radolphi Comitum Veromandux, qui ex Consule & Primipilo Francorum Regis humillimus Christi fervus effectus, quantum olim in purpura enituit, tantum postea cucullo exsplenduit. *Andreas Bamberg. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Hispania Beati Benedicti, Monachi Moreolæ, qui post multa sanctitatis opera, cum ex nimio labore, & rigidis penitentiis, sic esset viribus destitutus, ut sacrum celebrare non posset, petiit sibi à

nostris provinciam æterno sibi merito devinxit. Summum Pontificatum sibi delatum, constantissimè ut generosissimè abnuat, coque tam illustri exemplo, plurimorum & stultam & celeratam ambitionem dignissimè confudit & redarguit. Ad tumulum Beatæ Mariæ nostræ, vulgo de Oegnies, dum oraret, eam flexis genibus pro se orantem, in spiritu vidit, & labores suos consolantem, mira recreatione animi, attendit. Moriturus; *Vtinam, inquit, usque in hanc horam in Villario sub disciplina vixissem Regulari, & cum culina hebdomadarius ibidem scutellas abluissem.* Decessit meritorum copia locupletissimus Ann. Christi 1127. pridie Idus Octobris, sepultus in Clara-valle, cujus in vita digiti, quibus ad Consecrationem ulus est, rarissimo sane & inaudito ad eam diem prodigio, candelarum instar, nitidissimo lumine collucebant, ita quidem, ut Princeps verè illustrissimus, nocturno tempore, non alieno, sed suo (Numinis miro beneficio) lumine, ad sacra studia, & librorum inspectionem uteretur. *Ex vita prolixè edita ab Henriquezio Fasc. SS. tomor. Annal. nost. Bened. to. 2. SS. Bugiano, Arnolfo Duac. Aquila Bened. & Annal. nost. Germ. Hist. Guelph. & ejusdem Compendio nostris. Eum Henriquez in suo Menologio Comitem de Seyne facit. Legendus Arnoldus cit. &c. Videntur res gestæ duorum confundi.*

Eodem die depositio Beati Simeonis sive Simonis Monachi & Confessoris, filij Radolphi Comitum Veromandux, qui ex Consule & Primipilo Francorum Regis humillimus Christi fervus effectus, quantum olim in purpura enituit, tantum postea cucullo exsplenduit. *Andreas Bamberg. t. 2. SS. Ord. &c.*

Fit Monach.

Abbas creatur.

S. R. E. Cardinalis.

Albigensem Hæresim opprimis.

Dominicanum Ordinem demeretur.

Favor Deiparæ sing.

Belli Imperator contra Hæreticos.

Croatas aliosque Schismaticos convertit.

Conciliis diversis præsedet.

Summum Pontificatum respuit.

Moriturus votum.

Obiit 1127.

Digiti ejus ut lucerna lucebant.

B. Simeon Comes Veromand.

B. Benedictus Monach.

nostris provinciam æterno sibi merito devinxit. Summum Pontificatum sibi delatum, constantissimè ut generosissimè abnuat, coque tam illustri exemplo, plurimorum & stultam & celeratam ambitionem dignissimè confudit & redarguit. Ad tumulum Beatæ Mariæ nostræ, vulgo de Oegnies, dum oraret, eam flexis genibus pro se orantem, in spiritu vidit, & labores suos consolantem, mira recreatione animi, attendit. Moriturus; *Vtinam, inquit, usque in hanc horam in Villario sub disciplina vixissem Regulari, & cum culina hebdomadarius ibidem scutellas abluissem.* Decessit meritorum copia locupletissimus Ann. Christi 1127. pridie Idus Octobris, sepultus in Clara-valle, cujus in vita digiti, quibus ad Consecrationem ulus est, rarissimo sane & inaudito ad eam diem prodigio, candelarum instar, nitidissimo lumine collucebant, ita quidem, ut Princeps verè illustrissimus, nocturno tempore, non alieno, sed suo (Numinis miro beneficio) lumine, ad sacra studia, & librorum inspectionem uteretur. *Ex vita prolixè edita ab Henriquezio Fasc. SS. tomor. Annal. nost. Bened. to. 2. SS. Bugiano, Arnolfo Duac. Aquila Bened. & Annal. nost. Germ. Hist. Guelph. & ejusdem Compendio nostris. Eum Henriquez in suo Menologio Comitem de Seyne facit. Legendus Arnoldus cit. &c. Videntur res gestæ duorum confundi.*

Eodem die depositio Beati Simeonis sive Simonis Monachi & Confessoris, filij Radolphi Comitum Veromandux, qui ex Consule & Primipilo Francorum Regis humillimus Christi fervus effectus, quantum olim in purpura enituit, tantum postea cucullo exsplenduit. *Andreas Bamberg. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Hispania Beati Benedicti, Monachi Moreolæ, qui post multa sanctitatis opera, cum ex nimio labore, & rigidis penitentiis, sic esset viribus destitutus, ut sacrum celebrare non posset, petiit sibi à

Priore, cujus Missæ interviebat, sacram Synaxim dari. Qua percepta, oculos ac manus ad cælum elevans, animam reddidit Creatori, cujus corpus mira pulchritudine ac fragrantia donatum, & flexis genibus, dum Conventus Officium pro præfenti defuncto more solito perlolveret, magno omnium stupore fixum mansit. *Menol. Henriq. tom. 2. SS. Ord. &c. Athanas. de Lovera. Fasc. SS. Cist. &c.*

In Italia transitus Venerabilis memoriarum viri F. Hieronymi Miraballi Sacræ familiaris nostræ Olivetanæ Generalis, qui pro eximia vitæ perfectione, memorabili exemplo ad eam dignitatem anno ætatis quinto & vigesimo assumptus, fenili consilio juvenis, vitæ magno rigore, omnium virtutum decore admirandus magnum omnino, præcipiti in malum sæculo, Ordinis ornamentum extitit. Somno si multum daret, quatuor horas dedit, reliquum noctis orando, legendo, meditando exegit. Scripsit librum insignem de spiritali Monachorum conversatione. Mortuus est anno Christi 1437. ætatis suæ 45. cum diem dormitionis & horam suis disertè prædixisset: Hodie, inquit, hora vespertina erit mihi beata requies, ita sacris munitus, suosque exhortatus feliciter ut prædixit, ad Dominum migravit. *Histor. Olivet. Secun. Lancellottus, &c.*

Eodem die, natalis B. Hieronymi de Mantua Prioris Gradariæ Sacræ Congregationis nostræ Montis Oliveti singularis syderis, qui Confessarius fuit, ut vocamus B. Ofannæ Virg. Dominicanæ, & participes arcanorum ei communicatorum, qui & morienti adstitit, & vitam scripsisse creditur. Vitam mortalem reliquit A. C. 1515. cujus corpus incorruptum scribitur etiamnum in prædicto Cænobio ostendi. *Hist. Olivet.*


Res memorabilis.

v. Hieronymus Generalis.

Moriturus anno 1437.

B. Hieronymus Olivet.

Obiit 1515.



MENOLOGII BENEDICTINI
LIBER DECIMUS.
MENSIS OCTOBER,
CALENDIS OCTOBRIS.

I. Octobris.

A.

S. Bavo
Princeps.

IN portu Gandæ, Sancti Bavonis Confessoris. Bavo, Illustrissimo ortu genere, patrem Eilolphum habuit, potentissimum Hannoniæ Comitem Carolomanni Principis fratrualem, Adeltrudem matrem, à quibus pro dignitate & splendore generis educatus, Mauritium postea Imperatorem ad castra sequutus; generositatem ipsi suam militando probavit. Reversus in patriam, pari nobilitate uxorem duxit, ex qua filiam Agletrudem suscepit, quæ admiranda vitæ sanctitate ipsi quoque parentibus sanctioris vitæ viam aperuit, cujus à morte conjugis exemplum sequutus Bavo, sæculo renuncians cucullum amplexus, cum celeberrimum prius Gandavi Cænobium Principis Apostolorum Petri honori ædificasset, quod ab ipso postea *Sancti Bavonis* appellatum est, in eodem se Regum Regi plenissimè emancipavit, & magnus sanctitate evasit. Sed cum perfectioris vitæ fama celebratus à plurimis quotidie salutaretur, honoris & famæ salutare fastidio solitudinem petens, cum nec ibi latere posset, Cænobium repetiit, & facultate à Divis Amando, & Floriberto primo sui Cænobij Abbate impetrata, arctissima sese in cellula reclusit, & vivum quasi tumulo condens, angelicam ibidem vitam vixit. Abstinentiæ fuit sanctissimus Princeps planè admirandæ, pane infermentato, & pauxillo aquæ contentus. Continuata ad defectionem usque vigiliæ, inde somnus modicus, cum humi in cinere decumbens, tectus cilicio, caput in lapide reclinaret. Addidit corporis sui cruciatibus voluntariis, ut frequentes intergeniculationes plus laboris dolorisque perentisceret, immani pondere lapidem, quem brachiis sustinebat, maximè sollicitus ne sine Martyrio sibi hora deflueret. Memorabile illud tam chari Deo famuli humilitatis exemplum; cum, antequam includeretur, in aliquem, è famulatio olim suo, incidens, quem ob delictum quoddam venalem exponi jusse-

Conjugem
ducit.

Fit Monach.

Celebrari
meruit.

Includitur.

Rigor mirus
Sancti Principis.Dirum inventum
se-
ipso torquendo.

rat, uberrimas effusus in lachrymas, simplex & prostratus ab eo enixius veniam rogavit, nec prius conquievit, quam ille (diu licet multumque deprecatus) manibus pedibusque ligatum virum sanctissimum Principem suum, toto corpore flagris concideret. Sed neque hoc de se sumpto supplicio contentus, mentes quatuor pedes tuos: nervo, quem cippum vocant, arctari & constringi voluit, & quasi de Christo vendito pœnituit. Moriturum Deus de corona beatitudinis certum esse iussit, ad quem Dominus, religiosissimus ex Turholto Presbyter, monente & ducente Angelo advenit, ut moriturum sacris præmuniret. Mortuus est vir revera, Maximus; Principum cum sui, tum sæculorum omnium, lucidissimum speculum A. C. 632. cum manibus, oculis, ac toto corporis habitu versus cælum erectis, concives Angelos sibi occurrentes recognoscens, Christo demum ipso in occursum servi sui veniente, in hæc suprema verba, valedicendo erumperet: *Vale servorum Dei Ecclesia: Christus adest; egredere in occursum ejus anima mea.* Ipsum & vivum & mortuū illustrissima miraculorum gloria Deus nobilitavit, cum mortali etiamnum agens in corpore, suis precibus mortuum prodigiosissimè ad vitam revocasset, à morte autem plurimis desperatam à medicis sanitatem restitueret. *Ex Theodorico Abb. S. Trudonis, Ant. de Iepes, Baronio, Molano Annal. nost. Bened. to. 2. SS. Ord. Aquila nostra, &c.*

Sebastiæ Sanctorum Martyrum Michaëlis & triginta sex Monachorum, qui Saracenorum Regis suatu, atque cruciatuum terroribus, à Christianæ fidei cultu divelli cum non potuissent, ad omnia, pro Christi gloria fortiter perferenda, confirmati, datis gaudenti animo cervicibus, Martyrii coronam assequuti evolârunt ad Dominum. *Ex Martyrol. Bened. Arn. Duac. Galefimo, tomo 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Condatensi, Sancti Wafnulphe Episcopi & Confessoris. Hic Scotus

Stupendum
humilitatis
& pœnitentiæ
exemplum.Quantum
servitium
estimet.Moritur A.
C. 632.Christus
mori
venit adest.Mortuum
suscitat.SS. Marty-
res 37.S. VV. f. n. u.
phus Episc.

Scotus patria, dignitate Episcopus sponte propria exul, in Belgium delatus, omni honore & mundi gloria, cucullum potius æstimavit, exambuit, & meruit. Monasticam proin vitam in Divi Gisleni Monasterio professus, inde postea secedens, ductu Angelico ad Monasterium Dei Genitricis Mariæ Condatense devenit, ibique gratanter susceptus in ejusdem Magnæ Matris & filii ejus cultu devotissimo vitam sanctissimè exegit. Fuit Vincentio Hannoniæ Comiti lectissimo Principi acceptissimus, à quo cum aliis, magnis illis Germaniæ Apostolis, è Scotia ad labores & messem agri Dominici evocatus, meritissimorum de Germania virorum albo accenseri dignissimus fuit, & sanctitatis radios per obscurissimam patriam nostram noctem, longè ac late sparsit, suoque verbo & exemplo, plurimis viâ veritatis ostendit. Claruit vir Apostolicus Ann. Christi 640. *Ex Annal. German. nost. Trithemio, Molano, diversis rer. Hannon. & Belg. script. t. 2. SS. Ord. &c.*

Ab Angelo
ducitur.Inter Apo-
stolos Ger-
mania cla-
ret.Clar. A. C.
640.S. Nicetius
Episc.S. Benedictus
Monach.Patriam de-
serit.

Miris claret.

Clar. A. C.
800.S. Virilus
Abbas.Festiva ejus
memoria.

celeberrima. Resplenduit fulgidissimū hoc Hispaniæ sydus sub annum Salutis octingentesimum quadragesimum. *Ex Chron. Bened. Ant. de Iepes, Hugone Menardo, diversis rer. Hispan. script. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Eodem die Sancti Eobani Episcopi & Martyris, discipuli Sancti Bonifacii magni Germanorum Apostoli. Ita hac die Andreas Bambergensis, ut alius ab eo esse videatur, qui cum Bonifacio apud Frisios passus est; Andrea Eobanum hunc nostrum hac ipsa die gloriosissimè mortuū, expressis verbis asserente.

In Cænobio Prumiensi, depositio Beati Lotharii monachi & Confessoris, Ludovici Pij Imp. filii, Romanorum quondam Augusti. Egimus de eo, ex aliorum sententia 29. Septembr. quo die à plerisque Natalis ejus dignius celebratur; cum nimirum repudiato Imperio, solemnè professione monachica Deo & cælo in cucullo renatus est.

Apud Ferrarias in agro Vastinensi, S. montanæ Virginis, & abbatissæ. Fuit montana filia Pipini Ducis, & monachæ, & calcatis omnibus sæculi voluptatibus, aula patriæ valedicens, purpuram cucullo mutavit, in quo tanta vitæ perfectione enituit, ut Cænobii Cavenensis abbatissa eligi mereretur. Eam miraculorum gloria mirè Virginum sponsus commendavit; quæ ferè omnia Sanctæ Gertrudi, Pipini item Ducis filiaæ adeo conveniunt, ut planè eamdem esse crederes, nisi Natalis, & locorum tam certâ, tamque distincta descriptio, affirmare prohiberent; miraculis sanè, & vitæ ejusdem professione, verè gemellas comprobantibus. *Ex monumentis Ferrar. Hugone Menardo, to. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Brabantia, monasterio Villariensi, Beati Vdaltrici, ejusdem loci monachi. Vdaltricus, patria Colonienensis, ex Clerico juvene, monachus absolutissimus, brevi agone ad magnum beatitudinis æternæ præmium pervenit; Siquidem modico tempore, quo in cucullo Numini servit, explevit tempora multa, & quia placita erat Deo anima illius, translatus est, & in sinum Abrahamæ deportatus, cum ad Angelicam puritatem in mortali etiamnum agens corpore pertigisse videretur. Claruit variis signis & virtutibus; super cujus caput dū sacris aliquando ad altare operaretur, globus igneus apparuit. Obiit vir sanctus 9 A. C. 1220. cū obitu suo, paucis ante

diebus

globus igneus
super caput
ejus apparuit

diebus ipse significasset, cujus Confessionem generalem excipiens Wilhelmus loci eiusdem Prior, ne unum quidem peccatum mortale in omni eius vita deprehendere potuisse affirmavit. De quo ita habet MS. Villariensis: *Vlricus, magna spei juvenis extitit (27. circ. annorum,) vultum habens Angelicum, bonisque moribus abundans, valde graciosus existens ac disciplinatus, tam corpore quam mente Virgo, &c.* Ex Philippo Seguino, Casario Heisterb. Arnoldo de Raiffe, Henriquezio tomo 2. Sanct. Ordinis, &c.

Elogium
ejus.

S. Neemias
Episc.

In Hibernia Beati Neemias, S. Malachias discipuli, Episcopi Cluniacensis, qui tepescente nonnihil Cluniacensium rigore ad recentissimam Cisterciensium nostrorum Reformationem magno spiritus fervore transiens, eandem mirum in modum magno cum Ordinis nostri fructu propagavit, eorumdemque novo vigore Hiberniam florentissimam reddidit, & Cluniacensium electus Episcopus, non multo post felicissima morte absumptus ad Dominum migravit.

Propagator
Reformationis.

V. Ludovicus
Com. Thur.

Eodem die Natalis Venerabilis Ludovici cognomento Saltatoris Thuringie Comitum, Principis Illustrissimi. Ludovicus Saltator, Ludovici cognomento Barbati Thuringie potentissimi Comitum filius, Vdalrici Saxonum Ducis filiam cum duxisset, ea non multo post repudiata, Adelheidem adamavit Otthonis Marchionis in Staaden & Solwedel filiam, Friderico Saxonum Palatino nuptam, qua ut potiretur, indigno se scelere contaminans, maritum ejus nihil tale metuentem in venatione interemit, & ex Adelheide plures postea liberos genuit. Facti demum poenitens, Reinhartsbrunnense celeberrimum Deiparæ Virginis, & Magni Evangelistæ Ioannis honori condidit; & multis lamentis sese conficiens, vitæ reliquum perpetuo in luctu ac piis operibus religiosissime transegit, & Monachorum arbitrio se totum permissit. Demum in Palæsthinam profectus, sponte sua pro Christo exul & peregrinus, ejurato cum omni pompa atque deliciis sæculo, in Cænobio Beatissimæ Ma-

Scelus grave
Ludovici.

Pœnitet.

Sponte exul.

tris Admirabilis in Valle Iosaphat cucullum amplexus, Cluniacensium nostrorum ibidem agentium disciplinæ se subdidit, & minimus omnium factus tantus Princeps, Fratribus reliquis humillimè servavit, totumque se Augustissimæ Cælorum Imperatricis obsequio addixit, & emancipavit. Vbi cum annum unum, summa cum omnium admiratione transigisset, ad felicitatem patriæ æternæ evocatus, ipsa resolutionis suæ die, Kalendis Octob. celebratis sacris Missarum solemnibus ad Creatorem suum evolavit An. Ch. 1123. Ex *Annal. German. nostræ, & Aquila Bened. Chron. Thuring. Paulo Langio, And. Bamberg. &c.*

Fit Monach.

Servit o-
mnibus.

Obiit 1123.

Dedicatio
Casinensis.

Ipsa die solemnissima Dedicatio Patriarchalis Ecclesiæ Sanctissimi P. N. BENEDICTI in sacro monte & Archisterio Ordinis Casinate, facta ab Alexandro II. Pontif. Maxim. presentibus Archiepiscopis tredecim, Episcopis quadraginta tribus, plurimisque Principibus ac magnatibus, innumerabili autem populi multitudine ad solemnitatem tantam conflente. Ex *Leone Ostiense, Chron. Casin. &c.*

Apud Corozaim Palæsthinæ B. Gisberti Abbatis & Martyris. Hic est sanctissimo illo Hirsaugiensi Cænobio Abbas in Admont postulatus cum decennium fere loco illi religiosissime præstitisset, S. Thimonem Archiepiscopum Salisburgensem in Palæsthinam sequutus, ut illic Christi Domini in terris vestigia coleret, eadem solidiore imitatione assequutus est, captus nimirum, & pro Christi fide horribiliter excruciat, post membrorum articulatim susceptam detruncationem Martyrii palmam assequutus An. Ch. 1101. Ex *monim. Admont.*

Commemoratio Sanctissimæ Regulæ & Ordinis nostri, quam hac ipsa die in solemnissima Dedicazione Patriarchalis Casinate Ecclesiæ Sanctus Zacharias Papa post Silverium, Gregorium I. & Ioannem III. Pontifices Maxim. dato Diplomate solemniter approbavit, sive renovavit.

SEXTO NONAS OCTOBRIS.

II. Octobris,

B.

S. Leodegarius
Episc.

IN territorio Atrebatensi, passio Beati Leodegarii Augustodunensis Episcopi, quem variis injuriis, & diversis

suppliciiis pro veritate afflictum, Ebroinus Major Domus Regiæ Theodorici interfecit. Leodegarius Principe inter Gallos

In aula edu-
catur.

Fit Monach.

Abbas eli-
gitur.

Episcopus or-
dinatur.

Fit Major
domus.

Invidia da-
monis.

Vir sanctus
ex aula pro-
fugit.

Sedi resti-
tuitur.

Ab Ebroino
caditur.

Gallos progenie editus, familiæ non solum suæ, sed Galliæ universæ decus immortalē addidit. In Regia Clotharii primum educatus, à Rege deinceps Pictaviensi Episcopo litteris imbuendus est traditus, in quibus insigniter profecit, ita ut neminem qui sibi in Pontificatu succederet, idem Episcopus digniorem judicaret. Sed alij Cathedræ reservatus, rerum terrenarum fastidio, mundum deseruit, & in Monasterio Sancti Maxentij vitæ Monachicæ se devovens, tantis virtutum progressibus enituit, ut ejus loci Abbate mortuo, summa omnium gratulatione ipse successor eligeretur. Cum autem Regularis vitæ exemplar omnibus factus, mira prudentiæ & pietatis opinione honorem & munus Abbatiale strenuè gessisset, & sex annis utilissimè præfuisset, à Rege Clothario Iunioris Cænobio abstractus, Augustodunensis Pontifex esse cogitur. Defuncto Clothario Childericus successit, cujus electioni cum obstinatius Ebroinus Magister Palatii obstiteret, simulato aulicarum rerum tædio Luxovium contendit & cucullum induit, in cujus locum Leodegarius Major domus (quæ prima à Rege fuit dignitas) susceptus, Regem adolescentem iis formavit moribus, ut Regnum sibi universum mirè gratularetur, & plurimum debere Leodegario, agnosceret. Postea dæmonis invidia infidiisque accensi nonnulli, Regem inter & Leodegarium simultates & discordias excitarunt, ita ut viro sancto, & de se meritissimo, etiam exitium machinari Rex non formidaret. Sed Antistes Sanctissimus, occasionem pridem exoptatam pro voto nactus, minimè negligendam duxit, & una nocte, Regi, Regno, ejusque proceribus & honoribus universis subitum renunciatis, cucullumque denuo amplexus, Luxovium contendit, ubi magna cum gratulatione susceptus, abjectus esse in Domo DEI elegit magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Mortuo dein Childerico ingenti omnium concursu applausuque Augustodunum ad Cathedram suam revocatus, cum insigni sanctitatis fama suis aliquamdiu strenuè præstitisset, ab Ebroino apostata captus, & quod scelera ejus probare, in animum nunquam induceret, crudelissimè tortus, post famem diuturnam & carceris squalores, post oculorum evulsionem, post plantarum concisionem, post labiorum & linguæ excisionem (san-

cto nihilominus, grandi miraculo DEI laudes disertissime pronunciantē) abscisso denique capite, de crudelissimo Tyranno triumphavit; enixissimis priusquam sacrum caput ferro impio subiiceret, precibus, clara voce Deum pro hostis juratissimi salute Deum interpellans. Ejus exanime corpus, capite truncatum, per horæ penè spatium, non aliter atque si viveret in pedibus constitit, quoad à carnifice, qui illico à dæmone arreptus est, in terram detruderetur, cujus vitæ innocentiam, innumeris deinceps prodigiis universo terrarum orbi Deus commendavit, quorum magnitudinem ægro animo inaudiens Ebroinus, cum ad tumulum ejus, tentandi gratia misisset, miles per intolerantiam sacro loco pedibus insultans, à dæmone arreptus illico impium animum evomuit, & Ebroinus non multo post, ut sanctus prædixerat, & ipse gladio percussus per summam ignominiam vitam miserrimè finiit, & prædicatione Sanctissimi P. N. BENEDICTI ad inferos descendit. Extant Leodegarii nomine plurimæ per Gallias celebres Basilicæ, Parochiales Ecclesiæ, & Sacella, in cujus necis expiationem Theodoricus Rex, insignem Abbatiam Sancti Ioannis in Alto-monte condidit; & tanti sibi Tutelarum Galliarum Regnum præcipua deinceps devotione perpetuo allaboravit. In vitæ ipsius MS. dicitur Leodegarius: *mente tranquillus, corde benignus, eloquio dulcis, prædicatione suaviss, doctrina fidelis, humilitate sublimis, castitate perfectus, cunctis sanctitatis operibus decenter ornatus.* Ut autem alia ejus miranda prætereamus; aservatur in Cænobio Sancti Victoris Parisiis annulus illius Pontificis, quo aqua benedicatur, ad oculorum vitia & dolores tollendos prodigiosè salutaris. Passus est magnus Aduensium Tutelarum Ann. christi circiter 685. vel ut nonnulli volunt 675. Ex *vita per Vrsinum jussu Ansoaldi Episcopi Pictav. Baronio, Iepes, Baldrico in Chron. Camerae. Aymoino, Miræo, Molano, MS. cit. & tom. 2. Sanct. Ordinis &c.*

Martyria
coronatur.

Truncum
capite cor-
pus in pedi-
bus consistit.

Miracula.

Temeritas
punita.

Plurimæ ejus
honoris con-
dita basilicæ.

Tutelarum
Galliarum.

Elogium.

Passus & Ab-
C. 685.

Constantinopoli Sancti Theophili S. Theophilus Monachi, qui cum Leonem Isauricum, adversus sacras imagines edicta promulgantem coram argueret, jussus est gravissimè cædi, & diu in carcere detineri; demum in exilium pulsus, multis

multis ærumnis ac laboribus confectus migravit ad Dominum. Claruit constantissimus Christi Athleta a. n. ch. 720. Ex Martyrol. Bened. Arnoldi Duacensis, to. 2. Sanct. Ord.

B. Berengisus Abbas.

Andaino Cænobio, natalis Sancti Berengisii Abbatis admirandæ sanctitatis viri. Hic Monachum in Monasterio S. Trudonis professus egregio & splendidissimo raræ sanctitatis fulgore omnium oculos perstrinxit, & Pipinum in primis atq; Pletrudem Duces, in sui admirationem vertit, quibus iuvantibus, Monasterium celeberrimum Andainense construxit, eidemq; præfectus, sanctissimæ vitæ exemplis illud felicissimè fundans ac nobilitas plurimos illic milites Christo conscripsit & aggregavit. Claruit a. c. 680. Ex Ioanne Molano & diversis rer. Belg. script. tom. 2. SS. &c.

Clar. Anno 680.

S. Theobaldi Comes.

In Gallia Beati Theobaldi Campaniæ Comitis, Principis potentissimi & sanctissimi, relictis amplissimis opibus humilis Monachi Claræ-vallensis. De quo nos prolixius agimus inferius 15. Cal. Nov.

B. Godefrid.

In Brabantia Monasterio Villariensi, depositio Beati Godefridi cognomento Pachomij, multis & præclaris prodigiis illustis. Hic patriam Lovanium habuit; & à pueritia mundum perosus, primum

Ex Canonico Regulari Monach.

Canonorum Regularium institutum in Monasterio S. Gertrudis Lovanii amplexus, inde strictioris vitæ desiderio, Villarium venit, & sanctissimæ Regulæ nostræ sub reformatione Cisterciensium collum subiecit, ubi septem & quadraginta aënis, vitam sanctissimam vixit, & cum Deiparæ cultor esset ferventissimus, ab eadem vicissim præcipuè adamari meruit; quæ à perfectioris notæ Monacho, ipsum aliquando amantissimè amplexari visa est. Eadem, amorem suum, quo ipsum prolequebatur, minimè dissimulans sive occulens, cum Beato Abundo ejusdem Cænobii Monacho apparuisset, hoc aliquando internuncio usa: Frater Abunde, inquit, dic Fratri Godefrido, ut proficiat de virtute in virtutem; Sicerit Filii mei, & meus Monachus. Et cum migraverit anima ejus à corpore, non dimittam eam venire in Purgatorium, sed suscipiam eam, & offeram filio meo. Crevit ab infantia cum ipso miseratio; ita ut majorem sæpe ciborum partem & meliorem pauperibus reservaret. In infirmatorio similiter pauperum hospitem ibidem languentium, curam eorum peculiarem habuit, singulos visitavit, & ut po-

Promissio Deiparæ.

Cura infirmorum.

terat, juvit ac fovit, sed & coram ipsis Missam quotidie celebravit, neque ulla imbrum inundatione seu hyemis ac nivium asperitate, quin eo iret & rediret, impetiri potuit. Semper in Augusto, quamdiu poma recipere in pomeriis potuit, tanto ea desiderio, quanto, si purum aurum essent, collegit, & pleno cophino ea deferens, suis pauperibus ea distribuit. Quæ Dei sunt, mira quadam sollicitudine & diligentia suscepit & exercuit, nec gravi quidem senectâ, de fervore illo quidquam remisit. Obedientiæ & humilitatis virtutibus ad miraculum enituit, rigidissimus sibi, multis jejuniis aliisque voluntariis suppliciis corpus perpetuo afflixit. Aeditui labores, & munus multo tempore hilari animo, & summa industria, exercuit. Prophetiæ spiritu, & variis miraculis à Deo ornatus, omnibus tamen viliores se aestimavit. Et post longi incolatus in hoc exilio tempora, ad æterni Regis palatia vocatus, cum obitus sui diem præcivisset, in Augustissimæ Cælitum Imperatricis, & magni Evangelistæ, nec non undecim millium Virginum, cælis occurrentium præsentia sanctam animam efflavit. Aubert. Miræus Arn. de Raiffe, Chron. Villar. Chrysof. Henriq. Menolog. Cist. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Insignis charitas.

Fervor ejus.

Aedituus Cænobii.

Adest morienti Deipara.

B. Urbanus IV.

Perusij depositio sanctissimi Patris Urbani IV. Pontif. Max. Is Tredecis humili natus genere, patre Panthaleone Sutore veteramentario, ob ingenii acumen, Parisios studiorum gratia missus, liberalium primum artium scientia imbutus, postea Juris Canonici, & mox Theologiæ studiis exercitissimus evasit. Ad varios proin honores expetitus, rarissimo sane exemplo, præter eorum qui ab imo emergunt, morem & consuetudinem, iis animum minimè adjecit, imo fugiens, & generosissime mundi favores proterens, cucullam exambuit, & in Monasterio B. M. V. de Fossa Nova Monachum professus, magnæ eruditioni, magnas virtutes addidit, iisque prodentibus latere diu non potuit, ad multo majores dignitates, ex humili Monachi statu evectus, donec honorum omnium culmen conscenderet, ex Viridunensium Episcopo, & Patriarcha Ierosolymitano, Pontifex Maximus renunciatus. Eum honorè maximis meritis insignivit, eaque inter summa orbis gratulatione, celeberrimum illud Festum Corporis Christi tota celebrari Ecclesia instituit. Manfredi, insolentissimi Siciliae Regis contumaciâ fregit, insignè contra Sara-

Fit Papa.

Festum Corporis Christi instituit.

Saracenos Christianorum exercitû cruce signavit, felicissimo & prodigiosissimo ejus belli successu, cum Percevallus Infidelium Imperator Patrimonium S. Petri invasurus, modicam aquam transiturus, cum equo mergeretur, nunquam deinceps visus, adeo, ea re consternatis hostiû animis, ut in effusissimam quamprimum se fugam conjicerent, & ex iisdem penè innumeri à nostris à tergo insequentibus trucidarentur ac caperentur. Fuit pacis amantiſſimus Urbanus, eo nomine & ante Pontificatum, cum Legatus, in Germaniam, Prussiam, Pomeraniam Livoniamq; destinaretur, & in Pontificatu, de plurimis provinciis & Regnis meritissimus. Obligavit diversis item meritis varias Deo sacras familias, Augustinianam præsertim, quin & in Orientem usq; benefaciendo sese extendit, & missis Constantinopolim ad Imp. Palæologum Legatis, Græcos in fide instrui curavit, & ab Imperatore prædicto Orthodoxam Fidei confessionem sibi exhiberi fecit. Plurima S. Petri rebus detracta, recuperavit, plurimas basilicas restituit, & in Concilio Viterbiensi multa præclare statuit, post tanta, aliaq; ingentia merita susceptis devotissimè SS. Sacramentis Perusij defunctus, & ibidem in Cathedrali Ecclesia conditus A. C. 1264. cum sedisset annos solummodo 3. mensem unum, dies quatuor. Thiericus Varicolor, Abraham Bzovius, Panvin. Platina, Giac. Menol. Cist. Chrysof. Henr. Aquila nostra Benedictina, & Annales Ordin. tom. item 2. Sanct. Ord. &c.

Victoria mira.

Pacis Conciliator.

De Oriente meritis.

Merita plurima.

Obit 1264.

Dedicatio Basilicæ S. Remigii Rhen.

Celebritas.

Rhemis dedicatio Ecclesiæ S. Remigij à S. Leone Papa IX. Facta est solemnissima hæc Dedicatio Ecclesiæ celeberrimi hujus Monasterij, quod alias passim Archimonasterium appellatur, à præmemorato Urbis & Orbis sanctissimo Pontifice, A. C. 1049. sub Herimaro Abbate, incredibili mortalium multitudine, non solum ex Gallia, sed & Hispania atq; Anglia, ad festum tantû, Beatissimumq; hunc Pontificem contuendum, confluyente, quo ipso tempore, S. Remigij corpus idem Leo in novam Basilicam insigni pompa transportavit. VVibertus in vita S. Leonis IX. Ro-

gerius Howeden, Guilhelmi, Gemmat. Ordericus Vitalis, Hugo Menard. &c.

In Hispaniis B. Ioannæ Comitissæ illustrissimæ, quæ teneris annis à patre suo Sanctissimo Patriarchæ nostro in Monasterio oblata, & Deiparæ devota ejusdem Pfalterium indies frequentans hujus ope Virginum sponsi æternis amoribus mirè servata est, cum Virginitati ejus, variæ infidiæ struerentur; forma siquidem plusquam Regia Virginem, priusquam professione se Numini solemniter obstringeret, varij Poceres, cum litteris tum Xeniolis exambiebant; quæ illa generoso contemnens animo, & in cloacam abjiciens, tandem multo majoribus tentata machinis, seipsa major Sacra Tyruncula, de parentibus & cognatis quin & Regibus ipsis potenter triumphavit; cum Infanti ut vocant, sive Regis filio in matrimonium expeteretur. Sed neq; solemnibus jam votis obstructam oppugnare dæmones destitère, ipsa jugiter ad Virginum Virginem per Pfalterium suum recurrente, cum laxioris vitæ Moniales, ipsius integritatem hostiliter persequerentur. Quam opem quandoq; implorantem Cæli Regina invisere dignata, litteras eidem ferens de indipiscenda perfectione ipsam instruxit, quarum initium erat: Maria Dei Mater, Ioannæ filia Dei salutem, &c. quibus illa profecit mirifice, ostensa Abbati Ord. Visitatori in visione in cella sua cælesti splendore illustrata, invitente ad ipsam cû cælitibus Matre Virgine, quo viso attonitus Abbas & exanimis corruens, ab ipsa postmodum de usu Pfalterij edoctus, idem reliquis quoque comendans monialibus & Patrilogium ut vocabant, dono mittens, novam illico faciem inductam Cænobio depræhendit, cum quæ pessimè oderant Ioannam & disciplinam Monachicam, hanc jam ultro arriperent, & Ioannam deinceps veneratæ, ejus exemplo universæ proficerent. Claruit Ioanna post A. C. 1230. memorabile exemplar Illustrium de sæculo triumphantium Novitiarum. Exp. 5. Alani. cap. 65. Coppem.

B. Ioannæ Comitissæ.

Fit monialibus.

Litteras à Deiparam retur.

Claruit anno 1230.

QUINTO NONAS OCTOBRIS.

III. Octobris.

SS. 2. Evaldi Mart.

Apud antiquos Saxones, sanctorum Martyrum duorum Evaldorum; qui cum essent Presbyteri, & Christum ibi prædicare cœpissent, comprehensi sunt à paganis & occisi: ad quorum corpo-

ra noctu multa lux diu apparens, & ubi essent, & cujus essent meriti, declaravit. Fuerunt hi duo, ex præstantissimo illo duodecim nostrorum Germaniæ Apostolorum numero, quos magnus ille

12. Apostoli Germaniæ.

ille & meritissimus Egbertus noster, ad conversionem gentium in patriam nostram destinaverat, cumque ad antiquos profecti Saxones, Principem illorum convenire, & salutaribus monitis instruere conarentur, veriti Gentiles pagi cujusdam, ne Principe converso, & ipsi idolis suis renunciare cogerentur, alterum quidem gladio interimentes, alterum longo suppliciorum cruciatu, & membrorum omnium descriptione, crudelissimè sustulerunt. Adfuerunt caelestia quamprimò prodigia, cum projecta in flumen sacra corpora, adverso cursu per quadraginta miliaria, ad locum ubi socij comorabantur Apostoli, devehentur, caelesti delu- per lumine descendente, ijs ipsis qui occiderant stupendam rem contuentibus, & hoc prodigio, corpora collegis prodente & comendante. *Ex Ven. Beda, Sigeberto, Iepesio, Baronio, Annal. nostr. Germ. & Bened. t. 2. SS. Ord. &c.*

SS. Evval-
dorum pro-
positum.

Interficiun-
tur.

Insignemi-
tatum.

S. Gerardus
Abbas.

Principe
gente natus.

Fit Monach.

Litteris ope-
ram dat.

Fit Abbas.

S. Gisleus
perie ipsum
Vrsidongo
praefici.

Miraculis
clarè.

darè; insignibus ipsum prodigijs Deus illustravit. Ea inter Arnulphum Flan- driæ Marchionem, cognomento Ma- gnum, calculi doloribus pene exani- matum, & à medicis desperatum, prodi- giosè restituit. Ab illo autem, gratum ani- mum digna tanto Principe donatione, ut poterat testaturo, dum vim auri atque ar- genti ingentè recipere constantissimè re- cusat, lacris deniq; obtestationibus victus, omnium ejus facultatum decimas acce- ptat, & in pauperes quamprimò omnes distribuit. Coactus deniq; omniù totius Flandriæ Abbatiarum in se curam susci- pere, innumeris meritis exemplo & fama ordinem universum, Belgicas autem pro- vincias præclarissimè gestis obstrinxit, & Magni Reformationis titulum, etiam apud exteros meruit. Blandiniense Monaste- rium, pulsus per summam injuriam Mo- nachis, Clericorum jam factum, omni contempto mortis periculo, quam strictis mucronibus, nobilitatis inflati titulo Cle- rici intentabant, in pristinum sanctitatis statum restituit, & Monachos reduxit. Tandem Divini Spiritus revelatione, de obitus sui die edoctus, cum omnibus sin- gulisq; Monasteriis sibi creditis providè consulisset, ad suum Bronientem se contu- lit, & suorum animis egregiè confirmatis, complorantibus universis, felicissimum Spiritum Creatori comendavit, A. C. 958. Visitur etiamnum Brononij, ubi vir san- ctus quiescit, puteus arceo peribolo à ter- ra adurgès, ante ipsum Chori ingressum; è quo hausta aqua, & ab agris epota, juxta promissionem Sancto Gerardo à Princi- pibus Apostolorum factam, ægri prodigi- osè sanantur, potu illo præcipuè contra febres & morbum regium, sive auriginè valente, & aternitate multiplicium mira- culorum probatissimo. *Ex monim. Bron- nensibus, Vita ejusdem per Gregor. Episc. Ter- racin. Molano, Miræo, Lippeloo, Annal. nostr. Germ. &c.*

Arnulphum
Fland. Prin-
cipem despe-
ratum juvat

Magnus Re-
formator.

Constantia
ejus in mor-
tis periculo.

Mortem
prævidet.

Mortitur
958.

Fons prodigi-
osus.

S. Froilanus
Episc.

Fit Abbas.

Episc.

In Hispania depositio Sancti Froilani Legionensis Episcopi, & Confessoris, do- ctrina & sanctitate conspicui. Froilandus Legionensis Urbis & Regni immortale decus, Monachum in celebri Hispaniæ Monasterio de Morervela prope Zamora professus, ob egregiam vitæ morum- que dignitatem, ejus postea Abbas ele- ctus est. Nec multo post, sparsa latius ejus sanctitatis fama, inde etiam extra- ctus, & ad Cathedram Legionensem eve- ctus est, quam cum aliquamdiu sum- ma cum commissæ sibi plebis utilitate sanctissimè

sanctissimè administrasset, & mirabili vitæ exemplo omnes sibi commissos mirifice exsuscitasset atq; accendisset relicto ma- gno & aeterno sui desiderio, ad parata sibi in cœlis præmia concessit An. Ch. 825. si- ve, ut Morales contendit 875. *Luc. Ma- rin. Siculus, Iepes, Morales, Villegas, Tara- pha, Annales nostr. tom. secundo, Sanct. Or- din. &c.*

Obiit 825. *S. Geraldus Comes.* Auriliaci, Sancti Geraldus Confessoris. Fuit hic Illustrissimus Auriliacensium in Avernia Comes, Cluniacensibus nostris addictissimus, quorum etiam vitæ Institu- tum & rigorem suscipiens, admirabili ef- fudit sanctitate, cujus res gestas S. Odo e- jusdem Monasterij Abbas memoriæ & lit- teris comendavit. Sed de hoc fusius 3. Id. Octob. ex aliorum opinione.

S. Vtho Abbas. In Cœnobio Mettensi B. Ottonis Ab- batis. Vtho sive Vtho, ratione Italus, reli- cta amore Christi patria, peregrinò in Ger- maniam venit. Ibi S. Gamelbertus Magistrus pactus, insigni vitæ sanctitate pfectus, præ- fectusq; ab eo Michelsbuchensi Parochiæ, ubi Gamelbertus Religionis Christianæ fudameta jecerat, inde postea, bello Boi- co cedere coactus, loco, qui Metten dicitur, sibi cellulam condidit, eique Vthonè Abbat. præfecit eamque honori Michaë- lis Archangeli nuncupavit. Eo, inter ve- nandù, postea, cum Deo ordinante, Caro- lus M. devenisset, cù sancto sene colloqu- tus, & colloquij caelestis dulcedine captus, in gratiâ ejusdem illustre illic Ordinis no- stri, Cœnobium exstruxit, cui Vthonè præ- esse voluit. Præfuit sanctissimè loco dignis- simus Abbas, & multis ibidem discipulis aggregatis, & ad omnem Religiosæ vitæ perfectionem solertissimè institutis, ple- nus dierum & meritorum, hac ipsa die A. C. 829. felici sine decessit: insigni post mortem miraculorum gloria illustratus, aternâ in primis beneficiorum Divinorù continuatione, in fonte maxime: qui V- thonis appellatur, in quem Neapolitana lue interfecti, si immergantur, optatam recuperant sanitatem.

Metropo- litanam luem pro- fligat.

S. Godefridus Sacrista In Brabantia Natalis Beati Godefridi Sacristæ & Monachi Villariensis, dicti de Colonia. Godefridus patria Colonien- sis, Monachum in patria Urbe, Divi Pantha- leonis Cœnobio primò professus, quod minus exactè tunc temporis sanctissimi Regula observaretur, ad strictiorem Ci- sterciensium observantiam & Reforma- tionem transire disposuit, eaque mentè ad celebre nostrum Heisterbacensè Cœ- nobium veniens, suscipi rogavit, renuente

loci ejus Abbate, quod inconstantia juve- nis tribueret, quod zelo disciplinæ tribu- isse oportebat. Passus patientissimè repul- sam, in proposito nihilominus persistit, & enixius à Numine contendit, ut sibi, quid faciendum esset indicare dignaretur. Im- petravit, & grandi quidem prodigio, cum præostenso illi in spiritu Villariensi, (ad quod secederet) Cœnobio, adeo mirabi- liter statum ejusdem Monasterij cogno- sceret, ut ipsas etiam personas & conver- sationem eorum, quin & situm loci, & uni- versa Domus illius utensilia, non aliter, ac si tota vita in ea commoratus fuisset, tam procul positus, intueretur. Illuc pro- inde contendens illico susceptus est, & magnis statim progressibus de Virtute in Virtutem procedens, admirabilis omnib; vilus est. Fuit rigidus, & plusquam dici possit corporis sui castigator, ita, ut à pri- ma die ingressus carnem jam subjugasse videretur, & positus in carne, secundum carnem minimè viveret, cõtemplationis autem studio in sublime jugiter evolaret. Rarissimus ille favor, quem Christus imple amantissimo famulo suo exhibuit, quem his ipsis verbis narrat Chronicon Villari- ense: Per celebratis die quadam Horis Canonicis, cum ceteri fratres lecto decu- berent, ipse in Oratorio solus remaneret, & juxta altare effudit cor suum ante con- spectum Domini DEI sui, tam pro suis quàm pro omnium excessibus, ex intimis medul- lis animæ Salvatorem exorans. Apparuit itaque Dominus Christus ei in ipsa hora, non purpuratus, nec diademate coronatus, sed in ea forma, qua imminente passionis hora accinctus linteo, discipulorù lavit pè- des. Appropinquans itaq; ei, & tenens vas aquæ ait: Dimitte ut lavem te. Cui tremu- la voce ait: Domine non lavabis me. Et Dominus: Si non laveris me, non habebis partem mecum: Lavit stupentem, & totù dulciter alloquutus est, &c. Beatus Cæla- rius hæc addit: *Sede ut lavem pedes tuos, co- quod dudum laveris pedes meos. Quod cum territus renueret, coegit eum, flexis quo genibus: pedes ejus lavit, &c.* Fuit & reliquis cœli civibus familiaris, & Augustissimæ in pri- mis cœlitum Imperatrici præcipuè cha- rus, cujus jucundissima præsentia non se- mel perfrui meruit: quam cum aliquan- do Chorum intrantem, & postquâ dele- ctata fuisset contra fratrum exeuntem in- tueretur, & quâprimò inlequeretur, ple- nù solatij responsum ab eadem istud acce- pit: *Revertere ad Fratres tuos, nec sequaris am- plius me, quia cito ex toto me sequeris, receptur*

Patientiâ
ejus.

Stupenda
res.

Rigor vitæ.

Rarissimus
à Christo im-
ple exhibi-
tus favor.

Christus
pedes ejus
lavat.

Calites sa-
miliares
habet.

Deipara
charus.

tui laboris præmium. Nec multo post, paucissimis scilicet diebus exactis in Domino obdormit, & ad promissa præmia pervenit. Claruit spiritu prophetico, ita ut quandoque futuras etiam tentationes Fratribus prænunciaret, eosque ad constantiam & patientiam excitaret, Sed & miraculorum gloria à DEO illustrari meruit; quæ inter puerum gravi & diuturnâ infirmitate detentum; dum solo ejus cingulo præcingeretur prodigiosè sanavit. Nobilem matronam in partu periculose laborantem, & jam desperatam, pane à se benedicto mire juvit, quæ eo gustato statim absque incomodo enixa est puerum, & mortem iminentem evasit. Alia in eodem periculo constituta, dum ipsius item Zona præcingitur, & sanitatis remedium, & hæredem obtinuit desideratum. Multo autem majoribus à morte prodigiis coruscavit, ut vel Solo quidem cucullo ejus infirmis applicato, iis integra prodigiosè sanitas restitueretur. Sed & illud rarioris Divini indicium fuit, quando sacrum corpus ejus Domino Divinitus præcipiente inter Sanctorum Reliquias est collocatum.

Spiritus Propheticus

Miracula.

Solo cuculli tactu infirmi curantur.

S. Aurea Abb.

300 Monialium mater.

Mortuam suscitavit.

Clibanum ardentem illesa purgat.

Claruit A. C. 1170. Ex Vita & Chron. Villar, opera Ioannis de Assignii, Cæsario Heisterbac, Arnoldo de Raiffè. Aub. Miræo, Bern. de Brito, Ang. Marique, t. 2 SS. Ord. &c. In Monasterio Paint ad amnè Schufsum, prope Cænobium Vinearum depositio Beatæ Irmengardis viduæ, ejusdem loci Abbatis. Hæc perillustri Comitum de Thann, Dapiferorum de VValtpurgo orta profapia, patrem Conradum habuit pincernam de VVinterstetten, Nyfrensem Dynastam, actunc temporis Sueviæ ac Burgundiæ præfectum. Ducta autem à paris nobilitatis sponso, Conrado Dynasta de Schmalneckh, cum is Fridericum II. Imp. in Apuliam sequutus occubisset, ipsa illico immortalis de cætero sponsi amorem exambiens, ad conditum à Patre Baidense Cænobium concessit, cujus & postea, à morte B. Annæ Abbatissæ deligi meruit, cujus vita egregiis sanctitatis exemplis, & mors pretiosa in conspectu Domini apparuit. Ex Chron. noll. VVeing. Menologio Cister. Christo. Henriq. Gaspere Bruschio. &c.

Clar. 1170

B. Irmengardis Abb.

Illustris gemina.

Viduitas.

Professio & Abb. Honor.

Pœnitentia ejus

Stupenda rigor in senectute.

QUARTO NONAS OCTOBR.

IV. Octobris.

D.

Vtetia Parisiorum, Sactæ Aurea Virginis. Hæc nobili orta genere, & digne suo nomine, verè Aurea; patrè Maurinum, matrem Quiriam habuit; sed cucullo longè splendidior, tantos in virtutum gradibus progressus fecit, ut admirationi omnibus esset. Eam adamavit plurimum religiosissimo affectu, magnus ille & sanctissimus Eligius noster Noviomensium Pontifex, & tanti fecit, ut condito à se Virginum Cænobio, in urbe Regia Parisiensi præficeret, ubi paulo post ad trecentas usque Moniales congregavit, iisque præstantissimo sanctissime vitæ exemplo, utilissimè præfuit. Claruit mira miraculorum gratiâ; quale illud fuit, cum Dedam Monasterii Cellerariam, se absente mortuam, post tertiâ ab obitu diem compellans, ad vitam revocavit, quæ de clavis, & curæ suæ commissis reb⁹ rationem sanctissimæ Abbatis reddens, cum plene eidem satis fecisset, petita denuo ejusdem licentia & benedictione, rursus in Domino requievit. Sed & illud rarum cû defectu panum murmur sororum præcavens, accensum ingressa clibanum, scoparû vice manus prunis admovit, & velut se-

gmentis lignorû recentibus abiq; læsione ulla adhibuit, quin & intactis ab igne vestib⁹ fornacem totâ grandi miraculo perspuravit; ad cumulû juxta tanti prodigii, campanis, nemine pulsante, prodigiosè resonantibus, & Virgini quasi congratulantibus, miraculumq; miraculo prodètib⁹. Rara & illa, pluriusq; miranda Virginis nobilissimæ ac tenerrimæ pœnitentia, cum temeritatis ab Angelo suo nota esset, quod Diaconi, aliquando, Evangelium incitè admodum legentis, ministerium rejiciens, ipsa vices ejus, Zelo quodam, ut putabat, honoris Divini, supplere ausa esset: Sedile siquidem quoddam sibi apparans, quinquaginta à tergo clavis, totidemque & à dextra, & à læva præfixum, acutum pungentibus, in eo quotidie cœnsue contedit, quoad centum quinquaginta Psalmos, uni innixa parti, totidemque alteri (stupenda res!) atque tertiâ acclinis decantasset; non vini solum tunc usu, sed frigida sibi interdicens, nisi quâ cum cinere decoxisset. Eam ut vivus sic mortu⁹ etiâ Eligio perpetuo dilexit, & imminente felicissima remunerationis hora ad beatæ illi⁹ æternitatis

Campana sponse sua pulsantur.

Pœnitentia ejus

Stupenda rigor in senectute.

Ad celos invitatur.

Valedicit suis.

160. Comitibus sacras Virg. ad celos habet.

731.

S. Donatus Mart.

Laudes ejus

Primus in Ord. Mart.

Senio gratia.

tis palatia invitavit. Pestilenti siquidem lue per Gallias, & Parisiis maxime grassante, cû jam aliquot Virgines è suis, Aurea, Domino præmisisset; vitus in Ecclesia Monasterij ejusdem adolescenti cuiquam veste candida Eligius: abire properè ad Auream jussit, & ut cum certo, què designaverat numero Virginum sacrarum sibi occurreret, invitavit. Surrexit velociter ad nuncium tam jucundum Aurea, & plena gaudio, dum ad templum ipsa contendit, evanuisse jam visionem deprehendit, relicta tamen in templo prodigiosâ quâdam nebula, ex quâ candelabra & vela rorem quendam stillare viderentur, intellexitque quamprimum, quonam evocaretur; ac proin convocatis sororibus universis, vale illis supremum dixit, iis exceptis, quas secû decessuras jam præcogoverat. Has autem, numero centum sexaginta ritè disponens & præparans, secum ad triumphos sponsi æterni læta deduxit; cum relictas in terris, ad certamen vitæ reliquæ strenuè excitasset atque concitasset. Claruit temporibus Dagoberti Regis sub A. C. 731. Ex Vita ejusdem t. 2. Sanct. Ord. Vincent. in Spec. Trithemio Ant. de Yepes, & diversis rer. Gall. script.

stro etiamnum superstitè. Ex Vita Gord. Sanct. Plac. Monim. Casin. Ioann. Trithemio &c.

In Italia Venerabilis Dionysii cognomento Exigui, revera autem Magni, Monachi Vivariensis, viri rarissima eruditione & sanctitate illustrissimi. Dionysius, natione Scytha, professione Monachus, in utraque linguâ doctissimus, atque Sacrarum litterarum peritissimus, præstantissimis meritis, orbe terrarum univertum, & posteritatem omnem insigniter demeruit. Ea inter, cum ad id usque temporis Ecclesia Latina Græcorum Canonum, incuria interpretum an librariorum, viciatam versionem ne haberet nec admitteret, ipse Collectoris atque Interpretis fidelissimi functus munere, maximi momenti rem felicissimè confecit, & æternum sibi nomen apud Ecclesiam eo tam insigni merito comparavit. Ipsi etiam debemus, ut testatur Beda, quod in Cyclo suo annos, non per Olympiadas, vel Consules, aut Indictiones, aut annos Diocletiani, sed A CHRISTI DOMINI NOSTRI INCARNATIONE numerari cœpti sunt: quatenus, inquit Beda, exordium ipse nostræ, notius nobis existeret, & causâ Reparationis humanæ, id est passio, Redemptoris nostri evidentius eluceret. Vt hoc etiam meritum haud immerito, in omni tam dignâ numerandi consuetudine à Dionysio nostro derivatum mirretur posteritas omnis atque veneretur. Ejus mirificas laudes & egregia scripta pluribus celebrat Cassiodorus, ejus studiorum collega, & eodem denique in Cænobio lectissimus confodalis: qui alia inter de eodem sic scribit: Scripturas Divinas tanta curiositate discusserat, atque intellexerat, ut, undecumque interrogatus fuisset, paratum haberet competens, sine ulla dilatione responsum. Qui mecum Dialecticam legit, & in exemplo gloriosi magisterii, plurimos annos vitam suam, Domino præstante transegit. Pudet me de consorte dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrinâ humilitas, cum facundiâ loquendi parcitas, &c. Interveniat pro nobis, qui nobiscum orare consueverat: ut cujus hic sumus oratione suffulti, ejus nunc possimus meritis adjuvari, &c. Qui tanta Latinitatis & Græcitatæ peritia fugebatur, ut quoscunque libros Græcos in manibus acciperet, latinè sine offensione trāscurreret;

v. Dionysius Exiguus

Meretur de orbe universo.

Canones colligit.

Annorû ab incarnatione n. memorandorum l. Auctor.

Celebrat laudes eius Cassiodorus

Eius suffragia implorat.

iterumque Latinos Attico sermone legeret, ut crederes hoc esse conscriptum, quod os ejus inoffensa velocitate fundebat &c. Ita Magnus Cassiodorus noster ex V.C. humilis Monachus, ut ad laudes ejus addere quidquam minimè præsumamus. *Baronius, Iepes, Annal. nostr. Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Herveus Abbas. In Gallia Beati Eruci Abbatis Monasterii Vrsi-campensis, viri lectissimi. Erueus sive Herveus de Bauguntio cognominatus, Illustrissimos Regio ex sanguine natales habuit, & à puero, formæ & morû gratiâ, sed & virtutum splendore mirificè effulsit. Ejus futuram sanctitatem, & in Ordine admirandum progressum Mellifluus Doctör noster Bernardus prævidit & prædixit. Claruit multis & magnis miraculis, & post præclara pietatis opera, Beato VValerano felicissimum ipsi obitum ex revelatione annunciante, in Sanctörû Angelorum manus animam resignavit. *Vincent. Bellovac. Hieron. Platus, Bern. de Brito, t. 2. SS. &c.*

B. Maria Abb. In Hispania Beatæ Mariæ Virginis Abbatissæ Monasterij de Carrizo. Ejus eximias virtutes ad compedium retulit Philippus Seguinus lib. 3. cap. 128. Vbi hæc habet: Maria Virgo ex Regio sanguine fa-

ta, filia fuit Dominæ Stephanæ Armigniaci Comitissæ, quæ solitariam desiderans vitam, Monasterio B. Mariæ de Carrizo se inclusit. Cujus etiam imitatione multæ Principissæ sese puriori vitæ addixerunt. Multæ denique scæminæ ipsius exemplum sequuntæ, sanctimonix laudes apud posteros meruerunt. Quantâ vero cum perfectione ad summum virtutû culmen evecta fuerit, & in suas, p viribus præclarâ morû efformatione transfuderit, jejunia assidua, vigiliæ, orationes, & alia rectæ vitæ instituta, quæ omnibus, dū Abbatissæ munus obiret, reliquit, satis fidem faciunt. Sepulta est cū Stephana matre sua in medio Chori ejusdem Ecclesiæ. Hæc Monasterium ipsa proprijs sumptibus extruxerat, cui prima Abbatissa præfuit Maria. Ita Seguinus.

In Monasterio Zwifaltensi, obitus religiosi. mem. Tutæ Baronissæ de Steiflingen germanæ sororis B. Ernesti Abb. & Mart. qui eadem cum filia Adelhaide & Gerungo de Riedthaim merito suo Aurato equite, proposito, declinans hujus mundi gaudia & blandimenta noxia, salutem in cucullo quæsit, & ob vitæ meritum, Abbatissa, (incertum cujus loci,) fieri meruit. *Chron. Zwifalt.*

Exemplum vita.

Rigor vita.

III, NONAS OCTOBR.

V. Octobris,

E.

S. Placidus Abb. Mart. Messanæ in Sicilia Natalis Sanctorum Martyrû PLACIDI Monachi, discipuli Beati BENEDICTI Abbatis, & Fratrum ejus Eutychie & Victorini, ac Flavix Virginis eorum sororis, item Donati, Firmitati Diaconi, Fausti, aliorumque triginta Monachorum, qui à Manucha pirata, pro Christi fide necati sunt. PLACIDUS, Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI, & Iustiniani Imperatoris nepos, Augustissimo Aniciorum sanguine, patre Tertullo natus est. Ab hoc Beatissimo Patri septuennis traditus cognati optimi cura & institutione, admiranda vitæ sanctitate profecit. Adolescentulus etiam nū ad hauriendum aquam egressus, & in lacu prolapsus, BENEDICTI Patris imperio, per Maurum Monachum super aquas sicco pede currentem, salvus mirabiliter extractus est. In Siciliam demissus, Monasterium & Ecclesiam in honorem S. Joannis Baptistæ prope Messanæ portum construxit, & miraculis innumeris claruit, quæ propter cum ingentium agrorum undique, convolantium con-

cursu quotidie molestaretur, certâ indicta die, omnes undecunque totius Regni & confinium ægros, debiles, mancos, &c. ad se portari voluit, quos, raro & inaudito ad eam diem exemplo, invocato per merita, viventis etiamnum Patris & Magistri sui BENEDICTI Numine sanos esse jussit, omnesque cum incredibili omnium exultatione & gratulatione prodigiosissimè curavit, sanosque domum remisit. Ejus visendi causa cum Messanam venissent Illustrissimi viri Eutychie & Victorinus illius Fratres germani, & Flavia Virgo soror, eodem tempore Manucha Tyrannus multorum millium classe illuc appulit, qui capto Monasterio, cum Placidum cæterosque nullo modo adducere potuisset, ut CHRISTUM negarent, ipsum, fratresque, ac sororem, Donatum item, Firmatum, Faustum aliosque triginta Monachos, crudelissimè interemit, & Donatum, quidem, de quo pridie hujus diei, devexa jam ætate ante alios capite truncavit;

Inauditum prodigium.

Invisunt ad ipsum fratres.

Manucha tyrannus.

Augustissimum genus

Mersus mire liberatur

Fit Abbas.

Crudelissime tractatur. Sancti. cavit, PLACIDUM autem cum Fratribus & Monachis, longis & exquisitissimis suppliciiis excruciauit, exutosque vestibus, immaniter fustibus cædi imperavit: septem dehinc dierum inedia afflictos, sed incolumes, in sublimè suspendi, & mox blanditijs varijs minisque tentatos, crudelissimè virgis concidi, & bacillis detergijussit: Placidum inprimis, ac germanos ejus, eousque affligi voluit, ut cuncti eos expirasse existimarent. Sed illis postea ab Angelo curatis, cum Placidus DEI virtutem prædicaret, os ipsi, jussu tyranni lapide contusum ac contractum, arteria durissimè similiter percussæ, & lingua radicitus evulsa est, ipso nihilominus DEI laudes alta voce hilariter decantante. Tandem vero, postquam die nocteque anchorarum immenso quasi pondere sanctorum tibias tyranni crudelissimi gravassent, & prolata auri, argentiatque gemmarum copia, iisque, si secum sentire vellent, promissa, movere sanctos nulla ratione possent, Manucha eos capitis damnavit; & inde Rhegium versus solvens, oborta quamprimû prodigiosissima tempestate, ultricibus maris undis absorptus, cum armatorum sedecim millibus octingentis periit, grandique metu Italiam liberavit. Passus est sanctissimus Ordinis amplissimi Protomartyr Anno Christi 541. ætatis suæ 26. cujus illustrissimum Martyrium longè positus Sanctissimus Archi-Dux noster BENEDICTUS in spiritu mirè intuitus, agonis feliciter consummati lætissimum nuncium, convocatis Fratribus gratulabundus attulit, & ad agendas Domino gratias concitavit. Ex Vita per Sanct. Gordianum S. P. N. discipulum, collegam Placidi, testemque oculatum in multis, Martyrio sociorum superstitem. Monim. Cap. t. 2. Sanct. &c.

Immania supplicia.

S. Placidi præcipua tormenta.

Miraculum suum lingua loquentis.

Decollatur

Manucha cū universa classe perit.

Passi sunt A. 541.

S. P. N. in spiritu Mart. videt.

S. Attilanus Episc.

Fit Prior.

Fit Episcop.

ctus, Episcopatus sui redivitibus in pauperes distribuitis, annulo in flumen projecto, quem digito gestaverat, tunc certus futurus de venia, si DEI nutu annulum reciperet, peregrinationem suscepit, adeoque in itinere festinavit, ut comitem amicum, quem unum secum duxerat, nimium defatigatum, post se relinquere coactus sit. Solus proin, ac jam multo expeditior, pannis se se quam vilissimis induit, & annis duobus stipem, à nemine mortalium cognitus, ostiatim emendicavit. Eluendis peccatis intentissimum, nocte quadam, ut Pontificatum suum repeteret, vox Divina admonuit, certumque esse jussit, suas à DEO preces exauditas. Reverfus ad e-

Stipem emendicat.

Voce Divinam redire monetur.

Annulum Pontificalem mire recipit

Campana sponte consonant.

Excipitur à civibus.

Clar. 820.

S. Attilanus Episc.

Mira electio.

quem projecerat annulo. Præfuit octo post reditum annis, magnisque dives meritis in cœlum avolavit Anno Chr. 1006. ætatis 52. in vita & post mortem clarus miraculis & ab Urbano II. Sanctorum albo adscriptus. Sepultus est Zamoræ, quæ non semel à pestilenti lue per ipsum prodigiose liberata est. Cæterum cancellos Iyphanothecæ referare nemini licet nisi præfente seu contio Abbate Morerolæ, penes quem una è tribus clavibus thesauri asservatur, sed nec in publicum deferatur, nisi à sui Cænobii filiis delatus. *Ex Vita & Menol. Hispan.*

S. Gallæ vidua.

Romæ Sanctæ Gallæ viduæ, filiæ Symmachi Consulis, quæ viro suo defuncto, apud Ecclesiam Beati Petri multis annis, orationi, Eleemosynis, jejuniis, aliisque sanctis operibus intenta, permanfit: cujus felicissimum transitum Beatus Gregorius Papa descripsit. Ita hac die Martyrologium Romanum, de quâ nos ex aliorum opinione 6. Aprilis egimus, tomo priore.

S. Meinulphus Can. Mon.

Paderbornæ Sancti Meinulphi Diaconi & Confessoris. Is à Carolo Magno Imperatore à sacro fonte susceptus, & in Collegium denique Cathedraliū Monachorum Paderbornensiu adscriptus, sub Regulari instituto, magnis profectibus claruit, & ut generis præstantissima nobilitate, sic humilitate Monachicâ & rarâ vitæ sanctitate refulsit. Ut autem unus erat parentum suorum hæres, amplissimo patrimonio ad se devoluto, rogato consensu Episcopi, insigne Virginum nostrarum Cænobium Nienbodeckense condidit, loco sibi trinâ cœlesti visione designato, & miraculorum signis illustrissimus diem supremum feliciter obiit. Collocatus autem in feretro, circumstantibus undique ad sacrum sodalis tunus Fratibus (stupendares) rursus se se erigens: *Vos gratias agatis Deo, inquit, quorum salutis causa id sit, & ego, ut fieret, apud DEI GENITRICEM &*

Residet mortuus.

Ecce ut S. Canobia e-

autem ite ad Episcopum, & quot sudoribus mitibus post mortem curant. *hi constiterit huius Cænobii structura ei indicantes, petite ab illo, ut quacunque huius loci fuerit electa Abbatissa, etiam si ancilla sit, non id interdicit: simulque dicite ei, me corpore exutum didicisse, quid de illis fieri oporteat, qui Pastores Ecclesiarum esse videntur.* Quibus dictis placidissimè denuo in Domino obdormiit, eximiiis etiam à morte miraculis gloriosus: Floruit Ann. Christi 816. &c. *Ex vita, t. 2. Sanct. Ordin. Annal. Germ. & Bened. &c.*

Rursus moritur.

Ultraiecti in Hollandiâ Sancti Rixfridi Episcopi & Confessoris. Huic Frisia patria fuit. Monachum autem in Cænobio S. Salvatoris Trajecti professus, Clericus postea ac Presbyter ordinatus, ad Cathedram demum Ultrajectensem, septimus ordine Episcopus euectus est. Cui Ecclesiæ, cum annis novem utilissimè præfuisset, ad præmia æternitatis evolavit. Honoratur à Chronico Ultrajectino, dignissimis sane titulis HUMILIS, PII, & DIVINI, cujus præstantiam, vel ex unius quidem discipuli ejusdem Sancti Ludgeri virtutibus omineris. Obiit grandævus A. C. 836. *Joan. de Beke, Cornel. Kempius, Barland. Menard. Arnoldus, Annal. nost. Germ. Aquila, &c.*

Tituli insignes.

Obiit 836.

Cluniaci depositio Sancti Aymardi Abbatis. Hic ob vitæ meritum Archidiaconi illius Sanctissimi Abbas electus, uti generis nobilitate (fuit enim Engolismensis Illustrissimi Comitis filius) sic multo magis sanctissimâ animi demissione enituit. Ad exercitium autem patientiæ, lumine utrobique per ægritudinem orbatus, abdicato honore, velut alter Iob, in medio Fratrum patientiæ speculum omnibus fuit, & miraculorum gloriâ commendatissimus obiit. An. Ch. 961. cæcitatibus nono. *Ex Bibliotheca Cluniacensi, Claud. Rob. t. 2. SS. Ord.*

S. Aymardus Abbas.

Illustr. gene.

Ob. 963.

In Monasterio Macenariæ in Lusitaniâ Beati Sueri Abbatis, admirandæ pietatis, & insolitæ sanctitatis viri, cujus intuitu famæ & virtutis, ad ipsum Alphonus Rex invisere dignatus, cum illo amicissimè contulit, & multis privilegijs ac possessionibus Cænobium donavit. Amplexus est vir sanctissimus, dignissimam Cisterciensium nostrarum Reformatione, eoque de Cænobio suo immortaliter meruit & plenus meritorum in pace quievit, cujus merita non pauca gloriosa signa comprobant. Obiit sub Annum Christi 1164. *Bernard. de Brito, Henricus tom. secund. SS. &c.*

B. Suerus Abbas.

Obi. 1164.

In Germania Beat. Guerwici Monachi Waldtsassensis. Guerwikus, sive Gerwicus Dynasta de VVoldmundstein (quod est castrum VVestphaliæ ad Iuram, non procul Dispergio, divitijs potens, strenuus & generosus juvenis, cum aliquando in Torneamentorum ludo Theobaldum Principem Vochburgensem amicissimū socium hæsta feriret, ejusque gutturi læthale penè vulnus infligeret, gravissimè eo amici casu perturbatus, omnibus in posterum ejusmodi ludis ac certaminibus vale-

B. Gervicus Mon.

Ludus Torneamentorum.

Conversio eius. valedicere decrevit. Tandem & mundo ipsi cum pompis omnibus valedicens, in Monasterio Sigebergensi cucullum amplexus, mirâ ibidem sanctitate profecit. Donante autem fundum, eodem quem olim vulneraverat Principe Theobaldo, & necessaria suppeditante, celeberrimum

illud VValdtsassense Cœnobium condidit, & sacre Cisterciensium nostrarum Reformationi illud subjiciens, & ipse denique eodem transiens, vitam sanctissimo sine conclusit. *Gasp. Bruschius, in Monasteriologia German. Annal. nost. Germ. & Aquila &c.*

PRID. IX. OCTOBR.

VI. Octobris.

E.

S. Nicetius Archiepisc.

TREVERIS Sancti Nicetii Episcopi, miræ sanctitatis viri. Nicetius, raro prodigio, coronam capitis, velut jam Monachus ex ipso Matris utero, universis qui spectaverant stupentibus, protulit, monachumque postea in Divi Maximini Cænobio professus, ejusdem postea etiam Abbas esse meruit. Fuit jam tunc mira ejus magnanimitas, quâ nec potentissimi Regis Theodorici vultum reveritus, vitia etiam reterege liberrimè ausus est, & pro ferventissimo zelo suo acriter castigare, à quo tanto magis deinceps honoratus est, & ad celeberrimi Pontificatus Treverensis Cathedram sublimiter euectus. Nec minore libertate in Theodebertum & Clotharium Reges usus, caput suum pro Iustitiâ mortis periculis objicere, dignissimum Pontifice esse existimavit. In exilium actus, alijs Episcopis calamitati ejus insultantibus, à suisque omnibus derelictus, ad unicè fidum sibi Diaconum suū: *cras, inquit, hac hora, & honorem recipiam, & Ecclesia mea restituar; hi autem, qui me reliquerunt, cum magno pudore ad me confugient.* Ita factum, eaque ipsâ horâ & die nunciatum est, Regem Clotharium morte sublatum, Sigebertique jussu Nicetium summū cum honore sedi suæ restituendum. Sed & illud spiritus Prophetici rarissimum argumentum, quo de Regum Galliæ sequutorum omnium nomini-

Constantia eius.

In exilium agitur.

Prædictio.

Spiritus Propheticus.

Omnium Galliarum futurorum casus providet.

Ab ipsis gentilibus abfens invocatur.

ricam (eo tempore potentissimam ac frequentissimam) miserimè vastaret, & perfundaret, Nicetio pro salute populi in preces effuso, inter prodigiosissimi tonitruum fragorem, omnibus universæ urbis repentinum interitū metuentibus, hæ voces auditæ: *Et quid hic, ô socii, faciemus? Ad unam enim portam Eucharius, ad aliam Maximinus, in medio excubat NICETIUS. Nihil hic ultra prævalere possumus. Itaque sinamus hanc urbem eorum tuitioni.* Ex qua deinceps hora, peste illico sublata, nemo prorsus incolarum defunctus est. Abstinentiæ virtute in primis excelluit, universisq; ad mensam confidentibus, ipse cucullo caput benè involvens atque, ne nosceretur oculens, uno tantum puero comite, urbis basilicas frequentavit, & in preces totus incubuit. Fuit in obeunda Episcopi functione, Clero ac populo reformando longè exactissimus, sceleratis omnibus, sed & dæmonibus ipsis admodum metuendus. Mortuus est sub Ann. Ch. 577. de imminente transitu à Sanctis Ioanne Baptista, & Paulo Apostolo edoctus, qui diadema ipsi mirificum exhibentes, cum ad gloriam & quietem sempiternam invitabant. *Ex Vita t. 2. Sanct. Ord. Greg. Turon. Annal. nost. Bened. & German. Aquila Imper. Bened. Trithemio, &c.* Conditus est in suo Sanct. Maximini.

Diaboli confessor.

Urbem peste liberat.

Abstinentia.

Dæmonibus & sceleratis formidandus.

Obiit sub A. C. 577.

S. Malchus Episcop.

In Hibernia natalis Sancti Malchi Episcopi & Confessoris. Hic Michonienfis in Hibernia Cænobii Monachus, ob vite meritum Lismorensis postea Episcopus creatus, cathedræ illi egregia vitæ sanctitate decus æternum peperit. Ut autem virtute, sic & eruditione effulset, aliosque inter alumnos, magnum illum Hiberniæ Primatem & Doctorem egregium Sanctum Malachiam discipulum habuit. Cū autem verbo & exemplo plurimorum mentes ad semitam Iustitiæ direxisset, & miraculorum, quâ ipsum mirificè DEVS illustravit, gloria, confirmasset, plenus meritorum migravit ad Dominum, circa An-

Esse dilectissimi discipuli.

Clar. 1010 Ch. III Ex diversis rer. Hibern. script. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Papiae in Monasterio Sanctae MARIAE, quod apud Cacias dicitur, festiuitas Sanctae Epiphaniae Virginis, filiae Sancti Rachiis Longobardorum Regis. Hac pompa Regiae generosissimo contemptu gloriosissima, patrem, matrem sororemque dignissima emulatione imitata, uti cum

Regis filia. iisdem Regno amplissimo cucullum prae tulit, sic & pari enituit vitae sanctitate, tanto insuper patre & matre Regibus felicior, quanto maturius, saeculi honoribus ac deliciis subduxisset, & integerrimum iuxta Virginitatis florem, Virginum sponso, Regi Regum reservasset. Fuit forma egregia & ferè Regia, jejuniis autem, vigiliis aliisque sanctis exercitationibus adeo addicta, ut ceteras virgines longè superaret, à maximis Virtutibus, charitate imprimis, humilitate & mansuetudine plurimum commendata. Loquendi parciore acurata

Silentii studium. tiffimam silentii rationem habuit, ut neminem unquam lingua sua laxasse videretur, cujus exemplo plurimae Virgines mundi fallacias & honorum umbras aspernatae, vitam Monasticam amplexae sunt. Exiit mortalitatem pridie Non. Octobris cujus hac ipsa die in praedicta Ecclesia Natalis solemniter celebratur. Ex monim. Papiensibus, & Casinat. Annal. nost. Benedict. Philippo Ferrario, tomo 2. Sac. Sanct. Ordinis &c.

Festivitas ejus. Eadem die in territorio Mimatensi S. Enymiae Virginis. Monasterii Virginum sui nominis, ubi quiescit Fundatrix, quae Clotharii Magni filia sororque Dagoberti Regis, mundum & pompas ejus aspernata, spinosum Christi diadema coronae gemmatae praeposuit, & Regnum aeternum meruit. Martyrol. Gall. &c.

B. Baldvini S. R. E. Card. Pisis in Tuscia depositio Beati Baldvini, ejusdem loci Archiepiscopi & S. R. E. Cardinalis. Fuit hic Monachus primum Claravallensis, Melliflui Doctoris nostri Bernardi discipulus, pro vitae meritis ab Innocentio II. Pont. Max. Patrum Purgatorum Collegio insertus, & Archiepiscopus Pisanus renunciatus, quem insigni sancto titulo Magni Ecclesiae luminis, Bernardus Bonavallis Abbas appellat, & in gentibus meritis honorem pilei Cardinalitii impleffe, Ferdinandus Vghellus affirmat. De eo sic liber Virorum Illust. Cist: Consequutus vero, amplae hujus dignitatis eminentiam, tanta spiritualis sapientiae luce refulsit, tantaque auctoritate ac spiritus libertate officium suum exercuit, tantam

nilominus mansuetudine ac humilitate verum se monachum Pontificali culmine demonstravit, ut non solum Cisterciensis Ordo, verum & universi fideles, per universam Italiam gratularentur vehementer, gratias agentes Deo, qui splendidissimam hanc columnam, & fulcimentum inconcussum, Sanctae Ecclesiae suae, temporibus ipsorum concessisset. Interfuit cum Innocentio II. & Lothario Imp. disputationi publicae, quam Petrus Diaconus, Monasterii Casinatis nomine cum Guidone & Gerardo Cardinalibus, postea Romanis Pontificibus instituit; Legatusque est ab eodem Innocentio ad Casinates, ad animos eorumdem ab Anacleto II. avocandos, qua legatione felicissime perfunctus est, plurimisque rebus praecclare gestis, terras deseruit, & ad supera palatia transit sub A. C. 1142. Menol. Cist. Chrysof. Henric. Bernardus Bonavall. Ferdin. Vghellus, Alph. Ciaconius, Onuphr. Panvin. Robertus Rusca, t. 2. Sanct. Ord. &c.

Wintoniae in Anglia Sancti Iunii Diaconi & Confessoris. Iunius ex praecleara stirpe Britonum ortus, in Insula Lindisfarnensi enutritus; puer etiamnum parente utroque orbatus est. Meruit longè digniorem parentem deinceps felix puer, & solemnibus Monachicae professionis votis, Christo renatus, magnum illum & Sanctissimum Cuthbertum nostrum & Magistrum & perfectionis absolutissimae exemplar habuit. Profecit plurimum egregia vitae sanctitate, & ad sacrum Diaconatus ordinem promotus, maximi non solum apud homines factus est, sed etiam à Numine, magna miraculorum gloria quanti in caelis fieret commendatus. Capgravius. Mayhev. Menard. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Treveris depositio Sanctae Modestae Virginis & Abbatissae. Haec in novo Treveris condito Cænobio, quod Horreum dictum est, Ordinem nostrum professae, Magistram & Abbatissam Irminam habuit, Dagoberti Regis, filiam, Virginem sanctissimam, cujus virtutes summo studio emulata & assequuta, eidem denique in honore Abbatiali succedere meruit, secunda ejusdem loci Antistita constituta. Praefuit illustrissimis cum genere, tum virtute Virginibus, summa cum vitae dignitate, & exemplo suo, & illas, & plures alias Christo Virginum sponso Virgines adducens consecrans, mundum gloriosissime despoliavit, & dignissima caelotrophaea erexit, insignibus ipsa miraculis à Nu-

Fulcimentum inconcussum.

Legatus Apostolicus

Obiit 1142

S. Iunius Mon.

Miraculis illustratur.

S. Modesta V. Abb.

Multas Christum animas lucratur.

Clar. 710 à Numine illustrata. Claruit A. C. 710. Franciscus Yvannex, Ioan. Trithem. Arnold. Duac. Annales Germ. nost. & tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Inventio S. Quintiniani. Lutetiae Parisiorum, inventio corporis Beati Quintiniani Abbatis & Confessoris. Accidit haec inventio in Monasterio Virginum Sancti Pauli Parisiensi, anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo: repertaeque sunt sacrae illius Reliquae in theca lignea, sandalo rubro coopertae, cum jam annos centum & tredecim illic fuissent conditae; juxta quas baculus in tres partes contractus sive divisus, ferro acuminato praemunitus, cum plumbi lamina, in qua Sancti nomen descriptum legebatur. Repertae etiam schedae membranaceae, quibus tertio jam olim inventus fuisse prodebat; nimirum A. C. 1295. 1350. & 1377. ex quo manifesto liquet, magna jam olim in veneratione habitum fuisse, cujus tamen res gestas impetrare nondum potuimus. Ex Hugone Menardo.

Lemovicis S. Pardulphi Abbatis, qui à pueritia utroque lumine orbis, sed gratiae Divinae fulgoribus illustratus, filium se lucis esse ipsa conversatione monstravit, carnis maceratione stupendus, in pauperes profusus, miraculis etiam conspicuus, siquidem infirmos quosque manuum impositione sanabat, abigebat infuso benedicto oleo daemones, prodigiaque innumera orationum efficacia operabatur.

S. Pardulphus Abb.

S. Osihae Virg. Mart. IN Britannia Sanctae Osihae Reginae, Virginis & Martyris, Osiha filiae Frithewaldi Anglorum Regis & Wilteburgae Reginae Pendae Merciorum victoriosissimi Regis filiae, puella admodum Sanctae Moduennae Abbatissae, ab hac vero Beatae Edithae, bonis informanda moribus tradita, Monasticae jam tunc vitae amorem imbibit, nihilque inhiantius, quam cucullum examibit, puellari aetate, supra aetatem matura, circumsperta, religiola & verè sancta; ut admirationi etiam perfectis esset, & sacra emulatione senes accenderet. Ab Editha ad Moduennam aliquando, cum sacro aliquo codice missa, cum incautius pontem transiret, rapidissimi fluminis hausta vorticibus, post triduum Abbatissae utriusque precibus è flumine revocata, grandi & stupendo sanè

Triduum in aquis mire servatur.

Factus demum et si multum renitens Ga-ractensis Cænobii Abbas, alumnos caelo dignissimos formabat. Octogenarius cum jam esset, ostensa sibi à S. Michaeli Archangelo scala gloriae, per quam meliorem ascenderet patriam, inter verba orationis, & benedictionis quibus populo beneprecatus est, aeterna pace obdormivit. Ex Mart. Gall. Car. Sauff. &c.

In Hispania, Monasterio Sancti Aemiliani Commemoratio omnium ejusdem loci Sanctorum atque Beatorum, ab initiatione Fundationis illius Deo ibidem servientium. Fuit istud antiquissimum Monasterium sub ipsa mortis gloriosissime Patris & Patriarchae nostri BENEDICTI tempore nostris accensum Sanctorum atque Beatorum copia longe beatissimum, rara & mira Numinis propensione in specialem ejusdem protectionem receptum: cui memorabile nimirum illud obtigerit, ceteris Hispaniarum Urbibus & Monasteriis, ab immani illa Saracenorum & Maurorum tempestate miserè quassatis atque tanto saeculorum decursu vexatis & convulsis, quasi in aere & è caelo pendenti, nihil ejusmodi cladium perferentis, & cum undique atque undique a Barbaris infesta omnia haberentur, ad hoc Monasterium, velut extra mundum positum, nunquam penetrare, ut suam ipsi quietem & felicitatem Monachi ipsi mirarentur.

Innumera miracula.

Felix mors.

SS. & BB. Monasterio S. Aemiliani.

Ingens copia SS.

NONIS OCTOBR.

VII. Octobris.

S. Osihae Virg. Mart. IN Britannia Sanctae Osihae Reginae, Virginis & Martyris, Osiha filiae Frithewaldi Anglorum Regis & Wilteburgae Reginae Pendae Merciorum victoriosissimi Regis filiae, puella admodum Sanctae Moduennae Abbatissae, ab hac vero Beatae Edithae, bonis informanda moribus tradita, Monasticae jam tunc vitae amorem imbibit, nihilque inhiantius, quam cucullum examibit, puellari aetate, supra aetatem matura, circumsperta, religiola & verè sancta; ut admirationi etiam perfectis esset, & sacra emulatione senes accenderet. Ab Editha ad Moduennam aliquando, cum sacro aliquo codice missa, cum incautius pontem transiret, rapidissimi fluminis hausta vorticibus, post triduum Abbatissae utriusque precibus è flumine revocata, grandi & stupendo sanè

prodigio, illaesa atque incolumis cum codice suo prodiit. Iam nubilis in regiam reducta, praeter voluntatem, multum deprecata atque obnixa, Sigero Orientalium Saxonum Regi desponsata est. Verum post nuptias Regali apparatu celebratas, Regem sponsum, multarum occasionum oportuno praetextu, & pia fallacia sive simulatione ludens, Monachico denique habitu & velo amictam ipsi se sistens, ab amantissimo sui sponso efficacissimis precibus impetravit, ut Christi se potius amplexibus castissimis sponsam & Virginem offerre liceret & consecrare. Evicit precibus rationibusque demum amantissimi Regis pectus, dilectissima Virgo conjux: potuitque tantum apud Sigerum tam pius fervor, ut tam illustris exempli momentum perpetuum, Chichense Cænobium

Regi Sigero copulatur.

Pia fraus ejus.

Regem sponsum per-suadet.

bium ipse conderet, & Regali munificen-
tia dotaret, in quo concessa à se Numini
sponsa, quietè & securè Divinis amoribus
se totam prolueret. Vbi sacris DEO Vir-
ginibus plurimis sibi adjunctis Ositha, vi-
tæ rigore, exactissimâ ad Regulam disci-
plinâ, silentij inprimis accuratâ observa-
tione, animi summa demissione, mira ad om-
nes charitate & mansuetudine, omnium
denique Virtutû exemplis cultissima ex-
splenduit. Irruentibus denique in An-
gliam Danis, & Cœnobium Osithæ depi-
lantibus, à Duce illorum capta, cum ne-
que blanditiis neque terroribus ad impi-
etatem moveretur, capitis damnata, illu-
stri Martyrio, Angliæ Regnum, familiam
Regiam atque Ordinem universum de-
coravit. Amputatum autem caput, in
pedes ipsa se erigens, humo sustulit, & re-
cto tramite, firmis vestigijs, ad Ecclesiam
Principum Apostolicorum Petri & Pauli
progressa, per tria ferè stadia detulit: ad
ostium vero Ecclesiæ obseratû subsistens,
manibus cruentatis fores pulsavit, & reli-
ctis ibidem sanguinis Regij & triumphali-
bus, pretiosissimis vestigijs, in terram con-
cidit. Ejus sacratissimum corpusculum
plumbeo loculo inclusum, Reges paren-
tes, filia gloriose agoni superstites, Aile-
sbiriam primum transtulere, ubi plurimâ
miraculorum gloriâ, mirificè à DEO illu-
stratum est: inde autem ad Chichenen-
sem sui Monasterij Basilicam reductum,
& pretioso admodum scrinio reconditû,
illustrissimo, in translatione ipsa miraculo
honoratum, Rossensi Episcopo, qui
cum Mauritio Londoniense solemnitati
tantæ aderat gravi infirmitate laboranti,
optatissimam restituit sanitatem. Erupit
eo loco, quo capitalem sententiam Ositha
subijt, fons mirè perspicuus, varijs ex-
inde morborum generibus prodigiosè salu-
tatis. Passa est gloriosissima Regina
Christi Anno 653. Ex Alberico Vero,
Annal. Benedict. & diversis rerum Angl.
Script. &c.

S. Virgilius Arelate in Gallia Sancti Virgilij ejusdè
civitatis Episcopi. Virgilius Aquitanus
patria, Monachus primum, deinde Ab-
bas Sanctissimæ Insulæ & celeberrimi Mo-
nasterij Lirinensis, Beatæ memoriæ Eleu-
therio sive Licerio Arelatensium Archi-
episcopi defuncto, in ejus locum comuni
omnium, bonorum gratulatione subve-
ctus est, de Vrbe & Diœcesi amplissimâ
mirificè meritis, neque in merito pro exi-
miâ suâ sanctitate Tutelaris ejusdè à mor-
te coopatus, & universo Galliarum Re-

gno celebratissimus. Eum Magnus ille
Ecclesiæ Doctor Gregorius nosfer, tanti
fecit, ut toti Galliarum Regno Metro-
politano præficeret, omnes eidem omnium
Ecclesiarum Episcopos subjeceret, vice-
que illi suas, æterno cum Arelatensium
ornamento, delegaret. Profligavit felicif-
sime Virgilius, Simoniacam Hæresim,
grandi cum rei Ecclesiasticæ detrimento,
& populi Christiani scandalo, longè late-
que per Regnum invalescentem, & ad-
miranda miraculorû gratia conspicuus,
universi totius oculos animosq; perstrin-
xit, mortuorum prodigiosissima resusci-
tatione, & dum viveret ipse, & post tran-
situm etiam suum, gloriosissimus. Dece-
sit grandis senecta, ætatis nimirum cente-
simo vigesimo septimo, Christi An. 640.
Ex Chron. Lirin. Vin. Barral. tom. 2. SS. Ord.
Claud. Rob. &c. Ejus tamen natalè 3. Non.
Martij Lirinentes celebrant.

In Hispania Sancti Martini Abbatis
Vallis-Paradyfi. Martinus vir præclari
nominis & admirandæ virtutis, tenellâ et-
iamnum ætate, promissis illectus Evange-
licis, relictis parentibus, in salutis que a-
micis, cucullo se abdidit, & absolutû per-
fectionis Magistrum Doctorem nostrum
Mellissimum indeptus, dignissimus postea
visus est, qui in Hispanias usque migra-
vit. Quem cum Alphonfus Imperator
in obscurissimo antro semi-nudû, seque
flagellis crudeliter cædentem invenisset,
eo spectaculo commotus Monasterium,
quod hodie celeberrimum est, & Vallis-
Paradyfi nomen obtinet, construxit, ibi-
demque Sanctum virum Abbatem præ-
fecit. Qui familiæ Dominicæ Pastor con-
stitutus, sollicitè curam ovium gessit, tot-
que tam in vita, quam in morte miraculis
claruit, ut deinceps Sanctorum numero
adcriberetur. Menolog. Cist. Chrysof. Hen-
riq. Phil. Seguin. Ioan. Zazo. in Læctionario
Sanct. Barn. de Montalbo, &c.

In Cœnobio Burbacensi depositio San-
cti Humberti Prioris illius loci. Hic Mo-
nachum in prædicto prope Frislarîâ Cœ-
nobio professus, DEO in sancta conver-
satione mirè complacuit. Conventum
autem Prioris titulo curare jussus, Regu-
larem disciplinam mirè promovit, & ze-
lum suû multis argumentis præclare mô-
stravit, & ut sanctitatis, sic & eruditionis
laude excelluit. Ex Ioan. Tritheim. t. 2. Sanct.
Ord. &c.

In Ducatu Luxemburgensi Beatæ Ha-
vydis, sororis Theobaldi Luxemburgen-
sium Principis, quæ contemptis sæculi
pom-

Cucullum amplectitur

Virtutes eius.

Martyrio coronatur.

Caput abscissum ipsa sustulit.

Progreditur ad Ecclesiam.

Miracula.

Translatio.

Fons prodigiosus.

Ob. A. 653.

S. Virgilius Archiepisc.

Tutelaris Arelatensis.

Profligat Hæreses.

Mortuos suscitavit.

B. Martinus Abbas.

Ab Rege flagellans sese deprehenditur.

Canonizatur.

S. Humbertus Prior.

B. Havydis Abb.

Princeps Luxemburgis.

S. Marcus Maximus.

S. P. N. dilectus.

Regium genus.

Frates germani.

Arianos profligat.

Apost. Hispanorum.

Eius ingenii monumenta.

pompis, in Monasterio Clari-fontis cu-
cullo se regens, loci ejusdem paulo post
Abbatissa eligi meruit, & nobilitatem ge-
neris, nobilioribus virtutibus illustravit;
ab Angelica vita conversatione, & admiranda
humilitatis studio præcipue commenda-
ta; cujus exempla plurimæ Virgines se-
quuta sunt, & tantæ Principis imitatione
mundum contemnere, & carnem trium-
phare didicerunt Menol. Henriq. Monim.
Clari-fontis, t. 2. Sanct. &c.

Cæsar Augustæ in Hispanijs S. Marci
Maximi ejusdem sedis meritissimi Ponti-
ficis, qui Romam ad studia litterarû mis-
sus ibidem S. P. N. Benedicto familiariter
innotuit, & in pueritia, verba ipsiusmet
sunt, charus fuit, qui consuetudine & ex-
emplo mirabili tanti Patris, ejusque filio-

rum captus, sæculo renuncians, & cucul-
lum amplexus, mira deinceps sanctioris
vitæ æmulatione plurimum profecit, cû-
que aliis Sanctissimi Patris discipulis in
Hispanias reversus, illis ad diversissimas
evectis cathedras, ipse Cæsaraugustanum
Pontificatum meruit, cujus æternum san-
ctitate atque eruditione ornamentû fuit.
Habuit familiarissimum S. Euphemium
S. P. N. discipulum Toletanum Archie-
piscopum, cuius, inquit, missis ultro citro-
que frequenter litteris consuetudine u-
sus sum. Claruit vir verè Maximus An-
no Christi 560. & insignia præstantis inge-
nii reliquit monumenta. Franc. de Bi-
var, Caiet. Manchestus, ipse
Marcus Maximus
&c.

Fit Episc.

Scriptor celebris.

Patronus Astigitanus

Inventio corporis.

Illustriss. genus.

VIII. IDVS OCTOBR.

VIII. Octobris.

A.

S. Fulgentius Episcop.

Frates germani.

Arianos profligat.

Apost. Hispanorum.

Eius ingenii monumenta.

IN Hispanijs, Sancti Fulgentij Episcopi
Astigitani & Confessoris. Fulgentius
Regio ortus genere, Severiani Carthagi-
niensis provinciæ magni Ducis filius,
Theodorici Ostro-Gothorû Regis ne-
pos, Leovigildi Ariani affinis, Hermeni-
gildi & Reccaerdi Sanctissimorû Regum
avunculus fuit. Fratres habuit celeberrimos
illos Hispaniæ Tutelares Leandru & Isidorum
& pari sanctitate sororem Florentiam,
quam alij Florentinam appellant, omnes
cucullo, quam purpura illustriores; quod
& ipse vitæ institutum amplexus, inter
præcipua Hispaniæ & Ordinis nostri decora
effulsit. E Cœnobio autem ad Cathedram
Pontificalem Astigitanam evocatus, egregiam
Reccaredo Regi suo ex sorore nepoti, in
conversione Regni amplissimi operam navavit,
& ut juratus erat Ariani Hæreseos hostis, eâ
committente Leandro fratre, toto Regno
felicissimè eliminavit, & diversarum provin-
ciarum populos multo, & incredibili
pene labore, sanctè instituit, Matrisque
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio addu-
xit, quibus, tantis sudoribus gloriosissimû
Apostoli Hispanorum, post magnum Iacobum,
Compostellæ quiescentem, nomen meruit.
Eruditionis, ut sanctitatis laude, mirificè
claruit. Linguam Hebraicam, Arabicam,
Syriacam, Græcam & Latinâ apprimè
calluit. Varia ingenij perspicacissimi
digna immortalitate monumenta reliquit:
Præclarissima nimirum Commentaria
in Evangelia, Isaiam, duodecim mino-

res Prophetas, in Pentateuchum præter-
ea, & libros Regum edidit, & librum in-
super doctissimum, de Incarnatione Filij
DEI, contra Iudæos maximè scripsit. In
Psalmos item, volumen grande præstans,
& rarum elaboravit, quod etiamnum in
Regio Cœnobio Oniensi reperitur. Asti-
gitani præcipua cum religione & pietate
complectuntur, apud quos sacræ ejus Re-
liquiæ summo cum honore asservantur, pars
autem aliqua in vico Bezzocatio, tribus à
Guadalupe leucis distante colitur; ubi,
cum Hispania universa in hostium pote-
statem venisset, sacrum ejus corpus piâ
solicitudine à fidelibus absconditum est,
ac deinde repertû una cum celeberrimâ
illâ DEI parentis Virginis Imagine Gua-
dalupensi. Ex Prudentio Sandovallo de Ler-
ma Ioan. Horion. Mariana, Iepes, Brownero, t.
2. Sanct. &c.

Apud Dononium solemnitas Sanctæ S. Ragen-
fredis Virginis & Abbatissæ. Hæc fredis Abb.
illustrissimis orta natalibus, patrem Alde-
bertum Ostrovandiæ Comitem, matrem
Reginam habuit Pipini Regis neptem, le-
ctissimâ Principem; verum ipsa generis
nobilitatem virtute superans, delicias
paupertatis Monachicæ, divitijs omnibus
potiores habuit, & cucullum amplexa,
fundato Dononiensi propè Valencenas
celeberrimo Cœnobio, prima eidem Ab-
batissa præesse meruit, auspiciatissimo di-
gnissimoque sanctitatis fundamento, se-
ipsâ nimirum illud probe stabiliens insti-
tuensque, in quo denique felici agone

Fit Episc.

Scriptor celebris.

Patronus Astigitanus

Inventio corporis.

Illustriss. genus.

Clar. 790. consummata, sepulta est. Claruit sub Ann. Christi 790. Ex Molano, & diversis rer. Belg. script. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

S. Badilo Abb. Luthofæ in Belgio, Sancti Badilonis Abbatis. Fuit hic Monachus Viziliacensis in Burgundia, missusque est ab Heudone Abbate & Gerardo Comite de Roussillon ad civitatē Aquensem ut tolleret corpus Sanctæ Mariæ-Magdalena, & Vizeliacum transferret. Postea factus Luthofæ Abbas, (quod hodie Canonorum est Collegium) Monasterio illi sanctissime præfuit & beato demum sine ibidem felicissime obdormijt, & sepulturam accepit, fuñõ deinceps honore celebratus, cujus tamen brachium inde Vizelicum translātū, magna habetur in veneratione, contra dæmones inprimis valentissimurn, quos prodigiose ex obsessorum corporibus profligat. Ioann. Molan. Hugo Menard. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Corpus S. Mariæ Magdalena.

Potentia contra dæmones. Apud Hunonis-curiam Sanctarū Virginum & sororum Valeriæ & Pollenæ. Fuerunt hæ sorores Sancti Lietphardi Archiepiscopi & Martyris præstantissimi, cū eodem ex Anglia pro Christi amore peregrinæ. Cucullum autem utraque amplexa est in Monasterio prædicto Hunonis-curiæ per Vindicianum Cameracensium Pontificem ad Scaldium fluviū constructo, cui Valeria Sanctissime præfuit; utraque autem ea vitæ & virtutum perfectione claruit, ut quamvis res gestæ earū, librorum penuria, uno vel altero solū loco descriptæ & asservatæ, injuria temporum interierint, publicis tamen honoribus celebrentur. Ioan. Molanus & rer. Belg. script. Hugo Menard. &c.

SS. Valeria & Pollenæ.

Res gestæ perierunt. Dunis in Flandria Beati Eliæ Abbatis, Viri DEO grati, hominibus chari, & in conspectu Principū Venerabilis, de quo, alia inter ita Henriquez noster: Hic est ille; quem Leopoldus Austriae Dux, non modo PATREM vocabat, sed colebat ut Sanctum, reverebatur ut Dominum. Hic Richardum Anglorum Regem libertate donavit, totum orbem suæ virtutis suavissima opinione replevit, &c. cujus pietatē, doctrinam, præclaras animi dotes sanctitatis titulos egregios non modo Dunensis solitudo, non modo Belgium, sed & tota Europa miratur & colit. Fuit Dunensis Cœnobij Abbas Sextus An. Christi 1189. singulari munere electus, præfuitque annis quatuordecim, & multis ac magnis cœli favoribus affectus, ad æternam patriam feliciter evolavit, magna san-

S. Elias Abb.

Merita maxima.

Clar. 1189. ditatis famā posteris derelicta. Adrianus Butzius. Monim. Dunens. Henriq. &c. Patavij depositio Sancti Compagni S. Camp. Prioris. Hic Camaldulense sanctissimū & perfectissimum sub Regula nostra institutum sectatus, ac Prior deinceps Sanctæ MARLÆ de Porcilia constitutus, tantis in Virtutum studio progresibus profecit, ut rarioris sanctitatis fama inclaret. Cujus vel à morte maximè meritum innotuit, cum ad hæc usque tempora sacrum ejus corpus penitus incorruptum, cum stupore omnium intuentium ostendatur. Obijt vir perfectissimus An. Christi 1264. Ex Hist. Patavina, Scardaon. August. Florent. Annal. nostr. Bened. tom. 2. S. Ord. &c.

Incarnatio. Toleti in Hispaniâ depositio Beatæ Beatricis Virginis sanctimonialis, generis nobilitate, & Virtutū splendore celebratissimæ. Beatrix perillustri nata genere, Beatum Amadeum, & Iacobum à Silva primum Portalegræ Comitem germanos fratres habuit, formæ autem elegantia ad miraculum excelluit, adeo ut cum Isabel lam Joanni II. Castiliæ Regi nupturam inter palatinas chariores sequeretur, in amore infanum tantopere Castellanes incenderet, ut non semel cædibus, & insignibus duellis de eâ fuerit decertatum, quam tamen ipsa pulchritudinem à quo acceperat, Regum Regi, Virginum sponso post multos labores consecravit, & sub Augustissimæ Cælitum Imperatrici signis, quæ illi se se, candido & cæruleo ornatu circumamicta, videndam exhibuit, in Monasterio Virginum Toletano, quod à Sancto Dominico nostro de Silos nomē habet, sanctissimæ Regulæ nostræ legibus se subdidit, adeo Virgineæ castitatis custos sedula vigilansque, ut obvelatum plurimis annis vultum ejus nemo unquam conspiceret, præter Reginam, & ipsius filiã, quæ semel insignem hanc gratiã ab electissima & humilima Virgine impetravit. Meruit præclarissime de amantissimã suã totiusque Ordinis nostri Matre & Tutelari Virginum Virgine, cujus honorem per Hispanias, summa cū Regnorum illorum gratulatione, mirificè promovit, & sub dignissimo purissimæ ejusdem CONCEPTIONIS titulo, novum Ordinem sub Beatissimi P. N. BENEDICTI Regulæ & Sacræ Congregationis nostræ Cisterciensis consuetudinibus æterno cum merito instituit, cujus Instituti primo condendo Cœnobio, Elisabethæ Castellæ & Legionis Regina Palatium suum, dictum Galliana obtulit & dono

S. Camp. Prior.

Incarnatio. Incorruptio perpetua.

Obijt 1264.

Ex Hist. Patavina, Scardaon. August. Florent. Annal. nostr. Bened. tom. 2. S. Ord. &c.

Toleti in Hispaniâ depositio Beatæ Beatricis Virginis sanctimonialis, generis nobilitate, & Virtutū splendore celebratissimæ. Beatrix perillustri nata genere, Beatum Amadeum, & Iacobum à Silva primum Portalegræ Comitem germanos fratres habuit, formæ autem elegantia ad miraculum excelluit, adeo ut cum Isabel lam Joanni II. Castiliæ Regi nupturam inter palatinas chariores sequeretur, in amore infanum tantopere Castellanes incenderet, ut non semel cædibus, & insignibus duellis de eâ fuerit decertatum, quam tamen ipsa pulchritudinem à quo acceperat, Regum Regi, Virginum sponso post multos labores consecravit, & sub Augustissimæ Cælitum Imperatrici signis, quæ illi se se, candido & cæruleo ornatu circumamicta, videndam exhibuit, in Monasterio Virginum Toletano, quod à Sancto Dominico nostro de Silos nomē habet, sanctissimæ Regulæ nostræ legibus se subdidit, adeo Virgineæ castitatis custos sedula vigilansque, ut obvelatum plurimis annis vultum ejus nemo unquam conspiceret, præter Reginam, & ipsius filiã, quæ semel insignem hanc gratiã ab electissima & humilima Virgine impetravit. Meruit præclarissime de amantissimã suã totiusque Ordinis nostri Matre & Tutelari Virginum Virgine, cujus honorem per Hispanias, summa cū Regnorum illorum gratulatione, mirificè promovit, & sub dignissimo purissimæ ejusdem CONCEPTIONIS titulo, novum Ordinem sub Beatissimi P. N. BENEDICTI Regulæ & Sacræ Congregationis nostræ Cisterciensis consuetudinibus æterno cum merito instituit, cujus Instituti primo condendo Cœnobio, Elisabethæ Castellæ & Legionis Regina Palatium suum, dictum Galliana obtulit & dono

B. Beatrix Virgo.

Illustrat.

Miracul. obitudo.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Dei para favor.

Conceptio nis Ordinis instituit.

Confirmatur. dedit, & Sanctos Beatricis conatus Innocentius VIII. Pont. Max. summo cum applausu, fovit, iuivit, Ordinem prædictum confirmavit, insignesque gratias sive Indulgentias cum profitentibus impertivit. Habuit admirandas super Ordinis sui erectione & propagatione visiones Beatrix, & varijs à DEO miraculis illustrata, tandemque præmonente DEI para, de mortis suæ hora edocta, plena grandium meritorum mortalitatem hanc exiit, & ad amplexus æterni Regis assumi meruit in cujus defunctæ dignissima fronte, stella

Visionibus & miraculis claret.

VII. IDVS OCTOBR.

IX. Octobris.

S. Gislenus Episc. IN Hannonia Sancti Gisleni Episcopi & Confessoris, qui relicto Episcopatu, Monachi vitam in Monasterio à se constructo exercens multis virtutibus claruit. Gislenus Christianis in Graciã ortus parentibus, à quibus Athenas studiorum gratia missus, postquam artium liberalium disciplinis perfecte institutus est, Sancti Basilij Ordinem amplexus, pro vitæ denique dignitate, summo omnium applausu Atheniensium Pontifex ordinatus est. Postea monente Angelo relicta Graciã Romam abiit, & ab apparente sibi Apostolorum Principe Petro, in Belgium concedere, deque sua, multorumque ipsius opera animorum salute, certus esse iussus, ad Sanctum Amandum nostrū, cujus tunc fama longè erat celeberrima, contendens, ei plene se subdidit, Pontificiumque honorem, cucullo denuo permutavit. Propè Castrilocom templum molienrem, Dagoberto Rege ur̄sa prodiit, quæ à venatoribus penè circumventa, ad virum DEI effugit, & sub veste ejus, quam ex arbore suspenderat, se abdidit, quam ob causam, cum, ut magus, à venatoribus apud Regem deferretur, isque indigabundus & ipse occurreret, viso tanto sacerdote repente, & mirè mutatus, ejus petita benedictione recessit. Mox ur̄sa sportam arripiens, in qua vestes sacras ad Sacrosanct. Sacrificium necessarias involvetat vir DEI, pederentim abscessit; quam, tanquam furti ream, cum baculo insequens, duce insuper aquila, ad eum locum devenit, ubi Petro Apostolo monente, ur̄sa catulos nutriebat, & ipse subsistere jubebatur. Ur̄sidungo ex in loco nomen, quo quidem Principibus Apo-

S. Gislenus Episc.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

Clar. 640.

aurea insoliti fulgoris infedit. Memorabile & illud ex reliquiis ejus; quod cum Diploma Innocentij VIII. quo ipse Ordinem confirmabat, aquis esset in mari tēpestate demersum, illud DEI ancilla post orationem, intra Scrinium alijs admixtū chartis mirè repererit. Franciscus de Bivar B. M. familiaris noster plenius ejus vitam descripsit. Agunt de eadem Ioann. Marieta, Vasconellius in Anaceph. Reg. Lusit. Zamalloa Garivian. Comp. Hist. &c.

Walciodori translatio S. Eloquij Abbatis & Confessoris. Molan. &c.

Stella in fronte.

Miraculū insigne.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Translatio Eloquii.

Febricitantium Patromus.

B. Gosvini Abbatis.

Curiositatis juratus hostis.

Hospitum differentia.

Nummus nummum lucratur.

Obiit A. C. 1166.

Eligendi Abbates ut repellati.

S. Geminus Mona.

Convertitur.

facello religiose aservatur & colitur, ad cuius sepulchrum multi languentes sanitatem corporis & animi receperunt, iis precipue, qui febris laboraverant prodigiose curatis, ut merito *Febricitantium Patromus* appelletur. *Ex Leone Ost. Chron. Casin. Marco Ant. Scipione, Trithemio, tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Aquiscincti, obitus Beati Gosvini Abbatis & Confessoris, juratissimi, ut otii omnium, sic & curiositatis in Canobio hostis, quam distractionum omnium & inquietis matrem appellabat, adeo, ut rurores, & quaecunque ad Monachos non spectabant, neque referret, neque ferret, sed procul ab omni Monachorum Conventu proscriberet. Fuit & in aliis quibuscunque Sanctissimae Regulae praeceptorum observantissimus, religiosissimus in primis Silentii custos, & propugnator. Hospitum curam diligentissimam habuit, & Religiosos quidem undecunque adventantes in Refectorio Fratrum refecit, saeculares autem in conspectu atque adibus suorum longè removit, amantissimè nihilominus curavit, & spiritu, ut corpore resectos remisit. Caeco prodigiosè cum lumine restitisset, laudari se prohibens; quia inquit, *per multa etiam animalia DEVS miracula edit.* A Praeule Rhemenfi evocatus, unico comite Sacellano iter confecit, cumque nummum, quem habebat unicū, pauperi dedisset, is aliū temper prodigiosissimè in marsupio lucratus est: ita, ut nummum nunquā deficeret, quem pauperibus largiretur, donec Rhemos deveniret. Ad eandem urbem ab Eugenio III. Pont. Max. evocatus, Concilio Rhemenfi ut interesset, decrepita aetate occurrit, summoque in honore habitus est, ob pietatis & doctrinae famam; cui Papa de suis quotidie ferculis submisit. Obiit felicissimè A. C. 1166. ob cuius singularē sanctitatem, successoribus ejusdem loci post electionem solemne erat, dicere: *Accipe baculum Gosvini, ut cuius suscipis officium, imiteris exemplū.* Ex Antonio Sanderō, M. S. Vita ejusdem Gosvini, Monim. Aquiscinct. Mon. Ioāne Molan. Añal. nost. Germ. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Ferrenti in Tuscia S. Gemini Monachi & Confessoris, admirandae sanctitatis viri, Is gentili patre, militiano nimirū Regis Syriae Generali Militiae Praefecto natus est. Cum autem Militianus, praeter gentiliū morem in Christianos benevolus admodum & benefic⁹ esset, Geminus eisdem aestimare doctus, Christi Legē doctus, mox etiam professus, in id omnem operā intēdit, ut parentem quoque suum Christo lu-

craretur. Id feliciter assequutus est, cū oratione sua gravissimo in discrimine patri adfuisset & memorabilē eidem de hostibus victoriam impetrasset; dum enim Geminus in grotta quadā ardentissimas pro patre preces funderet, Militianus eundē totum obarmatum in equo pro se pugnantem, & rem fortiter agentem triumphantemque de hostibus videre visus est, cū interim mater Belliades ipsum in preces incubentem sollicitè attenderet, ac dein nunciatā victoriā, oranti insinuarer, qui matris minimè respōdens, DEO gratias referre perrexit, donec parens victor ipse occurreret, & ad pedes filii accidens, Christianis se legibus devoveret & quā primū sacris instructus dogmatib⁹ baptisma susciperet. Nec diu superstes Militianus sancto sine decessit, quem tanquā patriae patrem Regnum universū incredibili plantu luxit, Rex autem eidem Geminum filiū substituere in Generalatu voluit. Verum Geminus Christo se nomen dedisse constanter professus, cum flecti à Rege non posset, in custodiā datus, ab Angelo mirè liberatus, in spelunca quadā diu latuit, quam postea mater ejus in Ecclesiā convertit, Deo illic servit, & à morte ibidem sepulta est. Geminus non multo post consensu navi in Italiā venit, & in Monasterio S. Paterniani susceptus, ac dehinc Monasticen professus, magnis paulo post miraculis ceber evasit, eaque inter fontem aquae vivae ibidem prodigiosè impetravit. Exemplar sanctitatis granibus factus dum certatim colitur, honorari metuens exorata suam precibus ab Abbate licentia, dum Spoletum venit, effusus in prolixas preces, à Custodis illius Ecclesiae filio colaphis creditur; adeo patienter id perferens, ut cū percussor illico sceleris poenas daret, & spumans in terra volveretur à patre exoratus ipsum prodigiosè laqueret, mox tamen ne honoraretur & innotesceret, inde profugeret. Casentinum denique veniens, illic in quodam Canobio nostro se condidit, & miro rigore corpus exercuit, prodi⁹ paulo post miraculorū fulgore, à vicinis undique urbibus salutat, variis lauguorib⁹ pressos & daemonicos sanans, cū certatim occurrerent, *Venite eamus ad urbem S. Gemini, se se cohortando;* quod dein nomen diutissime loco mansit. Iussus postea ab Angelo Ferentum concedere, illic poenitentiam predicavit, & post multa praecclare gesta, voce caelesti ad praemia aeternitatis vocatus sacrisque munus sancto sine decessit Anno Christi 815. die 9. Octobris sepultus ibidem con-

Victoriam precibus impetrat.

Patrem convertit.

Mirè liberatur.

Fit Monachus.

Miracula ejus.

Celebrenomen.

Mors.

con-

ab ipso cognominata civitas.

B. Guntherus.

Illustrissimi natales.

Fit Monachus.

A rege expetitur.

Stupendum miraculum.

In solitudinem secedit.

Raperit ipsum Breislau Dux.

condita in honorem ejus Basilica. Destructa postea à Saracenis civitate, cum eadem haud longe inde restitueretur S. Gemini dicta est, sed & Cathedralis, multaeque alibi Ecclesiae ejus honori & nomini consecratae sunt. Pingitur diversimode, cum ut armatus in equo, tum ut Monachus in cucullo, manu praefrens, cognominatam à se civitatem. *Ex Vita, tabulis ejusdem Ecclesiae, Lud. Jacobillo, scriptis Marchesianis & Cajetano &c.*

In Canobio Breunoviensi, natalis Sancti Guntheri Monachi Altahensis & Confessoris. Guntherus Illustrissimus natus natalibus, Sancti Stephani Vngarorum Regis cognatus, pompis ac vanitatibus saeculi juvenili aetate delectatus & deditus, ab iis repente se abstrahens, apud Hersfeldiam primum, Sanctum Godehardum Abbatem convenit; ad Altahensem dein Canobium ductus, Monachum ibidem professus est. Ob egragiam postea sanctitatis famam longè lateque celebratus, eoque etiam nomine Sanctissimo Regi Stephano cognato suo proditus, vix denique cum tertio evocaretur venire annuit, quod & ab aula, & ab omni famae ac honoris specie sibi multum metueret & nihil magis, quam latere expeteret. Pavore aliquando, regias inter dapes mensae illato, cum à Regevesci importunius urgeretur, & ille sanctissimis Regulae suae institutis prohiberi se opponeret, contendente amico Stephano, Guntherus in lachrymas resolutus, fufus ad DEVM precibus obtinuit, ut raro prodigio, redivivus, spectante Rege atque universis, à mensa, & è patina avolaret. Reversus in Altaich Canobium suum, paulo post, annuente Abbate suo, cum collegis aliquot Monachis in Rinclnach Bohemiae solitudinem secessit, ubi 37. annos in summo vitae rigore exegit, & praeter frugalissimam mensulam, aquam etiam ipsam, in mensura & pondere adhibuit. Eum Pretilaus Dux, quem Guntherus olim è Baptismo suscepit, cum post subactos bello Polonos, domum reversus venationi intenderet, cervi spectatissimae magnitudinis ductu, caelesti insuper hac voce admonitus, invenire meruit: *O Bretilae, hoc in loco latet DEI thesaurus &c. nunc & in futura tempora cunctis desiderabilis. &c.* Amplexatus proinde patrem & patrum optimum, ferventissimas inter lachrymas pius Dux, ab eodem, de eventuris multis

edoctus est; jussulque crastina, si morienti adesse velit, redire, rediit, & Severum Episcopum, qui Sacrum coram faceret, secum adduxit. Guntherus autem, sacris munitus, inter orationis verba felicissimum spiritum Creatori reddidit, & Brunoviense ad Canobium, ubi sepulturam sibi ipse elegerat, indomitorum equorum ductu mirè delatus, caelesti odoris fragrantia è sacro corpore erumpente, plurimisque etiam aliis prodigiis à DEO deinceps illustratus est, cujus, in quo post labores quiescebat durissimus lectulus, velut cera mollis, omnem ipsius corporis quantitatem, mirè impressam accepit, & retinuit, felicissimique Principis sanctitatem, posteritati omni, raro miraculo, eodemque pulcherrimo ac dignissimo monumento, commendavit. Obiit autem Anno Ch. 1045. *Ex Arnaldo synchrono, Monim. Altahens. Mattheo Radero, Carolo Stengelio, Canisio, Hermanno Contracto, Annal. nost. Germ. & Aquila Benedict. &c.*

In Gallia Beati Gerardi Belgae Abbatis & Fundatoris Monasterii Novae-vallis in Suecia, qui in partes Septentrionis missus, ibidem propagato Ordine plenus dierum & Virtutum obiit. *Menolog. Henricus in hac die, nos alias.*

Aquiriae in Brabantia elevatio corporis Beatae Sibyllae ibidem Monialis, nobilitate generis, puritate vitae, litterarum scientia, & miraculorum gloria illustris. Fuit haec ex equestri familia nobilium de Gagis, patre Aegidio nata, familiaris admodum Sanctae Lutgardae nostrae, cujus sacrum corpus hac die Anno Christi 1611. è marmoreo tumulo, jussu Francisci Namurcensis Episcopi, ob creberima miracula elevata sunt, ad cuius sacras Reliquias, magnus fit populi quotidie occurfus, salutarem illic operam meritis Virginis polcentis atque impetrantis. Ex ortus eodem Elevationis tempore juxta tumulum fons perennis, ex quo advenientes peregrini levamen ab infirmitate, ubi aliquid ebiberint, miro modo percipiunt. *Arnoldus de Rasfe, Auctar. SS. Belg. Henric. tom. 2. Sanctorum Ordinis, Annal. nost. &c.*

Burdigalae, depositio Beatae memoriae V. Ioannis Ioannis Jacobi Monachi Fulienfis, incredibilis austeritatis viri, & Verbi DEI concionatoris verè Apostolici, Institutoris Congregationis Sanctae Virgulae. De eo haec habet R. P. Carolus à Sancto: *MARIA*

Obitum suum Ducei praeferit.

Mirā fragrantia.

Eius imago mira.

Ob. 1045.

B. Gerardus Abbas.

B. Sybilla.

Elevatur A. 1611. superiorum jussu.

Miracula perpetua.

V. Ioannes Jacobus.

Rigor sum-
mus.

in Catalogo Fulensium sanctitate Illu-
strium: Ioannes Iacobus in Sancta Scho-
lastica, Gallus, magno animo circa ætatis
luzæ ann. 15. rigorem Congregationis am-
plexus, cum nudis pedibus, absque etiam
focculis, & aperto capite sine caputio aut
alio tegumento, pura aqua, pane furfureo,
herbis sine sale, oleo, aut butyro coctis, pro
omni obsonio tota Congregatio uteretur,
multum fuit acceptus R. P. Ioanni Abba-
ti Barrerio, ob egregiam & nobilem indole-
m, ac zelum observantiæ Regularis, ita
ut imberbis adhuc, per vicinas civitates,
tanto fructu Verbû DEI prædicabat, tan-
taq; auctoritate in animos Magnatû, polle-
bat, ut illi vestem manumque venera-
bundi deofcularentur. Cum autem Bur-
digalæ moraretur Illust. & pijss. Cardinalis
de Saurdis, consilii sui Ecclesiastici Præsi-
dem elegit, illicque Congregationem S.

Auctoritas
ejus.

S. Vrsula
Congrega-
tionis Insti-
tutor.

Vrsulæ instituit, Constitutiones & statu-
ta illis dedit. Nulli labori pepercit in lu-
crandis peccatoribus. Tandem multis
corporis macerationibus confectus, dum
prælo Opusculum à se compositum Pere-
grini Agonizantis committeret, ultimum diē
clausit, 9. Octobris, Anno Christi 1621. Ita
Carolus scilicet.

Ob. 1621.

Eodem natalis Venerabilis Odonis,
Cameracensis Episcopi ex Abbate S. Mar-
tini Tornacensis, qui iniuste ab Henrico
IV. sede pulsus, pressuris fessus, Aquiscin-
cti pio sine requievit, cujus clari ingenij &
pietatis pulcherrima extant monumenta,
expositio SS. Canonis Missæ & Tractatus
de Incarnatione Domini. Sunt qui illum
hoc nomine comendant, quod omnium
qui Liturgiam Latinæ Ecclesiæ Comen-
tarijs illustrarunt, primus extiterit. Ex
Martyr. Gall. Sauff.

v. Odo Ar-
chiep.

Elogium

SEXTO NONAS OCTOBR.

X. Octobris.

C.

S. Paulinus
Episc.

EBORACI in Anglia, Sancti Paulini E-
piscopi, discipuli Beati Gregorij Papæ,
qui cum aliis ad prædicandum Evange-
lium illuc ab eo missus, Eduvinum Re-
gem, ejusque populum, ad fidem Christi
convertit. Paulinus alter sui sæculi Pau-
lus, verbo & exemplo potens, è celebri
Sanctæ Andree in Vrbe Romana Cæno-
bio, ad labores Apostolicos in Angliã mis-
sus, maximis sanè meritis earegna deme-
ruit, & primas ipse Eboracensium Archi-
episcopus, longè spectatissimam Cathedram,
admirabili vitæ sanctitate fundavit
& initiavit. Præter autem Edwinum Re-
gem, ejusque filios Principes Osfridum &
Eadfridum, ex Quenburge filia Cearli
Merciorum Regis genitos; Edilhinû non
multo post, & Buscream, ac Ediltridim.
Edilburge Reginâ natos; sed & Iffi postea
filium Osfridi, procerumque plurimos
Christo lucratus, innumeram insuper po-
puli multitudinē ad fluvios Gleni & Sual-
va, irremisso labore Regnum DEI & pœ-
nitentiam prædicans, in provincijs am-
plissimis Berniciorum & Deirorum bap-
tizavit. Neque his solum amplis termi-
nis, tanti Apostoli zelus, labor, & meritû
se continuit, sed & ad Orientales usque
Anglos se se exporrexerat, quorum Regem
Carpualdum, Edwinum maxime Rege
connitente, ingenti similiter merito, ma-
ximo tot provinciarum creditorumque
ipsi populorû fructu; ad Ecclesiæ gremiû

Primus
Archiep.
Eborac.

Regē con-
vertit.

Item Prin-
cipes pluri-
mos.

Innumeros
baptizat.

Alium Regē
convertit.

adduxit, sceddissimumque inanium Deorû
cultum longè lateq; disturbavit ac sustu-
lit: Insuper, ad externos etiam Anglos fi-
dei lumen protulit, & Christiana sacra p-
pagavit, Lindisfarq; provinciæ, quæ pri-
ma est ad meridianam Humbri fluminis
ripam pertingens usq; ad mare, verbum
DEI prædicavit, ubi cum aliis, tum Blai-
tam Lincolnæ præfectum, ejusq; familiam
Christi fide imbuit, in qua civitate Eccle-
siam per insignem extruxit, & dedicavit;
quæ licet postea injuria temporum collap-
sa, plurimis tamen inter ipsas ruinas mi-
raculis illustrata est, multis ibidem optata
sanitatis beneficia prodigiosè accipienti-
bus. Instituit item meritissimus Pontifex
Lindisfarnensem Episcopatum celebra-
rimum, ejusque Cathedram primo egre-
giæ sanctitatis Pontifice Honorio insigni-
vit, innumeramque ubique multitudinē
Christo regeneravit, tanta exin Angliæ
felicitate, ut non immerito, PARADYSUS
DOMINI appellaretur. Cæso Edwinum
Rege Paulinus in Cantiam profugit, quâ
in provincia, Rossensi Episc. Romano in
itinere aquis merso subrogat, de illo quo-
que loco, optime meruit, ibiq; tandē ani-
mam DEO, corpus terræ commendavit,
inter reliquas summasque Virtutes, ab in-
signi animi demissione, & mirâ patientiâ
ejus fortunâ, & à sede suâ Eboracensi
exilio, deprædicat his verbis Harps-
fel-

Lindisfar
convertit.

Lincolniati
item.

Fundat Epi-
scopat. Lin-
disfarn.

Regni feli-
citas.

Est Episcop.
Rossensis.

Humilitas
ejus.

Obiit 644

Miracula.

S. Teute-
childis. Ab.

Illustrissi-
mum genus

Fic Monia-
li.

Abbatissa
eligitur.

Magni fit.

Ejus disci-
pula.

Claruit A.
Chr. 700.

S. Aldricus
Archiepiscopi.

feldius: Admirari, interim, inquit, & exof-
culari licet majorum nostrorum, in Pau-
lino frugalem, & ab omni ambitione re-
motum animum, qui à tam splendida lã-
psum, tam placidè in humilioribus apud Ros-
fam fortuna acquiescebat; & non tam lo-
cus hominem, quam homo locum ornã-
vit. &c. Obiit autem magnus re veſa A-
postolus A. Christ. 644. (aliis, minus tam-
men recte. 626.) sepultus in templo San-
Andree ibidem ab Ethelberto Rege ex-
structo, multis deinceps prodigijs glo-
iosus, cujus sacrû corpus, multo post S. Lan-
francus noster elevans, multo honorifi-
centius condidit. Ex Ven. Beda, Harpsfeld.
Mayberov. Annal. nost. &c.

In Gallia, Monasterio Regali Iotrensi
depositio Sanctæ Teutechildis Virginis
& Abbatissæ. Teutechildis perillustri
Francorum nata sanguine, Betthonem
sive Belfridum patrem (qui fuit frater
Modæ Sancti Autharii conjugis.) pari-
nobilitate matrem Agiam, Agilbertum
autem celeberrimum Parisiorum Pon-
tificem fratrem germanum habuit. Ve-
rum cucullum omni sæculi hujus gloriæ
præferens, in eo tantis Virtutibus effulſit,
ut celeberrimi illius Iotrensis supra Ma-
tronam fluvium Cænobii Abbatissa de-
ligi meruit, in quo tanta vitæ perfectio-
ne creditas sibi Virgines instruit, ut ad-
mirationi & venerationi omnibus essent,
earumdemque fama, velut prodigiosi
odoris fragrantia toto passim regno dif-
funderetur. Quarum exemplis accen-
sa potentissima & felicissima illa Gallia-
rum Regina Bertilla, tanti Regni fastidi-
ens gloriam, prius non acquievit, quam
felici illa virginum sorte & ipsa bearetur.
Condito proin spectatissimo illo Calen-
si Dioceseos Parisiensis Monasterio, eo
sibi tantarum Virginum coloniam de-
stinari à Teutechilde expetiit, apud quas
ibidem Regina optima cucullum ample-
xa, Christo se Regum Regi, terreno Re-
gno abdicato, consecravit. Fuit è Teute-
childis discipulis sanctissima illa Virgo
Bertilla, quam ob eximiam vitæ sanctita-
tem, Bertillæ cognomini Reginæ (alias
Bathildi.) ad Calense Cænobium desti-
navit, & primam ejusdem loci Abbatissã
instituit. Claruit Teutechildt Ann. Chri-
sti 700. Ex monim. & Officio Proprio Iot-
rensis Cænobii, Hugone Menardo & M. S.
VVeing. &c.

Apud Senonas Sancti Aldrici Archi-
episcopi & Confessoris. Aldricus Illustris-
simo genere, ex Palatinis Principibus in

agro Vastinensi natus, Ioannis Baptistæ
instar, in utero etiam materno la-
tens, agitari & gestire visus est, multo
deinceps illustrioribus futuræ sanctitatis
signis, postquam natus est à Numine
proditus, ut facile, quantus futurus olim
esset, quibus intueri puerum licuit, o-
minarentur. Crevit cum ætate virtus,
certè magis se prodidit; ita ut juvenili
ætate sanctitatis eximiam faciem omni-
bus præ se ferret. Cum mundo comer-
cii nihil unquam habuisset, quem ut pedi-
bus protrivit, sic animo generosissimo
contempsit, Palatinos honores, & avi-
tum generis decus, non aliter atque um-
bram æstimans, inquietis admodum cu-
ris agitur, donec filium abrumperet,
& Deo suo, quem unum perpetuo cogi-
tabat, se se in cucullo plenè consecra-
ret. Istud Ferrariensi in Cænobio me-
ruit, Monachicisque adstrictus votis,
& eruditione & sanctitate mirum in mo-
dum profecit, utriusque absolutissimû
magistrum, & exemplar lectissimum
naçtus Magnum Alcuinum, qui eo tẽ-
pore Abbatiali munere ejusdem Mona-
sterii fungebatur. Inclarescente ob vir-
tutem atque eruditionem fama, Cæn-
obio extractus, ad honores, quos pri-
dem fugerat repetitus est, magnoque
Cleri ac populi applausu, celeberrimæ
Cathædræ Archiepiscopus Senonensis
renunciatus; quo in munere summa cum
sanctimonia, & animi magnitudine vi-
xit, factus æternum sedis ejusdem or-
namentum. Fuit, ut exemplo, sic ver-
bo potens, & Senonensium quendam,
ob Magistratum quem gesserat, inso-
lentiorem, adeo flexit, ut timore per-
cussus, abdicato sponte magistratu, cu-
cullum amplexus sit. Claruit & in vitã,
& post mortem æternis ad hæc usque
temporã miraculis; cumque jam reli-
cto rursum Pontificatu, ad suum sereci-
pere Cænobium decrevisset à Numine
ad æterni Regni Palatia, & coronam
meritorum vocatus, Fratribus, obitus
sui diem disertè prænuñciavit; corpul-
que suum in Monasterio suo Ferrarien-
si sepeliri præcepit. Obiit Pontifex san-
ctissimus An. Christi. 842. cujus hac die
in Cænobio eodem festività celebratur,
forte ob translationem sacri ejus corpo-
ris, cum cæteroquin mense Junio dece-
sisse memoretur. Chron. Senonense. Lu-
pus Ferrariensis, Trithemius, Ioann. Chem-
Claud. Rob. Hugo Menard. &c.

Virtus ejus
magis se
prodit.

Fastidium
seculi.

Est Mona-
chus.

Archiepi-
scopus eligi-
tur.

Potens ver-
bo & ex-
plo.

Potentem
temporã
relinquendam
convertit.

Mortẽ præ-
dicat.

Obiit A. C.
842.

B. Gundi-
salvi

Iunienſis, qui poſt multa ſanctitatis opera & egregia miracula, in itinere quodam conſtitutus, poſtquam ſacris religioſiſſimè operatus eſſet, de imminente reſolutionis ſuæ hora divinitus edoctus, haud procul à via ad rupium quasdam ſciſſuras divertens, atque ibidem te occultans, cõtemplationi inſiſtere cœpit, interque cõtemplandum, raro & memorabili exemplo, flexis, ut erat, genibus, oculis ac manibus in cœlum erectis, ſuaviſſimo mortis genere feliciffimè deceſſit. Vix autem ſpiritus ejus liber egrediens ad ſedes pervenit æthereas, cum ecce ex templo Monafterii Iunienſis campanæ ultro pullari cœpere. Excurrentes proin Monachi, rei miraculo attoniti, dum undiq; omnia exquirunt atque rimantur, flexis, ut dictũ genibus, Sancti Abbatis corpus reperere, convocatoque circumquaq; ad rem mirabilem contuendam, populo, in hymnis & canticis ſacrum funus ad Cœnobium deduxere, campanis funebrem inter pœpam, perpetuo miraculo, à pulſu illo, nemine qui apparebat impellente nunquã ceſſantibus, donec ſacrum corpus debito cum honore tumulo conderetur. Coruſcavit deinceps magnis prodigijs, & ibidem Officio Eccleſiaſtico, ſolemni anni-verſariã memoria religioſiſſimè celebratur. *Faſcic. Sanct. Chryſoſt. Henr. Annal. noſtr. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Mortis ſue præſcius.

Mors revera jucunda

Campana ſponte conſonant.

Inſigne miraculum.

Fæſtivities eius.

B. Iordanus

In Monafterio Hemmerodenſi, Beati Iordani Monachi, qui inſolita abſtinentia

corpore ſuum affligere conſuevit, & miraculorum gratia clarus eſſuſit. *Menol. Ciſt. Henriq. Caſar. Heiſſerb. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Hiſpaniã obitus feliciffimæ memoriæ Henrici Principis Luſitaniæ Ioannis I. Portugalliæ Regis filij Ordinis Equitũ Religioſorum ſub Regula S. P. N. BENE-DICTI DE CHRISTO nuncupati, ejuſdemque Sacræ militiæ Miniſtri Generalis, multo nomine de Republica Chriſtiana meritiſſimi, qui gentes & regiones, à zona torrida (quam falſo Veteres exuſtam penitus & inhabitabilem crediderunt) ad uſque Bonæ ſpei promontorium hæcenus omnino incognitas, magna gentis ſuæ & Chriſtiani nominis gloria atque amplificatione Anno Chriſti 1420. aperuit, & ultra Atlantem (qui ad eum diem terminus navigationis fuerat) quadringentas leucas, ad montem Lænam progreſſus, Maderam Inſulam, plurimasque alias in vaſto Oceano detexit; & ut tot millia animarum à faucibus Inferi præriperentur Auctor fuit. Idem, Divino, ut ſcribunt, multisque egregijs titulis glorioſus, Virginitate uſque ad conſummationem puriſſimæ vitæ, intaminatiſſimè conſervata, ſanctitatis fama celebris obdormivit in Domino. Anno Ch. 1460. *Aubertus Mirans, Henriquezjus, Annal. noſtr. Bened. tom. 2. S. Ord. &c.*

Henricus P. Luſit.

A.C. 1420. Nova terra

Septa ex-pugnatur.

Ob. 1460

V. IDVS OCTOBR.

XI. Octobris.

D.

S. Canicus Abb. IN Scotia Sancti Canici Abbatis. Agunt de hoc Sancto Abbate Martyrologium Romanum & Benedictinum, Cratepolius item, Felici, Galeſinius, Maurolycus, Baronius, alijque, qui tamen omnes, reſgeſtas ejus prætereunt, cujus & nos, præter nomen & profeſſionem, nihil huc uſq; indagare potuimus.

Historia perdita.

S. Edilburgis Abbatis.

In Anglia Sanctæ Edilburgis Virginis & Abbatiffæ. Edilburgis five Ethelberga, Offæ neptis, ex Orientalium Anglorum oriunda Regibus, Sanctiſſimum illũ Londonienſem Episcopum Erckenwaldum fratrem germanum habuit, quo cum pari animo, delicijs ſæculi & carnis renunciãs, facultates omnes, ſequè ipſam CHRISTO conſecrare geſtijt, & pleniffimè ſacra vit. Quippe Erckenwaldus bina Cœnobia cõcondidiffet Cerotenſe five Chertefienſe,

& Berchingenſe, virorum illud, iſtud Virginum, huic ſororem ſuam Edilburgem incluſit, in altero ipſe ſe abdidit. Et quoniam Anglorum populus recens Religionem Chriſtianam imbiberat, & rara adhuc extabant Virginum Monafteria, Beatam Hildelitham noſtram, extraneam quidem natione, ſed pietate ac Monafteria conſervatione inſignem, accerſit, cujus fidei, inter alias, ſororem ſuam Edilburgim Virginem credidit. Illa vero brevi, eo prudentiæ & ſanctitatis evaſit, ut poſt mortem Hildelithæ, ad Monafterij totius gubernationem, ſummis omnium ſuffragijs vocaretur. Quod munus magna dexteritate ſanctitateque obivit, jejunijs, vigilijs, orationibus die noctuque addicta; voluptates omnes fortiter coercuit, quid quid apud ſæculum ſplendidum & plau-

S. Erkenwaldus fra-ter eius.

S. Hildelitha Abbat.

Fit Abbatiffa.

& plauſibile habetur, floccificet, aſſiduiſſimè cohortationibus ſorores, ut vitæ ſuæ diligenter & accuratè attenderent, ut omni ope, quæ Chriſto diſplicerent ſponſo ſuo, fugerent, ut virtutem ſtrenuè ſectarètur, quotidie excitavit. Sæva quædam peſtis, cum loca vicina, tum & Beatæ Monafterium fortè invaſit. Ibi tum Edelburga, nullam curandi & refocillandi ſororũ corpora, nullam mentes ipſarum ad cæleſtis Regni deſiderium erigendi occaſionem prætermiſit. Solebat ægrotantium voluntatem exquirere, quoniam Monafterij loco, corpora ſua poſt obitum reponi deſiderarent, ad quam tamen quæſtionem, licet ſæpius iteratam, reſponſum extorquere non potuit; Divina nimirum providentia ſic ordinante, ut non tam ab ipſis, quam ex cœleſti judicio id intelligeretur, quando non multo poſt, tororibus in præces pro defunctorum requie effuſis, prodigioſiſſimo lumine locus deſignatus eſt, & in omnium oculis mirè illuſtratus. Cum autè eo mortis genere ablatas, plurimas cœlo ſorores præmiſiſſet, & ipſa etiam ad coronam Regni æterni evocanda, illuſtri prius indicio maturè præmonita eſt. Paulo enim antequam abiret, Sancta quædam ejus Monafterij Vago Therigita nomine, nocte quãdã ſub crepūſculũ auroræ, cubiculum egreſſa, vidi t̄ quaſi corpus humanum ſole fulgeñtius, linteo involutũ, è loco quo ſorores cubabant, in ſublime tumibus aureis ſubvectũ. Cujus viſionis charitatem, oculis ipſa ſuis eouſque proſequuta eſt, donec illud corpus in cœlum receptum, conſpectum omnem effugeret, quam viſionem mors Edilburgis ſubſequuta eſt, ut nemo dubitaret, mortem tam Sanctæ Abbatiffæ viſionem illam præſignaffe. Obijt plena gaudij Anno Chriſti 680. cum complorantes ſuper deceſſu ſuo ſorores, ut ſibi potius applauderent commoviſſet. Claruit & in vita & poſt mortem magna miraculorum gratia, quæ à quodam diligenter deſcripta Venerabilis Beda noſter in ſua Hiſtoria affirmavit. Ea cum forte injuriã temporum deperiſſent, periſſeque vehementi- uſ quædam Cœnobij Ethelburgæ præſecta doleret, hæc viſione recreata eſt: Videbatur ad tumulum coronã redimitã Ethelburgæ Beatæ Mem. Vſfrana conſidere, quæ Ethelburga è loculo prodeuntẽ, ſic mœrentẽ Antuſſitam alloquebatur: *Accipe literas obſignatas, ad pedes Ethelburgæ jacentes.* Accepit, & legit hoc tenore: *Ethelburga regnat cum Chriſto.* Subdidit Vſfr-

Peſtilenſis lues.

Sollicitudo de ægris.

Lux prodigioſiſſima

Viſio cuiuſdam.

Obijt 680

Viſio mira.

Mirabile compendium vitæ.

Inſignis & brevis lectio

B. Henricus Episc.

Regiũ eius genus.

Eius auctoritas.

Legatus Pontificius.

Merita ingenia.

Memorabile exemplũ.

Conſtantia eius.

na; *reſigna literas, & percurrere.* Paruit illi- co, legitque aureis deſcripta litteris, mirum hoc vitæ compendium: *In tribulatione, in anguſtijs, in neceſſitatibus, in multa patientia, in longanimitate, in jejunijs, in vigilijs, in charitate, in caſtitate, à dextris & ſiniſtris, & libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti.* Quæ, aliaque ejuſmodi, cum admirata legeret, ſubjecit Vſfrana: His, inquit, Virtutibus, Ethelburga quaſi per gradus, ad cœlum ſubvecta eſt. Quasi diceret: Vitæ ejus ordinem formamque expetis, jam tenes. Quod & nobis pro longiore lectione ac inſtructione ſufficiat. *Ex Ven. Bedæ Hiſtor. Angl. Nicolao Harpſeldio, Tritemio, t. 2. Sanct. & Angl. rer. ſcript.*

In Anglia item Beati Henrici Episcopi Wintonienſis. Fuit Henricus Henrici I. Anglorum Regis ex ſorore nepos, & Stephani Angliæ item Regis frater, Regij generis ipſe æternum decus, quæ tamen ipſe omnia, ut Chriſtum lucrifaceret in poſtremis habuit, cucullumque purpuræ præferens, Regum Regis gratiam exambiit, tantumque diſciplinis Monachicis profecit, ut non multo poſt Glaſconienſis celeberrimi Cœnobij Abbas diligeretur. Inde ad Wintonienſem extractus Cathedralis, magna apud omnes cum ob generis Regij præſtantiam, tum ob integerrimam morum integritatem, auctoritate vigit, tanta à Lucio Pontif. Maximo factus, ut Archiepiscopali illum honore inſignire voluerit, ſeptẽque Eccleſiæ Vintonienſi in ejus gratiam Episcopatus ſubjicere, quem & Legatum ſuum per Angliæ Regnum renunciavit, quo quidem in munere ſtrenuè ſe geſſit, & aliquot Synodis congregatis Regno univerſo & rei Chriſtianiæ mirum in modum conſuluit. Memorabile valde illud, quo re vera carnem & sanguinem ſe minimè reſpicere, verus Eccleſiæ paſtor apertiſſimè demonſtravit: quando Synodo Vintoniæ celebratã, eodem, ad cauſam dicendam ſuper injurijs Lincolnienſi & Saresburienſi Episcopis, irrogatis, ipſum fratrem ſuum germanum, Stephanum ſcilicet Regem, accerſiri curavit. Sed & admiranda ipſius ſub Henrico Rege VIII. conſtantia enituit, à qua, etſi tam multi Eccleſiarũ Prælati minus conſtantes, imo Eccleſiaſtica auctoritatis contemptores inventi ſint, nunquã dimoveri ſe paſſus, Sancto Thomæ noſtro Cantuarienſium Archipræſulifirmiter ad hæſit, pro qua fide & gratiã, non leves ipſi idem magn⁹ Pontifex ſcri-

Pauperum pater.

ptis litteris gratias retulit. Fuit Episcopi in honore, verus pauperum pater, aliaque inter præclare gesta, insignè Wintoniæ Sanctæ Crucis basilicam, adjecto celebri pauperum Xenodochio exstruxit & dotavit, quod Innocentius & Lucius Romani Pontifices, auctoritate, quantâ potuerunt, maximâ confirmarunt. Decessit denique grandibus meritorum manipulis locuples Anno Christi 1171. ad exercitium virtutis & patientiæ illustrius, lumine aliquamdiu oculorum ante mortem orbatus, cum annis 43. plus minus Episcopatu præfuisse. Claruit Prophetico spiritu, & cum charus omnibus esset, magnum suo decessu mœrorem Angliæ Regno, quin & Regi ipsi (qui licet libidini suæ constantius obnitentem, multum adamavit, & ad infirmum inuisit, ab eoque de impendentibus adversis admoneri meruit) mortuus reliquit. Nic. Harpsfeldius, Matth. Paris, Polydorus, Arnulph. Lexov. Ioan. Picardus, Arnold. Duacen. Petr. Cluniac. Menol. Henriq. t. 2. Sanct. & c.

Spiritu Prophetico claruit.

Rex ad eum inuisit.

S. Iuliana v.

Regium eius genus.

S. Iuliana Abbatisa.

Puella repulsam patitur.

clientelam coniecit, opemque assidue imploravit ut Benedictæ Abbatisæ cor emolliretur, hanc interim perpetuo interpellans, donec festo Sanctæ Austrebertæ sepulchrum hujus fortiter amplexa, protestata est, se tamen membratim discerpi oporteat à tumulo Beatæ opitulatricis suæ, non brachia, non manus quibus eam stringebat laxaturam, quin prius habitu Sanctæ Religionis donetur, cujus pertinaciâ Benedicta agrè ferens, à sepulchro illam avelli iussit, & sacris liminibus extrudi, quod tamen illico luit, tanti mox ardoris febris percussa, ut extremis se proximam crederet, factique pœnitens Voto se DEO & Beatæ Austrebertæ obstringeret, pauperi se puellæ satisfacturam, si levamen consequeretur. Convaluit illi, nec mora, Iulianæ annuit & mox sacro habitu donavit, quæ tanta charitate & humilitate omnibus servit, ut per excellentiam non aliter, quam *soror de Iesu* appellaretur, tanti ab omnibus etiam Conversa solummodo soror facta, ut Abbatisa defuncta, nemini in mentem veniret de alia, quam hac ipsa eligenda. Et sic mater omnium facta ex filia, ex ancilla Domina, onus magis quam honorem subiit, & suis magna humilitate & sanctitate præfuit. Cujus corpus purissimum è Pauliaco postea Monastrolium translatus, ibi prope Ausbertæ reverendam lypsanthecam requiescit. *Ex Martyrol. Gall. Car. Sauss. & c.*

Mirè ad monasteriū promovetur

Ex conuersa fit Abbat.

Morerolæ in Hispania Beati Roderici Novitii, admirandæ sanctitatis juvenis; qui celeri cursu, alios in Religione provectos, fervore & austeritate vitæ anteivit, & necdum expleto anno probationis ad cœlos evolavit; quam inter beatos spiritus, mira claritate rutilantem, & aureâ coronâ redimitum, DEI famulus Ferdinandus conspexit. *Aybert. Abb. libr. vir. illustr. Menolog. Chrysostom. Henriqu. tom. 2. Sanct. Ord. & c.*

B. Rodericus Novitius.

IV. IDVS OCTOBR.

XII. Octobris,

E.

S. Vvilfridus Arch.

EBoraci in Anglia Sancti Vvilfridi Episcopi & Confessoris. Vvilfridus Regio ortus apud Anglos genere, regiis cœloq; dignis virtutibus in omni vita mirè emicuit. Futuræ olim in adulto excellentis sanctitatis omen, flamma fuit, innoxia ta-

men, quæ matris parturientis, domum totam incendisse videbatur; cujus etiam charissima signa, puer etiamnum edidit. Quatuordecim annos natus, mortua matre, religiosissimo ejus patre non obfistente pueri votis, Eanfleda autem Regina etiam

visio matris.

Fit Mon.

Juvenili a-tate plus a-liis videt.

Regis confi-liarius.

Fit Archie.

Errorem gravem profligat.

Pellitur se-de.

Apost. Fri-sionum.

Sedi resti-tuitur.

Denuo pellitur.

Apost. Au-stralium Saxonum.

iam suffragante, ad Monasterium Lindisfarnense se contulit, cucullum amplexus, in omni virtutum genere, humilitate tamen in primis & obedientia ita se omnib; probavit, ut præcipuo amore à singulis coleretur. Ingenii postea acrimonia, discendique ardore, cum aliquot à Scotis errores in Cœnobium suum irrepsisse adverteret, rogata facultate, ut Monasticis atq; Ecclesiasticis disciplinis perfectius imbueretur, Romam contendit. Inde benè institutus, reversus in patriam, magni ab omnibus factus, Aelfredo Regi præcipue charus, demissione tamen animi de se humillimè sentire nunquam desit, & latere optavit. Verùm, tantum lumen latere sub modior ex minimè passus, eo intimo, omniumque consiliorum particeps, aut potius duceatque gubernatore usus est: neque prius destitit, quam eum Eboracensis sedis Pontificatu, omnium animis conspirantibus, ornasset, eoque in eum propensoribus, quod Scotos manifesti, in Paschali observatione, erroris, palam convicisset. Quo honore sublimatus, gravem illum errorem ex Anglia longè latequè profligavit, & de Regno præclare mereri nunquam destitit, cum incitante dæmone, concepto in Sanctū virum odio Ecfrius Rex eum sede sua exturbavit; Wilfridus autem Romam, ad summum appellans Pontificem, dum eo iter intendit, nō sine magnâ DEI providentiâ, tempestate ad Frisios gentiles delatus, primus ibidem opus Evangelij cœpit, & nomen gloriosissimum APOSTOLI meruit, à quibus, & Rege illorum Aldgiso honorificè susceptus, prædicans Christum, & multa eorū millia verbo veritatis instituens, à peccatorum lordibus abluvit fonte Salvatoris. Per Alfredum postea Ecfridi successorem, ad sedem suam revocatus, haud diu substitit, cū malè facta gratia facile rescinderetur: Post quinquennium enim æmulorum atque invidiorum scelere denuo exactus, tredecim totos annos, maximo exterarū provinciæ loco exulavit, divertensq; ad provinciam Australiū Saxonum, annuente illorum Rege Edilwach, integrâ illam & latissimam provinciam ab idololatria ritibus ad Christiana sacra convertit, & illic etiam APOSTOLI nomen promeruit. Quin & multo alio nomine meritissimus, alia inter, Regnum illud prodigiōse juvit, & dira oppressum atque exhaustum fame, triennij integri diuturnâ siccitate, copiosissima precibus suis deductâ pluviâ, fecundum reddidit. Vectæ

quoque celeberrimæ Insulæ, Apostolicos prædicatores destinavit; in loco autem Seoleseu, præclaro constructo Cœnobio, & Monachis, quos secum perpetuo circumducebat, instructo, uberrima Christi ditatus messe, Romam contendit. Vbi, cum nullo pene in respectu aliquandiu ageret, Ioannes Rom. Pont. cum forte Acta Synodi illius Agathone Papa Auctoritates & Episcoporum nomina recitarentur, ad Vvilfridi Eboracensis nomen & merita attonitus? *Ecquis, inquit, iste Eboracensis?* Cumque astantes, ipsissimum esse qui pridem exul, modo Romæ ageret; rei indignitate motus, tantaque innocentis hominis jactatione, missis quâprimū gravissimis litteris Vvilfridum, in pristinum gradum restitui imperavit. Quem quidem Alfredus Rex suscipere contemnens morte sublatus repente est. Vvilfridus autem in reditu suo morbo gravatus & desperatus, DE parentis unicæ Tutelarissimæ ope mirè convaluit; cū Michaël Archangelus ei visus, Cœlitum Reginæ & discipulorum Vvilfridi precibus, redditam ipsi ad quadriennium incolumitatem nunciaret. Fuit alter propemodum Athanasius, ait Harpsfeldius, & Episcopatus, & jactationis suæ prolixitate, nisi quod illum Hæretici, hunc Catholici, sed inimici Reges exagitârunt. In quibus animadvertione dignū est, quod Egfridi res retro semper inque deterius cesserint, tandemque à Pictis occisus sit, cū gravi Regni Anglici à Tweda ad mare Scoticum diminutione. Deinde, quod Alfredus (quod supra dictum) lethali mox morbo correptus obiit, testatus tamen, quantum potuit, se ipsum, primo quoque tempore restitutum. Caterum, miracula, quibus eum vivum mortuumque amplissimè nobilitavit DEVS, multa & insignia feruntur, quæ inter, vivens etiamnum puerum nondum baptizatum, Monachumque è sublimi lapsum, mortuos vitæ restituit. Carcer etiam, in quem ab inimico Rege coniectus erat, tenebris horrens, totus Divino lumine illustratus vincula, quibus adstrictus est, sine humana opera dissoluta sunt. Decessit Anno Ch. 709. in Cœnobio suo Fundalensi, inde ad Monasterium Ripense, quod & ipse struxerat translatus. *Ex Ven. Bedæ, Marcellino, Harpsfeld. Baronio Iepes & c.*

Vestam insulam con-venit.

Roma ag-noscitur.

Restituitur sedi.

Deipara o-pe convalescit

Reges luunt malefacta.

Mortuos suscitatur.

Obi, 709.

S. Eustasii Abb.

S. Simpertus Abb.

Episcopi & Confessoris. Simpertus Am-
berto Austrasie Duce, & Symphorianâ
Pipini Regis filia genitus lectissimos pa-
rentes virtutis laude superavit. Puer ad-
modum, Murbacensibus Monachis lit-
teris imbuendus traditus, cuculli juxta a-
morem imbibit, idque amplexus, postea
etiam Abbas meruit. Deum ad Cathe-
dram Augustanam extractus, quod Ange-
licam inter homines vitam agere cre-
bra signa testarentur, de Vrbe & Dicecesi
illa æternum meruit, Leonisque III. &
Caroli Imp. favore atque auctoritate, ter-
ritorium Episcopale, ultra Lycum longè
in Boicam extendit. Sanctæ Afræ Basili-
cam, & S. Magni in Faucibus alpium Mo-
nasterium restauravit. Claruit eximia
miraculorum gloria, quæ inter rariis il-
lud, cum mater, cujus infantem lupus ra-
puerat, dolore penè examinata, Symperti
opem imploraret, lupum, illæsum puerum
retulisse, moxque tanquam magni faci-
noris conscius, in Sylvas inde exspolia-
tum refugisse. Obijt Simpertus Anno
Christi 809. Ordinationis suæ 30. à Nico-
lao V. Pont. Max. Sanctorum albo adscri-
ptus. *Ex Vita, & officio Eccles. August. Carolo
Steng. t. 2. Sanct. &c.*

Ep. Abb.

Episcopus.

Miraculis
illustr.

Ob. 809.

B. Eustach.
Abb.

Stupenda
eius mira-
cula.

Episc. è calo
accipit.

Clar. 1201

S. Harlin-
dis V.

In Normannia Beati Eustachij Abba-
tis de Flay, miraculorum gratia, atque om-
nium Virtutum genere illustris. Fuit
Eustachius vir planè Apostolicus, Zelo
plenus, & Verbi Divini prædicatione me-
ritissimus, faciens prodigia & signa ma-
gna in populo. Nam bibentes ex aqua
fontis ab eo benedicti, cæci visum, claudi
gressum, muti loquelam, surdi auditum,
& quicumque infirmi perfectam recipie-
bat sanitatem. Fontem itè Moysis ex-
emplo, ex lapide, quem lapide percusse-
rat excitavit. Contra transgressores Do-
minicæ diei, abusu eo per Angliam nimium
invalescente, miro zelo concionatus, cõ-
firmante fervorem ejus Numine, delatâ
sibi ejusdem tenoris & mandati Epistolâ
è cælo accipere meruit, & auditoribus o-
stendit, multis qui monentem contem-
pserant prodigiosè luentibus. Nihil tam-
en, aut parùm apud obstinatos efficiens,
ad suum reversus Cœnobium, prædicens
Angliæ, quæ sequuta est, abominatione,
sancto sine quievit, Claruit An. Ch. 1021.
*Roger. Hoveden, Nicol. Harpsfeld. t. secundo,
Sanct. Ordin. &c.*

In Monasterio Eicke ad Mosam depo-
situs Sanctæ Harlindis Virginis & Abba-
tis. Harlindis nobilitate genere, reli-
giosos & divites parentes Adalardum &

Grimaram, sororem sanctam Relindem
sive Renulam habuit. Consecrata utra-
que DEO in Monasterio Valencinæ, ita
Virtutum studijs profecit, ut paulò post
alijs præse meruerit. Fundator proin-
parentibus Eikensi ad Mosam Monaste-
rio evocata, *innumerabiles Christo filias ge-
nuere. Erant enim* (verba Breviarij Eiken-
sis: *Canonicorum hodie Collegiũ est Eiken-
ke. fide recta instructa, charitate repleta, fra-
ternitatis amantes, humilitate decora, religio-
ne laudabiles, largitate cleemosynarum hilares,
otiositatem ut mortiferam pestem fugiebant,
aliquando palliola contexebant, aliquando di-
vinas Scripturas honorifico opere scribebant;
ex quibus nonnullæ, (ecce mirum ipsarum
etiam mulierum laboris dignissimi moni-
mentum!) perinde ac si recentis essent, hæc ele-
nus conservantur, &c.* Habuere diligentè
earum curam, Sanctus Willibrordus, &
Bonifacius nostri, lectissimi Germanorũ
Apostoli; quorum ille dum ad ipsas ali-
quando inviseret, & paucillum vini in vase
reliquum esset, divina virtute ad summum
usque excrevit. Claruit A. C. 740. *EX CALO-
nim. Eick. Molano, Menardo, Arnold. Germ.
Annales & t. 2. SS. &c.*

Innumerabiles
Christo lu-
cratur.

Ecce etiam
SS. Virgi-
num opus,

Vinum
prodigiosè
auctum.

Clar. 740

B. Maria.

Divinitus
eligitur.

Splendor
mirus.

Ob. 1438.

B. Rudolph.

Aliter Or-
dinis Fun-
dator.

In Muysen Virginum Mechliniam in-
ter & Lovanium Cœnobio, obdormitio
Beatæ Mariæ Vanden Dale, secundæ i-
bidem Priorissæ, singulari Naminis volũ-
tate ad id muneris electæ. Cum enim
prima loci Magistrâ defunctâ, Moniales
omnes in electione secundæ dubitarent,
ab Angelo Divinitus instructæ sunt, ut o-
mnia iuniorum (quæ tunc Maria erat.)
eligerent. Quam autem orationi dedita,
quantoque fervore cum DEO egerit
Maria, ignei radij, flammæ usque splendor,
fatis superque testatus est, qui non semel
cum omnium admiratione, ex orantis
corpore promicare fuit conspectus. Obijt
Anno Christi 1438. postquam debite 38.
annis officio suo functa fuisset. *Arnoldus
de Raiffe Menol. Chrysofom. Henrig. Annal.
Germ. &c.*

Camalduli, Beati Rudolphi Eremitæ,
& quarti Prioris Generalis sanctissimæ
Congregationis Camaldulensis, viri ma-
ximæ perfectionis, qui cum Ordini tres &
viginti annos in spiritualibus & tempora-
libus sanctissimè præfuisset, alter Romual-
dus ob merita appellatus, reapse etiam al-
terum egit Ordinis Fundatorem: namq;
& Virgines ad Camaldulense Institutum
admittens, multas paulo post Illustrissi-
mas discipulas meruit, eisque adaptans
Regulam, qualiter & Monachicam &
Ere-

Eremiticam sectarentur vitam eadem
docuit. Eum supremum decumbentem
Gregotius Aretinus Episcopus invisit,
magno ibidem solatio perfusus. Decessit
vir sanctus Anno 1106. cum altè & conti-
nue in cælum defigens oculos, grandi

Mors feli-
cissima.
An. 1106.

splendore circumdatus, sola labia orans
movere videretur. Ipsum permisso Pon-
tif. Max. idem Episcopus inter Divos ad-
scripsit, & magnis à plebe coli honoribus
iussit. *Ex August. Florent. Histor. Camald.
&c.*

III. IDVS OCTOBR.

F.

XIII. Octobris.

S. Colomã-
nus Archi-
episc. Mart.

Episc. de-
serit.

Germano-
rum Apost.

Capitur in-
nocens.

Cruelissi-
me excru-
ciatur.

Incorruptio
miranda.

Arbor re-
florebit.

IN Austria Sancti Colmanni Martyris.
Colomannus Scotus Monachus Huen-
sis, & Abbas Amurbacensis, tribus annis
Lindisfarnensis in Anglia Archiepiscopa-
tus honorem & munus præclarissime ges-
sit. Cujus in victu temperantiam, in ve-
stitu abjectionem, in maximis Reipubl.
negotijs prudentiam, multi illius sæculi
Ecclesiastici sequuti sunt, pauci assequuti.
Tandem Episcopatu relicto ad Monaste-
rium suum redijt An. Ch. 664. Et pauco
post tempore Britanniam relicta, per mul-
tas regiones Germaniæ, verbum DEI dis-
seminavit, iterque Hierosolymam versum
instituit. In eam vero Noricorum re-
gionem, quæ nunc Austria dicitur cum
venisset, quasi à Bohemis aut Pannonijs
vicinis suis hostibus explorator submissus
esset, à furiosâ plebe comprehensus, vir-
gis cæsus, ac judici est præsentatus. Vbi
modestiam quam animo præferbat, vul-
tu habituque demonstravit. Interrogatus
itineris sui causam, veraciter exposuit, ali-
ud quicquam confiteri, quam quod res e-
rat, compelli nunquam potuit. Quare
judicis decreto, verberibus gravissimè af-
flictus, lapides ovaque ignita, candente
forcipem ac ferram, quæ corpus ejus lace-
ratur, fortiter superavit. Post longa de-
mum ac plurima tormèta, in arboresce
sensus, plurimis à DEO prodigijs hono-
ratus est: quippe latronum duorum, quos
inter CHRISTUS hic Domini, digno Ma-
gistris sui exemplo, reputatus est, carnibus,
avium & bestiarum morfu laceratis, tan-
tum abest ut Colomanni corpus quidquã
injuriam pateretur, ut etiam unguibus cum
barba Cælarieque crescentibus, incorru-
ptissimum refloresceret. Sed & arbor,
in qua integro anno cum dimidio pepen-
derat, refronderet: cumque venabulo
transfigeretur, & carnes sacro ex corpore
rescinderentur, calidus semper sanguis
deflueret. Honorifice tandem sepultum
innumeris claruit miraculis; rursumque
elevatum Medelicum est translatum; A.
Ch. 1015. ubi summo populi concursu &

devotione colitur, inter præcipuos Aũ-
striæ, quam Apostolico sanguine irriga-
vit, Tutelares celebratus. *Breviarium Tutelaris
Mellicense, Car. Stengelius, Martyr. Mon. Austria.
Annal. nostr. German. & tom. 2. Sanct. Or-
din. &c.*

Turonis Sancti Venantij Abbatis &
Confessoris. Venantius apud Biturigas
natus, delicijs primum ac pompis sæculi
adfectus, forte ad nostrum S. Martini in
Vrbe Turonicâ Cœnobium divertens, a-
deo repente mutatus est, ut ad pedes San-
cti Sylvini Abbatis projectus, summis præ-
cibus ab eo suscipi, & tonderi quamprimũ
expeteret. Exin per humilitatem & cha-
ritatem ad perfectionis apicem evehctus,
adeo amabilis omnibus visus est, ut ipsum
parentis loco omnes venerati sint, & Syl-
vino mortuo succedere coegerint. Quã-
tus autè fuerit, vel ex eo satis liquet, quod
secretis ipsi cœlestia panderentur, Missam-
que cœlestem audire meritis, Angelorũ
Sanctus Sanctus Sanctus concinentium
jubilo reficeretur. Fuit dæmonibus su-
pra modum invisus ac metuendus, qui so-
la ejus jussione facile pulsi sunt. Ex templo
reversus aliquando, cum cellam suam dæ-
monibus refertissimam intueretur, scisci-
tareturque, unde advenissent? & ipsi Rõ-
mã se venire assererent, solis his verbis vir
DEI ipsos depulit: *Abcedite, inquit, dete-
stables, & nolite accedere ad locum, in quo no-
men Domini invocatur.* Claruit magnis &
in vita & post mortem miraculis, Tertiã-
næ in primis & Quartanæ febrium prodi-
giosissimus Medicus celebratus. Servum
ad cellam Venantij fugientem, cum inse-
quutus herus extraxisset & flagellasset,
pœnas illico violati asyli dedit, & mox ter-
ribili quodam febris ardore correptus,
spiritum exhalavit. Claruit Venantius A.
C. 570. *Ex Greg. Turon. &c. Tritheimio, t. 2.
Sanct. &c.*

Tutelarís
Austria.

S. Venanti-
us Abb.

Mire mu-
tatur.

Missa cœle-
stem audit.

Dæmonib.
metuendus.

Certus con-
tra Febres
Patronus.

Temerarius
dat pœnas.

Apud Sublacum in Latio Sanctæ Che-
lidoniæ Virginis. Chelidonia Cellis in
Calabria nata, ab infantia à sæculi pompis
abhorruit, in vitis parentibus, domi etiã-
num

S. Chelido-
nia V. Abb.

num agens, vitam Monasticam instituit, donec S. P. N. BENEDICTI exemplo, relictis omnibus ad eisdem Sublaci montes profugeret, & Angelico sese instituto plenè addiceret. Romam postea profecta, atque inde ad Monasterium Sublacense reversa, sacrum velum de manu Episcopii Tusculani accepit, & propinqui Virginum Cœnobij Abbatissa electa, cum aliquandiu præfuisset, contemplationis studio ad solitudinem redijt. Illic multis laboribus & vigilijs exercita, frigoribus attrita, jejunijs assiduis macerata, bestiarum horroribus territa, cibo biduum sæpe triduumque, eoque subinde amplius abstinēbat. Noctes illi erant intomnes, cautes pro lecto, Saxum pro pulvinari, funis pro Zona. Miraculis claruit multis, in quibus, cum puer pisces ipsi ferre iussus, partem abscondisset, ipsa in spiritu cognoscens: *Cave, inquit, fili, ne pisces à te absconditum repetas, nequid mali tibi contingat.* Falsus proin furtum, veniam deprecatus est, & reversus ad locum, quo absconderet, pisces serpentibus obvolutū deprehendit. Aliquando humana ope destituta, Pauli Eremitæ exemplo corvus pavit. Denique cum annum ætatis agerēt 60. multis ad eam ægris, quos sanabat, confluentibus, laboribus confecta, prævisso obitu suo prædicto que 3. Id. Octobr. A. C. 1152. ad sponsum, migravit, adeo mirificis splendoribus illustrato non solū quo decubuerat loco, sed Sublacensi universo Monasterio, ita ut procul, totum ignibus conflagrare videretur, claritate illa ad mediam usque noctem perdurante, cujus corpus, ibidem conditum, & constructa desuper basilicâ honoratum, ea autem vetustate pene collapsâ ad Monasterium S. Scholasticæ translatum est. *Ex Monim. eiusd. Eccles. & Monast. Sublacensis, Arnaldo Duacen. Phil. Ferrar. tom. secundo Sanct. Ord. &c.*

In Sicilia Natalis S. Lucæ Abbatis Monasterij S. Iuliani, viri sanctitate & miraculorum gloria clarissimi. Is patre Ioanne matre Thedibia in primis Nobilibus in Sicilia natus, Nobilitatem præcipuam in servitio CHRISTI esse credidit, cuculumque S. P. N. amplexus, magnis deinceps virtutibus claruit, & miraculorum gloria resplenduit, condidit plura Cœnobija & S. Iuliani in agro Agrumensi restauravit. Ad Armenti Castellum in honorem B. M. V. & S. Petri, loco munito, quod Saraceni Siciliam infestarent, aliud Monasterium struxit, ubi vitam rigorosissi-

mam vixit, & mirificis signis claruit. Alia inter, cum videret Saracenos in camporum planitie, juxta Sacellum quoddam B. M. V. castra figere, dolens illud pollui, cum clamaret ad Dominum, hæc illico audiit: *Quid clamas ad me? Loquere cum Patribus tuis, ut accingant se; tu verò accipe baculum tuum, ad pellendos hosce canes, invenisti enim gratiam apud Dominum.* Ergo Crucis signo munitus progreditur tanquam alter Gedcon cum suorum aliquot, contra hostes, quibus ipse equo insidere visus est, magno splendore circumdatus, illis grandi terrore consternatis, diffugientibus, & in fuga mirè pereuntibus, casis, merfis, captis, ipso altum canente: *Exurgat DEVS & dissipentur inimici eius &c.* Claruit Prophetico spiritu, instar Pauli solo sudarij tactu infirmos curavit, sed & cum suo amictu fratres ad ægrotos mittens, eosdem prodigiosè sanavit, in cujus solo nomine, discipuli varias sanarunt infirmitates. Prævidit prædixitque; Dynastâ quædam exitium Cœnobio moliri, atqui à Numine præveniendū, ita factū, & cum everiturus occurreret, illico abreptus nuspian postea comparuit. Edoctus vir, Sanctus de morte suis benedicens hilaris extinguitur Anno 993. *Ex Vita Manuscripta.*

Aureliaci depositio S. Geraldus Comitum. Geraldus Illustrissimus Aureliacensis Comes, æternum genetis sui & patriæ decus, etsi Monachum professus non sit, Monachi tamen vitam acuratissime exercuit, *sola sublimitate*, ut ipse fatebatur, *Professionis Monasticæ absterritus, quod mallet rigorem illum & Regulam sine voto tam solemniter observare, quam post votum transgressor iudicari.* Cæterum coronam etiam capitis, quam occultissimè sibi radebat & barbam; gladium nunquam ipse ferebat, sed sibi præferri volebat, in visu ac vestitu alijsque exercitijs, quantum fieri poterat, Monachorum studia æmulatus. Illud memorabile: quod Ephebos suos palatinos, Monasticis instrui disciplinis iusserat, & eam ob causam, ad celeberrimum tunc Vabrense Cœnobium destinârat, quos inter ipse deinceps velut Abbas, inter Angelos Monachos ageret. Aureliacense celeberrimum Cœnobium cum struxisset, illudque lectissima Monachorum colonia instruere parans, ante mortem eo suo voto planè non potiretur, uberrimo defluens fletu, causam rogatus, orbitatem Cœnobij, suam interpretatus est, quod tamen deinceps Monachis fore frequen-

S.P.N. exemplum imitatur.

Fit Abbat.

Rigor vite.

Miracula.

Ob. 1152.

Condita in hon. eius basilica.

S. Lucas Abb.

Canobia condit.

Exercitum prosligat.

Miraculo-rum gloria

Ob. 993.

S. Geraldus Comes.

Ecce quanti faciat professionē Monachic.

Coronam sibi ipsi radebat.

Ephebeli Monachi.

Prophetica spiritu claret.

tissimum prædixit. Claruit vivus mortuusque grandi miraculorum gloria, prodigiose sæpe in præliis contra hostes propugnatus; cujus vel sola quidè aqua, qua manus laverat, cæcitas, alique morbi propullati sunt. Pisces sæpius ipsi miraculo oblati sunt. Illud inauditum fere prodigium: cum loca arentia aliquando, cum palatino famulatu suo pertransienti, deficiente in utribus vino, in scrobe quadam scopuli; generosissimum ipsi & famulis vinum divinitus ministratum est, quod tamen ipse in usum reliqui itineris, in lagenas excipi minimè passus est. Fuit mirâ in hostes clementia, in pauperes beneficentia, in quorum usus, non decimas, sed nonas reposuit. Mortuus est Monachorum more, verissimus Monachus, in cinere & cilicio Anno Ch. 917. in suo Aureliani Cœnobio sepultus; eo item rariore post mortem miraculo illustratus, quod cum ad lavandum exueretur, manu illico dextera ipse pudenda tegeret, & attonitis rei novitate polinctoribus, remque acuratius exploraturis, manum usque tertio supra pectus, cum sinistra componentibus, illam haud aliter atque viveret, tegendis genitalibus admoveret. Eum à morte tantis miraculis DEVS commendavit, ut ipsum etiam epistolium, ex quo equum contendere solitus erat, à diversis ægris exosculatum, omnis generis morbos pelleret. *Ex vita per Sanct. Odon. Abb. Biblioth. Cluniac. Quercet. Annal. nost. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Aquitania, Sancti Gerardi Abbatis & Confessoris, viri miræ sanctitatis. Gerardus Monachus spectatissimi Cœnobij S. Melardi Sueffionensis, magistrum & Abbatem sanctissimum Arnulphum habuit, qui postea Urbis eiusdem electus Pontifex, Gallias & orbem fama implevit. Cum hic autem sceleratorum instinctu, castra Regia sequi, tanquam pro obligatione muneris, à Philippo Rege cogeretur, maluit Abbatis honore excidere, quam sub hujus prætextu dignitatis (quod tamè magnum alii æstimabant.) sæculo deservire. *Vnde convocatis sanioris consilij Fratribus (verba Molani hæc sunt.) elegit sibi successorem, non minus Divinum Sanct. Geraldum, scientia scripturarum egregiè instructum, & omni honestate conspicuum &c.* Contra quem cum Pontius Monachus se se ingereret, & Bertradam Reginam secum adduceret; nihil veritus iram mulieris Arnulphus: *Crede o Regina, inquit, Fratri Arnulpho, imo Spiritui Sancto: nam si*

tu hinc Fratrem Geraldum ejeceris, DEO vindice à Regno extruderis, & erummosa morieris. Itafactum, & Geraldus locum dans iræ, secedens in Aquitaniam illustre illic Sylvæ-majoris Cœnobium condidit; cujus vita ibidem & mors sanctissima, signis miraculorum insignibus effulsit, de quo sic ejus Canit Ecclesia:

Totus caelestis, totus directus in altum
De Saltu sylvæ fecit super æthera salum. &c.

Ex monim. Cœnobii ejusdem & Breviario cit. Joanne Molano. t. 2. Sanct. Ord. &c.

In Steps, insignis Commemoratio & Festivitas Sancti Lamberti Episcopi & Martyris, vulgo Triumphus Sancti Lamberti appellatus. *De quo consulendi Molanus, & diversifrer. Belgic. scriptores.*

In Frisia Beati Gerbrandi Abbatis Monasterij Clari-campensis, atate grandævus, & Monasticarum traditionum rigidi observatoris, qui Fusniaci hominem exuēs, visus est ab Angelis in cælum deferri. Anno Ch. 1218. *Casarius Heisterbac. Robertus Rufca, Angelus Manriq. Chryf. Henriq. &c.*

Colonia inventio Sancti Maurini Abbatis & Martyris, Anno Ch. 964. magna omnium gratulatione elevati. De qua *Stephan. in Vita ejusdem Molanus &c.*

In Anglia, Canonizatio Sancti Gilberti nostri, institutoris Ordinis Sampringhamensis, ab Innocentio III. Sanctorum alio solemniter adscripti A. C. 1203. *Nicolaus Harpsfeld &c.*

Eodem die festivitas celeberrima Dedicationis Ecclesiæ Monasterij Dunensis, multis & admirandis prodigijs illustrissimæ, concurrente eo innumera pene mortalium multitudine, prodigiosa piscium tunc temporis affluente multitudine, plurimis miraculose à diversissimis morborum generibus curatis, & caelesti quadam luce usque adeo locum illustrante, ut remotissimis è locis, velut grande urbis alicujus incendium spectaretur. Facta est hæc dedicatio A. C. 1262. *Ann. Duac. Henriq. &c. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Hispania obitus Venerabilis viri P. Bernardi Escuderi Monachi & Abbatis Vallis-bonæ, Viri verè sancti & Angelicæ puritatis: qui in carne degens sic carnis vitia abhorruit, sic mundum cum concupiscentiis suis calcavit, ut nunquam peccatum grave in omni vita commiserit, & justitiam, quam in Ba-

Prædictio.

Miraculis claret.

Triumphus S. Lamberti.

B. Gerbrandus. Abbas.

Obiit 1218

S. Maurini inventio.

S. Gilberti Canonizatio.

Dedicatio Dunensis.

Miracula.

1262.

V. Bernardus Escuderus.

Innocentia

ex hoc mundo discessum, incontaminatam conservaverit. maximam habuit Novitiorum curam, quibus insigne amoris sui monumentum relinquens, Meditationum ad eisdem librum unum scripsit. Vallisoleti typis vulgatum A. C. 1602. Ipse

autem plenus meritorum decessit sub A. C. 1608. *Phenix Reviviscens script. Hisp. Menol. Henr. t. 2. Sanct. & Annal. nostr. &c.* In Gallia tolemnis dedicatio Sanctissimæ Ecclesiæ Clarævallenensis facta. *An. Ch. claravalli. 1179. Arnold. Henriq. &c.*

PRID. IDVS OCTOBR.

XIV. Octobris.

S. Burcard. Episcop.

Herbipoli Sancti Burcardi primi illius civitatis Episcopi. Burcardus, angulus patriæ, genere nobili, puerili jam ætate gravissimis Virtutum studijs deditus, levitatum omnium ac deliciarum osor, orationis & vigiliarum assiduitate, mirum in modum delectabatur. Fuit magni Bonifacii nostri, Germanorum Apostoli dignissimus discipulus, Monasticis disciplinis exercitatissimus, ejusdemque Sancti Magistri ac Consanguinei sui, in excolendo Germaniæ amplissimo agro, cooperato fidelissimus. Meruit in primis de antiquissima & nobilissima Franconia provincia; à quo primùm potentissimi Herbipolensis Pontificatus initia, & Franconia universæ felicitas dimanavit. Memorabilis illa provinciæ universæ congratulatio, cum magnus Bonifacius, jam Episcopum Ordinatam à Zacharia Papa, solemni more Herbipolim deduceret, ingenti factò mortalium concursu una voce acclamantium: *Venite Patres, Venite servi DEI excelsi, venite liberatores animarum nostrarum, augmentate Divini verbi semitam, à Beato Kiliano olim nobis monstratam, quo vomere sermonum vestrorum exculta tellus nostrarum mentium, dignos queat ferre fructus proventuum.* Fuit eloquio valde mitis, inquit vitæ ejus scriptor, vultu venerandus & affabilis, in vigilijs sedulus, in lectione assiduus, in elemosynis quantum facultas suppetebat, benignus & benevolus, sollicitus de commissis, providus in consilijs, in universis moribus compositus, in bonis actibus indefessus, in contemplatione præcunctis suspensus, &c. Construxit plurima templa & Cœnobium burcardus, præfuitque, ac profuit mirifice Ecclesiæ suæ Burcardus, annos omnino quadraginta. Mortuus Anno Chr. 791. & pro proximâ vitæ sanctitate & meritis inexhaustis, Ecclesiæ Herbipolensis, totiusq; Franconia Patronus & cooptatus, Prodiere à Cœnobijs & disciplina Burcardi viri præstantissimi, quos inter, obsides duo-

decim à devictis Saxonibus Carolo Magno dati, ab hoc autem Burcardo educandi traditi, adolescentes sumo loco nati, qui insigni postea cum Ecclesiæ fructu, ad præcipuas Germaniæ Cathedras sunt evecti. *Ex Vita per Egilwardum Monachum Annal. Franc. Chron. Herbip. Cratopol. Annal. nost. German. Aquila, Bened. t. 2. SS. Ord. &c.* Eodem die depositio B. Dominici Loricati. Is à lorica, quam ad nudam gestabat carnem, ferrea, *Loricatus* dictus, inter præcipua Ordinis nostri decora admirandus effulsit. Fuit pœnitentium omnium, ad posteritatem sæculorum omnem, illustrissimum speculum, imo, miraculum. Præter lorica ferream, toto ferè corpore circulis ferreis strictus, infæderabilem, ut manuscripti loquuntur, cum iniquis spiritibus pugnam perpetuo conferebat. Diebus singulis duo Plalteria modulando, utraq; manu scopis armata, nudum corpus crudelissima flagellatione, & quidè ad incurvâ usq; senectam atterebat. quin & nõnunquam, die cum nocte continuato, novè omnino tali modo plalteria absolvebat, dum per tã longum atq; assiduũ exercitiũ non vacaret, somno longius indulgere, si caput lassitudine nimium aggravaretur, illud non nihil humi, ut erat interim nudus, deponendo, & modicissima quiete sumpta flagella & orationem resumendo. Inedia adeo patiens erat, ut panem cum sceniculosum mas reputaret delicias, affirmans; *corpus humanum, tu quo paulatim prius enutritur, in hoc per incrementa postmodum roborari.* Digum & illud ejus dictum, cum in omni Monacho, ut strati mollietiem, sic somni longiusculi usum, & desiderium, nimis quam pudendum, detestaretur: quia, inquit, *somnum somnus adest, somnolentos Vigilijs autem Vigilia pariunt.* Provocavit, insigni planè & immortalis cum merito, non viros solum, sed & nobiles atque delicatissimas matronas, ut voluntariũ supplicij & Purgatorij genus avidè arripendum, & alter sui sæculi Baptista, raril-

G.

Discipuli.

S. Dominicus Loricatus.

Incredibilis rigor.

Longa flagellatio.

Digna sententia.

Somnolentos execrat.

rari-

Ob. 1608.

Regii generis.

Franconia Apostolus

Applausus populi.

Elogium

Multa struit Cœnobium.

Patronus Franconia.

Alter sui sæculi Baptista.

Ob. 1060.

S. Bernard. Mon.

Peregrinationis desiderium.

Campana sponte consonant.

S. Cosmas Episcop.

Eruditio eius.

Fit Episcop.

ratissima vitæ integritate, & insolentissimi rigoris exemplo, mundum universum ad fructus dignos pœnitentiæ faciendos invitavit. De cujus admirandis virtutibus & exercitijs legendus Petrus noster Damiani, in vita ejus ad Alexandrum Papã. Decessit vir sanctissimus pridie Idus Octobr. Anno C. 1060. cujus sacrum corpus post nonum à morte diem incorruptum, leputum est à B. Petro Damiani, in Basilicæ Capitulo: *Ex Dam. oper. Baronio, t. 2. SS. &c. & Annal. nost. Bened. &c.* In Latio, S. Bernardi Confessoris. Bernardus patria Apulus, professione Monachus, à magno in primis vitæ rigore commendatus est. Admirabili peregrinandi desiderio, pietate sola, nulla inductus curiositate, cum teneretur, maximam vitæ partem. loca sancta invifendo insumpsit, & in Apuliam demum rediens, apud Arpinum morbo graviter tentatus, exhausto laboribus corpore, ibidem diem obiit, loco humili in ædicula S. Ioannis prope Arcanum sepultus. Visus postea semel atque iterum cuidam, gravia populo Arpinati minatus est, nisi digniore loco in Basilica eorum sepeliretur. Invento proin, atque translato in Ecclesiam B. M. V. de Arce, sacro ejus corpore, sponte Campanæ omnes compulsaæ raro miraculo, omnes recrearunt, & in præsentia omnium, muta loquendi facultatem, surdus Presbyter auditum recepit, tresque dæmoniacy prodigiosè curati sunt. *Mart. Bened. Arn. Duac. Monim. & Breviar. Arpin. Ferrar. t. 2. Sanct. &c.* Ipsa die Natalis S. Cosmæ Hagiapolitani Maiumæ Episcopi. Hic patria Hierosolymitanus tenera etiamnum ætate parètibis orbatus, à patre S. Ioannis Damaſceni adoptatus est. Cosmam dein cognominem, Monachum Italum, captivum eo abductum Magistrum nactus, litterarum studijs cum Ioanne mirum in modum profecit; Grammaticis, Philosophicis, Mathematicis, Theologicis scientijs longè instructissimus. Pari autem, quo Ioannes studio propositoq; ad S. Sabæ Lauram, Ordinis jam tunc nostri Cœnobium profectus, Monachumque professus, rarissima vitæ sanctitate excelluit. Denique vi adactus extractusque cœnobio, ab Hierosolymitano Patriarcha Maiumensis Episcopus creatus est, cumque gregem suũ præclare rexisset, & sanctissimo vitæ exemplo Cathedram suam æternũ exornasset, in senectute bona, vita functus decessit, relictis pulcherrimis profundissimi

ingenij monumentis: *Cuius & Ioannis Musici Canones nullam adhuc, inquit Suidas, Elogiũ per-comparationem admiserunt, nec quamdiu hic insigne, mundus durabit, admittent. Ex Vita tomo secundo Sanct. Ord. & Ioan. Patriarcha Hierosolymitano &c.* In Gallia Beati Alani Episcopi Altisiodorensis, viri doctrina & sanctitate celeberrimi, qui ex Abbate Ripatorij ad eam dignitatem Christi Anno 1151. evectus, postquam aliquot annis Ecclesiæ suæ strenuè præfuisset, dulci Contemplationis illectus studio, rogata Pontificis maximi licentia, honorem Pontificium denuo abjiciens, in Monasterio Clarævallis reliquum vitæ exegit, & sancto fine decessit. *Ant. Sander. Ioann. Buzelinus, Aub. Miraus, Ioan. Chenu, &c.* Eodem die depositio Beati Gauffredi Sorensis Episcopi in Sardinia, admirandæ pietatis viri, virtutibus, revelationibus, & signis clarissimi. Hic ex Infirmaryo Clarævallensi ad Pontificatum assumptus, cum non multo ante per visionem quandam spectabilis ipsi persona annulum aureum digito inferuisset. Pontificale munus summa cum subditorum utilitate septem annis diligentissimè administravit, & ad dilectum aliquando reversus Cœnobium, & translationi Mellistui Doctoris interesset, ibidem morbo præoccupatus, ad eum, pro cuius honorando corpore venerat, in cœlos conscendere meruit Anno Ch. 1179. *Rob. Rufca, Aug. Manrique, Barn. de Montalbo, Fascic. SS. Henriq. t. 2. SS. &c.* In Monasterio Cisterciensi in Gallia depositio B. Ioannis eo nomine IV. ejusdem loci Abbatis. Fuit hic ob summum ingenij acumen, iudicij actimoniam incomparabilem, generolumque animum ad ardua quævis obeunda accommodatum summo in honore habitus, & postquam multis annis, cum sacras tum prophanas litteras, summo cum Auditorum bono professus esset, ad totius Ordinis regimen assumptus, ut eruditionis, sic sanctitatis exemplar sese omnibus exhibuit, insignibus dum mortali etiamnum in corpore ageret, miraculis à Deo illustratus. Præfuit summa cum potestate annis 13. mensibus tribus, & exhaustus laboribus, in Domino requievit Anno Ch. 1359. *Monim. Cist. Manriq. Henriq. Claud. Rob. tomo 2. Sanct. Ord. &c.* Bellò-prati depositio Beatæ Claræ ejusdem loci Abbatis. Clara, cognomento

S. Alanus Episcop.

Clar. 1160

S. Gauffredus Episc.

Præfuit annis 7.

Ob. 1179.

B. Ioannes Abb.

Eruditio eius.

Ob. 1359.

B. Clara Abb.

Dullaerts, illustre sæculi superioris tydus, tantis virtutibus claruit, ut etiam miraculorum gloria à Numine honorari meruit. Quadam vice, cum ad tantam penuriam Monasterium ejus redactum esset, ut nihil penitus haberet, quo communibus familiæ necessitatibus subveniretur; mox pia Abbatissa una cum Virginibus suis orationi se dedit: & ecce illico oratione expletâ, adfuit ignotus vir aliquis ad portum Monasterii, qui Abbatissæ ad se venire iussæ, magnâ pecuniæ summam numeravit, eaque numerata sic statim disparuit, at deinde requisitus, nusquam inveniri potuerit. Similia ei & alia sæpe contingere, ejusque tempore Monasterio tam spiritualium quam temporalium bonorum facta est accessio. Fuit ferventissima Regularis disciplinæ Zelatrix, vivum ipsa Virtutum omnium exemplar, quarum suavissimum odorem posteritati dereliquit. Humilitatis & paupertatis studium suis præcipue commendavit, & toto regiminis sui tempore non alio pedo, aliave supellectile, quam ligneis uti voluit; quo sic seipsum ac Virgines sacras in humilitate contineret. Præfuit annis quadraginta Monasterio, & magno sui relicto desiderio corporis sarcinam deposuit Anno Christi 1545. *Ex mon. ejusdem Canobii Arnoldus de Raiffe in Auctar. Sanct. Belg.*

gii ad Molanum Chrysof. Henriq. Annal. nost. &c.

In Monasterio S. Galli Ven. Burcardi II. conomine Abbatis, quæ author pervertustus, Monachus Anonymus, Moyfi comparat. Claruit A. C. 1008. post mortem miraculorum gloria à Numine commendatus. *Ex mon. Sangall. Iodoco Mezlero, Mariano Bucelino, Goldasto, &c.*

Bellovacii S. Angadriffmæ Virginis Abbatissæ. Hæc filia Roberti viri Nobilissimi, qui regii annuli gerulus erat, à patre desponsata Ansbertò de Chassiacò Toparchæ, cum Christo se pridem devovisset, venustatem suam lepra deformari à DEO enixè precibus contendit & meruit; sicque dissoluto conjugio, sacro amictu velamine in Cænobio Orærio Numini fidelissime serviit, cujus postea Abbatissa effecta, sublimissimis perfectionis studiis se totam addixit, illustribus à DEO prodigiis honorata, & præcipuis Bellovacensium Tutelaribus accensa. *Mart. Gall. Car. Saufs.*

Eodem die in agro Catalaunensi S. Manegildis Virginis itidem DEO sacrata, quæ corpore & spiritu sancta, calcatis pompis & deliciis, carne mortificata, victoria ovans, ad palmam quam cælestis Agnus sequentibus se donat, feliciter properavit. *Idem Mart. Gall.*

IDIBVS OCTOBR.

XV. Octobris.

S. Hedvigis Ducissa. Racoviæ Sanctæ Hedwigis Ducissæ Poloniae, quæ pauperum obsequio dedita, etiam miraculis claruit: quam & Clemens Papal V. numero Sanctorum adscripsit. Hedwigis Bertholdi Moraviæ Marchionis, Comitissæ Tyrolensis, & Agnetis Marchionissæ Orientalis Comitissæ de Rochlitz &c. filia, sorores tres lectissimas habuit, quarum I. Philippo Galliarum, II. Andrea Vngarorum, Regibus nuptæ, III. Kitzingensis in Franconia Ab. insigni vitæ sanctitate excelluit. Ipsa, Henrico Barbato Polon. & Silesiæ Duci nupta, 3. eidem filios, Boleslaum, Conradum, & Henricum Principes, totidemque filias Agnetem, Sophiam, & Gertrudem genuit; quibus in lucem editis, pari cum marito voluntate, & cum Episcopi benedictione, votum continentiam emisit. Cæterum, quia noverat, in carne præter carnem vivere magni esse meriti, ad complectendam conservandamque carnis integritatem & castitatem,

quoscunq; poterat invitavit. Nobile haud longè ab Vratislavia Trebniciense Virginum Cænobium cum condidisset, in eo primum filiam suam Gertrudem Principem Regum Regi despondit, quæ paulo post ob vitæ merita Virginibus præfecta, centum ibidem sponsas Virginum sponso congregavit; & magna vitæ sanctitate replevit. Quin & ipsa post Christum exiens extra castrum, eo etiam se cum parva familia contulit, & ibidem, marito adhuc vivente Domino serviit, eoque similiter religiosa animi pietate prope Monacho effecto, & quamvis Monasticum Ordinem non professæ (quo misericordiam operibus liberius vacaret, essetque unde necessitatem patienti tribueret) cucullum tamen induta, in servando silentio, aliisque Regulæ & Monasterii Institutis, & vitæ asperitate, Monachas omnes longè antecelluit. Patientia & mansuetudine ad miraculum enituit; quidquid justissimam etiam indi-

Mansuetudo ejus. indignationem movere ipsi poterat, placidissime, his ipsis verbis in peccantibus reprehendendo: *Certe; & cur fecistis: Ignoscet tibi DEVS.* Quotidiano jejunio, præter Dominicas, sese afflixit, tertia quidem & quinta feria pisces & lactaria admittebat, secunda autem & Sabbatho aridis leguminibus, quarta & sexta feriis, pane solum contenta; vino nunquam nisi Dominicis & solemnioribus diebus usa, ab esu autem carniæ & sagimine perpetuo abstinens. Sæpius cum infirmaretur, prodita Duci marito, quod aquam pro vino biberet, experiri prius volens quam indignari, dum ex improvviso scyphum illius raperet, & gustaret, aquam in generosum illico vinum prodigiose verlam persensit. **Donum lachrymarum & raptus.** Lachrymarum gratia inprimis enituit. In templo cum Divinis interesset, insensibilis interdum vita, corpore etiam in sublimè raptò, & cælesti luce circumfuso. Fuit ferventissimo in DEI param studio incensissima, cujus icunculam aliquam eburneam, præcipuo honore & amore prosequens etiam domo egressa plerumque in manibus præferebat, quâ, cum languidis benediceret, illico sanitatem prodigiose consequuebantur. Eandem imaginem moriens, ita fortiter manu strinxit, ut commodè e manibus avelli non posset; tribus illis digitis sinistræ manus, quibus eam fortius tenebat, multo post in tumulo repertis incorruptis. Miraculis in vita & post mortem magnis & admirandis fuit illustrissima, prophetico etiâ spiritu à Numine donata. **Obiit 1243.** Mortua est A. Ch. 1243. à Sanctis Maria Magdalena, Catharina, Thecla, Ursula aliisque pluribus Sanctis Virginibus & Viduis, ad cælestes triumphos evocata & e ducta. *Ex Vita per Engelbertum Monachum Mart. Cromero, Montalbo, Manrique, Schedelio, Annal. Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Bruno Episcopus. In Prussia Sancti Brunonis Episcopi Ruthenorum & Martyris, qui Evangelium in eâ regione prædicans, ab impiis tentus, manibus pedibusque præcis capite truncatus est. Fuit Bruno natus ex Illustrissimo Comitum de Querfurt sanguine, frater Gebhardi Saxonum Ducis; ex Monacho S. Ioannis Magdeburgensi, à summo Pontifice Ruthenorum Archiepiscopus creatus, & ad conversionem Sarmatarum legatus. Cum autem Lituanos brevi temporis spatio æternò cum merito, Christo conciliaisset, nec modico fructu Apostolicis laboribus indefessus in Prussia laboraret, à nonnullis duræ cervicis hominibus, impias superstitiones suas abrogari non

ferentibus, interceptus, crudelissime tractatus, manibus denique ac pedibus immensissime detruncatis, capite præciso, Victor ad triumphos æternos evolavit; illustrissimo generi, & universæ Saxonum genti, augustissimo, Apostoli & Martyristitulo, ornamentum addens immortale. Occubuit autem gloriosissimus Lituanorum & Ruthenorum Apostolus & Tutelarialis A. C. 1008. *Ex Dithmaro, Mariano Scoto, Baronio, Annal. nost. German. & Bened. Aquila Imp. Bened. &c.*

In Germania Sanctæ Theclæ Abbatissæ. Thecla, natione Anglica, Angelicæ conversationis femina, à Magno Germanorum Apostolo Bonifacio nostro ex Anglia evocata, Abbatissa Eizingensis prope Moganum Monasterii constituta est; ut cū aliis Germaniæ Apostolis, quasi lucerna in caliginoso loco luceret, & quod prædicationis verbo illi, ista exemplo efficeret. Effecit; & Virginum plurimarum, Vitæ sanctitate præstantissimarum antesignana & Archiducissa effecta, Germaniam instantissimis suarum precibus & exemplo mirifice juvit & Institutum Monachicum, infirmiori sexui utilissimè commendans, justo deinceps Virginum, supra omne Amazonum exemplum, exercitu, cælo vim intulit, & ad infima supplicum vota cælestes attraxit & evicit. Claruit A. C. 730. *Ex Anon. Fuldeni, Trithemio, Annal. Germ. &c.*

In Germaniâ, Monasterio Hemerodensi Beati Richwini Monachi. Richwinus patria Colonienfis, juvenis pulcher aspectu, acutus ingenio, sed quod præcipuum est, omnium virtutum genere ornatissimus fuit. Ut autem nulla sine hoste eminent virtus, sic & iste antiqui hostis insidias non effugit, triumphavit tamen; & taliter quidem, ut deinceps configere, cum victore tam juvene, minime præsumeret; cum tamen Richwinus, exprobrando potius, quam configendo triumphasset. Cum enim acriter à tentatore, de deserendo Cænobio, vexaretur, & tantum non impelli & trahi se crederet, in terrâ se denique pronus prosternens, in hæc altâ prorupit voce: *Diabole, nisi vi, pedibus hinc me extrahas, non te sequar.* Abscessit, confusus cacodæmone, & in factò proposito perseverans ille, post diuturnum agonem ex hac vitâ feliciter decessit. *Mennol. Henriq. Casar. Heisterb. t. 2. SS. Ord. &c.*

Ratisponæ depositio S. Aureliæ Virginis sanctimonialis reclusæ. Fuit Aurelia regio nata genere, deliciarum, honorum, opum contemptu longè illustrissima, **Ooo 3** inc-

Pecunia divinitus suppeditatur.

Alia miracula.

Humilitas eius.

Ob. 1545.

Burcardus II. Abb.

S. Angadriffmæ Abbat.

Lepram impetrat.

Patrona Bellovac.

S. Manegildis, des Virgo mon.

A.

Comitissæ Trebniciense.

Filiam Deo consecrat.

Misericordia opera.

Martyrio coronatur.

Ob. 1008.

S. Theclæ Abb.

Archiducissa Sacrarum Virginum.

B. Richwini.

Tentatio gravis.

Mira Victoria.

S. Aureliæ V.

incertum quidem cujus opinione tamen haud improbabili, Lotharij filia, Ludovici Transmarini neptis, quæ Principis an Regis cujusdã potentissimi amoribus ex-ambita, & Virginum sponso intaminatissimo jungeretur fugam inijt, & ad Sanctum VVolfgangum nostrum Ratisponnæ Præsulem, lectissimum Virginitatis pugnatores, Regum ac Principum Institutorem, vitæ demum atque observantiæ Monachicæ propagatorem confugiens, ab eodem sacro amicta velo, secure non solum in cucullo latuit, sed & longè supra Regiam, insigni sanctitatis refulit majestatem. Inclusa autem Veteri nostrorum more prope S. Andrea Ratisponnæ, durum pœnitentiæ & sacræ observantiæ rigorem pro voto amplexa, admirabili constantiæ perpetuitate totis 52. annis continuavit, ad cordiam æternitatis felicissimæ evocata. *An. Ch. 1027. Mart. Rom. & Bened. Arnold. Menard. VVig. Hund. &c.*

In Houenes Monasterio, B. Elisabeth Abbatis, quæ multis virtutibus & celestibus revelationibus illustris effulgit, & sicut Angelicè conversabatur in terris, Angelica etiam colloquia frequenter promeruit. Cujus vitam B. Ioseph Canonicus Steinfeldensis Ordinis Præmonstratensis literis consignavit. De quâ beatissima

Virgine fertur, Angelum Domini sæpe vidisse, & cum eo familiariter conversatam fuisse. *Ex Menolog. Cister. Chrysostr. Henr. &c.*

V Vigornia in Anglia translatio Sancti Oswaldi Episcopi. Transtulit viri sanctissimi corpus, revelatione Divina admonitus Adolphus Eboracensis Archiepiscopus, cujus vestimenta omnia integerrima reperta sunt, ut suavissimum odorem spirantia, aqua, qua ipsius ossa abluta sunt cæcis visum, auditu surdis, gressum claudis, & morbis quibuscunque efficaciam remedium afferente. *Ex Senatu Bravonio Mon. VVigorn. t. 2. SS. &c.*

Eodem die in territorio Rhemeni translatio S. Basoli abbatis, de qua hac die Molanus in Addit.

Antisiodori passio S. Galtheri Episcopi, qui cum esset Quinciaci Abbas in territorio Lingonensi, meritis sanctissimis & miraculorum etiam gloria pollens, mortuo Bernardo de Soliaco Pontifex assumptus, cum justitiæ terrorem adversus Ecclesiæ hostes zelo Sacerdotali assereret, pastor pro grege occisus, Martyrij lauream meruit. Anno Christi 1244. in suo Monasterio sepultus. *Ex Martyr. Gall. Sauff.*

Angelus ei familiaris
S. Oswaldi translatio.
S. Basoli transl.
S. Galtheri Episcopi.
Fit Martyr.
Miracula
S. Basoli transl.
S. Galtheri Episcopi.
Fit Martyr.
Vir Apostolicus.
Insigne miraculum.
Episcopatu recusat.
Miracula insignia
Ob. 624.
Ex

Regias nuptias fugit.

Includitur.

Ob. 1027.

S. Elisabeth Abb.

S. Gallus Abb.

Peregrinatio.

Simulacra evertit.

Monasterium condit.

XVII. CAL. NOVEMBR.

XVI. Octobris.

B.

A pud Arbonam in Germania, Sancti Galli Abbatis, discipuli Beati Columbanus. Gallus Keternaci Scotorum Regis filius, Regium splendorem vili cucullo in Monasterio Benchorensi permutavit. Prædicandi autem Evangelij causa Abbatem Columbanum sequutus in Britanniam, indeque in Galliam, in Alemanniam denique concessit, & prope Turicinum lacum primò, ad oppidum deinde lacus Potamici Brigancium confedit, ubi reconciliato Sanctæ Aureliæ templo, tria inde simulachra, ærea, auro mirè fulgentia, divinis honoribus ab infaniente populo celebrata, extraxit & comminuit. Exulceratis gentiliū animis cedendum ratus Columbanus in Italiam secedens, gallum febribus detentum, una cum Magnaldo & Theodoro Monachis in Alemannia reliquit; qui ut primū convaluit, eremum cum jam dictis discipulis ingressus, triduo eam jejuniis, precibus ac lachrymis consecravit, & Monasterium condidit, in

quo plures Fratres Monasticis disciplinis, divinarumque Scripturarum intelligentia imbuit; & gentes circumpositas Apostolico exemplo atque merito, Iesu Christi fidem sectari docuit. Fridiburgam Gúzonis Alemanniæ Ducis filiam, Sigeberti Regis sponfam, à sævissimo dæmonio liberavit; Ducis autem opulentissima dona omnia apud Arbonam in pauperes erogavit. Abbatiam Luxoviensem, Episcopatum Constantiensem suscipere recusavit. Columbanus in Italia obitum, per visionem in Alemannia præcognovit. Denique cum populos multos ab idolorum cultu avocasset, febre apud Arbonam correptus, inter discipulorum manus felicissimè expiravit. Sed cum illic nullo modo humari potuisset, indomitorum tandem equorum ductu, ardentibus continuè ad feretrum cereis, ad Cænobium suum perlatus, Ioannis Episcopi Constantiensis, sui olim discipuli, Fratrumque manibus sepultus, miraculis claruit. Obijt A. C. 624.

Vir Apostolicus.
Insigne miraculum.
Episcopatu recusat.
Miracula insignia
Ob. 624.
Ex

Ex Vita per VValaf. Breviario Bened. Monim. S. Galli, Constantia Bened. tom. primo Annal. Germ. &c.

S. Berchar. Abb. Mart. Item Sancti Berecharij Abbatis & Martyris. Bercharius Luxoviensis primū Monachus, obediētiam in primis rarissimo exemplo effulgit, cum è cellario ab Abbate vocatus, tanta velocitate occurrit, ut amphorandæ curandæ oblitus, epistomium manu deferret. Constitit in modum columnæ cerevisia, supra superficiem vasis, quod tamen miraculum, minimè suo juvenis, sed Abbatis merito deputavit. Creatus postea Altivillarensis Cænobij Abbas, cum egregiâ vitæ sanctitate suis præluxisset, à Dagovino Monacho, què pro meritis objugaverat, de nocte in lectulo suo crudelissimè confossus est. Ferrum, quod parricida mergere conat⁹ est, super aquas natavit, & impius in amentiam actus, cruentis adhuc manibus signum ipsè pulsavit, quo terrii Fratres, cum ad Abbatem convolarent feminecque offenderent; rati, quod res erat, Dagovinum comprehensum Sancto obtulerunt, & quid de eo fieri vellet rogarunt: Erupit in luprema hæc, & digna Martyre Christi verba moriturus: *DEVM tibi, Frater, placado viri Santum redde: nam me quod attinet, omni te liberum impietate dimitto.* Scaturavit multo post è sancti viri tumulo pretiosissimum oleum cunctis quocunque morbi genere laborantibus prodigiosè salutare. Defendit raris post mortem prodigijs familiam suam Bercharius, & bonorum Cænobij rigidissimè ultus est. Illud insignius illustrioris victoriæ miraculum fuit; cum viginti Cænobij fideles septingentos hostes funderent & dissiparent, mira quadam prodigiosioris fumi densitate animos hostium deterrente, an avertente. Sed & illud rarius, cum à Paschate ad ulque Principis Apostolorum Festivitatem, perpetua siccitas arva omnia exhausisset, circūlatis Sancti viri Reliquijs, pluvias illico cælo deductas fecunditatem terris reddidisse. Claruit Abbas lectissimus A. C. 660. *Ex Assone Dervensi, Momin. Lux. & diu. rer. Gall. script. &c.*

S. Lullus Episcop. Moguntia Sancti Lulli Episcopi & Confessoris. Lullus Illustrissimo Anglo-Saxonum Principum natus genere, magni Germanorum Apostoli Bonifacij sanguineus, septuennnis puer Christo in Cænobio oblitus, audita postea, de Bonifacij Apostolatu in Germanijs, celebri famâ, ipsum consequutus, incredibili cū fructu in Vineâ Domini laboravit; ita qui

dem ut gloriosissimum Apostoli Saxonum nomen promeruerit. Ob insignem autem in rebus gerendis dexteritatem Magistro & cognato optimo in Archiepiscopatu Moguntino succedens, totius item Germaniæ Apostolatum suscepit, & admirabili industria & charitatis dilatatione, in remotissimas sese provincias extendit, & missis prædicatoribus, gentes in unitate fidei congregare nunquam destitit, & pene innumeros mortales S. matris Ecclesiæ gremio adduxit. Condidit celeberrimum illud Hersfeldense Cænobium, in quod sub mortem, velut in portum optatissimæ post tantos labores quietis sese recipiens, placidissimo somno in Domino requievit Anno Christi 787. magnis deinceps à Numine miraculis honoratus, cujus sanctissimum corpus sexagesimo post obitum anno repertum est incorruptum. *Ex Antiquit. Fuld. Brovveri, Vincent. Belvac. Hermannno Contracto, Molano, Baronio, Annal. nost. Germ. & Ben. libro nostro de Episc. Germ. &c.*

In civitate Noviomeni Sancti Mummuleni Episcopi. Hic Luxoviensis primū Monachus, Sancti Audomari discipulus, ea excelluit vitæ sanctitate, ut magno Flandriæ Apostolo sanctissimo Eligio nostro in sede Noviomeni succedere coggeretur. Apostolico proin & ipse zelo succensus, longè lateque per summas itinerum difficultates discurrens, nulli percipit labori, & multos sua prædicatione ad Christum convertit, quos inter, maximo Galliarum bono, multos è Palatinis proceribus, qui intermissio etiam Regali ministerio ad ipsum cōcurrebant, donec ad Clotharij Regis aulam ipse evocatus, ibidè copiosum quoad licuit fructum Domino compararet, & justitiam in primis sartam tectam servari impetraret, pessimasque consuetudines, licentiam, adulationes, ambitionem ex palatio proscriberet. Rexit, præter Noviomensem, conjunctam etiam Tornacentem Ecclesiam, nulla prorsus honoris ambitione, unde scelerati nonnulli pessimè sibi blandiantur, solum autem amore gregis Domini, quem Domino suo immensis penè laboribus lucrari conabatur. Stipendium autem prædicationis, & reditus Pontificatus, nullo modo in famulitium aliquod, five ad splendorem aliquem expendebat, sed sola contentus, cum Apostolo, necessitate, omnia in pauperes erogabat; cum ipse durissima castigatione, carnem suam coaceret, & in servitutem redigeret, curam

S. Berchar. Abb. Mart.

Insigne miraculum.

Occiditur à Monacho.

Parricidamirè prodicetur.

Manfuetudo viri Santum redde.

Mortui etiam suos curant.

Victoria insignis.

Siccitas tollitur. Clar. 660.

S. Lullus Episcop.

Apost. Moguntinus.

Innumeros convertit.

Ob. 707.

Incorruptio longa.

S. Mummulenus Episc.

Vir Apostolicus.

Aulam Regiam convertit.

Duas Cathedras gubernat.

Reditus Episcopales quoniam convertat.

ram Episcopalem & onera minimè alijs crederet, verè omnium, & maximè pauperum & afflictorum se Patrem exhiberet, ulcerosa agrorum membrorum membra balneis foveret, & ut sua diligentissimè pertractaret & curaret. Obijt teste Buzelino Anno Christi 686. (alijs 691.) cum SS. Ecclesiæ Sacramentis munitus valedicensque populo, in ferventissimas gratiarum actiones manus & vocem cum mente attolleret, eligens in communi subdio extra urbem Cæmeterio, cum plebecula sibi credita sepeliri. *Ex vita & monim. Eccl. Noviam. & Tornacensis, Molano, Miræo, Buzelino, Tritheimio, Henrico Costero, Annal. nost. & t. 2. Sanct. Ord.*

S. Magnobodus Episcopus. Andegavis Natalis Sancti Magnobodi Episcopi & Confessoris. Ita nonnulli hac die: nos die ejus depositionis sive sepultura, sequenti prolixius.

S. Baldricus Regis filius. In Monte Falconis depositio Sancti Baldrici Abbatis & Confessoris. Baldricus, sive Baldericus, Sigeberti Austrasiorum Regis filius, Dagoberti nepos, Regium genus, præ Christi servitutis nobilitate inter abjectissima habuit, & cucillum præ purpura ambiens, rarissima vitæ sanctitate excelluit. Condidit bina Ordinis nostri Cænobia, Virginum alterum in honorem Virginum Virginis quam unicè dilexerat, in Vrbe Rhemeni (alijs Sancti Petri dictum) cui tororem suam Sanctam Bonam præfecit, alterum in monte Falconis, cui ipse præfuit, inde appellatum, quod cum locū aondendo cænobio quæreret, Falconem itineris Ducem habuisset. Mortuus est Rhemis, & ibidem conditus, verum à suis denique ad Montem Falconis translatus, ubi, cum ipsum in Ecclesia Sancti Germani condere pararent, corpus movere nullo modo poterunt, quoad ipsum in Sancti Laurentij, ubi dum viveret ipse locum elegerat, sepelire decernerent. In translatione cum Rhemenes vim pararent, & sacrum pignus Monachis eripere statuerent, divino miraculo prohibiti sunt. Anno Christi 854. cum è sepulchro levaretur, caput ipsius velut vivi hominis, tres roseas easque calidas sanguinis guttas destillavit. Circumlatis alias ejus Reliquijs campanæ nemine pulsante, sponte sonuerunt, uti etiam aliquando sponte sonantes, prædones perdidere & terruere. Siccitatibus aliquando tempore eadem cum Sancti Iovini pignoribus circumlatæ, pluvias quamprimum cælo deduxere, eo majore miraculo, quod pallia ipsa, quibus Reliquiæ tege-

bantur intacta prorsus ab aquis summa cū omnium admiratione conspicerentur. *Nominum mutatio in professione.* Sunt qui Baldricum ante professionem Dagobertum fuisse appellatum asserant, vetustissimo jam exemplo nominis etiam ipsius in conversione relictī: putentque à Grimoaldo post mortem patris in Scotiam relegatum, inde autem in Gallias reversum, Monasteria extruxisse. *Ex Hist. Rhem. Flodoar. Hugone Menardo, t. 2. Sanct. Ord. & c.*

In Anglia B. Balduini Archiepiscopi S. Baldrici Cantuariensis, Sanctis operibus, miræ eruditione & omni virtutum genere ornatisissimi. Balduinus cognomento Devoniensis, plebeis parentibus in civitate Oxoniensi natus, puerili ætate studijs liberalibus adhibitus, viros statim in litteris progressus fecit, Bartholomæi Oxoniensis Episcopi sumptibus liberaliter educatus. Juvenili ætate absolutis cum admiratione omnium studijs, literas publicè professus, summo omnium applausu auditus est. Doctrinæ magnitudinem rerum gerendarum prudentia, singulari eloquentia, morum etiam urbanitate & virtutum exemplis cumulavit. Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ renunciatus, ipsa honorum auspiciatissima principia Deo consecrans, cucillum amplexus in Fordensi cænobio, dignitates quibus dignissimus erat minimè effugit, verum abbas ibidem paulo post electus, inde ad Cathedraliam Wigornensem extractus, Cantuariensis demum Archiepiscopus, totiusque Angliæ Primas, & à Lucio Papa Legatus apostolicus renunciatus est. Meruit gravissimè de Anglia universa, Synodo inprimis apud West-Monasterium congregata. Pro recuperanda terra Sancta, & Saracenis strenuè laboravit, Principes ad sanctam expeditionem felicissimè impulit, ipse suis sumptibus quingentos milites aluit, & in Palestinam profectus, zelum suum ferventissimus multis argumentis prodens ac probans, multis vicissim miraculis à Numine commendatus est, in qua etiam sancta expeditione summo omnium Catholicorum mœrore in Syria obijt Anno Christi 1103. relictis plurimis præstantissimi ingenij monumentis.

In Hispania Sancti Bernardi Viquensis Episcopi, viri verè Apostolici. De quo prolixius agimus die 23. Octobr. inferius.

Duaci Beati Gordavij Eremitæ, qui & S. Gardiellus à nonnullis appellatur. Fuit hic

hic primus Aquiscinctini loci, ac dein Cænobii, incola & Auctor, ubi sua benedictione, uliginoso olim & insalubri admodum loco, miram gratiam conciliavit, & fontem lymphidissimum ac præstantissimum effecit. A morte autem, cum absque honore locus jaceret, Galtero de Montygny & Sigero de Los Dynastis opulentissimis apparens idem Gordonius, ut celeberrimum illud Cænobium Aquiscinctinum conderetur hortatus. Fundatoris juxta titulum meruit. Subjecerunt

se iidem Dynastæ sancto ipsius Magisterio, quibus deinceps, multi egregia sanctitate viri sese adjunxerunt, Gordonio facè omnibus admirabili vitæ sanctitate præferente, signisque innumeris locū illustrante. Ditavit Cænobium Varinus Thessalonicensis Archiepiscopus pretiosissimo S. S. Reliquiarum thesauro è Græcia allato, in gratiâ Roberti Junioris Flandriæ Comitis eaque inter annulo quo cælorum Augusta fuit S. Iosepho desponsata. *Mart. Gall. Car. Sauss, varii rer. Belg. Scriptore.*

XVI. CALND. NOVEMBR.

XVII. Octobris.

C.

S. Andreas Cretensis. Constantinopoli, Sancti Andree Cretensis Monachi, qui ob cultum sacram imaginum, sub Constantino Copronymo læpius verberatus, tandem amputato altero pede, reddidit spiritum. Ita Martyrologium Romanum & Benedictinum hac die. Fuit stupenda Andree Constantia, quâ rem arduam nimis ac periculosa aggressus, nihil territus tantâ Catholicorum strage, difficili suscepto itinere, crudelissimum Imperatorè sponte convenit, & pro sceleribus audenter redarguit, cultumque Sanctarum imaginum gloriosissimè asseruit & propugnavit. Quem blandimentis insuperabilem Tyrannus immanissimus, vestibus primò spoliatum, ac funibus extensum distentumque flagellis crudisque boum nervis fædissime lacerari præcepit. Rursumque promissis tentatum, sed in propugnanda veritate liberiolem, maxillis tunc fionelapidum confractis, carceri multos dies inclusum, ad acerbiora longè supplicia repetivit. Laniabant ejus carnes, fodiebant latera, scrutabantur ferro viscera carnifices, sed reconditum corde Fidei thesaurum suffurari non poterant. Cum Imperator acrioribus furoris stimulis agitat, prolata in Christi testem mortis sententia, pedibus revinctum, ad supplicii locum fædè raptari imperavit. Sic tracto laceratoque accurrens quidam dum securi arrepta atque impacta pedem amputat, generosissimus ejus animus corpore solutus, ad triumphos æternos evolavit. Projectum avibus ferisque corpus, intactum servatum est, interque alia postea sepultum cadavera, prodentibus duodecim energumenis, & terram manu fodientibus, prodigiosè que curatis, cælestem odoris fragrantiam spirans repertum est, & honorifice conditum, multis deinceps miraculis coruscavit. Passus est a. c. 761. *Ex Metaphrasse, Arnoldo Duac. & c.*

Ejus fervor & constantia. Andegavis, depositio Sancti Magnobodi Episcopi & Confessoris. Magnobodus, sive Magno-bonus (Gallicè *Main-bonus*) ex Abbate Colonetenfi, ad celebrè Andegavenfis Ecclesiæ Cathedram, unanimi & Regis & omnium consensu vocatus, insigni vitæ sanctitate non Dioecesim solum suam, sed Galliam, & Ecclesiam illustravit universam. Ejus Episcopatum, primo urbis ingressu, insigni prodigio DEVS illustravit: cum à captivis exortus, eisdem libertatem frustra ab Urbis præfecto efflagitaret, quippe, Ecclesiam suam ingressus, ut primum pro iisdem captivis Deo suo preces obtulit, ruptis prodigiose omnium compedibus, ac reseratis feris carcerum, soluti & gratulabundi omnes liberatori suo in eadem Ecclesia occurrere. Provinciam suam, dum Visitando, ut vocant, lustraret, ad villâ Quartiniacum (ut humili semper vestitu usus est) à pueris ludibrio habitus, defensu illico à Numine fuit, cum metuenda quædam pulverum procella, puerum præcæteris insolentior, per aera illico abreptum, ac diu à parentibus quæsitum, pessimè multatum, procul in densissimum quoddam senticetum abjecisset, quem semianimem ad se delatum vir DEI, manu apprehensum omnis injuriæ immemor, incolumen illico parentibus reddidit. Ad ripam fluminis delatus, fufis precibus, navem ab adverso littore, abique remige, ultro obviam, pro voto ad obsequium habuit, quam cum suis ingressus, simili miraculo, eo quo voluit, delatus est. Venenum sibi propinatum Divinitus cognovit, confciosque sceleris amice habuit, & mansuetè

S. Magnobodus Episcopus. *S. Magnobodus Episcopus.*

Crudelissime caditur. *Principium Episcopatus miraculo insigne.*

Tormenta ingentia. *Carcetes mire soluti.*

Interficiuntur. *Petulantia pueri correctæ.*

Corpus mirè proditur. *Puerum sanat.*

fuetè ac modeste corripuit. In pauperes profusus, liberalissimum Numen non sine miraculo expert^o, numiorum etiam, quos erogaverat, numero, miraculose duplicato. Decessit ex hac lachrymarum valle A. C. 668. in sui nominis Basilica conditus & honoratus. Ex Vita t. 2. Sanct. Ord. Anto. Cl. Roberto, Ioan. Chenu &c.

Mors A.C. 668.

S. Gilbertus Magnus Abb.

In Gallia depositio B. Gilberti cognomento Magni, VIII. abbatu Cistercij, eruditione & sanctitate præstantissimi. Gilbertus sive Gilibertus natione Anglus, Monachus & Abbas Reformatissimi Ordinis nostri Archisterij Cisterciensis, ea eruditionis fama & prærogativa claruit, ut ab eruditissimis sui & posterorum sæculorū Do-

Vnde Magni nomen.

ctoribus Magni & Theologi titulis honoraretur. De eo, sic scribit Pitseus: Gilbertus & c. Vir acuti ingenij, solidi iudicij, tenacis memorix. Quibus fretus adminiculis, ad eminentè planè pervenit eruditionè. Poeta non contemnendus, Rhetor, eloquio clarus, stylo nitidus, sermone gravis, Philosophus etiam subtilis & sublimis, Historicus insignis, in concionibus celebris, in quib⁹ S. Gregorij M. & Bernardi fuit diligens imitator. Theologus deniq; p̄fundus & solidus, Postquam Anglicas Academias frequentasset, Gallicas etiā in visit, maximè Parisiensem & Tholosanā, in quib⁹ studuit, disputavit, prælegit, scripsit, Bibliothecas perlustravit, selectiores omnis generis libros pervolvit, notatu digniora diligenter ubiq; tanquā flores decerpit, in ordinem redegit, & ex ijs plurima ad omnis posteritatis utilitatem edidit: Comentariorum in diversos sacræ scripturæ textus, libris pluribus; In Psalterium librum unum; Distinctionum Theologicarū librum unum; de naturis rerum, librum unū, &c. quæ enarrat Pitseus. Sed longè illustrius, quod Pitseus præterijt, diligenter adnotavit in Phœnicæ Doctorum Angliæ Henriquezjus: Occulti meritorum thesauri, inquit, qui soli DEO notus est, æstimatio omnib⁹ maximè innotescit, ex stupendis crebrisq; miraculis, ab ipso tam in humanis agente, quā inter cælestes triumphali jam redimito corona, feliciter gaudete patratis, &c. Mortuus est An. C. 1165. Tholosæ, ibidemque sepultus, in magna veneratione habitus. Ex Menolog. Henriq. Phœnicæ Doct. Angl. Pitseo, VVione, Manriq. t. 2. Sanct. &c. quem alij Anno Ch. 1280. decessisse sibi falso persuadent.

Insignis eruditio.

Scripta eius

Miraculis clarus.

Ob. 1165.

S. Austrudis Princeps

Lauduno-Clavato natalis S. & Illustrissimæ Austrudis Virginis & Abbatissæ, quæ ab ipsis infantia rudimentis, mira Dei gra-

tia prædita, etiam Virtutibus & miraculis gloriosa migravit ad Christum. Fuit, Austrudis filia Beatorum Blaudini & Salabergæ Principum, à quibus sanctè educata, cum germanis fratribus & sororib⁹ omnibus, gratissima oblatione Deo consecrata, post sorores BB. Saretrudem & Ebanem, Laudunensis Cœnobij Abbatissa effecta, admirabili vitæ excelluit sanctitate. Ex vita t. 2. Sanct. Ord. Molano, Arnoldo, Menardo, &c.

Abbatissa.

In Monasterio Casinensi Venerabilis Alberici S. R. E. Cardinalis, ejusdem cœnobij Monachi, gravissimis meritis præstâtissimi. Albericus, in sacratissimo Ordinis nostri Archisterio Casinate Monachū profess⁹, tristi ac luctuoso Christianæ Reipubl. tempore, virtutè suam maximè exercuit, æternoque cum suo, tum cœnobij sui atq; Ordinis universi ornamento, Romanæ Ecclesiæ suam operam probavit. Cum enim Berengarius Andegavensis Ecclesiæ Diaconus linguam & calamū, in Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum impiè dementerq; exacuisset, & sæpè admonitus delirare pergeret, Nicolaus II. Põnt. max. coacto Romæ sacrorum Antistitum conventu, ipsū ad dicendam causam evocavit. Comparuit scelestus, & ut erat in dicendo promptus ac copiosus, ita erroris sui impietatem palam tuebatur, ut orationis calliditate, velut præstigijs, auditorib⁹ imponens, venerandi cõsensus Præsules, in summas angustias adduceret. Albericum proin, singulari sapientiæ fama celebrem Casino Romam Pontifex subito accersivit, qui cum audacissimo hoste congressus, ita feliciter in oculis omnium confligit, ut non modo nefarij dogmatis impietatem stravisse, verum ipsimet etiā adversario linguam præcidisse videretur. Cardinalium postea accèl⁹ numero, sacram purpuram mirificè exornavit, & de Ecclesia mereri non desuit: Pari siquidem magnanimitate cum ipso etiam Cæsare pro S. Matre Ecclesia dimicare ausus, Henrici IV. Imp. nequitiam libro insigni prodidit, mirè convicit, & triumphavit, Romaniq; Pontificis auctoritatem, & liberam electionem dignissimè asseruit. Ut autem erat Beatiss. Matri admirabili additissimus pulcherrimum de ejusdem Virginitate librum composuit, ac plura alia divini ingenij monumenta reliquit. Claruit A. C. 1060. & 1070. Ex Marco Ant. Scipione familiarum nost. Leone Ostiense, Petro Diac. Iepes, Trithem. Arnold. &c.

V. Albericus S. R. E. Card.

Errores Berengarii.

Alberici fama.

Triumphat de Bereng.

Cõtra Imp. dimicat.

Clar. 1060

B. Lucia Reclusa.

In Hispaniis transit⁹ B. Lucie reclusæ. Hæc

Captiva.

Deipara obstetricatur.

Mira gratia.

Transferatur.

S. Ildephonsi Comm.

Visio mira.

Deipara favor.

Hæc nobilissimo orta genere, cum adolevisset, S. Dominici instructa prædicatione, Psalterium Marianum utiliter addidit, cujus deinde fructus, omni alio destituta solatio, mirificè experta, incõparabiles cum à DEIPARA, tum à Christo ipso favores percepit. Nupta siquidè postea cuidā militi cruce signato, ipsumq; ad omnia comitata pericula, pregnās à Turcis intercepta, pecorū curæ ab his addicta, appropinquante partus hora, ipsa Nativitatis Christi solennitate, media nocte, inexperta partus, obstetricante & juvante ipsamet cœlorum Regina, puerum enixa est, quæ admirabili dignatione ipse Virginis filius Christus Dominus, sacro baptismo expians, Marianum appellavit. Nec satis: Festo Purificationis præsentatur mirabiliter in templo Lucia, & admiranda sane gratia, tempore communionis sub Missa comunicat de manu Christi prima, post quam DEIPARA, alijque deinceps cælestes sacro similiter pane refici visi sunt; fuitque grandi prodigio Lucia è Turcia trāsata Com-

postellam. Sanctissimo deinde Reclusorum, cum filio suo se devovens instituto, & tantæ Tutelari suæ in Psalterio sevensimè serviens multis clara revelationibus, sancto sine requievit, ab ipsamet cœlorum Augusta ad æterna deducta Palatia sub A. C. 1240. circ. Ex B. Adamo de Rupe, Coppensteinio, Tenre, &c.

In Hispania, Ven. Patris Chrysofostomi Conceptione Monachi Vallis Ecclesiarū, viri omnium scientiarū doctrina instructi, humilitate & patientia probatissimi, qui post longos & multos labores fortiter in ordine exantatos, cum aliquando Horas Canonicas legeret, & ad eum versiculum perveniret: Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, se eam infra mentem obtenturum, voce è cœlo lapsa aperte & distinctè audire meruit; & infra terminum prædictum, obdormiens in Domino, in ejus hæreditatem introductus est. Claruit nostra ætate. Chrysofostom. Henriq. Menol. Cisterc. &c.

V. P. Chrysofostomus.

Vox de cælo ad ipsum lapsa.

XV. CALND. NOVEMBR.

XVIII. Octobris.

D.

COMMEMORATIO insignis solemnitatis & gratiæ, quæ Sanctiss. Ildephonsi noster, è Monacho Agaliensi Toletanus Archiepiscopus, ab Augustissima Cælitum Imperatrice hac die honoratus, casula cœlesti prodigiosi candoris, ratissimo & dignissimo munere donatus est. Ad preces siquidem Matutinas de nocte, ex more, descendenti in Ecclesiam, comitibus ejus nimio fulgore territis, & retrocedentibus, visa DEIPARA, prope arā majorem in folio Pontificali residere, insigni Sanctarum Virginum cœlitum comitatu stipata. Ad quam cum intrepidus ipse p̄grederetur, eamque adoraret, hilari ipsa vultu ac voce, deprompto munere, sicillum est alloquuta: Propera, in occursum serve DEI charissime, accipe munusculum de manu mea, quod de thesauro filii mei tibi attuli. Sic enim tibi opus est, ut benedictione tegminis, quæ tibi data est, in meo tantum servitio utaris. Et quia oculos Fidei fixos, in meo servitio tenens permansisti, & laudem meam diffusa in labiis tuis gratia, dulciter in cordibus fidelium depinxisti: & vestimentis Ecclesiæ jam in hac vita ornatus eris, & in futuro, in promptuariis vestis nivea meis, cum aliis servis Filii mei lataberis. Quibus dictis, relicta miri candoris veste, in

cœlos remeavit. Porro de veste illa, ait Beatus Iulianus noster, Toletanus & ipse Archiepiscopus: Vestis autem, quam detulerat DEI Mater, servatur in Toletana Ecclesia, miræ subtilitatis mirique candoris. Tum & Cathedram Episcopalem, in qua dignata est residere DEI Mater, nullus postea sedere præsumpsit Episcopus, nisi Sigebertus, qui statim sedem ipsam perdens, exilio relegatus est. Ita Iulianus. Agunt prolixè de Ildephonso Caietan. noster, Iepes, Ant. de Balinghen, & diversarum Hisp. script. &c.

Sedes Episcopalis.

Hamburgi, Sancti Bennonis Episcopi & Confessoris. Benno sive Benedictus in Monasterio nostro Hamburgensi Monasticen professus, cum doctrina & sanctitate, nulli suo tempore secundus existeret, Regimberto Episcopo defuncto ad VVādalos convertendos missus & Episcopus consecratus, in Apostolici muneris functione egregiā S. Romanæ Ecclesiæ operam navavit, Dæmonum apud barbaros cultum sustulit, & Christianam Religionē plurimis in locis plantavit ac propagavit, eo quidem successu, ut Quintus VVandalorū Apostolus, vocari meruerit. Obijt post maximos labores, æterni meriti manipulis

S. Benno Episcopus.

Idolatriæ profligat.

Quintus Apostolus

Vandalia 1190.

lisditissimus A.C.1190. Ex Sax. Crantzii, Annal.nost. Germ. & Bened. Aquila Imp. Benedict. & t. 2. Sanct. &c.

S. Monon Mon. & Mart.

Leodij passio S. Mononis Monachi & Martyris. Hic est fertilissima illa Monachorum Sanctorum Insula Scotia Angelico ductu in Belgium delatus, ad Arduennam substitit, & condita illic cellula vitam plane Angelicam in terris duxit; cumq; Domino gratissimam hostiam seipsum quotidie immolaret, plurimosque Sancto exemplo accenderet, illustrem vitam cursum, sine illustrissimo coronavit, sui que sanguinis purpura locum & provinciam universam nobilitans & impinguans, premia æternitatis meruit, sub An. Ch. 640. Io. Anna. Molan. Arn. Duac. Hugo Menard. Annal. Germ. &c.

Ab Angelo ducitur.

Passus est A. 640. circ.

S. Theobaldus princeps

In Gallia, Monasterio Claræ vallis, B. Theobaldi, cognomento Pij Campaniæ Comitis, admirabili vitæ sanctitate conspicui. Theobaldus Campaniæ Comes Principum Galliæ spectatissimus, potētissimus, & à Rege II. sub purpura etiā nū & gemarum integumento Monachi animum gessit, & omnes partes explevit, ad eo quidē feliciter, ut non in palatinos solū suos, & provinciæ amplissimæ subditos, sed & in ipsam etiam militiam, & raro exemplo in milites ejus, pietas illa, pietatisq; nomen tam illustre se se diffunderet, ijq; Monachi & Conuersi à Regijs, ob eximia modestiæ, pietatis, & patientiæ exempla appellarentur. Opibus autem amplissimis bene usus Theobaldus, Basilicas & Monasteria plurima exstruens, alia liberalissimè locu pletans & restaurans, Deo qui omnia tribuebat, omnia retribuit, in pauperū in primis, charissimorū membrorū ejus cura, sitim & famam ejus amantissimè refocillans: Erat, inquit Beat. Vincentius, Theobaldus Comes, Pater orphanorum, & iudex viduarum, oculus cæcorum, ac pes claudorum, singulariter munificus in pauperibus sustentandis, in extruendis Monasteriis, & erga religiosos quosq; largitate incomparabilis. Approbavit serui tam diligētis studia insigni benevolentię argumento bonum Numē, & se in pauperib; suis colit, memorabili in primis exemplo, pdidit. Frequens optimo Principierat ad leproforū tuguria divertere, alloquio, & manu sua illos dignari, & quibus egerent ipse exquirere, ipse impedere, affabilitate sua & liberalitate omnes undiq; pelliciens, ut quidam in conspectu palatii ejus tuguriolū sibi struere nō vereretur, quo liberius Principis tam amici amicitia frueretur. Nec impediri potuit

Monach. in purpura.

O militiam insignem.

Pater pauperum.

Elogium dignum.

Ad leprofos divertit.

Theobaldus, quomin⁹ quotiescunq; tractandum erat, ad leprosum ingressus, familiarius saluaret, & ut Christo suo, indignantibus subinde palatinis, obsequium impenderet. Evenit, ut per absentiam ejus moreretur & sepeliretur leprosus, ignorate Comite, & nihil minus metuente. Reversus proin, & ex more equo descendēs, ut amicū saluaret, oportet me, inquit, visitare patrē meum, intransq; nō leprosum, sed in leprosi forma & habitu, contemplatus est Dominū. Cui cum consueta opera misericordie impendisset, tanto devotius, quanto inspirabatur a visitato fortius (verba B. Cæsarii sunt) hilaris exiit. Cūq; suis dixisset: gaudeo me videre leprosum meum, responderunt ei quidam: Domine sciatis eum pro certo dudum esse defunctum, & in tali loco sepultum. Quod ubi comperit Princeps piissimus, exultavit in spiritu, eo quod videre, ei que ministrare meruerit presentialiter, quæ multo tempore in suis membris veneratus est. Ita Cæsarius. Tota vita ipsius sanctis operibus plena fuit. Sed cum jam ad senectutem perveniret, se totum Deo devovens, cucullum amplexus, in Claravallis Monasterio sanctissimè vixit. Orationi ita deditus erat, ut sæpe noctes intergras flexis genibus oratio confameret: & quasi extra se factus immobilis persisterat, quousque vi & splendore solis, à dulci illo contemplationis somno excitaretur. Abiectis officijs & exercitijs delectabatur Religiosis humiliter & devotè interviebat, eosq; tanquam Patres & Dominos venerabatur. Præcognovit divina revelatione transitus sui horā, perceptisq; ritè SS. Ecclesiæ Sacramentis, sancto fine decessit, ex Gallorū (ut Picardus memorat) nunquam abiturus memoria A.C. 1156. cujus gloriā multis miraculis & revelationibus fuit ostenta. Bern. Brito Cæsarius, Ioan. Picardus, Ioan. Frasquet. Vincent. Contin. Segeberti, Henric. &c.

Familiaris leproso.

Patrē suum appellat.

Christum in leprosi forma colit.

Fit Monachus.

Orationis studium.

Mortis horam præcognovit.

Ob. 1156.

S. Chagnoaldus Episcopus.

Fuit Archiepiscopus.

irrueret, eam ipse verbo comperceret, & ad nutum obsequentem haberet. In Episcopatu autem conjunctam ovina & columbinæ simplicitati, serpentis prudentiam multis exemplis demonstravit, zelum suum ferventissimum lapsissimè prodidit, & Ecclesiam suam gravissimis meritis plurimum demeruit, atque rara in primis vitæ sanctitate æternum exornavit. Claruit A.C. 630. Ex monim. Luxov. Andrea Bamberg. & diversis Gall. rer. script. &c.

Clar. 630.

B. Guichard. Mon.

In Claravalle Beati Guichardi Monachi, qui sub Magisterio B. Roberti de Brugis, viam angustam & arctam, quæ ducit ad vitam sequutus, numeros omnes perfectionis Monasticæ explevit, & incorrupto bonæ conversationis odore, ac sanctarum virtutum venustate decorus, non solum Claravallensem solitudinem, verum etiam universum Ordinem Cisterciensem illustravit. Cumque consummatus in brevi expleisset tempora multa, curtum vitam sanctissimè transacto, laborum suorum coronā recepturus sine sancto quievit: cujus futura gloria mirabili visione Beato Roberto Abbati ostensa fuit; cum duo elegantissimi juvenes eidem apparent, qui diversissimi generis floribus, rosis, liliis, violisque cælestibus pavementū Ecclesiæ respergebant, cum in extremis Guichardus decumberet: quoniam, inquit, modo jam, in Choro isto celebrabitur nova cujusdam novi Sancti festivas, de cujus

Encomium ejus.

Visio Abbat.

Festivitas nova.

solemnitate gaudebunt Angeli, & Hymnus Domino cantabitur in Syon. Barn. de Montalbo, Angel. Manrique, Chrysofomus Henricquez. tom. 2. Sanctorum Ordinis, &c.

Deipara salutat Sanct. Bern.

In Belgio Comemoratio Beatissimæ Matris Virginis Mariæ Mellifluum Doctorem nostrum Bernardum salutantis. Cum enim ille in celeberrimo Ordinis nostri Monasterio Affligemiensi, in Monachis, ad strictiorem Sanctissimæ Regulæ observantiam pertrahendis multum laboraret, & multo undique ad famā tantiviri, populo confluyente, post verba ad eum facta, Deiparæ lapideam quandam imaginem pertransiret, non potuit, quin abrept⁹ illico dulcissimæ Matris dilectione, non in cordis solum sed & oris familiarē illico vocem, in genua proruens, erumperet, & mira affectus parturitione Angeli voces, Ave Maria depromeret. Respondit illico, præsentē Monachorum & populi cætu diserte ac distincte imago: Salve Bernarde. Quæ deinceps imago summa in veneratione est habita, & ob pacem eodem tempore quo Bernardum suum salutaverat, non sine miraculo obtentam, Beatæ Mariæ Pacis imago est appellata. Ex monumentis ejusd. Canobii, Memol. Cist. Henric. &c.

Lapidea imago loquitur.

Favor spectatissimus.

Imago Pacis.

S. Aleydis translatio.

Eodem die Translatio Beatæ Aleydis, Matris ejusdem Melliflui Doctoris, in Monasterio Sancti Benigni ad Claramvallem, facta A.C. 1250. Memol. cit. &c.

DECIMO QVARTO CAL. NOVEMBR.

XIX. Octobris.

E.

SS. Ethbinus & Vinvalocus.

IN Hibernia Sanctorum Ethbini & Winwaloci Abbatum. Fuit uterque, mira sanctitate & insolenti vitæ rigore spectatissimus. Inter res gestas eorundem, illud in primis memoria dignissimum celebratur; quo stupendam sane & animi demissionem, & ferventissimam qua flagrantissimi erant, in proximos charitatem, manifestissimo argumento prodidit: cum projecti in via, leprosi cujusdam, vulneribus sive ulceribus latentissimi, loca affecta manibus molliter pertrectare & amantissimè fovere; quin &, petente, eodem (quod omnis alia extersio, quæ lana seu lino fieret intolerabilis sibi esset) defluentium narium saniem (quod munus Winwalocus sibi assumpserat) lingua lambere, & quam poterat molliter obire & fugere, minimè exhorruerunt. Res mira! Decidit è naribus leprosi in

Winwaloci tam beneficium os & linguā, præstium inæstimabilis pretij cælestis gemma, visique Ethbino Angeli cælo descendere, & Christo, qui leprosus videbatur, occurrere, cum his verbis tam benevolis, ab eorū sese conspectibus subducenti: Non vos puduit mei in angustiis meis, nec me vestri pudebit in Regno meo. Hereditas vestra apud meo. Ut satis appareat, quantum promissione hac Sanctis tam illustribus concessum speciali privilegio, qui tantum ipsi meruerant, etiam pro aliis impetrare, si ipsorum suffragia, multo hodie quam olim promptiora, à fidelibus ritè invocentur. Ethbinus, Francis Britanniam vastantibus Winwaloco superstes, in Hiberniam secessit, & viginti ibidem annis supervixit. Rogatus à muliere ut filium ejus paralyticum curaret, peccatorem se esse

Christi promissio.

Ethbinus in Hiberniam secedit.

Ppp esse

Charitas mira.

stupendares!

Paraliticum sanat. esse affirmans, ut sepulchrum potius Sanctæ Brigittæ visitaret suasit. Atilia: *O pater, jam eum, inquit, illuc portavi, sed nocte quadam audivi vocem quandam dicentem mihi, ut te accederem.* Convictus proin oraculo, fufis precibus puerum restituit, multisque aliis ibidem miraculis coruscavit. Fuit abftinentiæ tantæ, ut hebdomadem totam jejunans, non nisi quinta feria, pane & aqua corpus reficeret; vino autem nisi in Miſſæ Sacrificio penitus ſibi interdiceret. Monachum in Tauracenſi primum Cænobio profeſſus, Noctenſis dein Monafterij Abbatem egit; ubi octuageſimo tertio ætatis anno, obitum ſuum præcognofcens & Fratribus prædicens, ante altare ſpiritum DEO reddidit 14. Cal. Novemb. ſub A. Ch. 590. *Ex diverſis rer. Anglic. & Hibern. ſcript. Annal. noſt. &c. Vinc. Beluac. S. Antonin. Florent. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Rigor vite. Oxonii in Anglia Sanctæ Fredeſwindæ Virginis. Frideſwinda ſive Frideswida Illuſtriſſimo orta genere, Didani Ducis filia, à Virginum Sponſo præcipuè adamata, & ab omni pollutione corporis prodigioſè ſervata eſt. Eam Algarus Princeps, Virginis regia forma captus, cum ſummis votis conjugem ſibi exambiret; illa ab alio pridem ſe amatore præventam affirmavit; nec ſui juris eſſe, neque decere ut cogitationes ſuas in tam humiles terreſtris ſponſi nuptias abjiciat, quæ ex immenſo illuſtrioribus, Regum ſcilicet Regi Chriſto ſit depacta. Cum autem impatientia denique amoris Algarus etiã vim pararet, jamque furibundus Oxonienſe oppidum invaſiſſet, protegente atque propugnante ſponſam ſuam Virginum ſponſo, miſer Princeps oculis repente captus eſt, ut jam ſupplex ejus ſuffragia apud Numen imploraret, cui paulo ante injuriam paraverat. Cujus proin miſeriam ac confuſionem miſerata Virgo, iratum juveni Deum precibus flexit, & ut lumen oculorum reciperet impetravit, adeo deinceps territis eo exemplo Anglorum Regibus, ut ex eo tempore, ad uſque Henrici II. imperium, injecto neſcio quo honore, nemo illorum eam Urbem ingredi præſumeret. Frideſwida autem cucullû quamprimum amplexa, in ejusdem oppidi Virginum Cænobio ſeſe incluſit, ubi tanta vitæ ſanctitate excelluit, ut Sanctorum à morte albo adſcribi & toto impoſterum orbe celebrari mereretur. Claruit Ann. Chriſti 730. *Ex*

Hiſt. Angl. Polyd. Virg. Chorograph. Britanni. Nic. Harpſf. Baronio, Molano, Annal. noſt. &c. &c.

In pago Bituricenſi, Sancti Deſiderij s. Deſiderius Monachi & Confefſoris. Deſiderius ex Abbas. caſtro Blavio oriundus, à puero Dei cultui addictus, & litteris probe excultus fuit. Audita autem Sancti Sigiranni Abbatis fama, ad ipſum contendens, ejus aſſuſus pedibus, in Monachorum ſacrum Collegium adſcribi exambiit. Adſcriptus, inter Longoretenſes Monachos, præcipuus in omni virtutum genere omnibus antecelluit, & ad Presbyteratus evectus dignitatem, condito à ſe altero Bituricenſis territorii Cænobio præfectus, non ſolum verbo, verum multo maximè exemplo ſuis præluxit, & ſemitas juſtitie rectas demonſtravit; nihilque de priore vitæ ſuæ rigore remittens, ſeparata ſeſe cellula, velut ſepulchro recluſit. Vbi cum cacodæmon, ingentis & craſſiſſimi tauri formæ virum Dei perturbare conaretur, ſigno crucis eluſus, illico evanuit. Claruit inſigni miraculorum gloria, paucis que ante obitum diebus, Sanctis Ioanne Baptiſta & Paulo Apoſtolo, rutilantem cæleſtibus margaritis coronam præſequentibus, & ipſi reſervatam oſtendentibus, ad feliciffimam æternitatem evocatus; imminente ſuprema hora, ſuos ad mutuam Charitatem, & acuratiorem SS. Regulæ obſervantiam exhortatus, X. Cal. Novembris feliciffimè deceſſit, plurimis à morte miraculis glorificatus. Claruit ſub Dagoberto, Clodovæo II. & filiis. *Ex monim. Monach. S. Sigiranni Hug. Menardo, to. 2. Sanct. &c.*

Eodem die S. Amabilis Abbatis Arvernienſis. Hic natus in vico Ricomagenſi, verè Deo & hominibus amabilis, Clericus primum, exin Monachus & Abbas, tantus in vita effulſit, ut à morte ſingularis Arvernorum Tutelaris eligi meruerit. Romam ad tepulchra Apoſtolorum viſitanda profectus, inſigni miraculo à Deo proditus eſt, cum pallium & Chyrothecas ejus, fulcri ſeu perticæ inſtar ſolis radius exciperet ac ſuſtinetaret. Prædixit divina edoctus revelatione obitum ſuum, & complorantibus diſcipulis, ſacris munitus, in cinere poſitus & cilicio, exultans ipſe ſanctam efflavit animam ſub A. C. 570. graviffimorum poſtea miraculorum virtute coruſcus, quartanæ maximè febris depulſione, & eo inprimis, ſi cui ſerpens in os ingreſſus ſit, ubi quis primum

Obiit ſub A. C. 590.

S. Fredeſwinda.

Regias nuptias averſatur.

Amator repente ſit cæcus.

Prodigioſè curatur.

Frideſwida ſit Monialis.

Claruit 730

Canobium condit.

Dæmonem proſtigat.

Ad coronam vocatur.

Miraculis claret.

S. Amabilis Abbas.

Patronus Arvernorum.

Solis radius ei miniſter.

Obiit ſub A. C. 570.

V. Bruno Com. Querf.

Cognatio Illuſtriſſima.

A filio Martyre cucullû induere jubetur.

Clar. A. C. 1000.

B. Amedeus Mon.

Donum lachrymarum.

B. Elifabeth V.

primum ad monumentum ſe ejus receperit, ſerpentē quidem illico egredi velle, prius tamen non poſſe, quam extra fines Eccleſiæ homo educatur, ne nimirum locus facer vomitu contaminetur. *Gregor. Turon. & incertus de vita, Menard. Annal. Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Saxonia deſcriptio Venerabilis viri Brunonis Comitum Querfurdienſis, Monachi & Confefſoris. Bruno, cognomento Senior, Illuſtriſſimo Saxonie Principum natus ſanguine, Comes de Querfurt, pati nobilitate conjugem duxit Idā Principem Religioſiſſimam, ex qua ſanctiſſimū illum Pruſſorum Apoſtolum, ſibi cognominem Brunonem genuit. Fuit in omni vita glorioſiſſimus, cognatione Cæſarum, maximorumque orbis Principum ſpectatiſſimus. Cæterum Brunonis filij tam digna forte & ipſe beatus, à quo Martyrij laureola jam donato, ſenio ipſe & ægritudine confectus, viſione prodigiola recreatus, & Monachicæ vitæ deſiderio ſuccenſus, ejuſdem jam cælitis filij viſioni obtemperans cucullum induit, in eo que ſanctis operibus, & humilitatis maximè ſtudiis ſeſe exercens ſecurè mortem expectavit. Quod ipſum de Vocatione ſua Dithmarus conſanguineus ſuus enarravit; eodemque teſte hac ipſa die in pace quievit. *Ex Dithmaro, Annal. noſt. Germ. & Aquila Bened. t. 2. Sanct. &c.*

In Gallia Beati Amedei Dynaſtæ de Alba-Ripa, genere & Virtute illuſtris, qui natu jam grandis ſæculi pulveres ab animo excutiens, Monachicam vitam in Cænobio Bonæ-vallis arripuit, & ad Presbyteratus honorem evectus, nullo unquam die, niſi gravi impeditus infirmitate ſacris operari prætermiſit, à ſingulari erga ſacra Myſteria devotione, ſub quibus lachrymis totus deſtuebatur, commendatus. Ejus ope plurimi infirmi prodigioſè curati ſunt. Qui tandem poſt longas vigilias & labores, hujus ſæculi calamitatibus ſolutus, liber ad Beatorum ſpirituum arcem conſcendit. *Ex Menol. Henriq. Ang. Manriq. Barn. Montalbo, &c.*


Apud Villam Herchenrodensem Beate Elifabethæ de Spalbecke. Fuit Elifabeth Monialis lectiſſima, rariſſimum ſui ſæculi miraculum. Meruit ſiquidem, quod magnus ille Seraphici Ordinis Inſtitutor Franciſcus, pari benevolentia Di-

vinæ munere ſacris Ieſu Chriſti Domini noſtri ſtigmatibus, in manibus, latere & ſacris ſtigmatibus, prodigioſiſſimè inſigniri. Quæ gmatibus inſignita. quidem ſtigmata illis Chriſti ſic erant ſignata. milia, ut manuum & pedum rotunda, tanquam clavorum vulnera; lateris vero oblongum, quaſi lanceæ vulnus videntur: ex quibus vulneribus frequenter, & maxime feriis textis, ſanguinis irriguum profluebat. Inſuper hæc eadem Virgo, ſeptem horarariſſimo juxta Numinis beneficio, ſeptem horis quotidie, in Matutino ſcilicet, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperis & Completorio, mirabili modo, re præſentationem doloroſæ Chriſti Paſſionis oſtendebat: videlicet quando captus fuit, & diſtractus ab impiorum manibus, atque crudeliſſime pertractus. Illud tamen non prætermittendum, quod tam hac quam aliis horis, antequam ſurgeret, rapiabatur, & in eodem ſtatu non modico ſpatio, ut imago quaedam lapidis aut ligni, ſine ſenſu aut motu ac flatu tota rigida perfeverabat. Poſt quem raptum quaſi ad ſe reverſa ſurgebat & exhibat de loco velociter, & incedebat per cameram ſuam mirabili compoſito gradu, Angelica ut creditur manu ducta. Tanta enim à puerilibus annis dum adhuc quinquennis vel circiter eſſet imbecillitate membrorum tenebatur, ut nec inſtante imo extante domus incendio, ſine alieno adminiculo inde exire poſſet. Claruit admirabile hoc Paſſionis Dominicæ monumentum An. Ch. 1304. cujus vitam, quæ omnem humanam virtutem ſuperare viſa eſt, multi magnæ auctoritatis viri litteris conſignarunt. *Ex Ven. Ludovico Bloſio, Arnolde de Raiſſe, Philippo Clarwall. Franc. de Birvar. Ioann. Gillemann. Annal. noſt. to. 2. Sanct. Ord. &c.*

Duaci translatio Sancti Amati Episcopi & Confefſoris, facta per B. Bainum Morinorum Episcopum, monito divinitus Sancto Mauronto noſtro, ut ſacrum ejus corpus, in Eccleſiam Deiparæ honori à ſe conditam transferret. *Molan. Menard. Arn. &c.*

In territorio Epternacenſi translatio S. Willibrordi Episcopi viri Apoſtolicus; de qua hac die *Molanus in Addit. & cit.*

☩ (O) ☩



XX. Octobris.

E.

S. Sindulph. Mon. **Mon.** **Eremiticam sectatur.** **Clar. 600.** **S. Irenes Virgo Mart.** **Constantia ejus.** **Castitas ejus variè tentata.** **Martyrio coronatur.** **Ab Angelis sepelitur.** **Scarabii patrona.**

IN pago Rhemensis, Sancti Sindulphi Confessoris. Is Gallus natione, professione Monachus, sanctissimi illius & celeberrimi Abbatis Basoli discipulus, adeo se omnibus probavit, ut pro eximiis suis dotibus, ad Presbyteratus gradum & honorem eveheretur. Eremiticam denique Contemplationis terventissimo studio vitam lectatus, in ea multis annis assiduo vitæ rigore, quotidianam se Numini victimam immolavit, & incredibili rigore corpus atterens, plenè spiritui subdidit, magnisque relucens virtutibus, miraculorum etiam gloria à Deo celebrari meruit. Floruit Ann. Ch. 600. *Aleman. Altvillar. Mon. in Vita Trithem. Sigebertus, Molan. &c.*

In Lusitania, passio Sanctæ Irenes Virginis & Martyris. Irenes, nobiles in Lusitania parentes, Hermigum & Eugeniã habuit. Ordinem Sanctissimi Patris nostri in Cænobio Virginum, prope Nabanum fluvium professa, à Selio avunculo Sanctæ Mariæ Abbate, Remigio Monacho cuidam perfectioris ut videbatur notæ commendata, & instruenda concredita, inflammante hunc malo genio, ad libidinem verbis ejus provocata, mira constantia eidem restitit, & propositi tam sancti comonefactum ab infania revocare frustra conata, victoriam tamen de impudentissimo homine retulit. Exambivit pari scelere Christi lectissimam sponsam Brithaldus juvenis nobilis, paravitque infidias & nervos omnes intendit, ut eam in Cænobio abstraheret; cum repulsæ impatiens procius prior Remigius, innocentissimæ potionem medicam propinavit, qua velut prægnans intumuit, Brithaldo quamprimum, ceu alij, quam sibi magis propensam, militis cujusdam opera, necem Virgini intentante, & paulo post inferente. Corpus ejus in profluentem abjectum, ductu Angelico, Ozezerum fluvium, ex illo in Tagum receptum, sepulchro ab Angelis ipsis dignè apparato, reconditum est. Ejus mortem, cum Selio Abbati Deus revelasset, ad locum sepulturæ is illico advolans, frustra conatus est sacrum corpus transferre, cum nulla quantavis maxima vi adhibita loco dimovere posset, DEO nimirum ipsum, preciosissimum illum thesaurum, Vrbi Scarabii mirabiliter decernente, & do-

nante, eo insuper majore, ut rariore, miraculo; cum recurrente gloriosissimæ Martyris festivissimo Natali, annis singulis, Tagi fluminis aquæ, in modum fornicis curvate, prodigiosissima in oculis tot millium mortalium cessione, iter populo & peregrinis undique confluentibus, liberum præberent. Extra ordinem illud, cum Sancta Elisabetha Lusitanæ Reginæ, Religionis ergo, eo delata, ferventiore colenda Irenes desiderio flagraret ipsoque in littore fixis genibus, lachrymosa precum suspiria funditaret; quando, ecce tibi, aperto iterum de repente alveo, assurgentibus hac illacque turritis aquarum culminibus, grande illud Virginitatis depositum eidem revelatur. Arenam proin fluminis ingressa Elizabeth, Deo & Irene gratias egit, vernantemque adhuc corporis illius sacri flosculum aspiciens, milliesque exotculata, exacto penitus die, vix tandem avelli potuit; quam regredientem mox à tergo fluvius consequutus, ubi in ripam illa evasit, ipse alveu denuo implevit, & solitum cursum tenuit. Claruit Irenes Christi anno 653. *Ex Anacephal. Reg. Lusit. Ant. de Vasconcellos, Ant. de Yebes, t. 2. Sanct. Ord. & Annal. nost. Bened.*

Salisburgi in Bavaria depositio S. Vitalis Episcopi & Confessoris. Vitalis, Sancti Ruperti nostri, Bojorum Apostoli lectissimus discipulus, tanti ab illo factus est, ut vivens etiamnum, & in Abbacia Sancti Petri, & in Episcopatu Vitalem suum sibi successorem designaverit. Claruit autem eximiis tam in vita, quam post mortem miraculis; ita quidem, ut solo in cælum intuitu, cæcis visum redderet, solo suspirio claudis gressum, unica familiari seu amica salutatione, paralyticis integrum membrorum usum conferret. Præfuit Ecclesiæ suæ sanctissimè atque utilissime annis viginti duobus, novellum Christi gregem admirando vitæ exemplo mirificè accendens. Sepultus autem in suo Principis Apostolorum Monasterio, rarissimo illo, & in primis memorando inter alia, prodigio illustratus est, cum post ejus obitum nivei coloris lilium, ex sacro & Virgineo ejus corde enascens, summaque cum omnium admiratione, per ipsam marmoris, quo sacrum ejus corpus tegebatur, duritiem erumpens, multis annis, ab universis eo concurrentibus conspiceretur, quod

Rarum miraculum.

Stupenda res!

Clar. A.C. 653.

S. Vitalis Episc.

Miracula.

Stupendum plane prodigium.

Canonizatur.

S. VVendelinus.

Fit Abbas.

Plurima in hon. ejus Ecclesia condita.

Oppidum sub ejus nomine.

Patrociniis.

B. Guillelmus Abb.

Visio S. Aymonis.

quod nulla vi frigoris, perpetuo miraculo, aut æstus marcesceret. Adscriptus est solemni ritu Sanctorum albo ab Leone X. Pont. Max. cujus bulla Canonizationis extat apud Henricum Canisium. *Ex Vita, to. 2. Sanct. VViguleo Hund. Annal. nost. Germ. & Bened. &c.*

In Monasterio Toleiensi Sancti Wendelini Abbatis. Wendelinus Scotiæ Regis filius domum paternam regnumque terrenum deserens post longam peregrinationem Monasterium Sancti Mauritij Toleiense petiit, & Sancto Pirminio Abbati, in omni se obedientia & sacro vitæ rigore strenuè probavit, tantis quidem in via virtutum progressibus, ut mortuo Pirminio, eidem in honore succedere jussus, haud impari fructu ac merito celeberrimum Monasterium gubernaret. Claruit ea morum sanctitate, ut nomen ejus tota Europa, per Galliam in primis atque Germaniam plurimis passim Ecclesiis, Sacellis atque aris in honorem ejus conditis spectatissimum habeatur. Ornatum similiter est sepulchrum ejusdem, ob miraculorum frequentiam & magnitudinem verè gloriosum, insigni super extructa basilica; cui non multo post oppidum accrevit, quod confluentibus eo undique peregrinis opibus & habitatoribus plurimum auctum, ab ipsius hodie nomine compellatur, vicinis circumjacentibus, Wendelinum sibi Principem Patronum adoptantibus, prodigiosam ejusdem opem non semel expertis. *Ex Annal. German. nostr. & Aquila, Cratopolio, Franc. Irenico. &c.*

In Gallia Beati Guillelmi Abbatis Savigniacensis, cujus conversionem & futuram in Ordine perfectionem, mirabili visione Sancto Aymoni Deus præostendit, cum paulo ante ejus in Cænobium (minimè tamen eo fine) ingressum, visus esset sacris operanti Christus ipse talentum aureum ad altare offerre; quod interpretatus venienti Guillelmo, ipsummet scilicet sibi videri, inter Doctores ejus

sæculi spectatissimum, adeo hominem permovit, ut lachrymis illico suffusus, manus daret, & sæculum ejuraret. Abbas demum ejusdem Cænobii electus, egregia sanctitatis signa relinquens ex hac vita excessit. *Phil. Seguin. Chrysofom. Henriq. Monumenta Savigniacensia, to. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Lusitania Beatæ Elisabeth, lectissimi superioris sæculi ornamenti. Hac à Deo ab utero matris signis particularibus electa, cujus nativitati Sancti Apostoli Simon & Judas visibiliter interfuerunt. Mundum & quæ mundi sunt maturè fastidiit, & sola quæ desuper sunt & veniunt suspiciens atque appetens, Monasticis se disciplinis in Cænobio Beatæ Mariæ de Arouca devovit, ubi sanctissimis moribus instructa, ad culmen perfectionis celeri cursu pervenit. Sæpe ex nimia devotione, & vi amoris Divini in extasim raptabatur. Miram à Deo gratiam miraculorum obtinuit, adeo quidem, ut sola manu impositione, vel signo crucis, omnes egrotos, ad se ex tota provincia confluentes, miraculosè curaret. Claruit & à morte illustri miraculorum gloria, qua felicissime obiit sub A. Ch. 1582. *Bern. de Brito, Chrysof. Henr. t. 2. SS. &c.*

In Polonia translatio Sancti Adalberti Episcopi & Martyris ex Cænobio Tremsensensi, ad ejusdem nominis civitatem, de qua consulendi *Martinus Cromerus, & Matth. de Michovia.*

Parisiis in Monasterio Sancti Germani, translatio Reliquiarum Sancti Georgii Monachi, Sancti Aurelii, & capitis S. Nataliæ. *Ex Iacobo de Breul. Append. Antiq. Paris. Hugone Menardo, to. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio Virginum Insulæ Chiemensis celebris memoria B. Irmengardis Ludovici Regis filiæ, primæ ejusdem loci Abbatissæ, quam usque hodie magnis miraculis Numen fidelium devotioni commendat. *Ex monim. Chiemens. &c.*

B. Elisabeth.

Felix natiuitas.

Extases.

Insignis miraculorum gratia.

Ob. 1582.

S. Adalberti transl.

It's S. Georgii Mon.

B. Irmengardis.

XXI. Octobris.

G.

S. VVimo Archiep.

Corbeia Saxonum.

Birca Sancti Wimonis Bremensis Episcopi, qui Gotthis Verbum Dei prædicavit. Wimo (aliis Vnni appellatus) vir longè meritisissimus & sanctissimus, cum esset celeberrimi illius in Saxonia Cænobij Sancti Viti de Corbeia Mona-

chus; à Deo vocatus tanquam Aaron, ad spectatissimam illam Sanctorumque Præfulum copia ornatissimam Cathedram Bremensem evectus, opus sibi impostum annis octodecim strenuè sustinuit, verboque ac vitæ exemplo, ovis sibi

Resignat Archiepisc. commendatis plurimum profuit. Zelo autem propagandæ Fidei ferventissimo succensus, abdicato Pontificatu, subrogatoque sibi Adaldago, assumptis lociis Apostolatus aliquot cum eruditionis laude, tum sanctitatis opinione præstantibus Monachis, Regna Aquilonaria Daniæ, Sueciæ, & Gothiæ ingressus, immensis pene perfunctus laboribus, plurimis magno animo superatis difficultatibus ac periculis, non solum Christianis, quos invenerat graviter oppressos, nutantesque, ut in Fide Christi semel suscepta perseverarent persuasit, verum etiam reliquam Paganorum multitudinem, idolorum stulto atque impio cultui etiamnum deditam, ad Ecclesiæ gremium, assidua prædicatione, & vitæ maximè sanctioris spectatissimo exemplo adduxit; quos inter, summa bonorum omnium gratulatione, ipsum etiam Haroldum Daniæ Regem Christianis primum conciliavit, convertit demum ac baptizavit. Iure merito, tantis, & quidem octo annorum perpetuis laboribus, Aquilonarium provinciarum Apostoli, Gotthorum in primis atque Danorum, titulum gloriosissimum consequutus. Mortuus est Bircæ, totius Sueciæ Gothiæque metropoli Christi anno 936. eximia deinceps miraculorum gloria illustrissimus. *Ex Chron. Sclavorum Helmoldi, Alberti Crantzii Saxon. Alb. Abb. Staden. Hist. Eccl. Bremens. Tritheim. Democh. Annal. nostr. German. & Bened. Aquila Ben. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Condedus Mon. In Galliis, Cænobio Fontanellæ, Sancti Condedi Monachi, miraculorum & sanctitatis gloria celebris. Condedus, ex majori Britannia, quam Albionē vocant, ortum trahens, relicta patria in Galliam secessit, & aliquot annis in Fontana Walericæ subsistēs, Divinarum rerum contemplationi totum se dedit. Motus denique Fontanellensium Monachorum tam illustri ob sanctitatem fama, illi Congregationi ut accenseretur summopere expectiit. Illud dum pergeret, à Religiosa quadam matrona Arelauni hospitio exceptus, eiq; quantus esset à Numine proditus est, columna nimirum ignea, miræ magnitudinis & lucis, in cælos usque, ab eo quo constiterat vir Dei loco, se inferente. Susceptus à Sancto Lamberto Fontanellæ Abbate, perhumaniter; paulo post prædicationis studio, approbante Lamberto, inde secedens, Balsinnacensis insulæ situ delectatus, Deum exoravit, ut eam sibi in domicilium concedere dignaretur. An-

nuit fidi clientis & famuli votis bonum Numen, jussusque eo ipso tempore celesti voce Rex Clodovæus, viro Dei, qui illuc ad multorum salutem venisset, officiosè occurrere, nihilque quod postularet denegare. Occurrit quamprimum Clodovæus venienti, petentiq; Insulam eam, non solum libenter annuit, sed & cum multis agris juribusque eidem perpetuo jure donavit; quæ omnia Condedus Fontanellensi Cænobio suo esse signavit. Ut autem Virginum Virginis, Admirabilis Matris erat amantissimus, ejus illa in Insula Gloriosissimo nomini basilicam condidit, cui & aliam sub nomine Principis Apostolorum adjecit, cumque lociis Cynomaylo, Zachæo & Ioanne vitam planè Angelicam ibidem instituit. Ejus inter prodigia numeratur: vulpeculam gallo gallinaceo Cænobii albato prodigiosè re-

Deipara amantissimus. tentam, antrum seu foveam suam ingredi non potuisse, priusquam gallum, unde abstulerat, retulisset. Lintrem ad utrum Monasterii, cum artifices deessent, miraculose, velut plurimorum artificum ope adjutus, ipse compaginavit & aquis imposuit; aliisque insignibus miraculis excelluit. Claruit Clodovæi II. & Theodorici, Regum, temporibus, cujus sacrum corpus, Fontanellam postea translatum est. *Ex lib. 2. Observ. Bened. Hug. Menard. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In agro Turonensi Sancti Wolffii Confessoris. Wolfus, sive Vultus, ab ipsis teneris unguiculis admirandus effulsit, doctus jam scribere, priusquam litterarum ordinem nosset. Sanctum Martinum Turonensium totiusque Ordinis nostri Tutelarem præcipuè coluit, ejusque Reliquias prodigiosè auctas, ad collū suspendit. Monasterium construxit octo fere millibus ab Exosio distans, in quo vitam incredibili rigore exegit. Verbi Divini prædicatione mirum in modum excelluit, & Apostolicis meritis longè lateque notus, Idololatriæ reliquias prope Treverim felicissimè profligans, tymulachrum Dianæ famosissimū evertit ac cominuit, populūq; Christo & Ecclesiæ Matri adjunxit. Adjuratus à S. Gregorio nostro Turonensi, vitā suā, & privata exercitia æque ac vulgo nota, pro multorum edificatione, promere atque prodere, qualiter maxima quæque aggressus, Veterum etiam Styliarum rigorem imitari conatus sit, ex obedientia describens, inter cætera sic ait: *Columnam etiam statui, in qua cum grandi cruciatu, sine ullo stabam pedum tegmine.*

Haroldum Regem convertit.

Aquilonis Apostolus.

Obiit 936.

S. Condedus Mon.

Fontanella fama.

Columna ignea.

Rex jussus famulo Dei occurrere.

Deipara amantissimus.

vulpes gallo ablatum refert.

Navem mirè conficit.

S. VVolfus Mon.

Treverorum Apostolus.

Cogitur vitam suam explicare.

regimine. Itaque tūm hyemis tempus solito magno cultu frequentatis, anima, quæ jam in cælo DEO fruebatur, eos in vita hac multis donis & gratis locupletaret, eisdemque eos ad gloriæ præmium adipiscendum disponderet. *Ita Manrique.*

Ecce stiliten nostrum. Casini depositio Sancti Gebizonis Monachi & Confessoris. Gebizo patriam Coloniam habuit, sub Archangelo Monachorum Desiderio Abbate Casinum delatus, & Monachum professus; ubi tantæ vitæ sanctitate cælo se probavit, ut in terris etiamnum agens, miraculis illustraretur. Alia inter præclare gesta ejus celebratur, quod Adonis amici animum, quem jam demones ad supplicium traxerant, iisdem abstraxerit, eidemque suis precibus portam cæli aperuerit, ob id ipsum graviter à dæmonibus cæsus. Ipsum quandoque in Ecclesia tentans malus genius, pallium quoddam obtulit inquires: Abbas vester plus gerit sollicitudinem de rebus transitoriiis, quam de monachis, multaque mala jam sustinuit; nunc igitur tolle pallium hoc, & pro eo panes tibi eme: Agnoscens nequitiam hostis Vir Dei, illico à se repulit, dixitque: pallium tuum tecum sit in perditionem, frendente super repulsa infero, & duos in ipsum lapides tecto dejiciente. Morituro cælorum Augusta adfuit, & si diutius vivere vellet scilicetata est? cui cum ille non velle respondisset, benignissima mater: *Veni, ergo, ad me* respondit, quo ille audito extremum quamprimum spiritum efflavit. Scripsit vitam ejus *Paulus Grammat. Mon. Casin. Ex Leone Ost. Chron. Casin. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Mira humilitas & obedientia. In Livonia Sancti Bertholdi Episcopi, qui ex Monasterio Sanctæ Mariæ de Luka in Saxonia, cujus fuerat Abbas constitutus, in eam provinciam ad disseminandum Evangelium missus, & ad Conversionem gentium Episcopus ordinatus, cum aliquandiu Cruce signatis sanctissime præfuisset, & in eversione infidelium strenuè se gessisset, captus denique in hostium potestatem venit, & ab iisdem Martyrio affectus, sanguine suo, provinciam illam DEO ab eo tempore dedicavit. De quo Angelus Manrique inter alia sic scribit: Vix puto aliquem hominem reperiri posse, qui tot peragravit provincias ut mortem fugeret, quam hic, ut inveniret; nec, qui tam laboraverit, tantamque adhibuerit diligentiam, ut viveret, quam hic ut Martyrii reciperet coronam, &c. Cujus sanguinis rigatione tam est Livoniæ ager fecundatus, ut licet ad illa tempora unum solum tulisset Martyrē, ejus in Episcopatu prædecessorem, postea quasi innumerōs tulerit, donec stabilita in illo Regno Religione Catholica, omnes incolæ Patrem, Apostolum & Magistrum suum agnoscerent, & magno cum amore & religione memoria ejus celebrata, sanctisque corporis Reliquiis

Miracula.

Insigne elogium.

Fecunditas sanguinis.

Miracula.

Amicum inferis præcipit.

Tentatio repulsa.


Morienti Desparā adest.

B. Alani Mon.

Inventio S. Audomari.

die.

die.



XXII. Octobris.

A.

S. Berthar.
& Soc. Mart.

IN Monasterio Casinensi Sancti Bertharij Abbatis & plurimorum Monachorum Martyrum. Fuit Bertharius regia Gallie Regum profapia editus, multo nomine de Italia & Ecclesia univèrsa meritiſſimus, ſæpius nimirum ſuſcepto in Gallias itinere, ac Cæſare Ludovico etiam altera & tertia vice, ad avertendum à Patrie cervicibus hoſtile ferrum, in Italiam adducto. Verum Saracenis Chriſti anno

A.C. 884.

884. Italiam denuo magno cum exercitu invadentibus, ſacer & invictiſſimus ſuorum Imperator, qui toties antea Romam atq; Italiam cognatorum Regum & Cæſaris ope liberaverat, à barbaris Chriſtiana Fidei juratiſſimis hoſtibus, in ſacro Monte Caſinati captus, dum ſacris ad arā operaretur, digniſſima ipſe Deo victima cecidit, cum juſto fere Monachorum exercitu, qui ex omnibus circumquaque, frequentiſſimis eo tempore Italiae Cænobiis, ad ſacraſſimum illud Monachi Ordinis aſylum & propugnaculum, atque ad tanti nominis Ducem & Patriarcham, confluerant, immaniſſimè trucidatus. Quorum omnium, ingentem ſanè numerum, ſolus inire ille poteſt, qui cumulatiffimam mercedem & coronam Victorum cuique, liberaliſſimè eſt impertitus. Præfuit Cænobio Ordinis Principi Bertharius annis viginti ſeptem, & cum, præter ſanctitatis & generis Illuſtriſſimos titulos, eruditionis laude apprimè flourer, non pauca ingenij ſui, tam proſa quam metro reliquit monumenta, cujus ſacrum corpus in Baſilica Caſinati proprio Sacello religioſe æſſervatur. *Ex Monim. & Chron. Caſin. Leon. Oſt. M. Ant. Scipione, Baronio, Iepeſo, Arn. Duac. Annal. noſt. &c.*

Ingens Martyrum exercitus.

Sacellum ejus.

S. Lupentius Abb. Mart.

In civitate Gabalitano, paſſio Sancti Lupentii Abbatis & Martyris. Lupentius Sancti Privati Martyris, urbis Gabalitanæ Abbas, cum eſſet vir ſanctus, apud Brunichildem impiam Reginam, ceu nomini ejus detraxiſſet, ab Innocentio Gabalitano Comite accuſatus, cum ſe Reginæ purgaſſet, dimiſſusque eſſet, à ſceleratiſſimo Comite interceptus, multisque ſuppliciis affectus, denique præciſo capite, & in culeum inſuto, in flumen projectus eſt. Repertum à paſtoribus truncum corpus, cum neceſſaria funeri à populo pararentur, ignorantibus quiſnam fuiſſet, aquila advolavit, ſequè in flumen

Caput ab Aquila proditur.

demittens, culeum à fundo fluminis levavit, & in ripa depoſuit. Conjunctum proin corpori caput, & decenter conditum eſt, nocturniq; luminis prodigioſo ſplendore multo poſt deinceps, locus ille triumphum mirè reſplenduit, ſed & ad invocationem Sancti Martyris, agris quibuscunq; beneficia ſunt præſtita ſanitatis. *Ex Greg. Turo. Menar. Arn. Duac. t. 2. Sanct. Ord.*

Miraculis claret.

Fæſulis Sancti Donati Episcopi & Confessoris. Donatus Hiberniam ſeu Scotiam patriam, parentes claritudine generis ſpectatos habuit, ipſe litterarum ſtudij à puero deditus, iis plurimum excelluit, ita ut publicè etiam Philoſophiam Theologiamq; profiteretur. Romam peregrinatione ſuſcepta, cum Fæſulas deveniret, mortuo ejus loci Episcopo, non ſine grandi prodigio peregrinus electus eſt, cum ad ingreſſum ejus campanæ ſubito omnes conſonarent, conſona proin voce Cleri ac populi electus, cū fruſtra deprecaretur, ne ſe homunculum (erat n. cum Zachæo ſtatura puſillus) & peregrinum ad id muneris eveherent, raptus per vim, & throno impoſitus eſt A.C. 802. Exercuit primo ſtatim ingreſſu munus ſuum, velut pridem adſuetus, & exercitatiſſimus; ita erga omnes affectus, ut nemini inſultans, neminem negligens, omniū errata, ut ſua expiaret, & ubertim deſleret. Andream ſocium itineris diſcipulum in patria ſuum Archidiaconum creavit, quocum Eccleſiam S. Martini olim ab Atrila everſam reſtauravit, & inſigne Cænobium adjunxit, in quo ſe deniq; condens, ad ſcita lectiſſimorum Monachorum cohorte, vitā Monachicā duxit, & ad ultimam uſq; ſenectā, magna miraculorum gloria claruit. E quibus memorabile illud: quod cuidam qui bona ejus Eccleſiæ ſibi uſurpaſſet, & convitiatus inſuper ſanctum virum fuiſſet, odorto illico ore, ſtupente lingua, oculis ita clauſis, ut aperiri nequirent, manibus juxta obriegentibus, ſædo omnibus ſpectaculo eſſet, & dignè lueret, donec offenſam, ut poterat, deprecatus, redditis quæ abſtulerat, ſoſpitate ejus quem offenderat precibus impetraret. Vulgatum & illud, cum ad ſupplices preces matris, lupus puerum quem rapuerat ſalvum reſtituit, & furto ſe deſpolians ſuo inani hiatu ad ſylvas revertit. Deceſſit ſenio conſectus

S. Donatus Episc.

Mirè eligitur.

Vera paſtoris charitas.

Cænobium condit.

Ei ſe includens cucullū induit.

Injuriis dat penas.

ii. Calend. Novembr. in ſua Sanct. Martini

Mira fragrantia.

tini Baſilica conditus, cujus ſacrum corpus, mira cæleſtis odoris fragrantia omniū nares affudit & recreavit. *Ex monim. & Officio proprio Eccleſiæ Feſulanae, tom. 2. Sanct. Ord. Phil. Ferrar. &c.*

S. Merovæus Mon.

In Monasterio Bobienſi Sancti Merovæi Monachi & Confessoris. Merovæus è primis Illuſtriſſimi Bobienſis Monasterij ſyderibus, inſignem illum & celeberrimum loci ejuſdem Abbatem Attalam Magiſtrum habuit. Fuit autem, non vitæ ſolum Monachicæ cultor diligentiffimus, ſed & ferventiſſimus propagandæ fidei Chriſtianae Zelator, quam propter extremum etiam adire vitæ diſcrimen minimè dubitavit, & celebre quoddam idolorum Fanum, ſæpe illata ignibus abſumpſit. A paganis proin undique concurrentibus comprehenſus, & in fluvium Iram præcipitatus, cum mergi non cæleſti ſublevatus miniſterio, nulla ratione poſſet, interceptus denuo à barbaris, & ingenti pondere appenſo preſſus, ſed non depreſſus voluntate & gratia Numinis, in omnium oculis mirè ſervatus, ſuper aquas perpetuo extitit, divina ultione, eos qui mergere Sanctum Domini conabantur, è veſtigio perſequente. *Ex monumentis Bobienſ. Vita S. Bertulphi, tom. 2. Sanct. Ord.*

Illuſtre factū

Mergi non poteſt.

Vltio divina in injurias.

S. Bertholdus Converterſus.

Parmæ, Sancti Bertholdi Converterſi, eximia vitæ ſanctitate illuſtris. Bertholdus Parmæ Abundio patre natione Anglo natus eſt: qui patris artem edoctus (erat is calceolarius) monialibus Cænobij Sancti Alexandri inſervire cœpit. Cum vero die quadam ſanguis è manibus punctis efflueret, arte & ſæculo relictis, ut in Converterſorum ordinem reciperetur ab Abbatiffa impetravit. Patientia, humilitate, aliisque virtutibus mire enituit. Orationibus & vigiliis aſſidue deditus, carnem cilicio & flagellis ſerviliter habuit. A Sancto Alexandro Papa in ſomnis admonitus, ut ſacra limina Romæ ſalutaret, ibi quadrageſimam totā exegit. Inde Vienneſem Allobrogum delatus plures illic agrotos in Xenodochio S. Antonii mirabiliter ſanavit. Sed fama ſanctitatis, percrebrefcente miraculis, fugiens, ad Cænobij ſui ſervitia reſceſſit. Ab eo cæcus cum eleemoſynam rogaret, panem cum his verbis porrexit: *Vide, albus eſt;* cum, ſtupenda res, cæcus illico viſum recepit. Migravit è vita 12. Cal. Novemb. hac die ſepultus, A.C. 1101. campanis Monasterij ultro ſonum edentibus; cujus cadaver in modum orantis in ſua cella ſplendore cæleſti illuſtrata repertum eſt, cum ſcri-

Simpliciſſima converſationis occaſio.

Rigor vita.

Miracula.

Inſigne miraculum.

Ob. 1101.

ptura in manibus, quam ſolus Episcopus accipere & legere potuit, repertum eſt; nec ante campanarum prodigioſa illa compulſatio deſiit, quam ſacrum corpus tumulto illatum eſſet. Sepultus eſt Vir Dei in æde S. Alexandri, ubi quotannis maxima ſolemmitate colitur, à Calliſto II. ut ſerunt, in numerum Sanctorum adſcriptus. *Ex monim. & Sanct. Parmenſi, Phil. Ferrar. relat. Mon. ab. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Campana prodigioſè compulſata

Villarij depoſitio Beati Henrici à Bruſcella, ibidem Fratris, ut vocamus, Converterſi. Henricus inquieti ingenij juvenis, à patre ad ſtudia litterarum miſſus, dimiſſis paulo poſt Scholis, totus in omnē licentiam effuſus, mundo ſerviit, cujus ut inſolentiam aliquo modo parentes inhiberent, conjugij quamprimum vinculis ligandum cenſuere. Aderat proximus nuptiarum dies, cum homini in mentem venit, cognatos quosdam apud Villarium Monachos, prius viſitare & alloqui, cum eo delatus, adeo Religione & ſanctitate Patrum ejus loci motus eſt, ut ſpiritu Dei in ipſum inſiliente, repente mutatus, ſilum abrumperet, & ex eo die te Domino devoveret. Suſceptus, non multo poſt graviter tentatus eſt, quod rigor ille vitæ intolerabilis videretur. Reverti ad ſæculum ſtudentem, Abbas exoravit, ne carni tam facile crederet, perſuaſitque, ut mentem integram retineri ſe pateretur. Deliberatū nihilominus erat menſe evolutato diſcedere, cum 15. dierum inducias graviter

B. Henricus Converterſus.

Studioſus inſolens.

Miramutatio dextræ excelsi opus.

Tentatio graviter.

Si vis eſſe ſocius meæ conſolationis, oportet te bibere meum calicem paſſionis. Elige igitur nunc, utrum velis ſuſtinere tribulationes moderatas & longas; an breves & aſperas. Elegit poſteriores Henricus; & mox variè tentatus, morbiſque & calamitatibus graviſſimis excoctus, ſeptimo denique conversionis anno, è carcere corporis evolavit, cum prius de hora mortis edoctus, Chriſtum intueri mereretur. Sacris proin munitus, cum de inſtante ſibi transitu quæ divinitus intellexerat, Fratres commonuiſſet: *Et pulſante quidem; inquit; horologio (quod uti dixit, ita ſanè factum eſt,) tradam ſpiritum: Prædixit inſuper, undecim millia Virginum, quarum*

Excoctus fornace tribulationis.

Occurrunt morienti 11000. Virg.

quorum hac ipsa die festum celebraretur, sibi ad futura, quorum dignissimo ipse comitatu in caelum esset deducendus. Ita obiit, abiitque, Fratribus ea collegæ tam chari sorte tam felici, plurimum gaudentibus. Ex monim. Villar. Arnoldo de Raiffe, Ioanne de Assigny, Chrysof. Henriq. Menol. Cist. t. 2. Sanct. Ord. &c.

In Germania Beati Wigandi Prioris Waldtsalfensis, admirandæ sanctitatis viri, qui cælesti revelatione admonitus Cæ-

B. VVigand. Prior.

DECIMO CAL. NOVEMBR.

XXIII. Octobris.

B.

S. Benedictus Mon.

IN pago Pictaviensi Sancti Benedicti Confessoris. Ejus meminit hac die Martyrologium Romanum & Benedictinū; Vwardus insuper, Baronius, Maurolycus, Felici, Menard, & alij, cujus tamen res gestas penitus intercidisse arbitramur, adeo nihil præter nomen nudum & professionem, cum ex citatis, tum rerū Gallicarum scriptoribus expiscamur.

S. Zofymus Episc.

Syracusis Sancti Zofymi Episcopi & Confessoris. Zofymus Syracusis nobilibus ac locupletibus natus parentibus, septuennis in Cænobio Sanctæ Luciae fit Monachus, à Sancto Fausto nostro lectissimo Abbate, cui postea succedere meruit receptus. Illi custodi loculi S. Luciae constituto, cum aliquando recessisset, illa infomnis minabunda & flagellans apparuit. Cum autem 30. annis in Monasterio agens, ob vitæ meritū Fausto mortuo in Abbatiali honore successisset, non multo post, deprecatus multum obnixusque Syracusanam conscendere cathedram coactus est, & formidandum Angelicis humeris Pontificale onus & munus suscipere. Quod quidem ita deinceps gessit, ut de tanto sibi Pastore Sicilia univèrsa plurimum gratularetur. Exercitia, quæ in Cænobio erant quotidiana nunquam deposuit, Monachum se esse, admirabili humilitatis, paupertatis, & continentiae studio universis probavit. Verus omnium pauperum pater extitit. Petenti eleemosynam cum duo dari numismata iussisset, Diaconusque se habere negasset, Sanctus Episcopus pennulam publicè exutus vendi, & eleemosynam dari præcepit; cui paulo post elegantissima forma juvenis (qui Angelus fuisse videbatur,) massam auri obtulit. Erat eloquens & gravis, omnibusque vitæ disciplinaeque præcepta dabat. Anno

Fit Abbas.

Inventus co-gitur esse Episc.

Monachū se esse probat.

Liberalitas mira.

nobium illud Augustissimæ Cælitum Imperatrici, præcipuæ Univerſi Ordinis Tutelari, & Sancto Ioanni Evangelistæ dicavit, sub quorum illustri patrocinio, sanctè vivens, & felicissimè ibidem moriens, magno sui relicto desiderio, ad gaudia tranſiit Beatorum. Ex monim. & Monasterii. steriol. ejusd. Cænob. auctor. Gaspare Bruschio, Henr. t. 2. Sanct. Ord.

Templum augustum condit.

Paupertatis studiosus.

Moritur.

Miracula.

Claruit A. C. 642.

S. Leothad. Episc.

ætatis 82. Episcopatus vero quinto templum Salvatori augustum excitavit & consecravit. Principem Syracusanum Synagogam Hebræis ædificare volentem à sententia ita removit, ut ex amico hostis illis fieret. Adeo austeritatis & paupertatis amans fuit, ut vel egrotans Psitho, pro grabato uteretur, scissurisque vestimentorum operiretur. Cum vero Imperatoris cubicularius ad eum invisens, molle stratum, & vestimenta quædam nova accipere coëgisset, Sanctus Episcopus post illius discessum, statim ea vendi, pauperibusque pretium erogari imperavit. Cum autem Episcopatum strenuè annis tredecim gubernasset, febre correptus, designato successore migravit è vita, multis etiam post mortem miraculis emicans: nam pannus lineus, quo sacrum ejus corpus extersum fuerat, mulierem diu fluxu sanguinis laborantem, ei ad motus liberavit. Naucleri item cujusdam filius claudus à nativitate ad Sancti Episcopi tumulum delatus, integritatem membrorum obtinuit. Mulier quædam Alexandrina Theodora nomine oculorum salute desperata oleo lampadis ante sepulchrū Zofymi lucentis unctæ, visum recipit. Floruit Pontifex meritissimus An. Christi

642. decessitque nonagenarius. Ex Annal. Sic. Chron. Syrac. & Officio Veter. tom. 2. Sanct. Ord. Annal. Bened. &c.

In Novempopulonia, Sancti Leothadij Episcopi & Confessoris. Leothadius, ex Monachō & Abbate Moysiæcensis, in territorio Cadurcensi, Cænobii, Aufciorum Archiepiscopus, & Novempopuloniae Primas effectus, eo honore & primatu dignissimum se esse factis ostendit, & insigni vitæ sanctitate Cathedram illam æternum exornans, perpetuum sui desiderium non solum sed & successo-

rum illud Augustissimæ Cælitum Imperatrici, præcipuæ Univerſi Ordinis Tutelari, & Sancto Ioanni Evangelistæ dicavit, sub quorum illustri patrocinio, sanctè vivens, & felicissimè ibidem moriens, magno sui relicto desiderio, ad gaudia tranſiit Beatorum. Ex monim. & Monasterii. steriol. ejusd. Cænob. auctor. Gaspare Bruschio, Henr. t. 2. Sanct. Ord.

Clar. 720.

S. Oda Princeps Vidua.

Multas Ecclesias fundat.

Clar. Anno 711.

S. Bernard. Episc.

Zelus ejus.

Prædicatio ejus.

Fit Episc. in vitus.

Ecce verum Episcopum.

Mahometanos expugnat

successoribus ac subditis reliquit, cumque Ecclesiæ sibi creditæ annis viginti septem sanctissimè præfuisset, meritorum amplissimorum copia dives in caelum abiit. Claruit A. C. 720. Menard. Claud. Robert. Ioan. Chenu. &c.

Apud villam Amaniam, super fluvium Mosæ, natalis Sanctæ Odæ Viduæ. Hæc Boggis Aquitanorum Ducis conjux Illustrissima, amita fuit Sancti Huberti Episcopi, mortuo autem marito Christi paupertatem amplexa, sua omnia in Famulum Dei Monachorum gregem, & pauperes erogavit, Ecclesias varias condidit, & Leodientem in primis liberaliter dotavit. Fuit lucidissimum Monialium omnium speculum, humilitatis exemplar absolutissimum, cumque vitæ reliquum in jugi ferè orationis, & vigiliarum studio sanctissimè exegisset, ad palatia æterna à Regum Rege evocata, feliciter emigravit, sepulta Amaniæ in Collegita S. Georgij sui que nominis Ecclesia, quam ipsa fundaverat. Claruit A. C. 711. Ex Sigeberto Gemblac. Ioanne Molano, Franc. de Rossers, Menard. Arn. Duac. Annal. nostris Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.

In Hispania, S. Bernardi Viquensis Episcopi, viri verè Apostolici. Bernardus Hispanus Monasterii Sanctarum Crucium in Principatu Cataloniae Monachus, emissa statim professione zelum suum ac fervorem prodidit, quem etiam proprio, si licuisset, sanguine contestari minimè dubitasset. Facultate proin prædicandi accepta, Apostolico spiritu ductus, castra & civitates circumvit, peccatores ad pœnitentiam exhortatus, obstinatos extremo Dei judicio, ne ulterius in vitis hærerent admonens, justos ad perseverandum in bonis operibus invitans, & confirmans. Episcopus Viquensis Apostolica auctoritate ordinatus, coactus denique dignitatem assumpsit, veri Pastoris munus per omnia exequutus, cum concionandi proprium Episcoporum munus minimè aliis delegans, ipse admirabili fervore & fructu in eo assiduus esset, summa vigilantia pupillos & viduas tutaretur, ægrotos visitaret, egenas Virgines suis sumptibus dotaret, pauperes scholasticos aleret, & pecuniis juvaret, singulis bienniis diæcesim visitaret; & ea denique omnia ageret, quibus singulis quibusque velut singulariter creditis invigilare videretur. Ad convertendos dein infideles, extra limites suæ Diæceseos progressus, plurimos verbo prædica-

tionis, & Angelicæ vitæ exemplo ad veræ Fidei cognitionem adduxit; nec his contentus collecto & Cruce signato milite, non paucas paganorum urbes expugnavit, in quibus, expulsis Mahometanis, Christianam Religionem stabilivit, & in sui admirationem, tam infideles quam fideles convertit. Fuit rigidissimus sui corporis castigatō, præter tam multos continuosque pro Ecclesia Dei labores, carnem suam cum vitis & concupiscentiis quotidie crucifigens & affligens, solitus, levissimè levissimos quosque in se defectus acerri-

Rigor vitæ.

peccata ut puniat.

Castitas purissima.

Stupenda res!

Miraculū clarè.

Rarissimum istud.

Item aliud.

Panes multiplicati.

mè voluntariis suppliciis punire, adeo, ut pro culpa, quæ levis aliis videretur & esset, gravissimam sibi pœnitentiam injungeret aliquando, seque cingulo ferreo, aspero, duro, & ponderoso circumquaque ligaret, & ut carni strictius adhæreret, arctissimam seram adderet, eoque uteretur, donec divinitus illud deponere fuisset admonitus. Castitatis intaminatissimæ, custos diligentissimus, tametsi à dæmone multis modis tentaretur, impollutum tamen ab omni carnis delectatione spiritum, usque ad vitæ terminum conservavit. Cujus memorabile illud exemplum celebratur: quod cum in quodam castro concionaretur, & fæminæ aliquæ non ignobiles, ejus pulchritudinem mirantes, dentium ipsius albedinè & æqualitatem laudarent, ipse earum cogitationes divinitus deprehendens, & divino spiritu ductus (stupenda res!) arrepto lapide omnes dentes oris sui confregit, quos illico in illas projecit, earum turpia desideria acriter & prudenter reprehendens: & (mirum dictu!) licet dentibus careret, nec in cibo, nec in concionibus quidpiam detrimenti læsio illa attulit ipsi. Miraculis multis & præclaris tam in vita, quam post mortem effulsit; quorum perpetuum illud erat; ut quotiescunque ad propriam suam sedem reverteretur, ultro campanæ urbis prodigiosissimè consonarent, quo signo cives pastoris sui adventum cognoscebant, & maximo eidem applausu occurrebant. Aliquando etiam tribus uvarum racemis, omnia domus suæ dolia vino replevit, quod cū singulis diebus, in pauperes largiter effunderetur, divinitus augebatur. Nec modo pauperes, sed & alii cives ex eodè vino in magna abundantia, absq; sui diminutione receperunt. Panes itè, qui inter egenos distribuebantur, magno miraculo multiplicati. Posuit deniq; carnis exuvias

Obiit 1243. exuvias Verus Christi Pontifex Concionator, Apostolus, & bellorum Domini pugnator egregius año Salutis 1243. post mortem innumeris à Deo miraculis illustratus, ex quibus centum & amplius, prævia juris informatione authenticè comprobata, in Ecclesiæ Vicensis archivis servantur, & eius festivitas in illa Diocesi Officio Ecclesiastico colitur. *Ex Ant. Vincentio de Sanctis Cataloniæ, Angelo Manrique, Joanne Alvaro, Chrysoft. Henriq. Annal. nost. & t. 2. Sanct. &c.*

B. Richmundis V. In monte Sanctæ Walburgis depositio Beatæ Richmundis Virginis, quæ sub Cisterciensium nostrorum cura & obedientia sanctissime vixit, & variis revelationibus illustrari promeruit; atque ipsum Regem Angelorum cum cæli civibus frequenter inter orandum contemplata est, sæpeque ex sacra hostia divinos fulgores, & divinam claritatem totum Monasterij templi illuminantem conspexit. Cumque vigiliis, jejuniis, & obsecrationibus indefesso spiritu vacaret, & mente excedens cæli secretis interesset, in eodem Cænobio sanctissime perseverans, plena bonorum operum migravit ad Christum *Ex vita t. 2. Sanct. Ordin. Cesar. Heisterbac. tom. &c.*

B. Gauzelin. In Monasterio Claræ-vallis in Gallia Beati Gauzelini, virtutibus & revelationibus clari, qui meruit aliquando ipsum Regem Angelorum, non raptus, vel in visione, ut vocant, cælesti, sed apertis oculis, dum in clauastro lectioni vacaret, in-

tueri, & sicut, qui camino ignito oleum *Christum in-* injicit (verba MS. veteris sunt) totum liquescere facit; sic gratia revelationis hujus, præcordia senis illius, longo sanctæ Conversationis usu ignita, sancti desiderij flamma, per amplius & perfectius illustravit, cumque quadragesimum in habitu sancto annum explevisset, tandem corruptibilis carnis onere deposito, videre meruit, non in imagine infirmitatis sicut *Moritur se-* antea, sed in gloria majestatis, Deum *nex.* Deorum in Sion. &c. *Philipp. Seguinus, Chrysoftom. Henriq. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Camalduli Venerabilis viri Romualdi de Fabriano, qui omni humana sapientia destitutus, Divina plenissimus, omnem humanam familiaritatem & commercia fugiens, totus cælo intentus, miræ puritatis, silentii, humilitatis, & tantæ simplicitatis fuit, ut planè crederetur nunquam peccasse mortaliter. Captus à latronibus, arbori alligatus, morte intentata eadem fronte fuit: *facite quantum Deus permittit, ait, mihi enim idem, sive hodie mori, sive die crastina.* Patientia quam maxime enituit, orationi jugiter intentus, jugiter sanctè occupatus fuit, serenissimo semper vultu semperque hilaris, in ipsa etiam morte, visus absque dolore & horrore quasi ridens sanctam efflare animam. Deceffit anno Christi 1579. vitæ Monachicæ 56. *Moritur anno 1579. Ex monim. Camald. Aug. Florent. &c.*

V. Romualdus mon.

Insigne elogiū

Moritur anno 1579.

NONO CAL. NOVEMBR.

XXIV. Octobris.

C.

S. Maglor. Episc. IN Britannia minori, transitus Sancti Maglorij Episcopi, cujus corpus Lutetiæ Parisiorum requiescit. Maglorius Vmbrafelo patre, matre Affrella, generis nobilitate admodum claris natus est. A Sancto Eluto nostro liberalibus artibus, & disciplinis Monasticis probè institutus, Sanctum Sampsonem postea sequutus est, cujus prædicatione ad Archiepiscopatum Dolensem evectus, invitus licet, eum tamen honorem, ita gessit, ut ejus longè lateque sanctitatis fama celebris admodum esset. Iussus postea ab Angelo solitudinem petere, quo liberius uni Deo vacare, ejusque laudibus se totum impendere posset, relicto Pontificatu Monasterij, & cellulæ suæ quietem repetiit, ubi admirandis à DEO prodigiis honoratus, innumeris miraculis claruit, adeo, ut propter incredibilem omnis ge-

neris ægrorum atque afflictorum concursus, & fama illa nominis tui, & inquiete ipsa turbatus, locum mutare decrevit; verum à Beato Budoco nostro, suo in Episcopatu successore, absterritus, condito amplissimo Cænobio, plurimos è seculi fluctibus emergentes, in securissimū portum Religionis recepit, & rarissimi rigoris, atque eximie sanctitatis faciem eis præferens, plurimos ad sublimissimæ perfectionis apicem felicissime promovit, & magna fervorum Dei frequentia cælum recreavit, mundum juvit ac fovit. Angelus incarnatus omnibus videbatur, adeo morum gratia, & mansuetudine excelluit; & ab ipso matris utero castissim9, Virgo in ævum permanfit. Pane hordeaceo, & viliore legumine, eoque parca admodum vitam toleravit, cæterum in hospites liberalis admodum fuit. Carnem

Miraculorū copia.

Cænobium condit.

Virginitas ejus.

Rigor vitæ.

Mortuum resuscitat.

Rarum miraculum.

Pisces & aves ad partes Maglorij trahunt.

Insigne Angeli responsum. Gratia miræ.

Clar. 600.

S. Marcini.

S. Martinus Abbas.

nem asperrimi cilicii usu perpetuo attrivit. Fratribus, sopori se dantibus, ipse ad mare secessit, & ad nocturnas usque Fratrum vigiliis privatis precibus vacavit. Inter admiranda quibus mirè effulsit prodigia, mortuum Cænobii famulum ad vitam revocavit; Loiesconem Comitum, septem annos leprosum prodigiosè sanavit, qui amplissimas ipsi possessiones dono dedit, in quibus vir sanctus Cænobiū condidit, & sexaginta duos Monachos aggregavit. Rarius illud, & in primis memorandū fuit: Quamprimum enim partem illam terræ, quam sibi donaverat Comes Maglorius perlustravit, aves & pisces omnes ex parte Comitum cedentes, ad partes Maglorii se transfulere. Tulit indignè rem uxor Comitum, & ut partem illam repeteret, suam vero Monachis cederet suavit, & impulit; cum ecce (stupenda res!) pisces illico & aves, ad novam Maglorio assignatā partem, omnes commiglavere; quo conspecto miraculo, Comes religiosissimus, altera etiam parte ipsum donavit, illicoque aves & pisces, nullo jam discrimine, in sua utrinque & undecunq; divisi domicilia, non immerito magnam apud universos admirationem concitavere, & Maglorii Monachorumque sanctitatem & merita commendavere. De morte tandem, Maglorius, sibi jam imminente ab Angelo edoctus, dum ab eodem, benedici oraret, ab Angelo audiit: *Quoniam modo ego tibi benedicam, cui benedixit is, à quo sancti omnes benedicti & sanctificati sunt?* Quo dicto, sacrum viaticum ipsi idem Angelus, tanquam mox morituro tradidit, & evanuit. Nec multo post vir sanctissimus valedicens Fratribus, inter exhortationis verba suaviter deficiens, felicissimum spiritum Creatori transmisit. Claruit paulo ante annum Christi 600. *Robertus Canalis, Vincent. Beluac. Ant. Iepesius, Surius, tom. 2. SS. Ord. &c.*

In Campania Sancti Marcij Solitarij, cujus præclara opera Sanctus Gregorius scripsit. Ita hac die *Mart. Rom. Vjuardus, Galestinus, Felici, Arnoldus, Hugo, &c.* Ado vero 5. Id. Decemb. de quo nos tunc uberi.

In Vertano Monasterio, Sancti Martini Abbatis, magnæ sanctitatis viri. Martinus Nannetensis, illustri natus stemmate, puer & litteris, & virtute condiscipulis omnibus longè præcelluit. Sacris initiari cum mallet, quam militiam sæculi sequi, Clericus primum, postea sacerdos

ordinatus, à Sancto Felice Nannetensiu Pontifice, ad conversionem Hirbadillæ urbis missus, cum apud superstitionissimos cives nihil efficeret, inde recedere à Deo jussus, una secum hospitem suum ejusque conjugem eduxit, imprecatusque civitati, eam illico maris fluctibus absorberi, metuendo spectaculo, est intuitus; hospita autem, curiositatem uxoris Loth haud absimilem, morte quamprimum repentina luit. Ingemuit super his Martinus, & tantorum quasi malorum auctor, solitudinem ingressus, longa postea & periculosa peregrinatione corpus attrivit, cujus labores multis miraculis Deo commendavit. Reverfus, Vertanense Cænobium condidit, Monasticamque amplexus vitam, plures trecentis ibidem Monachos congregavit. Ipse frugalitatis supra Regulam exemplar omnibus factus, solis herbarum radicibus vixit, & noctes atque dies in jugi ferè rerum cælestium meditatione absumpsit. Morituri conspectibus cum tetri se spiritus objicerent, eos procul illico divina adjutus ope est amolitus, ejusque anima carnis soluta compedibus, comitantibus Angelis in cælum evolavit. Cujus sacrum funus, cum Vertanenses Dirimensibus apud quos obdormierat, præriperent, cum ad flumen interfluens ex adverso aqua & prodigiosissime retenta atque suspensa, sacris Reliquiis ejusque baculis, per siccum vadum transitum ministravit; quo in itinere claudus etiam, & cæcus quidam feretri contactu sanitatem indepti sunt, & multi deinceps ad sepulchrum ejus, variis morbis & calamitatibus liberati. Neque autem Vertanense solum Monasterium, sed & celebre illud Gemellorum in Diocesi Bajocensi condidit, illustri planè & memorabili ad eternitatem omnem nomenclatura commendatum, quod gemellos viri cujusdam nobilis imatura morte parentibus præreptos, duplici eoque stupendo miraculo, ibidem ad vitam revocasset. *Ex Orderico Vitali. Ex monim. Cænob. Comp. Hugon. Menard. &c.*

In territorio Turonensi, castro Luchas, Sancti Senoch Abbatis & Confessoris. Hic apud Pictavos natus, intra fines Turonensium Cænobium condidit & cucullum induit. Rigidus sibi, in alios tamen benevolus & liberalis fuit. Rigorem hyemis sine ullo pedum tegmine toleravit. Refulsit admiranda miraculorum gloria, quibus plurimos prodigiosè juvit, & à morte æque, atque in vita iisdem

Imdrecatur Vrbi.

Terribile exemplum.

Cænobium condit.

Rigor vitæ.

Insigne miraculum.

Item alia.

Duos gemellos excitat à mortuis.

S. Senoch Abb.

Miraculis claret.

Ob. An. 580 exsplenduit. Deceffit sub A. Ch. 579. cujus celebris admodum memoria priscis sæculis habebatur. Gregor. Turon. tom. 2. Sanct. & varii rer. Gall. script.

B. Bernard. In Grandi-Silva depositio B. Bernardi Monachi magnarum virtutum viri. Hic cum esset genere nobilis, nullam tamen generositatem arbitrabatur, nisi pauperem pro Christo posse effici, & membris ejusdem, pauperibus scilicet & afflictis deservire. Nactus eam ipsam in Canobio occasionem, Infirmarius, ut vocant, in domo Hospitum pauperum præfecturam gessit: Quibus, inquit Veteres

Cura pauperum Infirmorum.

Raptus ejus

Revelare cogitur quæ viderat.

Christum intuetur.

in illa humanitatis formâ, quam dignatus est pro nobis assumere: cujus benignissima indulgentia remissionem peccatorum accèpi, & spem felicitatis æternæ per gratiam ipsius in sinu meo repositam habeo. Ex ipsius etiam sacratissimo ore audivi, quod omnes, qui obediētes in isto Ordine usque ad mortem perseverarint, salutem æternam ab ipso consequuturi sunt. Fratres autem nostros, qui de sæculo migrarunt, in magna beatitudine glorificatos aspexi, & locum quem inter eos, miserante Domino jam nunc sum sortiturus, prævidi. Quibus dictis felicem illico animam expiravit. Lib. 2. de Exordio Cisterc. Ang. Manriq. Robert. Rufca, Bern. de Brito, Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Insignis promissio.

Moritur.

B. Mansuetus.

E præcipuis Ord. Cisterciensis.

Visio ejus.

Cistercii in Gallia Beati Mansueti Monachi & Confessoris. Mansuetus è primis & meritisissimis Sanctissimi Ordinis nostri Reformatoibus, Sancti Stephani Abbatibus cooperato strenuus, inter primas novellæ Cisterciensis Congregationis plantas, profundissimæ perfectionis altissimas radices egit, suoque exemplo plurimos à perfectioris vitæ rigore abhorrentes incendit atque concitavit. Qui cum teste Seguino in Dei famulatu penè laboribus se enecasset, graviter ægrotas, & jam proximus morti, visione quadam Divina, atque voce de cælo lapsa recreatus est, quibus de admirabili tam salutaris Reformationis successu & incremento edoctus, cum id ipsum Sancto Stephano Abbati indicasset, lætus & gratulabundus ex hac vita ad immortalem transmigravit. Sequin. Henriq. tom. 2. Sanct. Ord. & plures rer. Cist. script. &c.

OCTAVO CAL. NOVEMBR.

XXV. Octobris.

D.

S. Petrus Abbas.

Ecce ut hodie ita olim licentiam militum.

Imperatorem libere corripit.

In Italia Sancti Petri Abbatis Perusini, magnis vitæ meritis illustris. Petrus, in agro Perusino natus Otthone II. Imperatore, adolecens sacris litteris instructus, brevi ad Sacerdotium pervenit, cum vitæ innocentia, castitate, pietateque in pauperes, plurimas quasque & præstantissimas virtutes conjungens. Militibus Imperatoris, qui ex Vrbe coronatus remeabat, Territorium Perusinum vastantibus, Petrus multorum lachrymis commotus Imperatorem adiit, libereque corripuit, quod Regnum, sibi à Deo gubernandum, non desolandum commissum esset, eumque districtissimam tot malo-

rum, à suis in pauperes præsertim factorum, rationem redditurum. Quem cum Imperator primum rejecisset, postea cognita sanctitate, illi rursus evocato, aures libenter præbuit, multaque deinceps correxit. Ab Honesto Episcopo Perusino innocens agnitus eorum, quorum falso delatus fuerat, Ecclesiam B. Petri Apostoli in monte Calario dirutam, cum Cænobij ædificandi facultatem obtinuit, professusque Ordinem nostrum, primus postea ejusdem Cænobii sui Abbas esse meruit, & à Ioanne XIII. Pont. Maxim. omnia quæ illius olim Ecclesiæ fuerant impetravit. Vitam admodum rigidam vixit;

Multa mala avertit.

Construit Cænobium.

I. ejusdem ipse fit Abb.

Regula stricta observatio.

Panem mirè accipit.

Columnam in aère suspendit.

Electuarium prodigiosè auctum.

Aliud miraculum.

Mirabile ejus factum.

Canes panem ab eo benedictum non edunt.

vixit; carne siquidem perpetuo abstinuit; ter singulis hebdomadibus jejunavit, vini usum rarius, in quadragesimæ vero diebus nunquam admisit. Horis Canonicis in Choro ne quando interesse negligeret sollicitè curavit. Sanctissimæ Regulæ observantiam acuratiorem sedulo omnibus inculcavit, & exemplo suo clarissimè demonstravit. Multa autem edidit miracula: Cum panis deficeret, eo orante ad portam Monasterii equi frumento onusti, ab ignoto missi adfuerunt. Cum columna ingens marmorea, sursum elevata, ruptis funibus, jam jamque præceps rueret, facto quamprimum crucis signo, eam prodigiosè in aère suspendit. Episcopus illi vas electuario plenum servandum dederat, quod à Petro in pauperes distributum cum Episcopus repeteret, ille Pontificis iram veritus ad preces confugit, consurgensque ab oratione, vas, ut acceperat ab Episcopo, plenum reperit. Cum Cellarius eleemotynam dare iussus, panem in arca deesse diceret, is quinque panes à se inventos & benedictos canibus projecit, verum cum panes attingere non auderent, pauperibus distribuit. Latrones duos suspendio necandos, cum ad custodiam ea conditione à judice suscepisset, ut si aufugerent, ipse lueret; recreatos cibo, pœnitescentes, absolutos, & salutariter instructos liberè dimisit. Succentuit graviter judex, at remissurum se pœnam dixit, si canes panem ab ipso benedictum (quod forte audierat, minus tamen crediderat) non comederent, quod, ne Deum tentaret, facere Petrus recusavit. Vocatus tamen ad Comitum mensam, cum panem benedixisset, & inde projectum canibus esset, odorantes panem, atque ululantes, devorare minime potuerunt. Cû Romam ad limina Apostolorum multis comitatus pergeret, imbribus undique de cælo ruentibus, ne gutta quidem illum & comites attingit. Denique cum multis annis Cænobio suo sanctissimè præfuisset, febre correptus, felici morte deceffit, cujus dies anniversarius coli cepit, cum vehemens aliquando ventorum vis arbores in agro Perusino convulsisset, & legetes vastasset. Ex Officiò Eccles. Perusine Ecclesie, to. 2. Sanct. Ord. Phil. Ferrario. Ejus tamen natalis celebratur Perusij 10. die Julij.

S. Dulcard. Abb.

Biturigibus, in Monasterio Ambiliacensi, depositio Sancti Dulcardi Abbatis & Confessoris, qui celeberrimus sanctitatis fama effulsit temporibus Sancti Sulpitij

tij Pij Archiepiscopi Bituricensis, multisque lectissimis discipulis omnem circumjacentem provinciam beavit; sub A. Ch. 640. cujus tamen acta desiderantur. Molan. Hist. Episc. Bitur. Menard. &c.

Clar. 640.

B. Offa Rex Mon.

Romæ depositio Beati Offæ Orientalium Saxonum Regis, Monachi & Confessoris. Offa & Regii generis sublimitate, & formæ morumque elegantia præstantissimus, fervente Apostolorum nostrorum in Anglia exemplo & consuetudine delectatus, pullâ Monachorum vestem, auro omni & purpura potiore æstimavit, & exambiit. Nactus autem, ejusdem propositi socium Coenredum Merciorum Regem Edilredi filium Romæ contendit, & stupente Principe orbis Vrbe, ibidem attonsus, cucullû de manu Constantini Papæ suscepit. De eo, sic Beda noster Venerabilis, agens de Coenredo: Venit autem cum illo & filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa, juvenis amantissimæ ætatis & venustatis, totique suæ genti ad tenenda servandaque Regni sceptrâ exoptatissimus. Qui pari ductus devotione mentis, reliquit uxorem, agros, cognatos, & patriam propter Christum & propter Evangelium, ut in hac vita centuplum acciperet, & in sæculo venturo vitam æternam. Et ipse ergo, ubi ad loca sancta Romam pervenerunt, attonsus, & in habitu Monachico vitam complexus, ad visionem Beatorum Apostolorum in cælis, diu desideratam pervenit. Ita Beda. Claruit An. Ch. 710. Div. rer. Angl. script.

Roman proficitur.

Centuplum in hac vita.

S. Hildemarcha Abb.

Eodem die Sanctæ Hildemarchæ Abbatissæ. Hæc Cænobii cujusdam Burdegalensis civitatis Abbatissa, jussu Divino admonita, ad territorium Rotomagensis concedere, sui que curam S. Wandregisilo nostro Fontanellensis Cænobii Conditori & Abbati committere, parere non distulit, susceptoque magna alacritate itinere, & à dignissimo illo Magistro perbenignè excepta & dignè instituta, jussione ejusdem Fiscamensis Cænobii præfecturam admisit, quam admirando sanctissimæ vitæ exemplo optime gessit; & plena bonorum operum ex hac luce deceffit. Ex Call. script. Vita S. VVandregisili, t. 2. Sanct. &c.

S. VVandregisili discipula.

In Monasterio Sancti Galli apud Helveticos, Beati Raperti Monachi, ex regio sanguine, & antiquorum Saxonum genere oriundi, qui magna & sanctitatis, & eruditionis laude refulsit. Fuit familiarissimus, sanctissimo illi Notkero Babulo Sequen-

B. Rapertus

Miraculum inigne. *quenziarum*, ut vocant, felicissimo auctori, à quo haud aliter, quam *Anima* sive *Animi sui* nomine appellatus est, quorum in mensa calicem cum studiose amulorum quidam per nequitiam evertisset, ex eo in solum præcipiti, & circumvoluto, stupente prodigiose vino, nec guttula quidem effusa est. Reliquit non pauca Raptus ingenii sui monumenta, & magno sui relicto desiderio hac die in gaudium Domini introivit. *Ex monim. Sangall. t. 2. Const. Benedict. Annal. Germ. nost. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Lutgardis Virgo. In Monasterio Sponheimensi Beatæ Lutgardis Virginis, Everhardi de Solernheim Equitis præstantissimi lectissimæ filia, quæ contempta sæculi nobilitate, nobilissimam Christi servitatem amplexa, generositatem suam humilitate comprobavit, cucullumq; in Cænobio Spanheimensi induta, eâ vitæ excelluit puritate, ut spectabili etiam forma, cælestes sese spiritus eidem familiariter ingererent, multaque ei secreta revelarent. *Ioan. Trith. Chron. Spanheim. Annal. Germ. nost. tom. 2. Sanctorum Ord. &c.*

BB. Mart. Seichebeck. In Germania passio Venerabilium Patrum, Abbatis, & Monachorum Monasterij Setichenbeckensis, quos Gerardus Comes Mansfeldius, ob Hospitalitatem ab eis servatam crudelissimè interemit: & Abbatem quidem inter alios, plus quam tartaricâ immanitate, perticæ alligatum igne torreri iussit, Fratribus cæteris per diversa & gravia tormenta variè interemptis A. Ch. 1376. *Ex lib. 3. Saxon. & lib. 8. Hist. Vandal. Alb. Crantz. &c. Abraham. Bzov. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c. Annal. nost. Germ. &c.*

V. Dionysius Abbas. In Aurea-valle obdormitio Venerabilis Patris Dionysij P Argentier Abbatis Claræ-vallis, illustrissimi nostra ætate syderis; *viri, quem Deus in vita egregius virtutibus, miro fervore, & reformationis zelo, post mortem vero signis & miraculis illustravit. Cui, argentum, inquit Claudius Robertus, septuplo probatum nomen fecit, moribus planè aureis;* qui postquam suis annis 27. sanctissimè prætuisset, hac ipsa die A. Ch. 1624. beatissimo fine decessit, cujus sacros pedes, magnus ille Vallis-Auræ Abbas Bernardus de Montgaylart, & ipse signis prodigiosis illustrissimus, summa animi demissione & devotione osculatus est, universo sacro ejus Convētu id ipsum imitantibus. Celebravit magnis & evidentibus miraculis Dionysij sui celebrem sanctitatem bonum Numen, celebratq;

Elogia digna *Miraculis claret.*

in hodiernum diem, profligatione inprimis cacodæmonum ex oblectis, quibus sacræ ejus Reliquiæ adeo terrori sunt, ut sustinere eas minimè valeant, quin possessa pridem habitacula deserant. Sepultum est sacrum corpus ejus, loco quo decessit, cor vero Claramvallem translatus; his, tantum Argenti, aurique thesaurum, haud immerito illis invidentibus. Positum non unum tanto viro Epitaphium, quæ subjicienda censuimus:

Epitaphia S. M. Dionysij Abbatis Clarævallis.

CHRONOSTICON
Æthera Mens sVperat, P Argentier
aVrea CorpVs
Sors tenet, & CLara Cor sIbI VaL-
Le IaCet.

Aliud Epitaph.

Ortum Treca, gradum Sorbona, &
Clara tiaram
Vallis, at exequias Aurea, & astra ma.
Deus.

Aliud Anagrammat.

Dionysius de P Argentier.

Anagrammat.

Ales DEI ingreditur Syon.

Raptus amore Dei sanctam Dionysius
ales.
Ingreditur terram corpore, mente
Syon.

Ejus laudes eleganti stylo prosequutus est R. P. Laurentius de la Roche, oratione funebri Luxemburgi impressa A. C. 1624. apud Hubertum Reuland. E miraculis aliqua ab Henriquezio recensentur prolixè, nimirum Religiosi à quartana, alterius incurabili stomachi infirmitate, aliorum apostemate gravi, venæ dissectione &c. gravissimis periculis prodigiosè liberatorum, de quibus nos prolixius agimus, & 2. Sanct. Ord.

In Germania natalis 46. Monachorum Cisterciensium, qui ponentes pro Christo animas suas, ab Hæreticis trucidati sunt. *Menol. Cist. Henr. Ang. Manriq. &c.*

Eodem die translatio secunda Reliquiarum Sancti Otthmari Abbatis Monasterii S. Galli in Helvetia, facta à Salomone Comite de Ramfwag Episcopo Constantiense A. C. 864. *Ex Benedict. Const. &c.*

☩ (O) ☩

SEPTI-

XXVI. Octobris.

E.

Comm. Matris Bened.

Commemoratio jucundissima, Serenissimæ Dominæ Matris Admirabilis à Filiis suis BENEDICTÆ; sive, memoria obsequiorum, eidem à Sanctissimi & Admirabilis Patris BENEDICTI filiis, à prima amplissimi & verè Benedicti Ordinis institutione, tanto decursu sæculorum in hanc usque diem præstitorum. Quo quidem Festo, accenditur Monachorum omnium, erga BENEDICTAM sanctissimi Ordinis Matrem studium, pietas & devotio, ad eam dignis laudibus celebrandam, & religiosissimè colendam, in ea amoris intentione, intentione, & meritorum Fraternalium ac Paternalium conjunctione, quibus maximi & perfectissimi, ejusdem Ordinis Patres & Fratres nostri; honorem Dulcissimæ Matris, toto terrarum orbe promoverunt, ipsamque novis & insolentibus ad eam usque diem modis, amorisque eximii exquisitissimis, inventis, venerati, omnem posteritatem suo exemplo accenderunt. De præcipuis Deiparæ ex Ordine nostro Cultoribus, agimus libro singulari, eorumque passim hoc opere, & alias fusè, meminimus. Agit de Festo hoc Gerardus Belga noster parte I Opusc. sacrorum, à nobis superioribus annis editus.

Gerardus Belga.

S. Albinus Episcopus. Frislaræ S. Albuini Episcopi & Confessoris. Albinus, patria Hibernus, Insulæ & Monasterii longè amplissimi Hufenis Monachus, vir sanctissimæ conversationis, convertendarum gentium studio tantopere exarsit, ut nullo mortis metu ac periculo, ab illo tam sancto proposito deterreri possit. Sublimi proin contemplationis studio excoctissimus, dulcem patriam, amicamque cellulæ suæ quietem deserens, multis perfunctus longi itineris laboribus, molestisque ac periculis inter efferatissimos populos, magno animo superatis, in Germaniam delatus, apud Thuringos denique sedem fixit; ubi assidua Verbi Divini prædicatione plurimos felicissimo successu, ab infano inanum Deorum cultu avocans, Christo & Ecclesiæ Matri aggregavit. Romani proin Pontificis auctoritate, quo majorem deinceps etiam fructum faceret, Frislaris ordinatus Episcopus, cathedram suam in oppido Burbacensi constituit, & admirabili vitæ sanctitate ejus Pon-

Patriam & cella quietem deserit.

Eidem dissimulat.

Episcopus ordinatur.

tificatus initia consecravit. Cumq; plurimis annis, totum sese commisso sibi gregi impendens, in muneris sui functione strenue deludasset, circumpositosq; populos, verbo, exemplo, & miraculorum insuper virtute ad verè Fidei agnitionem convertisset, plenus meritis, hac ipsa die laboribus tantis immortuus ad requiem æternæ beatitatis evolavit, pro illustribus meritis dignissimo Thuringorum Apostoli titulo celebratus. *Arnold. Duac. Ioan. Trith. Chron. Thuring. Annal. nost. German. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In territorio Mediolanensi Beatorum Haymonis & Veremundi Convertorum, genere & Virtute illustrium. Haymo & Veremundus Comites, germani fratres, ex perillustri Coriorum familia originem duxere, uterque simul memorabili exemplo ad conversionis gratiam à Numine vocati. Cum enim inter venandum uterque a suis separati incautius agerent, à Sancto Martyre opem implorantes, ubi primum de Virginum nostrarum condendo illic Cænobio votum emisissent, apri recesserunt. Illi vero tanti memores beneficii, Monasterium Monialium S. P. N. sub nomine S. Victoris non solum extruxerunt, sed & ejurato pari consensu sæculo, humillimum Convertorum nostrorum amplexi institutum, Sanctarum Virginum servitio (divitiis prius omnibus tum in pauperes, tum Cænobium à se conditum erogatis) sese perpetuo devoverunt. Præter autem humillima Converterorum exercitia, magno insuper rigore corpus affecere, cum cilicio ad nudam carnem induti, perpetuum sibi jejunium, & quadragesimam, ut vocant, jugem, indixissent, tribus insuper hebdomadæ cujusque diebus, solis pane & aqua contenti. Humum nudam pro lectulo habere, in omni deinceps vita, quidquid corpori arrideret execrati. Decessere denique felici transitu, ad æterni Regis evocati palatia sub Ann. Christi 790. admiran-

Votum de condendo Monasterio.

Uterque Comes convertitur.

Eorum humilitas.

Rigor vitæ.

Obiit 790

Q99 3 randis.

Mortuum
resuscitant.

randis post mortem prodigiis resulgentes, in quibus, desperatam Abbatissæ valitudinem restituere, & Monialem Apoplexia tactam periculo exemere, quin & puer immaturo fœtu, mortuus in lucem editus, sanctorum implorata à cognatis ope, vitæ redditus, baptizatus, & Veremundi nomine appellatus est. *Ex proprio Officio Eccl. apud Medam. Modesto Comensi, Ferr. t. 2. SS. &c.*

B. Ioan. &
soc. Mart.

In territorio Leodiensi Beati Ioannis Abbatis Alnensis, qui simul cū alio ejusdem instituti & Monasterii Monacho, pro pietatis & iustitiæ defensione ab impiis occisi Ann. Christi 1383. cum palma Martyrii ad æternam patriam transivere. *Ex monim. Alnens. Mon. Menol. Cist. tom. 2. Sanct. &c.*

A.C. 1383.

S. Conganus.

In Hiberna Beati Congani Abbatis, qui hortatu Sancti Malachie institutum Monachicum fervidè amplexus, sanctissimæ Cisterciensium nostrorum Reformationi nomen dedit, & magnis virtutibus clarus, cum magna sanctitatis opinione vitam terrenam cum cælesti gloria commutavit; cujus illustrem sanctitatem insigni miraculorum gloria Deus fidelibus commendavit, Floruit An. Ch. 1150. *Barn. de Montalbo, Philipp. Seguinus, Chrysoptom. Henriquez. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Miraculis
claret.

1150. floret.

SS. & BB.
Bertineus.

In Monasterio Sithiu Divi Bertini insignis Commemoratio, integræ & lectissimæ Sanctorum atque Beatorum ejusdem vetustissimi & celeberrimi Cænobii Abbatum & Monachorum Cohortis, qui in numero triumphantis in cælo Sanctissimi Imperatoris nostri Admirabilis Patris BENEDICTI, exercitui adjuncti, in conspectu Regum Regis, suis quisque pro meritis redimiti fertis & coronis, fratrum suorum in terris degentium certamina ut securè intuentur, sic potentissimis precum suffragiis, amantissimè juvant, & contra visibiles atque invisibiles hostes valide propugnant. Ex lectissimo illo Sanctorum manipulo, antesignanos, spectatiorum aliquot enumerat Henricus Costerius in arbore Bertiniaca, & ex hoc Michael Buzelinus noster ejusdem Cænobii Monachus apud Arnoldum Duacenum,

Triumphus
S.P.N.

Catalogus
Sanctorum
aliquot.

quorum nomina sola hoc loco recensemus: S. Bertinus, ipse Cænobii Fundator, S. Bertrammus Abbas, S. Mommolenus Episcopus Noviomenfis, ex Monacho hujus Cænobii, S. Walbertus, B. Bertinus Comes Arkenfis, Sanct. Winocus primus Abb. in Wormholt, B. Quadanocus, B. Madocus, B. Ingenocus, omnes quatuor Regio genere nati, S. Erckenbodo Episcopus Morinorum, Sanct. Hunfridus ibidem Episcopus, Sanct. Fulco Archiepiscopus Rhemensis & Martyr, Sanct. Grimaldus Abbas, B. Ioannes, B. Afferus, Sanct. Wocardus Martyr, Sanct. Winedaldus Martyr, Sanct. Gerwaldus Martyr, Sanct. Regenardus Martyr, S. Gerardus Abbas, B. Lambertus Abb. B. Simon. Abbas, B. Leo Abbas, B. Ioffio, Sanct. Bernardinus pœnitens; ut ex hoc tam celeberrimo numero, facile sit de copia, tam frequentis, sub tantis Ducibus, tanto decursu sæculorum, ab ipsa origine Cænobii, arbitrari. *Ex Annal. nost. Germ. & Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Illustris syllabus SS.


Maurianæ, depositio Beati Bernardi ejusdem Urbis Episcopi diversis & admirandis pietatis operibus clari, qui oves sibi creditas sanctissimè pavit, & verbo prædicationis atque exemplo instruxit: cujus præclara merita, singulares animi dotes, cordis lenitatem, mentis vigilantiam, meditandi frequentiam, tota Ecclesia eâ ætate mirabatur & venerabatur: nam totius perfectionis perfectissimum se exemplar exhibuit, consummatoque vitæ cursu, beatam DEO animam feliciter tradidit. *Ex Menologio Chrysoft. Henr. Barn. de Montalb. Phil. Seguin. &c.*

B. Bernardi Episc.

Trajecti ordinatio Sanct. Amandi; & Elnone translatio corporis ipsius ab Ecclesia SS. Petri & Pauli in Ecclesiam Sanct. Stephani per S. Elogium Episcoporum. *Molan. in Indic. SS.*

Elevatio S. Amandi.

Laubiis elevatio Sancti Ermini Episcopi & Abbatis Laubiensis. *Idem Molanus loco cit.*



XXVII. Octobris.

F.

S. Tetra Abb.

IN Anglia Sanctæ Tetra Virginis & Abbatissæ Weinbrunnensis. Tetra, generosissimo Regii fastigii & fastus contemptu, cum & filia, & soror Regis esset (Cuthredi scilicet germana) sacrum Vitæ Monasticæ rigore deliciis omnibus prætulit, & cucullo purpuram mutans, in celebri illo V Weinbrunnensi Angliæ Cænobio Regulam S. P. N. BENEDICTI professâ, vitæ perfectione se omnibus probavit, ut post mortem Sanctæ Cuthburgis Monasterii ejusdem Fundatricis, secunda lectissimarum Virginum Antistita renunciari meruerit, in quo quingentas, grandi numero, discipulas colligens, iisdem una Magistra, ita satisfecit, ut omnium Academiarum honores superare videretur, eo inprimis omnium prophanarum litterarum professoribus spectatior, ut felicior, quod suas non tam verbo solo docere satageret, quam conversationis sanctissimæ exemplo informare, & concitare: *omnia enim*, inquit Rudolphus Rhabani discipulus, *bona & sancta, exemplis magis ostendebat, quam verbis, & quacunque saluti animarum docuerat esse contraria* (c. 2. Regulæ) *in suis actibus non agenda monstravit.* Merita est æterno merito etiam tam procul posita, de amplissimis Germaniæ nostræ provinciis, ad quam petente magno Apostolo nostro & primo Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopo Bonifacio, sanctissimam illam Virginum Reformatricem, & Monastici Ordinis in sexu famineo alteram per Germanias propagatricem Liobam, destinavit; cujus ope multum sibi chara & necessaria licet ægerimè careret; ut exteris tamen consuleret, semetipsam despoliavit, & dilectiones quasque sanctioresque, quæ felici incendio patriam nostram accenderent, eidem socias addidit, ut haud immerito, post Divam Scholasticam S. P. N. BENEDICTI sororem, universi Ordinis Tutelarem, una & præcipua tot millium per Germanias DEO sacrarum Virginum felicissima mater Tetra habeatur. Claruit plurimis & admirandis virtutum signis, quæ discipula illius Lioba, summo cum affectu pietatis commemorare solita, ejus absentis exemplo, Germaniæ Virgines excitare, & ut veteres Manuscripti loquuntur, *mentes earum adificare*, consueverat. E mi-

Regium genus.

500. Monialium Abbatissa.

Verbum minus exemplo.

Meretur de Germania.

S. Liobam in Germaniam destinat.

Altera Germanorum Scholastica.

Signis claret

raculis, illud rarius memoratur: cū Virginum quædam, cui templi cura fuerat commendata, ad vigiliis confurgens, claves sibi ablatas plurimum lamentaretur, nihilque inquirendo proficeret, ac proinde ad Sanctæ Abbatissæ accidens pedes, culpam ex more fateretur; ista diaboli scelere factum illico intelligens, *Damonis astus.* convocatis sororibus, in preces sedulo incubuit; cum ecce confurgentibus illis ab oratione, reperta quamprimum est ante fores Oratorii vulpecula mortua cum clavibus in ore, cujus merito in forma auctor confusionis detectus apparuit. Præpositam Cænobii, fervore nimio, minusque discreto sororibus rigidam, vitam sanctam, cum eam ipsam ob causam luescere in flammis purgatricibus, divinitus cognovisset, precibus eripuit, & fossa sepulchri, quæ antea penè vacua videbatur, humo excrecente paulatim expleri cœpit, ita ut uno eodemque momento, & ipsa ab oratione resurgeret, & terra sepulchrum complanaret. Claruit sanctissima Virgo sub Ann. Christi 760. *Ex Rudolpho Rhabani discipulo, t. 2. Sanct. Ordin. & divers. rer. Angl. script.*

Confunditur

Rigor indefectus præposita punitus.

Clar. 760.

B. V. Verdini Abb.

Ab Angelo de morte docetur.

Sigillum sextum aperit cum intactum

Ob. 779.

In Monasterio Hydruntino obitus Beati V. Verdini Abbatis prophetiæ spiritu clari. Vocatur hic à nonnullis Tubertinus, fuitque ab angelo Custode suo, post vitam sanctissimè exactam, de resolutionis suæ tempore admonitus. Revelatione autem Numinis, eventura orbi, in apertione, ut ipse fatetur, *sexti sigilli in charta sive membrana consignans, eademque in capsâ marmorea concludens, secum sepeliri post mortem voluit, atque id ipsum in Virtute Sanctæ Obedientiæ discipulis suis Iacobo Hydruntino, & Mauro Panormitano, ne facere negligerent serio præcepit, tunc primum propaganda, cum Deo placeret eadem cum corpusculi sui exuviis solem denuo intueri.* Obiit vir sanctus Christi anno 1278. sive 79. 6. Cal. Novembris. *Ex Annal. nostr. Bened. Iansonio Doccomensi, &c.*

In Germania Beati Mefridi Prioris Monasterii Eberbacensis viri erga Deum pietatis & Religionis eximie, erga homines præcipuæ auctoritatis: qui domum suam inter imminentes Schismaticorum procillas, quando temporibus Alexandri

Revelationibus claret.

Calites familiares.

S. Hildegardi scribit.

SS. & BB. Berckingenf.

Copia magna.

Miracula.

B. Hemelina

dri Papæ, Fridericus Imperator Ecclesiã Dei diutina evulceratione cruciavit, ne penitus destrueretur, sua prudentia & vigilantia conservavit. Huic beato viro, inter cætera charismatum dona, quibus feliciter pollebat, arcana quoque revelationum, nonnunquam divinitus pandebantur. Et sicut à cælestibus civibus familiariter, & in hac etiamnum lachrymarum valle, visitabatur, ita & malignorum spirituum larvis, multoties terrebatur: quos tamen vir pius crucis Dominicæ signo confusus facile propulsabat; Qui tandem post varia pietatis opera, magno sui relicto desiderio mundum hunc deserens, superas cæli arces gratulabundus ascendit, æternamque pietatis suæ famã cum corporis sui exuviis mortalibus reliquit. Fuit commendatissimus Divinæ Hildegardi nostræ, ad quam extat etiamnum piissima ejus Epistola tomo 15. Bibl. Patrum. *Ex Annal. nost. Germ. t. 2. Sanct. Henr. &c.*

In Anglia, plurimorum Sanctorum Monachorũ & Monialiu, qui in Berckingenf. Monasterio, post vitam sanctè exactam sepulturam meruerunt. Fuit hoc celeberrimum in Anglia Cænobium à Sancto Erconwaldo Londinensi Episcopo & Monacho, in gratiam sanctæ & Illustrissimæ sororis suæ Ethelburgæ conditum, in cujus amplissimo ambitu atque area, tam Monachorum quam sacrarum Virginum lectissima agmina, seorsim tamen conclusi habitant; ubi ingens sanctorum copia, multo decursu sæculorum cælis nata, adeo primis statim Cænobii initiis se proderet cœpit, ut sub ipsa etiamnum Ethelburga, (nec minori fructu sub S. Hildilhida) integræ cælo cohortes adolecerent, & plurimis miraculorũ signis, triumphis adscripti cælestibus divinitus probarentur. Quorum omnium cum nec nomina quidem, nedum singulorum res gestæ, litteris sint consignata, eorum simul semelque omnium celebris memoria hac die recolitur. *Ex rer. Angl. script. Mart. Ben. Gall. & Angl. tomo 2. Sanct. Ord. &c.*

In Gallia Beata Hemelina Virginis reclusa. De hac ita Compendium Gofwini: Vidimus quandam Virginem mi-

ra abstinentiæ, cujus vita dura & arcta, & conversatio sancta. Tribus diebus in hebdomada nihil cibi aut potus gustans jejuna permanfit. In quadragesima & Adventu Domini, nihil panis gustavit. Cilicio ad nudum corpus utebatur, nec botis aut subtalaribus, æstatis vel hyemis tempore pedes munivit. Sola induebatur tunica, & desuper de simplici panno & vili erat induta pallio. Ferro firmissimi clavis circa corpus ipsius firmato cingebatur, ita ut caro excrefcens totum ferum cooperiret. Indefinenter orabat, & filabat, & filando Psalmos ruminabat. Detrahentium susurrations odibat anima ejus. &c. Erat autem sylva contigua, unde sæpius à corvis & cornicibus molestabatur, illorum voces & crocitus audiens, quibus præcepit ut abirent, & quietam illam finerent Deo servire. Cui obediens exierunt. Spiritu prophetiæ, si quando Monachi aut Conversi vani aut vitiosi, malaque volentes aut facientes eis præsentarentur, continuo eos reprehendens, monuit ut cautiores essent, nec diabolo locum darent. Comites & nobiles, cum ad bella erant processuri, consulentes si eis expediret, qualem habituri erant eventum eis prædicebat, &c. Ita *Goswinus* simpliciter, sed veraciter, & nos *fufius, t. 2. Sanct.*

Ehnone Commemoratio Ordinationis Sancti Amandi Episcopi; quæ licet die præcedenti, sicut & translatio corporis & dedicatio Ecclesiæ, facta fuisse, credatur, hac tamen die specialibus recolitur. *Molan. in Addit. Hugo Arnold. &c.*

In Monasterio Blandiniensi adventus corporis Sanctissimæ Christi Virginis Amelbergæ. Facta est hæc translatio An. Christi 870. procurante Balduino Flandriæ Comite cognomento Ferreo per Raymelinum Episcopum Tornacentem, ex Temfecensi Cænobio ad civitatem Gandavensem. *Auct. cit.*

Marcianis elevatio corporum Sanctarum Eusebiæ & Gertrudis Abbatissarum. *Molanus lib. cit.*

Mirus rigor.

Ferreæ Virgo


Corvici obediunt.

Spiritu prophetico claret

S. Amandi Ordinatio.

S. Amelbergæ V. Transl.

Elevatio.



XXVIII. Octobris,

G.

S. Pharo Episc.

Palatio præfectus.

Qualis in purpura.

De Clothario Rege meritus.

Legatos convertit.

Mundum fastidit.

Cucullum amplectitur.

Fit Episcopus.

66. annis præst.

Meldis S. Faronis Episcopi & Confessoris. Faro sive Pharus Illustrissimis & Regiis ortus natalibus Hagnericum Burgundiæ Comitem, Principem inter Galliæ primates spectatissimum patrem habuit, ipse summo apud Reges pretio, Clotharii ac Theodoberti palatio præfuit, nec minus amicum Theodoricum habuit, adeo felix, ut in oculis omnium esset; tantisque juxta virtutibus excultus, ut cæli etiam ipsius sibi favores attraheret. *Erat enim, inquit Veteres MS. totus amabilis, humanus, operibus charitatis intentus, & multis morti adjudicatis vitam, & morum mutationem impetrabat,* ut videas etiam in purpura, velut Episcopum lucrândis Deo hominibus intendisse, & cū præcipua Regni moles humeris ejus incumberet, ea quæ Dei sunt minimè neglexisse. Meruit multo nomine de Regibus, de Clothario inprimis, cui unice charus erat, cujus aliquando honorem & digno & pio astu redemit, eum contra omne jus gentium Legatos Saxonum perempturum, scitè admodum ab eo proposito avertit, tantumque apud Legatos effecit, ut ejurato impio Deorum inanum cultu, vero & uni Deo nomen & manus darent, ex quo haud levis in plurimos alios fructus redundavit. Ad sororem germanã Burgundorã sanctissimæ famæ Abbatissam cum diverteret, adeo ejus sacris colloquiis accensus est, ut honores mundi omnes, ut Regum amantissimorum favores, ut dilectissimã conjugem, ut omnia quæ pulchra & chara olim erant, repente fastidiret, & solum DEVM in Cænobii quamprimum quiete quærere proponeret. Invenit parri proposito ferventem Blidechildem conjugem; quare, minimè dilato, quod proposuerant, amplissimis opibus in Ecclesiã egenosque profusus, cucullum uterque amplexus est, & florentem etiamnum ætatem, in medio propensissimæ fortunæ cursu Domino consecrarunt. Walberto postea germano ejus Meldensium Pontifice defuncto, Cænobio extractus, pari sanctitate Cathedram ornavit, & raro sane exemplo, totos sexaginta sex annos tenuit, tantus omnino pastor, quantum nulla latis posteritas suspiciat

deprædicetque. Ostendit merita ipsius gravissimis miraculis DEVS; ex quibus dum die Paschatis Confirmationis Sacramentum pueris impertiretur, quendam à nativitate cæcum inungens mire illuminavit. Sed & illud rarius, dum carceres aliquando præteriret, vincitque lachrymabundi ipsum invocaret, & opem flagitarent, arctissima vincula & compedes ferreos, sola voce rupisse, vincitque in libertatem prodigiosè asseruisse: *Quandocumque, inquit, factorum vos pœnitet, liberi abite.* Illud penè inauditum, plures simul semelque, qui sædo naufragio merfi perierant, mortuos resuscitasse, navi etiam ipsa è profundo pelagi magno miraculo mire emergente, & ad optatum litus pertingente. Decessit sanctissime sub Ann. Christi 686. vel 87. ingentibus etiam post mortem prodigiis illustratus, sub cujus honore & nomine insignis est ad Urbem Meldensem Basilica & Abbatia condita. *Ex Vitat. 2. Sanct. Ord. Petro Equilino, Constantino Ghinio, Vincent. Beluac. Trithem. Iepes. &c.*

Fanix in Belgio depositio Sancti Dodo Abbatis. Hic Religiosis parentibus in pago Lomacensi, Vallensi villa editus, ab iisdem prædicto Vrfmaro sacris Baptismi undis lustrandus, atque *ut proprius ejus filius,* in DEI obsequio educandus est traditus. In Monasterio Laubiensi cum adolevisset, atate provectior, omnem hæreditatis suæ possessionem Deo & Beato Petro consecrans, Monasterio Wallerensium si liberrima donatione tradidit, cucullumque amplexus, eidem non multo post Cænobio, Sanctis Landelino & Vrfmaro connitentibus, præfici meruit. Demum relicto onere Abbatiali, vicino loco condita cellula, vitæ reliquum, sola Divinarum rerum contemplatione exegit, ibidemque sancto decedens sine, insigni postea miraculorum gloria factus celeberrimus, à Dodilone primum Cameracensium Episcopo, & à Fulberto postea, admonito per visionem Leutberto loci provifore elevatus, plurimis denuo miraculis coruscavit. *Ioan. Molan. in Addit. & Natal Sanct. Belgii, Menard. Arnold. Duac. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Cæcum illa minas.

Captivos mire liberat.

Plures simul mortuos excitat.

S. Dodo Abbas.

Omnem hæreditatem Deo consecrat.

Abbatiam resignat.

Miraculis claret.

Villarij

B. Egbertus Conversus. Villarii in Brabantia Beati Egberti Con-
 versi, magnis cæli favoribus illustris. Eg-
 bertus eo in primis ad magnam perfectio-
 nem devenit, quod charius illi nihil esset,
 quam de antiquo & Sancto Ordinis statu,
 de primævo fervore & flore, de Sanctorum
 Patrum & Fratrum nostrorum vita & ex-
 emplis audire & colloqui; quibus collo-
 quii fieri sentiebat, ut præter dignissimam
 & jucundissimam tam variarum rerum &
 actionum commemorationem, cum salu-
 taris in nobis erubescencia & reverentia,
 tum fervens plerumq; imitandi desiderium
 & studium felicissimè in cordibus nostris
 accenderetur. Dilexit idem Egbertus
 cultu præcipuo Augustissimam Cælitum
 Imperatricem, quam pro admirabili, qua
 sibi aspirabat odoris fragrantia vix alio
 nomine quam *Rose* appellabat, & devotif-
 simo quotidie obsequio religiosissimè ve-
 nerabatur. Undecim præterea millium
 Virginum patrociniū diligentissimè ex-
 ambiebat, quibus quotannis, ut MS. liber
 de vita ejusdem habet, *integrum servitium*
 exolvebat, quod est singulis singulas etiā
 preces numerabat. Fuit in omni labore
 & dolore hilaris, ab omni tristitia & anxie-
 tate alienus, ita quidem ut maxima spiri-
 tus libertate Domino serviret. Patientiæ
 & paupertatis studio mirè excelluit, & cū
 gravissimo viscerum dolore, ex invetera-
 ta ruptura seu hernia laboraret, pro eo ut
 summam gratia gratissimas assidue gratias
 Domino referebat, in omni invaletudi-
 ne, de medicina corporis parum sollici-
 tus, in cujus neglectu, imo voluntario in-
 super cruciatu maximum lucri pondus
 reputabat. Cui demum ægrotanti ipse
 Rex Angelorum numero sanctorum
 cætu comitatus apparuit, eumq; ad cæ-

lestem patriam invitavit. *Ex monim. Vil-
 lar. Chrysof. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.*
 In Lusitania Beata Briolayæ Virginis, *B. Briolayæ
 Virgo.*
 quæ nuptias ipsi à parentibus propositas,
 omnesq; sæculi comoditates fastidians,
 Christi Virginum sponsi amorem deme-
 ruit & meruit, sacrisq; eidem Virginibus
 in Cænobio Eboracensi adscripta, admi-
 rabili vitæ sanctitate effulsit, aliaque inter
 virtutum studia, Silentii in primis studio-
 sissima, continuum in eodem Cænobio
 silentium cū omnium admiratione stri-
 ctissimè custodivit. Christum Cruci af-
 fixum pectori impressū gestabat, omnes
 alias terrenarum rerum cogitationes ex-
 cludens. Sæpe Sacerdoti celebranti An-
 gelicos spiritus assistere vidit, & in eadem
 hostia consecrata puerum Iesum, vel ipsū
 Cruci affixum, seu spinea corona redimi-
 tum conspexit. Ipsum etiam sacerdo-
 tem aliquando inter celebrandum san-
 guine perfusum, aliquando pulcherrima
 florum suaveolentium corona decoratū
 contemplata est. Ara sacra, ubi pacifica
 Hostia æterno Patri offerebatur, cælesti
 fulgore circumquaque rutilans, Virgini
 oranti visa est. Quæ nihilominus in tan-
 ta visionum sublimitate, & gratiæ magni-
 tudine humilitatem constantissimè reti-
 nens, plena demum meritis, è vita mor-
 tali, ad beatissimam immortalitatem ex-
 cessit. *Bern. de Brito, Henric. tom. 2. Sanct.
 Ord. &c.*
 Marcianis translatio Sanctæ Eusebiæ
 Virginis & Abbatissæ, quæ plurimorum
 locorum Tutelarum adoptata, præcipua
 veneratione longè lateque colitur. *Ioan.
 Molanus in Add. & Nat. Sanct. Belg. tom. 2.
 Sanct. Ord. &c.*

*B. Briolayæ
Virgo.*

*Silentium
continuum.*

*Visiones ejus
varia.*

*Humilitas
ejus.*

*Translatio
S. Eusebiæ.*

QUARTO CAL. NOVEMBR.

XXIX. Octobris.

A.

S. Theodorus Abb. Viennæ depositio Beati Theodori Ab-
 batis. Theodorus, Theodarius, Theodarius,
 Theudarius, sive Theudærius, nobili gene-
 re in provincia Viennensi natus, San-
 ctum Cæsarium Arelatensem Episcopum
 juventutis suæ magistrum nactus, & ab
 eodem sanctissimè institutus ac Presbyter
 ordinatus, inde postea in patriam rediit.
 Efflorescentibus autem primævo vigo-
 re Monachorum studiis, & à prima
 Beatissimi Mauri nostri institutione,
 fervente etiamnum Gallia univèrsa,
 possessiones & facultates omnes Theuda-

rius Deo consecravit, & ipse cucullum
 amplexus, plura passim Cænobia extru-
 xit, eaque inter celeberrimum illud San-
 cti Symphoriani condidit, loco sibi per
 visionem demonstrato. Cum autem
 plurimos Christo milites conscripsisset,
 eorumdem omnium Dux & Pastor effe-
 ctus, admirabili vitæ sanctitate eis prælu-
 xit, eoque nomine longè lateque celebra-
 ri meruit. Quantæ autem discretionis,
 inquit Ado, quantæque humilitatis hic
 vir fuerit, non facile cujusquam lingua
 explicabitur. Lachrymis profusus, ora-
 tione

*Theudarius
plura condit
Cænobia.*

Fit Abbas.

tione cautus, corde totus in DEO fixus
 erat. Contulerat autem ei Christi gra-
 tia etiam cordis sapientiam, & oris gratio-
 sam facundiam, ut sciret quod singulis sa-
 lubrè responderet. Quis vulnere dia-
 boli percussus ad eum venit, & non con-
 tinuo medicatus sanusque recessit? Quis
 mæstus de pondere peccatorum suorum,
 non statim de misericordia Domini con-
 solatus securior & lætior rediit? &c. Fuit
 cultor præcipuus Deiparæ Virginis, cujus
 honori in loco sibi divinitus demonstrato
 insignem etiam basilicam & Monaste-
 rium condidit. Ipsum maximi fecit Phi-
 lippus Archiepiscopus Viennensis, ipsi-
 que secreta conscientia sacra confessione
 reterege solitus, non aliter eum atque pa-
 trem suum reverebatur. Decessit sub
 Ann. Christi 580. vel 90. cum variis à
 Deo gratiis & signis mirè illustratus esset.
*Ex Adone cit. MSS. Hirsaug. & VVeing. to. 2.
 Sanct. Ord. &c.*
 In villa Meldariensi, depositio Sanctæ
 Ermelendis Virginis. Hæc Ermenoldo
 patre, matre Ermenfende tam genere
 quam divitiis celebribus nata est, quam
 duodennem parentes cum ad suscipien-
 da matrimonii vincula importunius ur-
 gerent, arre pro ferro, pendentes per la-
 cteam cervicem capillos ipsa præscidit, &
 calcatis sæculi pompis, adolescentiæ suæ
 annos, maturè Virginum sponso conse-
 cravit. Ejus pudicitia cum nobiles duo
 juvenes insidias struerent, periculi ab An-
 gelo monita, ductu etiam Angelico in vil-
 lam Meldricem aufugit; ubi antiquis il-
 lis eremi cultoribus, vitæ exercitiis mini-
 mè inferior, tenerrimos artus diris cru-
 ciatibus hostiliter afflixit, & miranda om-
 nino, in tantæ nobilitatis & teneritudi-
 nis Virgine, abstinentia, solis herbis agre-
 stibus & radicibus vitam toleravit. Post
 multa denique certamina ad gloriæ coro-
 nam à Numine vocata inter hymnicos
 Angelorum applaudentium choros, spi-
 ritum cælo transmisit; cujus sacrum cor-
 pusculum, ne quis mortalium continge-
 ret, raro eoque dignissimo miraculo, vel-
 ut magnæ Virginis & Martyris Cathari-
 næ, ab Angelis ipsis perquam honorificè
 sepulchro est conditum, insignibusque
 deinceps à Deo miraculis illustratum; su-
 per cujus tumulum Pipinus Dux glorio-
 sissimus, Sanctæ Gertrudis nostræ parens
 insigne Virginum Monasterium exædifi-
 cavit. *Ex diversis rer. Belg. script. Molan. &c.
 Mosandro, Arn. Duac. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Elogium.

*Deiparæ cul-
tor.*

Ob. 580. &c.

*S. Ermelind.
Virgo.*

*Ipsa sibi ca-
pillis præ-
scidit.*

*Rigor vita
mirus.*

*Ab Angelis
in cælum de-
ducta.*

*Ab iisdem
sepelitur.*

In Anglia, Cænobio Ramefciensi San-
 ctæ Elfredæ Virginis. Elfreda sive Elfre-
 da, patrem Ethelwoldum, Brithwinam
 matrem ex Regia stirpe habuit. Vitam
 Monachicam in Monasterio Ramefciensi
 professa, perfectissimæ sanctitatis Magi-
 stram Sanctam Merwinam, primam loci
 ejusdem Abbatissam meruit, cujus virtu-
 tes strenue imitata, & eidem à morte suc-
 cedere coacta, honorem illum æterna ra-
 ræ virtutis gloria consecravit. *Edouard.
Mayhevi, Guilb. Malmesbur. Hugo Menard.
t. 2. Sanct. Ord. &c.*

*S. Elfreda Ræ-
gii generis
Virgo.*

*B. Ida de
Leuvis.*

*Adolescentia
anni.*

*Miraculis
plena vita.*

*Tota ignea
Virgo.*

*Mira clari-
tatis.*

*Spiritu pro-
phetico clari-
tatis.*

*Extases ejus
quando*

quando ineffabile Sanctissimæ Trinitatis Mysterium, eo modo, quo in via adhuc positæ licebat, ejus intellectui divina virtute elevato, contemplandum visibiliter se obtulit, postquam visionem, tanta videbatur ipsi in corpuscule suo claritas remansisse, quod totus mundus, lumine solari septies clariori, si in medio corpus pro lampade poneretur, eo possit facilius decorari. Puerum Iesum non semel videre, & amicissimè à Deipara oblatum inter ulnas amplecti, fovere ac deoculari meruit, cui aliquando in nocte Dominicæ Nativitatis graviter ægrotanti, dilectum suum, totius pulchritudinis lumine radiantem exhibens Angelorum Regina: *Ecce, inquit, dilectus filius meus hac in hora natus fuit, quo charius donum non habens, hunc tibi, & Conventui hodierna conferam die.* Rarum illud, quod his verbis commemorat Vita scriptor: Cum quadam solemnitate Beatæ Virginis Matutinis officii interesset, decus cæli, Regina Virginum, & Angelorum lætitia ei apparuit, omnino inter cæteras vigilanti, gerens in ulnis puerum excellenter pulcherrimum; quem ut patrem, ut filium, ut fratrem dulcissimum amplexans, beatæ Idæ præsentavit. Quæ gaudens & hilatis amans amantem, sponsa sponsum suscepit dulciter in medullis intrinsecis cordis sui. Contigit etiam tunc eam cantare debere, secundum Ordinem suum, Versum Psalmi, & quid faceret ignorabat. Cogitansque secum hæsitavit; interius dicens ita: Si tenuero puerum inter brachia mea, Versumque sic cantavero, statutum Ordinis non servabo, quia cucullæ manicas extensas jubet habere. Cumque tempus cantandi jam instaret, dixit puero: Cogitate de vobis Domine, quia satisfacere debeo Ordinis mei præcepto. Cumque versum inceperet, puer collo adhærens Virginis, illam secum firmiter vinciens, brachiorum vinculis prædulcibus & amandis, se cum illa ligavit. Ipsa vero versum quem inchoaverat, melius solito percantavit. Postea residens secundum ordinem, & reponens supra gremium suum puerum venerabilè, consolationes quam plurimas ab ipso recepit. Ita auct. cit. c. 9. Fuit mirè affecta erga SS. Sacramentum Eucharisticum, adeo, ut plerumque sensu deficeret, & aliquando ante commu-

nionem, tantopere exhauriretur, ut re infecta ab ea Sacerdos rediret; quam tamen abstinentiam illam miro modo Deo supplex consueverat. Fassa alias è familiarioribus cuiquam: *Quando Deum recipio, inquit, brevis spatio temporis, ipsum animam sentio subeuntem, nec translatum ad partes corporis, seu cibi limites corporalis: insuper etiam sentio, quod & vera humanitas, & perfectæ Divinitas mentem meam inhabitent, sequæ meo spiritui dulcius conferant, & transfundant.* Ut de unius hujus Virginis laudibus nunquam satis disserere posse videamur. Decessit denique felicissimè, cum obitus sui horam præcognovisset. *Ex libro de Vita ipsius Anonymo Synchrono auctore, Chrysof. Henriquez. 5. Prud. Virg. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio Spanheimensi depositio Sanctæ Margaritæ Priorissæ. Fuit hæc perillustri nata genere, soror Sanctæ Idæ Comitissæ Spanheimensis, & sanctimonialis Bingenensis, cujus propositum in eodem Cænobio, & sanctitatem vitæ æmulata, præstantissimo generi æternum decus virtutibus suis comparavit, & pro meritis Priorissæ munus admittere coacta, in Regularis observantiæ recto tramite sorores sibi commissas dirigens, coronam æternitatis promeruit. *Claruit An. Ch. 1190. Ioan. Trith. Arnold. Duac. Annal. nostr. Germ. & Aquila. &c.*

In Monasterio Claræ-vallis Beati Petri Catalaunensis, qui multis cæli favoribus affectus, præclaræ sanctitatis, & meritorum gloria coruscans, in cælo regnaturus feliciter ex hac vita discessit. *Lib. Vir. Illustr. & Menol. Cisterc. Chrysofom. Henriq. &c.*

In Monasterio Bavariæ Formpacensi Ven. Perngeri primi ejusdem loci Abbatis, viri eximiæ perfectionis, qui carnem suam spiritui subjugans, eamdem hostiliter habuit, flagellis crudeliter attrivit, jejuniis exhausit ut non tam carne, quam pelle sola tectus videretur. *Claruit egregiis virtutibus & meritis, quæ quanta essent, Dominus ab obitu ejus demonstravit quotidianis deinceps tumultum ejus miraculis illustrans. Ex Vita B. Virnt opis, successoris.*

Illuminatio admiranda.

Deipara favor.

Visio memorabilis.

Mira Virginis simplicitas.

Stupenda res!


Eucharistici Sacram. reverentia.

Ecce gratiam mihi!

Obitum præcognoscit.

B. Margarita Comit.

B. Petrus Mon.



XXX. Octobris.

B.

S. Foillanus Episc. Mart.

IN Silva Carbonaria apud Hanones passio Sancti Foillani Episcopi & Martyris. Fuit Foillanus Philtani sive Phibeani Hiberniæ Regis filius, Sanctorum Fursei & Ultani frater germanus. Contemptis autem sæculi blandimentis cucullum amplexus, ea deinceps vitæ enituit sanctitate, ut beatum se crederet sanctus ille Hannoniæ Princeps Vincentius noster, si Feillano & fratribus ejus Furseo atque Ultano, tanquam gemmis longè pretiosissimis potiretur. Quos ubi primum ex Hibernia adduxisset, Galliam illico & Germaniã, sed & universum ipsam rarissimo sanctissimæ vitæ exemplo, & prodigiorum cælestium insolentia percussurum, constructisque variis passim Cænobiis, plurimorum vitæ perfectissimæ Monachorum meritis egregiè jurarunt. Foillanus Episcopus ad conversionem gentium à Martino Papa ordinatus, suscepto prædicationis munere, strenuam Ecclesiæ operam navavit, & præclarissimis meritis gloriosissimum Apostoli nomen apud Hannonem meruit, dignissimo demum sine tantis laboribus coronans, Martyrij scilicet laureolam consequutus. Passus est cum tribus sociis in silva Carbonaria, immortalis ornameto nobilitissimam provinciam Regii sanguinis purpura reddens multo illustriorem & fecundiorum Ann. Christi 654. *Ioann. Molan. Aubert. Mirans, Ant. de Iepes. Baron. Annal. nostr. Bened. & German. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Cantuariæ in Anglia Sancti Ægelnothi Episcopi & Confessoris, Ægelnothus, Athelnotus, Agelnotus, Æthelnothus, variè à variis appellatus, ob eximiã & insitam in omni ætate virtutem *Bonus* cognominatus est. Fuit Illustri admodum natus genere, Agelmaro Comite patre, sed nobilitatis contemptu gloriosior, quanto de se humilius sentiebat, tanto sublimior cæteris apparebat, & ad majores evehebatur dignitates. E Monacho Cantuariensi Decanus, ex Decano Archiepiscopus renunciatus, de sede illa æternum meruit, quam post Danicam tempestatem & vastitatem summa cum gloria restauravit. De Regno item universo meritissimus, Canutum præferocis ingenij Regem, mira industria lucratus, humanissimum reddidit, quin & littera-

Eum cum Fratribus adducit B. Vincentius C.

Plura Cænobia construnt.

Apostolus Hannonia.

Passus A. C. 654.

S. Ægelnothus Archiepisc.

Vulgo Bonus dictus.

Fit Archiep.

De Rege meritus.

rum amore accendit, variis artibus instruit, tanti ab ipso factus, ut per omnia Ægelnothi voluntati & jussis Rex acquiesceret. Ad reformandum proin similiter Regnum conversus, applaudente sibi de tantis successibus Rege, asueta bellis revocavit, Scholas denuo aperuit, Clerum ac Monachos reformavit, novam Ecclesiæ Anglicanæ faciem induxit, ut nemo satis Ægelnothum suspiceret & veneraretur. Effloruere statim liberales artes, diu antea proscriptæ, & Monachorum studio Regnum universum mirificè adjutum est, quorum integris coloniis Ægelnothus cathedrales denuo Ecclesias instruxit, è quibus lectissimi denuo Pontifices prodire. Conventientem autem Ecclesiam singulari beneficio demeritis, eidem Roma allatum Sancti Augustini Hipponensis Episcopi & Ecclesiæ Doctoris brachium dono dedit. Idem Haroldum, & Hardecanutum, Canuti Regis filios, Reges consecravit, & de Ecclesiis, Regibus, Regno, afflictis, pauperibus, omnibus omnino mentissimus, cum Sedi suæ annis 18. prætuisset, summo omnium luctu decessit An. Christi 1037. aliis 1038. *Ex Hist. Britann. Rogerio Hoveden. & reliq. rer. Angl. script. &c.*

Turonis Sancti Hiberni Episcopi & Confessoris. Hibernus sive Hebernus, aliis Herbertus dictus, Monachus lectissimus, & Majoris Monasterii Abbas, cum Rollo Normannorum Dux Gallias vastaret, direpto Cænobio, multisque Monachis trucidatis, eductus ipse è latebris, diris tormentis excruciatu est, ut & Fratres cæteros latitantes proderet, & Ecclesiæ thesauros hostium avaritiã promerit; de quorum tamen omnium atrocitate sancti viri constantia triumphavit. Dilapsis autem hostibus, non sine singulari Numinis gratia, magno honori & functioni reservatus, non multo post sedatis belli fluctibus, Turonensium Archiepiscopus jam senex renunciatus, nihilominus Cathedralæ eidem summa cum integritatis commendatione, multoque cum subditorum fructu atque gloria, totos años 27. & quatuor insuper menses præfuit, aliisque inter præclare gesta, librum de miraculis Sancti Martini Episcopi, suæ Cathedralæ, & Cænobii Tutelaris ipse conscripsit,

Item de Regno universo.

De Ecclesiis item Cathedral.

Duos Reges coronat.

Ob. A. 1037

S. Hebernus Archiep.

Constantia ejus.

Fit Archiep.

Obiit A.C. 914.

S. Stephan. Episc.

Virtutes ejus

Fit Episc.

Clar. 964.

B. Raynerus Mon.

Ager à nullo labore abesse vult.

Mors ejus pronuntiatur.

Deipara charus.

psit, & grandævus, vita sanctissimè exacta, ad præmia beatorum evolavit An. C. 914. *Ex monim. Monast. Majoris, Menard. Claud. Rob. Ioan. Chenu. t. 2. Sanct. &c.*

In Italia depositio Sancti Stephani Episcopi Calatini. Is Ioanne patre, Guiselperta matre apud Capuam natus, ita divina gratia, uti ætate crevit. Septuennis Abbati Sancti Salvatoris litteris imbuedus, & ut eidem in Ecclesiæ deserviret traditus, cucullam amorem imbibit, Monachumque professus, & Presbyter ordinatus, mortuo Abbati in honore succedere meruit. Virgineæ castitatis dignissimo studio mirè effulgit, nec minus modestia, terrenarum rerum contemptu, abstinentia cæterisque virtutibus polluit, quare sanctitatis proditus fama à Pandulpho Principe Cænobio extractus est, & ab Heriberto Capuano Archipræsule Calatinus Pontifex consecratus, annum ætatis agens 44. Præfuit totidem annis Ecclesiæ sibi creditæ, tandemque senio & sanctis laboribus fractus & confectus in Domino requievit. Floruit sub A. Ch. 964. *Ex antiq. lect. Eccles. ejusdem, Philippo Ferrar. monim. Casin. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Brabantia Beati Rayneri Monachi admirandæ Virtutis viri. Fuit Raynerus Beati Godefridi Pachomij, de quo 6. Non. Octob. superius egimus, carne & spiritu frater, Lovanienfis patria, cucullumque in Villariensi Cænobio indutus in omni virtutum genere indefesso studio exercuit, & felicissimè profecit. Et quamvis debilis corpore esset, à nullo tamen labore subduxit; quin & quartanæ febris longis & gravissimis molestiis agitatus, Choro tamen abesse nunquam voluit. Humiliora quævis & viliora servitia, quamvis subdiaconus jam ordinatus, libenter exercuit. Cum inopi cuidam, Abbatis sui permisso vestem erogasset, intellexit quidam Frater conversus à Christo Domino, brevi ex hac mortali vita ad immortalē translaturum iri, quod ipsū in paupere non neglexisset. Sæpius ad Sanctorum gloriam spectator admittus est, multis, ab eisdem consolationibus perfusus. Fuit à puero Deiparæ addictissimus, & ab eadem vicissim mirè dilectus, & variis affectus honoribus. Cū puer Scholas Parisiis frequentaret, & casu in aquas caderet, jamque penè submergeretur, ei Beatissima Mater illico apparuit, & inter amantissima brachia amplectens, extraxit & liberavit. Monachus

factus læpissimè eandem intueri meruit, quæ aliquando ipso vidente atque audiente Christum Dominum alloquuta pro Raynero suo his verbis amantissimè exoravit: *Ecce mi fili dilecte, Monachum istum diligentissimum famulum nostrum, timentem Deum, qui suo servitio & lachrymis peroptimè lavit atque purgavit peccata sua: ideoque rogo, ut post hanc temporalem vitam, possit sine aliqua pena purgatorii huc venire, & possidere vitam æternam.* Annuit illico Matri filius, responditque: *Quoniam non me decet tibi aliquid denegare; quidquid petieris volo.* Fuit illustribus à Deo miraculis honoratus Rainerus, cujus sacrum corpus, sancta quædam reclusa, clare resplendens, & transparent velut crystallum intuita est, in quo inclusa anima velut sol quidam rutilare videbatur. Tandem variis præcedentibus miraculis, gravi infirmitate correptus, pridie quam animam Deo redderet tanto gaudio affectus est, ut vix seipsum caperet, summoque mentis jubilo in hanc Antiphonam dulciter erumperet: *Laudem dicite Deo &c.* Monitus, ut taceret: Deum meum, inquit, & Dominum video cum magno desiderio, & cum Sanctis suis, qui lætenter expectant adventum meum. Denique à Beatissima Virgine, & Ioanne Baptista visitatus, paulo post animam in manus Creatoris consignavit; quam cum summo gaudio, & hymnis Angelicis ad cælum levati Reclusa quædam Nivellensis, & Conversus Villariensis conspexere; & aliqui Monachorum, qui ad sacrum funus constituerant, angelicam Musicam auribus percipere, Monachis quæcunq; erant Rayneri, pia ambitione diripientibus, capillosque ejusdem abscedentibus, quos pro Reliquiis religiosè asservarent. *Ex Monim. Cænobii Villar. Ioan. de Affygni, Arnolde de Raiffe, Chrysof. Henriq. Menol. &c. tom. 2. Sanct. &c.*

In Monasterio Casinensi Beati Petri, cognomento Cuculli, fide & operibus clari, cujus tamen acta periisse arbitramur. Agitur de eodem in *Chronico Casinensi &c.*

Abulæ in Hispania Venerabilis Christi Virginis Teretæ de Toledo, Marchionissæ de Velado, abbatissæ Cænobii Sanctæ Annæ uti generis splendore, sic & virtutum radiis illustrissimæ, quæ insignibus rarissimæ pietatis, dignissimæ humilitatis, & ferventissimi maximè zeli exemplis, superius sæculum haud leviter exornavit, & ad

Preces Dei para pro Raynero.

Miraculis illustratur.

Mors ejus canit.

Ips. in Dei para. inquit.

Gloria ejus auditur.

Ven. Teresæ. Marchion.

& ad sui imitationem terrenarumque rerum contemptum, non paucos electiore etiam nobilitate concitavit. Claruit An.

Ch. 1590. *Michael Gonzalez Vaquero, in Clar. A.C. vita B. Maria Vela, Chrysof. Henriq. Annal. 1590, nost. &c.*

PRIDIE CAL. NOVEMBR.

XXXI. Octobris.

s. VVolfg. Episc.

In Augia educatur.

Litteras proficitur.

Fit Monach.

Decanus Einsidens.

Fit Episcop.

Ratisponæ Sancti Wolfgangi Episcopi. Wolfgang. A. Chalment. & Pfullingeni. Comes, per illustri ac per vetusto genere parentes habuit, à quibus ad celeberrimum illud Germaniæ nostræ Cænobiū Augiæ (vulgo Divitis) missus, ibidem inter spectatissimos alios Principes educatus, litteris atque moribus præclare institutus est. Ut autem eruditione minimè vulgari instructus inde prodiit, talento sibi credito benè usus, haud indignum tanto genere suo esse duxit, litteras publicè profiteri, & juventutem informare; cum eos qui tenuiore fortuna essent, & alimentis insuper, & quibuscunq; opus habebant, piè & liberaliter juvaret. Ab Henrico Burggravio Herbipolensi, Treverensium Archiepiscopo cognato suo Treverim evocatus, Decanus, quantumvis reluctans creatus est, quo mortuo terrenarum rerum tactus fastidio, ad Einsidense Magnæ Virginis Admirabilis Matris in Hercinia Cænobium se contulit, & Monasticam professus vitam, ob insignes animi dotes, ad Decanatus etiam honorem promotus, Monachos ibidem exemplo & verbo, ad ardua quævis virtutum studia feliciter excitavit, & confluentem è diversis Cænobiis juvenum & Tyronum Religionis multitudinem, artibus liberalibus imbuit, & Virtutum juxta studiis vehementer accendit. Postea, convertendarum gentium studio, in Pannoniam profectus, insigni cum fructu laborans, Vngarorum ad quinque millia Christo adjunxit, & sacro baptismi lavacro abluvit. Nec dissimili merito licet impari progressu in Austria etiam & Boëmia defudans, apud istos similiter populos Apostoli titulum & memoriā meruit, quamvis obstinatio ipsum exciperent animo, donec per submissos postea predicatores, summa eosdem industria scitè lucraretur. Ratisponensis Pontifex renunciatus, eximia sanctitatis exemplo, non gregem solummodo suum sed Germaniam accendit universam, apud quam, ad seram etiam posteritatem sanctissimum Wolfgangi nomen perseverat, non bacillibus solum Sacellisque & aris & penè in-

C.

Ejus nomen Germanis sacrosanct.

Monasterii curam cum Episcopatu conjungi non vult.

Memorabile responsum.

Restituit quæ antecessores abstulerant Monasterio.

Spiritu prophético claret.

S. Henricus Imp. ejus discipulus, & tales habebis Imperatores.

numeris inscriptum, sed maximis quibusque Principum natalibus frequentatum, charæ soboli impositum, apud familias non paucas perpetuatum, quod nec ipsi quidem Hæretici in sui propagatione generis avertentur, Divi Emmerammi potentissimum jam tunc temporis Cænobium antecessores Wolfgangi exambierant: & ut, qui Episcopus, idem & Abbas esset, impetraverat. Wolfgango prima cura fuit, ut Cænobio consulere retur, & evocato è Divi Maximini Treverorum Ramnoldo celebris famæ viro, ut Cænobium reformaret Præpositum constituit, nec multo post Abbatem designavit. Hortantibus atque urgentibus, ne id faceret, Consiliariis, neve emolumenta Monasterii sanè amplissima negligeret, dignissimo tanti Pontificis sanctitate responso occurrit, confusosque haud leviter à se repulit: *Nunquam ego, inquit, in humeros meos sarcinam consiciam, cui ferenda par non sum. Sicut enim teste Gregorio in decorum est, ut in corpore humano, alterum membrum alterius fungatur officio: ita nimirum noxium, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria, personis totidem non fuerint distributa.* Proin prædia omnia, & quæcunq; ab Antecessoribus ablata esset Monasterio restituit, & solis deinceps Monachorum, eorumque arbitratu, pauperum hospitumque servitura usus, liberè resignavit. Claruit miramiraculorum gloria, prophetiæ in primis spiritu illustratus, quo Henrico Bojorum Duci Principi sanctissimo, puerulo etiamnum, Imperium, fratricque ejusdem, & fororibus (quos omnes in juventute educaverat,) eventura prædixit, qualesque futuri erant, Cæsarem, Ducem, Regnam, Antistitam serio admodum joco appellavit, ut ad ipsam ex parte non minima spectare videantur, quæ postea Divi Henrici de imperio universo merita fuere, exclamante quodam præ desiderio S. Henricus redivivi Henrici, & VVolfgangum requirente: *Datales, concludit, præceptores, scipulus, & tales habebis Imperatores.* VVolfgangus denique cum Episcopatu 22. annis sanctissimè præfuisset, posita corporis sarcina

Ob. 994. cina in caelos evolavit A. Ch. 994. in Monasterio Sancti Emmerammi quod libertati restituerat digno cum honore tumulatus, & ut in vita, sic etiam post mortem, perpetuis ac penè innumeris ad hanc usque diem miraculis illustratur. E quibus, dum viveret, popularem aliquando auram fugiens ad Falconem montem juxta Abernum lacum, ex duro silice largos undarum fontes ictu pedi eduxit, & jactu securis, qua impacta erat rupi, ædiculam constituit, quæ usque hodie ob ingentia miracula, summa religione magnaue peregrinorum frequentia celebratur. *Ex Vita, to. 2. Sanct. Ord. Annal. nostr. Germ. & Bened. Aquila Bened. t. 3. Const. Bened. Matth. Radeo, Carolo Stengelio, Vigileo Hundio, Canisio, Annal. Eremi Deipare, MS. Chron. Augiensis, MS. VVeingart. Officio proprio Eccles. August. &c.*

S. Noitburgis V. Colonia Sanctæ Noitburgis Virginis Sanctimonialis. Hæc illustrissimo nata genere a procis potentissimis expetita, soli Virginum sponso amorem suum & integritatem consecravit. Quam cum Drogo & Grimoaldus Principes cognati deponere vellent, alter febre abreptus, alter à Rangario ad aram Sancti Lamberti orans interfectus est. Abdiderat se jam tunc cum matertera optima, Noitburgis Christi sponsa in novo Deiparæ Colonienfi Cænobio, & securam se esse crediderat, cum reliqui ejus cognati, nihil veriti Cænobio invitam abstrahere satagebant, cumque evadendi spes nulla nisi sola morte, eam sibi enixissimis precibus à Numine impetravit. Honorata quamprimum pretiosissima sponsæ mors à benevolentissimo Numine; insigni miraculo, cum duo luminaria ad sacrum ejus caput pedesque prodigiosè exardere visa sunt. Sed longè illustrius illud, cum ad funus nobilissimum lectissimæ Principis, occurrente civium multitudine, alterius cujusdam mortui cadaver templo illatum, ubi primum juxta feretrum Noitburgis est depositum, in oculis omnium revixit, & tantæ Virginis merito vitæ se restitutum affirmavit. Effulsit etiam deinceps creberrimis miraculis Noitburgis, eademque in qua primum condita est Ecclesia, ab ipso postea nomine appellata. Claruit sub A. C. 700. *Ex MS. Codice, & vitat. 2. Sanct. Ord. Monim. Colon. Annal. nostr. Germ. Sacrar. Colon. &c.*

Deo se consecrat. Mortem exorat.

Mortuum excitat.

Creberrima miracula.

S. Foillanus Episc. Mart.

Fossis, natalis Sancti Foillani Episcopi & Martyris. Nos sepultura hunc diem

fuisse ominamur; de quo ex aliorum opinione pridie egimus. In Insula Croylandensi depositio Sancti Cissæ Eremitæ & Confessoris. Cissæ Anglus natione, nobili loco natus, recens conversus eremiticam vitam sub Magisterio Sancti Guthlaci nostri amplexus, ejusdem ut cellula hæres, ita & sanctitatis fuit, ubi denique post longos vitæ labores sancto fine quiescens, ad æterna Beatorum præmia evocatus, spiritum DEO reddidit. *Ex Ingulpho Croyland. Hugone Menardo, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Germania, Beati Apollonii Monachi, qui postquam quadraginta annis sub sacra Cisterciensium nostrorum Reformatione strenuè militasset, ultimum præmium laborum suorum percepturus migravit ad cælum, & cuidam viro religioso in magna gloria apparens, verba hæc notatu dignissima dixit: *Nunquam sagitta de arcu emissæ, tam cito volare potuit ad locum destinatum, quam cito anima mea egressa fuit de corpore, ante Deum.* Et verè instar Sagittæ fuit Apollonius, verba Beati Casarii sunt, multos salubriter vulnerans exemplo rectæ conversationis, pennis sublevatus contemplationis; cujus Sagittæ quasi lignum fuit, fructus & plenitudo boni operis, pennæ geminæ absolutio charitatis, mucro autem ferri gratia compunctionis. Claruit tempore ipsius Casarii. *Ex Menol. Cister. Chrysoft. Henriquez. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Polonia Beati Ladislai Conversi. Ladislaus miræ vitæ innocentia & sancta simplicitate caelo gratissimus, calitum Imperatricem singulari amore ac devotione sibi arête devinxit. Placet rem memoratu dignissimam, ex Homilia quadam Beati Casarii ad verbum describere. In Polonia, inquit, laicus quidam in Ordine nostro conversus est, nullam omnino sciens orationem. Est enim consuetudo gentis illius, ut cum intrant Ecclesias, caput pavimento allidant, & pectus tundant, sicque recedant. Cumque intruendus esset convertus, neque *Miserere mei Deus*, neque orationem Dominicam discere posset, proposita est ei salutatio Angelica, ad quod ita respondit: tam dulciter sonat, spero quia bene discam. Quid plura? Citius illam didicit: quam sine cessatione die noctuque, dummodo vigilaret, & cum delectatione multa ruminavit. Nuper mortuus est homo & sepultus; & ecce arbor pulcherrima, ramis

Discipulus S. Guthlaci.

B. Apollonius Mon.

Recta ad cælum pergit.

Instar Sagittæ fuit.

B. Ladislaus Conversus.

Polonorum consuetudo.

Deiparam ut colat!

Arbor prodigiosa. mis & foliis decenter ornata, de illius tumulo egressa est. Mirantibus cunctis quidnam hoc esset, vel quid portenderet, ex consilio plurimorum etiam laicorum, qui tunc aderant, qui scire desiderabant, de quo loco radices ejusdem arboris exirent, rejecta terra viderunt omnes, quod principalis radix de corde hominis egrederetur. Nec ignorabant causam, qui ejus noverant vitam: nam in singulis foliis distinctis litteris *Ave Maria* apparuit, &c. & inferius: Hæc nobis relata sunt à Domino Godefrido Abbate de Bergis, qui hoc anno in eadem provincia visitavit. *Ita Casarius & nos tomo 2. Sanct. &c.*

B. Iutta. V. Eodem die Beatæ Iuttæ Virginis sanctimonialis Monasterii Bethbuer, multis virtutibus clarissimæ. Fuit Iuttæ mirabili occasione & ratione conversa. Cum enim jam nubilis, magnæ levitatis ab omnibus notaretur, & quamvis castitatis studiosa, moribus tamen ac gestibus lasciviam sapientibus, germano inprimis

Festum omnium Sanctorum. Festivitas omnium Sanctorum, quam in honorem Beatæ Deigenitricis Virginis Mariæ & Sanctorum Martyrum Bonifacii Papa IV. (ex Monacho Sancti Sebastiani in Vrbe, primæ Congregationis Benedictinæ) dedicato templo Pantheon, celebrem & generalem instituit, agi quotannis in Vrbe Roma. Sed & Gregorius item IV. (ex Monacho Fossæ-novæ Pontifex Maximus) postmodum decrevit, eandem Festivitatem, quæ variis modis jam in diversis Ecclesiis celebrabatur, in honore omnium Sanctorum, solemniter hac die ab universa Ecclesia perpetuo observari. *Ita Martyrologium Roman. & rer. Bened. script. &c.*

S. Vigor Episc. Bajocis, Sancti Vigoris Episcopi, tempore Childeberti Francorum Regis. Vigor Atrebas patria, nobilissimo procreatus sanguine, Sanctus prænunciatus matri fuit ab Angelo antequam nasceretur. Monachum in Sancti Vedasti Cæno-

bio professus, postea ad Bajocensem regionem profectus, *Apostoli Bajocensis* nomen meruit, & quod Angelus ei futurum prædixerat, profligata IdololatRIA, multum populum ad veram vitam traduxit. Claruit rarissima miraculorum virtute, aliaque inter, absens, mortuum ad vitam revocavit. Serpentes miræ magnitudinis tres diversis locis miraculosè profligans, ingenti metu, & peste provinciam liberavit. Bajocensis postea Episcopus creatus, commissæ sibi plebi strenuè præfuit, & Cathedralis Ecclesiæ bona, ingenti prædiorum accessione augēs, de successoribus suis æternum meruit, plurima quotidie fidelibus, in gratiam meritissimi Pontificis conferentibus. Bertulphum Comitem, ut Ecclesiæ bonis, quæ armis invaserat, abstineret, cum frustra orasset, Deum se oraturum, ut cogere-retur, minatus est. Contemnens autem Comes, Vigore in Ecclesia orante, necdum

Levitas ejus.

Res miræ!

Conversum ejus.

Miraculis claret.

D.

Apostol. Bajocensis.

Mortuum resuscitat.

Fit Episc.

Ecce ultionē in invasorem bonorū Eccl.

MENOLOGII BENEDICTINI LIBER UNDECIMUS.

MENSIS NOVEMBER,

CALENDIS NOVEMBRIS.

I. Novembris.

dum oratione absoluta, repente ab equo corruens fractis cervicibus expiravit, adeo territis terribili eo exemplo accolis, ut nemo deinceps Monasterii illius bona pertentare præsumeret, & quietissimi multo tempore ab amulorum scelere Monachi versarentur. Obiit denique plenus dierum Apostolicus vir, & verus gregis Dominici pastor post salutis nostræ annum 600. sepultus in prædicto suo, quod ipse condiderat, in monte Christumato, Monasterio plurimis etiam à morte & gravissimis miraculis illustratus. *Ex Vitat. 6. Surij. Vincent. in Spec. Tribem. Annal. nostr. Benedict. Claud. Rob. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Obiit A. C. 600.

S. Genesius Archiep.

Lugduni Sancti Genesij Episcopi & Confessoris. Genesius Monachus & Abbas sanctissimi Cenobij Fontanellensis, ut insigni vitæ sanctitate, sic in pauperes charitate inprimis enituit, quam ob causam ab optima illa pauperum matre, Sancta Bathilde Galliarum Regina, Elemosynarius constitutus, curam gratissimam sibi injunctam magna industria gessit, & in pauperibus Christum Dominum suum religiosissime coluit, afflictosque omnes amantissime fovit & juvit, ut tanquam parentem omnes suspicerent atque adamarent. Postea Lugdunensium Archiepiscopus electus & consecratus, tanto diligentius omnibus consuluit, quanto major & potentior fuit. Explendit admirabili virtutum omnium ornatu; insigni insuper miraculorum gloria à Numine commendatus. Tantis autem meritis Lugdunenses suos sibi æternum obstrinxit, ut plures post obitum ejus Ecclesiæ ipsius nomini & honori consecrata, Principem sibi Tutelarem & perpetuum Genesium adsciscerent, quem in hunc usque diem summis honoribus venerantur. Claruit Ann. Christi 668. cujus sacrum corpus in Abbacia Virginum nostrarum de Chelles requiescit. *Ex Iacobo Severtio, D. Anton. Florent. Hug. Menard. Claud. Roberto, Ioan. Chenu, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Pater pauperum.

Fit Archiep.

Miraculis claret.

Patronus multarum Ecclesiarum

Clar. 668.

S. Florbertus Abb.

Sancto Amando succedit.

in ordine Abbas eidem loco præesse justus, sed & totius Gandensis territorij Pater & Rector ab Amando designatus, alter item Gandensium & vicinorum Apostolus esse meruit, quos impigro labore, egregio sanctitatis exemplo, æterno merito Christo lucratus, cum antea universi (inquiunt veteres MSS.) nihil nisi barbarum frondere nossent, ad humanitatis studia salubriter atque efficaciter invitans, æterna cogitare, & supera appetere docuit, omnisque Gandensium felicitatis dignissima fundamenta jecit. Eundem pulvis clericis Beatus Amandus, Sancti Bavonis item Monasterio præesse voluit. Obiit Vir Apostolicus Ann. Christi 639. sepultusque est ante altare Sancti Petri, cum hoc latino, & Græcè juxta verso Epitaphio:

Apostolus Gandensium.

Barbariem tollit.

Obiit 639.

Hic requiescit corpus Florberti Abbatis discipuli & ordinati Beati Amandi Episcopi.

Epitaphium.

Cujus sacrum corpus, altera deinceps vice elevatū, insigni miraculorum gloria celebre effulsit. *Ex monim. Blandin. & Gandens. Antonio Sanderio, Molano, tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Eodem die, Sancti Severini Monachi. Severinus patria Tiburtinus, professione Monachus, insigni vitæ sanctitate patriæ suæ facem prætulit, & ornamentum æternum addidit. Qui ipsis Calendis Novembribus cum è vita migrasset, ibidem sepultus est, & condigno postea honore elevatus, atq; sub ipsam Cathedralis Ecclesiæ majorem aram translatus, adhæc usque tempora religiosè colitur. Cujus acta deperiisse haud leviter dolendum est. Claruit ante annum Christi 700. *Claruit ante A. C. 700. Petr. Equil. Baron. Phil. Ferrar. &c.*

S. Severinus Mon.

In Sicilia depositio Sancti Hermengildi Monachi, qui in Monasterio Sanctæ MARIÆ de Salfede religiosum vitæ complexus institutum, magnis progressibus felicissime profecit, & post varia sanctitatis opera, atque admiranda virtutum signa, appropinquante fine vitæ suæ, animam puram in manus Creatoris commendans lætus migravit ad Christum. *Franc. de Birvar. Chryf. Henrig. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Hermengildus Mon.

In oppido Sancti Geminiani in Hetruria Sanctæ Finæ Virginis. Hæc veteri nostrorum more in ædibus paternis vitam Monachicam instituit, sacrique rigoris, & silentij inprimis observantissima, nunquam pedem domo, nisi ad Sacra Missarum

S. Finæ Virgo.

Inclusorum Instit. sectatur.

Stupenda patientia.

Hilaritas.

De mortis die edocetur.

Obiit 1253.

Res mira.

Mira fragrantia.

Campana consonant.

Mortuus suscitatur.

Missarum solemnia, extulit; in jejuniis, vigiliis, orationibus, aliisque corporis afflictionibus se jugiter exercuit. Quæ cum esset forma eleganti prædita, adeo gravi morbo percussa est, ut vix in lectulo volutari posset. In tabula autem lignea cum accubaret, illa ex carnis tabe putrescebat, ac in illius carne, quam & mures rodebant, à vermibus exela, lata vulnera sive hiatus conspiciantur. Nec tamen in tantæ ægritudinis doloribus, longoque Martyrio, ulli unquam conqueri Fina, sive animum despondere visa est, sed miram patientiam, tranquillamque mentem, & hilarem vultum omnibus ostendebat; quibus tantis calamitatibus summa rerum omnium penuria & paupertas extrema accessit; ut miraculum patientiæ haud immerito omnibus videretur. Illam octo ante obitum diebus Magnus Ecclesiæ Doctor Sanctus Gregorius noster de instante remunerationis hora edocuit, quem ipsa Vnicum Tutelarem suum devotissime coluit. Decessit Ann. Christi 1253. ipsa quidem Gregorio sacra die, sed cujus ob Festivitatem eandem memoria, ad diem elevationis transfertur. Sacrum autem lectissimæ Virginis corpusculum, adeo ob resolutam tabo carnem asseri, in quo decubuerat agglutinatum adhæsit, ut vix inde separari posset, admirabili tamen celestis odoris fragrantia suavissime redolens, cum vivens fetorem penè intolerabilem exhalasset. Campanas sponte tonasse ferunt, & quod etiam mirandum est, cum sepulturæ tradenda esset, manum in benedicentis morem sustulisse, nutricemque tuam tactu ab insanabili morbo liberasse. Ad cujus etiam tumulum, non modo demoniaci & egroti alii sanati sunt, sed & puer defunctus traditur ad vitam

fuisse revocatus. Celebris admodum Finæ per Hetruriam memoria est, quam Geminianenses uti Martyrem, ob incredibilem in tantis doloribus patientiam summè venerantur. *Ex monim. Gemin. t. 2. Sanct. Ord. Phil. Ferrar. MSS. divers. Annal.*

In Lusitania Beatæ Spinelæ monialis de Arouca, generis nobilitate & Virtutum splendore illustris, quæ exemplis sanctæ conversationis & morum integritate extitit veneranda. In cujus felicissimo transitu Angelorum suave concinentium Musica audita est, & ad ejus tumulum crebra in hodiernum usque diem miracula patrantur. *Ant. Vasconcellos in Anacephal. Reg. Lusit. Henrig. &c.*

B. Spinelæ

Musica Angelica.

In monte S. Dyfiodi translatio Reliquiarum ejusdem sancti à veteri Ecclesia in novum Monasterium, facta An. Ch. 1139. sub Conone IV. ejus loci Abbate. *Dodechin. in App. & Marian. &c.*

Translatio

Fuldæ translatio corporis lectissimi Germanorum Apostoli, & Primatis Sanctissimi Bonifacii, primi Archiepiscopi Moguntini & Martyris. *Annal. Fuld. Brovver. Menard. &c.*

In Monasterio Admontensi Superioris Styriæ Venerabilis viri Wolfoldi, ejusdem loci Abbatis lectissimi, discipuli S. Theogeri qui ex Monasterio S. Georgii Herciniæ Abbas in Admont postulatus, loco illi sanctissime præfuit, aliaque inter præclara gesta, monasterium ejusdem Ordinis monialium ibidem condidit. Idem Fratribus malè suspectus, innocentiam integritatisque tuendæ pulcherrimo argumento atque exemplo, in oculis omnium massam ferri candentis ex ignita fornace absque ulla læsione Virgineis suis manibus extraxit, magnamque deinceps venerationem meruit. Præfuit annis 23. decessitque; A. C. 1137. *Ex monim. Admont. Obiit 1137.*

V. VVolfoldæ Abb.

Innocentiam suam mirè asserit.

QUARTO NONAS NOVEMBR.

II. Novembris.

Commemoratio sid. Def.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum: quam solemnem inprimis, in Vniversa Cluniacensium nostrorum Congregatione per totum terrarum orbem latissime diffusa, instituit sanctissimus Cluniacensis Cænobii Abbas Odilo, nostrique per omnes nationes propagatam, Romanorumque Pontificum auctoritate approbatam, inexplicabili animorum in purgatricibus flammis luentium bono & solatio, universæ sæcu-

lorum posteritati, utilissime transmiserunt. De qua solemnem memoria, ita nos in Annalibus nostris Benedictinis ad An. Ch. 998. Quid non solum orbis uterque, & sequutura viventium posteritas, verum inferus ipse purgandorum, Odiloni nostro debeat, nullius unquam ingenium seu labor quantuscunque assequatur; instituta solemnem illa Fidelium Defunctorum Commemoratione, tot jam ab Ogilone sæculis perpetua, & sequutu-

E.

A. C. 998.

Meritum ingens.

Latitudo
Congrega-
tionis.

sequitur quoque sæculis perpetuanda, ab eo maxime post Hamularium nostrum, per diffusam toto jam orbe Cluniacensium Congregationem, in Regna ac provincias omnes introducta, & dein Pontificum Romanorum auctoritate probata & præcepta. Cujus nimirum ope suffragii, tot animorum purgatricibus flammis damnatorum Myriades caelo assertæ, & deinceps in finem usque mundi asserendæ, Cluniacensibus sanè Monachis obstrictissimæ, gloriæ Ordinis amplissimi meritisq; immortaliter applaudunt. Quæ vero, præter solemnem illam diei memoriam, Cluniacenses iisdem, animis juvenis excogitarint fecerintque; quot unus Odilo flammis eripuit, & deinceps continua assuetudine, tot Cænobiorum millia, tot monachorum centena millia, eorum denique exemplo (fructu semper & gloria ingenti in Auctores redundante,) fideles toto orbe reliqui, tot jam sæculis juvarint & liberarint, *immensum* penè, ut sic dicamus, *atque innumerum numerum*, definiendum, ei qui potest, relinquimus. Ut merito præter defunctorum solemne memoriam, Odilonis etiam hodie gratia, meritum, & gloria, uti à gratis animis super sydera, sic à piè æmulis in terra, concelebrentur. *Ex Annal. nostr. loco cit. & diversis rer. Bened. script. &c.*

Plurapro
delibus in-
stituunt Clu-
niacenses.

Quam mul-
tiplex meri-
tum.

S. Odilonis
memoria.

S. Ambrosius
Abb.

Clar. 560.

S. Malach.
Archiep.

S. Beunous
Mag.

Mortuam
excitat.

In Monasterio Agaunensi Sancti Ambrosij Abbatis. Ambrosius Monachus & Abbas Insulæ-barbaræ, cum magnis illic sanctitatis eximie operibus clareret, ad celeberrimi Agaunensis Cænobii regimen vocatus, postquam illic disciplinam Monachicam strenuè reformasset, gloriosa ibidem morte consummatus & honorificè conditus, signis atque miraculis plurimis à morte coruscavit. *Clar. An. Christi 560. Ado Vienn. Petr. Equilin. Tritem. &c.*

Eadem die natalis Sanctissimi Malachie Hibernie Primatis & Confessoris. De quo nos fufius, die natalis octava, 5. Id. Nov. ex causis, & impedimentis læpe memoratis.

In Anglia Sancti Beunoi Monachi Presbyteri. Fuit hic magister sanctissimæ & illustrissimæ Virginis Wenefridæ, admirabili & ipse sanctitate præfulgens, eo inprimis raro & grandi prodigio à Numine honoratus, cum eandem discipulam suam Wenefridam, à Cadoco Alani Regis filio crudelissimè trucidatam, spectante magna populi frequentia à mor-

tuis revocavit, occisorique imprecatus, ubi primum ultorem Deum tanti sceleris invocasset, exaudiri meruit, ad detestationem tanti sceleris Cadoco quamprimum, eo ipso loco animam exhalante. De qua historia plenius agendum statim die sequenti, qui est natalis ipsius Wenefridæ. *Hist. Ang. Hugo Menard. to. 2. Sanct. Ord. &c.*

Occisor oc-
cumbit.

In Gallia Sancti Lauteni Abbatis. Fuit Lautenus natione Burgundus, patria Eduensis, nobilissimo procreatus sanguine. Contemptis autem atque calcatis generosè sæculi pompis, cucullum amplexus, Monachum in Sanctorum Petri & Pauli Balmenfi Monasterio professus, insignem perfectionis magistrum Sanctum Laurentium Abbatem habuit, cui & in regimine succedens, mira vitæ sanctitate illustrissimam faciem suis prætulit. Ejus inter alia, dignissimum abstinentiæ & mortificationis studium commendatur, sacro inprimis Quadragesimæ tempore, quo solitum servitutis suæ penlum, ex præscripto S. P. N. dignè adaugens, bis tantum in hebdomade parcissime comedit, idque ordine triplici, cum prima Quadragesima, pulticulis hordeaceis; secunda pomis siccis, tertia demum, solis deinceps, iisque crudis oleribus vesceretur. *Ex monim. Cluniac. to. 2. Sanct. Ord. Arn. Duac. &c.*

S. Laurentius
Abb.

Abstinentia.

Quadragesi-
ma jejuniu.

S. Martyr.
plura.

In Diocesi Vratislaviensi, passio Sanctorum Monachorum Cænobii Beate Mariæ de Grumain apud Silesios, qui invalescente pestilentissima Hussitarum Hæresi, eligentes potius pro Christo mori, quam hæreticorum erroribus infici, ab iisdem exquisitis tormentorum generibus interempti, per palmam Martyrii victores in cælum evolarunt. *Aubert. Mirreus, Cochlaus Hist. Hussit. Paulus Langius, Hist. Ciziz. Annal. Germ. nost. &c.*

B. Petrus
Dagninus.

Magnifit à
S. Romualdo

Camalduli depositio Beati Petri Dagnini Monachi & Confessoris. Fuit hic magni illius, & Sanctissimi Camaldulensium nostrorum Institutoris Romualdi discipulus lectissimus, ob insignem proximamque Magistro ipsi, vitæ perfectionem, tanti ab ipso factus, ut primum ipsum Sacræ Eremitæ Priorem perpetuum CHRISTI anno 1016. constitueret, cui cum sanctissime atque diutissime annis nimirum 35. præfuisset, hac ipsa die, magno sui relicto desiderio decessit Anno Christi 1051. cum perceptis Sacros. Ecclesie Sacramentis, inter oscula & amplexus

Ob. A. C.
1051.

amplexus Crucis, atque dulcissimas lachrymas; *dulce legum dulces lacrymas*, ex hymno solemni ingeminaret, cum indicibili animi dulcedine resolutus. *Hist. Camald. August. Florent. Hugo, Arnold. &c.*

B. Bernard.
Narbonens.

Apparet ipsi
S. Dionysius.

Mira visio.

De successore
S. Hugonis
edocetur.

Translatio
SS. Cl. vall.

Translatio.

In Monasterio Cluniacensi depositio B. Bernardi Narbonensis, qui in Monastica Religione diu probatus, bene exercitus, ad eam vitæ perfectionem & puritatem pertigit, ut longè abtens, Nogeni scilicet Prior constitutus, ab ipso Sancto Dionysio, de obitu Sanctissimi Abbatis sui Hugonis imminente edoceri meruerit, & Cluniacum dirigi. Vbi, sub ipsam mortis ejusdem horam, gravi sopore oppressus, interioribus mentis oculis, omnia quæ circa morientem fiebant clarissimè incuitus, Beatissimæ Matris Virginis, nec non Sanctissimi Patriarchæ nostri BENEDICTI, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, ac aliorum SS. Martyrum & Confessorum, jucundissimo aspectu recreatus est. De successore etiam Hugonis Pontio edoctus, ad hunc ab illo mandatum accepit, & Pontium, cum & ipse abtuisset, ab ipsis Apostolorum Principibus Roma Cluniacum contendere iussu, intellexit. Mortuus est sub Pontio prædicto Ann. Christi 1109. sive aliorum opinione anno sequenti. *Ex libro de gestis S. Hugonis, auct. Hugone Cluniac. Biblioth. Cluniac. &c. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Gallia translatio Sanctorum Monachorum, Conversorum, & Novitiorum, qui sub Mellifui Doctoris nostri disciplina Altissimo famulantes felicissimum agonem gloriosè consummarunt, & ipso Magistro etiamnum superstite, hac ipsa die, ossa eorum summa cum veneratione translata, & honorificè condita sunt, An. Ch. 1148. *Ex monim. ejusd. Cænob. Menol. Cist. t. 2. SS. &c.*

Montibus Hannoniæ translatio San-

ctæ Waldetrudis Viduæ sanctimonialis, Hannoniæ Principis, Montensium Patronæ. De qua fufius agimus die depositionis ejusdem 9. Aprilis.

V. Bernardi
Catalani.

In Hispania obdormitio Venerabilis viri Bernardi Catalani, sacrum Institutum nostrum de Calatrava professi, qui quo affectu BENEDICTAM & Admirabilem Matrem Angelorum Reginam coleret, illustri testimonio posteris testatum reliquit; quando nimirum Instrumento publico, exoratis certis Patronis ejusdem testibus, se eidem Virgini perpetuo devovit, & emancupavit, his ipsis denique verbis idem Instrumentum concludens: Et ut omni tempore constet, me tibi ipsu tradidisse &c. hanc chartam propria manu scripsi, meo nomine subsignavi, & armorum meorum sigillo communivi in Regia aula Legionensis Urbis, ipsa die Nativitatis Salvatoris nostri, recepto prius ipsius sacratissimo Corpore 25. Decembris An. Ch. 1606. ætatis meæ 38. & duobus mensibus &c.

Deipara
amator.

Emancupa-
tio solemnis.

Perpetuus Mariæ Virginis Dominae meæ servus

Frater Bernardus Cathalani.

Vitam secundum Ordinis Regulam instituit sanctissimam: sicque sæcularia, quibus intendere ex officio debuit, per egit, ut spiritualia, quibus toto animo deditus erat, non omitteret. Puritatem mentis & corporis, quo magis ad Angelicam naturam accederet, summa cura servavit: & post multa pietatis opera ad extrema deveniens, dum jam ultimum ageret spiritum, beatos Patres BENEDICTUM & Bernardum sibi adstantes, unum à dextris, alterum à sinistris, ejus manus suaviter sustentantes, eique animum addentes conspexit. Quibus ducentibus, corpore solutus migravit ad patriam. *Franc. de Bi-var. Chrysof. Henr. Ann. nostr. &c.*

Ejus puritas.

S. P. N. mo-
rienti adest.

Clar. 1607.

TERTIO NONAS NOVEMBR.

III. Novembris.

S. Pirminius
Episc.

Corrigit
Episcopos
Gallie.

Depositio Sancti Pirminii Meldensis Episcopi. Pirminius ex Monacho Andegavensi, & S. Mauri Glanofolienfi, ad Episcopatus Meldensis Cathedram subvectus, cum adstruendo fidei propagandæ zelo totus ferveret, à Sancto Gregorio Papa II. ad reformandas Gallie atque Alemanniæ Ecclesias, corrigendosque Episcopos, Clerum ac populum missus, & ab iisdem Theodorici Regis opera congregatis honorificè susceptus

atq; auditus, postquam grandi cum merito dignissimo munere præclare defunctus esset, non sine singulari Numinis providentia, Germaniæ nostræ destinatus, prædicationis & efficacia & suavitate præcipua, omnes longè lateque ad se populos pertraxit, & verbi Divini nectar, summa charitate & patientia, velut lactentium ori amantissima mater lac instillavit. Posthæc à Sinthlace in superiorem Alemanniam evocatus, & ut fidei

Matris affe-
ctum imita-
tur.

F.

Rarum miraculum.

(pastorum negligentia jam labanti,) succurreret exoratus, ut primum Insulam Rheno lacuque Veneto ambitam, eoultq; vermibus venenatis ac serpentibus infestam attigit, ita omnes vermes venenatos inde exire coegit, ut tribus diebus, tribusque noctibus, qua parte enatabant, aqua vermibus cooperta videretur. Ibi celeberrimo, & potentissimo deinceps Augia dives.

Augia dives.

Ibi celeberrimo, & potentissimo deinceps Augia (vulgo Divitis) Monasterio constructo, Fratribus aliquamdiu Abbas sanctissime præfuit. Postea autem Alsatiam petiit, quam provinciam, multasque alias gravissimis meritis immortaliter demeritus, alia inter propagata latissime per Germanias Monachi suo plurima passim & celeberrima Cænobia, Amerspach, Morbach, Maurfmünster, Gengenbach, Schwarzach, Schuteren, Newweiler; Fabariense in Rhætia, Altaichensia, inferius nimirum & superius in Bavaria, &c. condidit. Quin & Sancti Mauriti in Doglegia reformavit; ex quibus dein, quanto provinciarum bono, quanta virorum sanctitate & eruditione celeberrimorum copia prodierit, nullis dignè litteris potest explicari. Tandem Monasterio Hornbach constructo ab actione se retrahens, contemplationi se totum mancipavit: nec multo post ibidem III. Novembris diem suum obiit, plurimis cum in vita, tum post mortem miraculis illustrissimus; cujus in hodiernam usque diem, contra venenata animalia, & in partus periculo atque doloribus patrociniū efficacissime imploratur. Vim certè adversum venena cibo aut potioni noxia alexicacam, univertè majores Sancto Pirminio tribuerunt; creditumque nil noxium contrahi, ubi sumendum victum sic benedixerant:

Sanctificet nostram Sanctus Pirminius escam

Dextera Pirminij benedicat pocula nostra.

Clar. A. C. 727.

Claruit vir Apostolicus, Germaniæ & Galliæ Tutelaris A. C. 727. *Ex Vita MS. Trib. Hermanno Contracto, Gallo Ochermio, Chron. Aug. Matth. Radero, Brovvero, Stengelio, Cratopolio, Constant. Bened. to. I. Annal. nost. Germ.* Cujus vitam Warmannus Comes à Dilingen Episcopus Constant. & Henricus Comes à Calw Monachi Augienses fusius descripsisse memorantur.

S. V Venefrida V. Mart.

In Anglia Sanctæ V Venefridæ Virginis & Martyris. Hæc Illustrissimis or-

ta natalibus, à S. Beunoo nostro Monacho presbytero sanctissime instituta, Christi sponsi castissimis amoribus innutrita est. Quam cum Canocus Alani Regis filius nimio opere adamaret, Virgo pia fraude amantem deludens, in Ecclesiam profugit, & pro ipsa & voti sui Monachici, & loci reverentia securam se credidit. Consequutus illico libidinis estu concitatus Princeps, neque precibus tamen neque minis responsum aliud extorsit, quam: *Regi æterno junctam, in ejus contumeliam alium admittere non posse.* Excanduit victus amoris impatientia Canocus, & execrando prorsus facinore, crudeli manu, in ipsa Ecclesia, suamet ipse manu Illustrissimæ Virginis caput amputavit. Erupit, simul atque corpus humi collapsum est fons largissimus atque perspicuus, ægris deinceps prodigiosè salutaris. Exhorruit tanto scelere Beunous Monachus, sublatoque è tertis sacro capite, zelo succensus, dum intolerantissimus Princeps gladium extegeret, & intrendente populo ipse contemptim rideret, *Quandoquidem, inquit, nec Ecclesie, nec Dominico diei pepercisti, & Regiæ dignitatis puellam crudeliter jugulasti, oro Deum meum, ut in presentia tibi pro meritis reddat.* Stupenda res! Corruit cum dicto mortuus juvenis, & quod multo horribilius visu audituque, corpus quamprimum ejus, quasi colliquescens disparuit, ad inferos, ut credebant, cum ipso animo abreptum. Caput autem Virginis crebro deosculatus Vir Dei, & corpori jungens, pallioque operiens, accedens altaria sacris est operatus; quibus finitis, concione ad populum habita, sanctam Virginem Votum DEO vovisse asseruit, & morte impeditam implere non potuisse, quod ut expleret, exorandum pro resuscitatione illius Deum esse. Genuflexus proin, cum precibus clara voce recitatis populum præiret, surrexit rediviva puella, & voto potita suo, sacro quamprimum velamine amicta, plurimis postea Virginibus Abbatissa præfuit, miraculorum gloria magnificè à Deo honorata, ita ut quisquis ad eam æger accederet, sanus quamprimum inde rediret. Mansit in collo tenuis cicatrix, candido filo persimilis, & lapides cruentati, nulla aquarum, perpetua licet alluvione, purpuram perdidere, multo lapidum illorum, thuris præstantissimi fragrantiam prodigiosè redolente. V Venefridam denique Christus ipse

Regis exambita amoribus.

Responsum Virginis.

Martyrium

Fons prodigiosus.

Imprecatio.

Metuenda ultio.

Resurgit mortua.

Sacrum velamen suscipit.

Stupenda res!

Miracula.

iple spectabili forma apparens ad coronam vocavit, admirandisque etiam post mortem prodigiis honoravit, in cujus fonte, quacunquē infirmitate detenti infantes, quotiescunque immergerentur mirè curati sunt. Claruit An. Ch. 600. *Ex ea qua est per Robertum Abbatem Salopiensem, t. 2. Sanct. Ord. div. rer. Angl. script. &c. Baron. Molan. Annal. nest. &c.*

S. Malachias Episc.

In Monasterio Claravallensi depositio S. Malachias Episcopi Connerthenensis in Hibernia, qui multis virtutibus suo tempore claruit: cujus vitam sanctus Bernardus Abbas conscripsit. Ita hac die Martyrologium, ob diem natalis ejus die hesternam impeditum; nos autem die depositionis septima, natalis ejus octava fusius vitam describimus.

S. Amicus Monach.

In Monte Casino depositio S. Amici Confessoris. Amicus apud Camerinum honesto loco natus, à prima ætate litteris ac moribus dignè institutus, factus grandior contra propinquorum voluntatem se sacris addicens, presbyter ordinatus, non multo post calcatis sæculi commoditatibus Monachum Casini induit. Contemplationis studio cum nimium ferveret, rogata Abbatis sui licentia ad Avellanam secessit, ubi vitam in jugi corporis afflictione, mentisque ad Deum elevatione exigens, magna miraculorum gloria honorari à Deo meruit. Claruit sub A. C. 990. sepultusque in Sanct. Andrea de Avellana, Officio Ecclesiastico, sub titulo Duplicis minoris Casini, sed & Arabonæ apud montem Melonem in Piceno celebratur. *Ex monim. Casin. Petro Diacono, Arnoldo Duaceno, Philippo Ferrario, to. 2. Sanct. Ordin. &c.* Eodem die Sanctorum Pardulphi & Guinaili Abbatum, admiranda vitæ sanctitate illustrium. De quibus nos alias prolixius suo loco.

Claruit An. Ch. 900.

B. Berthold. Abb.

In Helvetia, Monasterio Montis-Angelorum, depositio Beati Bertholdi Abbatissæ & Confessoris. Bertholdus obvirginiam puritatem, Virgo appellatus, inter Angelomontani Cænobii illustres viros præcipuè effulsit. Beato Frowino, in regimine ejusdem loci succedens, tenerimo affectu suos dilexit, & conformem se omnibus atque ad amissim Sanctissimæ Regulæ abbatem exhibuit. Ab eo quo primum Sacerdos ordinatus est tempore, sacrum facere nullo unquam die, sed nec supremo quidem quem vixit, intermisit. (Ut autem in DEO ac cælesti-

Paterna affectio.

Nunquam intermisit sacris operari

bus, nunquam non mentis oculum fixit; sic divina illustratus luce, ostensionibus variis multa abstrusa compertissima habuit, quale & illud fuit, cum eodem die & hora, Fratribus eo nuncio obstupescens-

Spiritu prophætico claruit.

bus, haustum flumine Fridericum I. Imperatorem prope Tharsum Ciliciæ urbem cognovit prædixitque. Rarius illud, & æterni juxta meriti prodigium ac beneficium, idemque singularis Dei in ipsum favoris argumentum: Lucernam siquidem hyemis tempore pro negotiis habituro, conscensaque navi paululum in altum everso, ex utroque cymbæ latere obviam sese obtulit, innumerabilis turba pisciculorum, quos Albulos nominant, antehac illa tempestate nunquam visum piscium genus, ceu gratulabundi ac venerabundi tanti viri adventum: quibus ille cum dextera crucem præsignasset, beneque precatus fuisset, quievère; atque secundum hæc, ea ferè anni tempestate copiosa semper eorumdem piscium præda capientibus obvenit; indeque ad hodiernum usque diem, ejusdem beneficium apud accolæ manet, Monachis Angelomontanis tributarium. Claruit & aliis miraculis plurimis, insignique præcipuè illo sub finem vitæ honoratus est; cū ex fonte, quem designaverat, aquam hauriri vellet, ea tertio in vinum generosissimum prodigiosè conversa; qui deinceps Fons-Abbatis appellatus est, febricitantibus frequenter occurrentibus, sæpè salutaris. Fuit ingenio non minus, quam vitæ integritate spectatus, scripsitque egregium librum adversus Abbatem Sancti Ioannis in Thuræ valle, qui resuscitationem corporum pernegarat; quemque Bertholdus, doctissimis argumentis ac rationibus convictum ad saniolem mentem revocavit. Obiit denique vir sanctus inter sereni vultus indicia, palmis in cælum sublatis, eodemque directis obtutibus A. Ch. 1197. cum vaticino spiritu obitus sui horam Fratribus prædixisset. *Ex monim. ejusdem Cænobii, & Communicatione Remiff. D. Abbatis.*

Piscium mirabilis occurfus.

Grati posteri Monachis.

Vinum ex aqua mirè conversum.

Hæresim profligat.

Obiit 1197.

B. Tezelini.

In Gallia, Monasterio Claravallis Beati Tezelini Monachi, ætate & perfectione proveci, qui post gravissimos & diuturnos morbos quos summa patientia sustinuit, ad cælestem patriam contendit: in cujus transitu Beatissima Virgo, Angelorum Regina, inter lectissimos Apostolos Petrum & Ioanem suū mediacomitante insuper copiosa Beatarū mentium

Deiparâ ipsâ ad cælum invitat.

num multitudinem, in occursum egredientis spiritus descendere vita est. Ex Menol. Chrysof. Monim. Clar. Vall. &c.

S. Christianus.

In Hibernia Beati Christiani eo nomine secundi Dunensis Episcopi, qui ex Abbate Melli-fontis ad eam assumptus dignitatem, multis virtutibus & signis illustribus migravit ad Dominum. Claruit Ann. Christi 1149. Montalbus, Miraus, Henric. &c.

Rhegi in Italia translatio S. Venerii Abbatis per Apollinarem Lunentem Episcopum ex Insula Palmaria ad Monasterium S. Prosperi, tempore Ludovici Pij Imperatoris. Petrus Equilin. Arnold. Duac. Hugo Menard. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

PRIDIE NONAS NOVEMBR.

IV. Novembris.

S. Modesta Virgo.

Reveris Sanctae Modestae Virginis. Haec Monasterii Sancti Symphoriani in Vrbe Treverica Abbatia, Sanctae Gertrudi familiarissima, insigni vitae enituit sanctitate. Fuit Augustissimae Caelitum Imperatricis obsequio plurimum addicta, ante cujus altare aliquando cum incumberet, de transitu dilectissimae suae Gertrudis ab ipsa edocta, dicente: Soror Modesta certissime scias, me hodie eadem hora de habitaculo carnis absolutam. Quam non multo post consequuta felici item transitu Modesta, socia futura gaudii, quae sacri rigoris aemula in terris fuerat, in caelum emigravit. Floruit a. c. 680. Ex Ioan. Trith. Annal. nost. Germ. Chron. Trever. Arnoldo Duac. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Et S. Gertrudis apparet.

Flor. 680.

S. Gerardus

Andegavis in Monasterio Sancti Albini, depositio Sancti Gerardi Monachi, rarae vitae sanctitate conspicui. Gerardus, aliis Girardus, claris parentibus apud Gunterii castrum, in territorio Andegavensi natus est. Litteris probe institutus, juvenili aetate Monachicam vitam plurimum suspexit, & in hianter exambuit, & in Sancti Albini Canobio Beatissimi Legislatoris nostro sese legibus obstringens, mira paulo post sanctioris disciplinae perfectione effulsit. A puero in omni Virtutum genere exercitus, nullamquam carnis contagione funestatus, Virgo mente & corpore semper permanfit. Duram & asperam vivendi rationem amplexus, cilicio carnem domuit, quod ferreo in super circulo prope lumbos, quo arctius corpori adhereret, firmiter adstrinxit. Binis similiter annulis ferreis, brachium utrumque, & ferreo in super torque collum cir-

Rigor vitae.

In Anglia elevatio corporis S. Edithae, s. Edithae Edgari Anglorum Regis filiae, Monialis Wiltoniensis, facta anno Christi nonagesimo nonagesimo septimo, decimo tertio nimirum ab ejus obitu. Ex Vita & diversis rer. Angl. script.

S. Itha Comitissa.

In Helvetia Monasterio Vischingensi Sanctae Ithae Viduae Comitissae Tockenburghiae, sanctimonialis, virtutibus & miraculis illustrissimae. Celebratur festivitas ejus in praedicto Canobio hac die, ob felicissimum ejus transitum, nos sequenti depositionis sive sepulturae die memoriam ejus colimus, & vitam describimus.

G.

cum dans, huic ad majorem cruciatum lapidem, & plumbi gravioris massam appendit. Mirae fuit abstinentiae, cum sprete eduliis, solis pomis aut herbis vesceretur. Vigiliis, orationi, contemplationique perpetuo intentus, Caelitum Imperatricis singularem amorem meruit, cui eam vitae suae rationem valde probari cognovit: Siquidem in Ecclesia pernoctanti, ipsa adesse dignata, manumque super caput ejus extendens: Deo gratam & acceptam esse ejus abstinentiam, dixit, seque fore semper illius adjutricem pollicita est. Presbyter factus, verbo & exemplo potentissimus, peccatores pro concione, mira gratia a vitiis ad rerum divinarum amorem abstraheret. Spiritu prophético donatus, Gelasij Papae mortem, Wilhelmii item alio tempore Angliae Principis, cum flore procerum Anglorum naufragium, in spiritu cognovit. Senem obvium in pedore libidinis mersum, quem a binis daemonebus cinctum viderat, de occultissimo peccato admonuit, & illud eidem detegens, suis lachrymis simulque rei miraculo ad poenitentiam flexit. Sed & miraculorum gloria illustris, immanem serpentem signaculo Crucis effugavit, & agricolam ab eodem impetum periculo eripuit. Panem a se benedictum cum sacrae cuidam Virgini misisset, & illa eundem supervenienti inopi partita esset, integer is postea repertus est, multique qui ex eo ederant, infirmi, prodigiose curati sunt. Moriturus expansis manibus Deiparam orans, ut se famulum suum ad Christum perduceret, expleta oratione, felicissime in Domino requie-

Abstinentia.

Deipara favor.

Spiritu prophético clarior.

Cordium secretum.

Miracula.

requievit; cujus mortui multus, Angelico decore vernans apparuit. Claruit anno Ch. 1119. post mortem similiter miraculorum gloria a Nurnine commendatus; quae inter, duo mati, eidemque furti, solo osculo, quo tamulum viri DEI venerati erant, solpitem indepti sunt. Ex Monim. Canobii Andegen. Gall. script. tom. 2. Sanct. Ord. Hugone Menardo &c.

S. Bertilla Virgo.

In Monasterio Calensi, depositio Sanctae Bertillae Virginis, primae illius loci Abbatissae. De qua nos juxta Breviarium Regiae Abbatiae, ex officio Proprio, suo loco.

S. Idda Com.

In Helvetia, Monasterio Vischingensi depositio Sanctae Yddae viduae. Idda, Ydda, sive Ida in Suevia ex Comitibus Kirchbergenibus oriunda, Henrico Comiti Dockenburghi cum nupsisset, lapsu temporis mundum muliebrem ad solem, editiori loco arcis Dockenburghi exposuit. Inter quae etiam anulum, quem arae nomine Henricus Comes ei dederat. Corvus autem anulum rostro cum sublegisset, & in subjectam arci vallem avolando, nido intulisset; venator Comitum crocitantibus inter corvi ipsius pullos, in summa abiete anulum nactus, digito interfuit quem cum in aula ambitiosius deinde circumferret, aemulorum animos cocitavit, eo usque ut apud Comitem, nefada cum Domina consuetudinis insimularent. Quam ob rem furore percitus Comes, calcitrosi equi caudae alligatum, per precipitia, stipites, & saxa infelicem servum discerpit. Et mox Iddam innocentem ac religiosam conjugem, ex summa arce ad ima, cubitis quadringentis praecipitem egit. Sed eam DEVS integram & illaenam mirabiliter conservavit. DEO igitur servatori gratias Idda humi fusa cum egisset, eique se ac sua omnia prona devovisset, manu, ut licuit sua, tuguriolum in solitudine praeparavit, radicibusque ac limpidis eremi fontibus vitam sustentavit. Demum vero post aliquot annos, per venatorem alium, Divinitus forte, detecta, & Comiti indicata, ab eodem Comite ingenti lachrymarum vi & gaudio, denovo salutata, conjugalem vitam, quantumvis Comes ipse rogaret, IESV CHRISTI amore prorsus respuit, ac contempsit. Mutato tamen domicilio, non procul ab Fischingenibus Canobiis DEIPARAE Virginis sanum coluit; & summis vitae rigoribus complures annos sanctissime, dum exigeret, malignorum spirituum horrendas saepe insidias, for-

Corvi furtum.

Suspicio.

Servi suspensum supplicium.

Idda praecipitium.

Inventa a marzo salutatur.

Templum DEIPARAE colit.

titer superavit. Iam vero, cum nocturnas etiam preces, ad jam dictum Canobium Fischingenense, frequentaret; cervus in cornibus duodecim luminaria praeferre assolitus, eam quotidie, mille quasi passibus duxit, & reduxit. Senio autem confecta, cum sacrarum Virginum, alterum scilicet Canobium Fischingense fuisset ingressa, semelque spiritualibus exercitiis pervigil ipsa incumberet, diabolus lumen ei extinxit. At illa, proterso per fenestellam cereo, mortuum de camiterio inciamavit, & lumen petiit. Illico adest mortuus, & lumen, inquit, accipe; Dockenburghus sum genere. Dixitque & accenlo cereo requievit. Ydda vero diebus suis omnibus sanctissime demum expletis, multis miraculis clara die 3. Novembris in caelum abiit, & apud Divi BENEDICTI Monachos in Canobio saepe dicto Fischingenensi sepulta fuit. Ex Officio proprio ejusdem Canobii, ad verbum.

Cervus dux & lucifer.

Mortuum vocat, qui respondet.

In Monasterio Hemmenrodensi Beati Henrici Converteri spiritu prophético clarus, quem DEIPARA Virgo, Angeli, & sancti celi cives visitare dignati sunt, & familiari colloquio recreare. Fuit autem ea felicitate, ut solemnioribus praecipue festis, unican Ordinis Tutelarem spectabili forma in Choro intueretur, & multa, consideratione dignissima observaret, iisque supra modum ferveret. Quin & Spiritum Sanctum in columbae specie, singulis fere diebus aspicere meritus, dum sacro interesset, puerum IESVM non raro in ipsa Hostia consecrata, caelesti pulchritudine & fulgore decorum conspexit, multisque aliis caelestibus revelationibus creberrime recreatus fuit. Cui aliquando Angelus, quem frequentius videre consuevit, dixisse fertur: Quomodo placet tibi Oratorius Frater, Et beato viro respondente, Bene; iserara adjecit: Bene tibi placere debet, quis nulla vita tanta perfectionis est, in Ecclesia DEI. Vidit idem spectabili & varia forma cacodamones, & qualiter religiosos ceteros tentarent, clare perspexit, ut de reliquis tanti viri gratis facile sit ominari. Fuit autem & Converterum Magister sive praefectus in grangia qua Hart appellatur, & tandem plenus meritorum, ergastulo corporis solutus, ad eos, quibus jam in terris feliciter convixit & familiariter, beatos spiritus evolavit. Cas. Heisterb. Barn. de Montalbo. Ang. Manrique &c. Henric. &c.

B. Henricus Converteri.

DEIPARA dilectus.

Spiritum Sanctum intuetur.

Plenum solatus dicitur.

Damones intuetur.

Converterum Magister.

B. Vdardi
Episcopus.
In Scotia Beati Vdardi Brechenfis Episcopi, qui ex Monacho Monasterii de Capresso in Anglia, ad eam dignitatem euectus humilitate, & Religionis Zelo insignis, eruditioneque non minus quam sanctitatis opinione conspicuus effulfit. Claruit Anno Ch. 1190. *Hector Boetius in Hist. Scoite. Arn. Duac. Montalbo Chrysof. Henrig. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Valentinus
Abb.
Treveris Sancti Valentini Abbatis & Confessoris. Fuit hic Abbas Sancti Georgii, claruitque magna sanctitatis opinione; cujus tamen acta intercidiſſe injuria temporum opinamur. Requiescit sacrum corpus ejus in Monasterio Sancti Matthiæ Treverensi. Obiit Pridie Non Novembris. *Andr. Bamberg. &c.*

B. Henricus
Prioratus
S. Blasii in Ochsenhausen.
In Monasterio Ochsenhusano natalis Beati Henrici ejusdem loci Prioris, miræ perfectionis & innocentie viri. Henricus nobili natus genere de Zvifaltach, Monachum in celeberrimo Divi Blasii Herciniæ Canobio professus est. Inde autem ad gubernandos Fratres Prioratus Sancti Georgii in Ochsenhausen missus,

eximio vitæ exemplo, & miraculis insignibus locum illustravit. Incendium flagrantissimum templi jam laquearia depascens, precibus sopivit; cæcitatem depulit, claudum restituit, animos purgatricibus flammis damnatos pie juvit & celo asseruit. Post vitam autem sanctissime exactam ad felicem immortalitatem translatus est circa Anno Christi*. *Ex Const. Bened. t. 3. M. S. I. Veizg. Henrico Canisio. &c.*

In Belgio Beati Haketi, qui ex Decano Sancti Donatiani Brugensis Monachus Dunensis, primus postea Dustani Canobii Abbas renunciatus est. Is multis virtutibus & admirandis exemplis noviter conversos instruxit. Cujus fama cum se per totum Belgium diffunderet, ad Canobium suum Dunense repetitus, & Abbas electus, postquam locum sex annis sanctissime administrasset, pretiosa in conspectu Domini morte vitam finivit, & juxta Sancti Idesbaldum sepeliri meruit sub Annu Christi 1186.

NONIS NOVEMBRIS.

V. Novembris.

A.

S. Lætus
Mon.
In Canobio Miciacensi depositio Sancti Læti monachi & Confessoris. Lætus Bituricensis patria, Ciricum patrem habuit. Annos duodecim natus, relictiſſis patris ovibus, quarum curam habere justus erat, Trictium Abbatem lachrymabundus adiit, cuculloque donari, & Regulam doceri humillimè atque instantissimè flagitavit. Susceptus, eos in spiritu progressus fecit, ut cunctis admirandus, eoque nonnullis invisus exosusque esset, qui ambitione hæc fieri atque ostentatione contendentes, optimum juvenem, vilissimis quibusque ministeriis addici, laboribus opprimi, & procul in solitudinem ad pecora pascenda, ab Abbate ablegari, importunius extorserunt. Additi, disponente Numine, itineris duces, iidem ipsi, qui innocentem impie accusaverant, quique mutata postea mente, longe alii quam abierant, redire. Quippe probata raris in itinere miraculis sancti juvenis innocentia, cum ferocissimis bestiis in se impetum facientibus, cas fecile avertit, pessimè autem de se meritos fratres, jam jamque à feris illis lacerandos, prodigiōse eripuit, bestiis imperavit; quæ humi se prosternen-

tes, dictoque ipsius audientes, detentæ dū libuit, & abire justæ sūt. Cæcos & claudos multos eleemosynam rogantes, Petri & Ioannis Apostolorum exemplo, quod argentum atque aurū sibi non esse diceret, multo magis, quam numis, recreatos, dimisit cum quā primum incolumes esse juberet, statim prodigiosissimè curati discederēt. Quibus, aliisque ejusmodi admirandis conspectis, accusante comites scelerū conscientia, celeri fuga ad Abbatē reversi, præcones jam veritatis facti: quomodo Angelicum ejus vultum ferre non valentes, fugere coacti sint, enarrarunt. Reductus proin, ab ipsomet supplice jam Abbate, summisque honoribus tanquam Angelus ab universis receptus, honoris gravi fastidio fugam meditatus, ad Miciacense Canobium nostrum fama tunc celeberrimum se contulit, & à Trictio Abbate suisque Fratribus, sui jam amatissimis ægerrime se dimitti impetravit. Ibi non multo post, ob senilem quandam morum gravitatem, Portarius Canobii effectus, egregia enituit vitæ sanctitate, haud imèrito tanquam insignia Canobii tam illustris Canobii in portæ frontispicio expositus, cujus solo contuitu qui advene-

Solitudinem
petit.
adventant, compuncti, ut vocamus, reverterentur. Demum Contemplationis & quietis studio, cum Sancto Avito tunc temporis, ejusdem Monasterii Cellario, in solitudinem secessit, solique Numini, & spiritui suo intendit. Avito autem post mortem Sancti Maximi Abbatis, ad regimen Canobii evocato, Lætus in sylvam Aurelianensem se abdidit, ibique summo in rigore, vitam ducens Angelicam, Angelico item aspectu atque affatu perfrui meruit. Proditus postea, suo ipse fulgore, confluentibus ad eum infirmis, universis sanitatem dante Deo impertitus, Trictio denique primo Abbati suo rursus innotuit, à quo visitatus, oportune id fieri affirmavit, quod ad sepeliendum se advenisset. Mortuus est, digne nomine suo, verè Lætus, insolenti sane in moriente & morte plausu; & quidem Sanctissimi Patriarchæ nostri exemplo, stans, erectis in calum manibus, inter orationis verba, sanctam efflavit animam cujus sacrum funus, multis cum lachrymis à Trictio Abbate curatū est. Sacrum autem corpus postea divino admonitus oraculo Hermeteus Aurelianensis Episcopus ad Pithueris castrum (Pluviers Gallicè.) translatum, insigni basilica desuper exstructa honoratū, & gravissimis miraculis illustratum est.

Miraculis
claret.
Claruit. A. 590. Claruit vir sanctus Anno Ch. 590. *Ex Vita, t. 2. S. Ord. Biblioth. Floriac. Annal. Bened. Carolo Sauffeio, &c.*

S. Salomon
Rex Mar.
In Britannia minori Sancti Salomonis Regis & monachi. Salomon eo nomine III. Minoris Britannie sive Aremoricæ Rex vigesimus tertius, & penultimus, cū invalescente hostium Christiani nominis Regnique potentia, resistere se non posse animadverteret, abdicata potestate & purpura ad Religionis portum convolans, cucillum amplexus est, & in felicissimo illo Regum sanctissimorum, è fluctibus sæculi emergentium asylo, verè Regio Sancti Maini Canobio Monachis accensus, cū summæ perfectionis solidissima illic fundamenta jaceret, & vitam sanctissimam institueret, ab inimicis circumventus, captus, atque oculis primum privatus, cum Albigeone demum filio, cui Regnum dimiserat, crudeliter trucidatus, duplicata Martyrum & monachorum corona beatus, ad Triumphos felicissimæ Hierusalem æternos ascendit Anno Christi 874. *Ex Francisco Bellforestio, Mag. Annal. Franc. Cosmograph. Vniuers. Arnoldo Duac, Annal. nostr. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Gallia Beati Gerardi Belgæ, Abbatis & Fundatoris Monasterii Novæ-Vallis in Suecia, qui in partes Septentrionis missus, ibidem sacram familiam nostram Cisterciensem propagavit, & multum, cum de Regionibus illis, tum de Ordine universo meruit. Eum quanti Principes sæculi fecerint, narrat his verbis liber de exordio Cist. Tantum se ac talem in omni disciplina & continentia sæcularibus exhibebat, ut tam Rex quam Principes terræ illius, tanquam revera hominem DEI ipsum venerarentur, & colerent, & audito eo multa facerent, & libenter eum audirent. Dux etiam terræ illius, vir strenuus & potens, totum se ad reverentiam beati viri submittebat, fastigiumque Principatus sui, celsitudini Sanctitatis ipsius adeo humiliabat, ut aliquoties familiaribus suis diceret: *Quacunque hora Abbatem Gerardum me videre considero, tanto timore concutior, ac si omnia secreta & abscondita pectoris mei pateant oculis ejus &c.* Ita liber cit. Post multa denique præclare gesta Claram-vallem reversus ibidem, quod olim ipsi futurum Mellifluus Doctor noster spiritu prophetico prædixerat, sancto sine decessit. *Ex Fascic. Sanct. Chrysof. Henrig. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio Aquiritensi, in Brabantia Vallonica Beatæ Elisabethæ VVans de VVans. admirabili vitæ sanctitate illustris. Hæc nobili apud Eburones stirpe progenita à cunabulis ferè Christo devotissima fuit; cujus sanctitati invidentes ipsi parentes, eam invitam licet probatissimo militi conjugem dedere, quo cum uno eodemque per integrum annum lecto, Virgo tamen decubuit. Hanc pedetentim admirandis sane prodigio & beneficio, Christi ad crucem adfixi statua, undique sequebatur, & siquando imundis vexaretur cogitationibus, manū de cruce porrectā suo super ponebat pectori, & actutū omnes perverſas animi cogitationes abigebat. Sæpius etiā Angelicis colloquiis fruebatur. Rarius illud, cum in visione ad amœna virentis Paradyſi die quadā evecta est; ubi quidem tam ex viventibus & natis, quā etiam nascituris, qui æterna & perenni gloria potitur erant; & quod admirabilius est, in quo statu, Virginitatis, viduitatis aut conjugii singuli glorificandi essent, spiritu revelante cognovit. Hos igitur cum postea in vita videret, licet ante ignotos, ex facie specialissimè cognoscebat, & subito, in actu oculi, in singulis meritorū ac statuum

differentias discernere. Semel Elisabetham ab Asca comptissimam cum intueretur. *Et quare, inquit, ita te excolis, quæ certo in statu Virginitatis morieris?* Constat etiam hanc Virginem spiritum Prophetiæ habuisse; cum à principio mundi, ea quæ in fine futura sunt, luculentissime contemplata, evidentissime prænuñciarit. Meruit eadem sanctum Lutgardem à morte in gloria coruscantem intueri, & tandem meritis locuples, ad palatia æterna æternum victura transivit; cum attonitum super admirandis suis mundum pridem fastiditum reliquisset. *Th. Cantiprat. Agiologiæ S. Brab. Arn. de Raiffe, An. nost. Germ. t. 2. S. Ord. &c.*

Spiritus prophetici.

Elevatio S. Paulini & Augustini.

Casini Inventio corporum SS. Paulini & Augustini discipulorum S. P. N. BENE-DICTI, ad quorum probanda merita, cum

facta eorum ossa elevarentur in dedicatione Ecclesiæ Sancti Stephani dæmoniacum Dominus curare dignatus est. A. C. 1103. *Petr. Diac. Chron. Casin. M. Ant. Scipio. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio Biburgensi S. Ruperti Abbatis. De quo nos & alii alias prolixius.

S. Rupertus Abbas.

Abulæ obitus piæ faminæ Elisabeth, Monialis Monasterii S. Anæ ibidem, cujus virtutes & sanctitatem multoties commendat Michael Vaquero, in Vita S. Mariæ Vela. Claruit A. C. 1603. familiæ de Cucto. *Men. Henriq. tom. 2. Sacr. Sanct. Ord. &c.*

V. Elisabeth.

Eadem die Translatio Sancti Angilberti Abb. Centulensis, qui anno post obitum vicesimo octavo repertus est in corruptus. *Ex Nithardo. Hug. Men. &c.*

IIX. IDVS NOVEMBR.

VI. Novembris.

B.

LEmovicis in Aquitania Sancti Leonardi Confessoris, discipuli Beati Remigii Episcopi, qui nobili genere ortus, solitariam vitam deligens, sanctitate & miraculis claruit, ac præcipue in librandis captivis ejus virtus enituit. Leonardum è baptismo Clodovæus Rex Galliarum suscepit, apud quem parentes pueri, dignitate & auctoritate plurimum valere. Educatum à Sancto Remigio, operibus misericordiæ mirè delectatus, illud à Rege obtinuit, ut quotiescunque in vincula conjectos inviseret, eos libertate donare posset. Invisit proin ad carceres quotidie, & innumeros penè in libertatem asseruit. Eum cum Rex Pontificali Cathedra sublimare vellet, deprecatus est, & Aureliam secessit, ubi apud Sanctum Maximinum nostrum, egregia sanctitate Monachum delituit. Aurelia in Aquitaniam profectus, Reginam partus doloribus laborantem, prostrato ad pedes ejus Rege ipso & opè implorante prodigiosè curavit, ac juvante deinceps Rege nobilissimū illud nostrum Nobiliacense Cænobium condidit, in eoque Abbas effectus, plurimos, illustrium maxime virorum, inque regno spectatissimorum Christi servitio aggregavit; tanta, viventis etiamnum, sanctitatis fama percrebescente, ut plurimi, è longinquis etiam regionibus ad ipsum concurrerent, qui solo Leonardi nomine invocato, tam procul positi, tam arctè clausi è vinculis & carceribus liberi evasissent. Claruit & aliis miraculis pene innumeris, migravit

S. Leonardi Abb.

Captivum vindicatum.

Honorem Pontificium fugit.

Fit Abbas Nobiliacensis.

que è sæculo ante Annū Christi 600. etiã deinceps æterna miraculorum gloria longè illustrissimus. De cujus amplissimis meritis, continuata tot sæculis, tam celebris passim memoria testatur, innumeris, ut sic loqui libeat, toto terrarum orbe basilicis, sacellis, altaribus, statuis, ejus honoris & nomini dicatis; ut verè præcipuum, post Magnam Matrem & Virginem, afflictorum & captivorum solatium, prædicetur. Agens autem de unica ejus Ecclesia vitæ ejus scriptor: *Quod si quis, inquit, velit carcerenas eo allatas, itemque compedes, ocreas, & manicas ferreas omnes certo numero comprehendere, & in scripta redigere, fortassis res incredibiles narrare videbitur. &c.* Per multa illic suspensa cernuntur ferrea vincula, multorum etiam enses & lanceæ, quos è bellorum rabie liberavit &c. Porro autè, si quis & antiqua, & quotidiana ejus miracula annotare instituat, prius se tempore, quam rerum copia destitutum experietur. *Ita scriptor cit. Baron. Tepes, rer. Gall. script. Annal. nost. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Moritur, A. C. 600.

Ejus memoria longè celebratissima.

Solatium afflictorum.

Anathemata.

Miracula.

Apud Bergas depositio Beati Winoci Abbatis, qui virtutibus & miraculis clarus, Fratribus etiam sibi subditis multo tempore ministravit. Winocus Regia nobilitate sublimis Iudicælis Britannii Regis filius, nobilitatem generis multis magnisque virtutibus exornavit; humilitate in primis, qua & Sancto Bertino nostro, cujus discipulus erat, in omnibus se submisit, & discipulis ex in suis, quibus ipse

S. Winoci Abbatis.

Regii generis.

Humilitas ejus.

ipse Abbatis titulo præerat, se egregie probavit, eo in honore servum se omnibus exhibens, & minimum omnium se reputando, manum assiduo labore Fratribus, hospitibus, & pauperibus victum quaerens. Hinc molam, quæ manibus ipse versaret sibi cum aptasset, eam ad extremam usque senectam, jugi & magno labore perpetuo versavit; cujus laboribus mirè DEVS benedixit. Sed & mola, dum in preces incumberet sanctus & regius molitor, prodigiosè circumacta, optimi lenis laborem & debilitatem insigni miraculo sublevavit. Quod dum curiosus Fratrum quidam exploraret, cæcitate percussus, pœnitens autem postea, precibus Magistri videndi facultatem recepit. Erat ille plane, inquit vitæ ejus vetustissimus scriptor, ut de quodam in Evangelio Dominus dicit, verè Israelita & doli expertus. Iam mente DEVM cernebat, à quo se dolebat in corpore peregrinari. Fidelis in Domo DEI œconomus, plus amari studebat quam timeri: & ministrare potius, quam aliorum ministeriis foveri: nec occasione Regiæ nobilitatis, qua præclare pollebat, cuiquam servilis conditionis, ad conversionem venienti se anteponebat. Animo & vultu hilaris, fide robustus, spe longanimis, charitate diffusus; à dextris & à sinistris armis justitiæ munitus, nec prosperis efferebatur, nec adversis dejiciebatur. In consilio providus, in intercessione strenuus, sapientiæ sale conditus, lorica virtutum contra spirituales nequitias instructus, &c.

Mola prodigiosè versata.

Cæcum sanatum.

Elogium.

Obiit. 716.

S. Felix Mon.

Serpens custos horti.

Obiit vir sanctus A. C. 716. eximiis etiam à morte miraculis illustratus. *Ex vita tom. 6. Surii. Ioan. Molano, Costero, monim. Sanct. Bertini, Arn. Duac. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Furem ut corripit.

B. Beatrix Monialis.

DEI paratissimam.

Tentatione vincitur.

Monasterium deserit.

Revocatio mirabilis.

O miram DEI paratissimam.

In Monasterio B. M. V. de Oliva prope Marimontium Hannoviæ obdormitio Beatae Beatricis, quæ post miserum lapsum, mirabiliter ad Christum conversa, sanctis operibus ac multis miraculis claruit. Memorabilem lapsus ejus & conversionis Historiã placet ex Beato Casario describere: Erat, inquit ille, corpore speciosa, mente devota, & in obsequio DEI genitricis ferventissima. Quoties illi speciales orationes sive venias secreti offerre potuit, pro maximis delicijs reputavit. Facta vero Custos, hæc egit tanto devotius quanto liberius. Quam Clericus quidam videns & concupiscens procaritæ cepit. Illa verba luxuriæ spernente, isto importunius instante, serpens antiquus tam vehementer pectus ejus, succendit, ut flammam amoris ferre non posset. Accedens vero ad altare Beatae Virginis Patronæ Orationis, sic ait: Domina, quanto devotius potui servivi tibi: ecce claves tuas tibi resigno, tentationis carnis sustinere diutius non valeo. Positisque super altare clavibus, clam sequuta est Clericum. Quam cum miser ille corripisset, post dies paucos abiecit. Illa, cum non haberet unde viveret, & ad claustrum redire erubesceret, facta est meretrix. In quo vitio cum publice quindecim annos transegisset, die quadam in habitu sæculari ad portam venit Monasterii. Quæ cum dixisset Portario: Nosti Beatricem, quandoque hujus Orationis Custodem? Respondit: Optime novi. Est enim proba ac Sancta Domina, & sine querela ab infantia, usque ad hanc diem in hoc Monasterio conversata est. Illa verba hominis notans, sed non intelligens, dum abire vellet, Mater Misericordiæ in effigie nota, ei apparens, ait: Ego per quindecim annos absentia tua, officium supplevi: revertere nunc in locum tuum, & pœnitentiam age, quia nullus hominum novit excessum tuum. In forma siquidem & habitu illius DEI Genitrix vices egerat custodiae. Quæ mox ingressa, quamdiu vixit, gratias egit, per confessionem circa se gesta

Sancta deinceps vita eius. manifestans. Ita Beatus Casarius. Vixit Beatrix vitam deinceps sanctissimam, & in poenitentiae luctu ad mortem usque perseverans, etiam miraculorum gloria à Numine illustrari meruit, cujus sacrum corpus honorifice conditum, & magno concursu populi frequentatum servabatur. Et vero licet post everfionem deniq; Cænobii & templi exustionē, omnia monumenta perierint, ita ut ubi sacra ejus Reliquiæ delitescant ignoretur, in hodiernum tamen diem eo multi concurrunt, sanctæ faminae ibidem auxilium imploraturi, multaque ejus meritis etiamnum miracula patrantur. *Chrisost. Henriq. Barn. de Montalbo, Casar. cit. tom. 2. S. Sanct. &c.*

B. Rusticus Generalis Vallumbr. In Monasterio Vallis-Vmbrosæ depositio Beati Rustici Abbatis, tertii sanctissimæ illius Cōgregationis Generalis. Fuit hic, Florentinus patria, ex primis sancti Ioannis Gualberti lectissimis discipulis, Prior primum Monasterii Sancti Michaelis de Passignano, Abbas postea, atque Ordinis Generalis, mortuo Beato Ru-

dolpho pro meritis tanto in honore susceptus. Præfuit sanctissime annis quindecim, obiitque hac die (sive ut alii volunt 12. Martii. (A. C. 1092. sepultus in Monasterio Vallis-Vmbrosæ. *Ex monim. ib. Menardo, Arnaldo Duac. &c.*

In Clara-valle Beati Ganfridi Virdunensis; quem Deus ab ipsa juventute benedictionibus cælestibus repleverat, utq; in eo cælestium gratiarum magis eluce-rent charismata, à sæculo, in quo non sa-culariter vixerat, mirabiliter eduxit, & ipsa die quo habitu Monastico induen-dus, & illius Vallis sacris incolis associan-dus erat, dextera Domini locum eum-dem secundo benedicens apparuit, & ead-em die Beatus Andreas Virdunensis Ec-clesiæ Archidiaconus, & Beatus Gaufridus, suavi Religionis jugo colla humiliter subjecerunt; quorum consortio, dupli-ci benedictione sacra illa vallis meruit no-bilitari. *Men. Cist. Chry. Henriq. Adrian. Butzins, Henr. Gran. Basilius Sanctoro, Barn. de Montalbo. tom. 2. Sacro Sanct. Ord. &c.*

Obiit 1092

B. Ganfridus Mon.

Dextera Domini vi.

Eius socius. B. Andreu

VII. IDVS NOVEMBR.

VII. Novembris.

C.

S. Herculanus Episcopus Mart. Perusia Sancti Herculani Episcopi & Martyris, qui jussu Totilæ Gotthorum Regis decollatus est: cujus corpus ita capiti unitum atque sanum, quadragesimo post abscissionem die (ut scribit Sanctus Gregorius Papa.) repertum est, ac si nulla ferri incisio illud tetigisset. Fuit hic primus ex Ordine nostro, vivente etiamnū Sanctissimo Patriarcha nostro BENEDICTO, ex Cænobio ad Pontificatum extra-ctus, & pro meritis Perusinae Ecclesiæ Episcopus renunciatus, quem quidem honorem illustri fine consummavit, & Cathedralam illam, Italiam, Ordinem, & Ecclesiā universam sanguinis propri nobilissima purpurā æternum illustravit. Eo iplo etiam in primis comendandus, quod Totilæ impiissimo Regi maximè invisus, vultum Principis minimè expavescens, sacerdos idem & hostia nomen suum æternitati consecravit. *Ex lib. 3. Dialog. S. Greg. Ant. de Yepes. Joanne Tritheim. tom. 2. Sanct. Ord. Annal. nost. &c.*

I. Episcopus ex ordine.

Idem Martyrio honorem sacrat.

S. Villibrordus Episcopus.

In Frisia depositio Sancti Willibrordi Episcopi Trajectensis, qui à Beato Sergio Papa ordinatus Episcopus in Frisia & Dania Evangelium prædicavit. Villibrordus Anglus, illustri natus genere, qualis

deinceps futurus esset, etiam antequam nasceretur mirabili visione matri ejusdem præsignatum est; cum per somnium quoddam lunam quandam miris incrementis crescentē contemplanti, eadem denique plena cælo delabi, & quidem in os suum visa est, quam devorans illa mirifice se illustrari, sibi videbatur. Puer florentissimos juventutis años Christo consecrans, Monachum professus, ab Abbatate dein tuo studiorum gratia in Hiberniam missus, Egberto & VVigberto viris doctissimis & sanctissimis operam dedit. A Sergio Papa facultate prædicandi accepta, ad Frisios cum sociis undecim profectus, ingenti labore ac sudore sexenni-um totum, eorum conversioni impendit. Inde Romam reversus, ab eodem Sergio summo cum honore exceptus, cū quarta ante adventum ejus die, Angelica in somnis monitione jussus Papa esset, ut illum summo cum honore exciperet; & quod multarum animarum esset illuminator futurus, à DEO que electus, & ad hoc venisset, ut summi ab eo sacerdotii honorem susceperet, nihilque ei negandum esse, quidquid petisset, edoceret. Archiepiscopus proin ab eodem ordinatus, mox ad laborem suum

Viso matris eius.

Fit Monachus.

Conversioni gentium intendit.

De eius merito Papa divinutus. edocetur.

suum rediens, longè lateque Evangelium Christi diffeminavit, impias & nefandas superstitiones evertit, Idola comminuit & protrivit, Ecclesias & Monasteria exstruxit atque consecravit, Antistites, & in Vinæa agroque Domini laboratores strenuos instituit, & distribuit, curatis languidis, excitatis ad vitam mortuis alijsq; prodigiosè gestis, innumeros populos ad Christiana sacra amplectenda invitavit & traxit. Germaniam, & Frisiam inprimis, Zcelandiam atque Hollandiam à bestialivita ad humanam & cœlestem convertit. Neque his laboribus tantis contentus, in Daniam usque excurrit, imo Borealibus omnibus provinciis, lumen Fidei intulit, ingentesq; atq; innumeros manipulos in horrea Domini collegit & comportavit, rursumq; ad alios atque alios conversus, Birsitanos, Hulstenes, Axellanos & Hasnenses, Ecclesiæ Christi adiunxit. Nec minore fructu apud Clivenses laboravit. Siluæduceses, Campinientes, Vliissingenses, Colonienfes, Traiectenses, Vefalientes, Embricenses, VVardenfes, Xantenfes, Luxumburgenses, aliosq; plurimis ac gravissimis beneficijs æternū sibi obstrinxit, ut tanti Pontificis merita, omnem dicendi facultatem superare videantur. Nec defuit Martyrij, ut desiderium, sic & meritum, quamvis devexa ætate in pace quieuerit, cum Christi amore non solum in omnia sese pericula conijceret, sed in Martyrij optatâ occasione, prodigiosè bono Ecclesiæ maiore servatus videatur; in villâ præsertim VValachiâ, cum comminuto antiquissimo quodam idolo, custos eiusdem caput viri sanctissimi frustra quidem gladio feriret. arreptusq; illico à dæmone & interemptus parati parricidij pœnas lueret. Eum pestilenti lue grassante, medicum felicissimum expertæ Treuerensis Cænobij sacrae Virgines, propinatâ aquâ ab iplo benedictâ omnes quamprimum convaluerunt. Obijt deniq; magnus Germaniæ & Borealium Regnorum Apostolus, Ultraiectensis Ecclesiæ & Episcopatus Fundator meritissimus, in Cænobio suo Ep-ternacensi A. C. 739. ubi & sepultus ingenti miraculorū gloriâ admirandus re-tulfit. *Ex Albino Flacco, Marcellino, Joanne Bertels, Melano, Ant. de Yepes, Baronio, varijs rer. Belg. Script. Annal. nost. Germ. & Bened. Aquila Imp. Bened. t. 2. Sanct. &c.*

Magnus Apostolis.

Germaniã convertit.

Borealium Apostolus

Præcipua loca.

Martyrij meritum.

Necem viro DEI parans ipse perit.

Pestem pro-fligat.

Obiit 739.

S. Florentius Episc.

nus in Germaniam venit, de eaq; optimè deinceps meritis, Allatiam inprimis, adiacentesque provincias fructu uberrimo sæcundas reddidit. In Hasle silvâ, contemplationis fervore, ante prædicationis laborem, sese ipse accendens, cum labore manuum aliquandiu viveret, infestas admodum feras habuit, quæ agellum ipsius quasi hostiliter devastabant. Fretus proin Numinis gratiâ, in eius nomine feris imperavit, effecitq; ut catervatim ex universâ eremo ad cellulam concurrerent, nutibusq; servi DEI parituras, eidem se humillimè sisterent. Quo factum, ut cum Dagoberti Regis Venatores Venationi intenderent, neq; ullam uspiam feram reperirent, longâ demum indagatione ad comitia illa, ut sic loqui liceat, animalium, & ad Sancti Monachi cellulam penetrarent. Obstupuere miraculo, sed suspicio-ne magiæ, an contemptu cuculli, ausi vi-rum sanctum Sacrilegè exspoliare, & vestem auferre, usq; adeo ipsum eo celerè non offendere, ut cū securis forte, quam unam penes se reliquam habebat, obli-vi essent, eam post ipsos currens, sponte offerret. Sed equis eorum Divinâ virtute ligatis, cum progredi nullâ rationē possent, reversi, & homini DEI facti supplices, omnia quæ abstulerant reddidere. Percrebescente miraculi famâ, equo Da-goberti ipsius, regiè exulto ad aulam vocatus, cum ut infideret persuaderi non potuit, aselli tamen usum admisit, & ad Regem contendit. Vix Regiæ limen tantus hospes attigerat, cum celebri inprimis, spectatissimoq; miraculo, filia Da-goberti Regis, ex utero matris luminibus orba & muta, facultate videndi loquendi-que illico donotata, in ignoti ex nomine universis Florentij nomen hilaris prorupit, & virum sanctissimum miro modo excepit & salutavit. Regem alloquutus, cum non adesset qui pallium exciperet, solo solis radio ritè pendulum tam diu suspendit, quousque colloquio abseluto, illud ipse reciperet. Ei Dagobertus Rex, magnam silvæ Haslensis partem, cum villis adiacentibus regiâ liberalitate donavit, ubi Haslente condens Cænobium illic demum sepulchrum meruit, cum in Cathedrali primum conditus Ecclesia, per Rathonem postea Episcopum divinâ revelatione admonitum, eo transferretur, insignibus deinceps etiam à DEO miraculis commendatus. Obijt sub A. C. 675. *Franciscus Guilliman. Iac. VVimpheling, Bernard. Herzog, Chron. Argentin. Petrus Cratopol. S. S. 10. 2. Iepesius, Annal. nost. Germ.*

In solitudinem secedit.

Fera ad ipsum recurrunt.

Proditur miraculo.

Exspoliatur.

Prædones retenti.

Insigne miraculum.

Aliud.

Haslach condit.

Miraculis claret.

German. & Benedicti, Aquila Imperat. Bcn. &c.

S. VVilgus.

In Belgio Sancti VVilgisi Monachi & Confessoris. VVilgus magni Borealium Regionum Apostoli VVillibrordi secundum carnem pater, secundum spiritum discipulus & filius, prastantissimi filii virtutes & professionem imitatus, Monachicam & ipse vitam amplexus est. Solitariam postea sequutus, in promontoriis, quae Oceano & Humbro flumine cinguntur, DEO strenue militans, cum etiam miraculorum signis clareret, & turbas ad se confluentes verbo DEI pasceret, gentis illius Regi & magnatibus innotuit; quorum ope ac munificentia Ecclesiam & monasterium ibidem extruxit, in quo tandem sancto fine consummatus, plenus meritorum vita excessit. Flaccus Albinus, Molanus, Menardus t. 2. Sanct. &c.

Miraculis clarat.

Monasterium struit

B. Guibertus.

In Germania Monasterio Bebenhausen, in Ducatu Wirtembergiae Beati Guiberti ejusdem loci Prioris. Guibertus, vir mira abstinentia clarus, qui eam, quam ante Monachatum sibi asperam duramque indixit vitam, etiam in Monachatu, austerioris disciplinae studio incensus nunquam relaxandam esse, imo vero acrioribus & durioribus stimulis, carnem, sicut jumentum, lascivientem castiganda censuit. Nam a die, qua ad Ordinem Ci-

Rigor vita

stertientem confugit, caro & vinum non intravit in os ejus, sed solis leguminibus, & aqua simplici corpus delicatum fovere, jejuniisque perpetuo macerare voluit, ut omnibus curis vacuus, & divinae Philosophiae tantum deditus, caelestem in terris vitam imitaretur, ut etiam in carne, prae-
Inusitata vivendi ratio.

Eodem die elevatio Sancti. Hunegundis Virginis, de qua uberius agimus die ejusdem Natali 25. Augusti.

Elevatio.

In Monasterio Zwifaltensi Beati Ernesti ejusdem loci Abbatis & Martyris, qui in Palaesthinam profectus, ut sacra illic loca veneraretur a Saracenis captus, cum ad fidem Christi negandam induci nullis artibus posset, crudelissime excruciatu, aperto circa umbilicum ventre, & parte intestinorum extracta & ad palum affixa seu ligata, plagis horribilibus circumactus, donec intestina palo obvoluta essent, simulque spiritum DEO redderet Mechae in Arabia sub annum Christi 1158. five 59.

B. Ernestus Abbas.

Martyris coronatur.

SEXTO IDVS NOVEMBER.

IIX. Novembris.

D.

S. VVillehadus Episcopus.

Bremæ Sancti VVillehadi primi ejus civitatis Episcopi, qui una cum Sancto Bonifacio, cujus discipulus fuit, in Frisia & Saxonia Evangelium propagavit. Willehardus monachus Opsternacensis, magni Germanorum Apostoli Bonifacii discipulus & locius, aeterno merito, fructu maximo in Frisia ac Saxonia laboravit. Dockumentes in primis, ubi Magister ejus gloriose occubuerat, nihil reformidans tam crudelis sibi que lugubris caedis exemplum, Christi Ecclesiae aggregavit. Apud Huchmarchos plurima & gravissima patienter pertulit. Drentiam delatus, felicissimis ibidem successibus aliquamdiu tubstitit; eversis vero per novellos Christi fideles idolorum templis, & statuis dejectis a concitatis gentilibus graviter caesus, cum quidam caput ipsi multo conatu, sed frustra Deo, amputare conaretur, inde ejectus est. Tum vero VVigmodiam se conferens, conditis illic Ecclesiis, po-

Frisiorum & Saxonum Apostolus.

Caput amputare ipsi quidam frustra conatur.

pulum felicissime instruit, ita ut Frisones omnes circum circa degentes, Christianam fidem sese amplexturos promitterent. VVindekindum illum celeberrimum Saxonum Ducem, (ex cujus sanguine, innumera penè procerum Germaniae multitudo, avitae nobilitatis propagine descendere se gloriatur.) felicissimus hic Apostolus noster, DEO lucratus, ad sanctae Matris Ecclesiae gremium adduxit, & aquis Baptismi lustralibus expiavit ut ad VVillehadi gloriam & merita praeipuorum Germaniae Principum salus spectare videntur, Bremæ Basilicam Cathedralē condidit, ejusque loci primus Archiepiscopus ab Adriano Papa ordinatus, tanti Pontificatus Auctor esse meruit, summis honoribus cum Roma reverteretur a Rege exceptus, deductus, atque ornatus, qui ob tanti Pontificis gratiam amplissimis privilegiis, juribus, & possessionibus Cathedralē eam extulit & locupletavit

VVindekindum.

Saxonia Ducem convertit.

Conditor Archiepiscopus.

Successores debent ipsi omnia.

Rigor vita.

Obedientia eius.

Pietas.

Tutelaris eius Episcopus.

S. Godefridus Episcopus.

Fit. Abbas.

Fit. Episcopus.

Sancti Spiritus Organum dicitur.

Puritas eius.

locupletavit. Vixit vitam admirandam magis, quam imitandam, ubi ipsi rigidissimus, adeo ut praeter & supra Sanctissimae Regulae institutum, quae carnibus quadrupedum nobis interdicit, etiam a piscibus, omni nimirum animalium esu abstereretur, quoad Hadrianus Pontifex; re comperta, reputans, quanti Ecclesiae interesset, ne tanto viro orbaretur, ut usum saltem piscium admitteret, imperavit, & ab obedientissimo per omnia filio, facile impetravit. Praeter autem alsiduos in conversione gentium labores, nullus propè dies abijt, quo non sacra Missarum solemniam, cum magna cordis compunctione & contritione celebraret, & duo nonnunquam, vel tria etiam Plalteria recitaret. Mortuus est meritisissimus Frisonum Saxonumque Apostolus Christi anno 790. quem potentissimus Archiepiscopus Auctor, primum Pontificem, Apostolum, & Principem Tutelarem, merito venerabatur, atque utinam, sicuti non agnoscere non possunt, feri posteris, Haereticae in amentiam versi, ita vel nunc tandem sibi ipsis reddi, maiorem fide, more, & pietate, de se longè meritisissimum Pastorem venerentur; Ex Annal. nost. Germ. & Bena. Aquila Imp. Hist. Brem. Crantzio, Baronio, Iepes, &c.

intonfam comam gerebant noluit recipere, qui agnita Pontificis auctoritate, certatim cultris & gladijs (forfices enim deerant) pilos sibi amputarunt, miseros se putantes, si propter comas, tanti Praefulis benedictione privarentur. Venenum sibi propinatum divinitus cognovit. Febri denique correptus, Suefione in monasterio Sanctorum Crispini & Crispiniani sanctissime decessit Christi anno 1118. hoc in signi Epitaphio a Gofsleno Suefionensium Antistite honoratus.

Memorable exemplum.

Obijt Anno 1118.

Gloria Pontificum, Cleri decus, ac Monachorum
Forma gregis Dux, exemplar morum Godefridus
Hic jacet: astra petens octava luce Novembris.

Ex ea quae est per Nicolaum Monachum Suefion. apud Lippeloum, Petro Louvet in Antiquit. Bellovac. Molanus, &c. appellatur; in Epistola Hugonis ad Abbatem Poculium; Doctrinae praeclarus, sanctitate conspicuus, & Pontificum decus. Bibl. Cluniac. &c.

Elogium.

SS. 126. Martyres.

In pago Turonico passio sanctorum centum viginti sex Monachorum Maioris monasterij & Martyrum, qui Rollone sacrilego & impio Duce Gallias vastante, & sacra omnia loca diripiente & evertebant, martyrij Laureolam consequuti sunt. A. C. 880. Ex diversis rer. Gall. script. Trithemio, Menardo, &c.

Passi a. 880.

Eboraci in Anglia, natalis Beati Egberti Episcopi. Egbertus, alijs Elebertus, Albertus, Adelbertus, & Aethelbertus, Egberti cognominis Anglorum Regis frater, calcatis saeculi pompis, monachum Eboraci professus, ex Monasterio, ad Archiepiscopatus Eboracensis fastigium e-

B. Egbertus Episcopus.

Regis frater.

ductus, illud mira vitae sanctitate exornavit, & propheticis spiritu illustrari a Numine meruit. Fuit idem litterarum cognitione instructissimus, & Magni illius Doctoris nostri Alcuini Praeceptor celeberrimus. Fuere inter alia, duo in primis de sede sua, praestantissima eius beneficia: quod pallij scilicet praerogativam, sua industria, tanto postliminio restituerit, suaque auctoritate, & meritorum aestimatione ab Romano Pontifice impetraverit; alterum est, illustrissima Bibliotheca, quae cum suo & totius Regni commodo atque ornamento, multo labore comparavit. Mortuus est sub A. C. 766. & juxta fratrem suum Regem tumulatus. Rogerus Hoveden, Henr. Huntingdon. Edouardus Mayhervv, Nicol. Harpsfeldt. 2. SS. &c.

Alcuini Magister.

Ingentia merita.

Sanctus merita.

Malsi-

Sanctus Hugo. Massiliae Sancti Hugonis Confessoris. Hugo percelebris apud Malsilenses, Sancti Victoris Monachus, egregia vitae perfectione enituit, deque Malsiliensibus aeternum meritum, amissum ingentem longo tempore thesaurum, rarum loci celeberrimi decus, Sancti Andreae Apostoli Crucem, revelatione Numinis edoctus, proderet meruit; quae summa cum veneratione, ibidem etiamnum asservatur. Obiit vir sanctus A. C. 1152. *Ant. de Iepes, Hugo Menard. &c.*

S. Vveomadi Episcopi. Hic ex monacho Sancti Maximi, ad Archiepiscopalem Cathedram pro Vitae meritis sublati, insigni vitae sanctitate elucescens, Ecclesiae suae atque urbis vetustissimae dignitati mirè consuluit, eaque insignibus privilegijs exornari & muniri impetravit. Obijt A. C. 776. cum populo sibi credito 23. annis eximio vitae exemplo utilissimè praefuisset. *Ex Andr. Bamberg. Petro Merseo, Claud. Rob. Annal. nost. Germ. & Aquila Imp. Bened. &c.*

Bene moretur. Obijt 776. cum populo sibi credito 23. annis eximio vitae exemplo utilissimè praefuisset. *Ex Andr. Bamberg. Petro Merseo, Claud. Rob. Annal. nost. Germ. & Aquila Imp. Bened. &c.*

B. Godefridus Abbas. In Gallia Beati Godefridi quarti Abbatis Clarae vallis, qui tot virtutibus à primis suae Conversionis annis claruit, ut Deo charus & hominibus gratus extiterit. Cumque sub Sancti Patris Bernardi magisterio indies perfectior evaderet, & ad summum Monasticae perfectionis culmen perveniret, ab eodem Mellifluo Doctore intimo cordis affectu diligebatur. Cujus & ipse vestigijs firmiter inharens, sanctam illam Congregationem pijsimè rexit, & multos meritorum manipulos reportans sanctissime obiit A. C. 1168. *Ex monimen. eiusdem Canobij Chrysof. Henric. Cl. Rob. &c.*

In pago de Ramefia passio Venerabilis viri Pauli Lamps de Mechlinia, Monachi Boneffensis, humilitate & obedientia illustris. Hic cum anno Christi quingentesimo sexagesimo octavo supra millesimum ab Aransicano Principe praedictum Canobium flammis absumeretur, fugam sibi consulere, in unico Ramefiae ab Haereticis interceptus, odio professionis sacrae & sacerdotij, ut erat Monastica indutus veste, cruci funibus alligatus, multa postea sclopotorum traiectione & concertatione miserè laceratus est, donec felicem spiritum Creatori traderet, sacro eius corpore ibidem tumulato. Ex Gabriele de Trafnit monacho Boneff. apud Arnol. dum de Raiffe. cuius natalem diè uno praeverit Henriquezjus, &c.

In Hispania Ven. P. F. Placidi de Luzziaga monachi & Abbatis Ferrariensis, qui cum triginta, & amplius, annis tam huic quam alijs Canobijs sanctissime praefuisset, mortem suam divinitus praevideus, & Monachis praedicens tandem ad extrema devenit, conspectoque Sancto Roberto, alijsque sui Instituti sanctis, è caelo sibi occurrentibus atque adstantibus, dulciter canens felicem efflavit animam, cuius sacrum corpus post aliquot annos ab obitu incorruptum, & suavissimam odoris fragrantiam redolens repertum est. Vixit nostrae aetate, & admirandis virtutibus ac sanctitatis signis saeculum nostrum mirificè illustravit. *Fascic. Sanct. Cist. Chrysof. Henric. Annal. nost. Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

v. Pauli Lamps Mart.

Martyr occumbis 1568.

QUINTO IDVS NOVEMBR.

IX. Novembris.

E.

SS. Eustolia & Sopatra. Constantinopoli Sanctarum Viginum Eustoliae Romanae & Sopatrae filiae Mauritij Imperatoris. Sopatra, florente etiamnum in Imperio patre, minus tamè Monachis benè affecto, quod fervente primævo etiamnum Ordinis nostri flore, praestantissimos quosque militum dilabi, & cucullum amplecti ægrius haberet, nihil verita vultum atque indignationem patris, cucullum maiestate omni & purpura dignius aestimavit, & Canobium ingressa, Christi servitute celebrior facta, quam summo Imperio pater, admirandam vitam sanctitate enituit atque innotuit. Cæso

autem à Phoca Tyranno patre, fratribusque internecione deletis, sola superstes, sicut cucullo indemnitate meruit, ita illud ipsa Augustissimo virtutum ornatu mirificè excoluit, donec cursu vitae feliciter decurso ad coronam aeternae beatitatis, aeternum cum Christo Regum Rege Sponsio suo victura pervenit. Vixit temporibus Gregorij Magni, qui Sanctissimi P. N. BENEDICTI & Monachorum causam contra Mauritium Cæsarem tuendam suscepit, & felicissimè propugnavit. *Ex Annal. nost. Bened. t. 2. Sanct. Ord. Arn. Duac.*

S. Gregorius Monachorum causam tuetur.

In

S. Malachias Archiepiscopus. In Gallia Sancti Malachiae Episcopi magnis virtutibus & miraculis Clari. Malachias Hibernus, parentes illustres admodum & potentes habuit. Puerili aetate senex moribus fuit, adeo ut reverentiae ac stupori jam tunc omnibus esset; serius omnino, levitatisque omnis impatiens, additissimus pietati. Orationis studio mirè delectabatur, solitus quæcumque posset momenta suffurari, ut quam posset occultissimè Numini vacaret, unde factum, ut cum Magistrum comitaretur, post tergum se eisdem curaret recipere, sicque ambulans, sive consistens, passis manibus extensisque brachiolis preces clam funderet, & caelum pulsaret. Adolescens Incluso cuiusdam nostro, viro sancto se adjungens, mirantibus universis propositi tenacissimus, insolenti rigore tenerimè corpusculum duriter admodum habuit.

Benchorensis reformat. Benchorensis longè celeberrimum olim multisque Monachorum millibus frequentissimum Canobium cum restaurasset, eiusdem postea Abbas esse meruit. Ad Conerethensem dein Cathedram evedus, & Pontifex consecratus, non multo post Ardinacensis Archiepiscopus, totiusque Hiberniae Primas esse, coactus est. Opposuit viro sanctissimo sese Nigellus quidam nomine ac scelere, Archiepiscopatum jure hereditario ad se pertinere contendens; verum effuso in preces Malachia, cum tribus praecipuis qui ambitioni eius favorant, caelo vindicante, fulmine periiit. Insidias & mortem paranti principi ultro occurrit, ipsumque & conductos percussores, sola praesentia mutatos, devotos sibi & addictos reperit. Obrectatores, vir quidam, & foemina, ille scelus paulo post lingua computrescente, hæc suffocari se clamans à Malachia, morte horrenda luere. Archiepiscopatu reformato, eodem post triennium se abdicavit. Converterthensem Episcopatum, ambitione Praesulum è duabus Dicecesibus conflatum, rarissimo exemplo, ipse rursus divisit, & opulentiorum alij cedens, ipse pauperiorem Dunensem retinuit. Romam profectus desiderio repetendae vitae monachicae, & novae maxime sanctissimae Cisterciensium Reformationis amplectendae, absolvi onere Pontificali instantissimè efflagitavit, sed nihil efficiens, honoribus auctus, & vice Romani Pontificis per universam Hiberniam fungi iustus est, Legatique onus suscipere; quod munus strenuè gerens, Religionem Christianam mirifice passim plantavit, & re-

Pueri indoles.

Pulcherrimum pietatis exemplum.

Benchorensis reformat.

Fit Episcopus.

Caelum ulciscitur eius iniurias.

Obrectatorum mors.

Memorable exemplum.

Absolvi Episcopatu, sed frustra orat.

formavit. Præter Prophetiae spiritum, quo à Domino donatus est, miraculorum virtute admirandus effulgit: quo enim, inquit Mellifluis Doctor noster in eius vita, antiquorum genere miraculorum Malachias non claruit? Non Prophetia defuit illi, non revelatio, non ultio impiorum, non gratia sanctorum, non mutatio mentium, non denique mortuorum suscitatio, &c. Fuit idem luis etiam pestilentis felicissimus medicus, quam sola oratione efficacissimè ab Urbe quadam Hiberniae profligavit. Mortuus est cum ad S. Bernardum inviteret in Monasterio Clarae vallis A. C. 1148. aetatis suae 54. adeo hilari ac vivo post mortem vultu, ut mortuus vivere, & vivens mortuus putaretur, cuius sacro corpori, cum pueri manum aridam Bernardus applicaret, sanissimam in oculis omnium retraxit. Exerat memorabile eius monumentum, Prophetia de summis Pontificibus Romanis, deinceps ad clavum Petri sessuris, admirandis sane indicijs pontificatu cuiusque scitissimè designato. Ut Deo gratiam in tanto pontifice omnis posteritas haud immerito suspiciat, miretur, ac veneretur. *Ex vita per Bern. Vinc. in Spec. Trith. Henric. Manriq. Annal. nost. &c.*

Legatus Aquo possolius renuncia-

Mortuus suscitatur.

Obiit 1148.

Prophetia eius de summis Pontificibus.

SS. 900. Mart. Benchorensis.

Martyrio coronantur.

B. Albero Abbas.

Resignatur.

V. Fulcardus. Abb.

V. Henricus Episcopus.

In Hibernia passio nongentorum sanctorum Monachorum Monasterij Benchorensis, qui barbaris eam insulam invadentibus, cum ibidem collecti in Servitio DEI, cruciatu voluntario, corpora sua Christo patienti conformassent, & consecrassent, accedente persecutorum potestate immanitate, duplici merito & coronam insigniti, omnes gladio interempti, gratissimè caelo victimæ ceciderunt. Ex monim. & script. rer. Hibern. Trith. Arnoldi App. t. 2. Sanct. &c.

In Gallia depositio Beati Alberonis II. Abbatis Dunensis, illustrissimo genere nati, Theodorici de Elfaria Flandriae Principis nepotis, qui sanguinis splendorem eximius virtutibus illustravit, & post humilem, pauperem, & abjectam, quam elegerat vitam, ad aeternam felicitatem migravit; cum postquam duobus annis praefuisset, resignato honore vitae reliquam apud Claramvallem exegisset. *Adrianus Butzius, Henric. t. 2. S. Ord. &c.*

In Monasterio Sancti Disibodi, depositio Ven. Fulcardi, tertii ejusdem loci Abbatis sanctitate conspicui. Claruit vir sanctus Anno Christi 1128. Obiitque 1136. teste Dodechino.

Lubecæ Venerabilis viri Henrici ejusdem Urbis Episcopi, eruditionis & pietatis

tis laude præcipui. Henricus Brabantinus patria Monachus & Abbas S. Aegidii Brunsvicensis, doctrina, eloquentia & vitæ sanctitate insignis, multis præclaris gestis, eoque inprimis plurimum cætituit, quo Græcorum aliquando errores, egregio Zelo, & eruditionis præstantissimæ commendatione, doctissime demonstravit, & confutavit, dum Henricum Brunsvicentem Ducem in Palesthinam sequutus, eo præsentem, in conspectu Imperatoris Constantinopolitani, *super processione Spiritus Sancti*, cum Schismaticis congressus, multa cum gloria rem gessit, & doctissime atque constantissime, nihil veritus aliena in terra, potentissimi Imperatoris vultum, errores demonstravit. Reversus, unanimi Canonorum & Cleri universi consensu Lubecensis Pontifex electus, & à tribus Episcopis, præsentem Henrico Duce (qui agrè admodum in electionem ejus consenserat, quod viro tanto carere non posse videretur) consecratus, Ecclesiam illam annis quindecim sanctissime gubernavit. Fundavit, alia inter perillustre Sancti Joannis Ordinis nostri Cænobium, in quo postea corpus suum sepeliri imperavit. Reliquit aliqua ingenii præstantis monumenta, ex quibus celebratur

inprimis insignis Homilia, super: *stabat juxta Crucem &c. qua*, inquit Trithemius noster, *qualis fuerit in cæteris satis demonstrat, quam sensu profundus, quam excelsus eloquio, sed præstabat omnibus sincera in viro devotio &c.* Obiit A. C. 1184. *Crantzius, Trith. Suppl. Helmoldi. Arnol. Duac. Annal. German. nostr. libr. nostr. de Episcopis German. &c.*

Villarii in Brabantia depositio Beati Nicolai Conversi, ejusdem Monasterii opilionis, facie nigri, corpore pusilli, sed mente candidi, meritis magni, quem qui intuebantur, alterum se Arlenium, vel u. num ex antiquis eremi Patribus conspexisse, sibi videri poterant. Hic semel in die corpus reficiebat, die noctuque cilicio membra domabat, lectum rarissime ascendebat, ac pro pulvinari trunco durissimo utebatur. Cum autem quinquaginta annis in Ordine sanctissime vixisset, feliciter obiit in Domino, in cujus transitu, multas animas ab ignibus Purgatorii liberatas ipsius meritis, quidam vir sanctæ vitæ Domino revelante cognovit. Monim. Villar. Chrylost. Henriq. Arnoldus de Raiffe, qui tamen Natalem ejus 6. Decembris commemorat, t. 2. *Sanct. Annal. Germ. &c.*

Eloquentia & eruditio.

B. Nicolaus Conversus.

Alter Arsenius.

Rigor vite.

Multas animas secum ad calum ducit.

Græcorum errores refutat.

Constantia eius.

Eligitur Episcopus.

Fundat monasterium S. Joann.

IV. IDVS NOVEMBR.

X. Novembris.

F.

IN Anglia Sancti Iusti Episcopi, qui una cum Augustino Mellito & aliis, à Beato Gregorio Papa in eam insulam missus, ad prædicandum Evangelium, ibidem sanctitate celebris obdormivit in Domino. Iustus ex Monacho Sancti Andreæ Romæ Anglorum Apostolus, insigni fructu & merito, in convertendis ejus Regni incolis laboravit, ipsumque Regem Eadualdum ad Christiana sacra amplectenda perduxit, de quo ipse Magnus Gregorius noster, ad iptummet Iustum scribens, Zelum & merita ejus his ipsis, intet alia, verbis commendat: *Quam devotè, inquit, quæque etiam vigilantè, pro Christi Evangelio elaboraverit vestra Fraternitas &c. Susceptis namque apicibus filii nostri Eaduladi Regis, reperimus, quant a sacri eloqui eruditione, ejus animus, ad veræ conversionis, & indubitata fidei credulitate, fraternitas vestra perduxerit. Quæ ex re, de longanimitate clementia celsistis, certam assumentes fiduciam, non solum suppositarum ei gentium plenissimam salutem, imo quoque vicinarum, vestra quoque prædica-*

tionis ministerio credimus subsequendam &c. Constituit eundem primum Rossensem Archiepiscopum idem Gregorius, anno risque ac honoris thesaurum, pallium Archiepiscopale misit, & ordinationem Episcoporum concessit. Successit postea Mellito in Cantuariensi sive Dorovernensi Archiepiscopatu Iustus & Angliam universam æterno sibi debito plurimum obligavit. Occubuit gloriosissimus Apostolus noster, & splendidissima Britannia stella Anno Christi 630. sive ut nonnulli contendunt 634. *Ex Matth. Westmon. Ven. Beda, Chron Britann. Tig. Herpsfeld. Baromo, Iepes, Arn. Duac. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Anglia passio Beati Joannis Scoti Monachi & Martyris. Joannes Monachus Malmesburienis, perspicacissimi ingenii, comptissimæque facundia fama celebratissimus, eoque nomine, non per Angliam solum, sed & Galliam, maximi habitus, plurimæ ingenii sui præclarissima monumenta posteritati reliquit. Hierarchiâ Divinâ Dionysii Areopagita, rogatu Caroli

Spes amplioris fructus.

Fit Archiepiscopus Cantuariensis.

Obiit. A.C. 630.

B. Joann. Martyr.

Ingenii monumenta

S. Iustus Archiepiscopus.

Apostolus Anglorum.

Regem convertit.

Caroli Calvi Imperatoris & Galliarum Regis, è Græco, in Latinum transtulit; librū alium insignem quem *de Naturæ divisione* inscripsit; Tractatum item doctissimum de Sacramento Eucharistico composuit, in quo tamen (licet nullo scelere suo) lapsus non nihil, Berengariani erroris cognatione aliqua deceptus fuit, & Græcorum Auctorum nimia lectione, de erroribus eorumdem, abique noxa animi imbibens, sive obstinatione, doctius quam verius propugnavit. Summa tamen animi demissione sensum atque explicationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ veneratus. Tandem à discipulis propriis, quos non litteris solum, sed & virtutibus instructissimos voluit, quos (tantus vir) summo humillimi animi argumento, primis elementis informare minime indignum ingenio & fama sui nominis habuit, cum acrius eorum vitia & mores reprehenderet, longo & gravissimo Martyrii genere, graphiis eorumdem confossus & laniatus, gloriosissimam Martyrii laureolam adeptus est. Sepultus in suo Malmesburienfi, alias Meldunensi, Cænobio, prope majus altare, insigni monumento & Epitaphio honoratus:

Error eius non voluntarius.

Humilitas eius.

Martyrium illustre.

Epitaphium

Splendor celestis.

Floruit 870.

S. Joannes Episcopus Mart.

Multa milia convertit.

sacra perduxisset, & sacris baptismi undis expiasset, æternum decus, provinciæ illi & Cathedræ gloriosissimo suo sanguine peperit. Namque ab infidelibus sanctus Pontifex, laboribus & senio confectus, tandem interceptus, fustibusque graviter cotutus, deinde per singulas Vandalorum civitates ad ludibriū ductus, cum à Christi nomine & confessione flecti nullo modo posset, manuum, pedumque crudelissima detruncatione, delecto demum capite, Apostolicæ vitæ cursum cõplens, Martyrio coronatus est, Christi año 1066. cujus sacrum caput barbari contis præfigentes, in titulum Victoriæ DEO suo Radegast immolaverunt, in Metropoli eorumdem Rethre 4. Id. Novembris. Fuit Ioannes Godscalco Vandalorum Principi dilectissimus, magni haud immerito Vandalorum, & Mechelburgiorum, nec non partis Saxonie Apostoli nomen jure indeptus. *Annal. nost. Germ. Aquila. Bened. Helnoldus, Crantzius, Trith. Arn. Duac. &c. annes.*

Martyrium eius.

Deus barbarorum.

Apostolus Vandalorum.

S. Bundolinus Episc.

Fit Monachus.

Rigor vite.

Supplex ei Luitprandus Rex.

Anseres ex acre devocant.

Olera præcocia.

Clauditur hoc tumulo sacer ille Sophista Ioannes
Qui dotatus erat dum vixit dogmate sacro
Martyrio tandem Christi conscendere regnum
Quo meruit, vivet cum Sanctis sæcula cuncta.

Sed & à Numine insigni prodigio post mortem commendatus est, cum super tumulum ejusdem, caelestis luminis splendore, & meritum tanti Doctoris, & gloria, juxta illud Divini Spiritus, *Docti fulgebunt sicut stelle in perpetuas æternitates*, clare demonstraretur. Floruit Anno Christi 870. *Hector Boet. Vinc. Andreas du Val. Leslaus, Guilh. Malmesbur. Roger. Horveden, Trithemius, Baron. Annal. nost. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Rethre in VVandalia, Sancti Joannis Episcopi Magnopolensis & Martyris. Ioannes Monachus Hibernus, Scotus patria, ob insignem propagandæ Fidei Zelum, relicto dulcissimo cellula otio, peregrinationis & prædicationis laborem aggressus, apud Saxones strenuè defudavit; & Magnopolitanus sive Mechelburgensis creatus Pontifex, præter alia gravissima merita, postquam multa mortalium millia, ab insano dæmonum cultu ad Christiana

Delatus apud Episcopum Derthonensem, in Italia Sancti Bundolini Episcopi & Confessoris. Bundolinus, Bandalinus sive Baudolinus apud Forum in agro Alexandrino, Luitprando Longobardorum Rege sanctitate claruit. Is mortuis parentibus, patrimonium omne in pauperes distribuit, Regulamque S. P. N. BENEDICTI apud Patres nostros Humiliatos professus mira vitæ enituit perfectione. Solitudinis studium, ex eorumdem instituto carissimū habuit, eoque bene usus, rigidū suo corpori & voluntati propriæ bellum indixit, orationibus, vigiliis, jejuniis, rerū caelestium contemplationi, aliisque Religiosorum exercitiis perpetuo vacavit. Fama autem sanctitatis ejus pervulgata, multi ad eum variis morbis laborantes confluxerunt: in iis ipse etiam Luitprandus Rex, ut nepoti, seu filio sanitatem impetraret. Plura vivens miracula patravit; in quibus aliqua referre non pigebit: Cum victus ei in eremo aliquando defecisset, post orationem cerva adfuit, quæ lactis ipsi copiam plenis uberibus præbuit. Cū hospes ad eum veniret, nec haberet obsonii quidpiam quod ipsi apponeret, anseribus forte prætervolantibus præcepisse, ut ad se descenderent, memoratur, easque quamprimū viro DEI paruisse. Ad alterius item adventum, cum ipsa hora seminaret olera, eadem stupenti hospiti cocia, & intuenti, subito prodigiosissime enata, vescenda in mensam intulit, & animo æque atque corpore illum refecit.

Defertur apud Episc. & ab eo per nuncium accersitus, Burmitam flumen, quod aquis intumuerat, strato desuper pallio, una cum socio mirabiliter trajecit, cum navis nimirum non adesset, quo miraculo Episcopus permotus illum Episcopalis officii adiutorem apud Forum & loca finitima adhibuit, & secum retinuit, cui demum mortuo Baudolinus in Pontificatu Alexandriae de Palea, in regione Pedemontana successit; quam ipse Cathedram pulcherrimo sanctitatis titulo; multo quam antea illustriorem reddidit, cujus etiam Ecclesiae, Urbis, & Dicecesis post mortem Patronus cooptari meruit, cujusque sacrum corpus in propria ibidem ejus nomini sacra Ecclesia religiosissime colitur, magnaque solemnitate, & officio proprio hac die ejus festivitas celebratur. *Ex officio ejus Eccl. & PP. Humiliatorum, Hugone Menardo, Phil. Ferrario, t. 2. Sanct. &c.*

B. Andreas Abbas. In Gallia Beati Andreae primi Abbatis Chalifii, viri magnis virtutibus ornatissimi, puritate vitae nitidissimi, DEO & hominibus dilecti, qui post innumeros pro Ordine susceptos labores, ad requiem & praemia aeterna evocatus carnem exiit A. C. 1142. *Menol. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Ob. 1142. S. Alquirinus. In Gallia item Beati Alquirini Monachi Claræ-Vallis, Regularium constitutionum rigidissimi observatoris. Comendatur in Alquirino, praeter summam morum integritatem, paupertatis accuratissimum studium, ita ut vix necessarijs, iisque cum scrupulositate quadam uteretur, omni ut vanitate sic voluptate a corde atque appetitu suo prorsum exclusis. Cum autem medicinae artibus clarus esset, comodissimam pro voto occasionem servendi aegrotis nactus, admirabili quadam sollicitudine & charitate totum se ijs consecravit, neque solum aegritudines livoresque ipsorum

exquisita diligentia curavit, sed & languentium putridas carnes, & defluentia sanie membra, tanta cum reverentia & veneratione propriis manibus amantissime contrectavit, ut Christi amoris sui Crucifixi pretiosissima vulnera fovere videretur. Claruit admirandis, & plurimis visionibus, quarum postremam sub ipsum sanctae ejus animae proximè imminentem transitum, non possumus, quin ex ipso virorum illustrium lib. verbis simplicissimis at succi pleniss. describam: Aeger ergo cum decuberet, interrogato a B. Pötio, quid ageret, vel quomodo se haberet? respondit: *Bene clarissime Pater, bene omnino agitur mecum, quia vadens vado ad Dominum meum. Quid ergo, inquit, corporalem molestiam aegre non toleras, & mortis angustias non formidas? Ego, inquit, omnia tranquilla, omnia leta considero, quia jam praeventus sum a Domino in benedictionibus dulcedinis, qui omnem mihi mororem a corde, & omnem penè dolorem a corpore tulit. Respondens itaque Abbas dixit ei: Obsecro te, dilecte mi Frater, ut propter Dominum dicas nobis ad edificationem nostram, si tibi divinitus est aliquid revelatum. Tunc ait illi: Modo, antequam huc intrassetis, apparuit mihi, licet misero & indigno, Dominus Iesus Christus, qui propitio ac sereno vultu me intuens, ac signa beatissimae Passionis ostendens, ait: Ecce peccata tua deleta sunt a facie mea. Veni ergo securus, veni, & vide, ac deosculare vulnera mea, quae tantum dilexisti, & toties confovisti. Tali ergo promissione firmatus, jam mori non timeo, quia reposita est, haec spes mea in sinu meo. Ita lib. cit. Et tandem cum obitus sui horam praedixisset, felicissima morte ad vitam transiens, magnum sui desiderium, & sanctitatis opinionem apud superstites reliquit. *Barn. de Montalbo, Aug. Manr. Robert. Rusca, Chrysof. Henr.**

Infirmarium
Amor erga infirmos
Visionibus illustratur.
Hilaritas morituri.
Morbi dolores illi levos.
Christus ipsi apparet.
Deosculatur vulnera Christi.
Horæ obitus praedicit.

III. IDUS NOVEMBR.

XI. Novembris.

G.

S. Bartholom. Abbas. IN Monasterio Cryptae-Ferratae in agro Tusculano, S. Bartholomaei Abbatis, socii Beati Nili, cujus ipse vitam conscripsit. Bartholomaeus Rosciani in Magna Graecia haud obscuris natus parentibus, ab eis doctis viris instituendus traditur. Is a teneris voluptatibus, quibus adolescentes indulgere solent, abhorrens, orationibus, jejunijs & lectionibus puerili aetate assuevit. Grandiusculus in Monasterio quodam Sancti Basilij, bonos mores, quibus

aequales omnes superabat, praeter sacras litteras doctus, percrebescente B. Nili toto orbe fama, qui relicto Oriente, nostris se Monachis in Occidente junxerat, eo se contulit, a quo jam tunc creato Abbate peramanter susceptus, & Monachali indutus habitu, adeo sese probavit, ut a sanctissimo Magistro unice diligeretur. *Erat enim, inquit vitae illius auctor, Vigilijs, jejunijs, precibus, & rerum caelestium contem-*

In Occidente migrat.
Fit Monachus.

Deipara cultor. *plationi maxime addictus, obedientia, humilitate, castitate, patientia ceteros antecedens.* Ut autem ingenio sublimi, & eruditione ceber erat, reliquit non pauca, digna aeternitate monumenta, prosa & metro conscriptis libris, quos inter in laudem B. M. V. unicae Ordinis Tutelarissimae, amorem suum testatissimum posteritati reliquisse memoratur. Magistrum postea, Romam, inde Tusculum sequutus, cum illic diutius moraretur, adeo se universis virtute commendavit, ut Nilo mortuo omnium suffragiis Abbas eligeretur. Quo honore auctus, DEIPARAE quamprimum insignem basilicam condidit, eidemque sui regiminis initia quo potuit amantis animi argumento, consecravit. Eum maximi quivis Principes, fama sanctitatis celebratissimum, maxime suspexere; quorum ille favores minime curans, solius DEI honorem attendebat, & quae improbanda in illis essent audentissime improbabat. Accidit, ut Pontifex illius temporis (*aiunt Benedict. IX. fuisse,*) in delictum grave prolapsus, & penitens Bartholomaeum accerleret, quo facilius ejus intercessione veniam a DEO impetraret. Qui non respiciens personam, ita peccati gravitatem exaggernans objecit, ut ut sponte summo se magistratu abdicare, illum permoverit. Fuit in pauperes liberalissimus. Famis tempore, cum omnibus omnino cœnobij facultatibus in pauperes erogatis ipse Romam secederet, monitus ab apparente S. & Magno Gregorio nostro, ad cœnobium revertit, ubi, missam sibi a cive quodam magnam frumenti copiam reperit, ex quo deinceps non Monachos solum sed & pauperes copiose sustentavit. Denique multis claris miraculis, senioque confectus, ad Dominum migravit. *Ex Monim. Cryptae Ferratae, Vita ejus typis vulgata, tomo secundo Sanct. Ord. Philipp. Ferrar. Baron. &c.*

S. Berthuinus Episc. In Malonica S. Berthui Episcopi & Confessoris. Berthuinus Hibernus, a puero DEO dicatus, in Monasterio Angliae Othbellensi cucillum amplexus est. Inde ad Cathedram Pontificalem ejusdem loci evocatus, cum aliquandiu populo DEI sancte atque strenue praefuisset, jussione Divina Romam abiit, atque illic biennium in frequentissima urbe solitarius vixit, & voluntatem Domini toto corde exquirens, inde postea in Gallias ad Sambram fluvium, saltumque Sarlignae concessit. Vbi condito in honorem DEIPARAE unicae Tutelarissimae Oratorio, vitam reliquam sanctissime transegit, & de provincia cir-

Condit in hon. Deiparae Monast.

cumjacentem meritissimus, Apostolico labore indefesso animo functus, *eruditionis suae radiis, tenebras expulit perverstitatis.* Cuius virtutes, non tantum admiratus est Odoarius Princeps Florentiae residens, sed eadem Pipino Duci commendavit, qui pro eximia sua in servos DEI liberalitate Sancto viro villas quinque in votum suum propositum dono obtulit. Ob quam donationem vir sanctus communiter pingitur cum quinque Ecclesijs. Corpus ejus requiescit in Monasterio Maloviensi, ubi diu vixerit, quodque hodie a Canonicis inhabitatur. *Ex Ioan. Molano, Nat. S. Belgii, Hugone Menardo &c.*

Romae B. Sergii Episcopi Damasceni & Confessoris. Sergius Damascenus Metropolitanus, a Saracenis sede sua expulsus Romam venit. Vbi Benedicto VII. Papa, perhumaniter exceptus, liberalitate ejusdem Sanctorum Bonifacii & Alexii Ecclesiam & Monasterium accepit. Incertum, olim ne jam Monachus, an Romae primum sanctissimae Regulae nostrae amore succensus sit, verosimile tamen sub instituto nostro ante Pontificatum militasse, cum aggregatis quamprimum turmis, eos ipse juxta Regulam S. P. N. BENEDICTI praeclare instituit, suoque exemplo mirè confirmavit, adeo quidem feliciter, ut lectissimum paulo post illud Cœnobium, longè lateque celebratum, & magnos eruditione sanctitateque viros proferret, & Sanctorum (quos inter princeps ille Boemorum Vngarorumque Apostolus Adalbertus, S. Nilus aliique) tutissimum atque exoptatissimum perfluum esset. Praefuit Sergius quadriennio, quo tantillo tempore tantum loco decus, sibi meritum, Romae commodum comparavit, & Sancto fine Anno Christi 981. decedens, ibidem sepulturam accepit. *Ex Cas. Cardin. Baronii t. 10. Hugone Menardo, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Germania B. Henrici Heisterbacensis, qui divitiis saeculi contemptis vitam pauperem pro Christo amplexus est, in qua admirabilis constantiae exemplo perseveravit, postquam variè reatus a germanis fratribus, equestri dignitate claris, denique per insidias & violentiam a Cœnobio extractus, iis paulo post simulatam hilaritate delusus, ad Monasterium revertisset, & capite tonsus, & cucullo amictus, omnem reversionis spem eis praeculisisset. Cordi admodum habuit perseverantiam, converso a Domino exorans, ante eam ipsam violentiam a Cœnobio abstractionem B. Sophiae Abbatissae in Hovenes, quae, au-

Ex Episcopo Monachus

Celebritas discipulorum

Obiit 981

S. Henricus Abb.

A suis a conversione retrahitur sed frustra

dito fratrum ejus ausu tam temerario, quasi desperans, orationem deinceps sua intermisit, cum ecce, miranda res! Henricus in somnis apparuit, eamque neglecti officii redarguens, ut orationes resumeret admonuit, cum hac insuper predictione: Primam Missam qua celebraturus in Ordine esset ab ipsa nec audiendam, quod ipsum postea factum ipso experta, Domini misericordiam magnificavit. Henrico postea, antequam Cœnobii sui Abbas eligeretur, visa est Angelorum Regina, baculum pastoralem porrigere, & onus paulo post ejus humeris imponendum præsignare, quod divinitus ostensum. B. Sifridus Monachus prophetia dono illustris intueri meruit. Henricus denique multis virtutibus illustris, & meritis locuples ad Dominum migravit, cujus futuram gloriam, Admirabilis mater, ipso festo Assumptionis gloriosissime, illustri admodum visione, S. Christinae Montis S. walgurgæ Momalis ostendit, & juxta de omnium, qui tunc cum ipso in Heisterbach erant, æterna beatitate certam esse iussit. Ex libr. Dialog. B. Cæs. Heist. Chryf. Henric. &c.

Prædictio ejus.

Deipara ipsi lituum porrigit.

Viso de illius prædestinatione.

S. Aelfleda Regina.

In Anglia, Monasterio Glastonienfi S. Aelfledæ, Alfredi Anglorum Regis filia sanctimonialis. Hæc Æthelredo Merciorum Regis filio primum nupta, deinde, eo defuncto, cum suum dignitatis locum, inter Principes feminas retinere posset, infimam inter ancillas Christi exambiens, Monasterium Glasconia ingressa, cuculla longè illustrior, quam auro & purpura e-luxu & rara vitæ sanctitate omnem terrenorum Regum majestatem transgressa, eo ipso nomine Æthelstano Regi ejusque nepoti summo in pretio & honore fuit; qui Rex, cum ad ipsam frequentius, ut sacris ejus & suavis frueretur alloquijs, inviseret, deficiente vino, coque meritis dignissima Prin-

A Regem agnoscit.

Vinum auget.

PRID. IDVS NOVEMBR.

XII. Novembris.

A.

S. Emilia-nus Abb.

Uralone in Hispania Tarraconensi, Beati Emiliani presbyteri, qui innumeris miraculis claruit: cujus admirabile vitam, S. Braulio Cæsaraugustanus Episcopus descripsit. Emilianus devotissimus est parentibus, in oppido Vergegii. Vigesimo ætatis anno, Spiritu S. cum inspirante & dirigente ad Felicem Eremicolum sanctissimum, in castello Bilivienti se contulit, & ab ipso institutus, ad locum, qui tunc Oratoriū ejus dicitur, se recepit. Sed

Eremicam vitam amplectitur.

cipis, prodigio se aucto, jucundissimi miraculi & spectator, & testis esse meruit. Floruit A.C. 930. Matth. Westmon. Nic. Harps. Clar. 930. feld. Edouardus Mayh. & rel. rer. Angl. script. t. 2. Sanct. &c.

In territorio Leodiensi B. Ozilia Reclusæ. Ozilia Leodiensis patria conjugii primum vinculis illigata, maritum Metis natum habuit, quo mortuo, cum eximia formæ venustate excelleret, à Leodiensi quodam Canonico exambita & ducta, qui ipsam non aliter atque aurum condidit, & nequis ob elegantiam similiter seductus sibi præriperet, ab omni hominum conspectu removit, & item mortuo adeo antea vitæ peccata doluit, ut non solùm arctissimam Inclulorum nostrorum Institutum professâ, continuo cilicij usu, jejunijs, vigilijs, disciplinis, se se rigidissimè ex cruciatibus, sed & continuis dedita laments, sanguineas læpè præ nimia cõtritione lachrymas fuderit, & ferreis vinculis strinxerit, quibus divina virtute contractis, deq; remissione peccatorum certior effecta, nihil tamen de rigore & austeritate minuens, multis clara virtutibus diem clausit extremum. Cæsar. Heisterbac. Men. Henric. t. 2. SS. Ord. Ann. nostr. &c.

B. Ozilia reclusa.

Eius elegantiâ.

Sanguineas lachrymas plorat.

In Monasterio Barac, haud longè ab Alexandria Ægypti Venerandæ memoriæ viri Martini Abb. Orthodoxi, Ordinis S. P. N. Benedicti, sanctitate & miraculorum gloria illustrissimi, qui alia inter, oportunitatem nactus Christianæ fidei contra infideles Turcas insigni prodigio asserendæ & comendandæ, pisces ad ignem aflatos, in oculis omnium, DEI magnalia admirantium, illico vitæ restituit. Fuit hic antecessor B. Ioan. Bapt. de quo 24. Junij, situmque est Cœnobium illud in urbe Van. in finibus provinciæ Moxensis. Arachiel Beglier. Abb. S. Steph. Caiet. Marches. &c.

V. Martini Abb.

Pisces affos resuscitat.

Regulam S. P. N. amplectitur.

Eandem propagat.

Insigne elogium.

Item aliud plane illustrissimum.

80000. Maurorum una pugna cadit.

Patronus Hispania.

Memoria solemnissima annua.

Epitaphiū

Obiit A. C. 574.

Honorari meruunt.

Fama celebris.

Patriarchæ nostri BENEDICTI discipulis, sanctitatis odore Hispanias implentibus, ut erat à Spiritu Sancto illuminatissimus, relicto veteri instituto, cum alijs pluribus, Regulæ se nostræ devovit, eamque mox longè lateque propagare aggressus est, & felicissimè propagavit. Condito proin celeberrimo Cogallienfi Cœnobio, quod ab ipso, Sancti Emiliani deinceps dictum, ea vitæ sanctitate ad amissim S. S. Regulæ suos instituit, ut verè Sanctorum & Pontificum Hispania Seminarium, domicilium & Promptuarium appellaretur, ac temporum deinceps decursu, aliquot supra centum Monasterium caput efficeretur. Fuit Prophetia in primis spiritu à DEO donatus, Antonio & Martino vita atque miraculis per omnia similis. Mortuus est meritis gravissimis locupletissimus Christi anno 574. ætatis suæ centesimo; & quia non semel visus est in Hispania defensionem magnis prodigijs de cælo descendere, & cū Mauris pugnare, ex illisque una sola vice octuaginta millia mactare; ideo cognomen Patroni Hispania, simul cum Apostolo Iacobo Majori meritis adeptus est, ipsamet ex tunc cum annuæ oblationis voto, tantis Protectoris sui & Vindicis Protectioni & meritis gratam ostendente. Tumulo ejusdem antiquissimis Gothicis litteris inscriptum Epitaphium sic habet:

Purgatissimi, Apostolicique viri Arminiani corpus hic humatum jacet; qui postquam Eremiticam vitam multis annis egit, & Clericalem, tandem Monasticum professus sub Regula Admirabilis BENEDICTI, curam gerens abbatialem, obiit in Domino, clarus miraculis, & Prophetia Spiritu. Era 612.

Ex Breviario Hispan. & Monasterium Bened. Vita ejusdem per Sanct. Braulium Cæsaraug. Archiepisc. Ant. de Iepes. Constantin. Cajet. Annal. nost. Bened. tom. 2. Sanctor. Ord. &c.

In Polonia Sanctorum Martyrum Benedicti, Ioannis, Matthæi, Isaac & Christiani eremitarum. Fuere lectissimi hi Martyres cum Barnaba Confessore Monachi Breunovienses Cœnobii, uti vitæ sanctitate celebres, ita celebritate hominum minimè gaudentes; qui proin solitudinis desiderio, conjurata voluntate ex Bohemia in Poloniam secessere, exstructoque Tuguriolo, ex lignis coagmentatum facellum sibi constituentem, inibi durissimam vitam, soli Numini vacantes, instituere. Prodixit paulo post, fulgor ipse sanctitatis, latere volentes, Virtutisque fama longè lateq; per-

crebuit. Quare Meschoné Poloniae Principem invalit cupido videndi & alloquendi viros tantopere ex rumore comendatos. Qui ubi ad latebras eorum pervenit, & Sacellum, in quo sacros psallebant Hymnos, introiit, affuta subito oculis & animo suo religione perinde est permotus, atque si introisset penetrabile Numinum, non hominum. Denique illos velut præsentia Numina veneratus est, tractavitq; liberaliter pecuniâ oblata, quam etiam illis invitis abiens reliquit, præsidium futuræ inopiæ, quam sumam adesse cernebat. Sed enim illi, qui non adumbratâ, sed solidam colebât paupertatem, accersito Barnaba, quem panis & oleris dispensationi præferant, tollere exitialem pecuniam, & ad Meschoné continuo referre jubent. Abeunte Barnaba, superveniunt latronculi quidam, & in tugurium nocte irrum-punt, quæsitæque inibi, & non inventa Principis pecunia, iram & furorem in cædem insontium virorum convertunt: occisi ad unum omnes, ac solum Barnabas per absentiam incolumis est servatus; qui nihilominus sui similis permanens, vitam quam cœpit colore puram inculpatamque, ad fatalè usque diem servare non desuit, & ipse quoque in tumba Gnesnæ, in quam, ante se, interfecti sodales elati sunt, conditus est. Cæsi sunt pii Christi cultores sub annum Christi M. X. prid. Idus Novembris. Car. Stang. Dubravius, Mart. Cromerus, Matthias à Michovia, Annal. Boemia, tom. 2. Sanct. Ord. & Annal. nost. German. &c.

Ecce quantæ gloria & estimatio Sanctorum.

Pecunias recusant.

Crudeliter trucidantur.

S. Barnabas Confessor.

Pasii sunt. A.C. 1010.

S. Livinus Archiepiscopus Mart.

Fit Monachus.

Invitus eligitur Arch.

In Flandriam venit.

Apostolus innumeros convertit. turus postea Gentibus, triginta continuos dies, super sepulchro Sancti Bavonis nostri Missarum solemnia celebravit, tuosque per ipsum labores Numini consecravat. Opus dein Evangelii aggressus, verbo & exemplo, magnisque insuper miraculis innumeros ad Christi fidem convertit. Tandem à duræ cervicis barbaris nonnullis comprehensus, linguam radicitus evulsam & projectam canibus, insigni miraculo recepit. Sed crescentibus impiorum odiis, apud Hescham Flandriæ vicum, multis denique vulneribus contrucidatus, victor in caelos evolavit Anno 633. sive sub annum potius 650 Apostoli gloriosissimo titulo à Brabantinis & Flandrensibus, à Gandensibus autem adiacenteque provincia Divus Tutelarum merito salutatus. Polluit fide tanta vir sanctissimus, ut suadente necessitate, siccis pedibus, nihil hæsitans, super aquas ambularet; cujus sacrum corpus, primum in sepulchro Angehcis manibus præparato apud villam Holthæ, cum Brictio infante Martyri socio conditum, multo post, ab Erembodo Abbate, ad suum Gandavi Cænobium translatum est. *Ex Breviario Flandræsi, Iepesio, Miræo, & div. rer. Belg. script. Annal. nost. German. & Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Lebuinus Mon. Eodem die natalis Sancti Lebvini Monachi Presbyteri. Hic ex Anglia, Evangelium Christi prædicaturus, transmissio Oceano in Germaniam contendit, & apud Saxones substitit, quos miro virtutum fulgore, & prædicationis luce illustravit, sub eoque, magna ad rem Christianam accessione, Sicambria, Iuliacum, Clivia. &c. veritatis lumen aspexere, & ad Sanctæ Matris Ecclesiæ sinum sese recipere. Passus est dura & acerba plurima ab infidelibus barbaris vir Apostolicus, sed insigni animi robore victor, innumeris dives meritis, tandem in pace requievit. Claruit gloriosissimus Hæla & adiacentium provinciarum Apostolus A. C. 784. sepultus

que est Daventriæ, miraculis plurimis confusus, & permagnifica sepultura ibidem honoratus, quem Daventriæ deinceps Tutelarem sibi cooptarunt. *Ex Hauboldo Ebonensi, Radbodo Traject. Petro Cratopolio, & cit. s. &c.*

In Saxonia, sanctæ & pretiosæ Christi sponsæ GERTRUDIS Virgin. & abbatissæ. Ita nonnulli hac die, nos ex opinione aliorum 17. Novemb. inferius prolixè.

In Gallia, Beati Ioannis Prioris Claræ vallisensis, paternarum traditionum & Regularis disciplinæ observatoris accuratissimi corporisque sui rigidissimi castigatores: qui vitæ puritate, & sanctæ conversationis exemplo, sacram illam Congregationem instruxit & illustravit; atque egregiis virtutibus decoratus, dignam laborum suorum mercedem accepturus migravit ad Christum. *Barn. de Montalbo, Ang. Marique, Rob. Rufca, Chrysothomus, Henric. Menol. Cist. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Apud Indos Orientales passio B. Christophori præclarissimi Christi militis, Ordinis de Christo, qui post gloriosissimas, quas de hostibus Christi reportavit victorias, à barbaris denique captus, & ab ipso Rege Zeilæ sive Taprobanæ Gradameto, Mahometanæ perfidiæ deditissimo, ob insignem virtutem corporisque & animi dotes variè tentatus, cum totius exercitus Imperatorem constituturum ille promitteret, si Mahometis dogmata amplecteretur, generosè constanterque tyranno respondens, adeo efferatissimum ipsius animum concitavit, ut Regiæ oblitus dignitatis, ipse lanistam ageret, & invictissimo Duci caput detruncaret. Ita in cælum Martyrii laurea insignis Christophorus abiit, cujus festivitas in Tingri provincia & confiniis solemnè quotannis ritu celebratur. Ant. Valconcellius in Anacephal Reg. Lusit. *Ant. à Gorevea In Libro de expedit. Archiepi. Goënsis in Malabar. provinc. Chrysoth. Henrique. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Patronus Daventriensis.

S. Gertrudis V. Abb.

B. Ioannis Prior.

Bene meritus.

Christophorus Ord. de Christ. Mart.

Eius mira constantia.

Ab ipso Rege obruncatur.

IDIBUS NOVEMBR.

XIII. Novembris.

B.

Festum omnium SS. Ord. nostri. Festum gloriosissimum omnium Sancti Ordinis nostri, innumeri exercitus Sanctissimi atque Admirabilis P. N. BENEDICTI Filiorum; tanto quidem numero caelos implentium, ut præter inæstimabilem eorum, de quorum solemnè seu publica in S. albū adscriptione non ita constat, copiā ac multitudinem, Canonizatorum solummodo, su-

pra quinquaginta millia, à magnæ fidei auctoribus deprehensa & computata sunt. Legendus super hac pene incredibili Sanctorum Ordinis nostri fertilitate prologus, sive præfatio Calendarii nostri Benedictini, A. C. 1638. typis vulgati, & Annal. nost. nec non diversissimi Ord. nostri script. à nobis passim citati.

Toleti

S. Eugenius Archiepiscopus. Toleti Sancti Eugenij Episcopi & Confessoris. Eugenius eo nomine secundus, pro eximiâ vitæ sanctitate, è fertilissimo Sanctorum & illustrium Pontificum promptuario, Agalieni Cænobio nostro extractus, mortuo Sancto Iusto, Toletanus Archiepiscopus magna omnium gratulatione renunciatus, honorem illum suscipere coactus est. Gessit Pontificale munus, eâ in rebus gerendis dexteritate, eâ auctoritate, tantaque sanctitatis opinione, ut illustratissimorum Pontificum exemplar & speculum celebretur. Concilijs imprimis aliquot, quibus summâ cum auctoritate præfuit, de Regibus Regnisque Hispaniarum meritissimus, sed & de Orientis Imperio universo, cujus gravissimis erroribus necessario occurrendum duxit, & doctissimo libello Sacrosanctæ TRINITATIS Mysterium acuratissimè asseruit, posteræque etiam ætatis, ac sequentium sæculorum Hæreses, convicit ac refutavit. Cantus præterea passivis usus vitiatos melodiæ cognitione correxit; officiorum remissos ordines curamque discrevit; Ecclesiæ Toletanæ & Reip. Christianæ præclare consuluit. Meruit vitæ atque laudum suarum concinnatorem atque præconem longè præstantissimum Sanctum Ildephonsum nostrum, suum olim discipulum, & ex eodem Agalieni Cænobio ad Cathedram postea Toletanam petitum atque extractum successorem; mortuusque est Christi anno 657. *Vasæus, Morales, Ildephonsus, Iepes, Baronius, & diversis alij rer. Hisp. script. Annal. nost. & tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Abbo. Ab. Mart. In Vasconiâ, passio Sancti Abbonis Abbatum Floriacensis, doctrinâ & sanctitate clari. Abbo Aurelianensi pago ortus, Lætum patrem, Ermengarden matrem, avis atavisque liberis natos habuit. Monachum in sanctissimo Floriacensi Archisterio professus, & litteris paulo post. & sanctitate præ cæteris effulsit. Vnde cum præstans aliquis Doctor ab Augiæ Episcopis & Monachis expeteretur, abbo missus, exemplar morum & vitæ omnibus futurus, idem insigni eo in itinere miraculo à Numine honoratus & servatus, cum ex indicijs immanè tempestatem mari imminere nautæ animadvertentes, ipsum periculi admonuissent; eâ enim paulo post ingenti omnium cum consternatione exorta, sex alij quæ una navigaverant navigii periculo servantur.

De Angliæ dein Regnis meritissimus, multam scientiæ frugem eo intulit. verum desiderio suorum revocatus, non multo post concordiam omnium suffragio florentissimi Cænobij Abbas electus est. Episcopis, decimas Monachis derogare volentibus insigniter obstitit, iisdem in Concilio Provinciali Parisiensi felicissimè obnixus, cum fama postmodum eius per invidiam iniuriarum; appeteretur, insigni eruditionis reconditoris argumento Apologeticum edidit, & multa alia præstantissimi ingenij monumenta posteritati reliquit. Arnulpho Aurelianensi Episcopo, in Cænobium Floriacense, nescio quodnam ius, sibi arroganti, quod eiusmodi subiectionis monasterio officere possent, strenuè se opposuit; unde à satellitibus eiusdem aliquando pessimè tractatus, cum ex his aliqui puniendi sisterentur, DEO, non homini, eâ in causâ vindictam competere asseruit, quâ illos plectere Numen minime distulit, alijs in rabiem versis, alijs repentina morte miserè extinctis. Quo erat in Augustissimam cæli Imperatricem studio, aram Cænobij maximam, quod antecessor moliri cœperat, auream exstruxit; Sanctissimi autem Patriarchæ nostri, & reliqua altaria laminis argenteis vestivit. In Vasconiam ad reformandum Regulense Monasterium profectus, non sine suspitione sceleris Monachorum, dum ortam Vascones inter, suosque, seditionem componere molitur, à sicario quodam lanceâ confossus interiit, plurimis exim miraculis illustratus; muliere, quæ seditioni causam primam præbuerat in amentiam versa, nudamque se per Ecclesiam rotante, & leprâ insuper percussa, panam multamque sustulit. Ex Aymorino, Rad. Glabro, Guilh. Malmesbur. Iepesio, Car. Saufseio, Menardo, &c.

Atrebatum, Sancti Chileni Episcopi, Atrebatensium Apostoli meritissimi. Chilenus, sive Xilianus, (alter ab illo Franconiæ Apostolo.) natione Hibernus, Regio procreatus sanguine, Pontificatu tamen & Monachatu multo illustrior, de patria creditaque sibi Ecclesia multo nomine meritis, Monachis suis qui iisdem & Canonici erant, non tam Pontificia dignitate præstitit, quam exemplo vitæ perfectissimæ præfuit. Quia vero per miracula, quæ per ipsum Dominus operabatur, videri & prædicari metuebat; eo in primis, cum pistoris negligentia Cænobitis suis panem deesse cerneret, ac mox ipse succensam

Monachorum res cõtra Episc. tuetur.

Episcopo se opponit.

Vindictâ Deo permittit.

Quo DEI paracultor.

Confoditur.

Pana multum sustulit.

S. Chilenus Episc.

Regii generis.

Honorari meruit.

fam ingressus fornacem, prunas veste sua
eijceret, clybāumq; absq; ulla noxa per-
purgaret, & Fratribus panes ferret; gloriæ
fastidio relicto Episcopatu, insula exces-
sit, variasque provincias pererrando, mul-
tosq; sanando, Verbum DEI prædicavit.
Romam postea profectus, cum illic an-
nos II. substitisset, in Franciam denique
coimmigrans, à Sancto Pharonè Melden-
si Episcopo, ad Atrebatenses prædicandi
Evangelij gratiâ directus, populū illum
mira felicitate, ad detestanda impia sacra,
& Christi legem amplectendam persua-
sit. Apud quos immortalium merito-
rum copia locuples in Domino obdor-
mijt, illustribus cum in vitâ tum à morte
prodigijs à Numine fidelibus commen-
datus, quæ inter dum viveret, præsentē S.
Pharonè nostro, vas nobile vitreū à pin-
cerna eius fractum, integerrimum resti-
tuit, & Eulphi Comit̃s domum, ob po-
tum sibi negatum, omnium rerum penur-
riâ à DEO flagellatam, pœnitente Comi-
te, ubertate & affluentia mira donari, præ-
cibus à DEO impetravit. Claruit A. C.
680. *Ex diversis rer. Gall. & Belg. script. Mo-
lano, &c. Hugone Menardo, Annal. nost.
Germ. & tomo 2. Sanct. Ord. &c.*

Clybanum ardentem veste per-purgat.

Episcopa-tum dese-rit.

Atreba-tensium Apostolu.

Miracula illustra.

Claruit 680.

S. Homo-bonus Hu-miliatus.

Uxorem ducit.

Templi por-ta prodigio-se reſeratur.

Panes mirè aucti.

Aqua in vinum conversa.

starunt. Nec vero tantum in huiusce-
modi charitatis officijs, ut pauperes pas-
ceret, eosdemq; operiret, ac infirmos visi-
taret, versabatur, sed & si quos alicui vitio
deditos cernebat, aut à fide devios vidis-
set, quasi aberrantes ad rectum iter dedu-
cere enixissimè laborabat. Sanctissimo
nostro Humiliatorum Ordini adscriptus,
spiritu & corpore Humiliatus, humi-
lium omnium speculum & miraculum
fuit. In oratione ita assiduus fuit, ut in-
ter orandum, & quidem in Ecclesia cum
sacris interesset expiraverit: cū enim post
Matutinas Horas Missas attentius audi-
ret, ac manus ad GLORIA IN EX-
CELSIS DEO attolleret, ut erat ge-
nuflexus animam DEO reddidit, à ne-
mine cognitus quod expirasset, nisi cum
ad Evangelium in pedes non confurge-
re ex more, adverteretur. Obijt A. C.
1097. ad cuius sacrum funus, cæci, clau-
di, muti, alijque diversi generis infirmi di-
vinitus sanati sunt. *Extabulis & monim. Miracula
Patrum Humiliatorum, Laur. Surio, Petro
Equilino, Phil. Ferrar. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Felicissima eius mors.

A. C. 1097

Miracula Patrum Humiliatorum, Laur. Surio, Petro adfunus.

Villarij in Brabantia Beati VValtheri
de Traiecto, illius loci sanctissimi Abba-
tis; qui ex Illustri prosapia oriundus, san-
ctitate vitæ generis nobilitatem supera-
vit. Is igne Charitatis tantopere defla-
grabat, ut cum meditaretur seu oraret,
per dimidiam sive integram aliquando
diem, in tanta mentis tranquillitate ver-
saretur, ut nec una saltem tenuissima co-
gitatione impertinente eius animus pul-
saretur. Fertur de eodem, quod infra
quadraginta annos, nullum unquam pec-
catum veniale cum deliberatione com-
miserit. Dum in Valle Sanctæ MARIÆ
pro concione diceret, dæmon in specie
simiæ eidem apparuit, gestulationes ri-
diculas coram ipso faciens, ut sic illum à
sermone compesceret, quem ipse signo
Crucis quamprimum profligavit. Se-
creta cordium, & cogitationes abditissi-
mas Divinâ revelatione cognovit. Do-
nò item lachrymarum & miraculorum
claruit. Cum iam decrepitis & penè u-
troque lumine orbatuſ esset, à ministro
interrogatus, cur eam ob causam à sacro
Altaris ministerio non abstineret: Inge-
re, inquit, quaquâ parte volueris digi-
tum in hunc codicem, ac ego clausis ocu-
lis quid latet aperiam. Dictum, factum;
insu-

B. VValther. Abb.

Mira men-tis tran-quillitas.

Puritas vi-tæ.

Dæmonem profligat. Corda ri-matur.

Miracul. insu-

insuper etiam quæ alter animo volvebat
indicavit. Illud sæpius celebre scitum ge-
minabat, cum ad Fratres orationem ha-
beret: *Nihil ita ad timorem DEI concilian-
dum conducit, uti DEI præsentia, ac juvis mor-
tis memoria.* Obijt salutis recuperatæ anno
1221. *Heribert. Roswoid. Thom. Cantiprat.
Fasc. Sanct. Henriq. Arnold. de Raiffe, Chron.
Tillar. t. 2. SS. &c.*

*Scitum ce-
bre.*

Ob. 1221.

*B. Ethelre-
dus Abb.*

In Anglia B. Ethelredi Abbatis VVar-

XVIII. CAL. DECEMBRIS.

XIV. Novembris.

*S. Laurent.
Episcop.*

*Illustrissim.
generis.*

*Fit Mon. &
Abb.*

*Reveretur
suos.*

Episcopus.

Vitarigor.

*Ceditur à
temerario.*

*Seipsum
prodigiose
curat.*

denſis, doctrina & morum integritate ce-
leberrimi, qui postquam multos assidua
prædicatione Christo lucratus fuisset, ad
eum expleto hujus cursus agone, feliciter
advolavit sub A. C. 1220. relictis non pau-
cis ingenii præstantis monumentis, è
quibus liber expositionum in quædam sa-
cræ Scripturæ loca maximè celebratur.
*Tribem. Pitseus, Thom. VValdensis, Henriq. t.
2. Sanct. Ord. &c.*

Ob. 1220.

C.

IN Hibernia S. Laurentii Episcopi Du-
blinensis. Laurentius Illustrissimo na-
tus genere, patrè Mauritium habuit, La-
geniæ Principem. Puer admodum, Der-
mitio Regi obles à patre datus, pessimè
habitus, & in exilium missus est, quoad
Mauritius pater, interceptis militibus ali-
quot Regijs, mortem crudelissimam mi-
naretur, nisi innocentem puerum Rex li-
berum dimitteret. Dimissus, & Glindala-
censi in Canobio litterijs institutus, vitæ e-
tiam Monasticæ amorem imbibit, quam
ibidem professus, tanta post vitæ sanctita-
te se universis probavit, ut quinto & vi-
gesimo ætatis anno, jam Abbas create-
tur. Eo in honore humillimè sese gessit,
& verè omnibus serviens, Fratres suos nò
aliter atque Dominos honoravit & colu-
it, struendisque templis & juvandis pau-
peribus opes Cœnobij omnes liberalissi-
mè expendit. Ad Dublinensem postea
Cathedram diu deprecatus multumque
obnixus, eVectus, eam splendidissimo ra-
rissimæ sanctitatis fulgore mirè illustravit.
Canonicos sæculares, ad vitæ Regularis
professionem induxit, & felicissimè in-
stituit, subditisque omnibus forma hone-
statis esse studuit. Aspero cilicio cor-
pus omne involvit, & ne sibi ipse mitior
esset, à familiari quodam ter quotidie se
flagellari imperavit. Profectus in causâ
Ecclesiæ suæ ad Henricum Angliæ Re-
gem, à temerario quodam in ipsa Eccle-
sia, fuste, validissimo nisu, in caput ada-
cto, graviter fauciatus cum corruisset, in-
ter clamores & ejulatum populi circum-
stantis, paulo post, caput humo suble-
vans, aquam poposcit, quam Dominica
oratione & Crucis signo benedicens, vul-
neri admovit, & sanguinem abluit, in o-
mnium oculis repente, & integrè sana-
tus, stupente ad tantum miraculum pro-
pria curationis populo, sacra Missarum

solemnia celebravit. Percussorem,
cum re comperta laqueo adjudicasset,
eum Laurentius ab omni periculo vindica-
vit. In causa item Ecclesiæ Romæ la-
borans, ita se sua virtute summo Pontifi-
ci commendavit, ut Hiberniæ univer-
sæ Legatus constitueretur. Eum tanti
Augustissima Cælorum Imperatrix fe-
licit, ut in aliena Diœcesi, non à proprio
Episcopo, sed à Laurentio suo, suam
sibi dedicari basilicam voluerit jussit-
que. Claruit per vitam omnem mira-
culis plurimis, & alia inter, etiam
mortuum ad vitam revocavit. Pro
patriæ denique salute, legatione susce-
pta, gravissima dissensione inter Hen-
ricum Angliæ & Deronogum Hi-
bernæ Reges in bellum exardescen-
te, in morbum incidens, paulo ante
mortem, gravissimo cum merito, pacem
felicissimè conciliavit, & innumera ma-
la ab utroque Regno avertit. Mortu-
us est summa cum animi tranquillitate,
cum se se DEO & magnæ MATRI VIR-
GINI devotissimè commendasset, &
jam certus de pace, & expeditionis suæ
optatissimo successu esset, in Monaste-
rio castri Augensis: in Sanctorum postea
numerum relatus ab Honorio III. Pon-
tific. Max. Anno Christi 1226. *Ex Vita, Canoniza-
tom. 6. Surii, Baronio, Geneb. Iepes, tomo 2. tur 1622.
Sanct. &c.*

*Legatus Hi-
bernæ Pœ.
restituatur.*

*Deipara
charissimus*

*Mortuum
suscitatur.*

*Pacem con-
ciliat.*

Mortuus.

*S. Sidonius
Abb.*

*Pueri ser-
vor.*

mirum in modum profecit. *Cibo meliori usus, pudicitia incredibili, humilitate prorsus stupenda enituit*: ita quidem, ut velut Maurum Sanctissimus Patriarcha noster, sic

Humilitas eius

Exemplar ceteris praepositus.

S. Leufred. jussu Angelico ei se subdit.

Magni fit à magnis.

Plurima SS. Mart.

Passa 870.

B. Letaldi.

Studium Regulae.

SS. Mart. 2. Abb.

Philibertus Sidonium, tanquam perfectionis Monachicæ exemplar ceteris proponeret. Nec multo post Rhotomagensi Cænobio primus Abbas præesse iussus, omnium oculos atque animos in sui rapuit admirationem. Ad eum jussu Angelico S. Leufredus adire monitus, & quæ juberet exequi, ejus obvolutus genibus suscipi exoravit, & mirâ postea ibidem & ipsè sanctitate effulsit. Tandem vir Domini Sidonius multis virtutibus cumulatam migravit ad Dominum, in sui Monasterij Ecclesia honorificè cumulatam. Claruit sub Sanctis Audoëno & Ansberto nostris, Rothomagensium Archiepiscopis, qui ipsam præcipuè venerati, nihil quasi negotiorum ipso inconsulto susceperunt. *Ex Officio & Breviario Fiscann. Vita S. Leufredi, Menardo, t. 2. SS. &c.*

In Anglia, Monasterio Eliensi, passio multarum Christo sacrarum Virginum, quæ pro amore Sponsi cælestis & fidei confessione à Danis crudelissimè interemptæ, admirabili jubilo cælum impleverunt, & suo sanguine patriam illustrarunt A. C. 870. celeberrimo Cænobio ignibus miserandum in modum absumpto, tamq; celebri spectaculo faciem præferente. *Ingulp. Abb. Croyl. Men. &c.*

Cistercij in Gallia B. Leth. B. Rober. discipuli, qui sæculo pro Christo renunciâs, illibatam mentis & corporis castitatem, Apostolicam rerum omnium abdicacionem, voluntariam obedientiam verbo & exemplo custodivit, atque eam omnibus Cænobitis perpetuo imitandum proposuit, & miraculorum gratia illustris ex hac vita discessit. A deo autem fuit sanctæ promissionis, Regularis observantiæ, & sacrorum Canonum tenax, ut DEO & hominibus, ob raram humilitatem & columbinam simplicitatem, charissimus haberetur. *Ita Menolog. Cisterc. & Philippus Seguinus &c.*

In Anglia passio Venerabilium Virorum, Richardi Vitingi Glasconia, & Hugonis Feringdoni Redini, Abbatum, Ordinis S. P. N. BENEDICTI fulgidissimorum postrema tempestate syderum, qui, quod Monachorum libello supplici, ab Henrico VIII. Rege nequiter designato subscribere nolissent, diversis quidem in locis, sed una eademque die, cum duobus presbyteris Ruggo & Onione Martyrii coro-

nam adepti sunt. *Nicol. Sander. Hugo Menard. Arn. Duac. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Burvenich Beatæ Elisabeth Marchionissæ Iuliensis, quæ generosissimo periturorum contemptu, de mundi vanitate triumphans, Regum Regis amorem meruit, & in prædicto Cænobio cucullum amplexa, Abbatiali demum honore insigniri digna fuit, & plena virtutibus ad Dominum migravit. *Chrysof. Vander Sterre, Henriq. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Hibernia passio Beati Eugenii Ogalahurre, Abbatis Asseroensis, admirandæ virtutis & puritatis viri: qui in confessione fidei imobilis perseverans, capite plexus; gloriam Martyrii promeruit An. C. 1606. *Menolog Cist. Chrysof. Henriq. Annal. nostr. &c.*

Londini in Anglia translatio Sancti Erconwaldi Episcopi & Confessoris. Matth. V Westmonasteriensis, & citati in ejusdem vita &c.

In Gallia abdormitio Venerabilis ac Religiosissimi in Christo Patris Desiderii à Curia Ordinis S. P. N. BENEDICTI, Congregationum Sanctorum Vitoni & Hydulphi, nec non Sancti Mauri Parentis Institutiorisque zelantissimi, qui singulare & lucidissimum nostræ ætatis sydus, amplissimum Galliarum Regnū, imo Ordinem Benedictinum universum, novi fervoris exemplo mirificè accendit, & defluentem longo decursu sæculorum disciplinam Monachicam, uberrimo cum fructu longè lateque restauravit. Is natus est Christi Anno 1551. in pago Monreille ex antiqua & nobili familia, & annum agens vitæ 18. in numerum filiorum S. P. N. BENEDICTI adscriptus in cænobio S. Vitoni Virdunensi, ægrè quidem primum, avunculi tamen sui Locum-tenentis Generalis ea in Vrbe admittitur, magnis se statim virtutibus universis comédans, quib; deinceps Regnum & Ordinem universum haud leviter demeruit. Et quamvis nõ usque adeo eruditione præcelleret, arduo tamen labore magna aggressus, Numinis confusus adjutorio, tanta confidentia sua, mira effecit, & quæ vix quisquam sperare ausus, felicissimè impetravit. Philosophica & Theologica studia Mussiponte magna cum Magistrorum tum consodalium laude absolvit. Tum Romam Cænobii cauta missus, apud RR. PP. Minimos Philosophiæ Professore egit, reversusq; ad cænobium in id maxime incubuit, ut SS. Regulæ accuratissim observatio introduceretur. Ob quod ipsum graves passus per-

B. Elisabeth Marchion.

Fit Abbat.

B. Eugenius Abb. Mar.

Passus An. 1606.

Translatio S. Erconwaldi Episc.

Vvaldi Episc.

V. Desiderius.

Restitutor veteris disciplinae.

Nascitur 1551.

persequutiones, cum nihil proficeret, ad eum quendam detrusus. Minimorum postea habitum suscepit, sed alio vocantis impulsu Numinis, annum probationis nõ complevit, reversusque ad Ordinem, paucis post diebus præter omnes Fratrum intentionem Prior creatus, multumq; reluctans ab Episcopo & Directoribus, peccati mortalis culpam, ni pareret, interminatibus præesse coactus est. Mox Reformationem magno animo aggressus, etsi non pauci viri cum Religiosissimi tum prudentissimi obniterentur, effecit tamè cooperante Numinis gratia, ut quod cœperat, stupentibus urbis tota Gallia propagaretur; & plurimi paulo post eximia sanctitatis opinione efflorescerent; quos inter de-

fiderius velut sol inter astra mirabili fulgore exsplendescerebat. Obijt vir illustrissimus A. C. 1623. inter celebriorum totius provinciæ Superiorum man; obsequia & lachrymas quo ipso die hora circiter meridiana splendidissima de cælo fax pleriq; intuentibus contra Ecclesiam, S. Vitonis apparuit, faciesque viri lectissimi ita fulgida visa est, ut effigies & imago vera gloriæ immortalis, qua tum anima ejus potiebatur videretur, accersitque qui depingerent, mirarentur & simul angerentur colore sæpius mutato, formosiore temper vultum fieri & splendidiorem. *Ex Vita impressa, &c. & Annal. nec non Benedicto Redivivo nostro.*

XVII. CAL. NOVEMBRIS.

XV. Novembris.

D.

IN Britannia, natalis Sancti Machuti Episcopi, qui à primævo ætatis suæ tyrocinio miraculis emicuit. Fuit Maclovius, verè Macrobius, ut quem constat, præter humani generis morem, centum triginta trium solstitialium annorum curricula superasse, toto quidem ac tanto tot annorū decursu à primis infantia annis admirandus. Patrem habuit Guentum (vulgo Guent) Comitum perillustrem, urbisque Gimicastroensis Conditorem, matrè Darvalim, quæ illum ipsa sanctissimi Paschatis solemniissima Dominica enixa est, quo ipso diei articulo triginta tres alij pueri in vicinia nati sunt, quos placuit simul postea cum Machute sive Machovio litteris adhiberi, & pari omnes sorte Divino servitio consecrari. Puer etiamnum Machovius, mirè aliquando servatus est, cum cœvis in littore ludentibus, ipse obdormiscens, illis, accedente maris æstu properè diffugientibus, intractus ab aqua fuit, fluctibus circum ipsum (mirabili dictu) in modum coronæ clausis, neque deinceps etiam locum illum violare sive inundare à Numine permittis, ut ad tantum prodigium, tota etiã posteritas obstupesceret. Monachum sub Abbate Sancto Brandano professurus, ut sanctitate sic miraculis in Novitiatu enituit. Magistro lucernam prælaturus, cum scelere sodalium extinctam reperisset, currensq; ut reaccenderet, prunas ardentes sinu illæso ferret, divinitus jam accensam lucernam reperit. Mortuos tres dum viveret excitavit. Porcum item extinctum ad preces & lachry-

S. Machutus Episcop.

133. annos natus.

Memorable Nativitas.

Stupendum miraculum

Qualis Novitius.

Duplex miraculum

Tres mortuos suscitavit.

mas subulci, solo tactu baculi vitæ restituit. Vno miraculo vas marmoreū vitreū effecit, & juxta aquam in vinum mutavit. In sua ad Canarienses perfectione, præsto immani tergo balænam habuit, cū Paschali solemnitatem sacris operari exoptaret, in quam, velut insulā cum suis exscendit, & sacra Mysteria securus peregit. Sed de sua pulsus, dum in Galliam secederet, paulo post revocatus est, cum mille modis ingrati atque sacrilegi à DEO plecterentur. Iussus etiam ab Angelo redire, poenitentes absolvere, & terræ universæ, quæ per absentiam ejus exaruerat, vigorem reddere, tum vero Santonas, ubi exul egerat, denuo reverti, vocantemque Dominum expectare. Ita factum, mortuusque demum apud Santonas 133. annorum senectio, tantis à morte miraculis claruit, quantum nec narrare lingua, nec membrana continere valeret. Præter mirandam vitæ sanctitatem, & innumera prodigiosè gesta, ingens illud ejus meritum fuit, & posteris novi orbis inventoribus merito suspiciendum: Maclovium cum lectissimus Fratrum numero, in Fortunatas usque Insulas (quas & Insularum Canarias vocant) penetrasse, ipsique primū Apostolum suum, merito in hodiernā usque diem PATRONI, TUTELARISQUE NOMINE & HONORE à Canariensibus præcipuo cultu celebrari Gonzaga lib. de Orig. Seraph. Ord. & Honorius Philoponus noster in sua novi orbis navigatione, aliique attestantur. Debetur eidem Maclovio institutus insignis in Britannia Celtica Ale-

Item porcul.

Stupendares.

Sterilitatē sua presentia tollit.

Miraculorum multitudo.

Apostolus Insularum Fortunatarum.

Tutelaribus Canariensium.

Alethenfis
Episcopatus
Auctor.

Alethenfis Episcopatus, eo loco, ubi veteris Alethæ, rudera ac ruinae superfuerunt. Coactusque vir DEI ibidem praesidere, tanto subditorum fructu, Regni que ac Ecclesiae universae ornamento praefuit, ut post mortem ejusdem, non solum Ecclesiae Cathedralis, sed & Episcopatus ipse, ejusque Metropolis, non alio deinceps nomine, quam *Divi Maclavii, sive Maclovium* (vulgo, *S. Malo.*) aeterno grati subditorum animi symbolo appellaretur. Claruit vir lectissimus sub Annum Christi 590. & 600. *Ex Sigeberto Gemblac. Gonzaga, Roberto Canali, Honorio Philopono, Vincentio, Trithemio, Petro Equilino, Annal. nostr. Benedicti. Variis Manuscrip. tom. 2. Sanct. Iepesio, &c.*

Patronus
eiusdem

S. Abbo
Abb. Mart.

In Vasconia passio Sancti Abbonis Abbatris Floriacensis, doctrina & sanctitate clari: qui cum seditionem obortam pacare vellet, a quodam sicario lancea confossus interiit. Ita hac die nonnulli, nos autem ex opinione aliorum Idibus Novembr. &c.

S. Inadano-
cum Rex.

In Monasterio Bertinensi in Sithiu, Sancti Inadanoci Monachi & Confessoris. Fuit hic Sancti Iudicaelis Armoricae Regis, & Britelae Reginae filius minimè degener, & quindecim fratrum quatuor fororum, mira & inaudita felicitate totidem Sanctorum frater verè germanus; quibus cum pari studio & contentione, de deferendo potius Regno, quam admittendo religiosissimè concertavit. Relicta autè patria, Sancti VVino cum fratrem sequutus, itineris ejusdem & propositi socios, Idem cum & Cadanocum fratres itè germanos habuit, quibus cum vitam Monachicam in Monasterio S. Bertini professus, ab eodem sanctissimo Antistite postea VVormholtum destinatus, sub magisterio VVino cum fratris vitam sanctissimè transegit & consummavit, Regnumque aeternum pro terreno meruit sub A. C. 700. *Ex div. Belg. circa 700. script. Menardo &c.*

Mira con-
tentio.

Fratres
Sancti.

Ob. An. Ch.
circa 700.

In Scotia S. Tritelmi Monachi & Confessoris; qui ante professionem vitae Monasticae, ad loca pœnarum mira visione abreptus, sibi que redditus, Cœnobium quæprimùm ingressus, in incredibili penè poenitentiae luctu, ad supremum usque diem perseverans, admirabili vitae sanctitate excelluit, & hac demum die corporis solutus ergastulo ad aeterni Regis palatia ascendit. *Andr. Bamberg. &c.*

S. Tritel-
mus.

Pœnitentia
jugis.

S. Catha-
rina.

In Lusitania Beatae Catharinae Monialis Monasterij Castrensis, quæ ibidem admirabili sanctitatis exemplo floruit, & per

austeram poenitentiae rigorem, ac Monasticam disciplinam strictissimam custodiam, ad summum perfectionis apicem conscendit. Fuit humilitatis studio addictissima, & cum nobili nata genere esset, familia Perez de Carvalho, in sola CHRISTI sui paupertate gloriata, minima inter omnes apparere contendit, & maxima evasit. Summo desiderio contemplandae Dominicae passionis tenebatur, adeo quidem, ut eam perpetuo animo recolens, nihil aliud in corde aut ore, præter Crucem Domini efferret: neque sponsum suum cruci affixum, nisi lachrymarum fluente tota liquefens, intueri posset. Tandem ejusdem Servatoris sui imaginem advoluta, sæpè & instantissimè postulavit, ut passionum ipsius particeps effici mereretur. Cumque orando, & clamando perseveraret, exaudiri meruit, & raro benevolentiae argumento & monumento, vulnere miraculosè in pede percussa, acerbissimis doloribus, toto vitae suae cursu laboravit, quos mirae cordis jucunditate sustinuit. Cumque tempus resolutionis instaret, horam migrationis, & gloriam sibi in aeterna sede paratam, divina revelatione praevidit, & inter mira pietatis verba deposito mortalitatis domicilio, caelitibus adjuncta fuit. *Bernard. de Brito, tom. 2. Sanct. Ordinis Chrysost. Henricu. Annal. nostr. Bened. &c.*

Rigor vite.

Passionem
Dominicam
ut amet.

Lachryma-
rum donum.

Vnum è
quinq; vul-
neribus in
pede me-
retur.

Obitum
providet.

S. Everbar.
Magister
Templi.

Conversio
eius.

Humilitas.

Christum
intuetur.

Ab eodem
absolvitur.

Ang.

Ang. Manriq. lib. vii. Illust. cit. Petr. Vener. Chryso. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.

In Rottenfi Monasterio SS. Marini Episcopi & Martyris & Aniani Diaconi

illustrium Ordinis Monastici syderum. De quibus Hist. Monast. MSS. in Andecles & Matth. Raderus tom. 1. Bav. S.

DECIMO-SEXTO CAL. DECEMB.

XVI. Novembris.

E.

S. Edmundus
Archiep.

Cantuariae in Anglia Sancti Edmundi Episcopi, cujus sanctitatem Deus miraculorum magnitudine declaravit. Edmundus ob munditiam appellatus, quod præter mortaliu cæterorum legem, mundissimus totus è matris utero prodiret, Monastico rigori à prima infantia innutritus, patrem Eduardum, è nobili Richiorum familia habuit, qui consentiente conjugè Mabilia Monachum in Eveshaimensi Cœnobio professus est. Mater ad curam liberorum relicta, idem Cœnobium, non aliter atque professa Ordinem, quantum per negotia licuit frequentans, omnibus Horis Canonicis perpetuo interfuit, rigorque, quanto vix quisquam Monachorum sese addixit, liberosque eisdem exercitiis, & maximè Edmundulum suum assuefecit. Eundem puerili etiamnum ætate, Parisios ad Scholas missum, Christus ipse, rara jam tunc dignatione, puerili & ipse forma invitare dignatus, in campis ex more ab confodalibus sese subducenti aliquando occurrit, & familiariter compellato, minus tamen agnitus, confodalem se esse, & individuum quidem comitem esse asseruit, utque frontem suam respiceret, in qua Divinis Characteribus Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, Edmundus legit; & qui idem fronti suae inscriberet quotidie è subitanea liberandum morte didicit. Castitatis votum sanctus puer coram Deipara imagine maturè nuncupavit, ipsiusque digito imaginis anulum, tanquam sponsalium, miro affectus castissimi argumento inseruit. Ipse item anulum salutatione Angelica inscriptum perpetuo gestavit. Theologiam Parisiis publicè professus est miro Auditorum fructu, quorum paulo post multi Monastico se Instituto devoverunt. Pluralitatem Beneficiorum detestatus, unius quoque redditus non admittebat, si prælectionibus Scholaisticis vacaret. Crucem prædicare, ut potens verbo & opere erat, à Summo Pontifice jussus, ejus laboris mercedem ut acciperet, nulla ratione persuaderi potuit. Prædicaturus aliquando, disfluente metu imbrium multitudine, signo Crucis illicò pluviam avertit; sapiusque dein-

Mundissimus nascitur

Parentes religiosissimi.

Christus ipse apparet.

Mira dignatio.

Deipara ad dictissimus.

Auditores ejus.

Imbres avertit prodigiosè

ceps eadem ex causa, imminentes tempestates prodigiosè propullavit. A famulis suis usque adeo voluit carnis munditiam conservari, ut si quis eam contaminasset, is pactis legibus sibi ex ejus domo mox emigrandum sciret. Femoralia sua cili-cina, nimio usu attrita, cubiculario ignibus cremanda tradidit, quod ille exequi conatus nullo modo potuit, quod quasi sacrilegii notam ignis vereretur, quæ contactu suo Edmundus sacraverat, incinerare. Ad Principem Monachorum Cathedrali Cantuariensem vocatus, persuaderi non potuit, quoad ipsi suggereretur: *Eum mortiferi peccati reatum, certe periculum non evasurum, si consentire nolit.* Archiepiscopus factus, pristino vitae rigori majorem quotidie adjecit, suisque Monachis, Clero ac populo norma sanctitatis factus; quæ propria Episcoporum sunt nequaquam alijs commisit. In itinere constitutus, importunissimis quantumvis loco & tempore, si quis peccata confiteri vellet, illico equo desiliit, neque audire, eo ipso loco, etiam si hospitio proximus esset, distulit. Aegrorum a se ipse adiit, & ut verus omnium pastor & pater, solatia spiritus & carnis eisdem liberalissimè ministravit. Ecclesiasticam libertatem mira constantia contra Regem & proceres propugnavit. Sancti Thomæ antecessoris sibi parentis, seque confortantis pedes cum osculari vellet, isque non permetteret, eam ob causam ploranti, Thomas, *propediem enim, inquit, ad oris mei osculum admitteris.* Exulare jussus, exilium Thomæ exemplo Pontiniacensi in Cœnobio patientissimè & felicissimè solatus, Soisacensi postea in Monasterio, ad quod mutandi aëris gratia secedere à medicis jussus erat, felicissimo consummatus agone decessit A. Ch. 1240. in cujus post mortem vultu caelestis quaedam gratia enituit. Relatum sacrum ejus corpus Pontiniacum, ibique conditum, quarto post mense elevatum repertum est totum flexile, molle atque incorruptum, quod insignibus deinceps prodigiis Deus illustravit. Sed & annulus ejusdem, de quo supra, aeternis postea miraculis coruscavit. *Ex MSS. div. to. 2. S. Ord. ejusdem.*

Testa ejus sacrata ignis non attingit.

Fit Archiepiscopus invitus.

Eccè promissum Confessarium Episcopum.

Ecclesiastica libertatis propugnator

Apparet S. Thomas Martyr.

Obiit A. C. 1240.

Incorruptio

Annulus ejusdem.

Phan. revivisc. Chryf. Henr. Roberto Bacono, Vincentio in Spec. Annal. noſt. &c.

*S. Othmarus
Abb.*

Eodem die depositio Sancti Othmari Abbatis. Othmarus illustri apud Rhætos ortus genere, vitam omnem admiranda sanctitate transegit, & celeberrimum illud Helvetiæ Archisterium Sancti Galli, impiorum Principum scelere oppressum ac despoliatum, Pipini maximè Regis favore ac Patrocinio præclare restituit, quod ex eo tempore, Sanctissimorum Germaniæ Pontificum & Doctorum Seminarium extitit, & meritis gravissimis

*Innocens ca-
pitur.*

latissimi Regni provincias omnes æternū demeruit. Captus denique Othmarus à Warino & Rudhardo Alemanniæ Ducibus, quorum rapiendi libidini obstiterat, & stupri infimulatus, conducto qui innocentem accularet Lamberto Monacho, in vincula à juratis hostibus coniectus est. Mox in calumniæ testimonium, ultorem

Deus ultor.

Deum expertus Lambertus, membrorū dissoluto vigore ita contractus est, ut capite in terram more quadrupedum inclinato, non solum monstruosa deformitate abominabilis universis intuentibus apparet, verum humi reptans, viva voce in Sanctum Domini se peccasse fateretur. Excessit sanctissim⁹ Abbas è carne & vinculis altero exilii año, nempe Christi 760.

*Obiit A.C.
760.*

in Rheni insula Stein, & decennio post repertus toto corpore incorruptus, navique per Rhenum & lacum Potamicum sive Acronium ad suum Divi Galli Cænobium evehctus, rarissimis inter navigandum miraculis à Numine comendatus est; quippe immani exorta tempestate, & metuenda mole surgentibus fluctibus, inconcussa tamen navicula, non aliter atque pacatissimo mari vehebatur, fugiente quacunq; tenderet, procella, & eandem utrinq; à latere in muri seu valli speciem muniente. Sed & præcipitantibus undique imbribus, ne guttula quidem in navim incidit; cereique ad caput atque pedes sacri corporis inextincti, in-

*Inter imbres
intacta na-
vis.*

deficiente insuper cera atque lumine ad usque ipsum Sancti Galli Monasterium miranda luce præfulsere. Convexerant navigantes in frugalem mensam & viriū suppetias, alimenti non nihil, & parvo in falcione (sic vocant veteres) paucillum vini, unde vix quisque gustaret, nedum fiti satisfaceret; cum ecce, crevit prodigiosè vinum, adeo, ut quantumcunque & quotiescunque bibentibus, nunquam deficeret. Claruit innumeris ex in pro-

*Lagena inex-
hausta.*

digiis Othmarus, & Cænobio atque Germaniæ decus æternum addidit, ut inter meritissimos hodie quoque meritissimo jure sit referendus. *Ex Const. noſt. Bened. t. 1. & 2. Iodoco Mezlero Annal. noſtr. Bened. & Germ. & plurimis MSS. &c.*

*Innumera
miracula.*

Viennæ in Gallia Sancti Leoniani Abbatis. Fuit hic Abbas Electus Monasterii Viennensis Sancti Petri, aliaq; inter sanctè & præclare gesta, Monasterium Sancti Andree in Colle civitatis erexit, in quo Romeliam postea, Monasterii Sancti Andree Inferioris Fundatricem sub Regulari disciplina sanctè educavit. Claruit An. Ch. 560. vel 570. *Ioan. de Bosco in Antiquit. Vienn. Molan. Menard. t. 2. Sanct. &c.*

*S. Leonianus
Abbas.*

Cavæ Sancti Simeonis Abbatis. Hujus quamvis acta perierint, fatis tamè superq; ad comendationem est, frequentissimo ac fertilissimo Sanctorum Monasterio, imo exercitui penè Monachorum præfuisse, & eo quidem tempore, quo toto terrarum orbe Cavense Cænobium ob sanctitatis famam longè celeberrimum habebatur. Fuit autem in serie Abbatum, totidemque & longè plurimum è solis Antistitibus Sanctorum, quintus, & magnavit à sæculo A. C. 1141. *Ex monim. Cavens. Arn. Duac. Menard. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

*S. Simeon.
Abbas.*

*Celebritas
Cavensis
Monasterii.*

Obiit 1141.

*S. P. medi-
ca & Caci-
lia Abb.*

Item, Sanctarum Benedictæ & Cæciliæ Abbatissarum Swestrensiū. De utraque breviter agit his verbis Trithe-mius: Benedicta in Swestrensi Cænobio Abbatissa; fæmina sanctæ vitæ, & magnæ Religionis ac puritatis, multas suo exemplo Christo sponas eodem in Cænobio adunavit. Cæcilia similiter, ejusdem loci monialis & Abbatissa, Virgo sanctissimæ conversationis, quæ humilitate & obedientia cunctas ibidem vincebat moniales, ita ut omnium gubernatrix dignè fuerit constituta, magnis indiciis merita sua comprobavit. Vtriusque festum 16. Cal. Decemb. agitur. *Ex lib. 3. de Viris Illustr. Ord. &c. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

*Obedientia
virtus.*

Miracula.

In Hispania, depositio Venerabilis Fratris Martini, Novitii Vallis Ecclesiarum: qui ut primum Sacræ Religionis nomen dedit, totius perfectionis exemplar se exhibuit. In juvenili siquidem ætate, juvenilem levitatè exuens, accinxit fortitudine lumbos suos; & superans mundum, dæmonè, & seipsum, gloriosissimas victorias reportavit: & à spiritibus infernalibus, visibiliter & invisibiliter summa contètionè oppugnat⁹, alterū sui sæculi Anton. referre videbatur. Illuſit mitis modis purissimo juveni

*Ven. Marti-
nus Novitius*

*Juvenis tri-
umphator.*

Juveni astutissimus præstigiator, amoribus & minis insolentissima ausus, adeo quidem, ut ipsi etiam Fratres Monachi in iplo choro mirè mutati, in puellas transformati formosissimas, superbissimo vestitu, & obscenissima gestulatione eidem ablandiri viderentur. Triumphavit adjuvante DEO de insidiis nocturnis diurnisque novitius miles, & velut veteranus, veteratorem, quæcunq; moliretur, delusum piis artibus avertit & fugavit, ut sui porro contemptum non ferens, cum in animum nihil posset, corpori ejus & vitæ mortali mortem intentaret. Adfuit clienti optimo Angelorum Regina, & à dæmone penè suffocatum, puerum Iesū inter ubera fovens, fugato dæmone visibiliter eripuit. Processit multo deinceps confirmatior ad pugnam, cum ab impu-

*Deipara ad-
est Clienti.*

gnando, verum solo deinceps in corpore inferi minimè desisterent, adeo multoties eidem infesti, tantaq; truculentia ipsum verberibus & flagellis concidentès, ut sæpè ipsum Fratres, & Novitiorū magister, cicatricibus & livoribus plenū sine sensu reperirèt. Factumq; pmittente Numine, raro exemplo, ut novitius hic, sed emerit⁹ Christi miles, non sub quocunq; Tyrano, sed ab ipso Tyrannorum Principe crudelissimè excruciat⁹, gloriose vincens succumberet, & quadam nocte terribiliter flagris à dæmone concisus, contracto inde ventris fluxu, victricem animum Deo redderet, & coronam acciperet, quam tam continuum prælium & gloriola victoria merebantur. Floruit sub A. C. 1589. *Theſaur. Mon. Perfect. Chryſoſt. Henr. t. 2. SS. Annal. noſt. &c.*

*Flagellis à
dæmone ca-
ditur.*

Flor. 1589.

Theſaur. Mon. Perfect. Chryſoſt. Henr. t. 2. SS. Annal. noſt. &c.

DECIMO-QUINTO CAL. DECEMB.

XVII. Novembris.

*S. Gertrudis
V. Abbatissa*

IN Germania Natalis Beatissimæ & letissimæ Christi Sponsæ, Divinæ Gertrudis Virginis, & Abbatissæ Elpedianæ, rarissimis & maximis Numinis amantissimi favoribus, gratiis & miraculis illustrissimæ. Gertrudis ex Illustrissima Comitum & Dynastarum de Hakeborn familia, quinto ætatis año, sponso Virginum consecrata, seu potius oblata est in Monasterio Rodardesdorff Ord. S. P. N. BENEDICTI, Congregationis Hirsaugiensis reformata Cluniacensis, adeo tenellula ea ætate divinis charismatibus & gratiis præventa atq; illustrata, ut cum admirabili formæ & corporis venustate excelleret, longè tamen illustrior ipsius animi fulgor undiq; emergeret, ut puellæ etiamnum miram apud omnes cum admirationem, tum reverentiam crearet. Crevit cum annis pietas, tunc maximè, quando Monachicis votis plenè Numini consecrata Divinis statim revelationibus mirè illustrata, adeo deinceps supra communem hominum sortem eminuit; ut ad ipsam tanquam oraculum Delphicum undique concursus fieret, & nemo ab eadem sine consolatione rediret. Tentatis in primis certum perfugium Gertrudis fuit, adeo quidem, ut ipsa etiam vestimenta contactu Virginei ejus corporis sacrata, potentissimum iis superandis remedium afferrent; cum quidam panniculum de involuctro pedum ejus cordi applicans, & per cor Gertrudis Deū exorans, omni quamprimum tentationis molestia tam in animo quam corpore, prodigiosissime se liberatum, experiretur; alia autem, eximiè

*Quinquen-
nis Deo of-
fertur.*

Oraculum

*Perfugium
tentatorum.*

virtutis persona, similiter impugnata Gertrudem convenire, & precum ejus suffragia exposcere ab ipso Domino in somnis juberetur. Claruit Gertrudis sumis virtutibus, tanto pericursorum omnium contemptu, ut nihil omnino æstimaret, nihil formidaret, cæterum tanta animi demissione prædita, ut quoscunq; intueretur sibi omnes omnino præferret. Charitate non in Deum solum, sed & in proximum tota ignea videbatur, quidquid juvando sive solando proximo conferre videretur, tanti faciens, ut non tantum sui corporis necessitates negligeret, cibum, somnum suspenderet seu subtraheret, sed & dulcedinem contemplationis, qua in intima cælorum mirificè sublata penetrabat, adeoq; cælum ipsum, imo Christum, ut sic libeat loqui, pro Christo, relinqueret, ut uni tribulato adesset. Patientia similiter ad miraculū enituit; omni omnino virtutum genere, velut æterni Regis filia à Psalte Regio pridem collaudata, omnem decorem induta, circumamicta varietate. Fuit Cælitum omnium singulare in terris deliciū, qui ad ipsam quotidie familiarissimè invitebant, Deiparæ in primis miris & perpetuis favoribus felicissima, cui ab ipso filio dilectissimo, specialissimè & intimè Gertrudis est comendata. Sed super omnia admiranda & stupenda prorsus est ipsiusmet Servatoris hanc sponfam suam dignatio, & dignantissima affectio, plurimis, imo assiduis, & longè maximis argumentis testatissima, è quibus pauca solummodo delibamus, & obi-

*Humilitas
ejus.*

*Charitas
planè mi-
randæ.*

*Christum
pro Christo
deserit.*

*Calites ipsi
familiares.*

*Deipara à
filio com-
mendatur.*

*Stupendi fa-
vores Numi-
ni.*

& obiter attingimus, quæ de dilecta sua, ipse diversis & magnæ gratiæ Sanctis asseveravit: *Ab infantia*, inquit, *ejus, eam portavi, interq; amplexus meos fovi ipsam, servas immaculatam in illam usq; horam, qua se perfectè perfectâ plenâq; mihi voluntate counivit. Tunc n. è diverso, in illius amplexus cum omni virtute Divinitatis mea illi meipsum totum reddidi. Vnde ferventissimus amor illius erga me tunc adeo etiam est liquefactus, adeoq; è regione erga illam meus: quomodo vapor ignis præcedens liquefit ad flammam mox sequentem &c. Addiditq;: Tanta hujus animæ delectatione afficitur, ut sepe numero, dum ab aliis hominibus offendor, meipsum in ea quieturus insinuem, atque pressuram cordis, aliamve molestiam tunc corporis eidem destinem. Quam dum tanta (ut solet) gratiarû actione suscipit, tanta deniq; illam devotione in unione passionis meæ mihi offert, omnino me reddidit placatû, facitq; ut innumeris saepe hominibus illius amore parcam. Ut appareat, quantum una hæc Virgo universo profuerit. Nec minus illustre illud cum admirabili ornatu alteri cuidam apparens monile quoddam in modum trifolii triangulum super pectus suum Rex Regum ostendit, dicens: Hoc continuè in Sponsæ meæ amorem monile circumferam. Quod quare triangulum sit, ut innotescat univèrsa cali Curie, in primo folio resfulgente significatur, eam mihi inter omnes proximam esse. Nemo n. hodie vivit hominû, qui si ve per intentionem puram, si ve per bonâ voluntatem, mihi quam illa sit vicinior, aut conjunctior. In secundo folio elucet: ad nullam animam in carne viventem adeo me esse gratia ac favore inclinatum, atq; ad illam. In tertio resplendet, nullum esse mortalem hodie, qui fidelius sinceriusq; omnia dona mea recepta referat in solam gloriam meam, quam ipsa, utpote de his nihil penitus sibi vendicans, aut usur-*

Quanta pro pans. Adjecit quoq;: Nusquam optatori quanta gratia! aut in Sacramento Altaris, aut deinde in hujus meæ dilectæ corde & anima. Ad hanc enim admirabili modo omnem cordis mei Divini delectationem convecti. Ut inde manifesto pateat, quantum sperare liceat, per hujus Patronæ nostræ, & sororis dulcissimæ intercessionem. Rursum alteri cuidam: Ego, inquit, totus sum illius, & eam per amorem inseparabiliter mihi univi, sicut argentum & aurum, per ignem in unum metallum conflantur. Et iterum: Ipsa mihi lilium est electum, quod manibus meis portare affecto. Suprema namq; est mihi voluptas delitiosaq; in anima hujusmodi casta ac pura morari. Ipsa rosa est mea suaviter oleus. Postremo, ipsa est cunctis cali Gertrud. calitibus dulcis suavisonaq; Harmonia, &c.

Mirus amor Numinis.

Stupenda res!

De Univerfo meretur S. Gertrudis.

Quale monile Gertrudis.

Mira explicatio.

Quanta gratia!

Lilium, & rosa sponsi.

Cali Harmonia Gertrud.

Taceo longè plura ejusmodi alia, & favores ingentes ab eodem Sponso Virginum castissimo, huic lectissimæ & dilectissimæ Virgini exhibitos; qualis inter alios fuit, cum iuxta Ioannem dilectum illum Domini, caput ad pectus sponsi sui acclinare, omnes etiam cordis illius pulsus percipere meruit, taceo; quod idem Virginis filius, præclara quinq; vulnerum suorum stigmata cordis eius sensibiliter impressit, ut haud immerito, præcipuè Gertrudis cultor, Beatæ memoriæ Ludovicus Blofius noster, asseveret: nisi homines scient, potentiâ & bonitatem Domini esse interminam, vix credere possent, illum tantam amicitia familiaritatem, præcellentissimæ Matri suæ demonstrasse in terris, quantam isti (Gertrudi suæ) demonstravit. Decessit Virgo sanctissima sub A. C. 1311. expectatissimoque triumpho cælû universum implevit. Ita expectasse Gertrudem Cælites omnes Christus ipse testatus est, referente Blofio: Aliquando Gertrudis, iter faciens, inquit ille, præ nimia sui abiectione dixit ad Dominum: Ab Domine mi; inter præcipua miracula quæ facis, istud valdè eximium esse arbitror, quod permittis, ut me vilissimam peccatricem terra ferat. Cui Dominus: Merito se terra tibi calcandam præbet, quando quidem omnis calorû dignitas, ineffabili desiderio, illam jucundissimam horam expectat, qua te excipiat & portet &c. De mortis genere quis satis explicet? Acceperat quippe, ait Blofius, in promissis, à Divina & nunquam fallente Veritate: quod sicut in morte Christi, virtus amoris nobilissima, separavit animam ipsius Domini Iesu à corpore, ita in morte istius Virginis Divinus Amor deberet omnes vires ejus consumere. Sed & Gertrudi ipsi alias præostensum, quanta sub mortem gratia, à Numine ipso & cælitibus suscipienda esset: In sinu nimirum Domini, brachio ipsius sustentata, & caput ipsius Admirabili Matre Virgine, Cælitum Regina elevante; infinita Angelorum multitudine, dein Patriarcharû, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorû, Virginum ac viduarum occurrentibus Choris, singulis Apostolorum singulos annulos aureos, singulari vero ac familiarissimo sibi Ioanne Evangelista, binos, offerentibus, & digitis ejus aptantibus. Effulsit magna miraculorum gloria, & prophetiæ inprimis spiritu donata procul posita perspexit, futura referavit, & abditissimas mentium cogitationes penetravit. Ipsa, inquit vitæ diligens scriptor, fortis, validissimaque fuit columna Religionis, ipsa constantissima iustitia ac sanctitatis propugnatrix. Et pergit: Quare

Cû S. Ioanne Evang. super pectus Christi recumbit.

Elogium in signe.

Moritur 1311

Ejus humilitas.

Cæli expectatio.

Ex amore moritur.

Mortis gloria.

Miracula.

Spiritus prophetia.

Insigne elogium.

Promissum in signe.

S. Gregorius Episc.

Puer miraculis claret.

Ex Monacho Episc.

Hæreticos profligat.

Accusatur.

Rex gratiam ejus rogat.

Plaga domui Regiæ illata.

Quare de ea non absurde dici potest, quod in diebus ejus emanarunt putei aquarum. Nam revera, quo tempore ea vixit, nemo est inventus, à quo sancta eruditionis flumina, profusius, fructuosius, & efficacius manarent quam ab illa, &c. Nec prætereundum, quod Blofius affirmat: Certior per Divinum itidem promissum facta fuerat, quod quisquis ante vel post obitum ipsius, considerans aut intelligens, quam benignè & familiariter Deus se illi acclinaverit, devotè fideliterq; in charitate laudaret Dominum, vel ei gratias ageret, pro beneficiis eidem Gertrudi collatis, non migraret ab hoc sæculo, nisi prius Deus alicujus specialis familiaritatis delectationem in anima ejus haberet. Ut haud immerito & Blofius ipse, & spectatissimæ hujus etiam sæculi Congregationes nostræ, Gertrudem suam quanta possunt affectione venerentur. Ex Vita, S. Mechtilde, Blofio, Landsparg. &c.

Turonis S. Gregorii Episcopi. Gregorius, è Celtico Galliarum tractu ortus, Arvernica regionis indigena, patre Florentio, matre Armentaria, illustri admodum genere natus est. Puer etiamnum divina præventus gratia, miraculorum virtute excelluit, & patrem bis graviter ægotantem, prodigiosè curavit. Ex Monacho Divi Martini Turonensis, Cænobij à S. Mauro Beatissimi P. N. BENE DICTI discipulo, reformati, Casaroduni Turonum Pontifex renunciatus, singulari eruditione & meritis gravissimis, Galliam non solum, sed Ecclesiam illustravit universam. Fuit acerrimus Fidei Catholicæ defensor, & Mysterij Sacrosanctæ Trinitatis contra Arianos, omnesque omnium sæculorum hæreticos gloriosissimis propugnator; quos accuratissimis scriptis felicissimè profligavit; aliisq; plurimis præstantissimi ingenii zeliq; ferventissimi relictis monumentis, Reipubl. Christianæ præclare consuluit. Scelere impiorum apud Regem Galliarum delatus cum esset, celebrato in caula ejus Brennacensi Concilio, cælitus in accusatores ejus nefarios animadvertum est, agnitoq; errore Rex mirè mutatus: Dicam, inquit Gregorio, Tibi, ô sacerdos, quod dixit Iacob ad Angelum: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Acquivit facilè Sanct. Pontifex, quia Regi nunquam succensuit. Interfuit Concilio eidem Sanct. Salvius noster, qui ipsa die gravissima mala domui Regiæ impendentia Gregorio insinuavit; & cõsequuta quamprimum pestilentissima per Gallias lues; sed & Principes duo Regis filii morte ab-

sumpti sunt. Obstitit Pontificali planè libertate idem Gregorius noster Chilperico Regi in Sabellianismum propendenti, & Sancto item Salvio connitente, gravissima item & æterna ex eo mala prudentissimè à Galliarum Regno avertit. Debet eidem æternum honorem Turonensis basilica, usum nempe illum Cathedræ aureæ, qua Magnus ille noster Ecclesiæ Doctor & Pont. Max. Gregorius primus, cognominem amicum donavit, cum ad ipsum Romæ inviteret. Cujus magnam ab eruditione & sanctitate famam cum consideraret sanctissimus Papa, & juxta staturam corporis tam pusillam intueretur, perlentens divinitus quantum in tantillo latitaret, placido vultu ad ipsum conversus: Dominus, inquit, fecit nos, & non ipsi nos; idem in parvis, qui & in magnis, quem proin longè ferventius deinceps Magnus Papa coluit, ipsumque ac successores ejus fede aurea considerare voluit. Claruit insigni miraculorû gloria, quæ tamen, ut erat demissione animi maximus, sanctorum lypsanis ipse adscripsit. Mortuus est A. C. 596. jure merito Magni Galliarum Gregorii nomen adeptus, & inter Tutelares præcipuos cooptatus. Baron. Iepes. Vincent. Tith. Claud. Rob. Stengel. Annal. nost. &c.

In Anglia S. Hildæ Virginis & Abbatis Hilda Virginitatæ, neptis Eduini Regis. Hilda Regio orta genere à S. Paulino nostro Northumbriæ Episcopo ad fidem conversa, cum relictis sæculi pompis, totam se Christo consecrare gestiret, ad Orientalium Anglorû Regem, cognatum suum secedens; inde ad Calense Gallia Cænobium se contulit, ubi soror ejus Heresuidis, mater Adulphi Regis cucillum amplexa fuerat; cujus exemplum imitata, & ipsa sæculo renunciavit. A Sancto Aidano a. in patriam revocata Wirenfi primum, mox Heorthevensi, tum Kalccestrensi, demû Streneshalcensi Cænobiis præstitit. Fuit justitiæ, pietatis & castimonie speculum, maximè a. pacis & charitatis studiis celebrata; tantæ insuper sapientiæ laude celebrata, ut maximi Reges ac Principes ab ea consiliû expeterent, acciperentq;. Neq; Virginitatæ solum, sed & virorum eodem in Cænobio Streneshalcensi exemplar facta est; ex quibus plurimi sanctitate celebres, ad diversas Cathedras evecti sunt, adeo celebri Hildæ nomine, ut procul etiam positis occasionem correctionis & salutis ministraret. Ut verum illud fieret formidabile, quod ea prægnanti olim matri Bregosvidi oblatum est, cum sub veste fulgoris monile aspiceret, ex quo omnes

Regem à Sabellianismo vindicat.

Æternum decus Ecclesiæ suæ.

Statura corporis pusilla.

Miracula ejus.

Obiit 596.

S. Hilda Virginitatæ Abbatis.

Regii generis.

Fis Monialiu.

Laudes ejus.

Somnium matris ejus.

Britannia: fines mirè resplenderent. Laboravit ante mortem sexennium totū febris assidua, & septimo demum anno, ad Regnum æternum evocata ætatis 66 religionis 33. Christi 680. felicissimè decessit, quam longè positæ; binæ Hacanensis ab ipsa conditi Cænobii moniales inter admirandæ lucis splendorem, & Angelorū obsequia in cælum evolantem intueri, eaque ipsa obitus hora fororibus nunciare meruerunt. Ex Ven. Beda, Hist. Eccl. Angl. Hugon. Arnold. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Obit 680.

Gloria.

S. Iohannes Mon.

Clar. 620.

B. Garimundus Episc.

Eodem die Sancti Iohannis Monachi discipuli Sancti Gregorij Papæ & Apostolorum Angliæ adjutoris indefessi, qui post plurimos in disseminanda Christi fidelis labores, ad mercedem æternitatis vocatus est. Claruit sub An. Ch. 620. Ado Trith. Hugo, &c.

In Gallia Beati Garimundi ex Abbate Pontigniacensi Altifiodorensium electi Episcopi, qui ab impiis nequiter exagitat, & ad sedem suam minimè admittus, cum ea de causa ovium sibi commissarum

detrimentum plurimum dolens, Pontificem suum adiret, in ipsa via cum multis aliis occubuit. Ex Menol. Cisterc. tom. 2. Sanct. &c.

In Gallia item Beati Edmundi, ex Canonico Regulari, Monachi Claravallensis, qui cum à dæmone graviter tentatus cucullum exuere cogitaret, jucunda & mirabili visione in proposito confirmatus, magna cum sanctitatis laude perseveravit, & ad extrema deveniens B. Bernardum in gloria intuitus, cum eodem exultans & laudans ad æternam patriam migravit. Chrysof. Henric. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Bingii natalis S. Hiltrudis Virginis Comitissæ Spanheimensis, cujus sanctitatem & in vita, & post mortem Divina Hildgardis nostra præclarissimo testimonio commendavit. Obit A.C. 1177. Chron. Hirsang. Ioan. Trith. Hugo Menard. Arnold. Duac. Annal. nost. German. & Aquila Imper. Bened. t. 2. Sanct. Ord. &c.

DECIMO-QUARTO CAL. DECEMB.

XVIII. Novembris.

G.

S. Odo Abb.

Invenis fervor.

Fit Mon. & Abbas.

Celebritas nominis.

Laus Cluniac.

Concurfus & miracula.

Tronis, transitus Beati Odonis Abbat Cluniacensis. Odo nobili Francorum prolapia natus Monachicæ perfectionis speculum à primo Religionis Tyrocinio fuit, insignibus à Deo miraculis commendatus. In sæculo etiamnum cum in Regulam S. P. N. incidisset, legeretque ut Monachi vestiti dormirent, nunquam deinceps vestem exuit, & Monachorum studia, ut potuit, sua fecit. Sed postquam Monachum Gigniaci professus, ac deinceps Abbas Cluniacensis creatus est, multo magis ejus se fervor prodidit, eruditionis sanctitatisque titulis adeo celebris, ut tanquā Concilii salutaris promtuarium unicum toto terrarum orbe suspiceretur; attonitis insolentia famæ summis quibusque Principibus, & sua paulatim omnia tenfa, iudicia seiplos denique Odoni, ejusque quos instituerat discipulis, subjicientibus; ut quererentur persæpe isti, ad se causas & negotia Orbis devoluta, quæ minimè exambientes, sed removentes pro virili, admittere tamen coacti sunt, Principibus eò, velut ad Delphicum gentiles olim Oraculum, undiq; confluentibus, & responsa sollicitè flagitantibus; accedentibus prodigiis cælestibus, & quotidiano quidem illo, quo in innumera quotidie confluentium frequen-

tia, alimenta nunquam defecerant; de quo etiam Sanctus Petrus, dictus Venerabilis: Factum est, inquit, Cænobium Cluniacense, non solum extraneorum hospitium, non tantum confugientium asyllum, sed, ut sic loquar, Reipubl. Christianæ Aerarium; agit parcius in proprios, profusus in alienos, nec attendit quid possit, sed quid superveniens velit. Ea de causa, nec sua ei nec aliena sufficiunt, quia longè major est quantitas erogatorum, quam liberalitas largitorum, &c. Quanti autem ab Ecclesia universa ejusdemque summo Principe Romano Pontifice fieret Odo noster, præter plurima alia, vel ex eo satis liquet, quod flagrante perniciosissima illa inter Hugonem Italiæ Regem, & Albericum Romanæ Urbis Principem dissensione, unus Odo componendæ illi sufficere vitus est, & eam ob causam à Leone VII. Romam evocatus opinionem de se conceptæ insigniter satisfecit. Fuit miraculo universis, iustusque Romani Pontificis Sancti Pauli prope Urbem Monasterium reformavit, collapsamque in Italia Monachicam disciplinam præclare restituit; propagata deinceps per Gallias non solū & Germaniam, sed Hispanias & remotissimas quasque gentes Ordinis reformatione, tanto ubique successu, ut superstes ipse, supra bina Cænobiorum millia, unus

Aerarium Reip. Christiana Cluniacum.

Componit dissensionem gravissimam

Reformat Ordinem Monast.

Conversus ad religionē

S. P. N. sepe ipsi adest.

Merita Odonis.

Mortis dilationem impetravit.

A.C. 942.

Miracula.

Merita.

Fructus ex Reformatione Ordinis.

Officium S. Martini componit.

Deipara ad dictissimus.

unus dirigeret, & ad nutum obsequentes totos Monachorum exercitus haberet; stupentibus rei novitate universis, & confluentibus ex toto terrarum orbe, qui ad famam tanti nominis Magistri Cluniacū petentes, in tot Sanctorum admitti contubernium, sancta ambitione sollicitè, humiliter, & enixè efflagitabant. Inter alias è cælo gratias Odoni sine numero venientes, nō minima illa, quod ad ipsum Sanctissimus Patriarcha noster BENEDICTUS, cum Sancto Martino Turonensiu Pontifice frequentius inviseret, & cum eo familiarissimè colloqueretur, ipsum instrueret, eosque qui ipsi obsequerentur, magnis favoribus, qui obsequi negligerent, vindicta cælitus prosequeretur. Christi anno 942. exardescente denuo, inter memoratos supra Principes odio, & rebus ad bellum fædissimum inclinantibus, in Italiam denuo vocatus vir sanctus, cum in diffidiis Principum componendis, concilianda Ecclesiis & Regnis pace, Monasteriisque reformandis consenuisset, Romæ ex febris moribundus, mortis inducias à Numine impetravit, donec Turones reversus. Sancti Martini, quem unice semper dilexerat, Tutelaris sui solemnitatem ibidem celebrasset. Tunc vero redeunte febris, Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, inter ferventissimas suas Fratrumque Sanctorum preces, impollutam Deo animam reddidit. Claruit admirandis cum in vitam post mortem prodigiis, quibus brevitatis causa prætermittis, illud unum inuimus: Odoni plurimum debere omnem sæculorum posteritatem, cum ob orbem terrarum viris sanctissimis ejusdem discipulis impletum, meritissimum, optimis denique passis introductis consuetudinis, penè restauratum; cum ob Religionis portum, innumeris in hoc sæculo naufragis apertum, & Ordinem S. P. N. BENEDICTI summo cum omnium fidelium plausu atque fructu restauratum, ut ad ipsum, quæ deinceps bono publico à tot Sanctorum ejusdem Instituti post ipsum millibus, gesta sunt, jure merito pertinere videantur. Reliquit non pauca præstantissimi ingenii monumenta, eaque inter, Officium totum cum Cantu Sancti Martini Festo; per totum terrarum orbem usurpatum. Fuit intemperantia & BENEDICTÆ nostræ Admirabilis Matris cultor præcipuus, ex utero matris eidem consecratus; per Augustissimæ nimirum

Patronæ partum Virgineum ipsa Nativitatis Dominicæ nocte, ut nasceretur, prodigiosè impetratus, instituitque grati animi dignissimo in tantam Tutelarem & Matrem monumento, ut amplissima Ordinis Reformatio sub ipsius Deiparæ auspiciis, nomine & Protectione ab Univerfis suæ posteritatis discipulis celebraretur; solitus ipse non alio nomine eamdem Cæli Imperatricem, quam Matris Misericordia appellare. Ex Vita per Ioannem discipulum, Biblioth. Cluniacens. Iepesio, Baronio, Balinh. Annal. nostr. & tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Reformatio sub Tit. B. M. V.

S. Amandus Abbas.

3700. Monachorum pater.

Insigne Elogium.

Claruit An. 700.

SS. Abbatès Quatuor.

S. Theofredus Abbas.

Cellerarius illustrissimus.

Abbas.

Prædicit va-
stationem
Cænobii.

Martyrium
exorat.

Constantia
ejus.

Martyrio
coronatur.

Numinis
vindicta.

Moritur A.
C. 725.

Mortuo patruo omnium votis eidem in Abbatiali honore subrogatus, non multo post, Saracenis in Aquitaniam irrumpentibus, Monasterium etiam suum in vasibus discipulis prædixit, & cum separari nollent ab ipso Fratres, ut fugerent precibus tandem effecit, ipse autem ante altare Sancti Petri Apostolorum Principis prostratus, Deum, ut se hostiam vellet, exoravit. Comprehensus, virgis atrocissimè cæsus, immaniter laniatus & deturpatus est. Minantibus dein mortem, & Cænobii incendium, nisi Fratres proderet: *Deum loci defensorem fore*, respondit, *se vero velle pro ovibus animam ponere*. Nervis proin crudelissimè flagellatus eousq; est, donec exanimis rueret. Cum autem Sacrilegi Festum quoddam sceleratissimo cultu ea ipsa die celebrarent, resumptis Divina virtute viribus Sanctus Abbas, in impietate factorum illorum mira constantia vehementer invecus, Martyrii lauream pro pietate meruit, jactoque in caput à Sacrificio lapide mox corruit. Quo facto totus ille locus horrendum intremuit, obortisque densissimis tenebris & immani ventorum vi, cum conglobati hostes, junctis in modum testudinis clypeis, contra impetum tempestatis consideret, plurimi vi tonitruum exanimati sunt. Reversi postea è latebris Monachi, cum comminuto craneo, cerebrum ipsum S. Patris sui intuerentur, inter lugubres questus eum in cellam deportarunt, manusq; ac pedes osculati sunt, quos illo ab officio ipse prohibuit, & totos septem dies in Martyrio suo ducens, exhortari discipulos blandissimis sermonibus ad SS. Regulæ observantiam & reverentiam non desuit, donec hæc demum die sub A. C. 725. ad Triumphos æternos Martyrum hilaris excederet. *Ex Ordinario Case Dei, Chron. Calmeliac. Hugone, tom. 2. Sanctorum Ordini. Vulgo autem S. Theofredus, Sainct. Chaffre appellatur.*

In Monasterio Claræ-vallis Beati Odo-
nis, ejusdem Monasterii Subprioris, viti prior.
verè pauperis spiritu, & humilis corde,
mira morum mansuetudine & suavitate
præditi, qui inter alia pietatis indicia in
oblatione salutaris hostiæ, talem se vultu
totiusque corporis gestu exhibuit, ut ad
modum Sancti Simeonis ipse quoque te-
nere puerum, eiq; mira jucunditate plau-
dere videretur. Idem de imminente
morte S. P. N. Bernardi sollicitus, instan-
tissimis precibus à Numine prius mori
impetravit, ne tanti Patris funeri super-
stes esse cogeretur. Visitavit supremum
decumbentem Doctor Mellifluus, cum-
que trepidantem non nihil, quasi minus
perfectè vixisset intueretur, plenus DEI
spiritu, sic ipsum alloquutus est: *Quid tre-
pidas? Quid turbaris anima beata? A diebus
adolescencie tue, devotum Christo famulatum
in multis & magnis laboribus exhibuisti, &
exire formidas? Perge, perge securus: Ego tibi
in veritate dico, quod recto cursu ad Crea-
torem tuum pervenies, & Sanctus coram ipso ap-
parebis.* Qua voce quasi caelesti oraculo
confortatus, placido vultu hominè exiit,
& ad caelestem patriam evolavit. Cujus
pedes reverenter accedens Bernardus
osculatus est, & sacrum ejus corpusculum
honorificè sepelivit. *Montalbo, Manriq.
Perales, Brito, Rusca, &c.*

In Anglia B. Richardi cognomento
Fastolphi, Abbatis Fontanensis, eruditio-
nis & pietatis laude præstantissimi, qui
omne penè tempus in legendis, meditan-
dis & explicandis Scripturæ locis posuit,
& relictis non paucis ingenii monimen-
tis, miraculorum gloria illustris ad Do-
minum abiit, cujus alia inter, quatuor
Commentariorum in S. Scripturam libri
præcipuè commendatur. Claruit An-
Christi 1150. *Phan. revivisc. Hen-
riq. &c.*

B. Odo Sub-
prior.
Celebrantis
devotio.

Resolvi cupit.

Solatur tre-
pidantem S.
Bern.

Pedes ejus
osculatur
S. Bern.

B. Richard.
Abb.

DECIMO-TERTIO CAL. DECEMBR.

XIX. Novembris.

A.

S. Patroclus
Abb.

Pueri fervor
ad studia litt.

IN territorio Arvernensi Sancti Patrocli
Abbatis & Confessoris. Patroclus Bi-
turicensis patria, Aetherio patre, nō qui-
dem nobili, ingenuo tamen natus est.
Missus ad pascendas oves, à fratre suo An-
tonio, qui litteris dabat operam, per con-
temptum *rusticus* appellatus, relictis in
agro ovibus, nemine ducente ad Scholas
ultra contendit, & felicissimo successu,

dignissimos in studiis progressus fecit. De-
hinc Mumioni, qui quondam cum Chil-
deberto Rege magnus habebatur, com-
mendatus, adeo se ipsi probavit, ut filii lo-
co haberetur. Oblatas elegantis atque
ingenue puellæ nuptias constanter re-
spuit, & in Clerum primum adscriptus,
dein Virginum Cænobium condidit, &
ipse in solitudinem contendens, post lon-
gas

Nuptias re-
spuit.

Tentatio ejus

Mirè libe-
ratur.

Condit Mo-
nasterium.

Demonibus
formidabilis.

Clar. A. C.
570.

S. Theodemi-
rus Abb.

Clar. 560.

In calum de-
fertur.

S. Egbertus
Episc.

Regium ge-
nus.

Alcuini præ-
ceptor.

gas dæmonis tentationes, quibus parum
aberat ut vinceretur, & desertum desere-
ret, in oratione prostratus, singulari Numi-
nis adjutorio victor evasit. Visus siqui-
dem sibi, ab Angelo in altissima columna
repente constitui, ex qua mundum uni-
versum, & quæ sceleratè in eo gererentur,
furta, adulteria, homicidia & mala ejus
universa simul semelq; in aëre videretur.
Inspe-
xit, abhorruit & desinente quamprimū
tentatione in hæc verba erupit: Ne quæso
Domine revertar ad has pravitates, quas
dudū, te confessus, oblitus sum. *Ædifica-
vit postea Columbariense celebre Cæno-
bium, in eoq; cucullum amplexus, & Ab-
bas effectus, omnibus se Fratribus bonorū
operum exemplar exhibuit, & ad magnā
eisdem vitæ perfectionem instituit. Cla-
ruit insigni miraculorum gloria, demoni-
bus in primis formidandus, quos manu
imposita & crucis signo ab energumenis
potentissimè profligavit. Mortuus est in
senectute bona, cum convocatis Fratribus
transitum suum annunciasset. Sepultus
est in suo Columbariensi Cænobio, mira-
culis etiam deinceps quotidianis à Numi-
ne commendatus. Claruit A. Ch. 570. *Ex
Vita per S. Greg. Turon. Molan. Galefin. Tepef.
Arnold. Duac. t. 2. Sanct. &c.**

In Cænobio Miciacensi S. Theodemi-
ci ejusdem loci Abbatis. Hic celeberrimè
Aurelianensis Cathedralisq; Ecclesiæ De-
canus, honore omni & sæculi plausu servi-
tutem Christi potiorè habuit, professusq;
Monasticen in sanctissimo Miciacensi
Cænobio, tanta non multo post vitæ per-
fectione cæteris præfulsit, ut ejusdem mo-
nasterij Fratribus præesse meruerit. Clar.
A. C. 560. obiitq; 12. Cal. Dec. cujus feli-
cem animum ab Angelis psallentibus in
calum deferri S. Liphardus noster intue-
ri meruit. *Car. Sauss. Annal. Eccl. Aurel. Hu-
go, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Eboraci in Anglia Natalis Beati Egber-
ti ejusdem civitatis Episcopi. Egbertus
(de quo alii alias, & nos jam supra quædam
attulimus) ejusdem nominis germanum
Fratrem Egbertum Northumbriæ Regē
habuit. Verum contempta Regia, servis
Christi adlegi, & abjectus esse in Domo
Dei eligens, cucullum in Girvensi sive
Wirenfi Cænobio amplexus, & litteris &
sanctitate mirum in modum excelluit,
æternoq; merito Regnum demeritus, lit-
teratum studia, ipse Magister Magistrorū
mirificè promovit, professusque publicè
litteras, alios inter discipulos, celeberrimū
illum orbis Doctorem Alcuinum sive

Flaccum Albinum habuit. Archiepisco-
pus demum Eboracensis renunciatus, Ec-
clesiæ illius honori & utilitati æternum
consuluit, instructissimam illic Bibliothe-
cam comparavit, bellorum cladè & cala-
mitate res diminutas & afflictas feliciter
restituit, pallii usum diu intermissum re-
cuperavit, sedemq; ad pristinum florem,
decorem, & dignitatem revocavit. Meri-
to à Guilhelmo Malmesburiensi, *Omnium
liberalium artium Armarium & Sacrarium
signe.* appellatus, cujus, alia inter Alcuinus disci-
pulus ille magnus in suis ad Carolum Au-
gustum litteris, his verbis meminit: *Date
mihî exquisitiores eruditionis Scholasticæ libel-
los, quales in patria habui, per bonam & devo-
tissimam Magistri mei Egberti Archiepiscopi
industriam; & si placet sapientiæ vestræ, re-
mittam aliquos ex pueris nostris, qui excipiant
inde quæque necessaria, & revehant in Fran-
ciam flores Britannia, & non sit tantummo-
do in Eboraco Hortus conclusus, sed etiam
in Turonica emissiones paradisi.* Idem ali-
bi *Thesaurorum Sapientiæ Heredem se, à Ma-
gistro suo Egberto institutum proficitur; Egberti,
ut tanti Pontificis merita nullis dignè lau-
dibus celebrentur. Præfuit Episcopatu
annis 56. à morte juxta fratrem suum Re-
gem tumultus. Guilh. Malmesburiensis,
Nic. Harspsfeld. & alii rer. Britann. script. &c.*

In Saxonia, depositio Sanctæ Mechtildis
Sanctimonialis Virginis, Divinis reve-
lationibus illustrissimæ. Mechtildis ge-
nerosis in Saxonia nata parentibus, patrē
Baronem de Hackeborn, *fororem, magnā
illam & Admirabilem Gertrudem Elpediani
Cænobii Abbatissam habuit.* Cum autem
vix in lucem edita Mechtildis, moritura
videretur, acceleratus quamprimum Ba-
ptismus est; quam tamen Sacerdos cum
vidisset, prophetico afflatus spiritu, mini-
mè tunc morituram, imo Deo olim fa-
crandam, magnamque & celebrem fore
prænuunciavit. Ita factum, & ut postea
cuidam revelatum est: Non aliam ob cau-
sam Deus Baptismum accelerari voluit,
quam ut maturius eam sibi sponsam assu-
meret. Teneris proin annis Deo in Mona-
sterio oblata, & Spiritus, qui sororem suā
Gertrudem repleverat particeps facta,
admirandis visionibus & revelationibus
mirificè illustrata est. Habuit familiares
admodum cælitates ipsos, quin & Cæli Im-
peratricem Augustissimam ipsumq; Re-
gem sæculorum Christum Dominum, à
quo tenerimè dilecta plurimos favores
recepit. Fuit Cantrix Cænobii Elpediani
(vulgo *Helfie*), *cujus verba, inquit vitæ scri-
ptor,*

Merita ejus.

Elogium in-
liberalium artium
Armarium & Sacrarium
signe.

Alcuini lit-
tera ad Ca-
tissimam Magistri mei
Egberti Archiepiscopi
rolum Imp.

Sapientia
Egberti.

S. Mechtildis
Virgo.

Generosum
illam & Admirabilem
Gertrudem Elpediani
genus.

Prædicitur
ejus sancti-
tas.

Causa acce-
lerati Bapti-
smi.

Deipara &
Christo ipsi
familiaris.

Elogium,
ptor,

ptor, melle erant suaviora, & spiritus igne ferventior. Scripsit plenissimum succi cælestis librum de Spirituali gratia & revelatione, sæpius diverso idiomate typis vulgatum, tandemq; miraculis & sanctitate ac Prophetiæ Spiritu clara obdormivit in

Clar. 1300. Domino post Annum Christi 1300. Ex Vita & libro ejus passim vulgato, lib. Insm. Div. piet. Arn. Duac. Car. Stengel. Annal. nost. Germ. t. 2. Sanct. &c.

B. Guilhelmus Mon.

In Gallia Beati Guilhelmi Monachi Claræ vallis Melliflui Doctores nostri discipuli, cælestium rerum contemplationi deditissimi, qui revelationibus clarus, & meritorum gloria clarissimus, in senectute bona sanctissimo fine quievit. Hic beato Roberto, secundo Claræ-vallensium

Spiritus propheticus.

Abbati, duorum Monachorum, qui miserè à Religione postmodum defecerunt & excusso Monastico jugo, ad vomitum vitæ sæcularis redierunt, deplorandum exitum, prout ipsi Divina gratia ostentum fuerat, prædixit, & multis aliis signis clarus effulit. Menol. Cist. Chryf. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Solimanus impositione agros curat.

Eberbaci in Germania Beati Aniani Conversi, gratia miraculorum illustris, qui super ægros manus imponens, ingenti ad ipsum concursu, sexus utriusq; pauperum ac divitum facto, eis integram saninitatem restituebat: sed quod magis mirandum est, ut erat verè obediens & humilis, sicut charitate ductus indies plura miracula operabatur, ita Superiorum imperio obtemperans, (qui quietem Fratrum tanto quotidie concursu, & hospitum frequentia nimis expensis Cænobium gra-

Cessat à miraculis ex obedientia.

DVODECIMO CAL. DECEMBR.

XX. Novembris.

B.

S. Bernwardus Episc.

IN Germania S. Bernwardi Hildesheimensis Episcopi. Bernwardus sive Barwardus illustrissimo genere, patrem Comitum de Somerschenburg, (quæ familia postera etiam ætate Palatinatum Saxonie meruit,) matrem Palatinam habuit, Adalberonis Palatini Comitum filiam, quibus puerili jam ætate, futuræ sanctitatis specimen illustre præbuit, Tangmaro primū, inde Osdago nostro ex Augiæ Divitis Monacho Hildesheimensium Episcopo educandus traditus, litteris & vitæ sanctitate celebre nomen consequutus est, adeo ut curæ ejus Ottho III. postea Imperator, septuennis etiamnum puer crederetur, & is Imperio plenè potitus, non aliter atque puer consueffet, Bernwardi arbitrio

Illustrissimū genus.

Otthoni III. Imper. acceptissimus.

vari querebantur) ab eorumdem miraculorum patrione cessavit; ideoq; mirabilior apparens, ab omnibus ut vir Angelicus summa in veneratione habitus, tandem meritis & senecta gravis ex hac vita ad immortalē migravit. Novit virum DEI Beatus Cælius Heisterbacensis, & sacra precum ejus suffragia sibi rogans, istud responsi retulit: Ego quotidie oro pro te, & pro toto mundo. Ut appareat, quanti unius sæpe simplicis & contemptissimi Fratris Conversi orationes, in conversione peccatorum viris Apostolicis collaborando possint, & apud Dominum mereantur. Cas. ipse, Phil. Seguin. Chryf. Henr. t. 2. SS. &c.

Pro toto mundo oras quotidie.

Prope Namurcum depositio Beatæ Elisabethæ, sanctimonialis, morum integritate & vitæ puritate celeberrimæ. Hæc felicissima Beatæ Iulianæ Cornelienfis socia, eidem inseparabiliter adhærens, diuturnum exilium, plenas laboris & discriminis peregrinationes, contemptus, irrisiones, & injurias pro Christi amore, & promotione Solemnitatis Corporis Christi mira patientia, magnanimitate & constantia superavit, divinisque favoribus, & revelationibus illustris felicem ærumnarum finem sortita, prædicente ipsi transitum Iuliana, hilaris ad æternitatis beatissimæ gaudia, rectissima via transit, tanti ab ipsa Iuliana facta, ut nullas pro defuncta preces perolveret, causamq; rogata, nihil aliud quam hæc ipsa responderet: Injuriam Sanctis facere, qui Deum pro sanctis exoraret. Arnold. de Raiffe, Ioan. Gilleman. Ioan. Disthemius Blerus, t. 2. Sanct. Ord. Annal. Germ. Aquila Bened. &c.

B. Elisabeth. Mon.

Exilium ejus illustre.

Rectè ad cælum pergit.

duci & dirigi vellet atque exambiret. Osdago mortuo comunibus omnium votis ad Hildesheimentem Cathedram expectatus, à Willegiso Archiepiscopo consecratus est. Mirum quam sollicitè accurateq; quæ Episcopi sunt ipse impleverit, Nocturnum Officium Divinum cū Fratribus in Ecclesia persolvens. Post Missarum solemnia in publicum progressus, totum se audiendis pauperum causis, suæq; Ecclesiæ negotiis impendit. Centum quotidie pauperes liberalissimè refecit. Ad mensam cum Fratribus religioso cum silentio assedit, cunctis ad Lectionem diligenter attentis, quamvis è populo etiā, multos quotidie mensæ adhiberet. Otii juratus hostis nihil non artis attentabat, ut tem-

Fit Episc.

Causas pauperum ipse audit.

Lectione mensæ

Artes ejus omnigena.

ut tempus omne benè impenderet: Pictoria non parum valuit, fabrilis etiam & clusoria insigniter excelluit, ut & Architecturæ peritia, qua insignia multa ædificia, magna posterorum admiratione ipse molitus est, neglecta ab antecessoribus restituens, Ecclesias reparans & exornās, splendidam Sanctæ Crucis basilicam, & Sancti Michaelis amplissimum Cænobiū de novo exstruens, in quo 66. Sanctorum Corpora summa cum veneratione recondidit, & prædiis sufficienter dotatum dignissima Monachorum nostrorum colonia instruxit. Cæterum declinante jam ætate, & deficientibus viribus, Monasticæ professionis jugum ibidem sulciens, paulo post in morbum incidit, quo quinquennium totum benè excoctus, meritis gravissimis locuples in cælum evolavit. Sepultus ibidem ante Beatissimæ Virginis

Cænobium S. Michaelis molitur.

Profitetur Monachum

Mors & miracula.

Saxoniam protegit.

Imperium demeretur.

Item Hildesheim.

Spiritus propheticus.

Mira res!

Ejus gloria.

Angelici concentus.

templum in Hildensheim Angelis construxi, & Apparere gloriose. Virginis Filium patrimonii mei successorem feci, cunctisq; seculi voluptatibus renunciavi; habitum Angelicum (Monasticum) suscepi, nunc quoq; centuplum omnia recepi, ac in tali jubilo sicut vidisti, vitam æternam possideo, quibus dictis ingenti cum lumine disparuit. Visa à multis, & sæpe ad tumulum ejus luminaria divinitus accensa, & auditus cantus Angelicus, mira juxta cælestis odoris fragrantia omnium nares perfundente. Coruscavit à morte miraculorum gloria admiranda, morbos comitalem, Stranguriæ, Hemorroidis, sacri ignis, fistulæ, cæcitatem aliaq; incommoda corporis & mentis felicissimè profligans, demones ab obsessis ejiciens, vincula captivorum dissolvens, naufragos eripiens &c. Relatus est in Sanctorum numerum à Cælestino ejus nominis III. 6. Id. Januarii anno Pontificatus 2. Decessit ex hac lachrymatum valle A. C. 1022. Ex Vita per Tangmarum Christ. Broverero, Crantzio, Cratopolio, Bruschio, Demochan. Trithem. Aquila nost. & Annal. Germ. ac Bened. &c.

Apparet gloriose.

Cantus Angelici, fragrantia &c.

Miracula.

Ob. A. C. 1022.

S. Eudo Abb.

Illustrissimū genus.

Humilitas ejus.

Ejus nepos convertitur.

Ob. sub A. C. 650.

Apud Velaunos Sancti Eudonis primi Abbatis Calmeliacensis, magnæ sanctitatis viri. Eudo Illustrissimo natus genere, ex Aurofionum Principe humilis Christi servus, ad miram perfectionis sublimitatem per sui triumphum ascendens, primò postea Calmeliacensis Cænobii Abbas esse meruit. Eo postulatus è Sanctissimo Lirinensi Monasterio, inde illustrem simul sociorum Monachorum coloniam deduxit. Valuit plurimum vitæ sanctissimæ religiosissimo exemplo, & insigni maxime animi demissione, quæ in tanto Principe ab omnibus haud immerito suspiciebatur, quibus, aliisq; virtutibus plurimos ad virtutis studia accendens, alios inter nepotem etiam Illustrissimum Sanctum theofredum adeo excitavit, ut nihil prius, quam patruo sanctissimo fieri simillimus exoptaret. Quem dein calcatis similiter honoribus superiorem, ut propositi, sic perfectionis strenuum imitorem Eudo habuit, & cum eximia in Fratres charitate ferventissimum cerneret, Cellerarium creavit. Mortuus est Eudo 12. Cal. Decemb. sub A. C. 650. cum Cænobium suū, & opibus, & ædificiis, & sanctitate atq; frequentia Monachorum beatissimum reliquisset; omnium illico oculis & votis in Theofredum rejectis, qui meritorum postea magnitudinem Martyrii insuper laureola cumulavit. Ex Monim. Calmeliac. Ordinar. Casa Dei. Hugone, t. 2. Sanct. &c. Ibidem

S. Sabinian. Abb.

Ibidem Commemoratio Sancti Sabiani tertij eiusdem loci Abbatis, successoris Sancti Theofredi Martyris, qui pari sanctitate cum antecessoribus sanctè certans, postquam exemplo suo fervorem creditæ sibi lectissimæ Christi militum cohortis, diligentissimè fovisset, plurimosq; item è sæculo conversos eodem sacro & salutari igne succendisset, re benè gesta, ad gloriam & mercedem Beatorum in cælum evolavit, sub annum Salutis nostræ 740. Ex monim. supra cit. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Obiit sub A. C. 640.

S. Leo Abb.

Romæ depositio Sancti Leonis Abbatis Nonantulani, maximæ sanctitatis & humilitatis viri. Leo Clericus primum, sic vitam instituit, ut jam tunc Monachus videretur. Monasticis autem votis apud nonantulanos adstrictus, multo dein majores, ad omnem perfectionem progressus fecit, humilitatisque in primis virtute enituit, & saltus atq; pasqua, ait vite scriptor, quotidie perlustrans materias congestas, quibus ad requisita nature (ecce quaesitam, humiliationis memorabilem ipsa sui vilitate occasionem.) Fratribus antergia ministraret. Peracto itaq; glorioso ejusmodi opere manuum (Verba Sancti Petri Damiani afferimus.) Psalterio cum ipsa exercitatione decurso, protinus ad offerenda Deo sacra Mysteria Sanctus Presbyter accedebat. Postmodum vero ad Monasterij regimen violenter abstractus, aiebat, (quod infelix ego, & ipse frequenter deploro)

Humilitas mira.

Inventus Abb.

Infigne dictum Iesum, inquiens, per pedem tenui, & nunc miser & cæcus sæculi molas volvo. Vixque peracto biennio, in manu Otthonis, qui tum Imperii sceptrum gerebat, pastoralem baculum reddidit: deinde apud Sanctum Bonifacium intra Romana mœnia perseverans, ex omni, quod sibi hujus vitæ residuum fuit, nihil quam æternæ vitæ sibi stipendia procuravit. Ad cuius postea tumulum cæcus veniens luci pristinae asseritur restitutus. Ita Petrus cit. Claruit A. Ch. 1000. obiitque 12. Cal. Decemb. Ex t. 2. Sanct. Ord. &c.

Resignat.

Clar. Anno 1000.

S. Bertrand. Abb.

In Grandi-silva Sancti Bertrandi Abbatis. Fuit Bertrandus admirandæ profusus sanctitatis fulgore conspicuus, eoque

VNDECIMO CAL. DECEMB.

XXI. Novemb.

C.

Presentatio B. M. V.

Hierosolymis Præsentatio Beatæ DEI Genitricis Mariæ in templo. Quæ insignis Festi celebritas nostrorum primum consuetudine, instituyente Nicolao Abbate quodam Gallo solemniter cele-

brata, atq; à Romanis Pontificibus approbata, salubri & dignissimo consilio in Ecclesia deinceps recepta est toto terrarum orbe universa. A Egidius Bethuniensis, Anal. nost. Bened. t. 2. Sanct. Arn. Duac. &c.

Gallia universæ dum vivet nottis. Erat enim, inquit vitæ scriptor, velut sydus quoddam splendidissimum inter Cistercienses sicillas, quarum numero & pulchritudine Ecclesia decorabatur micans & lucens. Profuit nō suis solum, sed & circumjacenti undique provinciæ, quam exemplo suo Christo lucratus, plurimos è cœno vitiorum vindicavit. Tanta a. in vita Virtutum & miraculorum gloria effulsit, ut à morte sanctorum albo adscribi meruerit. Manri. Hen. t. 2. SS.

Stella lucens.

Eodem die obitus Beati Hieronymi Eremitæ Ordinis Vallisumbrosæ eximia vitæ sanctitate illustris. Obiit A. C. 1124. Nec plura indagare licuit. Tab. Vall. Arnol. VVion, &c.

B. Hieronymus Mon.

In Gallia B. Ioannis Prioris Chalifensis & Martyris. De eo sic breviter Seguinus: Sanctus Ioannes, cognomento de Gornayo Chalifij Prior, vir sanè fuit morum integritate eximius, eruditione clarus, Regularis disciplinæ parens, atque vitiorum osor acerrimus. Huic postquā renunciatum est de quodam fratre Conventio, scandalum grave in quodam agro Monasterii commississe, ille saluti gregis prioris ad dictus juxta Divi BENEDICTI legislatoris censurā, & SS. Patrum decreta tam grande piaculum digna animadversione vindicavit. Quod ægreferens telestissimus ille Pseudo-Convertus gladio insigni arrepto, quem veste abdiderat sanctum virum aggreditur, ejusq; crura omnibus palam præscindit. Fratres vero qui circumstant, videntes hominem innocentem lethali vulnere sauciatum mox moriturum cœperunt mœrore affici: ubique clamor ubiq; luctus ingens &c. audiebatur. Ioannes a. auribus percipiens luctuosissimum filiorum clamorem: Nequaquam desisti, inquit, contristemini, ego n. hac libens pro Christi nomine fero tormentas, cum mihi non modo non molesta, sed etiam delictorum meorum sint purgatio. Parcite ergo huic quæso, parcite, inquit; ego nulli indulgeo. Instante jam omnino morte hunc sibi Psalmum recitandum qui est numero trigessimus sumpsit: In te Domine speravi &c. dictoq; versu In manus tuas &c. Spiritum suum in manus Creatoris reddidit. Philip. cit. Chryf. Henr. t. 2. S. Ord.

S. Ioannes Martyr.

Vltor scelerum

S. Columbanus Abb.

In Monasterio Bobiensi depositio S. Columbani Abbatis, qui multorum Cænobiorum fundator, plurimorum Monachorum extitit Pater, multisq; virtutibus clarus in senectute bonâ quievit. Columbanus in hibernia natus, insigni symbolo futuræ claritudinis, matri etiãnum gravidæ præostensus est, cum solem miro fulgore rutilantem utero suo prodire, urbemq; illustrare intuita est. Eum proin, uti tenerius dilexit, delicatius enutrivit, & mundum deserere parantem, retinere conata, in pavimento ante ipsum prostrata, liminiq; inhærens, uberibus exhibitis, alto ejulatu, & effusissimis lachrymis, minimè obtinuit, quin generoso contemptu, & pia crudelitate, limen matremq; transiliret, ac Benchoris in Cænobio, Comagello Abbati se subderet. Profecit insigni vitæ sanctitate, & peregrinationis postea labore suscepto, Gallijs, Germaniæ, Italiæ, spectatissimis Europæ Regnis ac provincijs, vitæ exēplo & prædicatione mirificè profuit, Zeloq; divini honoris ferventissimus potentissimos quosque Principes minimè reformidans, Theodorici, Brunichildæ, Glothariū Galliarum Reges, admiranda cōstantia pro sceleribus corripuit, iisdemq; evētura prophetico spiritu prænunciavit. Ad Sigebertum autē Regē primo veniens, ab eodem benigne exceptus, eremum quandā Mōtis Volagi impetravit, ubi plurimis ad ipsum cōfluentibus, celeberrimum illud Monasteriū Luxoviense condidit. Quo in loco, cum quadam die solus per devia loca incederet, & cogitatio molesta, an potius injuria hominum, quā bestiarum lævitiam sustinere vellet, mentē illius occuparet, ecce duodecim lupi dextra lævaque illum cingentes, & ora ad ejus vestimentum admoventes, à quibus tamen signo Crucis armatus, nihil passus est, sicuti nec à latronibus, quorum voces Dæmones imitati, virum DEI terrere conati sunt, ut eo nimirū ex loco recederet. Solitus autē diebus festis à Monachorum societate se separare, & penetrare interiora deserti, quo quietius sibi ac Numini vacaret: cum die quadam saxum imane reperisset, ursū in illius cavitate latitantem reperit, quem abire primū iussit, ferocissima bellua humillimè paruit, eoq; deinceps loco Colubanus cellulā sibi condidit, cum fontem perennē illic precibus prodigiosè eliciisset. Claruit & alijs admirandis prodigijs, quæ inter captivos sibi supplices, ruptis mire catenis & portis divinitus patefactis eduxit. Fratres plerisque aliquando lue seu mor-

Solem in utero suo mater eius intuetur.

Illustriss. victoria.

Fit Mon.

Diversa Regna demeretur.

Reges corripit.

Euxovium sonstruit.

12. lupi eū singunt.

Vrsus ei obedit.

Fontem elicit.

Fratres a-

bo aliquo arreptos, surgere ad labores justos, sola iussione incolumes reddidit, ijs qui parere detrectabant, diu dein decumbentibus; digitum Fratris Theodegigili amputatum sola saliva adglutinatum restituit; ut in imbre sine imbre Fratris mæssi incuberēt precibus obtinuit; alijs ad orationem ejus, panes & cerevisia mire aucti, vacuum horreum frumento repente impletum, similiq; miraculo copia piscium cōparata. Spiritu prophetico multa prævidit & prænunciavit, alijsque plurimis miris & raris excelluit. In Germaniā delatus, circa Moguntiam in primis Apostolico defudans labore prægnantissimos frugum manipulos in horrea Domini intulit, plurimosque ab infano dæmonum cultu ad sacra Christiana adduxit. Neq; segnior in Italia, Mediolanensibus sum opere profuit, Ariana quā laborabant Hæresi verbis scriptisque felicissimè profligatā. Plura, præter Luxoviense, Fontanense scilicet, Bobiense aliæque Cænobio construxit, & in Bobiensi quidem diem supremum sanctissimè obiit. Scripsit Sanctiss. Regulæ nostræ insigne compendium, in quo tamen ex more veterum Scotorum (quod in potestate Abbatis Sancti. Legislator noster absolutissime posuit) Officiū Divinum distribuit, quod multo in pluribus Cænobijs nostris videtur conservatum. Mortuus est Terror Regū, vir verè Apostolicus, de ordine nostro longè meritissimus C. A. 622. Ex t. 1. Constantiæ nostr. Bened. Apolog. pro Monach. Bened. Columb. Aquila Bened. Annal. nostr. German. & Bened. Iodoco Mezlero, Mariano Butzlino, Iepesio, Herman. Contracto, Capgravio, Mariano Scoto, Baronio &c.

gratos iussione sanat.

In imbre sine imbre.

Spir. propheticus

Apost. Moguntinensis

Plura Cænobio condit.

Propagator ordinis.

Ob. 622.

S. Maurus Episcopus.

B. Anna Michaelia.

Maritimi Mon. nacta

Restitutrix familie Iustiniana.

in eodem vitæ Monachicæ normam amplexa, continuis orationibus & jejuniis vacans beatum DEO reddidit spiritum, quam haud inærito illustrissima Iustinianorum posteritas ut unicam matrem precipuè veneratur. Claruit Anno Christi 1160. *Monim. S. Nicolai de Littore, Bernard. Iustinianus in Vita Sancti. Laurentii Iustin. Annal. nostr. Arn. Duacen. tomo 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Marianus reclusus.

Natalis B. Mariani Reclusi. Hic milite patre, Lucia Nobilissima matre, ipsa media nocte Nativitatis Christi inter pecora in Turcia natus est, cum ab illis capta mater pascere pecora cogeretur. Fuit illa DEIPARÆ addictissima, quæ usu Pfalterij meruit ut ope destituta hominum, ipsam cœli Reginam haberet obstetricantem. Baptizatus ab ipso met Christo puer est, & Marianus appellatus, inde festo Purificationis in templo mirè præsentatus, & cum matre subito è Turcia Compostellâ translatus, illic Reclusorum institutum amplexus in cultu DEI & DEIPARÆ omnem vitã exegit, & multis clarus revelationib⁹, plenus meritis sancto & felici fine decessit sub A. C. 1240. *Ex B. Al. de Rupe, Coppenst. Torre.*

Moritur.

B. Gelasius Abb. Mart.

In Hibernia B. Gelasii Oculenam Abbatem & Martyris. elsius ex pervetusta, & Regia olim Momoniæ Regum ortus prolapsa, virtute & sanctitate multo illustrior quã generis celebritate effulsit, cuius intuitu, ad Cænobii Boisilensis regimen evectus, non tam verbo suis quã exemplo præfuit, eoque nomine, ut optimis quibusq; charus sic Regi sacrilego invisus, magnum sibi odium peperit, imo coronã gloriæ comparavit. Quippe pro Religione captus, & crudelissimè vexatus, despiciens minas, & dignitates sibi oblatas contemnens, constans perseveravit in fide; & capitis damnatus, dum ad locum martyrii duceretur, plusquam quingentos Hæreticos in ipsa via convertit, tandèq; suspen-

500. Hæreticos in via ad mortem convertit.

sus, ac in quatuor partes divitus, gloriosissimè occubuit, multis à morte miraculis à Numine illustratus. Passus est A. C. 1580, *Pass. 1580.* in civitate Dublinensi. Martyriale Hibernicum. Aubert. Miræus, Falcic. Henr. Ang. Manriq. &c.

Item ibidem passio B. Eugenij Omulkeram, qui simul cum Beato Gelasio, eodem Martyrij genere vitam finivit, & cursum vitæ Monachicæ supremã laurea felicissimè coronavit. *Ex cit. &c.*

B. Eugenius Mart.

In Britannia Beati DEIFERI Monachi eximia vitæ sanctitate conspicui & revelationibus Divinis illustris, qui inter alia sanctitatis igne fontem prodigiotum ex arida elicuisse memoratur, insignibus deinceps miraculis famosum, cujus aquis refecti seu loti varijs languoribus liberati sunt. Claruit A. C. 660. *Ex Roperio Abb. Sa. Clari. 660. lopiensi, Vita S. VVenefrida Virg. Mart. tom. 2. SS. &c.*

S. Deifer. Mon.

Tolosæ in Gallia depositio B. memoriæ Margaritæ Viduæ Monialis Fulienfis. Margarita de Polastron nobilissimi viri Annæ de Dimpatalla castri de Margastaldo Domini conjux lectissima, insignis pietatis & singularis prudentiæ matrona, cū terrenis etiamnum involuta negotijs, cælestia minimè negligeret, mortuo marito, ijs expedita, quamvis jam quinquagesimū ageret ætatis annum, ad portum Religionis convaluit, & rigidissimum sacre Congregationis nostræ Fulienfis amplexa Institutum, in eo tantis ad perfectionem progressibus profecit, ut post B. memoriæ Iaquelinam, suam secundum carnem filiam, Cænobij sui in Vrbe Tolosana Priorissâ eligi meruerit, uti exemplar sacri rigoris, humilitatis, paupertatis & patientiæ omnibus facta, excocta senio & labore sanctissimo fine requievit. *Carol. à S. MARIA, Chrysol. Henriqu. t. 2. Sanct. Ord. Annal. nostr. &c.*

V. Margarita Priorissa.

Rigidum amplectitur Institut.

Fit Priorissa.

X. CAL. DECEMBRIS.

XXII. Novembris.

D.

Festum S. P. N. Extatici.

Festum sive Commemoratio Patris Extatici, sive Raptus & extasis dulcissimi & Admirabilis Patris nostri BENEDICTI. Quo nimirum grata memoria, à terra ipsius posteritate filiorum recolitur Sanctiss. Patriarchæ, vita in terris planè Angelica & cælestis, qua supra elevatus, &, quod ait Magnus Greg. noster, *extra se positus*, necessitatis pene corporeæ oblitus, dies noctesq;

Vita Angelica.

Divinis intentus fuit, totis hebdomadibus, juxta semel, bisque modicissimum cibum, gustavit verius quam sumpsit; somno, stando, vel modicè se acclinando, pauxillum indulsit; ac proin illuminatissimus, quæ oculus non vidit, auris non audivit, intuitus, mundum universum sub uno velut solis radio aspexit, & angustas Creaturas, in amplitudine cre-

Abstinètia.

Sublevatissima mens.

creatoris sui contemplatus, elevatissimis, mente oculo, abditissima, procul posita, quin & futura perpexit, amore Numinis raptus, absorptus, atque exhaustus, ipso etiam Angelico vultu latentem gratiam prodidit, circa quem nimirum, tanta, ut ait Magnus Doctor, claritas excreverat, ut in terris positus in cœlestibus habitaret. *Ex tomo de Vita S. P. N. S. Fausto, Victore III. Iepes, Gerardò Belga, &c. t. 2. Sanctorum Ord. &c.*

Claritas mira.

S. Columbanus Junior.

In Monasterio Luxoviensi S. Columbanus, vulgo Junioris, Monachi & Confessoris. Columbanus Junior magni illius Columbanus senioris discipulus & cognatus perfectionisq; æmulator strenuus, admirabili vitæ puritate atque innocentia enituit, adeo quidem, ut silvestria etiam animalia, & pavidissimæ volucres sanctitatem tanti viri quasi admiratæ & veneratæ, eidem obsequiose adessent, promptè obedirent, vocanti seu innuenti occurrerent, ac veluti catelli domestici, tam innocentibus sanctissimisque manibus, absque timore ullo se contrectari permitterent & gauderent. Eum magni fecit Abbas ipse Columbanus, & charum habuit mortique proximum, utpote magnæ spei juvenem, cum omni modo & ardentissimis precibus, superstitem sibi suisque relinqui ad solatium à DEO contendit. Visus tum quidam ægrotanti splendido vultu, ac cœlesti vir forma, qui patris sui preces ac lachrymas obstare dixit, quo min⁹ ipsum ad parata jam cœli præmia & gaudia æterna, moriturum abduceret: quod audiens sanctus juvenis, in lugubres resolutus questus, Abbatem per nuncium accersitum sedulo, obtestatus est, ne obicè porro seu moram destinatæ jam sibi beatitati ponere pergeret, eq; hanc lachrymarum valle eluctantem, & jam jamq; emergentem detineret. Exauditus proin ab amantissimo patre, sacroque viatico ab eodem refectus, sumpto pacis osculo, cum licentia & benedictione Abbatis, è molelestissimo carnis ergastulo hilaris evolavit; sepultus in Monasterio suo Luxoviensi, famæ deinceps & miraculorum gloria ad mortali in corpore superstes. *Bibl. Cluniac. Petrus Equil. Monim. Luxov. Arn. Duac. Hug. t. 2. Sanct. &c.*

Fera & volucres ipsi obsequuntur.

Magni fit.

Ægrotat.

Impeditur ne moriatur.

Dimittitur exorat.

Miraculis claret.

Consecratio S. V. Villibrordi.

Romæ Consecratio San. Villibrordi primi Ultrajectensium Pontificis, Magni Apostoli & Archiepiscopi Frisæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Embricæ, Vlissingæ, Cliviz, Geldriæ, Transiselandiæ & plurimarū

aliarum provinciarum. Facta est autem solemnis hæc ejus consecratio, & ad Gentium Conversionem Apostolica missio per Sergium Papam, pridie S. Clementis Papæ & Martyris, in cuius rei memoriam, solemniter item nominis mutatione idem Sergius ipsum CLEMENTEM deinceps appellari voluit. Festum sanè, si quod ullum aliud, tanquam Salutis suæ alterum quasi initium, ab universis illis gentibus, merito, solemnissimis plausu & grati animi festis, quotannis festivissimè recolendum. *Ex div. rer. Belg. script. Vita auct. Hugone, Annal. nostr. Germ. & Bened. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Mutatio nominis.

Festi celebritas.

B. Henricus S. R. E. Cardin.

In Gallia B. Henrici S. R. E. Cardinalis Episcopi Albanensis miræ sanctitatis & humilitatis viri, Henricus de Marciaco, juvenili ætate tantis jam in cucullo virtutibus enituit, ut vix virilem ingressus, summis omnium votis ad summos honores expeteretur, quos quidem tanta contentione ipse declinavit, ut precibus penè insuperabilis videretur, imberbis etiamnum Altæcumbæ Abbas renunciatus. Tolosanus postea summo omnium applausu Pontifex electus, pia obstinatione adeo obnixus est, ut hac una vice de ardentissimis eligentium votis triumphasse videatur. Claravallis autem Abbas creatus, nihil profecit tergiversatione, quamvis diu oblectatus, quo ex honore ad eminentissimum Purpuratorum Ecclesiæ Patrum Senatuum evocatus ab Alexandro III. parere coactus est, & galorum

Tolosanam cathedram respuit.

Humilitas.

Fit Cardinalis.

admittere, quem quidem admirandis virtutibus ornavit, & præclarissimis meritis, universæ se Reipublicæ Christianæ commendavit, tanti à Patribus factus, ut Lucio III. Pontif. Maximo è vivis sublato, & Urbano ejusdem successoris post biennium defuncto sanior sacri Senatus pars Henricum in summæ Maiestatis cathedram, sed frustra evehere laborarent, cum ille suo more constantissimè obnixus, apertissimè denunciaret, nunquam futurum deinceps ut ullum deinceps honorem seu munus admitteret, quam ut Crucem Domini sui contra infideles prædicaret. Evicit omnium conatus vir Sanctus, & memorabili ad omnem posteritatem exemplo, arduum prædicandi munus, & maximos labores, summo in terris honori præponens. Crucemque contra Mahometanos prædicans, summa felicitate gravissimū negotiū confecit, Imperatoremque ipsum Regesq; Galliæ atq; Angliæ Cruce

Summum Pontificatū recusat.

Crucem prædicat.

Pacem co-
ponit.

Ob. 1187.

SS. Marty-
res.

Pasch. 1536.

B. Gregori-
us Abb.

B. Henricus
Rex Lusit.

Laudes ejus

S. Trudo
Mon.

Regium ge-
nus.

Mira pue-
ri liberali-
tas.

signavit. Et tandem Atrebatum, composita pace inter Comitum Flandriæ & Atrebatenses, ante altare Divi Andreæ Apostoli inter orandum piissimè in Domino obdormiit Anno Christi 1187. *Baron. Ferd. Vghellus, Crantzius, Ciaconius, Manriq. Anton. Casarius, tom. 2. Sanct. Ord. &c.* Cujus diem Natalem diversi diversè admodum referunt

In Anglia natalis Sanctorum Martyrū Richardi VVohitingis Abbatis Glastemburiensis, & Ioannis Torne, atque Rogerij Iames, ejusdem Cænobij Monachorū: qui ab Hæreticis comprehensi, & pro confessione Fidei suspensi, ac in quatuor partes secti, coronâ Martyrij promeruerunt, sub Henrico VIII. Apostata Rege A. C. 1536. *Theatr. Cathol. & Protest. Rel. Menol. Henriq. Annal. nost. &c.*

In Diocesi Lemovicensi B. Gregorij de Cardalaco Abbatis Oblunensis, revelationibus, sanctitate vitæ, & humilitate clarissimi. *Abraham, Bzovius, Henriq. t. 2. Sanct. &c.*

In Hispania depositio gloriosæ memoriæ Alphonsi Henriquez, primi Regis Lusitanæ Sacratissimi Ordinis Equitum de Ala sub Regula Beatissimi Patris nostri BENEDICTI, & Cisterciensium nostrorū constitutionibus Conditoris & Militis. Fuit Alphonsus, eleganti forma vir, quototius oris gravitate militarem severitatē præferabat. Ob eximias virtutes amori erat civibus, terrori hostibus; fidens animi in rebus arduis; & tanquam alter Scipio, quicquid animo decreverat factum putabat, ut sæpè rerum exitus probavit.

Animi & corporis viribus cum optimis quibusque Principibus comparand^o. Gladio tam feliciter usus, ut quocunq; præliando se converteret obvios quosq; longè lateq; demeteret. Et tamen cū rebus bellicis tam diligenter incumberet, tamè pijs ac Religiosis nihilo segnior vacabat: quid enim temporis à bellorum tumultibus reliquum habebat, totum id in Monasterijs templisq; ædificandis collocabant, quorum numerus (miranda res) ad centū quinquaginta fertur pervenisse. Monachorum nostrorum directione totū permisit, donec quo poterat meliore modo in sortem eorumdem cooptatus, dignissimo illi atque utilissimo Reip. Christianæ Instituto de Ala sese devovit, & vitam verè Religiosam, imo sanctissimam instituit. Ei titulum Regium Mellifl^o Doctor noster ab Innocen. III. Pont. Max. impetravit, quo tamen humilis Princeps ad usque tempora Alexan. III. ut uteretur per suaderi non potuit. Ipsum magnis favoribus DEUS effecit, eique aliquando ea specie, qua olim fuerat in crucem actus apparuit, allocutusq; benevolè, scutū ipsi Passionis suæ insigne, quinis vulneribus interpunctum, quale postea Lusitanis Regibus perpetuum fuit, ostendit, & concessit. Obijt primo supra nonagesimum ætatis An. C. 1185. magnis perfunctus honoribus, clarus triumphis, cum magna sanctitatis opinione, quam eximij oraculis miraculisq; deinceps Numen evidentissimè comprobavit. *Ant. de Vasconcellos in Anacephal. Reg. Portugall. Bern. Brito, Chrysof. Henriq. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Pia exerci-
ta.

Quot sacra
loca stru-
xerit.

Rex decla-
ratur.

Christus ei
apparet.

Insignia
Portug.

Miracula.

IX. CALEND. DECEMBR.

XXIII. Novembris.

E.

In pago Hasbanio S. Trudonis Presbyteri & Confessoris. Trudo Regio Francorum Principum, & Austrasiæ Ducum ortus sanguine, vetustissimæ generis nobilitati ornamentum longè præstantius, insigni vitæ sanctitate copulavit. Puer etiamnum mira in pauperes propensione & benignitate enituit, ita ut inter ardentissimum hiemis frigus, minimè se contineret, quin tunica se propria exueret, & obvium quemvis nudum seu inopem tegeter. Insigne illud etiam pueri miraculum, quo cæcæ mulieri visum restituit, eidemque in se injuriæ ac pessimè meritæ, quæ cum in ipsum contumehosa lapides, quos in templi formam puer composuerat, pe-

de subvertisset, ulciscente quamprimum numine cæcitate percussa miserè luit, donec miseratus Trudo puer, & populi exoratus precibus, sua oratione ipsam illuminaret. Ludos, venationes, delicias omnes à patre alijsque propositas, mirè abhorruit, & qualiter Divino sese servitio emanciparet, jugiter animo suo volvens, quod literis institutus non esset, impedimento sibi esse ratus, clavem omnis scientiæ, multis suspirijs à DEO flagitavit. Iustus Cælesti per Angelum oraculo, Sanctum Remaclum nostrum adire, Tungrensium Pontificem, plenissimam litterarum consequuturus scientiâ, ejus Magisterio se subdidit, & litteris & rarissima lan-

Pueri mi-
raculum.

Omnia
mundi a-
versatur.

Ab Angelo
ad S. Re-
maclum
mittitur.

ctita-

Prædictio
S. Remacli.

Apostolatus
promittitur

Condit 2.
Monasteria

Hasbania
Apostolus.

Tutelaris.

Monasterii
S. Trudonis

Trudonopo-
lis.

Stupenda
miraculorū
virtus.

Mors felici-
sima.

Mira fra-
grantia.

citare mirificè profecit. Ei Remaclus jam tunc divino edoctus Spiritu eventuræ prædixit: *Benedictus*, inquit, *Tu filii à Domino, cuius providentia cælis destinatus, misericordia mundo es donatus; Virtute animaberis, sapientia doceberis, & usque in Evangelicum fidem servum crescens, ad parandum Domino plebem perfectam constitueris, &c. Debetur etiam tibi non modice APOSTOLATUS gentis hujus Hasbanicæ, ut cum verbo docueris, exemplo informaveris, ipse quoque in gaudium Domini tui cum beato EVGE inducaris, &c.* Ita Remaclus. Duo insignia Cænobia condidit, congregatque frequenti numero Monachis, verbo & exemplo, ut Remaclus prædixerat, nō cænobitis solum, sed & vicinis imo remotis etiā populis mirè præluxit, prædicationisque gratia & fructu longè felicissimus, Hasbania grandi & æterno cum merito ab infano idolorum & dæmonum cultu revocata, dignissimo titulo HASBANIORUM APOSTOLUS appellatus, & à morte DIVUS TUTELARIS adoptatus est. Cujus deinceps ab nomine cognominatū Cænobium, Sanctorum virorū & Doctorum copia frequentissimum plurium de Germania & Belgio imprimis meruit, easque amplissimas provincias torrente doctrinæ salutaris irrigavit, fecundavit, cui eidem Cænobio urbs *Trudonopolis* succrescens, originem suam merito agnoscit, æternū veluti tantorum meritorum, & Apostolatus gentis illius erectum monimentum. Claruit eximij cum in vita, tum post mortem miraculis Beatiff. Trudo, ita quidem, ut quotidiano & frequentissimo ægrotantium concursu, plerumq; triceni, aut quadrageni, interdum etiam centeni una eademq; die prodigiosissimè curarentur, pleriq; conspecta solum à longè ejusdem Ecclesia, antequam eo peterent seu venirent, voto jam suo satisfactum gauderent. Moriturus Trudo, cum cæcites sibi occurrentes intueretur, protensis manibus, corpore toto in occursum erecto, ingeminato Crucis Dominicæ signaculo: *Dirige*, inquit, *Domine viam famuli tui in conspectu tuo*, in manus Salvatoris caput reclinavit & spiritum tradidit. Delatus inter ferventissimas omnium complorationes ad tumulum, miram cælestis odoris redolevit fragrantiam, ita quidem, ut prodigioso fumo templum implente, nec fratrem quispian, in vicino positum ritè agnosceret. Ex Vita per Theodoricum Monachū ab eodem ex ipsis mortis faucibus ereptū, *Abb. S. Trudonis, Annal. nost. Iepes, & div. rer. Belg. script. &c.*

In Hibernia Sancti Congelli Abbatis multorum Monachorum patris. Hic facti exercitus nostri in Hibernia Antesignanus, de diversissimis regnis ac provincijs immortaliter meritus, cum militem sacrum Christo conscriberet, admirandis paulo post auctus successibus, crevit in gentem magnam, tanto è sæculi fluctibus emergentium, ad ipsum concursu facto, ut paulo post multorum millium Abbas efficeretur; de cujus fecunditate etiam Germania nostra & Gallia fructum capientes, alios inter præstantissimæ virtutis viros, dignissima Benchorensis Cænobij germania, Columbanum, Gallum, & magnaldum accepere; & solus quidem Luanus, ejusdem Congelli discipulus, in patrio solo, centum omnino Cænobia extruxisse memoratur. Claruit magnus hic Imperator noster, ante Columbanum in Gallias & Germaniam adventum sub Annum Christi 600. *Ex diversis rer. Hibern. script. Manuscript. diversis, t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Congel-
lus Abbas.

Multorum
millium
pater.

Germaniæ
& Gallias
demeretur.

Clar. 600.

B. Guilelm.
Episc.

Episc.

Altius pro-
moveretur.

Ob. 1223.

Insigne elo-
gium.

Epitaphiū.

In Gallia depositio Beati Guillelmi Episcopi & Confessoris. Guillelmus de Seligni de Garlanda, è sanguine & cognatione Melliflui Doctoris nostri Bernardi oriundus, frater Manassis Aurelianensis Episcopi, ex Decano Cathedralis Ecclesiæ Antiodorensis, ejusdem Pontifex renunciat, magna cum virtutis commendatione annis tredecim utilissimè præfuit, inde autem ob vitæ merita, cum & in Divinis rebus probatus & ad dicendum instructus, latè celebris haberetur, eodem nomine Honorio III. Pont. Max. clarus, ejusdem jussu Parisiensium Pontifex designatus, paulo post, omnes mundi honores aspernatus, Pontiniacum concessit, & in cucullo senectutem suam Domino consecrans, ibidem non sine magna sanctitatis opinione decessit Anno Christi 1223. Eum insigni titulo B. Vincentius Belluacensis honorans ECCLESIASTICÆ LIBERTATIS DEFENSOREM MIRABILEM appellat. Sepultusque in Capella S. Thomæ Martyris in prædicto Cænobio, hoc Epitaphio commendatur:

Laudibus immensis reverendi Parisiensis

Præfulis, hæc fossa Guilelmi continet ossa.

Rob. Altiflod. Rigordus, Seguinus, Trith. Bellarm. Henriq. Possévinus, Eisengrin. Montalbo t. 2. SS. Ord.

In Monasterio Hemerodensi, B. Gosberti Conversi, qui diu in Monasterio illo

sanctissime conversatus, & diuturna poenitentia excoctus atque in Virtutum gratia consummatus, appositus est ad patres suos. Cumque pro ipso ex more preces perfolverentur revixit: & accurrentibus omnibus, interrogatus, quidnam vidisset, vel quomodo fuisset ad vitam revocatus, respondit: Mox atque expiravi, ductus sum in locum amoenissimum, & nimis deliciosum, arboribus consitum, & pulcherrimis floribus ornatum (verba B. Cæsarii ponimus) & occurrentes mihi speciosissimi juvenes, à quibus officiosissime fuit salutatus, cum multa alacritate ante Reginam Cælorum deduxerunt; ad cuius pedes posita est mihi sedes: in qua, cum summa exultatione sederem, iussus sum iterum ad corpus redire. De quo sum moperere dolens, hæc verba consolationis audivi: Ne tristeris, quia tibi sedes hæc reservabitur, & post dies paucos reverteris ad eam. Inter alia vero ædificationis verba; Vos, inquit, numeratis annos Conversionis vestræ, alius quadraginta, alius triginta, alius decem: ego vobis dico; Ille verè beatus est, sive Monachus, sive Con-

versus, qui bene uno anno, vel mense, vel quod minus est, una hebdomada in Ordine conversatus fuerit. Ita redivivus hic & vere Beatus. Supervixit triduum, & ad paratam sibi, ad pedes unicæ Tutelaræ, Reginæ Angelorum, sedem latibundus remigravit. *Cæsarius Heisterb. libr. II. Aug. Manriq. Henriq. tom. 2. Sanct. &c.*

In Monasterio Nivigellensi, depositio Sanctæ V. Viltetrudis Virginis & Abbatissæ. Fuit hæc Illustrissimo nata genere, Ducis Pipini proneptis & Magnæ illius Nivigellensis Abbatissæ, Sanctissimæ Principis Gerardæ neptis, cujus virtutes & sanctitatem adeo feliciter est æmulata, ut haberetur dignissima, quæ vestigia ejusdem premens vita sanctæ in honore succederet. Fuit, ut mira vitæ puritate, sic miraculorum gloria celeberrima, & imatura morte ad vitam, & Virginum Sponsi castissimos vocata amplexus, anno ætatis suæ trigesimo decessit. *Ex diversis rer. Belg. script. tom. 2. Sanctorum Ordin. Annal. nostr. Germanicis & Benedictin. &c.*

Insigne documentum.

Denuo moritur.

S. V. Viltetrudis Abb.

Illustrissimi generis.

Imatura morte decessit.

IIIX. CALEND. DECEMBR.

XXIV. Novembris.

F.

S. Maria V. & Mart. Cordubæ, Sanctæ Mariæ Virginis & Martyris, quæ post diuturnos carceres, in persecutione Arabica gladio interempta est. Hæc non infimi generis nata parentibus, Christi tamen causa exulibus, Ordinem nostrum in celebri Beatissimæ Matris Virginis Cateclarensi Cænobio professa; ibidem magnos ad perfectionem progressus fecit, tantumque profecit, ut supremam Martyrum laureolam mereretur. Cum enim frater ejusdem germanus Sanctus Valombonus Monasterii Sancti Felicis Monachus, felici Martyrij agone cursum vitæ huius gloriose consummasset, crebriusque illa fraterni vultus obtutum desideraret, apparuit alii cuiquam, Religiose item, Valombonus, & Mariam sororem bono animo esse iussit, quod nimirum paulo post secum futura, & quidem in omnem æternitatem esset, quo Mariagermani promisso adeo accensa est, ut omnem sibi moram intolerabilem experiretur, & jam porro dilationis impatientis, sponte egressa Cænobio, Iudici sese mira magnanimitate susteret, & Christi nomen lumina constantia ac fervore professa impia Mahometis dogmata rideret

ac convelleret, qua Virginis tenerrimæ exprobratione & Virtute confusus Iudex atque excandescens conjectam in vincula, & duriter habitam, post longam carceris macerationem, pronunciata demum sententia capitis damnavit; quæ libens supplicium subit, & hilaris data cervice, ad triumphos æternos, & Christi Virginum sponsi, fratrisque Valombonsi amplexus in cælos evolavit. A. C. 851. *Ex Memor. A. C. 851. S. S. S. Eulogii, Ambrosius Moral. Alph. Villeg. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In territorio Arvernensi, Sancti Portiani Abbatis, qui sub Theodorico Rege miraculis claruit. Portianus, servili conditione natus, ab eo, apud quem nulla est personarum acceptio, ad sublimem perfectionis statum vocatus supra omnem Regum majestatem Sanctitatis fama & Numinis favoribus excelluit. Is servus primum Domini cujusdam, admodum immitis & barbari, ad Arvernense plerumque Cænobium confugit, siquid ferocior herus ipsi succensuisset, Abbatem nimirum, præcipua auctoritate virum, ut se excusaret exorans. Eum inde aliquando cum reducere iratus Dominus conaretur, cæ-

capite ple-

A. C. 851.

S. Portianus Abb.

Servilis eius conditio.

Dominum suum curat citate repentina percussus est; quem iussu Abbatis, impositis solummodo super oculos ejus manibus, Portianus prodigiose curavit. Monachum postea, minime deinceps adversate hero ibidem professus, quin & temporis progressu in Clerum lectus, Abbati demum suo succedere meruit. Fuit rigidus sui corporis tortor, post longa jejunia, æstivo calore exsucco ori, majoris cruciatus ergo, non aquam, sed salingerens, ex quo, licet aridum os, non nihil humesceret, sitis tamen gravi cum dolore magis accenderetur. Theodorico Arvernenses fines vastanti occursum, & veniam populo rogaturus, à Siginaldo exercitus Duce peramanter exceptus, propinato poculo constanter renuit, quod nec hora debita (ex præscripto nimirum Sanctissimæ Regulæ) esset, nec dum Regi occurrisset, & quod potissimum ingerebat, pensum orationis solitum nondum Numini perfolvisset. Perurgente nihilominus instantissime Siginaldo, ubi primùm Cruce signavit poculum vir DEI, ruptum id illico in partes est, vinumque cum ingenti quodam serpente in terras effusum. Occurrit ad miraculum cum Rege ipso universus exercitus, fimbriam vestis ejus certatim exambientes, & facile jam impetrat à Rege, quidquid oratum venerat Portianus, provinciâ clade ingenti liberat, captivos libertati restituit, & immortalis merito universis consulens posteritatem omnem demeretur. Portianum varie demon tentavit, & exagitavit, visibili etiam aliquando forma, & metuendo prælio aggressus, de quo tamen invictus Christi pugil, Crucis salutiferæ objecto signo mirè triumphavit tandemque virtutum manipulis locuples ad cælum evolavit, etiam à morte miraculorum gloria illustratus. *Clar. 610. Claruit A. C. 610. Ex Greg. Turon. Galefin. Mauro. Felici, Molanus, tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

Ingeniosus sui ipsius tortor. Venetiis Beati Vrsi Participatii ex Duce Venetorum humilis Monachi, actandem ejusdem Urbis Episcopi. Vrsus Participatii, sive Badoarius, cognomento Paureta, Ioannis Participatii Ducis Venetorum filius, & ipse pro insigni morum elegantia & majestate, cum celebri prudentiæ laude conjunctis, Venetorum Dux electus, Magistratum illum undecim annis, maxima cum dexteritate ac felicitate gessit, honorem & potentiam Serenissimæ Reip. plurimum promovit, plurimisque rebus fortiter & præclare gestis, Christi demum anno 923. (alii 932. numero

inverso, contendunt) stupentibus universis Magistratu se sponte abdicavit, Monasteriumque Sancti Felicis de Amiano ingressus, mutata cucullo purpura, longè illustrior illo quam ista enituit, totumque divinarum rerum studio ac fruitione sese impendens, mira paulo post vitæ perfectione excelluit; adeo quidem ut illustrissima miraculorum attestazione famuli sui merita DEVS à morte fidelibus commendaverit, eoque sibi nomine haud immerito Venetorum Respubl. gratulata sit; habuisse se è Ducibus, quos non solum rerum gestarum gloria & magnitudo univertarum orbe celebres reddiderit, sed & quos vitæ sanctitas ad cælum usque & supra extulerit, quosq; DEUS in sublimissima constitutos specula, Urbis præfides & Tutelares advocavit, & designavit. Extractus denique Cænobio, eidem cui olim miles præfuit Reipublicæ Pontifex etiam præesse iussus, sequenti statim post consecrationem anno, felici morte vitam abruptit, cum prius S. Laurentii Virginum nostrarum Cænobium condidisset, eique Ioannam sororem suam præfecisset. Obiit A. C. 942. *Ex Dandolo, Henninge, rer. Venet. Script. div. Annal. nostr. t. 2. Sanct. &c.*

Venetæ Reip. felicitas.

S. Principes iidem Tutelares.

Fic Episcopus Vrsus.

Obiit 942.

B. Nicolaus mon.

Pietas in pauperes.

Puerulus ipsi apparet.

Inter brachia disparet.

Insigne meritum.

Demonem profugit.

Clar. 610.

B. Vrsus Dux Venet.

Magistratum se abdicat.

In Belgio Beati Nicolai Monachi & Confessoris, viri charitatis operibus impense dediti, quibus quidem quantum delectaretur bonum Numen insigni prodigio eidem ostendit: Cum enim inter ferventissimos nivium algores, in itinere quodam constitutus, famulo præmissis, solus oberraret, reperto inter nives resistente trienne, ut videbatur elegantis formæ puerulo, flente atque ejulante, equo quamprimum descendens Nicolaus, complexus flentem, collachrymatus, cum causam lachrymarum sciscitaretur, tacente puero; *Vbi, inquit, est mater tua? Nunquid perdidisti matrem? Ad quas interrogationes fortius ejulans puer, tandem in hæc prorupit: Heu me, heu me; quare non flerem? quare non ejularem. Ecce vides quod egegens, solus, & in frigore sedeo, & non est qui colligat me, & hospitium præstet.* Elevavit proin Nicolaus puerum, strigensque brachiis atque osculatus: Cesset jam flere, inquit dilectissime, ego siquidem ad hospitium portabo te, & faciam enutriri, cum inter brachia equum ascensuri puer disparuit; & Nicolaus Christum ipsum fuisse agnoscens altum fiens, & inconsolabiliter, repertas à famulo levatusq; in equum & in hospitium ductus, cum causam fletus rogaretur, respondere aliud non potuit, quam:

In quibus quam: *Hec me puer bone, puer pulcherrime, quare me dereliquisti? Cur abijisti tam cito? Cur te perdidisti?* Decessit tandem vir sanctus agone feliciter consummato, virtutibus & meritis plenus, ad eum, quem in terris positus tota devotione dilexit, & fovit. *Philipp. Sequinus, Thomas Cantiprat. Henric. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Balsamus In Calabria, Monasterio Cavenfi, Sancti Balsami Abbatis & Confessoris. Hic velut *balsamum aromatizans*, in plenitudine sanctorum sanctissimi & frequentissimi illius Archisterij Cavenfis, *dedit suavitatem odoris*, perfectissimæ vitæ exempli, propter quod ipsum, è tanto lectissimorum Fratrum numero Dominus & Abbas, ordine decimus, appellatus, uti honore prælati est cæteris, ita virtutibus eminere laboravit, tanta quidem perfectione suos instituens, ut Cavenfis Congregationis Cœlesti fragrantia, non Calabria solum, sed orbis terrarum repletur univertus. Præfuit annis 24. mortuusque est Anno CHRISTI 1232. *Ex Monim. cclebr. Monach. Cavenfis, Iepesio, Hugone, Arnoldo &c. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Antonia Nunnez. Eboræ in Lusitania Beatæ Antonie cognomento Nunnez, nobilitate generis & virtutum splendore celeberrimæ. Hæc sæculi calcatis voluptatibus & honoribus, magno animo Christi jugum amplexa, eidem se solemnibus Religionis votis, in Monasterio Sancti BENEDICTI de Castris emancipavit, in quo magnos in studio progressus faciens, pietate erga DEUM, & charitate erga proximos præcipue eluxit.

Augustissimam Cœlorum Imperatricem MATREM VIRGINEM, summo cordis affectu coluit: quam cum post multos in Ordine exanthlato labores, ultimum ageret Spiritum, religiosissimæ tantæ Dominæ famula Antonia intueri meruit. Cumque DEIPARA ad Filium suum mundi Salvatorem, quem inter ulnas fovebat, pro ipsa supplices preces interponeret, ab eodem facili in preces matris, statim exauditus, requiem & salutem æternam promisit, ad quam, post tantæ promissionis factam sibi revelationem felix Antonia, *Requies æternam eidem corporis sarcina, statim emigravit. Bernard. de Brito, Chrysof. Henric. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Gallia Translatio Sancti Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis, præcipui DEIPARÆ cultoris, è Monasterio Soliacensi, in quo felici morte decesserat, ad Cœnobium Pontiniacense, quam ipse paulo ante mortem, cum Pontiniaco Soliacum fecederet, valedicens Fratribus, lugentibus ob ejus abitum, prænuñciavit his verbis: *Ad proximas Beati Edmundi Regis & Martyris ferias, revertar ad vos. Et ecce, res mira! cumque nuncio de obitu ejus accepto, promissum illud, hominis propositum interpretati, de reditu ejus jam desperarent, ipsa quam prædixerat die, sacrum ejus corpus advectum est, & post quatuor demum dies digno cum honore sepulchro reconditum. Monolog. Henric. tom. 2. Sanct. Ord. Ex Vitæ ejusdem Sanct. &c.*

VII. CAL. DECEMBR.

XXV. Novembris.

G.

S. Vimochus IN Britannia Minori, sive Aremorica, Sancti VVimoci, Iudicælis II. Regis filij, & Confessoris. VVimoch, avo, patre, fratribus, cognatis, uno omnium animo, Regni contemptu, cucullo, & rara vitæ sanctitate gloriosissimis & celebratissimis felicissimus fuit, quorum studia & propositum, digna æmulatione strenue imitatus, & perfecte assequutus, cucullo magis quam purpura extiplenduit. Monachum autem, in eodem, quo avus paterque, Sancti Maini Cœnobio professus, tanta humilitatis, obedientiæ, rigoris, pietatis, & quotidiana quidem, in Regijs illis Monialis exempla vidit, ut ad tantam profecisse perfectionem mirum non sit, patre, ac cognatis, mutuis sese cohortationi-

bus atque exemplis, non aliter, atque quatuor illa animalia, requiem non habentia, perpetuo velut alarum motu, percutientibus, & concitantibus, quorum sanctis vestigijs adeo firmiter VVimochus inhaesit, ut pro hoc, quod cum illis Regnum in terris transitorium reliquit, æternum receperit. Est autem diversus VVimochus à VVimoco, de quo sexta mensis hujus egimus, qui germanus ejus extitit frater, & in Flædria, hic autem in Minore Britannia corporis exuvias deposuit. *Vincent. Bell. Arn. Duac. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Viennæ in Gallia Sancti Ioannis Monachi. Ioannes cognomento Francardus Regulam Sanctissimi P. N. BENEDICTI sub Sanctissimo Cœlestinorum nostrorum am-

Fit Prior. amplexus Instituto, disciplinæ Monachicæ studio addictissimus, progressusque de virtute in virtutem, Aquilani in Aprutio Cœnobij Prior esse meruit, & illustri miraculorum gloria à DEO donatus effulsit. Ea inter, cognatam sibi foeminam ægro tantem prodigiosè restituit, cum illi panem à se benedictum submisisset. Sterilem alliam, mirè item juvit, quæ precibus se ejus commodans, benedictione ab ipso accepta, foetum concepit. Insigne & illud ejusdem miraculum celebratur, cum pestilenti grassante lue, quidam eadem graviter laborans, cum jam conclamatum de salute & vita ejus esset, solo scapulari ejus parti morbida admoto, statim curatus est. Obijt felicissime Ioannes An. Ch. 1478. à morte etiam, meritorum ejus magnitudine miraculis commendata, cujus prolixiorum vitæ descriptionem necdum habere meruimus. *Tom. 2. Sanct. Ord. ex monim. Cælest. Hug. Men. &c.*

S. Adelhardus. In Germania, Ducatu VVirttenbergenfi, Monasterio Sancti Aurelij Hirsaugienfi, natalis Sancti Adelhardi, Monachi & Confessoris. De eo sic Manuscripti Hirsaugienfes: B. Adelhardus, Monachus Sancti Aurelij, vir sanctissimæ conversationis & vitæ, nec non scientiæ tam sæcularis, quam Divinæ peritus. Hic cum esset virtute consummatus, exemplar tamen patientiæ instar Beati Iob factus, oculorum lumen amisit, capitisque dolores quæ maximos sustinuit, & cum à DEO tantis probaretur tentationibus, in oratione tamen contemplatione assiduus fuit. Nam ejus vitæ puritas DEO tam grata fuisse legitur, & spiritu Prophetico illustratus, triennio priusquam moreretur, obitus sui diem & horam prædixerat. Moritur vir DEO charus Anno Christi 923. 7. Cal. Decembr. *Ex Manusc. cit. Annal. nostr. Germ. & Aquila, tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Conradus. In Germania, Beati Conradi, Monachi, qui postquam sæculi armis diu exercitus, vanitatis ejusdem pertæsus esset, sacra Religionis Monachicæ arma in Monasterio Heisterbach amplexus ibidem novum integritate, ac disciplinæ Regulæque Regi totos quinquaginta annos militans, emeritus, cum jam centum ætatis aënos numeraret, ad coronam gloriæ pervenit, cujus obitus mox futurus, Lambertus ejusdem Cœnobij Monacho per visionem ostensus fuit, quod cum ipsi Sancto Seni idem Lambertus prænuñciare non

dubitaret, tatum abest, ut eo nuncio perterrefactus sit, ut etiam mortem se pridem expectasse testaretur: *Non curo*, enim, inquit, *& modo vellem esse mortuus*, subjecit. Infirmatus autem sequenti statim die, tantis tam diuturnæ militiæ & vitæ defunctus laboribus ad requiem migravit. *Cas. Heisterb. Cisterciens. Chrysof. Henric. tom. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Touffanus. In Monasterio Cluniacensi depositio B. Touffani Monachi ejusdem loci Prioris, Touffanus, dignissimo nomine, quod lingua Gallica, *Omnes Sancti* interpretatur, appellatus, omnium Sanctorum, Veterum in primis sui Cœnobij Patrum æmulatus studia, serum sanctissimi illius loci decus, & pristinæ sanctitatis speculum fuit. Fuit Ambianensis patria, nepos Sanctæ Coletæ Institutricis Sactimonialium vulgo Colletarum, & vitæ exemplo, & diligentissima disciplinæ Monachicæ observantia summè venerandus. Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris cultui & obsequio cum præcipue addictus esset, hæc ipse die Martyrio ejusdem consecrata, anno ætatis suæ 66. decessit, *in cuius morte*, inquit vitæ Auctor, *signa plurima Divinitatis apparuit.* Claruit sub Odone II. Abbate sub Anno Christi 1420. *Chron. Cluniac. Hugo Clar. 1420 Menard. Arnold. Duacen. tom. secund. SS. Ord. &c.*

S. Guillelmus. In Gallia obdormitio B. Guillelmi S. R. E. Card. Episcopi Albiensis, profundissima animi demissione & magnis virtutibus eminentissimi. Ejus elogium breve his verbis Sequinus pertexit: *Guillelmus Culti, Cœnobita Monasterij de Bolbona in Aquitania, vir omni virtutum genere adornatus, fide, & sanctitate magnificus, Archiepiscopo Arelatensi ex humanis sublato, summo omnium consensu Archiepiscopus creatur. Quem honorem ne acciperet, recusavit quamdiu potuit. Tamen Benedicti Duodecimi patris sui monitis acquiescens, illud onus invitatus suscepit. In Pontificatu multa successoribus doctrinæ & sanctitatis exempla reliquit; nam hospites & advenas, quotidie ad mensam adhibuit. Pauperes, & Urbanos, & exteros, benignè fovit. Infirmos consolatus est, carceribus mancipatos visitavit, pupillos & viduas defendit, orationibus & vigiliis sedulo vacavit. Hic vir clarissimus, ad tale & majus regimen satis idoneus, ab eodem Benedicto XII. Pontifice Romano Cardinalitia dignitate donatus est. Hoc usque Sequinus. Inter alia quæ reliquit pietatis monumenta, perpetua*

Saculi hores calcat.

Sancta familia.

Vit. Mon.

Deipara additissima.

Requies æternam eidem corporis sarcina, statim emigravit. Bernard. de Brito, Chrysof. Henric. tom. 2. Sanct. Ord. &c.

Translatio S. Edmundi.

Ipse vivens prædixit.

Contentio pia.

VVimochus & VVimoco fratres.

S. Ioannes Mon.

Promptitudo ad mortem.

B. Touffanus Prior.

Serum sancti Monasterij decus.

S. Catharinæ additio.

Signa celestia.

S. Guillelmi Card.

Fit Archiepisc. Arelatensis.

Illustra Episcopi exempla.

Fit Cardinalis.

tua fundatione pauperibus consulens, duodecim pauperes Theologicis studiis operam navantes, Parisiis sustentari instituit, Collegium Bernardinorum à Benedicto X. X. ibidem inchoatum absolvit, & insigni illud Bibliotheca instruxit. Fuit Cardinalis Episcopus Albiensis Tituli Sancti Stephani in monte Caelio; Obiit- que Avenione A. C. 1346. Phil. cit. Ferdinand. Vghellus, Gilbert. Genebr. Henriq. &c.

Pauperum studio fori cura.

Obiit 1346

B. Hieronymus conversus.

Florentiæ in Monasterio S. Miniatis, B. Hieronymi de Corfica Is patre Marco, matre Domnicella natus, puer cuida belli Duci inservijt, adeo industrius, ut omnia ipsi crederentur, ipse à moribus & licentia militum alienissimus. Ætatis anno vigesimo in Monasterio S. Hieronymi de Agnano susceptus, illic Sacræ Congregationi nostræ Oblivetanæ nomen dedit, magnis paulo post virtutibus excultus. Missus ad S. Miniatis, triginta ibidem annis vitam sanctissimam vixit, à magnis virtutibus & prophetico spiritu commendatus. Decessit magna animi hilaritate Anno 1479. cujus vitam scripsit F. Andreas Volaterranus. Secundus Lancelottus, Histor. Olivet. &c.

Obiit 1479

Ven. Ansegisus Archiepiscopus.

Ex Canonico Mon.

Abbas.

Apud Senonas obdormitio Venerabilis Ansegisi Archiepiscopi. Ansegisus sive Ansegilus, primo Canonicus Senonensis, inde, relicto amplissimo honore, Monachum in S. Petri Vivi Monasterio professus, Abbas postea Laubiensis creatus, cum ut generis nobilitate, sic & eruditionis laude floreret, insignem illic librum composuit, in quo Capitularia Regum Franciæ, magna diligentia & utilitate

collegit. Postremo, ob insignem virtutis opinionem, ad eam cujus olim Canonicus fuerat Ecclesiam gubernandam vocatus, & Archiepiscopus ac primas salutatus, & primatum omnem in Virtutum sublimitate posuit, eoque nomine late celebrari meruit. Eum Antonius Augustinus: *Virum laudabilem, nobilem genere, literatura magnum, & moribus honestum* appellat; Manuscriptus autem Senonensis apud Claudium Robertum, eum vocat, *Virum in cunctis optime agentem, cujus tempore Ecclesia Senonensis magno & pacifico viguit honore, & quo curante corpus sancti Romani Valias translatum est, quique septimo Cal. Decemb. deflente mundo letante calo in oratorio Sancti Bartholomei sepelitur hoc Epitaphio:*

Archiepiscopus.

Elogia digna.

Antistes Senonum, reverentia magna potentum

Ansegisus in hoc conditus est tumulo.

Ut Primas fieret Gallorum Papa Ioannes

Instituit, meritis hoc tribuendo suis. Carli Romana cinxit caput iste corona

Et dedit in cunctos Imperiū populos. Gregorii Papæ secum caput abstulit inde

Hic locus ossa fovet, spiritus astra tenet.

Claruit Anno Christi 870. & deinceps. Claud. Rob. Ant. Trith. Sigebert. Suppl. Aymoini, Baron. Odoranus, t. 2. Sanct. &c.

Epitaphiū.

Clar. 870.

In Hispania Insignis Triumphus S. Isidori nostri Hispalensis Archiepiscopi capta ejus ope prodigiola, Baetia, & Mauris triumphatis. Hist Hisp.

Triumphus S. Isidori.

VI. CALEND. DECEMBRIS

XXVI. Novembris.

A.

S. Conradus Episc.

Illustrissimum genus

Monachus Cathedralis.

Constantiæ Sancti Conradi Episcopi. Conradus Illustrissimo Guelphorū Principum natus genere Henricum patrem, matrem Hattham sive Beatam habuit, natus in avito majorum Palatio & pago Altorff, hodie à perversto Cænobio, Weingarten appellato. Inter Monachos à puero adolevit, & amorem cuculli imbibit, in celeberrimo primū Divi Galli Archisterio litteris & pietate institutus. Postea in Cathedrali B. Virginis Monasterio Constantiensi susceptus, eundem quem apud Divi Galli Magistrum, hic Priorem, vulgo Præpositum habuit, Notingum Veringensem Comitem, Sanctissimæ vitæ Monachū, cui non multo post

Pontificalibus infulis insignito, ipse in Præpositura Cathedrali succedens, labentibus dein annis, in Episcopatus similiter apice meruit subrogari. Sancto Vdalrico Augustano Antistiti familiaris admodum fuit, & insignibus tam in vita quā post mortem miraculis claruit; quæ inter celebre habetur illud, quo siccis pedibus super aquas ambulans, intoleranti prodigio suis à Deo est commendatus: Ad Divi Galli invens, etiā jam Episcopus, minime tractari ut hospes, sed ut Fratrum minimus voluit, quin & Fratribus ibidem tantus & Princeps & Pontifex, ex more Regulæ in mensa servit, lectoris etiam vices subiturus, nisi vox ejus rauca admodum, grandis & dissona

S. Notingus in utroque Monasterio ei præpositus.

Fit Episc.

Miracula.

Minister mensæ.

Tres basilicas condit.

Senatū Cathedralē auget.

Xenodochia fruit.

Ter in Palestina profectus.

Deiparam addicitus.

Araneum absq; noxa sumit.

Futura prædicat.

Ob. 976.

S. Silvester Abb.

Theologia addiscere cœlisus monetur.

& dissona, ejusdem Sanctissimæ Regulæ legibus, arceretur. Tres insignes Constantiensi in Vrbe condidit Ecclesias, Sancti Ioannis Collegiatam, Sancti Pauli, item Collegio instructam, tertiam S. Mauritiij, quas maximis muneribus auxit, eisq; domos & prædia attribuit. Ecclesiam similiter cathedralem dignissimè excoluit, pretiosissimis Sanctot. illatis exuvijs beavit, & æterno ad posteros merito Cathedralium Senatorum numerū auxit, quos religiosissimis moribus, & sanctissimis disciplinis diligentissimè instituit. Xenodochia passim plura, quo fervebat in pauperes amore, opulentum in primis Constantiæ condidit, & quæ veri pastoris fuit, magno animo, & verè paterno affectu diligentissimè exercuit. Sepulchrum Dominicum, & relicta Servatoris in ternis vestigia religiosissimè veneratus, etiam tertia vice, difficili itinere in Palesthinam usque contendit, & sepulchri illius idea trāsumpta, simile Constantiæ in Divi Mauritiij basilica exædificavit. Deiparam Virginem summa devotione coluit, cujus facellum apud Einsidlenes ipse Sacraturus, admirabili visione, illud consecrantē ipsum Christum Dominum, intueri meruit, & singulari deinceps amore sanctissimum & felicissimū locum adamavit & coluit. Araneū aliquādo, dum sacris operaretur in calicem delapsum imperterritus hausit, qui iplo ad mensam expectante, videntib' omnibus, ex ore denuo illius sine noxa prodijt. Prophetico etiam spiritu illustris, Gebhardo adolescētī Brigantino Comiti, suam absentis, per jocum Cathedrali insidenti, subito superveniens, post Gamēoldum sibi successurum prædixit, & tandem meritis plenus C. A. 976. Pontificatus 40. cælum conscendit. Ex Constantia nostra sacra prophana, &c. Tomo item 2. Constantia Bened. Chron. Guelphorum Equila Imp. Bened. & Annal. Germ. Manlio, Bruschio, Crusio, Manzusc. VVeingart. &c. t. 2. Sanct. Ord.

næ, locutus honoris electus, eo in munere verbi Divini prædicatione & vitæ exemplo, populo plurimum profuit. Cognati nobilis, & forma eleganti quondam, præditi cadaver intuitus, peracto mox funere solitudinem petijt, & illic vigilijs ac orationibus deditus, crudas sæpius herbas in cibum adhibuit. Ut autem magis lateret, sæpè mutans sedem, ad montem denique Fanum haud longè à Fabriano constitit, ibique in honorem sanctissimi Patris nostri BENEDICTI Basilicam erexit, Congregationisq; à se, *Silvestrinorum* cognominatæ fundamenta jecit, sub Regula & habitu, in visione sibi ab eodem Beatissimo Patriarcha præostensis. Tulit acetbè novi Instituti fervorem & fructum Sathanas, & odio nimio exardescens, varijs terroribus Monachos turbare conatus; de nocte Cænobij januas hostiliter invasit; à viro DEI ita repressus, ut Monachi suscepto semel in proposito etiam magis confirmaretur. Spiritu Prophetiæ aliisque donis enituit, quæ ut semper profunda humilitate conservavit, ita contra sedæmonis invidiam concitavit, à quo præceps aliquando actus, desperatam à Beatissima Virgine salutem accèpit, quod beneficium perpetua & singulari erga ipsam pietate compensare ad ultimum usque Spiritum laboravit, quem ferè nonagenarius Anno Christi 1267. DEO reddidit, insigni deinceps fructu ab Instituto ejus Sanctissimo in Ecclesiam universam redundante. Claruit mirā miraculorum & vivens & mortuus potestate, quæ inter propè Cingulum oppidum, cum multis viris primarijs discumbens, haustam terra vice è fonte aquam, solo Crucis signo in vinum generosum convertit; aliaq; memoratu dignissima plurima patravit. Eodem signo imane saxum, quod plurimi summa nervorum contentione movere nequiverant, facile movit, eodem, cæco cuidam visum restituit. Lupum cellulæ suæ custodem habuit, adeo ad mandata ejus exequenda paratū ac promptum, ut quæ non juberetur, auderet minimè, quæ juberetur illico conficeret. A quodam cive Fabrianensi contumelijs & verberibus affectus, quod illius filium ad habitū Monachalē admittere noluisset, non solū patienter tulit, sed & manum illius quæ percussus fuerat, leprosam divinitus effectā, postquam resipuisset mundatam restituit. Amorem Beatiff. Matris Virginis, suis præcipuè commendavit, à qua ipse singulariter adamatus, præter superius commemo-

Coverfonia occasio.

Eundem S. P. N. visibiliter instituit.

Spir. Prophet.

A Deipara sanatur.


Ob. 1267.

Aquam in vinum convertit.

Saxum inægens unus mover.

Lupus ei obsequenti.

In injurijs beneficus.



moratum beneficium, CHRISTUM ali-
 quādo illustri visione, speciosum præ filiis
 hominum puerum, in ulnas concessum,
 disuaviatūs, tanta deinceps in animo luce
 perfusum se sensit, ut ab eo tempore, nul-
 lus ei in sacris voluminibus locus obscu-
 rus esset. Visus cuidam, sub mortem vi-
 ri Sancti Fani mons cœlestibus lumi-
 naribus mirè collucere; quin & alij ab-
 senti, visus idem Sanctus Pater ducenti-
 bus Angelis per prodigiosam scalam cœ-
 lum conscendere. Sacrum corpus cum
 exenteraretur, adeo ab omni faetore imū-
 ne fuit, ut stupōdo tanè miraculo, suavissi-
 mi odoris fragrantia domum totam im-
 pleret, ad cuius sacri corporis contactum
 claudi duo repente sanati sunt. Illud
 etiam prodigij post mortem accidisse te-
 runt, hoc est: sanguinem ex digito alte-
 rius pedis, triduo postquam excefferat è
 vivis, mirum in modum profluxisse. *Ex*
Andrea Iacobi Fabrian. Mon. & Gen. Ordin.
Breviario Bened. Phil. Ferrar. Annal. nostr.
Bened. lib. de cult. B. M. V. tom. 2. Sanct. Or-
din. &c.

In Monasterio Vendopera Sanct. Leo-
 nardi Abbatis & Confessoris. Hic mira-
 culorum gloria S. Leonardo nostro No-
 biliacensi Abbati minimè impar, insigni
 in primis animi demissione excelluit. Cū
 autem ingens populi multitudo, ejus fa-
 ma sanctitatis ille etiam ad ipsum conflueret,
 ab impijs apud Clotharium Regem, ceu
 novarum rerum studiosior accusatus, cū
 is missis militibus pelli eum jussisset, adeo
 illi verbis ejus compuncti sunt, ut certa-
 tim cucullum ejus & Magisterium exam-
 barent. Sed & Rex errati veniam pe-
 tens, cum in accusatores rigidè animad-
 vertere statuisset à viro DEI exoratus, eod-
 em pristina restituit dignitati, & multa
 in gratiam Leonardi concessit. Inter mi-
 racula ejus memorabile illud, cum in pre-
 ces incumbenti se in sinum ejus serpens
 insinuaret, adeo non exterritum virum
 DEI, ut nec orationem interrumperet,
 nec sinum excuteret, donec finita oratio-
 ne, de more surgeret. Tum vero ad serpē-
 tē: *Eia, inquit, siquid in me potestatis desuper*
permissum tibi, effice. Nihil autem est serpens,
 & sanctitatem ejus quasi reveritus inde
 discessit. Obtinuit & illam à Numine gra-
 tiam, qualem alter Leonardus, ut quicun-
 que è vinculis ejus imploraret opem, me-
 reretur. Insigni sub finem vitæ merito
 duos, inter se graviter dissidentes, Episco-
 pos conciliavit, & in crastinum mortem
 sibi instare prædicens, uti prædixit, sic san-

ctissimè obiit. *Ex Vitat. 2. SS. Ant. Iepesio, Pe-
 tro Equilino &c.*

In territorio Remensi S. Basoli Abba-
 tis. Fuit hic in territorio Lemovicino,
 regione Armoricana, nobili genere ori-
 undus. Angeli ductu Rhemos delatus,
 Monachum in Viriziacensi Cœnobio p-
 fectus, vitam postea 40. annis solitariam
 vixit, fuitque multis à DEO prodigijs ho-
 noratus; quæ cum Ragenulpho cuidam
 innotescerent, isque ab adversarijs captus
 ad suspēdium duceretur, invocato per Ba-
 soli meritum Numine, rupto quamprimū
 laqueo, prodigiosè servatus evasit. Aliàs
 oratione sua fontem è silice elicuit, ema-
 navitq; postea sub sacro ejus sepulchro a-
 qua lympidissima, quâ varia morborū ge-
 nera pellebantur. Aper à canibus in vena-
 tione exagitatus, posita feritate ad pedes
 Basoli procubuit, canibus illico iræ & præ-
 dæ oblitus, *ex quo tempore, mos, imo virtus*
Christi, inquit Flodoardus, ad honorem di-
lecti famuli sui adhuc modo servatur, ut per-
secti famuli sui adhuc modo servatur, ut per-
mota qualibet venatio, si aggestum in circui-
tu villæ ipsius, prominentem fuerit ingressa,
nec canum ulterius insequatur aviditate, nec
venatorum appetatur audacitate. Congrega-
 vit eodem loco vir sanctus, dignos postea
 se magistro discipulos, quibus jussu Nu-
 minis nepotem suum Balsennum præte-
 cit, obitumq; suum prædicens felicissimè
 mortuus est, fidissimus deinceps Cœnobij
 sui protector, cujus injurias rigide admo-
 dū, & prodigiosè ultus est. *Flodoardus Vinc.*
in Spec. Trithem. t. 2. SS. Ord. &c.

In Monasterio Alnensi B. V. Valteri Pri-
 oris. Hic ex Canonico Cathedralis Eccle-
 siæ Leodiensis, à S. Bernardo conversus,
 Clarævallis Monachus, inter illustriora
 ejus loci tydera adeo effulsit, ut Prior San-
 ctissimæ Congregationis electus, univer-
 forum, ut pater, sic exemplar haberetur.
 Exarsit denique tantum in ipso cœlestis
 vitæ desiderium, ut nihil inhiantius, quâ,
 quod maximè metuūt mortales, dissolu-
 tionē sui corporis à Domino efflagitaret.
 Cum ergo inter orandum quotidie, hæc
 verba repeteret: *Quando veniam & appa-*
rebo ante faciem DEI? idemque semper o-
 rando continuaret, vocem hanc è cœlo
 respondentem audire meruit: *Regem in*
decore suo, videbunt oculi tui. Qua promissi-
 one cōsolatus spiritus ejus, alacriter mortē
 expectavit, quæ tandem desiderata venit.
 Dumq; vir S. Spiritū redderet Creatori,
 stella lucidissima, die clara & sole splende-
 te, super locum migrationis ejus apparuit,
 ita quidem ut in tota illa provincia con-
 spice-

Miracula sub mortem ejus.

Sanguis ex mortui pedes fluxit.

S. Leonardus de Vendopera.

Falso deferitur.

Mutatio eij eijcere volentium.

Imperium bara ejus oratio.

Serpens eij reveretur.

Pacem conciliat.

S. Basolus Abb.

Miracula.

Suspensus liberatur.

Fons prodigiosus.

Ferarum Christi, inquit Flodoardus, ad honorem dilecti famuli sui adhuc modo servatur, ut persecti famuli sui adhuc modo servatur, ut per-

Mortem prædicat.

Cœnobium à morte defendit.

B. V. Valter.

Mors ipsi amica.

Vox adijum è calo lapsa.

Stella prodigiosa.

spicetur. *Monim. Almens. Casar. Heisterb. Chrysofom. Henr. t. 2. SS. &c.*

S. Gunstan. In Aremorica Sancti Gunstani Mona-
 chi & Confessoris. Gunstanus Cœnobii S.
 Gildæ Diœcesis Venetensis in Aremorica
 monachus, ex iis quos Fratres Con-
 versos seu laicos vocamus; labore manū
 atq; animi demissione ad miram spiritus
 sublimitatem evehctus, Numini tantopere
 placuit, ut plurimis miraculis, servuli sui,
 gratissimum sibi obsequiū, & vitæ inno-
 centiam cōmendaret. Claruit sub Vitale
 ejusdem loci Abbate obiitq; apud castrū
 Bellum- videre in ædibus Monachorum
 Maleacensium. *Biblioth. Floriac. gesta S. Gil-*
da, Hugo Menard. t. 2. Sanct. Ord. &c.

In Hispania cōmemoratio innumera-

Conversus miris claret.

S. Severinus Conclusus.

Inclusorum rigidissimū institutum.

S. Clodaldus Regis filius ab eo habitū suscipit.

Clar. Ann. 560. circ.

Festivitas ejus.

S. Virgilius Episc.

Socii Apostolici.

bilium Martyrum, de Calatrava, Alcan-
 tara, Avifio, Christo, & Montesia, qui
 sub Admirabilis P. N. BENEDICTI, & Ci-
 sterciensium nostrorū institutione, non
 pro mortali stipendio militantes, sed stu-
 dio Hispaniæ à diro Saracenorum jugo li-
 berandæ, & Christianæ Religionis propa-
 gandæ zelo, mortem gloriosissimam op-
 petierunt, & verè Martyres ad cœlos mi-
 grarunt. *Menol. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Monasterio S. Mariæ in Saxonia
 elevatio & translatio Sanctæ Idæ Viduæ.
 De qua *Vlffus Monachus in ejus vita.*

In Monasterio Altaich. obitus B. Adal-
 berti ejusdem loci Monachi, de quo die
 depositionis sive Sepulturæ ejus, sequenti.

Plurimi SS. Mart.

Translatio s. Ida.

Fit Episc. Salsburgensis

Carinthia Apostolus.

Auctor Episcopat. Chiemensis.

Similiter primum Episcopum Carinth. dat.

Basilicam Cathedralē struit.

QVINTO CAL. DECEMB.

XXVII. Novemb.

Lvtetiæ Parisiorum S. Severini Mona-
 chi & Solitarij. Severinus arctissimū
 Regulæ tertiæ Sanctissimi Legislatoris
 nostri BENEDICTI, Inclusorum scilicet
 Institutum sequutus, prope Parisios in
 exigua quadam cellula, vivum se quasi se-
 pulchro condidit, & mortuus ante mor-
 tem, longo Martyrio, quotidianam se
 Numini victimam obtulit; & magno
 rigore vitam exegit. Claruit magnis vir-
 tutibus, & fama sanctitatis longè lateque
 celebratus; eo quoq; Sanctum Clodoal-
 dum pellexit, qui tanti viri conspectu mi-
 rificè inflamatus, mundum quamprimū
 cū omnibus ejus deliciis & promissis fasti-
 dire cœpit, & cucullum inhiantissimè ex-
 ambiens, ab ipso met Severino eo donari
 & investiri meruit. Claruit eo tempore,
 quo S. Maurus noster sanctitatis radiis
 Galliam universam implevit, & cum ve-
 tustina Cœnobii reformavit, tum pluri-
 ma per amplissimū Regnum passim con-
 didit, Inclusorumq; institutum late pro-
 pagavit. Servantur Severini Reliquiæ in
 Cathedrali Ecclesia Parisiensi, ejusq; hac
 die festum per Diœcesium universam an-
 niversaria memoria celebratur. *Iac. de*
Breul, Hugo Menard. t. 2. Sanct. Ord. &c.

Salisburgi depositio Sancti Virgilij
 ejusdem civitatis Episcopi & Confesso-
 ris. Virgilius natione Hibernus, genere
 nobilis, professione Monachus, zelo pro-
 pagandæ Fidei & meritis Apostolus, cum
 sanctissimis viris Lullo Anglo Mogunti-
 nensium postea Archiepiscopo, Altone
 Scotiæ Regis filio primo dein Weingart-
 tensium Abbate, Decano, multisq; aliis

meritissimis Germaniæ Apostolis, singu-
 lari Numinis gratia in Franciam primum
 ac dein Germaniā delatus, à Pipino Prin-
 cipe, Galliarum postea Rege honorificè
 exceptus sumoq; in pretio habitus, cum
 sanctitate æque ac doctrina mirificè ex-
 celleret, ejusdem, & Stephani Papæ au-
 ctoritatem; ad Cathedram Salisburgensem
 evectus, æterno merito circumjacentes
 illic provincias demeruit, quas assidua
 verbi Divini prædicatione Christo lucra-
 tus, Carinthiam imprimis, sublatis impijs
 & nefariis sacris, idolis everfis & protritit,
 ab immani dæmonum servitute in liber-
 tatē filiorum Dei vendicavit, quam uni-
 versam provinciam, ad Hunnorum usq;
 fines, ubi Dravus in Danubium influit,
 perlustrās, saluti omnium diligentissimè
 consuluit, Ecclesias construxit, Sacerdo-
 tes instituit, aliaq; inter gravissima meri-
 ta, Episcopum Chiemensibus dedit, qui
 insolenti tunc barbaris exemplo, Scholas,
 maxima cum eorum utilitate & volupta-
 te, aperuit, juventutemq; cum in litteris,
 tum honestate atq; æquitate erudit. Si-
 militer Carinthiis Modestum Episcopum
 designavit, & provida circumspēcti pasto-
 ris vigilantia, per villas & provincias ver-
 bum Dei feminans, optatam salutaremq;
 suis ovibus, suam propria in persona Visi-
 tationis præsentiam sedulo exhibuit. Ca-
 thedrā Salisburgensem Basilicam, ingen-
 ti mole & sumptu exædificavit, in cujus
 exstructionē illud in primis memoratu
 dignissimum, & rarum sanè miraculum
 celebratur; quod ex eo primum tempo-
 re, quo Basilicam memoratam Divi Ru-
 perti

Memorabili miraculum. perti primi Iuvanensium Antistitis honori moliri coepit; coniecit pecuniam seu mercedem in pelvim, ex qua nemo omnino operariorum, quantum vis vellet ac conaretur accipere valuit, quam quantum suo labore, cælitus æstimato, meruisset. Obiit Magnus hic Episcopus, & meritissimus Apostolus A. Ch. 784. ingenti deinceps frequentissimorum miraculorum gloria à morte celeberrimus, sui que contemptorum rigidissimus ultor. *Ex Thadæi Abb. Scoti fragm. Chron. apud Henr. Canis. Vita ejusdem per S. Eberhard. discipulum, Viguleo Hundio, Aquila Imp. Bened. Annal. Bened. & Germ. nos. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

S. Apollinaris Abbas. In Monte Casino Sancti Apollinaris Abbatis & Confessoris. Hic loci sacratissimi Abbas fuit quartus decimus, administravitque eam provinciam sanctissime atque utilissime annis quidecim. Inter gesta ejus, Gariliani in primis fluminis miraculosus transitus commendatur, cū ad littus ejusdem, prædia Monasterii invisurus devenisset, neque ulla præsentis cymbæ, qua trajiceretur oportunitas appareret: edito namque in adversum flumen vivificæ Crucis signaculo, nihil trepidans ambigensque super undas, Divina ope, nec vestigiis quidem madidis, in ulteriorem ripam, iterata, qua Petrus atque Maurus miraculi magnitudine, mirè evasit. Obiit vir sanctus A. C. 828. *Chronol. Casin. Elog. Abb. Casin. M. Ant. Scip. Arnold. Duac. t. 2. SS. &c.*

Fluvium sicco vestigio transit. Carpentoraeti natalis Siffredi Episcopi & Confessoris. Siffredus sive Siffridus ex monte Albano, haud procul Tholosa, oriundus, parentem, virentem, virum in primis nobilem (ad quem medietas Albanensis civitatis jure hæreditario spectabat) ad sanctissimum Cænobium sequutus, cumque eodem pari proposito cucullum induit, mira postea sanctitate & eruditione excelluit. Miraculorum primis statim conversionis suæ annis mirè enituit, adeo quidem, ut sola visitatione infirmos Fratres prodigosè sanaret, & febrium vexatione liberaret, fuitque in demones tam potens, ut omnes sibi adductos energumenos, oratione super eos Dominica recitata statim curaret, & pessimos ab iisdem genios profligaret. Triginta annorum cum esset, certatim à Monachis pro Abbate, à Clericis pro Episcopo expetitus, à Carpentoraetensibus demum præreptus, ipsa inaugurationis die, signo Crucis cæcum illuminavit. Cum autem Episcopatu aliquandiu san-

S. Siffridus Episc. tum præsentia infirmos curat. **Cum patre sit Monach.**

Sola præsentia infirmos curat. tum cum patre sit Monach.

Episcopus consecratur. tum cum patre sit Monach.

Cæcum illuminat.

ctissime præfuisse, & egregij prædicatoris munus sine intermissione adimplet, senio jam gravis & canitie venerandus, cellulam sibi (prope Basilicam quam Principi suæ & Ordinis Tutelari Admirabili Matri construxerat ac dicaverat) contemplationis denuo studium deliciens, vitæ reliquum totum, DEI ac Deiparæ servitio consecravit, omnibus infirmis ad se undiq; confluentibus, dante Deo conferens beneficia optatæ incolumitatis. Inter miracula a. ejus illud potissimum, quo Clericum quendam suum à mortuis revocavit, deprædicatur. Prædixit Clero omniq; populo obitus sui diē, complorantesque solatus, post sancta exhortationis verba, felicem animū in manus Creatoris reddidit, mira quam cælestis odoris fragrantia nares omnium perfundente, cujus deinceps tumultum quotidianis miraculis Numen illustravit, & gloriosum effecit. Tanti autem ab omnibus factus est Siffridus, ut præcipuus Carpentoraetensium Tutelaris adoptatus, Cathedrali in honorem ejus condita Ecclesia, magna quotannis Religione celebraretur. Claruit A. C. 570. *Chron. Lirin. Vinc. Barral. Hugo Menard. t. 2. Sanct. Ord. Claud. Rob. &c.* Ejus tamen Natalem alii 4. alij 3. Cal. Decemb. commemorant.

Obitum suū prædicat. Noviomini depositio Sancti Acharii Episcopi & Confessoris. Acharius, Acharis, sive Achatius ob insignia vitæ merita è Lexoviensi Burgundiæ Cænobio extractus, ad Noviomensem sive Noviodunensem Cathedralam evectus est. Præfuit in omni sanctitate annis 14. & miraculorum gloria illustris in Domino obdormivit A. C. 647. cujus in annos singulos, sub Festo, ut vocant, Duplici solemnitate memoria apud Noviomenses religiosissime celebratur. *Arn. Duac. Claud. Rob. Ioan. Chenu. Ioan. Molan. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Miraculis claret. Moguntia S. Bilhildis Viduæ & Abbatissæ. Hæc clarissimis in Orientali Francia nata parentibus, Iberimo & Mechtrida, Herbipoli Catechumenis adscripta, Baptismum tamen non consequuta labente postea tempore, eo se regenerationis lavacro carete ignara, vitam nihilominus puram & Religiosam vixit. Nubere coacta, non multo post viro viduata, patrimonio amplissimo renuncians, Magnæ & Admirabilis Matris honoris Basilicam & Cænobium Moguntia condidit, cucillumq; amplexa, & multas ibidem Deo sacras Virgines congregans, iisdem non tam verbo solo, quam exemplo & opere

Omnes infirmos sanat.

Mortuum resuscitat.

Obitum suū prædicat.

Tutelari Cathedrali.

Clar. 570.

Acharius Episc.

Miraculis claret.

Obit Ann. 674.

S. Bilhildis Abb.

Fit Monialis.

Intelligit se non baptizatam. opere præstitit. Exiis, quibusdam à Numine revelatum, Bilhildem matrem necdum baptizatam esse. Consuluit illa, ea super re loci Episcopum, qui & ipse à Numine edoctus, eam baptizavit. Denique longa excocta infirmitate, ad præmia æterna emigrans, multis deinceps miraculis coruscavit. Sepulta in Monasterio Antiquæ-cellæ, quod hodie ad Albas-Dominas appellatur. *Petrus Cratopolus, Christ. Broverus, Breviar. Mogunt. Hugo Menard. Annal. nos. Germ. &c.*

S. Baltherius In Anglia S. Baltherii Monachi & Eremitæ, qui A. C. 756. eximia vitæ sanctitate conspicuus refulsit. *Mart. Bened. Gall. Menard. Roger. Horveden. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

B. Fastradus Abb. Villarii in Brabantia Beati Fastradi Abbatis, Melliflui Doctoris discipuli, viri eximio paupertatis studio ditissimi, invicta animi patientia insuperabilis, qui post breve Cænobii regimen ad præmia æternitatis, relicta magna sanctitatis opinione, ex hujus sæculi emergens ærumnis, in gaudium Domini introivit. *Ex mon. Villar. Chryf. Henr. t. 2. SS. Ord. &c.*

V. Gersen. Vercellis in Insurbia, Venerabilis Viri Ioannis Gersen de Canabacco vulgo Cavaglia prope Vercellas, Abbatis S. Stephani, magni nominis, sumæq; eruditionis & Religionis viri. Hic vetustissimo Benedictini Ordinis more & consuetudine, cū esset Theologorum sui temporis splendidum tydus, talenta sibi à Domino credita, minimè abscondens, sed ad honorem atque augmentum gloriæ ejus qui concesserat proferens, multa & egregia præstantissimi ingenii relinquens monumenta, posteritati universæ consuluit, & pro meritis Theologicam conscendens Cathedralam, cum Religionis non minus quam eruditionis celebraretur fama, magnos omnino & celeberrimi nominis viros ad se pellexit & felicissime instituit. Ipsum magni Magni ille Seraphici Ordinis Institutore Franciscus fecit, & tanti quidem, ut cum ipse cæteroquin scientie instantis suspecta habere videretur studia, suosque alumnos Minimos censeret quam magnos mallet, lectissimos nihilominus & dilectissimos filios, Sanctum nimirum Antonium de Padua, & Beatæ memoriæ F. Adamum de Marisco, tanto Doctore crederet, & informandos dingeret & commendaret. Extat Ejusdem Seraphici Patris ad Ioannem super hoc ipso, digna lectu Epistola, & Magistri de discipulo S. Antonio illustre testimonium, cū in hoc ille supra omnem Scholasticæ Theologiæ cognitionem, Mysticæ infusam scientiam

miraretur, adeoq; Magister discipuli exemplo mirifice proficeret: *Frequenter, inquit, amor penetrat, ubi cognitio Physica foris stat. Legimus quosdam Sanctos Episcopos, minus imbutos fuisse physicis doctrinis, qui & mysticam Theologiam captu mentis haurientes, celos penetrabant, omnem physicam cognitionem subtilissime transcendentem, usq; ad Beatissimam Trinitatem. Quod & ego in S. Antonio de Ordine Minorum expertus sum. Qui cū esset minus imbutus litteris secularibus, animi puritate & mentis ardore succensus, mysticam Theologiam captu mentis excedentem, & ferventer desideravit, & abundanter hausit, ut possim dicere de eo, quod de Ioanne Baptista scribitur: Ille erat Lucerna lucens & ardens; amore n. ardebat interius, & exemplo lucebat exterius, &c.* Sed & in Scholastica Theologia apud Gersensem eundem tantopere profecit Antonius, ut instantissime à Fratribus rogaretur, quam ipse hauserat doctrinam aliis comunicare, quod cum ipse inconsulto Seraphico Patre tuo nullò modo vellet, ad ipsum ea propter litteras dedit, & Fratrum desiderium exposuit, cui Franciscus respondit, uti videre est apud Lucam Waddingum tom. 1. Annalium, locis inferius citandis. Cæterum de Adamo de Marisco, Cuncto scibili ditato, viro longè illustrissimo, ejusdem Vercellensis Abbatis discipulo, consulendi Pitæus, Marcus Vlisipponensis, Willotus, Brombachius & prædictus Waddingus, ut ex fructibus Gersenium facile agnoscamus. Ipsum libelli Aurei de Imitatione Christi multi veteres pergameno scripti & rescripti libri Authorem faciunt, & quidam illorum Authoris repræsentat habitu Benedictino effigiem, crucem utraq; manu præferentis, quam ipse libro 3. c. 10. & c. 56 vocat vitam Monasticam à se susceptam, de quo nos nihil certi statuiimus, sed Deum in Gersene & quibuscunque electis tervis & instrumentis suis demisse veneramur. Claruit sub annum Christi 1220. vitamq; produxit ad annum usq; fere 1240. inter Illustriores ejus sæculi viros merito referendus, *Lucas VVaddingus Annal. Ord. Min. tom. 1. ad annum 1222. & deinceps. Marianus lib. 1. c. 19. Chron. Minorū, Anton. l. 24. c. 4. VVillot. Pitæus, Marcus Vlisippon. Brombach. aliiq.*

B. Angelus Sinicius. Iuxta Panhormum in Sicilia depositio Beati Angeli Abbatis, cognomento Sinicii, qui prope Panhormum, dignè nomine suo vitam verè Angelicam ducens, multis virtutibus refulsit, & illustrem sanctitatis exemplo facem suis discipulis prætulit. *Octavius, Cajet. in Idea Operis SS. Sicilia, &c.*

B. Gertyndis
puella.

In Monte S. Salvatoris Beatæ Gertyndis Virginis, quæ cum ibidem Religiosum habitum induisset, in ipsa pueritia à cælesti sponso vocata Divinæ gloriæ thalamum introivit, quam soror ejusdem Margarita rapta in extasim, cum aliis ejusdem sacri montis Virginibus pridem defunctis, Augustissimæ Cælitū Imperatrici assisteret contempexit. *Cæf. Hist. Menol. Cist. Henriq.*

Cultores
Deiparæ.

Eodem die jucundissima Comemoratione, præcipuorum ex ordine universo Augustissimæ Cælitum Imperatricis Admirabilis Matris Virginis amasiorum & cultorū, qui inter mortales etiamnum agentes singulari quadam industria, zelo, fervore, & præstantiore aliquo monumento, Magnæ illius Dominæ amorem demeruerunt, sive ab eadem adamati & honorati sunt: quorum incredibilem penè numerum fuisse, ex innumeris penè, relictis posteritati monumentis, fit manifestum, cū præcipuæ ferè Orbis Basilicæ, Festa Ecclesiæ, consuetudines religiosæ, quibus in hodierna die Angelorum Regina in terris celebratur, Monachis Benedictinis debeantur, ejusdem tam præclari conatus primas tenente, ipso Sanctissimo Archiduce nostro BENEDICTO, & Psalterium Marianum, æterno cum merito, per orbem terrarum longè lateq; propagante, suosque non solum, sed & barbaras quasq; gentes ferventissimo erga Deiparam studio accendente, eo ipso, (teste Beato Alano Dominicano Monacho, Magnæ Matris Cancellario) assequutus, ut tam Divini Monastici Ordinis Institutum efficeretur. *Ex t. de Vita S. P. N. t. 2. Sanct. Ord. Gerardo Belgæ, Alano cit. &c.*

Fervor S. P.
N. erga Deiparam.

S. Gregorius
PP. III.

In Monasterio Altahensi B. Adalberti ejusdem loci Monachi & Confessoris. Is generoso Dynastarum de Haigerloch

editus sanguine, litterarum adhibitus studiis, inter contubernales principem levitatis & licentiæ omnis se exhibuit. Quare stimulis agitatus conscientia cucullum exambiit, sed insolentia licentiæ fama proditus passim, nusquam admissus sed rejectus est. Non destitit tamen usq; & usq; quærere, donec in Bavariam inferiorem delatus, Altaichii fusciperetur. Christiano anno 1261. ætatis 22. virum cum Monacho repente induit, utq; olim in levitate omnino nihil mediocre tulit, simul ac Vota Religionis juravit, sibi quoq; legem indixit levissima in sese peccata rigidè ulciscendi, ut si paulum frontem in risum resolvisset, vocem incautius misisset, oculos inconsideratius circumtulisset, pœnis illico in conclavi expiaret, ac dein in cœmuni cœtu sese accusaret ac damnaret, non contentus & sexies septiesve sed pluries in die eadem peccatilla Confessario per Sacramentalem detegere confessionem. In Vigiliis perpetuus, concubia surgebat nocte repetebatque assiduè publicas Chori preces, quod melle dulciores videbantur. Abstinentia & frugalitate mirè se exercuit. Martyrii desiderio flagrans, retentus à Superioribus & quod Monachos obediens verè Martyres dicerent. Confessarius, Magister Novitiorum, Prior Cœnobii fuit incomparabilis. Purgatorium in hac vita impetrans purgatissimus decessit An. 1311. cujus anima in specie flammantis facis, visa cuidam cælum conscendere. Visus & Abbati ejus globus lucens ad sepulturam descendere, multis ope ipse mutis, claudis, epilepticis curatis, captivis prodigiose liberatis. Prædem dū viret, pro fugitivo Monacho se offerens, promissis etiam à morte stetit. *Ex Vita, monim. Altahens. Radero, &c.*

QVARTO CAL. DECEMB.

XXVIII. Novemb.

ROMÆ, Beati Gregorii Papæ III. qui sanctitate meritisq; præclarus migravit ad Dominum. Gregorius ex Monacho, Pontifex Maximus, supremo honorum in culmine constitutus, humilitatem Monachi nunquam seposuit, eruditionemq; ac vitæ sanctitatem, quam in cucullo consequutus est, ingenti Orbis universi commodo, in Pontificatu summo, minime defodiens, nationibus diversissimis largissime communicavit. De eo, alia inter, sic Anastasius noster Bibliothecarius: *Vir mitissimus & valde sapiens, Divinis scripturis sufficienter instructus, Græca*

Eruditio.

Latinaque lingua eruditus, Psalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum sensibus, subtilissima exercitatione limatus, exhortator omnium bonorum operum, Fidei Catholice & Apostolicæ immutata Conservator, Orthodoxæ fidei æmulator & defensor fortissimus, paupertatis amator & erga inopes provisor, captivorum quoque & viduarum largitor, necessaria tribuens, &c. Divina inspiratone eligitur.

C.

Laudes ejus

Divina inspiratone eligitur.

vit,

Plura Concilia celebrat

SS. Imagines propugnat.

Regis Christianissimi Titulū unde?

Deiparæ cultor.

SS. Reliquias commendat.

Monachis consult.

Plurima Monasteria condit.

S. Petri Vaticana Basilica Monachorum.

Centumcellarum conditor.

vit, admirando atque æterno Reipubl. Christianæ bono plura Concilia, quæ inter, Romana duo, quibus Clerum ac populum utilissime reformavit, dignitatiq; Ecclesiæ ac paci plurimum consuluit. Idè insigni & admiranda sane magnanimitate ac constantia Leoni III. Imp. Hæretico se opposuit, & juratissimum Sanctarum imaginum hostem ac protritorem, Anathematis fulmine percutiens imperio privavit, & fidelium communionem interdixit. Insigni item Fidei zelo, æterno industriæ suæ monumento, tres ipse libros, ad refutandos Leonis & Constantini Imperatorum errores, doctissime composuit, & in Oriente ad gremium Ecclesiæ revocando indefessè laboravit. Carolo Martello, primus Christianismi titulum contulit, quem ad Longobardos compescendos in Italiam evocavit, & à quo deinceps longè Illustrissimum nomen, Titulis Regum Galliæ accrevit, & perpetuum mansit. Fuit Augustissimæ Cælitum Imperatrici longè addictissimus, cujus imaginem, vel tunc quidem maxime in imagines sævientibus Græcis, insolentissimo ad eam usque diem cultu usuque, argento purissimo, libras quinquaginta pensante, vestivit, ejusdemque ad Martyres Basilicam præclare restituit; Sanctæ Mariæ item ad Præsepe, ut vocant, splendide ornavit, & Sanctorum imagines, quanto majore odio Orientales abolere laborabant, tanto majore in occidente studio extulit, commendavit, & coluit. Nec minore studio Sanctarum Reliquiarum venerationem comendans, cælum æquè ac terras demeruit. In Admirabilem Patrem ac Patriarcham nostrum BENEDICTUM, etiam in Pontificatu propensissimus, Casinati in primis Cænobio diligentissime consuluit, honorem Monachorum & studia sollicitè promovit, Sancti Chryfogoni in Vrbe Monasteriū condidit, & sanctissimos quosq; viros è Cænobiis extrahens lectissimos Ecclesiæ Pontifices & Magistros præfecit. Idem & alia multa Monasteria partim restituit, partim vero à fundamentis struxit, & Vaticanam S. Petri Ecclesiam, tribus jam olim Monachorum Collegiis instructissimam, à Clericis solis denuo occupatam, lectissimo nostrorum convictu atque concentu auxit, & vitam Regularem ipsis etiam Clericis imperavit. Instauravit & mœnia Urbis magna ex parte vetustate lapsa, & Secundi apud Centumcellenses Conditoris titulum meritis, locum jam

propè desertum insigniter restituit, & ad sustinendum hostium impetum fortissime muniit. Denique de Deo ac hominibus benè meritis, neq; ulla ex parte Gregorio II. minor habitus, primo virtute ac meritis proximus, collachrymantibus universis, tanquam cœmuni Patre orbatis, sancto sine decessit A. C. 741. IV. Calend. Decembr. pro eximia vitæ sanctitate, inter Sanctos adscriptus, cujus dies Natalis anniversaria ab Ecclesia Catholica comemoratione recolitur. *Anastaf. cit. V. Valf. Strabo. Iepes, Raymund. Hist. Cathed. Pontif. Petrus Bugian. Cajetan. Panuin. Ciacon. Platina, Baron. Annal. nost. t. 2. Sanct. Ord. Aquilana. Imp. &c.*

Carpentoracti Natalis Sancti Siffredi Episcopi & Confessoris. De quo, ex aliorum sententia, hesternæ die prolixius.

Potnanæ Natalis Beati Casimiri hujus nominis primi Poloniæ Regis; qui ex Monacho Cluniacensi, permittente summo Pontifice, ad Regiam sublevatus est dignitatem. Casimirus Mieceslaum Regem patrem, Rixam Ezelini Principis filiam Othonis II. Imp. neptem, matrem habuit. Patre mortuo, cum minorennis etiamnum, eoq; minus imperio aptus haberetur, matre interea imperante, & exactioibus quibusdam Regnum vexante, Regia, cum matre exactus, exul in Galliâ concessit, & studiorum gratia, primum Parisiis substitit, dehinc in Italiam migravit; ubi aliquot annis commoratus, cum celebre ob sanctitatem toto terrarū orbe Cluniacense Cænobium plurimum deprædicari audisset, eo contendere non differens, adeo loci Religione delectatus est, ut purpuram illico cucullo permutaret. Illic, Sanctum Odilonem Magistrū nactus, magnis Virtutum profectibus magnus evasit, mutatoque in professione Monastica nomine Carolus appellatus, & Diaconus ordinatus, animi demissione plurimum excelluit, exemploq; omnibus & spectaculo fuit. Regno interea, & externorum odiis, & seditionibus intestinis quassato ac penè pestumdato, cum jam septennium in Cænobio exegisset, à Poloniæ proceribus, enixissimis precibus ut rediret exoratus, & à summo Pontifice iussus, ægre admodum Cluniacensibus valedixit, & sceptro ac diademate se insigniri passus, iis conditionibus, Religionis Votis à Romano Pontifice absolutus est, quibus æternum constaret, Polonos lectissimum è Monachis Regem habuisse:

Gregorio II.
par habitus

S. Siffredus
Episc.

B. Casimirus
Rex.

Regno pellitur.

Fit Monach.

Diaconus.

Cænobio extrahitur.

Conditiones
Polonis data.

1. ma erat: Vt Poloni singulis diebus Mercurii jejurent, unica tantum refectioe contenti.

2. Vt iidem omnes rotunda in morem Monachorum tonsura capillorum utantur; nec ultra auriculas, ritu barbarico, quisquam omnino comam promittat.

3. Vt Festis solemnibus, dum sacra peraguntur, singuli equites fasciam lineam candidam, in modum stolæ, qua in sacris utuntur Sacerdotes, atq; Diaconi, è collo suspensam ferant.

4. Vt de singulis capitibus, exceptis nobilibus & sacris, tres oboli & cribrum avenæ in lucernam perpetuo in Divi Petri æde arsuram pendantur, &c.

Patriapater.

Iuvit quamprimum & egregie restituit Regnum afflictissimū Rex Sanctus, Boëmisq; ac Maslao Plocensium Duce edomitis, sæpius triumphavit, & prodigiosam aliquando singulari Numinis ope Victoriā retulit, aliaq; inter merita Silesiam etiam Regno adjecit. Tanti ab omnibus factus, ut superstes etiamnum Patriæ Pater appellatus sit, & à morte præcipuus à Divo Adelberto Regni amplissimi Tutelaris, quin & ob Idololatriæ pfligatas reliquias Apostolus salutat. Condidit plurima passim atq; potentissima Ordinis nostri Cænobia, iisq; Cluniacensium suorum colonias induxit; cum annos 17. sanctissimè imperasset plenus meritis Boleslao filio Regni successore relicto ad Palatia æterna emigravit, An. Ch. 1058. *Longinus Polon. Mart. Cromerus, Baronius, &c. Annal. nostr. Bened. t. 2. Sanct. Ord. Arn. Duac. &c.*

Tutelaris &
Apostolus
Polon.

Obiit 1058.

S. Edvoldus
Eremita.

Regii generis.

Rigor vite.

B. Guillelm.
Abb.

Dorcestriæ in Anglia S. Edvoldi Eremitæ & Confessoris. Edvoldus S. Edmundi Anglorum Regis & Martyris germanus frater, Regiis pompis ac honoribus humilitatem ac paupertatem Christi longè prætulit, & Cerneliensis, diruti tunc Cænobii, per longas bellorum clades reliquias veneratus, fugatis an cæsis per hostes Monachis, solus locum desertum ingressus, sacro rigoris studio coluit & ad mortem usq; incoluit; soloq; illic pane, & gregario quidem, tantus Princeps vitam toleravit, ibidem cum magna sanctitatis opinione mortuus ac tumulatus, quo postea loco Egelwaldus Dynasta Cænobium denuo construens, Principis Apollitorum Petri honori nuncupavit. *Ex divers. rer. Angl. script. Menard. &c.*

Cistercii in Gallia B. Guillelmi Abbatibus, eximia sanctitatis fama celebris, qui

post varios in sacro agone labores viriliter toleratos cæleste & æternum Regnum accepit A. C. 1185, cum non nisi annum unū & decem insuper menses præfuisset. *Barn. de Montalbo, Menol. Cist. Henriq. Claud. Rob. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Belgio Beati Gunfridi, Melliflui Doctoris nostri discipuli, qui à Clara-valle missus in Belgium Monasterium Clarimarisci construxit, cujus loci primus Abbas constitutus, Angelicæ Conversationis exemplo totam illam regionem illuminavit, cujus præclara merita evidentissimis signis comprobavit Altissimus. Claruit An. C. 1139. *Emmanuel Sueyro Annal. Clar. 1139. Flandr. l. 6. Ioan. Hyperius, Philipp. Seguin. Henriq. t. 2. Sanct. Aquila nost. &c.*

In Monasterio Gandersheimensi, depositio Beatæ Haymodis Virginis & Abbatissæ. Haymodis sive Hathmoda, Ludolphum patrem, avum Wigbertum, fratrem Otthonē Magnum Saxonum Duces habuit. Infantula etiamnum infantilia aspernata, ludos, jocos, serio contemnit, ut eas coacta induere, uberi fletu horrorem testaretur. Sanctissima tunc Herfordensis nostri Virginum Cænobii fama erat, quo dimitti primum, dehinc cuculum ut amplecteretur, quantis potuit precibus, argumentis atq; artibus impetravit; ubi admiranda virtutum omnium conjunctione cultissima, præ omnibus paulo post extplenduit. Ad regimen postea recens à parentibus conditi Gandersheimensis Cænobii evocata atq; extracta, ita se habuit, ut non luarum tantum, suæque ætatis Virginum, sed sæculorum omnium Antistitum speculum & miraculum esset. Assiduo precum, vigiliarum, jejuniorum studio, mire excelluit. *Mira ei charitas, inquit vitæ auctor synchronos, summa humilitas, maxima patientia, incredibilis liberalitas, incomparabilis pietas erat, ut alteram sanè Paulam, ab Hieronymo tantis laudibus celebratam, liceat appellare. Deceffit incomparabilis Ordinis nostri margarita A. C. 874. Monachus 22. regiminis 18. Obiit 874. ætatis 34. in maturè suis, cælo maturè prærepta, & à præcipuo suo & Sanct. P. Nost. Patrono Sanct. Martino ad præmia æternitatis vocata, cujus vitam scitè ac prolixè Agius Monachus descripsit. Agius cit. Andr. Bamberg. Brusch. rer. Saxon. script. Aquila nost. Bened. t. 2. Sanct. Ann. Germ. &c.*

In Saxonia item, commemoratio Sanctorum decem Monachorum, & quinq; Conventorum Monasterii B. M. V. de Luka, qui reformatione sanctissimæ Regulæ obser-

ss. plures
Confessores.

Obiit 1185.

B. Gunfridus
Abbas.

Clar. 1139.

B. Haymodis
Abbat.

Ducalè genus

Fit Monialis

Abbatissa.

Alteræ Paulæ
sui avi.

Obiit 874.

ss. plures
Confessores.

observantia illustres, tam perfectè mundo ejusq; voluptatibus se ipsos crucifixerunt, ut ad culmen perfectionis pervenientes, non sibi, sed Deo soli vivere viderentur. Vtq; eorum eximia perfectio magis mundo innotesceret, eorum sanctitas, nõ à quocunq; sed ab ipso Angelorum Rege Christo Domino commendari meruit: qui Beato Rudolpho, ejusdem loci viro san-

Eximia
commemo-
ratio.

ctissimo, in cruce aliquando affixus appa-rens, & hos juxta se, in crucibus item suffixos, socios passionis habens: *Hi, inquit, mecum Crucifixi sunt, meæ passioni, vitam suam conformantes. Cujus modo gloria in cælis æternum fruuntur, qui passionum in hoc sæculo participes fuerant. B. Cas. Heisterb. Chryf. Hen. t. 2. Sanct. Ord. Aquila nost. Imper. Benedictin. &c.*

Crucifixi ap-
parent cum
Christo.

TERTIO CAL. DECEMB.

XXIX. Novemb.

S. Radbodus
Episc.

Regium gen9

Virtutes.

Episcopus esse
revertit nostri
prius Mo-
nachus.

Apostolus
Frisiorum.

Insigne mi-
raculum.

Pia fraus.

Deipara cul-
tor.

D Aventriæ S. Radbodi Trajectensis Episcopi & Confessoris, magnis virtutibus, & meritis illustrissimi. Radbodus Regio Francorum & Frisiz Regum ortus genere, Radbodi cognominis Frisiorum potentissimi Regis pronepos, celeberrate nominis cum eximia vitæ sanctitate, tum ab immortalibus meritis, majorum suorum omnium & dignitatem & gloriam superavit. A Gunthero primum, avunculo suo Colonensium Archiepiscopo, religiosè educatus, Caroli postea Francorum Regis, ejusq; filii Ludovici aulam sequutus est, iisdem ob eximias virtutes charissimus. In patriam reversus, mortuo Egilberto Ultrajectensis Ecclesiæ Episcopo, Cleri, Regis, Principum, populi, universorum voto, Pontifex salutat, cum evadere non posset, Monachum in nostro S. Salvatoris cænobio professus, omnia prior sua in pauperes erogavit; inde postea sacris munitus armis, & benè instructus, ad curam animarum se applicans, insigni ut zelo, sic fructu longè lateque laboravit, & apud Frisios suos, longè illustrissimum nomen, *Apostoli* eorumdem meruit. Regulæ sanctissimæ diligentissimus custos, perpetuos inter labores, carniū esu perpetuo abstinuit, sed & concessio cæterò quin vini usu, sibi ipse interdixit; quamvis vinum se bibere, scitè simularet; unde insigne prodigium illud, cū è convivis quispam poculū ejus arriperet, viro Dei proditum se ingemiscente, aquam repente in vinum generosissimum transmutatam temeritatem an curiositatem alteri prodigiosè luisse, viri sancti pia studia contexit. Nec diversa, quin æquè pia usus simulatione, cum delicatis cibis vesci putaretur, bidui triduiq; inedia corpus afflixit, adeo quidem jejuniis aliisq; laboribus exhaustum, ut vix ossa ossibus hærent. Reditus Episcopales in pauperes erogavit, quibus ipse etiam pedes lavit, eosque victu & vestitu liberalissimè juvit & fovit. Fuit Admirabilis Matris, Benedictæ Vir-

D.
ginis longè amantissimus, quem & illa impensissimo studio amplexa charismū habuit. Egrotantem aliquando cū Beatissimis Thecla atque Agnete Virginibus familiariter invisere dignata, & materno affectu consolata, cum subtimeret non nihil: *Ne timeas, ait, certus te camintueri, cui crebro preces offers. Non ego te dedignor mea presentia, cujus in tuis precibus frequenter memoriam usurpes. Quibus dictis prodigiosè eum sanitati protinus restituit, & mira odoris fragrantia locum implens evanuit. Claruit Radbodus Prophetiæ etiam Spiritu, & Baldrico adolescenti Episcopatus honorè disertè prædixit; quin & alia multa prænuñciavit, quæ statim, vel non multo post event9 comprobavit. Fidei causa, extrema pericula vitæ adire non dubitavit. A Danis Christi hostibus, scelerate impeditus, diu at frustra in eorumdemmet conversione laboravit, cū que etiam alios impedire illi non desisterent, in eisdem Anathematis sententiam evibravit. Valuit in ipsos etiam Gentiles vis sacri fulminis, cum eisdem Divina ultio confestim assequeretur: *Nam peste horrenda, inquit vitæ auctor, tanquam fulminis ictu percussis, omnes ferè extincti sunt. Nec unquam impunè tulerunt, quoties Trajecti molestia eum affecere. E vestigio enim DEI judicio plecebantur, ut per sepe testati sunt ex illis paucissimi, qui se vivos evasisse letabantur. Sæpe à Regibus evocatus ad aulam, constanter, at humiliter juxta abnuvit, asseverans: Episcoporum non esse, secularibus implicari negotiis, veram pro salute Regis & populi assidue Dominum deprecari. Mortuus est Christi anno 917. cum obitum suum ante præcivisset, & sepultus Daventriæ, æternum loco honorem, sed & frequentiam ac splendorem conciliavit. *Ex Vita. t. 2. Sanct. Ord. Cornel. Kempius, Molanus, Gerard. Noviomag. Barlandus, Petrus Cratep. Demosh. Trithem. Aquila & Annal. nost. Germ. &c.***

Carpentoracti Sanct. Siffredi Episcopi & Confessoris, de quo superius egimus

Apparet ei
Deipara.

Spiritus pro-
pheticus.

Constantia
ejus.

Anathema
& in gentiles
potens.

Deus injurios
in ipsum
plectit.

Digna vobis
Episcopi.

Obiit 917.

S. Siffredus
Episc.

27. Novemb. Vt appareat triplicem diversis locis & libris Natalis hujus esse variationem.

B. Robertus Abb. In Gallia Beati Roberti Abbatis, generis nobilitate & Virtutum præstantia celebris. Robertus Melliflui Doctoris nostri Bernardi secundum carnem propinquus, jugum Domini in Monasterio nostro Cisterciensi suscepit, & postmodum, Beato Bernardo, primo Clarævallis Abbate constituto, sub ipso in eodem Cænobio cælestibus disciplinis informatus fuit.

Decipitur. Qui dum à pio patre carnis incentiva facris orationibus repellere, petulantesque & inquietos adolescentiæ motus labore manuum, vigiliis & jejniis edomare doceretur, pusillanimitate victus, & quorundam persuasione deceptus, relicta sanctissima Ordinis nostri reformatione, ad luxiorem Cluniacensium se contulit, & in ipso Cluniaco receptus fuit. Quem cum pius Bernardus per Epistolam revocare statuisset, ea insigni prodigio cælitus approbata est; cum enim sub dio scriberet, & repentinus imber cælo præcipitaret, intento in cœptum opus Bernardo

Miraculum insigne. imūnis ab omni pluviarum injuria charta fuit, ita ut nec guttula quidem eam contingere aulā appareret. Qua perlecta Robertus, divino Spiritu tactus, ad primum locum rediit, & sub disciplina cognati Sanctissimi tantum profecit, ut succedentibus virtutum incrementis, Domus Dei postmodum fuerit constitutus Abbas, cumque septuaginta septem, & amplius, annis in Ordine vixisset, miraculorum gloria illustris migravit ad Christum.

Mutatur Robertus. *Barn. de Montalbo, Guillelm. Abb. S. Theodorici, Chryf. Henr. 1. 2. Sanct. Ord. &c.*

Miraculis claret. In Germania, Ducatu Wirtenbergie, Monasterio Murhartensi depositio Beati Waltherici Abbatis. Is eremiticam primum ducens vitam, cum magnis efflueret virtutibus, tanti à Ludovico Imperatore Caroli Magni filio factus est, ut ipsum secretorum animi sui arbitrum eligeret, & summo in pretio haberetur, à quo, & conditæ recens Abbatæ præfectus, æternum eidem loco decus eximia vitæ sanctitate conciliavit.

Conditur Cænobium Murhart. Condendi Cænobii authorem ipsum fuisse sibi Walthericum, Ludovicus in litteris Foundationis attestatur: *Divini, siquidem, Numinis instinctu, quidam venerabilis Eremita VValthericus nomine, Majestatis nostræ adiens præsentiam, ut locum sibi, ubi secretius Deo vacaret, largiri dignaremur, suppliciter exoravit. Cujus precationi tam bonæ &c. occurrentes, ipsum Venerabilem virum, habito fidelium nostrorum*

Laudatur vir sanctus. *confsilio, in nemore prope Castrum nostræ proprietatis, quod vulgo Hunenburg dicitur, juxtarivum, qui dicitur Murra, habitare permisimus. Laudabilem vero viri conversationem de die in diem proficere audientes, ipsum in peculiarem nobis Confessorem eligimus, & non multo post, solitariam ejus vitam necessario mutant, duodecim Fratres, qui una cum eo illic Deo servire, & secundum instituta Regule B. Benedicti Monasticam vitam ducere deberent instituiimus, &c.* Ita Ludovicus. Claruit vir sanctus A. C. 817. plurimumq; Cænobio suo consuluit, cujus ditionem & jura, cum duobus Cardinalibus Wormatiam ad Comitia profectus ab Imperatore in præsentia omnium Imperii procerū confirmari impetravit, & id ipsum à Stephano IV. meruit. Fuit illustribus, à morte prodigiis fidelium devotioni comendatus, quæ propter insigni ibidem, in honorem ejus ædificata & dedicata Ecclesia est honoratus, & multo populi concursu frequentatus, cujus superioribus annis lacræ corporis exuviæ, duplici fornice clausæ repertæ sunt, cum hoc Epitaphio: *Obiit VValthericus Abbas in tertia Kl. Decemb. &c.*

Conditæ in honorem ejus basilica. Ex monimentis ejusdem Cænobii, ab Hæreticorum manibus vindicati, & MS. R. P. Hieronymi Raynolt Weingart. Monachi, de diversis Wirtenbergiæ Cænobiis benè meriti; functioni tam præclaræ ibidem immortalui. *Aquila Benedict. Ann. Germ. &c.*

Epitaphium. In Monasterio Rameyæ, Beatæ Idæ de Nivella ejusdem loci monialis sanctissimæ, maximis Dei & Deiparæ favoribus illustris. De quanos prolixior ex aliorum opinione II. Decemb. &c.

B. Idæ. Villarij in Brabantia Beati Guillelmi septimi illius loci Abbatis, qui totus charitatis igne inflamatus, egregia charitatis suæ in pauperes exempla posteris dereliquit. *Ita hac die Menologium Cisterc.*

B. Guillelm. Abb. Lubecæ obitus Ven. viri Henrici ejusdem loci Episcopi, patria Bruxellensis, qui non sine Numine ad gratiam vocatus Religionis, Monachum in S. Ægidii Brunsvici professus, ex ejusdem dein loci Abbatæ Lubecensis Episcopus, mira eruditione non solum, sed & egregia vitæ sanctitate, eximio autem Deiparentis amore emicuit. Is Henricum Brunsvici Ducem in Palesthinam quandoque comitatus, eodem & Imperatore Orientis præfente, solemnī disputatione cum Græcis, super processione Spir. S. congressus strenuū R. Eccl. pugilē se gessit. Idem Deiparæ & Ioan. Evāg. honori ac nomini Cænobium

bium Lubecæ condens, in eodem mortuus & sepultus, cum sine intermissione ad tertium usque ante obitum diem, Missam de Domina celebrare non desisset jam clausos in mortem oculos repente

aperiens: *Ecce Virgo* quasi exiliens, extensis manibus dum disertè protulisset paulo post sanctè obit, nō sine signis suæ in terra Viventium beatitudinis. *Ex Trith. Arnoldo Abb. successore, Cranzio, &c.*

PRIDIE CAL. DECEMR.

XXX. Novemb.

Ordinatio S. Bonifacii.

Romæ Ordinatio & Consecratio Sanctissimi viri Bonifacii primi Archiepiscopi Moguntini, & Germanorum maximi Apostoli, facta à Gregorio Papa II. qua eadem, jucundissima Germaniæ Conversæ memoria, & immortale tanti Pontificis nostri meritum celebratur. Dies æterno universorum plausu & jubilo celebranda, & inter faustissimos, alioque signatas lapillo, æternum inferenda. Quæ quantum adferre Christi & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidelibus, solatii debet & gaudii tanto deinceps sæculorum decursu, in eadem omnino Fide perstitisse; tantum confusionis, & ignominie Hæreticis, desiderii & ingenii proprii temerario scelere, in præcipitium raptos, à tanto Patre degenerasse, & descivisse. *Mart. Bened. Hug. Menard. &c. Annal. nostr. Germ. & Aquila Bened. &c.*

Conversio Germaniæ.

Confusio Hæreticorum.

S. Acca Episc.

Ejus Magister, & discipulus.

Apostolus Frisia & Saxon.

Fit Episc.

Obiit 740.

tione elevatus & translatus: *ob cujus sanctitatis meritum, ait Hovedenus, omnibus demonstrandum, casula, & tunica, & sudarium, quæ cum sanctissimo ejus corpore in terra posita erant, non solum speciem, sed etiam fortitudinem pristinam usque in hodiernum diem servant. Sacra vero ejus exuvia usque hodie item in magna veneratione habentur. Roger. de Hoved. Guilh. Malmesbur. VWestmonast. Beda, Arnold. Duac. Nicol. Harpsfeld.*

B. Iosio Rosens. Audomaropoli in Cænobio S. Bertini, depositio Beati Iosionis cognomento Rosi, Monachi & Confessoris. Iosio, egregia morum innocentia, & exacta vitæ perfectione, sed à rarissimo erga Deiparæ amore & hujus in ipsum singulari benevolentia, celebratissimus fuit. Ejus rei fidem facit, breve quidem, at pium, quotidianum ac Mysticum, erga Dominam tantam ac Patronam modesti & pij clientis officium, hodiernam usque in diem, Iosionis deinceps imitatione, longo & perpetuo usu, ut & fructu, longè lateque à multis susceptū & persolutum. Id fuit, quinque Plalmorū recitatio; eorum nempe, quorum initiales litteræ Mariæ nomen expriment, quos post Matutinas preces, ejus in honorem, singulis singulas Angelicæ præmittens salutationes, omni die solitus est, ceu debitum servitutis suæ penum persolvere. Hanc Iosionis in Virginem Augustissimam pietatem, sequutum ingens miraculum. Enimvero, ex mortui capite, quinque, eaq; purpureæ rosæ exortæ sunt, in quarum prima aureis scriptum litteris, ac mirabiliter effectum nomen Mariæ apparuit, una ex ore, duæ ex auribus, totidem ex oculis effluere. Septem dierum spatio inhumatum jacuit Beati viri corporis, pio omnibus spectaculo, magna fidelium, rem supra omnem naturæ ordinem admirantium, religione. Sed & aliis multis post mortem miraculis à Deo honoratus Iosio, plurimos prodigiosè juvit, innumeros a. ex eo tempore magno in Magnā Matrem Virginem amore succendit, & immortale decus Cænobio suo, Ordini & Orbi universo peperit. *Ferrolius Loerius, Hen. Costerus, Aub. Miræus, Carol. Steng. Arnold. Duac. Aquila nostr. 1. 2. SS. Ordin. &c.*

Deiparæ Cultor. *Psalmi s. Deiparæ.*

Admirandū prodigium.

Concursum populi.

Miraculū. *Fructus & meritum.*

Eodem

B. Iosbertus

Eodem die, Monasterio Dolensi, felicissimus transitus, Beati Iosberti Monachi & Confessoris. Iosbertus, Iossioni, de quo jam primum, si non carne, nomine certe, professione, virtute, gratia, & miraculo cognatus, sed & tempore vicinus, imo æqualis (doctissimorum tamen & Religiosissimorum hominum assertione, alijs) eandem quinque Psalmorum recitationem, in usu & ipse quotidie habuit, singulisq; Antiphonæ loco: *Ave Maria*, cum versu insuper: *Post partum Virgo &c.* & oratione: *Concede nos famulos tuos &c.* subjecit, qui consimili prorsus post mortem miraculo hac ipsa die (quamvis pro præcedente die nonnulli contendant) honoratus est, ea tamen differentia, ut præter initiales, in singulis versibus descriptas litteras, primus cujusq; Psalmi versus integer, prodigiosissime scriptus legeretur. Evocatus, præter confluentem populi multitudinem, ad contuendum tantæ novitatis miraculum, Henricus de Soliaco Patriarcha & Archiepiscopus Bituricensis, ipse occurrit: *& tanta jucunditatis miraculo (verba Historici ipsa ponimus) exhilaratus, immensas gratiarum laudes, Deo & Sanctæ Genitrici reddidit; qua sibi fideliter & devotè servientes, honorare, & glorificantes glorificare non desinit. Pontificalibus igitur ornamentis indutus, cereis & crucibus, thuribusque, Clericorum & Monachorum multitudine circumdatus, reverenter ad corpus defuncti accedens, rosam quæ de ore ejus erumpebat, manu sua tulit: qua facile subsequente, cetera quæ oculis ejus & auribus remanserunt, protinus emarcuerunt, pristinumque decorem amiserunt; illa tamen quam de ore ejus Archiepiscopus tulerat, in sua viriditate & pulchritudine permansit.* Obiit spectatissimus Deiparæ Cultor A. C. 1186. Ioscio autem, de quo superius A. Ch. 1163. cujus æquæ atque Iosberti auctoritate Pontificia & præsentia probatissimum miraculum fuit, cum ad Divi Bertini Cænobiū, non unus solum, sed plures Episcopi, eosque inter Andreas Atrebatensium Pontifex, nec non plurimi Abbates & viri spectatissimi, tota ea quæ sacrum expositum funus erat septimana, occurrerent. *Ex Monim. Dolensibus, Georgio Colvenerio, Hugone Menardo, t. 2. Sanct. Ord. lib. Cult. Deiparæ, &c.*

Obiit 1186.

Concurfus ad miraculū

B. Albertus Abbas.

Apud Bergomum depositio Beati Alberti Abbatis Pontidensis, qui sanctæ Conversationis fragrantia redolens, invidia dæmonis, scelere impiorum apud Pont. Max. accusatus, quod minimè jejunos

celebraret, innocentiam suam non solum facile probavit, sed & in oculis Summi Pontificis & trium Cardinalium insigni miraculo commendatus est, cum ad mensam Papæ confidens, aquam prodigiosè in vinum convertisset. Claruit & à morte magna miraculorum gloria, innumeris undique ad ejus tumulum ægrotis & infirmis confluentibus, vota que ob adeptam sanitatem nuncupantibus. Ejus sacrum corpus asservatur in S. Mariæ, *Nova Bergomi. Phil. Ferrar. Mart. & Menol. Cist. Chryf. Henr. t. 2. Sanct. &c.* Ejus memoria ab alijs 5. Sept. recolitur.

Miracula.

In Claravalle B. Bernardi Conversi admirandæ humilitatis & mansuetudinis viri, qui pro persequentibus & affligentibus se, orare sedulo consuevit, & à latronibus aliquando spoliatus, enixissime iisdem delicti veniam à Domino exoravit. Ejus, à morte, gloriam, mirabili visione cuidam Sancto viro Deus ostendit, cum raptus in extasim, velut in adventum magni Regis, exquisitissimo apparatu, in paradiso voluptatis omnia adornari conspiceret, innumeris sanctis in occursum undiq; confluentibus, voce laudis, & admirabili Musica altissimum resonante. Miranti & sciscitanti super hoc, Angelus Ductor respondit: *Hæc est celebritas nova, novius cujusdam Sancti, hodie de domo Clara-vallis assumpti, & in gaudia ista modo solemniter introducendi.* Iussus postea, qui hæc viderat, ad humana reverti, cum enixè deprecaretur; oportere, ut hæc prius Fratibus nunciaret, intellexit, certus se ad ejusdem triumphum participium illico evocandum. Revixit, recitavit, valedixit, & mox in Domino obdormiit, compertumq; missio procul ad Claramvallem nuncio, eâ die & hora Bernardum obiisse. Claruit vir sanctus tenore S. Bernardi Melliflui. *Sequin. Montalbo, Henric. &c.*

B. Bernardus Conversus.

Ejus charitas

Visio cujusdā

Ingens meritū argu- mentum.

Confirmatur videntis morte visio.

S. Guilelmus Abb.

B. Rufinus Abbas.

Cistertij Beati Rufini Abbatis, & totius Ordinis Generalis: qui cum pastorem dignitatem, Angelicæ vitæ & pietatis eximiam ornasset insignibus, sanctitate conspicuus & dives meritis, evolavit ad cælos.

Ang. Maurique, Chryostom. Henric. Menol. Cisterc. &c.

☉ (o) ☽

☽

MENO.

MENOLOGII BENEDICTINI

LIBER SECVNDVS.

MENSIS DECEMBR,

CALENDIS DECEMBRIS.

F.

I. Decembr.

S. Eligius.

Noviomi in Belgia, Sancti Eligii Episcopi, cujus vitam admirandam multiplex signorum numerus commendat. Eligio gravidæ matri, aquila insignis visa super thorum volare, iterumque ac tertio se compellere. Natus Lemovicis Eucherio & Terrigia parentibus, sagacis ingenii specimen prima ætate dedit. Aurifabrillem addiscens, Abbone magistro, ea arte in primis excelluit. Clothario Regi ob ingenium integritatemque ita commendatus est, ut nihil esset quod fidei ejus creditum nollent. In pauperes liberalissimus, ære alieno gravatis ita condoluit, ut non raro se, suaque omnia oppignoreret, quo debitoribus, mirando in primis misericordiæ exemplo, pro alijs satisfaceret, seu captivos redimeret, ea jam tunc nominis ejus ob sanctitatem celebritate, ut Principum exterorum Legati, Eligii conspectu atque alloquio frui in hiantissime flagitarent, & vero licet ille auro gemmisque ornatus incederet, cilicio tamen ad carnem indutus, pœnitentiæ operibus totum se impendebat, Monachi vitam in ipsa etiam Regia sedulo exercens. Sanctorum Reliquias religiosissime coluit, & in cubili suo decentissime asservavit, cælitus aliquando edoctus: *Orationes suas exauditas, & pœnitentiæ Deo acceptam esse.* Dagoberto Clotharii filio æquæ charus, ope ejusdem celeberrimum Solemniacense Cænobium condidit, in quo primo statim tempore, centum quinquaginta Monachos congregavit, Monachumque ipse professus, ac postea Abbas factus, suis omnibus rarissimæ Sanctitatis facem prætulit. Parisiis etiam Virginum Monasterium struxit, eique Auream, re & nomine, Abbatissam præfecit; ubi trecentas paulo post Virgines Virginum Sponsos Virgines consecravit. Verum cucullo, & Cænobii felicitate beatissimum voluntas & imperium Numinis longè aliorum abstraxit: cum Sancto Arnulpho nostro, ex aula ad Cænobium profugiente, ipse ex Cænobio à Dagoberto extractus, cū

Visio Matris.

Aurifaber.

Mira misericordia.

Fama ejus.

Vox celo ad ipsum lapsa.

Fit Monachus & Abbas.

Cænobio extractus.

spem revertendi nullam haberet, Abbatis onus & honorem Sancto Remaclo resignaret. Nec multo post, Noviomensis Episcopus esse coactus, Episcopatum illum insignibus statim meritis beavit: Veromandenses, Tornacenses, Gandenses, Curtracenses aliosque æternum sibi obligavit. Sed & impellente Spiritu Domini, longè ulterius progressus, Flandrenses atque Antuerpientes, Frisones insuper ac Suecos, sed & barbaros quosque matris accolat, quos velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis vomer impresserat, ab idolorum cultu felicissime revocavit. Magnique apud eas gentes Apostoli nomen jure indeptus est. Condidit plurima passim per se suosque Cænobia; & Ecclesias Sancti Pauli & Martialis Parisiis extruxit. Eum admirandis, & penè innumeris miraculis Deus illustravit; quæ inter, contractum sola eleemosynæ porrectione prodigiosè curavit; & mortuum solo manuum contactu vitæ reddidit. Multa Sanctorum corpora prodigiosè, revelante Numine reperit, eoque nomine, de Noviomagensibus S. Quintini Martyris, de Sueffionensibus Sanctorum Crispini & Crispiniani, de Belluacensibus Sancti Luciani, corporibus; inventis & publicæ omnium venerationi expositis, æternum meruit. Decessit octogenarius An. Ch. 665. vel ut nonnulli volunt, 659. cujus sacrum corpus, anno post obitum revolutum, cum transferri deberet, repertum est incorruptum. Asservatur autem in Basilica Sancti Lupi, quæ ab ejus deinceps nomine, Sancti Eligii est appellata. Fuit etiam à morte de Regno Galliarum meritisissimus, quæ inter merita, haud minimè illud, cū Sanctam Bathildam Reginam, eidem sæpè apparens, de multis instruxit, & Regni æterni amore inflammavit. Debent Eligio principes suas Basilicas, & beneficia amplissima, Aldenburgenf. Brugenf. Rodenburgenf. Oostburgenf. aliq; urbium præcipuarum incolæ, ut nemo Elogij laudes dignè sufficiat expli-

Apostolos multarum provinciarum.

Condit Monasteria.

Mortuum suscitavit.

Mortuus A. C. 665. &c.

Merita insignia.

explicare. Vocatur à Gallis & Flandris Sainct Eloy, sive Loy, cujus alia inter prodigia, equorum prodigiola sanatio inprimis celebratur; quo ipso nomine, per Europam passim univèrsam, à fabris maxime colitur, & innumeris Sacellis atque statutis honoratur. Reliquit non pauca ingenii & pietatis monumenta, quæ inter sexdecim ejus Homiliæ tomo 2. Bibliothecæ Patrum toto orbe circumferuntur. Fuit cultor Deiparæ singularis, cujus Pfalterium, quasi pro insigni Pontificatus sui gestans, Cathedram sibi Pontificiam ipsius fabrefecit, clavis 150. aureis argenteisque visendam, aliis 15. majoris notæ interfertis, secundum quæ sic fixa signa Pfalterium orasse scribitur, uti refert B. Alanus de Rupe Dominicanus cap. 20. partis I. *Ex Sancto Audoëno, Bucherio, Sigeberto, Baronio, Petro Equilino, Molano, Alberto Mireo, Ferreolo Locrio, Vincentio Bellouac, Joanne Buzelino Aymoïno, Arnolde Duac. Annal. nostr. & Aquila Bened. &c.*

In Monasterio Calensi, territorii Parisiensis, Venerabilis Hereswidæ Regina. Fuit hæc mater Adulphi sive Adelulphi Anglorum Regis; sed generosissimo regij fastus contemptu longe illustrior, è patriæ, & Regni, ac Regiæ deliciis emergens, peregrina in Galliam venit, & in Calensi Virginum sanctissimo Cænobio, aureis indumentis cucullum præferens, tantis in eo virtutibus illustrata effulsit; ut parem cultum vitamque Hilda soror ejus sanctissima & ipsa expeteret & pullam amplexa vestem nihil prius haberet, quâ fororis perfectionem imitari. Claruit Hereswidæ sub A. C. 647. *Ex monim. Calens. Vita S. Bertilia MS. Hugone Menardo, Eduardo Mayheuvv, Ven. Beda. Nicolao Harpsfeldio, t. 2. SS. Ord. &c.*

Romæ in Monasterio Sanctorum Vincentii & Anastasiæ, depositio Sancti Hugonis S. R. E. Cardinalis, egregia vitæ sanctitate conspicui. Hugo Gallus natione è primis lectissima Reformationis nostræ Cisterciensis Syderibus mirè emicuit; & ob insignia vitæ merita Abbas Sanctorum Vincentii & Anastasiæ ad tres fontes in Vrbe electus, inde non multo post ad summos honores expetitus, ab Eugenio III. sacro purpuratorum Patrum Collegio accensus Cardinalis Episcopus Ostiensis & Veliternus renunciatus est. Quo quidem eminentissimo in honoris gradu Humilitatis Monachicæ minimè oblitus de consuetis Ordini exercitiis nihil remi-

sit, suamque juxta industriam gravissimis meritis Ecclesiæ comprobavit; quæ inter mira constantia Sanctissimæ Matris horeticos stibus se opposuit, & Hæreses Apostolico profugit. spiritu expugnavit: *Præsertim, inquit, vitæ Auctor, Henricianorum error in tantum prævaluisset, ut jam Basilica sine plebibus, plebes sine Sacerdotibus, Sacerdotes sine debita reverentia essent, infantibus negaretur gratia Baptismi, & omnia tandem Ecclesiæ Sacramenta passim contemnerentur, hic vir verè beatus, velut alter Elias, falsos Prophetas in ore gladii, quod est verbū Dei, exturbavit &c.* Maximi ipsum fecit Mellissuus Doctor Bernardus noster, plurimisque Epistolis laudes ejus celebravit, Epistola inprimis 240. ubi perinsigne hoc ejus elogium contexuit: *Venerabilis, inquit, Ostiensis Episcopus ab Apostolica sede, ad hoc ipsum (tantos nimirum errores profligandos) directus, homo, qui magna fecit in Israël, & Victoriæ dedit Ecclesiæ suæ in multis per illum Dominus Omnipotens, &c.* Valedixit mortali-

bus verè eminentissimus virtute & meritis, ut dignitate, Cardinalis, sub Hadriano IV. Eugenio successore, & habita sanctitatis ejus ratione, Sanctorum albo adscriptus est. *Ex Vita. Alamanno Antifiodorensi, Philippo Seguino, Angelo Manrique, Roberto Rufca, Arnolde Carnotensi, Epistolis S. Bern. 274. 277. 290. 296. 306. 307. Alph. Ciacon. Chryf. Henr. &c.*

Apud Cenomanos in Cænobio Gaboronico, depositio Sancti Constantii monachi. Fuit hic genere Arvernus, monachumque in supradicto Cænobio professus, sanctioris vitæ perfectissimum magistrum Sanctum Frambaldum Abbatem habuit; cujus virtutes strenuè imitatus, miraculorum etiam gloria clarissime evasit. Vixit sub A. C. 580. *Ex Renato Bened. Hugone Menard. Arnolde Duac. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Britannia, Sancti machutis Episcopi & Confessoris. Ponit hac die natalem machuti Andreas Bambergensis, nos juxta communem, 15. Novemb.

In Bavaria Sancti Marini Episcopi Bojorum Apostoli, Sanctorum Altoviti & Vitgillii collegæ; qui cum iisdem, Apostolicis laboribus totū se consecrans, strenuam Sanctæ matri Ecclesiæ operam navavit, & profligato impio dæmonum cultu, ingentem hominum multitudinem cælo lucratus, de diversis locis grandi merito æternum meruit; & tam præ-

Innumera miracula.

Ejus monumenta.

Ven. Hereswidæ Regina

Clar. 647.

S. Hugo S. R. E. Cardinalis

Fit Abbas.

Card. Episc. Ostiens.

Hæreticos profligat.

Insigne meritum.

Elogiū præstantissimū

Moritur.

Canonizatur.

S Constantii mon.

Clar. 580.

S. Machutus Episc.

S. Marini Episc.

Apostol. Bav.

Obiit 740. claræ functioni immortalis, sub A. C. 740. ad præmia æternitatis evolavit. *Ex Variis rer. Boic. script. Matth. Radero, &c.*

S. Theclanus Ibidem Sancti Theclani Episcopi Salisburgensis, qui magistrum sanctissimum strenuè æmulatus, Apostolici laboris in terris socius, participium gloriæ in Regno æternitatis promeruit. *Ex German. nostr. Benedic. tom. 2. Sacro-Ordin. rer. Boic. script. &c.*

B. Haberilia In Germania, ad lacum Potamum Beatæ Haberiliæ, discipulæ Sancti Galli Abbatiss, quæ poenitentia operibus addicta, inter densas locorum illorum & temporum tenebras, mirè eluxit, & post cursum vitæ sanctissimè exactum, ad sponsi æterni amplexus evocata, disruptis mortalitatis compedibus, ad supera concessit. Claruit A. Ch. 600. *Extomo 1. Constantiæ Benedictinæ, German. nostr. Bened. monim. Sangallens. & Augiæ Majoris apud Brigantium, &c.*

V. Becus Londini, passio Venerabilis Ioannis Beci Abbatis Glocestensis, quem Henricus VIII. Apostata Anglorum Rex, quod impietati ejus subscribere constantissimè recusaret, diversis tormentorum generibus excruciatum, è medio sustulit.

Ven. Marcus Fiteri in Navarra obdormitio Sanctæ memoriæ Marci de Villa Abba, lucidissimi superiore sæculo luminaris. Hic in sanctissimo Cænobio Montis Sion in Hispania, cucullum amplexus, tantos in omni virtutum genere progressus fecit, ut honoribus & dignitatibus quamplurimis ab omnibus honoraretur. Eum Philippus II. Hispaniarum Rex maxinifecit, cumque eximium ejus vitæ sanctitatem & in regendo dexteritatem exploratam haberet, Fiteri, celebris Cænobii Abbatem renunciavit. Laboravit strenuè vir sanctus, in suis ad exactiorem Regulæ observantiam cogendis, tantumque effecit, ut eorum exemplo etiam alii concitarentur. Reformator Generalis Congregationis nostræ Cisterciensis in Hispania constitutus, eâ in dignitate, ut præclare de Ordine meruit, sic omnium sibi amorem conciliavit. Animi demissione spectatissimus fuit; eâ in pauperes charitate, ut totum ferè Monasterii censum, in eorum necessitates impenderet; nulla sui ipsius habita ratione, cum victu, vestitu, aliisque necessariis, nec hili pretio, à mi-

Philippus II. ipsum honorat.

Reformator generalis.

Ejus demissio

nimo Monachorum discerneret. Tandem meritis & virtutibus plenus, cum mortem advenientem intrepidus expectasset, maximo monachorum mœrore & populi comploratione Christi Anno 1590. defunctus, insigni prodigio à Numine honoratus est, cū tumulo ejus, septimo post obitum anno, non sine Divina suggestione, aperto, sacrum ejus corpus adeo integrum repertum est, atque incorruptum, ut ea primum hora sepulchro illatus videretur. Stupenda res! Condere denuo, nulla digna, tantum thesaurum, æstimatione, & calcis in super vivæ cumulos injecere, cum ecce post multos demum annos, non aliter atque antea incorruptissimum reperere. Reliquit vir sanctus, insignia aliquot ingenii monumenta, quorum præcipuè Commentariorum in Itaiam libri decem celebrantur. *Annal. nostr. Bened. Barnabas de Montalbo, Fascic. Sanct. Henriquez. Phœnix reviviscens ejusd. t. 1. SS. Ord. &c.*

Eodem die insignis Commemoratio & solemnitas Sancti Eligii apud Bethunienses ob pestem prodigiose profligatam, celeberrima ibidem sub ejus nomine Congregatione instituta, quam Charitatem Eligianam appellant, & ab ipso met, duobus fabris Ferrariis A. Ch. 1188. apparente, ferunt inchoatam, qua Charitate, mortui supremo honore & amore afficiuntur, circumlato S. Eligii in processione solemniter cereo, quem nulla unquam sui parte deprehenditur deperire; annis jam quadringentis, tanto temporis usu & periclitatione, nemine unquam, qui illud Christianæ charitatis munus excuisset, quidquam contagionis exadfectis corporibus contrahente. Est & Duaci magna hac die celebritas, quâ ingens undique equorum copia abducitur, qui duobus illic asservatis S. Eligii malleolis, cruce signati, contra phrenesim muniuntur. Res mira, sed certa; si equus phrenesim patitur, statim ut malleolo signatur & aqua lustrali aspergitur, prodigiosè curatur. *Huctuar. SS. Balg. Arnold. de Raiffe tom. 2. SS. Ord. &c.*

Moritur 1590.

Incorruptio mira.

Celebritas S. Eligii.

Stupenda res.

Æternum miraculum

Equorum curatio.

☉ (o) ☽

H. Decemb.

G.

B. Oderisus S.R.E. Card. **Fit Abbas.** **Infans mirè maturus.** **Fit Card.** **Cardinalis & Præpositus** **Fit Abbas.** **Ejus industria.**

IN Monasterio Casinensi, depositio Beati Oderisii Abbatis & S.R.E. Cardinalis. Oderisius, illustri admodum genere natus, Marforum Comitem patrem habuit, sed contempto sæculo factus illustrior, inter fulgidissima Casinatis montis sydera, clarissimis sanctitatis atq; eruditionis radiis, mire effulsit. Sanctissimi Cænobii, post illum *Monachorum Archangelum* Desiderium Abbas effectus, humillimis se ipsum perpetuo accensuit, multoque eminentior animi demissione, quam ullo deinceps dignitatum gradu, spectatus fuit. Eum Desiderius antecessor, puer etiamnum cum esset, sibi in Monasterii præfectura successurum, disertè prædixit, cum adeo rerum humanarum contemptus, caelestium amor & meditatio, divinæ lectionis studium, & totius Regularis disciplinæ observantia, in eo etiamnum infante emerent. Inter Purpuratos ab Nicolao II. Pont. Max. adscriptus, nihil de pristina vivendi consuetudine detraxit; & quod mireris! Non discessum à Cænobio, non omisæ communis disciplinæ functiones, non antiqua humilitatis contentio, non ingens proficiendi ardor imminutus, quin à Desiderio Præpositus ordinatus, idem Cardinalis & Monachus, longe dignius quam quisque Princeps simul & Episcopus, sacros Religionis ritus & decreta, majore quam antea studio custodiens, eandem disciplinæ observantiam, suo exemplo demonstratam, à reliquo etiam Monachorum cætu requirebat. Imminente denique Victoris III. Papæ (olim Desiderii) obitu, qui Casinatis Abbatis nomen & munus, ne quidem in Pontificatu Orbis & Urbis deposuerat, nolens ac reluctantans, ad Cænobii regimen, universis Fratrum suffragiis sublectus est; quod annos septendecim sanctissimè atque utilissimè administravit; & nusquam ulla ex parte à frugali & domestica consuetudine recedens, alumnos suos ad omnem temperantiam & probitatem, admotis veluti calcaribus efficacissimè permovit. Monasterii ædificia à Desiderio magno splendore cæpta felicissimè absolvit, bona ejusdem multis annis deperdita, sua industria redemit & recuperavit, & Ecclesias aliquot atque Monasteria Con-

gregationi Casinati adjunxit. Fuit ob egregiam vitæ sanctitatem celeberrimus, & à maximis Principibus, præcipuè cultus atque dilectus, cujus familiarem amicitiam per frequentes litteras, ipse etiam Orientis Imperator, Alexius Comnenus exambivit, eidemque ac Monasterio regia liberalitate quamplurima contulit. Sed & Henricus IV. Imperator Occidentis, quamvis juratus Ecclesiæ ejusque fidelium hostis, Oderisium plurimum reveritus, plurimum dilexit, eique præcipuè favit. Obtinuit ab Urbano II. & Paschali II. multa pro Monasterii dignitate privilegia, ac demum, de Monasterio suo, Romana sede, & Gregoriana factione sanctissima (cujus in Schismate Guibertino partes constantissimè tuendas suscepit) optimè meritis, Casini IV. Non. Decemb. A.C. 1105. Sepultus in Patriarchali S.P.N. Ecclesia Casinensi. *Petrus Diac. Mar. Ant. Scipio familiaris noster, Hugo Menard. Annal. nosl. &c.*

In Anglia Sancti Adamanni Monachi Presbyteri. Adamannus Monachus, Monasterii sacrarum Virginum in Vrbe Coludi præpositus, natione Scotus, vir austeræ conversationis, & sanctæ vitæ, incredibili rigore carnem spiritui subiecit; & in conspectu Domini se affligens, voluntario Martyrio, caelo victimam sacravit. Solitus, præter Dominicam diem, & feriam quintam, nihil prorsus cibi per hebdomadem admittere, sæpè etiam noctes totas pervigil in oratione transigere, magnis effulsit virtutibus, & meritorum ingenti copia felix, ad remuneratorem bonorum, æternitatis percepturus præmia, abiit, post An. Ch. 670. *Trith. lib. 3. Vir. illust. Angl. rer. script. Leslaus lib. 4. Menard. Arnold. Duc. tom. 2. SS. Ord. &c.*

In Hispania, Beati Roberti primi Abbatis Monasterii B. M. V. de Mataplana, viri sanctissimi, & miraculorum gloria celeberrimi, qui in sancta conversatione, usque ad consummationem immaculatæ vitæ fideliter perseverans, verbo & exemplo suis discipulis laudabiliter præstitit, & rarissimæ perfectionis fundamentis, novi Monasterii feliciter jactis, æternum loco eidem decus conciliavit, & æternis beneficiis provinciam universam demeruit, quæ inter, ut perpetuum, sic rarum atque in-

Imperatori- bus charus.

Defensor Ecclesie.

Obiit 1105.

S. Adamanni Mon.

Ejus vita rigor.

Moritur 670.

B. Robertus Abbas.

Contra locustas certum presidium.

inprimis memorabile illud; quod, cum locustarum ingenti vi, & voracissima peste regio illa infestatur, cunctis ad Patronum suum Robertum confugientibus, circumlatis solemnibus in Processione, ut vocant, sacris ejus corporis exuviis, in oculis & conspectu omnium catervatim fugientes locustæ, non tamen effugiunt; verum illico, stupentibus ad insolentiam prodigii exteris, mire interempti, extinguuntur. Asservantur perhonorificè sacra ejus Reliquiæ, quibus ejusdem Monasterii summum altare (indubiæ sanctitatis testatissimo monumento) solemniter est consecratum. *Barnab. de Montalbo, Angelus Manrique, Chrysof. Henrig. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Summo in altari conditur.

B. Anselmus.

In Germania Beati Anselmi Monachi eximia vitæ sanctitate conspicui. Hic de se humillimè semper sentiens, virtute eminentissimus evasit, cujus sanctitas plurimis à Numine prodigiis mirè prodita est & celebrata. Cum enim Diaconus etiamnum in Ecclesia Evangelium caneret, candidissima super eum è caelo descendere columba visa est, & ad finem usque Evangelii taliter conspicuam, & præsentem eidem se exhibere. Presbyteratus honore insignitus, columbam illam dum sacris operaretur præsentem similiter habuit, quam quoties ad aram accederet, è caelo occurrentem presbyter quidam Religiosus intueri meruit. Fuit Deiparentis Virginis obsequio addictissimus, apud quam, utpote suis meritis diffidens, cum Beato Henricum Hemmenrodensis Cænobij Conversum, miraculorum gloria & Prophetiæ dono illustrissimum, deprecatores exoraret, & hic ut exoratus erat, exequi non negligeret, Augustissimæ cæli Regina Henrico, inter Sanctas Mariam - Magdalenam & Elisabeth media, miro splendore apparuit, cui stupenti, & quænam tantæ pulchritudinis matronæ essent miranti, Magdalena respondit, & cogitationibus quas promerere non audebat satisfecit: *Ego sum Maria*

Deipara ad dictus.

S. Birinus Episc.

Magdalena, inquit, hæc est universalis Domina, Dei Genitrix Virgo Maria, digito eam demonstrans, tertia vero est Elizabeth. Et adjunxit: *Tu oras pro Anselmo, magis autem indiges, ut ipse pro te oret*, sicque disparuerunt, ut facile ex magni illius Henrici perfectione de Antelmi eminentia sit ominari, qui peccatorum maximum se nihilominus reputabat, & quorumvis Fratrum suffragia, ut sibi nimis quam necessaria humillimè implorabat. Cujus viri merita multa alia signa ostenderunt. *Philippus Sequin. Casarius Heisterbac. Menolog. Cist. Chrysof. Henrig. &c.*

Viso illustra Elogium per-insigne.

Humilitas viri sancti.

B. Methildis Virgo.

In Italia Beatæ Methildis Virginis, quæ sub sanctissimo Cisterciensium nostrorum Instituto, Sponso Virginum Christo consecrata, crucis mortificationem jugiter in corpore suo portans, flagellis, jejunii, aliisque ejusmodi voluntariis suppliciis corpusculum suum excrucians, & carnem Spiritui servire cogens, multis revelationibus & signis illustris, gaudia meruit beatorum. Vixit tempore, magni illius Theologorum Principis, Sancti Thomæ Aquinatis, sub cujus transitum, sanctum illius animum carne solutum, comitantibus Angelis & Beato ejusdem Magistro Alberto, antethronum Divinæ majestatis comparere contexit. *Chronicon Cisterciense, Barn. de Montalbo, Catalog. SS. Cisterc. & Menolog. Chrysof. Henriquez. &c.*

Viso ejus.

S. Bercharii translatio.

In Monasterio Casinensi solemnis translatio Sancti Bercharii ejusdem loci Abbatis & Martyris. Celebratur hæc sub Festo, ut vocant Duplici minori, in eodem Sacratissimo Cænobio, fuitque insignibus à Deo miraculis honorata. *Ex Monumentis Cænobii Casinatis, Arnoldo Duacen. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Gertrudis Abb.

Nivellæ consecratio Sanctæ Gertrudis Ducissæ Brabantæ, Virginis & Abbatissæ. *Ioan. Molan. Hugo Menard. Arnoldus Duacen. &c.*

SS. Benedictus & Ioannis Mart.

Eodem die, Sanctorum Benedicti & Ioannis Monachorum & Martyrum, Sclavoniæ Apostolorum.

TERTIO NONAS DECEMB.

III. Decembr.

A.

In Anglia, Sancti Birini primi Episcopi Dorcestriensis. Birinus Monasticis disciplinis, cellulæ quiete, & contemplationis fervore excoctissimus, compertis confratrum in Anglia, in conversione Gentium successibus, & Doctorum, in tantâ

populorum multitudine infrequentia, miro propagandæ fidei zelo inflammatus, sponte sua Honorium Pontificem adiit, operam suam obtulit, & in se recepit, se paganda fidei in intimas Angliæ partes, quo nemo ad eam usque diem Doctorum pervasisset,

Zelus propaganda fidei

penetraturum, & impio ac stulto Deorum inanium extirpato cultu, sacræ illic fidei semina, contempto etiam mortis periculo, libentissimè sparsurum. Approbavit ferventissimum viri Sancti zelum laudatissimus Pontifex, & quo facilius feliciusque rem tantam conficeret, Asterio Genuensium Antistiti ut ipsum Episcopum ordinaret demandavit. Profectio nis initia Birinus, stupendo prorsus, & ad eam usque diem inaudito prodigio consecravit: quippe occasionem navigandi commodam nactus, soluta ac jam provecta in altum nave, cum velocissimo hæc cursu, ventis secundioribus raperetur, recordatus pallæ sacræ, quam Honorius Pontifex præter alia dono dederat, in hospitio relicta, cum flectere cursum navæ non possent seu nollent, ipse fluctibus Apostolico se credens exemplo, siccis vestibus per mare ad littus evadens, inde repetito prodigio, in oculis omnium, ad navem remeavit. In Angliam delatus, indefesso quamprimum studio, maximos labores aggressus, felicissimis demum successibus, Occidentales Saxones, Gevissos appellant, Christo lucratus, cum Rege eorumdem Cynigildo universos convertit, ipso Sancto Oswaldo Rege de sacro fonte illum suscipiente, eique filiam in matrimonium collocante. Donatus à Rege utroque Birinus Dorcinensi urbe sive Dorcestria, fundato ibidem Dorcestrensi Episcopatu, de Regno universo æternum meruit, primusque ejus loci effectus Episcopus, & à morte Patronus, æternum sedi illi honorem conciliavit, quæ exinde Lincolniam translata, originem nihilominus suam Birino debuit, & merito transcripsit. Nec minore felicitate in West-Saxoniam progressus, eam quoque provinciam Ecclesiæ Christi adjunxit: cui, inquit Harpsfeldius, (ob meritum nimirum magnitudinem,) quiddam immensum debemus. Denique vita sanctissimè exacta, miraculorum gratia celeberrimus in Domino obdormit, prodigiorum crescente multitudine, jussu Honorii Papæ solemniter paulo post elevatus. Claruit An. C. 635. Anton. de Yepes, Baron. Harpsfeld. Edoard. Mayheuvv, & reliqui rer. Angl. script. Annales nost. & tom. 2. SS. &c.

Senis in Tuscia, Sancti Galgani eremita. Galganus, Eugenio III. & Friderico I. Imper. orbi præsentibus, parentibus, antea sterilibus, pago seu castro Clus-

dino natus est. Voluptatibus primum deditus, totum deliciis mundi hujus se proluit, donec defuncto Patre, à Michaële Archangelo in somnis bis apparente, bis monitus, ut Christi militiæ nomen daret, in montem Sepium fecersit, ubi tertium ab eodem Angelo interpellatus, ut mundum desereret, & Deo soli vacaret, haud leviter impelli se, sensit. Verum eo à consilio, cum mater & propinqui abhorrerent, elegantemque atque opulentam uxorem proponerent, blandimentis ac precibus charorum averti se passus, ut ad contuendam paratam sibi sponsam equum conscenderet, persuasus tandem est. Stupendares! contencso equo, adhibitis magna vi calcaribus obnixus constanter est equus, & præfractè obstitit, repetitoque asini Balaam rarissimo prodigio, diserta voce ab Angelo se prohiberi & teneri, pronunciavit, cujus etiam vestigia saxo prodigiosè ibidem impressa in hodiernam usque diem demonstrantur. Obstupuit miraculo Galganus, & jam verè mutatus, datis Deo manibus, cruce ensis ibidem defixa, extructaque mox illic cellula, solitariam primo vitam sine certis legibus egit, donec sanctissimo se Cisterciensium nostrorum instituto addiceret. Fuit magna contentione ab Infero impugnatus, de quo tamen, in preces effectus, illustres, dante Numine, triumphos reportavit. Iejuniis assiduis corpus extenuavit, lectuli vice humum habuit, bacis silvestribus, & herbarum radicibus, adhibito aque potu deinceps contentus, qui summis antea deliciis assueverat. Vehementer tentatus, Clusdinum rediret, voce de celo lapsa roboratus, tentationem superavit. Venatori cum vestes & equum donasset, ut pellibus primum ejus indueretur, proditus matri ab illo est, quæ, sponsa & propinquis adductis eo convolans, ut ipsum abduceret, filii exhortatione ad eo permota est, ut lubens annueret, & hilaris reverteretur, sponsa insuper persuasiva, ut Virginitatem illibatam Deo servare constitueret servaretque. Sanctitatis fama cum celeberrime evaderet, & molesto multorum occurso vexaretur, Romam profectus est, ut sancta ibidem loca visitaret. Quo tempore, cum pessimi genii instinctu nonnulli cellam ejus cum cruce exussissent, ulciscente mox Numine omnes malè perierunt, quod ipse agnoscens in Spiritu summo Pontifici nunciavit, ejusque munitus benedictione, reversus

S. Michaël eidem appareret.
incipitur blandimentis
Equus ejus loquitur.
Convertitur
Ab Infero impugnatur.
Vox celo delabitur.
À matre visitatur.
Viscitur injuriis Dem

Stupendum prodigium.

Siccis pedibus ex navi egreditur & regreditur.

Occidentales Saxones, convertit.

Regem baptizat.

Episcopatum fundat.

Vestaxoniæ similiter convertit.

Obiit 635.

S. Galganus Mon.

vestus alia ibidem extructa cellula, ensis partes signo crucis denuo copulavit.

Miraculorum gloria. Eum miraculorum gloria Numen mirè extulit. Absentia ut præsentia vidit: prævidit futura: dæmones ab obsessis fugavit, ægrotis sanitatem restituit. Panis venenatus, à quodam porrecto comestusque haud ei nocuit. Fuit DEI paræ ad dictissimus, ipsique vicissim dilectus, quæ ipsi aliquando in medio Apostolorum apprensus, librum quendam potrexit. Denique ad æternam requiem iis verbis vocatus: *Satis est, quod laborasti, metes nunc quod seminasti*, obdormivit in Domino, Ann. Christi 1181. ibidem ab Episcopo Volaterrano, (in cujus Diocesi situs est locus) & Massano, ac aliquot Abbatibus sepultus, & ob vitæ sanctitatem & crebra etiam à morte miracula Sanctorum numero solemniter adscriptus; cujus, eodem loco, nomini & honori insignis est erecta Ecclesia, & fundata Abbatia. *Greg. Lombard. Aubertus Miræus, Philipp. Serrarius, Ang. Manrique, Rob. Rusca, Chrysof. Henric. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Sola Abb. In Germania Sancti Solæ Abbatis, discipuli Sancti Bonifacii primi Archiepiscopi Moguntini, Germanorum Apostoli. Ita hac diè nonnulli, nos, ex aliorum opinione diè decima hujus mensis.

S. Eloquius Abb. Walciodori ex Latiniaco, depositio & translatio Sancti Eloquii Abbatis & Confessoris. Eloquius, Furseo, Vltano, Foilano, Boëtio, Ettone, aliisque comitibus ex Hibernia adventans, Christianæ fidei, & Monasticæ disciplinæ radiis, orbem nostrum latè perstrinxit, & diversarum provinciarum populos æterno sibi debito obligavit. Construxerè Apostolici hi viri, plura primum per maris inulas atque littora Cænobia, perque Britanniam & Saxoniam transvecti, plurimum ibi populum Christo adjunxerunt. Eloquius demum Latiniacensi Cænobio præfectus, Grimacensi postea egregio vitæ exemplo sanctissimè præfuit. Miraculorum gratia cum maximè celebraretur, concurrentes undique accolæ, cœpe-

runt in lectulis ægros adducere, quos benedicto inunctos oleo, & prodigiosè curatos, incolumes remisit. Pro mortuo puero, dum preces cum parentibus in Cænobio funderet, inter orandum, qui mortuus fuerat, redivivus ipse occurrit, & parentum coram Sancto incolumem se stitit. Mortuus æquè ac vivus miraculis effulsit. Cujus, cum Cænobium successu temporum per Danos vastaretur, cælesti Musica, & admirando cælestium luminarium fulgore, sacer thesaurus proditus, elevatus, atque inde postea ad Walciodorense Cænobium translatus est, insigni miraculorum gloria ea ipsa translationis diè, in oculis omnium à Deo illustratus. Claruit Eloquius An. Christi 670. & ob ingentia merita, magna fidelium devotione celebratur. *Mosander, Molanus, Monim. VValciod. Menard. Aquila nost. Bened. Annal. German. t. 2. SS. &c.*

Villarii in Brabantia obitus Beati Alberti Abbatis Beatæ MARIÆ de Oliva sacra Congregationis nostræ Cisterciensis olivæ fructifera, qui Prussiam egregio perfectioris vitæ exemplo insigniter illustravit, & gregi Dominico plurimis sanctitatis exemplis utilissimè præsidens, in Monasterio demum Villariensi, sicut diu ante, audita loci sanctitate, exoptaverat, cum ex occasione Capituli Generalis eo diverteret, morbo graviore prostratus, piissimè in Domino requievit, sub Ann. Christi 1272. *Ex monim. Eccl. Villar. Menologio Cist. Chrysof. Henriquez. Annal. nost. & t. 2. SS. &c.*

In Monasterio Blandiniensi, celebratissima translatio corporum Sanctorum Gudwali & Bertulphi, tempore Arnulphi Flandriæ Marchionis. De quibus nos, diè cujusque Natali, prolixius. *Joan. Adolan. Arn. Duac. &c.*

In Monasterio Beat. Mar. Virg. Iustanensi, Beatæ Sitrudis, ejusdem loci Abbatis, sororis Sancti Donati Archiepiscopi Viennensis.

Mortuum suscitatur.

Prodigiosa inventio & translatio.

Clar. 670.

B. Alberti Abb.

Obiit 1272.

Translatio.

S. Sitrudis Abb.

PRIDIE NONAS DECEMB.

IV. Decemb.

Relatio S. P. N.

IN monte Casino, Relatio Sanctissimi Patris & Patriarchæ nostri BENEDICTI, & Beatissimæ Sororis ejus, Scholasticæ Virginis & Abbatissæ, ex Cænobio Flø-

riacensi ad suum Monasterium, facta per Sanctum Carolomannum Regem & Monachum, jussu Sanctissimi ejusdem Patriarchæ & Sororis ejus, ipsi apparentium, & trans-

Celebritas insignis.

& translationem suam urgentium, præsentibus Pipino Galliarum Rege, Carolomanni fratre, & præcipuis Regni Gallici Principibus; inæstimabili cælestis luminis claritate, sacras Reliquias Casinum usque comitante, & frequentissimis, iisdemque spectatissimis & maximis miraculis, toto itineris decursu, ad eandem sese prodentibus. Anastas. Biblioth. Theodorictus Mon. Vincent. Antonin. Vestmonast. Monim. Casin. &c.

Translatio Reliquiarum S. P. N. Floriaci.

Eadem die, in Monasterio Floriacensi, illatio Reliquiarum ejusdem Magni Patris & Legislatoris nostri BENEDICTI, ex Urbe Aurelianensi (quo propter incursionem Normannorum delatæ fuerat) in Monasterium Floriacense: ubi ad præsentiam illarum, in oculis omnium, stupendo miraculo, quacunquē incederet, arbores pomiferæ agrestesque, sed & dumeta etiam arida, prodigiosissime effluere, navisque spissa detenta glacie, Cherubici viri illatis sacri corporis partibus, soluta miraculo glacie, inoffensa, & absque dirigente & remige, cereis præterea ventorū vi inextinctis, per sedecim miliaria, cursum rectissimum tenuit, & inaudita ad eam diem prodigiorum congestione universos recreavit. Arnoldus Floriacens. Annal. Aurelian. Car. Sauss. Hugo Menard. tom. de Vita Sanctiss. Pat. Nost. & Annal. nostr. tom. 2. Sanctorum Ord. &c.

Stupenda miracula.

S. Sigirannus Abb.

In pago Bituricensi, Sancti Sigiranni Abbatis. Sigirannus illustrissimo genere apud Bituriges natus, Sielaicum patrem, cognatum potentissimum Galliarum Regem Dagobertum habuit. Litteris probe institutus, & Palatinis Regis accensus, juvenili etiam ætate, Pincernæ Regii munere insignitus, longe alterius Regis atriæ & servitium, mente, & tota mentis intentione spectans, sub pretiosa & conchyliata veste, asperrimo cilicio, tenerrimum corpusculum, duriter atterebat. Adroaldi Principis filiam, elegantem formam, ut summo genere puellam, sponsam ipsi destinaverat parens, cum Virginitatis amantissimus juvenis, non istius solum, sed puellarum omnium contuitum, generosissima contentione declinaret. Quod ut præstaret facilius, Turones profectus, & Clero insertus, Archidiaconus non multo post ejus Ecclesiæ ordinatus est. Viduis, pupillis, pauperibus vere pater existens, omne pene

Conjugium aspernatur.

Effusissimus in pauperes.

patrimonium in pauperes erogavit. Quibus intentum, ut ulu rationis destitutum, infamare aulus, & in carcerem etiam conjicere Stephanus Urbis Quæstor, ipse Vltio Numimox amens effectus, dignissimas scelere nis in injuriis pœnas luit, & à spiculate quodam gladio percussus, mortem teterrimam obiit. Solutus autem carcere Divus, ruptis quamprimum sæculi nexibus, Romam profectus atque reversus, votis sese Monasticis adstrinxit, conditisque sub Regula Sanct. Pat. Nost. BENEDICTI Milibecense, & Longeretæ Cænobiis, multorum in CHRISTO filiorum effectus Pater, iisdem sanctissimo vitæ exemplo, sed & miraculorum fulgore facem prætulit, & latè longeque celebrari cœpit. E plurimis miraculis, quibus illum DEVS illustravit: extinctam à puerulo candulam signo Crucis prodigiosè reaccendit; varios morbos mirè depulit; fures, qui Fratibus equos abduxerant, insigni miraculo variè circumegit, cum totam noctem iter cum equis accelerando, mane ad portam Cænobii consisterent, & agnita culpa, sponte jam pedites inde redirent. Fuit & Spiritu prophetico illustratus, quo Flaucati Principis mortem divinitus prævidit prædixitque. Claruit sub Dagoberto & Clodovæo II. Regibus, sub Ann. Christi 650. Ex Vita, t. 2. SS. Ordin. Ren. Choppino, Hugone Menardo familiarium nostr. divers. rer. Gall. script. &c.

Fit Monach.

Miracula.

Spiritus prophet.

Clar. 650.

Cenomani, alterius Sancti Sigiranni Abbatis. Fuit hic Aninsulani Monasterii celeberrimi Abbas sanctissimus, habuitque successorem dignissimum Sanctum Siviardum carne filium, spiritu discipulum, de quo nos i. Martij tom. 1. Claruit sub A. C. 590. Ioan. Molan. Arn. Duac. Hugo, &c.

S. Sigirannus alius.

Clar. 590.

Coloniam Sancti Anonis Episcopi. Anonem, licet emisis publice Votis Monachum professus non sit; nostris non accendere non possumus; sola, graviter laborantis Ecclesiæ Matris necessitate retentū, cæterū devotione, Regulari quantum licuit observantia, vita omni, totum quantus erat, non solum nostrum, sed & Monachorum omnium speculum. Inter plura quæ condidit Cænobia, Sigeburgense illud, fama sanctitatis celeberrimū construxit, liberalissimè dotavit, & perfectissimorum Monachorum coloniam, è sanctissimo Fructuariensi Italiæ Cænobio induxit, eorumdem precibus mirè servatus, acerbissimis ab Imperatore odiis appetitus,

S. Anno Archiepiscop.

Sigeburgense Monasterii condit.

A Monachis servatus.

Magnanimitas ejus.

petitus, juratissimo hosti sæpius occurrens, ita semper mutatum deprehendit, ut etiam venienti, reverentiæ ergo occurreret, pacisque osculum, summæ cum dilectionis ostensione offerret. Fuit stupendæ prorsus, in tuenda Ecclesiastica libertate constantiæ & magnanimitatis, gravissimum mortis periculum fortissimo animo contemnens; sed & in commodis Imperii promovendis, & Imperatore ipso ad sanioerem frugem revocando, indefessus. Cæterum, quidquid temporis à curis Imperii & Episcopatus vacabat, sacris impendens studiis, cum Monachis suis dignissima æmulatione certabat, uter alterum Virtutum exercitiis vinceret, & sacri rigoris studio, contemptu illecebrarum sæculi hujus superaret. Paucis comitibus, & uno sæpe contentus puero, nudis pedibus, sæpè cilicio tectus, uberrimos inter fletus Ecclesias circuibat & frequentabat, totas in precibus noctes transigendo, solitus tunc plerumque peccata Confessione expiare, & lachrymis eluere; & è familiaribus quendam conducere, qui in tergum suum duriter flagello desæviret, cum diem assidua prædicatione, omnes sui Episcopatus parochias circummeundo impendisset. Paupertatis, Pontificali etiam in culmine adeo tenax fuit, ut cum divitiis cunctos in Imperio præcederet, in Ecclesias, Monasteria, Xenodochia & pauperes, omnia, quotidie, nihil sibi reservans, erogaret, ut sæpè nec nummum, nec nummi pretium sub sui juris custodia haberet. Egrotos & debiles per urbem semper recensuit, quibus de mensa sua solatia cibosque submisit, ad quam è Regulæ legibus peregrinos quotidie adhibuit, pedes pauperum ipse lavit, & quousque abjectior & neglectior erat, amantius habuit ac fovit, arctius strinxit & osculatus est. Mortuus est tantus Pontifex CHRISTI anno 1075. & apud suos Sigeburgenses Monachos sepultus, in vita & post mortem eximiiis coruscus miraculis, & prophetico spiritu admirandus. Laur. Surius, Baronius, Aquila nost. Benedict. Imper. Annal. Germ. & Benedict. tom. 2. SS. Ord. &c.

Religio tanti viri.

Verus pastor.

Paupertatis studium.

Ob. 1075.

S. Bern.

S. Christian. Episc.

legibus sub arctiore Cisterciensium nostrorum Reformatione addictus, cum & virtute & eruditione plurimum excelleret, atque insuper propagandæ fidei zelo mirè ferveret, Apostolicæ functioni à superioribus deputatus, & à Romano Pontifice, Episcopus ad conversionem gentium ordinatus, in Lubaviam usque, asperam cælo & hominibus provinciam delatus primus iis in partibus Evangelium CHRISTI annunciavit & propagavit. Qui cum prædicatione sua multos ad fidem convertisset, protervos bonique publici perturbatores armis subjugandos censuit. Crucem proinde, ut vocabant veteres, contra infideles latè prædicans, tantum verborum pondere & vitæ maxime exemplo passim effecit, ut multi Principes, eosque inter Henricus etiam Silesiæ Dux, sed & Vratislaviensis, & Lubusensis Episcopi, Cruce signati, cum copiosissimo exercitu in eas convolarent, & Christiani Episcopi novello gregi, contra Christi hostes adessent. Quorum ope Kelmensis & Lubaviensis provinciæ in potestatem redactæ, Christianusque primus Kelmensis Pontifex renunciatus, facile deinceps reliquos Christi Ecclesiæ conciliavit, & Cathedram illam egregia vitæ sanctitate fundavit & consecravit. Fuere liberalissimi, Christiani amore & reverentia in novam Cathedram Principes, & meritis tanti Apostoli & Antistitis datum, ut plurima eidem loca subicerentur; quæ inter arces Grudentur, Vapscum, Coprinum, Villisazum, Colnam, Ruch, Rissinum, Turnum, profundum, Plinum & Plochum, cum omnibus villis & prædiis, ac centum ferè pagis numerantur. Adjecit & Gedeon Plocensis Episcopus, assentiente Collegio Sacerdotum, Tarnoviam, quæ Turonia est, & Papoviam, cum omnibus item pagis & prædiis adjunctis, omneque jus Ecclesiasticum, quod habebat in ditione Kelmensi; ut tantum uni & primo Antistiti fera debeat posteritas & successio Episcoporum. Tandem Christianus, cum magnos animarum fructus ex femine Evangelii reportasset, post varios labores, ætate grandævus, miraculis clarus, & plenus Virtutibus obdormivit in Domino. Ang. Manrique, Guido Clara-vallensis, Chrysothom. Henrig. t. 1. SS. Ord. Annal. nost. Germ. Aquila Bened. Imperial. &c.

Crucem prædicat.

Fructus prædicationis.

Fit primus Episcopus Kelmensis.

Apostolus

Sedes in ejus gratiam dotata.

Mortuus grandævus.

B. Ioanna

Cognomento Spirinx nobilibus nata parentibus, nobilitatem generis humillimo Conuersarū, sororū nostrarū statui longē posthabuit, exoratisque parentibus, ut inter easdem Bellopratensi in Cænobio sibi vivere liceret, multis precibus agrē obtinuit, ea tamen lege, ut vilibus officiis haud implicaretur. Votis adstricta Monachicis, parentum soluta imperio, tantum abest, ut vilibus implicari nollet, ut humilitatis quod quæsierat studium, etiam contentim amplexa, in solo illo eminare cum universis contenderet, & abjectissimis totius domus ministeriis, velut soli sibi destinatis se totam addiceret. Quin & Abbatissam enixè rogavit, ut sibi liceret, sororibus in iumentorum stabulis occupatis ferre suppetias, quod & impetravit. Apparuit post mortem sorori suæ immenso circumfusa lumine, rogantique, unādenam tanta ipsi gloria obtigisset, eam sibi in magnæ Humilitatis suæ præmiū concessam respondit. Cum-

que Soror superstēs, Ioannam advertisset manum clausam & contractam tenere, & ut eam aperiret flagitaret, negavit illa se hoc facere posse, quod in ea lapidem pretiosum tanti splendoris gestaret, ut humanus oculus, ad primum illius aspectum, videndi facultate privaretur, huncque sibi datum asseruit pro vilibus operibus, quibus se dum viveret libenter exercuisset. *Arnoldus de Raiffe in Auc̄. SS. Belg. Ioann. VVaesbergius lib. 4. Gerardimon-tii, Menol. Henrig. t. 2. SS. Ord. &c.*

Eodem die insignis Commemoratio Sanctissimi Patris Ioannis Damasceni cultu Deiparentis & gravissimis meritis longē celeberrimi. De hoc festo Molanus & alii nonnulli, quod translationis potius, quam Natalis esse existimamus. Agimus de eo plenius pridie Non. Maij iuxta Rom. Martyrologium.

In Hibernia Sancti Finiani Abbatis & Confessoris.

Gemma in manu.

Commem. S. Ioan. Damasceni.

S. Finianus Abb.

NONIS DECEMB.

V. Decemb.

C.

TReveris Sancti Nicetii Episcopi, miræ sanctitatis viri. Nicetius ex utero matris, jam Monachus, prodiit, corona nimirum Monachi, veluti rufus, caput insignitus. Monachus postea & Abbas factus, fervente Sancti Mauri nostri per Gallias disciplina, inter primos post Maurum, sanctitatis præcipua opinione celeberrimus fuit; insigni constantia Reges ipsos aggredi ausus, & pro sceleribus corripere. Creatus Treverensium Pontifex, mirum! quanta severitate iustitiam sanxerit, sanctamque voluerit, utpote ea causa nullum omnino, nec mortis periculum reformidaret. Theodoberto Rege, comitantibus excommunicatis nonnullis, Ecclesiam ingressus, sacra illico cessare iussit, donec excommunicati excederent. Renitentis atque indignabundi Regis occultissima flagitia energumenus, qui tunc aderat prodidit, quem frustra templo eicere, confusus scelerum suorum narratione Rex, conatus est, quoad pessimo infessore liberatus à Nicetio, & curatus, nusquā deinceps vilis est; eo prodigiose, ad confundendum Regem, subito deportatus, & mox restitutus. Clotharii Regem saepe monitum communiōne fidelium interdixit, & ab eo Episco-

patu dejectus, à suis omnibus, uno excepto Diacono quodam, fædè desertus, crastina, eadem se hora, ridentibus universis, restituendum prædixit, cum mox mortuo Clothario, sequenti prænunciata à se, die, à Sigeberti Regis Legato, cum insigni confusione à se descilcentium sedi suæ restitutus, eos nihilominus omnes, insigni cum benevolentia significatione in gratiam recepit. Mortuus tandem, vocantibus ipsum ad æternitatis coronam Sanctis Ioanne Baptista & Paulo Apostolo, insignibus miraculis gloriosus effulsit, alia inter, vincis ad tumulum eius prodigiose solutis, obtectis à damone liberatis, cæcis illuminatis, &c. Claruit, ut ex vita fit manifestissimum sub Theodoberto, Clothario, & Sigeberto, huius filio Regibus, decessitque sub Ann. Christi 570. *Ex Greg. nost. Turon. ex relatione S. Arædii Abbatis eius discipuli, Annal. nostr. tom. 2. Sacro-Sanct. Ordin. Arn. &c.*

Bracaræ in Lusitania Sancti Gerardi Episcopi & Confessoris. Gerardus, Gerardus, sive Gyraldus, nobilibus parentibus in Diocesi Cadurcensi natus, ab iisdem, antequam nasceretur, Deo oblatas, à teneris postea unguiculis, contemptis mundi illecebris animū ad Divina ad-

Exilio luit.

Restituitur

Vocatur ad coronam.

S. Gerardus Episc.

Qua lege conversa.

Mira humilitas.

Gloriosa apparet.

Reges corripit.

Regni punitio.

Regem excommunicat.

Fit Monach. junxit, & puerili ætate cucullum exam-
bit. Monachum in Moyfiacensi Cænobio professus, eruditione & sanctitate multum resplenduit, eoque nomine Sancto Bernardo nostro Archiepiscopo Toletano innotescens, eo agente, in Hispanias concedere iussus, in Toletana Cathedrali Ecclesia Cantoris honore decoratus; non multo post ab eodem, omniū suffragiis postulatus, Archiepiscopus Bracarenensis renunciatus est. Mirum, quanta diligentia industriaque, commissam sibi provinciam & populos rexit; quanto studio labori prædicationis institerit, & quæ verbo, eadem pariter & exemplo monstraverit. Verum pauperum patrem, ut se exhiberet, summopere contendit, in quos planè prodigus magis quam liberalis extitit. De rigore vitæ Monachicæ in Pontificatu tanto nihil remisit, imo humilitatis studiis, quanto major erat, tanto magis se totum addixit. Ob rem Ecclesiasticam præclare gestam, multis Privilegiis à Paschali Papa donatus, de Ecclesia sua immortaliter meruit. Claruit in vita & post mortem insigni miraculorum gloria, quæ inter, Sanctum suum de advertentis non semel Deus graviter ultus est, cujus in cælis triumphaturi reservatam laboribus coronam splendidissimā, conspicuo Angelorū ministerio spectandam nonnullis exhibuit, & mortui sacrū corpus, mira cælestis odoris fragrantia honoravit. Claruit sub A. C. 1100. & 1115. *Ex Chron. Gen. Ord. Ant. de Yepes, Annal. nost. Bened. &c.*

Fit Cantor Cathedralis Tolet. in Hibernia Sancti Luani Abbatis, integri Sanctorum Monachorum exercitus Ducis, qui meritis & virtutibus admirandis conspicuus, Sanctam illam instulam & felicissimum Regnum, mirè beavit, & cælum ipsum submisso laboris sui fructu millecuplo recreans, ad æternitatis mercedem, expectatissimus evolavit. *Ex diversis rer. Hibern. script. tom. 2. SS. Ordin. &c.*

Fit Archiepisc. Bracar. In Monasterio Caroli-loci depositio Beati Godefridi Silvanectensis Episcopi, qui ut Christo liberius per contemplationem adhereret (cum & ætate & corpore gravis esset) impetrata ab Innocentio III. Summo Pont. licentia, Episcopatu se abdicavit, seque Chalifienti includens Cænobio, & cucullo emancipans, ibidem vitæ reliquum in omni humilitatis exercitio sanctè transegit. *Erat, inquit, Se-*

guinus, *vir totius prudentia, in sermone verax, in iudicio justus, in consilio providus, in commissio fidelis, in interventu strenuus, in bonitate conspicuus, in universa morum honestate præclarus. Hunc universi Fratres, charissimo venerabantur affectu.* Claruit magnus Pontifex A. C. 1213. quo ipso anno, relicto Pontificatu, quem annis triginta sanctè administraverat, Monachum induit, & grandis ætate in prædicto Monasterio decessit. *Philipp. cit. Barn. de Montalbo, Ioan. Chenu, Claud. Rob. Chrysof. Henrig. &c.*

In Monasterio Alnensi depositio Beati Werrici ejusdem loci Prioris, charitate & benignitate præcipui. De quo nos ex aliorum opinione alias prolixius.

Romæ Beati Gerardi S. R. E. Cardinalis Episcopi Ostiensis. Gerardus Sanctissimæ Congregationis nostræ Cluniacensis perfectissimus Monachus, cum & virtutum merito, & eruditionis laude supra spectatissimos sui ævi viros emereret, ad eminentissimum Purpuratorum Patrum Senatum ab Alexandro II. Pontif. Maxim. adlectus, & magno illi Urbis, Orbis, atque Ordinis nostri Syderi Petro Damiani in Episcopatu suffectus, operam suam Ecclesiæ universæ immortalibus meritis strenuè probavit, & gravissimis aliquot Legationibus sub Alexandro II. & Gregorio VII. felicissimè perfunctus, in asserenda Romanæ Ecclesiæ Majestate multa præclarissimè gessit, & constantissimè laboravit. Primam extremis Alexandri II. temporibus, Gallicanam, cum Rambaldo Subdiacono Romanæ Sedis, ubi Synodo coacta perditissimos Cleri mores feliciter reformavit, & multis præclare constitutis de Regno amplissimo Galliarum æternum meruit. Proxima Legatione à Sancto Gregorio Septimo in Hispanis missus, pari successu, pari debito Hispaniarum Regna sibi obligavit. Reversus in Urbem, cum Vberto Cardinale Episcopo Prænestino, & Roberto Novocomensi Antistite, tertio ad Imperatorem Henricum IV. legatus, admirabili constantia impio Principi obnixus, gravi cum indignatione ab eo rejectus est, qui postea Imperator, Gerardum ex alia Legatione Gallica & Germanica, redeuntem in Italiam contra datam jurisjurandi fidem interceptit, & diu in vinculis habitum, Episcopatu, quod Sancti Gregorii VII. partes proderet, & Clementi III. Pseudopontifici adherere detestaret,

B. Werricus Prior.

B. Gerardus Cardin.

Immortaliter de Ecclesia sua meretur.

Legatio ejus Gallica.

Hispanias ut Gallias demeretur.

Constantia ejus.

Carceres.

Pauperum pater.

Meritus de Ecclesia.

Ejus injurias Deus ulciscitur.

Clar. 1115.

S. Luanus Abbas.

Ingentia ejus merita.

B. Godefrid. Episc.

Abdicat se Episcopatu.

Elogium.

trēctaret, deiecit, Ioannemque Schismaticum ejus loco obrufit. Dimiffus denique ad Gregorium VII. fe contulit, & Pontifici fanctiffimo ad mortem usque adhærens, meritorum copia feliciffimus, ad palatia æterna evolavit. Ejus virtutem quanti fecerit Divinus ille Gregorius, quantique eo nomine ab omni posteritate faciendus, ex diversiffimis ejusdem Gregorii Epistolis liquet, quem ob graviffima mortis adita Ecclesiæ causa discrimina, exauktionem, carceres, patientiffime perpeffum, haud immerito Choris Martyrum accentum existimemus. *Res. Pontif. fcript. diverfi, ut & Germania, Schaffnaburgius, Bertholdus Constant. Vita S. Vdalrici Cluniac. MS. Ciacomius, to. 2. SS. Ordinis & Annales nostri Bened. & German. &c.*

Magnifici à S. Greg. VII. Treveris in Monasterio Horrei, Sanctæ Basiliffæ Virginis & Abbatiffæ. Ita Trithemius noster; nos cum Molano & aliis 20. Maij.

Martyribus accensendus In Monasterio Hovenes, Beatæ Elisabeth Virginis, magnæ virtutis & raræ pietatis fæminæ. Hæc inferis invisa bellatrix, ut erat vitæ innocentia admirabili, cum visibiliter & importunè, à teterrimis & juratiffimis humani generis hostibus appeteretur, illustres non semel victorias reportavit, quin & superbix Principem tantum contempfit, ut spectabili forma apparentem sola in faciem inflicta alapa profligaret; cui super eare, ut injuria, qui ritanti, & ut quid me tam durè cedis? roganti, brevi, & digno responfo: *Quia læpe me turbas ingeffit.* Lepidum illud, quod Cæsarii verbis referre placuit: Alia vice, cum eadem Elizabeth (Matutinis nimis tardatis, opera, ut post apparuit diaboli) ad campanam festinaret, candelamque ardentem in manu portaret, jam intratura fores Oratorii, dæmonem in specie viri, tunica indutum cutellata contra se stare conspexit. Putans aliquem intrasse virorum, territa retrorsum per gradus Dormitorii cecidit, ita ut per aliquot dies, tam ex repentino terrore, quàm ex lapsu langueret. Nam & Abbatiffa ex eodem calu stupefacta, infirmitatem concepit, quæ dum causam illius lapsus atque clamoris, ab ea sciscitata fuiffet, & illa visionem exposuiffet, adjecit: Si sciviffem, quod fuiffet diabolus, & non homo, bonam illi alapam dediffem. Iam n. accinxerat fortitudine lumbos suos, & contra diabolum roboraverat brachium suum. Ita Beatus Cæsarius, ex qua Histo-

ria facile fit, & de puriffima Castitate Virginis, & de magnanimitate inque Deum confidentia ominari. *Cæsar. cit. Ang. Manriq. Chrysoft. Henr. &c.*

In Belgio depositio Beatæ Principis Ioannæ Flandriæ Comitiffæ, Monialis Marquetensis. Ioanna Baldûini Flandri Imperatoris Constantinopolitani lectiffima filia, victo atq; occiso patre, à Philippo Namurcensi Comite patruo & Tutore Regi Franciæ prodita impie & tradita, graviffimè indignantibus Flandris, aliquandiu detenta, dimiffa deniq; est, cum nihil intentatum relinquerent Flandri, ut eam è Francia domum reducerent, quod multis difficultatibus superatis obtinuerunt. Nupsit Ferdinando Sancii Portugalliæ Regis filio. Quo post aliquot años vita functo, Thomam Sabaudiæ Comitiss fratrem, matrimonio sibi copulavit. Vixit dum rexit sanctiffimè, varia pia loca construxit, Xenodochia duo, & Marquetense Virginum Cænobium fundavit, & de novis Dominicorum & Franciscanorû familiis plurimum meruit, pauperibus abundanter subvenit, Insulensi Vrbi leges sanctiffimas dedit, & ad ejusdem urbis melius regimen, Magistratum instituit, atque omnium virtutum genere claruit. Defectu demum valetudinis & virium, cum nihil esse, quod Numinis causa feciffet, nisi se ipsam emancuparet, secum reputaret, instantiffimè à Thoma marito Principe contendit, ut bona ejus voluntate, vitæ reliquum Deo emiffis publicè votis consecraret. Annuit amantiffimus conjugis sed Dei reverentior Princeps; neq; diu superfuit compos voti Ioanna, cû ingravescente morbo, mœstiffimo septa Virginum cætu animum Creatori non multo post commendaret. Luxit haud leviter tam nobilem Matronam Flandria omnis Hannoniaque, cui, quod apponimus Epitaphium, rudi Minerva, sed amoris indice, positum legitur:

Est sita Flandrensis Princeps & Hannoniensis

In tumulto tali. Vita vivit speciali Sicut Susanna. Cælebs fuit ista Monialis.

Nobilitas talis: proles fuit Impærialis:

Iusta, potens, fortis, clemens, ac horrida mortis,

Angelicis mixta sit turbis hæc Comitiffa.

Anno milleno migravit cum quadrageno

B. Ioanna Vidua.

Intercipitur.

Liberatur.

Nubit.

Merita ejus

Fit Monialis.

Luctus in eij morte.

Epitaphium.

Quarto,

Quarto, & bis centum, quintinaluce Decembris.

Ioannes Buzelinus l. 3. Gallo-Flandria, & in Annal. Jacob. Meyerus, Chrysoft. Henr. &c. Annal. Germ. most. &c.

In Hispania Sancti Pelagii Monachi S. Petri in Ripa eximia vitæ sanctitate illustriffimi, cujus res gestas plurimum desideramus. *Res. Hisp. fcript. diverfi, tom. 2. SS. &c.*

In Italia Beati Lucii Monachi Casinatis; qui cum eximia virtutum laude floret, magnam passim apud omnes confe-

quutus est nominis sui existimationem, condidit vir Sanctus Albanense Cænobium, & multis præclare gestis, in terrâ etiam immortalis, felix ad feliciffimam illam immortalitatem, nunquam moriturus evolavit. *Ex monim. Casin. Arn. Duac. t. 2. Ord. &c.*

Camalduli, Beati Ioannis Gradenici, perillustri & Ducali familia apud venetos nati, discipuli Sancti Romualdi Abbatis; primi Camaldulensis familiæ nostræ Institutoris.

B. Ioanni Gradenico

OCTAVO IDVS DECEMR.

VI. Decemb.

D.

S. Gertrudis Vidua Abb.

Marcianis, natalis Sanctæ Gertrudis Viduæ, & primæ Abbatiffæ Hamaticensis. Gertrudis Illustrissimo nata genere, Rigomeri Principis conjux, Adalaldi Ducis avia; post maritum mortuû nihil prius quam Christi nobilem servitutem, & vitam in cucullo humilem exambiit. Hamaticensi proin constructo Cænobio, in eo, non opes solum suas, sed & se ipsam Domino consecravit, imo victimam immolavit, cum humilitatis operibus addictiffima, vitæ reliquum in omni rigore traduceret, suamque in patientia animam possideret. Devenit ad decrepitam usque ætatem, & longævitatem meritorum copia cumulans, beato demû fine in eodem Cænobio suo in Domino requievit, A. C. 655. cui in regimine successit Sancta proneptis ejus Eulebia, quam in omni virtutum genere quam diligentiffime educaverat & exercuerat. *Antonius Sanderus, Ioann. Molanus, Arnold. Duacen. Hierogazoph. Arn. de Raiffe, Annal. nost. Bened. & Germ. &c.*

sterio perflitire, siquidem Numini placeret, sponte sua, furori hostium & ensi, capita objecturi. Barbaris proin in sacras ædes irruentibus, capti, tracti, & immaniter habiti, pro justitia, fide, & Fratribus reliquis se offerentes, & mutuo commones, atque ad mortem pro Domino subeundam concitantes, crudeliffimè ab hostibus trucidati, gratiffimè cælo victimæ ceciderunt, & ad triumphos Martyrum æternos admitti meruerunt. *Theodor. Mon. Andreas du Chesne, Trithem. Menard. monim. Floriac. tom. 2. Sacro-Sanct.*

Gloriose obcumbunt.

Humilitas Vidua Abb.

Obiit 655.

SS. 60. Mart. Floriac.

Reliquia S. P. N. curata.

60. circiter in Cænobio persiflunt.

Genuæ in Liguria Sanctæ Confolatæ Virginis Sanctimonialis. Confolata, eo tempore quo Christiani Palesthinam occupaverant, claris ibidem nata parentibus; in ipso sui ortu exordio, sanctitatis specimen haud leve dedit; cum radius prodigiosæ lucis super caput ejusdem igneus apparuit, & ipsa lac nunquam suxit seu admisit, admirando Numinis beneficio, melle quotidie mirabiliter ab apiculis resecta. Quæ septem annos nata, Angelicam in orationibus, vigiliis & jejuniis, asperum induta ciliciû, vitam egit. Grandior effecta, condito à patre Cænobio se condidit, & cucillum amplexa, & sacro Virginum cætu congregato, eximio exemplo ipsis facem prætulit, & ad amorem Numinis mirè omnes concitavit. In cuius obitu, cælestis Angelorum Musica exaudita est, & suaviffima odoris fragrantia è sacro corpusculo prorumpens, nares atque animos omnium recreavit: sed & diversi generis ægroti catervatim pro remedio concurrentes, concordiam omnium gratulatione, exoptatam incolumitatem, vel solo quidem contactu vestri Confolatæ, indepti sunt. Translata postmodum Genuam

S. Confolata virgo.

Stupendum miraculum.

Fit Monialis

Musica Angelica.

Miracula

Magnifici à S. Greg. VII.

Martyribus accensendus

S. Basiliffa.

B. Elisabeth V.

Dæmonem alapa profligat.

Dæmon ipsa terret.

Insignis virago.

VI. DECEMB.

828

Translatio.

Genuam (unde originem traxisse suspicamus) multis etiam illic illustrata miraculis, insigni basilica sub nomine & patrocinio ejusdem condita, honorata est: Namque inter cætera, puellæ dementi, quæ se gladio lethaliter vulnerat, ad matris preces, utramque sanitatem præstitit; & cæco puero, videndi facultatem, ubi primum mater preces & vota Sanctæ Virginis nuncupasset, illico restituit. Tempestatem ortam Genuam inter & Savoniam: in qua civis quidam Genuensis, cum uxore & liberis periclitabatur, ab eis exorata statim consopivit. In carcere detentum vinculisque constrictum, qui nomen suum invocaverat, liberavit. Puerulum jam morti propinquum à matre flente enixè sibi commendatum, vitæ & matri incolumem reddidit; pacem inter mutuo rixantes fratres, ac inter uxorem, quæ se illius patrocinio commendaverat, & maritum conciliavit, multis deinceps, & perpetuis ad hæc usque tempora miraculis à Numine illustrata. Ex vita ejusdem & Officio typis exculo, tom. 2. SS. Ord. Genuens. monim. Philipp. Ferrar. &c.

Alia miracula.

B. Nicolaus Abb.

Abstractio.

Cura proximorum.

Elevatur.

S. Girardus Prior.

Girardus sanctissimi illius Archisterii Cluniacensis Monachus, inter sanctorum ejus loci flosculos, velut rosa enituit & lilium. Cum autem in partibus Burgundiæ ad Ligerim fluvium Cænobium Sanctæ Mariæ de Charitate fundatum esset, locique Fundatores Sanctum Hugonem, pro immitenda Monachorum colonia exorarent, dignissimus Magno Abbati Girardus visus est, qui longè firmissimum loco fundamentum poneret, eximia nimirum vitæ sanctitate. Prior proinde primus ejus Cænobii designatus, lectissimum Christi militum manipulum congregans, cum eidem sanctissimè verbo & exemplo præfuisset, plenus meritis in pace requievit. Ex monim. Cænobii Charitatis, & Cluniac. Roberto Antifiodor. Hugone Menard. &c.

Monasterii de Charitate.

Primus Prior

B. Godefredus Prior.

Mira vocatio.

Fit Monach.

Vox celo lapsa.

Orationis studium.

In Belgio, Monasterio Alnensi, Beati Godefredi ejusdem loci Prioris. Godefredus genere nobilis, Cathedralis Ecclesiæ Leodiensis Canonicus, mira Numinis gratia mirè vocatus è cælo, mirè conversus est. Cum enim Mellissius Doctor noster Bernardus Crucem Leodii prædicaret, & Godefridus eo tempore ante quoddam altare prostratus in oratione Numinis gratiam exoraret, demissam cælitus ejusmodi vocem audire meruit: *Veni, & audi; Evangelium revixit.* Exiit & Bernardum audiit, tunc quidem alios Crucem signantem, alios ad religionem sulcipientem: *Salubrius proin judicans, inquit B. Cæsarius, longâ Crucem imprimere mœni, quam brevem Zonam ad tempus assuere vesti; Legebat Salvatorem dicentem: qui non tollit Crucem suam quotidie, & sequitur me, non est meus dignus, &c. sequitur est Bernardum, cum socio suo Valibero ad Claram-vallem, factique sunt ibidem ambo Monachi.* Ita Cæsarius. Fuit & illud æquè rarum, cum Fratribus in Alvam missis, & ipse eo concedere optaret, propriæ tamen voluntati diffideret, & suspectam haberet. Dum enim ea super re, effusus in preces Dominum confuleret, cælestem denuo vocem audiit: *Pete quod vis, & fiet tibi.* Confidentissimè proin accedens Abbatem: *Pater,* inquit, *si esset voluntas vestra, libenter irem cum Fratribus istis, cui mox Abbas: Vade cum eis in nomine Domini.* Ivit, neque multo post, loci ejusdem Prior renunciari meruit, quem tamen denique honorem grandævus & æger humeris excussit, laboremque Marthæ, cum dulci otio Mariæ commutavit. Fuit orationis studio addictissimus, adeo, ut ex sententia S. P. N. veterum more, integrum quotidie Psalterium decantaret,

cantaret, & ad illud pensis voto obstringeret. Demum signis & virtutibus venerandus quievit in Domino. Cæsarius Heisterbac. Barn. de Montalbo, to. 2. Sacro-Sanct. Ord. Menolog. Cisterc. Chrysoptom. Henriq. &c.

V. Comarcus Rex.

Regno pellitur.

Fit Monach.

Regno redditur.

V. Nicolaus à Prato.

V. Clemens VI. PP.

Doctrina ejus

Incidit in latrones.

In Hibernia, Venerabilis Comarci Regis Mumoniæ, pietatis & sacri rigoris laude celeberrimi. Comarcus, præter meritum, à fratre suo, Regno impediturbatus, exili sui ærumnas, velut alter Iob, patienter & constanter perferens, ad salutis portum securissimum, vitam Monachicam se contulit, absolutissimumque perfectionis Magistrum Sanctum Malachiam nostrum nactus, ejus & exemplo, & institutione mirificè profecit, sacrique propositi tenacissimus, durum corpori suo bellum indixit. Ad Regnum autem, DEO sic disponente, mira subditorum gratulatione è cænobio repetitus atque abreptus, in cucullo etiam Reges optimos Regnis formari exemplo suo docuit, & Regium nomen religiosissimis factis exornans, vitæ reliquum egregia cum integritatis, tum sapientiæ laude, in Regia velut Cænobio exegit, cujus laudes Sanctus Bernardus conscripsit. Ex script. Hibern. t. 2. SS. Ord. Annal. &c.

Romæ Venerabilis viri Nicolai à Prato, Sanctissimæ Congregationis nostræ Cælestinæ fulgidissimi syderis, Deiparæ cultu mirifici. De quo nos alias ex opinione aliorum suo loco.

Ibidem depositio Venerandæ memoriæ Clementis VI. Pontificis Maximi. Clemens VI. olim Petrus Rogerii de Malomonte, Guilhelmo Rosæ-vici Dominum parentem habuit, necdum pubertatis excedens annos, vita Monastica delectatus, quam in Cænobio Casæ-Dei, in altis & vicinis Arvernorum jugis professus est. Illustri cum ingenio esset, ab Abbate ad studia litterarum Parisios missus, tanta aviditate Philosophiâ & Theologiam imbibit, ut tunc nemo melius neque diligentius in iis scientiis versaretur, nec sine causa dein doctissimè Petrarcha, ipsum *Litteratissimum Pontificem* appellaret. Doctoris Theologi nomine & laurea insignitus, cum ad Monasterium rediret, in latrones incidit, viatico & vestibus exspoliatus, solum indusium cum vita retinuit. Iter nihilominus celeriter prosequutus, & à modici proventus Presbytero Tureti, Stephano Aldebrando, spoliati Monachi casum miserentis, benignè habitus, & veste do-

natus, cum, quid pauperrimus refundere deberet seu posset Presbyterum rogaret: *tum denique,* inquit Stephanus, *quando Romanus eris Pontifex, par pari referes.* Excepere paulo post varij honores meritum, donec ex Abbate Fiscanenfi Arelatenfis creatus Pontifex; sed & Scrinii Regii, id est Sigilli munere donatus, mox Senonensis, ac dein Rothomagensis Archiepiscopus renunciatus, tanti à Rege Galliarum factus, ut ejus consiliis atque auctoritate cum ipse, tum Regnum universum niteretur. Eum cum Ioannes Maximus Cardinalem creare conaretur, obstitit idem pro viribus Rex, veritus ne tanti viri consiliis Gallia destitueretur. Evicit nihilominus Benedictus Ioannis successor, & invito Rege Cardinalem Presbyterum SS. Nerei & Achillei tit. Fasciolæ designavit, quo ex honore, summum omnium adeptus Nonis Maij A. C. 1242. Pontifex Maximus salutat, & Clemens, eo nomine VI. appellatus. Fuit minime immemor vix adito Pontificatu accepti ab Aldebrando, de quo superius beneficii, quem mox Avenionem evocatum Cubicularium Pontificium, ac postea Archiepiscopus Tolosanum renunciavit. Conversus postea ad Ecclesiam universam, & Imperium juvandum, mira magnanimitate Ludovico IV. Imperatori se opposuit, & contemptorem, sacris pridem prohibentem, Anathematis denuo fulmine ferit, sed & pro auctoritate majestatis Pontificiæ, Imperio dejicit, aliumque eligi Imperatorem præcipit. Is opera Clementis creatus Carolus IV. Bohemiæ Regis filius, præfuit annis triginta duobus, mensibus quinque, diebus 14. auctor Bullæ aureæ, summo in pretio deinceps habitæ, ut ejus beneficia ex parte, ad Clementem etiam nostrum referantur. Dignissima dein emptione, cum Pontifices Romani, eousque alieno in fundo habitasset, Avenionensis Urbis Dominium, ab Ioanna Regina redimit, Romanæ Ecclesiæ possessionibus addidit, & honori Pontifici in primis consulit. Christi anno 1348. cum lævissima pestilentia ferè Europa triennio grassaretur, ac ut ex millesimo homine vix decimus superesset, magna tunc Christianæ pietatis, admirandaque opera Clementis fuere, erga eos, qui labe ea infecti fuere, quos foveri sumptibus suis, & proposita justissima mercede sepeliri curavit, quæ ipsius liberalitas à scriptoribus mirè commendatur. Inter omnes autem actiones quas fecit, nulla illustrior & lau-

Prædicatur ipse Pontificatus

Gallia ipse innititur.

Fit S. R. E. Card.

Pont. Max.

Merita de Ecclesia.

Avenionem emit.

Pietas ejus.

Inbilium ad annum 50. Instituit.

& laudabilior illa fuit, qua post Bonifacium VIII. qui lubilæum plenariæ remissionis centesimo quoque anno institue- rat, ipse propter brevitatem vitæ huma- næ, ad quinquagesimum reduxit, funda- to in Sacris Scripturis usu numeroque, ut quod olim carnaliter apud Hebræos ge- rebatur, hoc in animabus nostris spiritua- liter fieret. Nullam autem celebriorem relictam posteritati contuetudinem Cia- conius, eâ æstimat, quæ de victu Cardina- lium ab eodem edita est, cum ad eligen- dum Romanum Pontificem convenirét. Ejusdem labor dignissimus est, Missa: *Re- cordare Domine testamenti tui, &c.* ab iplo- met composita, & pro deprecanda pesti- lenti lue toti orbi & posteritati propo- sita.

Ordinatio de Electione Pont.

SEPTIMO IDVS DECEMB.

VII. Decembr.

E.

S. Phara Abb.

IN pago Meldensi, Sanctæ Pharæ Virgi- nis. Phara, Fara, sive Burgundofora illustrissimo nata genere Agnerici Bur- gundiæ Comitit & Leodegundis Princi- pis filia, Sanctorum Pharonis, Walberti, & Chanoaldi foror, admirabili vitæ san- ctitate per Gallias univèrsas plurimum celebrata est. De qua sic vetustum quod- dam Martyrologium: *Eboriacas, Monaste- rio, quod dicitur Brige, Natalis gloriosissima atque nobilissima Virginis Burgundofora, præ- cellentissima Abbatisse.* Refert hac die Na- talem Martyrolog. nos opinione aliorum 3. Aprilis, qua die, incertum, translatio an depositio celebretur.

Illustrissimū genus.

B. Innocen- tius IV. PP.

Romæ, Beati Innocentii IV. Pontifi- cis Maximi, genere, eruditione & meritis illustrissimi. Innocentius, olim Sinibal- dus Fliscus, ex Lavaniæ Comitibus, Obiz- zonis Comitit filius, Genuensis Ligur, ob egregiam Divini humanique Juris cogni- tionem, ex Monacho Sancti Benigni Fructuariæ Presbyter Cardinalis Sancti Laurentij in Lucina, & Sanct. R. E. Vice- Cancellarius à B. Gregorio IX. creatus, cum eximia insuper emineret Vitæ san- ctitate, turbatissimis Reipubl. Christianæ temporibus, Ann. Ch. 1243. ad summum Orbis Pontificatum electus est. Erat ju- ratissimus tunc temporis Romanæ Eccle- siæ hostis Fridericus II. Imp. sacro purpu- ratorum Patrum Senatui infensus, quo- rum non paucos captivos detinuerat; Si- nibaldum nihilominus plurimum ama- bat, quamvis minimè nesciret, à nemine minus quam ipso facta sua probari. Vnde non leviter electionis ejus nuncio turba-

Ejus eruditio

Fit Pont. M.

Retulit inter Sanctos solemniter ritu S. Iuo- nem, plurimisque præclarissimè institu- tis, de Regno maximè Galliarum, Ro- thomagensi item sede sua, imo de Vrbe & Orbe univèrso meritisimus decessit An. Christi 1352. ad Monasterium suum Ca- sæ Dei, ubi Monachum professus erat, ut supremis tabulis ipse mandaverat depor- tatus, ibidemque conditus; cujus diruto, tumulo, Ann. Christi 1562. Calvinii foboles impia furorem suum crematis insuper tanti viri offibus explevit, cujus nihilomi- nus æterna apud orbē memoria, & tanti impiorum facinoris detestatio apud fide- les perseverat. *Ex div. rer. Pont. script. An- nal. nost. & Gall. &c.*

Obiit A.C. 1352.

Crudelitas Hæreticorū

tus, gratulantibus sibi de hominis amicis- simi, ad id honoris promotione familiari- bus Palatinis, æger ille animo respondit: *se optimum amicum Sinibaldum Cardinalem amisisse, & acerrimum hostem, Papam Inno- centium nactum fuisse.* Quod eventus rei ostendit. *Non enim poterat quisquam eli- gi utilior Ecclesiæ Romanæ Pontifex, quam Si- nibaldus, qui inter Liberales disciplinas Iuri potissimum attenderat, ob idque (grandi fanè Elogio) Pater Iuris appellabatur:* quod di- sciplinam Iuris penitus nosset, atque in eâ excelleret. Quod ei elogium, à Duran- do Iurisconsulto illius temporis tribui, at- que ipsius Constitutiones operaq; à Bar- tolo summo Iuris interprete sæpe citari constat. Sed nota nimirum Friderico erat, ejus animi magnitudo cateræq; vir- tutes, quas vix adito Pontificatu, multis modis, Univèrso probavit, & Fridericum amicè primum aggressus, de restituendis, quæ Ecclesiæ abstulerat admonuit, & ab Anathemate absolvere promisit; quæ cū sacrilegus differret, ut eluderet, in spe- ciem autem multa simularet, Pontifex demum ex Italia profugiens, Lugdunum Generale Consilium indixit, evocatum- que cū parere renueret, dignissima sum- mo capite magnanimitate, ipsum denuo diris devovens Regno exiit. Multa de- inceps ibidem Reipubl. Christianæ maxi- mè profutura instituit, & in tantis licet Imperii motibus, de profligandis nihilo- minus Saracenis cogitavit, cujus Expedi- tionis tam dignæ, Sanctum Ludovicum Galliarum Regem, caput dignissimum constituit, eique Titulum, pridem à no- stris

Cæsaris de Innocentio dictum.

Grande Elo- gium.

Magni fit Innocent.

Concilium Generale indicit.

Bellum sa- crum.

Galerus ru- beus Card.

Vir vere Apostolicus

Alia ejus præclara.

Deipara cultor præcipuus.

Ordinum diversorum fautor

Vere pater juris.

Novella.

stris item Pontificibus Galliarum Regi- bus concessū, sed usu intermissum, *Chri- stianissimi* concessit, & perpetuum suc- cessoribus voluit. Eodem tempore *galerum purpureum*, S. R. E. Cardinalibus as- signavit, & pro insigni quasi attribuit, cu- jus sanguineo colore notare se asserbat: *paratos esse debere ad suum pro Rep. Christia- na, & libertate Ecclesiastica sanguinem pro- fundendum.* Sed & illud perinsigne Inno- centii nostri de Romana sede meritum fuit, quo majestati Pontificiæ à Cæsaribus diversis tot insidiis appetitæ haud leviter consuluit, quando Regnum Neapolita- num Pontificii solii impetio adjecit, & tanta accessione Divi Petri patrimoniū auxit. Idem Tartaros, misis eo prædi- catoribus ad cōmunionem Fidei, & Chri- stiana sacra vocavit, suaque sollicitudine atque industria, univèrsas orbis provin- cias lustravit atque curavit. Idem Cru- ciferorū Ordinem approbavit, Edmun- dum Cantuariensem, Wilhelmum Briocentem, Stanislaum Cracoviensem Pon- tifices, & Petrum Martyrem Sanctorum albo adscripsit; & cum incredibili studio Augustissimam cæli Reginam coleret, magna fidelium gratulatione Nativita- tis ejusdem gloriosissimæ Octavam, ut sacri vocamus, instituit, & toto terrarum orbe propagavit; Sacram item peculiari- ter eidem Patrum Dominicanorum fami- liam, præcipuè dilexit, fovit, promo- vitque, neq; minus Seraphici Patris Fran- cisci Ordini consuluit, ejusque alumnos fidelibus univèrsis commendavit. Illud mirandum profus, in tanta negotiorum mole, de studiis litterariis nihil remississe, sed quibus Ecclesiæ univèrsæ omnique posteritati plurimum consuleret, libris variis magna eruditione conscriptis ma- gnæ rei litterariæ operam navasse. Præ- ter, siquidem Interpretationes ad vetus testamentum, quas Monachus, & Cardi- nalis scripsit, & edidit, in tanto rerū post- ea fastigio locatus Commentarios in De- cretaliū libros, quos *Apparatum Sacrum* appellavit, brevem quidem, sed disertum & eruditum librum, Canonice & Civilis Legis interpretibus apprimè necessariū, & magni ab eis habitum composuit, quin & alium *Novellas* vocatum & in Conciliis approbatum, rursusque alium de Rom. Pontificis auctoritate contra Petrum Vineam edidit, quo pelsim ū ejus errorem, nimium Imperatoris juri arrogantis po- tentissimè profligavit. Vt de tanti Ponti-

ficis meritis toti stupeam. Decessit Pon- tifex verè Sanctissimus, ut doctissimus. Ann. Christi 1254. ob vendicatam asser- tamque Ecclesiasticam libertatem omni- bus sæculis laudatissimus, sepultus Nea- poli, funere ipsius ibidem magnificè cu- rato, complorantibus etiam multo post fidelibus univèrsis. *Ex Annal. nost. Bened. Aquila Imp. Bened. t. 2. SS. Ord. Abrab. Bzo- vio, Alph. Ciacono, Onuphr. Panvino, Plati- na, & rer. & reliq. rer. Ital. & Pontif. script. &c.*

Obiit 1254.

S. Gerardus Episc.

Apud Veliternos natalis Sancti Ge- rardi Episcopi & Confessoris. Gerardus, qui & Girardus & Giraldu natione Gal- lus, Monasticis disciplinis instructissimus, ob egregias animi dotes à Magno Grego- rio nostro Cænobio extractus, & Veliter- nus Episcopus creatus, Monachicam tamen vitam nunquam deferuit, & admi- rabili sanctitate populo sibi credito viam lucis monstravit. Viduarum, pupillorū & pauperum præcipuè curam gessit. *Æ-* grotantibus, ut verus pastor piè non so- lum condoluit, sed jugiter adfuit, & quæ- cunque necessaria aut solatio esse poterāt ministravit. Ipse assiduo contemplatio- nis studio, animum ad supera extulit, cor- pus autem, jejuniis, vigiliis & orationis assiduitate plurimum afflixit. Cujus me- rita multis & insignibus miraculis DEVS prodidit. Cum enim Vrbs Velitrensis gravi obsidione ab hostibus premere- tur, orationibus Gerardi liberata fuit: cū (stupenda res!) plumbeā super eos gran- dinem cælo deduxisset. Cæco, qui lumen dudum amiserat, mirè restituit. Neque tumulum mulier Privernas paralytica sta- stim convaluit, eoque deductus quidam rabiosus, illico rabie liberatus fuit. Migra- vit è vita 7. Id. Decemb. qua die Natalis ejus Velitris magna solemnitate celebra- tur, cujus ipse Urbis, pro eximiis vitæ me- ritis præcipuus Tutelaris est cooptatus. *Ex monim. Eccles. Veliterna, Philipp. Ferrar. Annal. nost. t. 2. SS. Ord. &c.*

Pater pau- perum.

Verus pastor.

Vrbem obsi- dione liberat


Grando plumbea.

Alia mira- cula.

Festivitas ejus.

S. Caidocus Mon.

In Gallia Sancti Caidoci Monachi & Confessoris, qui in celeberrimo Centu- lensi Monasterio cucillum amplexus, postquam illic fortitudine lumbos suos accinxisset, indutus virtute ex alto, & mi- ro Fidei propagandæ zelo accensus, ad prædicationis Apostolicum laborē con- versus, longæ lateque fidei seminæ jecit, plurimisque perfunctus laboribus, cum plurimum Christo populum acquisivisset



Apostolus
Gallia.

& Maritimæ Gallia Apostoli celeberrimū nomen meruisset, plenus meritorum ad mercedem felicissimæ aternitatis vocatus est. *Ex monim. Centul. & rer. Gall. script. t. 2. SS. Ord. & c. & Annal. Benedict.*

B. Gerardus
Abb. Mart.

In Monasterio Claravallensi Beati Gerardi sexti illius loci Abbatis, & sanctissimæ Reformationis nostræ Cisterciensis Protomartyris. Hic pro Religionis & sacri rigoris zelo sceleratis nonnullis inuisus, & cum pacatissimi cæteroquin ingenii esset, intolerabilis visus est; adeo ut sceleratissimi ingenii Igniacensis Monachus ipsum è medio tollere in animū inducere non vereretur. Quod cum quidam Sanctus Monachus, ad Visitanda Cænobia profecturo Spiritu prophetico prædixisset, tantum abest, ut vir Sanctus deterreretur, sive impediri à suo se munere sineret, ut potius mira se promptitudine Domino victimā ultro offerret & in hæc erumperet: *Gratias chare frater, pro sollicitudine: scire tamen debes, quod non facio animam meam, id est temporalem hanc vitam, pretiosorem quam me: nec omnino expedit mihi, ut que ex debito officii, quo indignus fungor, facere incumbit, mortis imaginatione territus intermittam.* Treverim venienti, & in S. Matthiæ Cænobio in orationem effuso, Sancti Eucharius, Valerius, & Maternus Episcopi cælesti luce circumfusi apparuere, Euchario alia inter sic ipsum alloquente: *Viriliter age, quia in proximo est, ut à Domino visiteris, pro laboribus tuis immarcescibilem gloriosæ Victoriæ coronam accipiens.* Stupendū prorsus patientiæ & mansuetudinis de se exemplū dedit, cū Igniaci parricidiali manu, viscera transfusus, versando atq; reversando cultrū parricida variè immergeret, modis omnibus satagēs, ne vivus de manibus ejus Pater sanctus evaderet, cum velut ovis coram tondente, non modo clamorem nullum, sed vix vocem doloris emitteret; quin ipsam lanionis teterrimi impiam sollicitudinem & contentionem perhorrescens, leni voce de eo obtento, quod intenderat, certum esse juberet: *Quæso, inquit, frater, parce, cesset jam manus tua, quia nullo modo de cætero vivere potero.* Visus ipsa hora Martyrii sui multis Claravallensis Cænobii Fratribus, ad supremum ibidem altare assistere, & rubicunda alacrique facie, cucullo sanguine purpurato Monachorum Conventui benedictionem impertiri. Visus & Petro Igniacensi Abbati dum sacris operaretur, cum mellifluo Doctore, ad-

Mors ipsi
prædicatur.Ejus prom-
ptitudo.Sancti ipsi
apparent.Crueliter
occiditur.Apparet glo-
rios.Visio Abbatis
Petri.

miranda circumfusus luce, Bernardo, ipsum Martyrum triumphis accensum, disertissimè asserente. Cujus pretiosam in conspectu suo mortem, gloriosis postea Dominus miraculis comprobavit. *Lib. Miracula de Exord. Cist. Vincent. Bello. Casarius S. Antoninus, Petrus Equilinus, Ang. Manriq. Bernard. Brito Richardus de Aldvert. Henr. & c.*

Ibidem natalis Beati Gerardi à Farfa, discipuli S. Bernardi, dono lachrymarum illustri, & cælestibus iisque frequentibus revelationibus asueti; qui à dæmone crebris exagitatus tentationibus victor evasit: quem tæpe sub horrendis formis intrepidus conspexit, & confusum fugavit. Cui tandem, dum ultimum ageret spiritum Sancti, Bernardus vultu Angelico apparuit, eumque & totum Monasterium benedixit dicens: *Hæc est domus mea, quam ædificavi: Dominus custodiat eam in æternum, & in seculum seculi.* Quæ benedictione vir pius roboratus, spiritum emisit, & post obitum Beato Laurentio Claravallis Converso, hilari vultu & pretiosis vestibus ornatus apparuit; se summum gaudium, & æternā gloriam obtinuisse affirmans; seque tam pro illo, quam universa Ecclesia assidue orare asseruit: cujus præclara merita crebra miracula comprobantur. Decessit decrepita ætate, ea morū excellentia, ut admirationi omnibus esset, & vultum ejus non aliter atque Angeli intuerentur, cum omnibus Admirabilis potius quā imitabilis videretur. *Barn. de Montalbo, Bern. Brito, Menolog. Cist. Henriq. Ang. Manrique, Rob. Rufca, lib. Vir. Ill. Cist. tom. 2. SS. Ord. & c.*

In Hispania depositio Beati Sebastiani de Villoslada, Abbatis Sancti Martini Vallisoleti, miraculis clari. Sebastianus apud Villosladam Ducatus Naxeriæ in Veteri Castella natus, patrem Petrum de Naxera, matrem Ioannam Lopeziam habuit. A puero Deum colens, litteris probe institutus, eruditionis laude celeberrimus evasit. Alcalæ litteris etiamnum cū operam navaret, orta cum condiscipulo rixa, visum, rem Monomachiā dirimere, adfuitque præstituta certamini hora Sebastianus: cumque horas quatuor adversarium expectasset nec quidquam, ad se reversus, tamque immanis pœnitens sceleris, mox de ejurando sæculo cogitavit, cucullumq; in S. Mariæ Vallis Venariæ Cænobio amplexus; mira postea vitæ sanctitate exsplenduit. Fuit Sanctissimæ Regulæ, & Constitutionum Cænobii ob-

servantissimus. Abstinentiæ deditissimus studio, carnis esu perpetuo sibi interdixit, cilicio & catena ferrea carnem maceravit, multis annis, ter in hebdomade solis pane & aqua vixit. Orationis & Contemplationis sublimitate totum se cælo immerfit; quibus intentus aliquando, Festo Ascensionis Dominicæ, raptus in extasim, tanti splendoris radios ex ore effudit, ut instar Moyſis, nemo in faciem ejus posset intueri. Summa observantia Beatissimam Virginem Matrem Admirabilem coluit. Humilitati inprimis studuit; omnium esse, & videri minimus contendit; multasque Ecclesiasticas dignitates, Abbatiam Sancti Petri de Montibus, Abbatiam Sancti Martini Regalis Madriti, Pontificatum Palentinum, aliosque honores constantissimè rejecit. Nec potuit tamen, prorsus declinare, quin tandem à Prælati cogeretur humeros oneribus subjicere: Nam factus Prior Cænobij S. P. N. BENEDICTI Vallis Oletanæ, deinde Abbas Nostræ Dominæ de Bueso, postea S. Ioannis de Podio, demū Sancti Martini Madritensis, pridem rejectum honorem admittere iussus est; quo in munere æternum de Ordine amplissimo meritum, Congregationem Hispanicam, Visitator ejusdem Generalis consti-

tutus, sua industria scitissimè, ad perfectā, (juxta Regulæ præscriptum) normam revocavit. Præco Divini Verbi, eloquentiæ vi, elegantia morum, & potentissima exempli efficacia, plurimos à vitiorum situ atque pedore extraxit; Confessiones autem piacularis excipiens, pari felicitate multos, eosque inter Clarissimos nonnullos, mirificè convertit, promovitque. Quæ propter, Philippo II. ejusque forori Mariæ de Austria Imperatrici, multisque aliis Principibus valde carus fuit, qui dubiis maximè in rebus, ejus consilio nitentur, & vix ab ipso avelli seu abstrahi poterant. Claruit multis & in vita, & post mortem miraculis; quam, ut plurima alia, Spiritu Prophetico, diserte & distinctè prænuñciavit. Obiit plenus meritis gravissimis, in profesto purissimæ Conceptionis, unicæ Tutelaris suæ Deiparæ Virginis An. C. 1597. mira cælestis odoris fragrantia non è corpore solum ejus, sed & imagine seu effigie ejusdem alicubi asserta prodigiosè emanante. Vixit annos sexaginta. *Ex libro Inquisitionis supra vita & miraculis ejusdem, opera Hugonis Menardi familiaris nostri deprompta, AEG. Gonzalez Davila, Iepesio, Antonio de Perez ejus in Abbatia S. Martini successore, Annal. nost. t. 2. SS. Ord. & c.*

omnium gratulatione, ab Ecclesia universa. *Ex Vita S. Anselmi, MSS. & Breviariis antiquis, Annal. nost. Bened. tom. 2. Sacrosanct. & c.*

In Monasterio Luxoviensi, Sancti Romarici Abbatis, qui cum in aula Theodoberti Regis primus esset, renuncians sæculo, monastica etiam observantia ceteris antecelluit. Romaricus, Illustrissimo natus genere, è Pharamundi Francorum Regis posteritate, Patrem Romulphum habuit, Principem fama clarissimum, & ob egregiam navatam operam, Theodoberto Regi perquam familiarem; matrem pari nobilitate Romulidam, qui Metensi in urbe Palatium habuere. Ca-

Raptus.

Splendor
oris prodigio-
sus.Episcopatum
& alios ho-
nores rejicit.

Fit Abbas.

Insigne me-
ritum.

Conceptio gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei Mariæ, quam quidem longè dignissimam, tantæ Matris ac Virginis Festivitatem, longè amplissimo atque immortalium cum merito, in orbem invexit, atque in felicissimo illo Angliæ Regno primum indixit, Magnus ille & dignissimus Immaculatæ Ejusdem Conceptionis Assertor primus, Sanctus Anselmus noster, ex Monacho & Abbate Becensi, Archiepiscopus & Metropolita Cantuariensis; qui alia inter plurima, quibus honorem Benedictæ Matris solertissima industria promovere studuit, Conceptionis purissimæ Festum, inter suos primum, ac deinceps, ut dictum est per Regna Britannicæ Universtæ instituit; cujus tanti Doctoris exemplo, tantique Festi reverentia & æstimatione, celebritas deinceps eadem longius latiusque propagata, & à Romanis Pontificibus approbata, recepta denique est, insigni fidelium

Concept. B.
M. virg.Immaculata
Conceptionis
assertor I.
S. Anselmus.Propagatio
Festi.

omnium gratulatione, ab Ecclesia universa. *Ex Vita S. Anselmi, MSS. & Breviariis antiquis, Annal. nost. Bened. tom. 2. Sacrosanct. & c.*

In Monasterio Luxoviensi, Sancti Romarici Abbatis, qui cum in aula Theodoberti Regis primus esset, renuncians sæculo, monastica etiam observantia ceteris antecelluit. Romaricus, Illustrissimo natus genere, è Pharamundi Francorum Regis posteritate, Patrem Romulphum habuit, Principem fama clarissimum, & ob egregiam navatam operam, Theodoberto Regi perquam familiarem; matrem pari nobilitate Romulidam, qui Metensi in urbe Palatium habuere. Ca-

Multos con-
vertit.

Magni fit.

Spiritus pro-
phet.

Miracula.

F.

S. Romaricus
Abbas.Mira ejus
fortuna.

Converso.

Clotharii-II. ac dein filij Dagoberti aulam adscitus est, & magni habitus. Ad ipsum cum aliquando Sanctus Amatus Luxoviensis Monachus divertisset, sumpta ab aureis atque argenteis in mensa lancibus occasione, de vanitate sæculi adeo aptè differuit, ut Romaricus gravi illico periturorum fastidio laboraret. Monachum proin Luxovii professus, propositi ejusdem è famulatio suo, socios triginta habuit; quibus ille non aliter deinceps, atque Dominis suis humillimè servivit. Bona dein cum Abbatis sui venia, ad Avendum (Castrum olim suum) profectus, ibidem virorum condere Monasterium, ad radices autem montis septem Virginum Cænobiola moliri aggressus, duodecim primum cuique Christi famulas assignavit & inclusit, quæ sibi invicem pulcherrimo ordine & vicibus alternis succedentes, dies noctesque laudes Divinas, nunquam interrupto Officii cursu continuarent. Miraculorum gloria, admirandus fuit. Ad religiosæ viduæ ædes cum diverteret, & ipsa admodum doleret, nihil sibi cerevisiæ superesse, quod tam charo & sancto hospiti propinaret, impletum illico dolium Zytho præstantissimo est, ubi primum illud Romaricus signo Crucis consignasset; quod multis etiam deinceps ægrotis, qui inde biberant, sanitatem prodigiosè restituit. Aqua, qua se laverat ille, balneum sibi parans monialis leprosa, mirè statim liberata est. Fuit etiam spiritu prophetiæ clarus, quo Grimoaldi in Dagoberti Regis filium scelus, & dignam scelere pœnam prævidit prædixitque. Maxima ante obitum lætitia Deus ipsum cumulavit, dum extra se raptus, centum sui Monasterii Virgines, cum Magdesede Abbatis in gloria cælesti triumphantes intuitus est, ea visione haud levem Foundationis suæ fructum, & præmii se expectantis prægestum præcipiens. Statim autem atque obiit, densissima nube mons universus obductus fuit, quæ non prius dissipata est, quam Monachi funebres cantus inciperent, ad sacrum funus efferendum. Apparuit in medio nubis mire coruscus, globus igneus, qui universis contuentibus recta in cælum ferebatur. Claruit Princeps Sanctissimus sub An. Ch. 625. cujus sacrum corpus tanto post, sub annum nimirum CHRISTI 910. repertum est incorruptissimum, ita quidem, ut aliqua parte incisum, maximam recentis san-

Conditura Monasteria.

Æterna laus.

Miracula.

Spiritus prophet.

Moritur.

Incorruptio longa.

guinis copiam funderet, plurimis etiam tunc miraculis illustratum. *Ex vita Veter. MS. Monim. Montis Romarici, Hugone Menard. Francisco Rosiers, Nicolao Serario, to. 2. SS. Ord. &c.*

Bellovacensi Sancti Hildemanni Episcopi & Confessoris. Fuit is Corbeix Gallicæ Monachus, Sanctissimi Abbatis Adelhardi dignissimus discipulus, ob præclaram vitæ sanctitatem, ad Pontificatum Ecclesiæ Bellovacensis evectus, quem honorem perfectissimo exemplo veri pastoris, & diligentissimi omnium Patris, mirificè illustravit. Invidente autem communi plebis utilitati, tanti Pontificis auctoritati, cacodæmone, concitatisque suæ factionis inter homines conjuratis, insimulatus Sanctissimus vir, machinationis alicujus adversum Ludovicum Imperatorem, detentus in Cænobio Sancti Vedasti apud Atrebatas, ne ad Lothariū se conferret, Synodum ibidem expectare jussus, eadem postea apud Theodonis villam celebrata, innocentiam suam facile probavit; & meritorum copia locuples, à morte, Sanctorum albo adscribi meruit. Claruit A. C. 835. *Ioan. Molan. Hugo Menard. Flodoardus, Ioann. Chenu, Claud. Rob. &c.*

In Lusitania passio Beatæ Ioannæ Abbatissæ Monasterii S. P. N. BENEDECTI à Castris, quæ cum pro insigni pietatis zelo, militum in quos incideret, gravissima scelera plena charitatis & sacri fervoris oratione constantissimè redargueret, ab iisdem immaniter trucidata Ann. Ch. 1383. ad illustrissimam Martyrum laureolam in cælos evolavit. In cujus etiam discipulas, nimio furore succensi satellites, pari crudelitate desævire contenderent, & in Cænobium sanctissimæ Martyris impetum facerent, insigni prodigio cæcitate divinitus percussi sunt, & sponsæ Christi mirabiliter præservatæ. *Corona Lucida Henriq. Ang. Manrique, Bernardus Brito, tom. 2. Sacro-Sanct. Ordin. Annal. nost. &c.*

In Monasterio Aureæ-Vallis, Beati Constantini, primi illius Monasterii Abbatis. Constantinus, Melliflui Doctoris nostri Bernardi discipulus, Monachus apud Claramvallem professus, ad Cænobium postea trium Fontium missus, cum vitæ merito, & sapientiæ dono mirè emereret, dignissimus habitus est, qui primus Aureævallis Abbas verè Aureus constitueretur, de quo, alia inter, sic habent ejusdem

S. Hildemannus Episc.

Scelere invidorum accusatur.

Probat innocentiam.

B. Ioanna Abb.

Martyrio coronatur. A. C. 1383.

SS. Virgines mirè servantur.

B. Constantinus Abb.

Primus Abb. Aureævallis.

ejusdem

Elogium ejus

Obiit 1145.

Ven. Steph. VIII. PP.

Verè Apostolicus.

Obiit 931.

Ven. Bern. Abbas.

Reformator Ord. insignis.

Obedientia ejus.

Quantus Concionator.

ejusdem Cænobii monumenta: Constantinus autem, non degener à Sanctissimo Patre Bernardo discipulus, ut nomine, sic re ipsa constans, ea qua apud Deum & homines præcallebat gratia, adeo in vultu potentium amabilis fuit; ut non modo à diversis Episcopis & Principibus diversa beneficia consequutus, verum etiam à Summo Ecclesiæ Principe Innocentio II. quaterno diplomate sit honoratus. Lætabatur sub Constantini disciplina sterilis eremus & in verbis sapientiæ, quæ procedebant de ore ejus, germinans germinabat. Posuit siquidem Pater Venerabilis desertum suæ vallis delicias, & solitudinem inviam, florente Virtutum gratia quasi hortum Domini; ex qua plenus dierum & meritorum, plures è suis discipulis relinquens sui Magisterii successores, decimo quarto sui regiminis anno, ad cælestem assumptus est Paradysum, &c. An. Christi 1145. *Ioan. Bertels, Aubert. Mirans, Menolog. Cisterc. Chrysof. Henriq. tom. 2. SS. Ord. &c.*

Romæ Venerabilis Stephani VIII. dicti VII. Pontificis Maximi. Stephanus Romanus, Tendemundi filius, ex Monacho ad Pontificatum orbis maximum electus, in eo honore dignè se habuit, & Apostolico zelo, in vocandis ad fidem Christi gentibus, concitatis & missis eo Apostolis, in primis meritus fuit. Cujus vita plena mansuetudinis & Religionis fuisse prædicatur. Electus est Ann. Christi 929. & exigentibus Italiæ & Romæ sceleribus brevi subtractus, Ann. Ch. 931. ad superæ patriæ requiem evocatus est. *Ex div. rer. Pont. scriptor. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Aureæ-vallis Venerabilis Patris Bernardi de Montgaillard Abbatis, insignis nostra ætate syderis. Bernardus de Montgaillard, ex illustri Perfinorum apud Valcones natus familia, jugum Domini in Monasterio Iulienfi anno ætatis 15. complexus est. Meruit per insigniter, postremis hisce laborantibus mundi temporibus & præcipuis postremæ Ordinis nostri post Beatæ memoriæ Ioannem de la Barriere Fundator, jubente nihilominus Clemente VIII. Pontif. Maximo (cui sicut & Innocentio acceptissimus fuit) ab eo reformationis rigore avulsus, absolutissimam suam obedientiæ virtutem, minimè levi argumento comprobavit. Anno ætatis decimo octavo, eum Henrici III. Francorum Regis summum Concionatorem Gallia universa obstupuit. Hispania, Italia in transitu mi-

rata est; Roma ipsa sulpexit; Belgium annos 40. maximo cum fructu & applausu audivit. Serenissimorum Alberti & Isabellæ Principum Aula Regia, septem ferè lustris Ecclesiastem coluit, & ab ejus ore mellifluo pependit. Oblatas Pamiensem & Andegavensem Episcopales in Gallia infulas, religiosa humilitate recitavit. Alberti Pij jussu, Nizellenfis triennium, postmodum Aureævallis tres supra viginti annos Abbas, utriusque, sed hujus præcipuè, in utroque statu nō tam restaurator, quam de novo Fundator dici merito potuit. Vir fuit præclaris animi & ingenii dotibus ornatus, eximiæ in consiliis tam secundum Deum, quam sæculum, prudentiæ, omni scientiarū, sive sacratorū genere instructissimū, Divinæ & spiritalis doctrinæ Magister insignis: spiritui discretionem mirabilis, in pauperes liberalis, familiari conversatione blandus, in quoscunque potuit beneficus, in eloquentia vix ulli secundus, hæreseos & vitiatorum oppugnator acerrimus, Catholicæ Religionis assertor invictus; humilis, mansuetus; nulli gravis, omnibus amabilis. Magnam vitæ partem unica in die refectione, plures Quadragesimas bina tantum hebdomadis singulis, tenuissimi cibi gustatione, noctes innumeras, brevissimi libatione somni, nuda cubans humo, sacro Bibliorum codice pro cervicali contentus, transegit. Post acutissimas annorum plurium nephritidis & arthritidis passiones, novissimum vitæ decenniū, patientia ad Medicorum etiam stuporem admiranda, in continuo traxit Martyrio. Perceptis Sanctissimi Viatici & Vnctionis extremæ Sacramentis, tres integras quibus supervixit septimanas, sacram quotidie mira devotione sumpsit Synaxim, & concessum à S. D. N. Urbano VIII. universale Iubilæum, triduo ante mortem in júbilo cordis est consequutus. Cunctis autem Monasterii rebus ritè dispositis assistentibus ei RR. DD. de Castellione, de Stella, & de Columna Abbatibus, data Fratribus omnibus & petita vicissim benedictione, inter suorum mœrentium manus, felicissimè decessit, An. Christi 1628. ætatis 65. professionis 49. sepultus, ut enixe contenderat ad Fratrum suorum omnium pedes, juxta gradus Dormitorii, cujus exequiæ incredibili populi concursu, multa procerum frequentia, diversarum Religionum Prælati eo convenientibus, per triduum continuum magna pompa celebratæ sunt.

Episcopatus honorè recusat.

Fit Abbas.

Laudes ejus.

Rigor vitæ.

Patientia.

Iubilæum percipit.

Moritur 1628.

Exequia.

Apparet in gloria.

Vitus est post mortem non semel in magna gloria cælesti fulgore coruscus, Mellifluo Patre nostro Bernardo, & BB. Guericco Igniacensi, ac Dionysio Claravallensi Abbatibus comitantibus, multis miraculosis signis meritorum ejus evidens testimonium reddentibus. *Ex Menologio Chrysof. Henric. tom. 2. Sacro-Sanct. Ordinis. Annalibus nostr. &c.* Obiit I. Iunii, memoria huc translata.

Miracula.

Eodē die Comemoratio Beatæ memoriæ Nicolai de Prato, de qua nos multo comodius & dignius ex aliorum opinione 15. hujus ejusdem mensis.

Comm. B. Petri Villariensis.

Eadem die, illustris Commemoratio Beati Petri Villariensis, ob celeberrimam gratiam eidem hoc ipso Festo Conceptionis, ab Angelorum Regina factam, quam sic narrat Chronicon Villariense: Quodam tempore, tertia videlicet die post festum Beati Nicolai, Regina cæli, Domina Angelorum, & Cisterciensis Ordinis Advocatrix specialis, apparuit ei dicens: Hodie fili, est Festum meum, unde magis te præ cæteris diebus, hoc die laudibus instare convenit, amplioribus præconiis vacare, & sublimioribus meditationibus invigilare. Cui respondens vir Domini, ait; O dulcis Domina, Festum istud nunc ignoravi, sicut & cæteras festivitates quando instare debeant ignoro.

Deipara apparet.

Quas cum scivero, devotus peragam, & quoad vixero memoriter recolam. Requirere igitur eo à quodam Calendariū sciente, cujus illo die Festum esset, respondit, quod esset Festum Conceptionis B.

Festum conceptionis.

QVINTO IDVS DECEMB.

IX. Decembr.

S. Cyprianus Abb.

Petrarogicis in Gallia, Sancti Cypriani Abbatis, magnæ sanctitatis viri Cyprianus Abbas oppidi & Cænobii Petrarogicensis, magnificæ sanctitatis à Sancto Gregorio Turonensi nostro, plurimum deprædicatur. Per eum, inquit, multa Deus miracula in hoc mundo operari dignatus est. Nam manus debiles frequenter redintegravit, paralyticis gressum, cæcis restituit visum, tresque leprosos inunctos oleo, pristinæ reddidit sanitati; sed & nunc crebro, super infirmos sanitates ostendit, si fideliter ejus tumulum expectant, aut illum exorent. Ita Greg. noster Turon. de Gloria Confess. cap. 100. Claruit tempore resurgentis, opera Beatissimi P. N. Mauri, Galliarum univertæ. *Trithem. Petrus Equilin. t. 2. SS. Ord. &c.*

Miracula.

Claruit 560.

V. Mariæ. Quo audito singulis annis idem Festum tota alacritate devotionis celebrare studuit, in quo & Dominus ei visitatione spiritali inenerrabiles consolationes & revelationes ostendit. Unde aliquo tempore Ecclesiam ingressus, puti cordis devotione facturus sicut consueverat, in excessu mentis factus spiritus ejus rapitur: ductusque in præsentia Iesu Christi ac ejus gloriosæ Matris sistitur. Quem Dominus reverentiæ, ac fervoris, & devotionis quam ad Matrem suam habuerat, admonens, ut debita ei fidelitate perseveraret hortatur. Ipsamque perpetuo cultu honorari ab eo cupiens, se Matris honore delectari, inseparabili vinculo demonstravit. Siquidem ipse Dominus Iesus, vices Sacerdotis & morem assumens, Matrem suam ipsi, ut moris est in facie Ecclesiæ sponsalia fieri, in perpetuum spiritalis conjugii fœdus desponsavit. Postquam horam corde & animo, in amorem Virginis gloriosæ liquefcens, tanta devotionis dulcedine est affectus, ut ne quidem, nisi de Virgine, consolationes quantascunq; oblatas posset recipere, nec cogitationes qualescunq; quæ Virginem gloriosam non prætenderent, posset tolerare. Hæc loco cit.

Visio mira.

Stupendus favor!

Eadem die, Comemoratio Institutionis Ordinis sive Congregationis Sanctissimæ Monialium Conceptionis Beatæ Mariæ per B. Beatricem de Sylva sub Regula S. P. N. BENEDICTI & Reformatione Cisterciensium nostrorum. *De qua in Vita B. Beatricis, & Annal. nostr. Bened. &c.*

Ordo Conceptionis. B. M. V.

G.

Parmæ Sancti Bernardi Cardinalis, & ejusdem civitatis Episcopi. Bernardus è nobili Vbertorum sive de Vbertis familia Florentiæ in Tuscia natus est. Calcata sæculi nobilitate, cucullum in sanctissimo Vallis-umbrosæ Cænobio amplexus, sanctissimæ vitæ doctrinam singularem adjunxit, absolutissimum perfectionis Magistrum, Sanctum Salvium Abbatem suum, diligentissimus discipulus, per omnia imitatus est. Per omnes a suæ Religionis gradus ascendens, pari virtutum incremento crevit, & in locum postea Dominici ejusdem sui Cænobii Abbas subvectus, Almario dein in amplissima totius Congregationis Præfectura substitui, & Generalis munere fungi meruit, quem honorē multū detrectavit, &

S. Bernardus Cardin.

Fit Monach.

Magni fit à Papa.

Fit Cardin.

Simoniaca Hæreseos profligator.

De Parmensibus meritisissimus.

Creatur ibidem Episc.

Mortem prædicat.

Moritur 1133.

Canonizat.

vit, & comunibus omnium Monachorū lectus suffragiis, admittere invitatus licet, & reluctans coactus est. Eum Urbanus II. Beatissimus Pontifex, maximi fecit, & sæpius Romam accersens, tergiversantem & deprecantem, de maximi momenti negotiis consuluit. Verum intellecto, quod res erat, purpurei sibi honoris titulos paratos, Romam rursus, bis, terque ab Urbano necquidquam evocatus, humiliter se excusans comparere noluit, donec adhibita à Pontifice Ecclesiastica censura, comparere cogeretur, à quo statim Presbyter Cardinalis tituli S. Chrysogoni est renunciatus. A quo, & ejus successore Paschali II. multas Legationes imperatas, strenuè & feliciter obivit, multoque nomine de Ecclesia Romana præclarissimè meruit. Fuit acerrimus Simoniacæ Hæreseos hostis, ad cujus everfionem operam insignem passim navavit, eaque ex causa ad diversa loca à Pontificibus destinatus est. Meruit eodem nomine æternum de Lombardia, de Parmensibus cumprimis, quorum Urbem ingressus, ut eam ab Hæresis labe purgatam, ad Romani Pontificis obedientiam reduceret, ita illam pacatam & Catholicam reddidit, ut ipsa Legatos ad Pontificem veniam deprecantes, & obedientiam spondentes, Bernardū sibi Episcopum dari humiliter postulans miserit. Annuit plenus gratulationis Paschalis, qui tunc Vastallæ Concilium celebrabat, & Bernardus, invitatus licet, summo omnium applausu Parmensium consecratus Episcopus, eam Ecclesiam sanctissimè administravit. Cum autem finis vitæ sibi Divinitus revelatus appropinquasset, quem suis Monachis, quos apud se perpetuo retinebat, & consuetis Ordinis exercitiis cum iisdem vacabat, prædixerat; sacris munitus, inter psallentiū manus, sanctam DEO reddidit animam Ann. Ch. 1133. in Ecclesia Cathedrali, non absque populi & Cleri, viduarum maxime & pauperum, quorum præcipuam gesserat, planctu sepultus, multis post mortem, ad ejus tumulū miraculis pertratis à Numine illustratus; in quorum evidentissimam veritatem, & eminentissimam vitæ sanctitatē inquisitione diligentissima habita, meritisissimus de Ecclesia Cardinalis, summa cum ejus ordinis, tū universæ Urbis atque Italiæ gratulatione, Sanctorum albo adscriptus est. È miraculis celebratur, quod Padi fluminis impetum prodigiōse fregerit, cū ille quam-

primum obediret imperanti. Iuvit etiam oratione, altera vice Parmenses in prælio contra Cremonenses. Prophetico Spiritu multa prædixit, multaque alia miracula patravit. *Ex monim. Parmensibus, Officio Eccl. Vallumbr. Ciaconio, Ferrario, Annal. nostr. &c. Ranuccio Pico in Teatro SS. Parmensium, &c.*

S. Balda Abb.

Iotro Monasterio, in territorio Meldensi Sanctæ Baldæ Abbatissæ. Fuit hæc soror Modæ conjugis Sancti Autharii, & Bethonis Patris S. Teutechildis, itemque Abobini patris Sanctæ Aguilbertæ, contempto autem sæculi fastu, vitam Monachicam sub charissimis & sanctissimis neptibus in Regali Cænobio Iotrensi amplexa, grandæva demum, regiminis subire labores debuit, multasque Regum Regi, Virginum sponso sponfas adducens, plena ut annis sic meritis, sancto fine decessit. Claruit sub Clothario II. Dagoberto I. Clodovæo II. & filiis Galliarum Regibus. *Ex monim. Iotrensis Monasterii, Gall. Script. Hugone Menardo, t. 2. SS. &c.*

Illustrissimū genus.

In Comitatu Essexiæ in Anglia depositio S. Vulphildis Virginis & Abbatissæ. Hæc illustribus in Anglia orta natalibus, cū Christo soli virginitatem & pulchritudinem suam dicare & consecrare statuisset, Regiis amoribus sollicitè exambita insigni triumpho de Rege Edgardo, qui ejus pudicitiam tentaverat, triumphans, multo licet labore, dignissima fuga amorem potentissimi Principis elusit, & mox Barkingensin Cænobio cucullū amplexa, tanta vitæ perfectione refulsit, ut antiquissimis Sanctis, ob vitæ meritum comparata, toti Regno decus serum addiderit; tandemque Cænobii ejusdem Abbatissa effecta, quanto omnibus honore prælata, tanto sublimius virtute emicuit. *Ex Guilh. Malmesbur. & aliis rer. Angl. Script. t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Vulphildis Abb.

Regio amōres triumphat.

Antiquis Sanctis comparata.

In Monasterio Corbeienfi S. Witmari, Suecorum Apostoli & Confess. Witmarus Monasticæ perfectionis sublimitate conspicuus, cū magnus ille Ancharius ad Apostolatū è cælo his verbis vocatus: *Vade & annuncia gentibus Verbum Dei*, tanto labori & functioni se accingeret, ab eodem è perfectissima Monachorum multitudine præcipuè selectus per ingentia maris terræque pericula, in gelidissimas & maxime barbaras regiones, prompto & hilari animo ipsum sequutus est. Fuit incredibili in adversis patientia præditus, animo planè infractus atque imperterritus, zelo ferventissimus, moribus

Laudet ejus

com-

Laboris Apostolici fructus **Contemplatione ad mortē parat.**
 comptissimus, in prædicationis denique labore, pedibus passim per amplissimas, & rigentissimas nivibus & glacie provincias discurrens, indefessus, perpetuis ferè jejuniis, ciborum penuria & cruditate exhaustus, solo spiritu valentissimus. Retulit tanti laboris, fructum in terris centuplum, in cælo imensum, conversione multorum millium longè meritissimus, tandemque tanta itinerum arduitate debilitatus, ad Monachici otij & contemplationis dulcedinem reversus, cum aliquamdiu sibi soli religiosissimè vacasset, & se ad occursum Domini strenuè præparasset, ad Apostolici laboris præmia evocatus, soluto corporis carcere emigravit. *Ex monim. Corbei. Vita S. Ansharii MS. Menardo, t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Alfridus Episc.

Hildesheimij Sancti Alefridi Episcopi & Confessoris. Alefridus sive Alfridus perillustri natus genere, generosissimo sæculi contemptu Illustrissimus, Monachum in celebri Sancti Viti, Corbeie Saxonum Cænobio professus est. Inde ob raram Virtutis opinionem extractus, & ad Cathedram Hildesheimensem subvectus, Ecclesiam, Urbem, & Diocesim illam immortalibus meritis mirificè demeruit. Ea inter Cathedralem Basilicam, sumptu, mole, opere, longè splendidissimam moliri aggressus, eam viginti sex annorum spatio felicissimè absolvit, & cum Augustissimæ Cælitum Imperatricis amore totus ferret, illam ipsam Ecclesiam, æternum ejusdem sui Amoris monumentum voluit, & summa omnium gratulatione Magnæ Matris honori consecravit. Pari dein fervore Sanctissimi Patris nostri BENEICTI consulens nomini, splendidum, eidem Basilicæ, Cænobium adjecit, & magna item contentione exstruens, ut omnes deinceps Cathedralis Ecclesiæ Canonici sub Regula ac professione ejusdem Sanctissimi Patriarchæ nostri, Numini diligentissimo studio fervirent instituit, quibus ipse sanctissimæ vitæ exemplo mirificè præluxit, multosque suæ Virtutis æmulos atque imitatores strenuos habere meruit. Enituit alias inter virtutes, principe liberalitate, non sine summa omnium admiratione, qui quanto profusorem in erogandis eleemosynis sciebant, tanto magis abundare conspiciabant, adeo, ut præter sumptuosissimam illam Deiparæ Basilicam, & juxta conditum Cathedrale Monasterium, plurimas alias sacras ædes, & splendidissima Cænobia exstrueret, atq;

Deipara ad dictissimus.

Cathedrales Monachi.

Plurima condit Cænobia.

liberalissimè locupletaret, quæ inter potentissimum Essenæ Virginum Monasteriū, Selgenstadenſe & Aſuedenſe à fundamentis excitavit; sed & plurima alia, ex quibus celeberrimum illud Gandersheimense profusissimè dotavit; ut non tam Regia & Pontificia, quam celestis planè & prodigiosa, sancteque prodiga ejus liberalitas videatur. Tandem tantis meritis gloriosus, genere, eruditione, atque super omnia, mira vitæ sanctitate celeberrimus, relicto ingenti apud omnes desiderio, immortalitatem exuta mortalitate induit, relicto Beatæ memoriæ Leutolpho successore, è Cænobio item Corbeienſi postulato, A. C. 877. in Cænobio à se fundato Aſuedenſi tumulatus. *Ex diversis rer. Sax. script. Monim. Hildesheimis, Bruschio, Democh. Crantzio, Annal. nostr. Germ. Bened. & Aquila Imp. Bened. &c.*

Stupenda liberalitas.

Obiit 877.

In Monasterio Clarævallenſi Sancti Bartholomæi, fratris germani Melliflui Doctoris nostri Bernardi, quinto è fratribus loco nati, qui opera fratris contempta sæculi nobilitate, cucullū amplexus adeo omni virtutum genere excelluit, ut ipse etiam celeberrimus Ordinis nostri Reformatore Stephanus, singulari eum affectu prosequeretur, & super omnes diligeret. Cumque ad exstruendam Claram Vallem cum Bernardo reliquos Fratres dimitteret, & à Beato Bartholomæo dævelleretur, non sine lachrymis, in suprema hæc cum Valedictione verba erumperet: *Vade, inquit, in pace, fili mi, & rigoris primæ Vocationis tuæ memento, & amoris quo te in Christo prosequutus sum, & prosequor: & cum coram Deo majore cum fervore fueris, me ipsi commendare non desinas. Licet enim te cum Fratribus mitto fundatum Assylum hominibus pœnitentibus, memoriam tuam de animo meo non delebo, sed semper pro tua salute Deum rogabo.* Ex quo facile de Virtutibus tanti viri sit æstimare. Vix rigor, quo se tota vita tractavit credibilis est: jejunia assidua, disciplinæ rigidissimæ quibus corpus subegit, donec laborum meta completa, Dominus illum in æternam quietem introduxit. *Menol. Cist. Chryf. Henrig. Gonzal. de Silva, Montalbo, Brito, t. 2. SS. &c.*

S. Bartholomæus.

Magni sit à B. Stephano Abb.

Rigor vitæ.

V. Laurent. Abb.

In Hispania memoria Venerabilis Patris Laurentii Gonzalez, Abbatis Vallisbonæ novæ Regularis Reformationis nostræ Cisterciensis splendidissimi luminis, & eximie Religionis atque Sanctitatis viri, qui post egregia atque admiranda pietatis opera, suam, & aliorum trium senum mortem prædicis.

mortem prædicens, in morbum incidit: & cum jam ad ultimum vitæ perveniret, flexis genibus, oculis ac manibus ad cælum erectis, hilari vultu Fratres circumstantes alloquutus: *Fratres, Video gloriam Dei, his ipsis cum verbis, beatum animum tradidit Creatori, An. Ch. 1591. cujus felici-*

Mors felicissima.

Obiit 1591.

cissimo in transitu multa acciderunt, quæ animi puritatem, & egregia pij Patris merita denotant. *Fasciculus SS. & Menol. Chrysof. Henr. Annal. nost. &c.*

In Monasterio Miciacensi Commemoratio SS. atque BB. ejusdem loci Abbatum & Monachorum.

QUARTO IDVS DECEMB.

X. Decemb.

A.

S. Sindulphus.

Viennæ Sancti Sindulphi Presbyteri & Confessoris. Sindulphus Presbyter & Monachus, absolutissimum perfectionis Magistrum Sanctum Basolum nostrum Abbatem habuit; quem diligentissimè in omnibus sibi proponens, atque imitatus, in omni virtutum genere mirificè profecit. Contemplationis denique studio, *fraterna ex acie ad singularem eremipugnam* benè instructus, eremiticam vitam amplexus, vivum exemplar hominis verè mundo mortui extitit, & longis jejuniis, orationis assiduitatem jungens, irremissum corpori bellum indixit, quod gravilabore, ærumnis, & voluntariis animo, ipsi maximè contrariis suppliciis excarnificans, spiritui plenè subjugavit. Fuit invitus dæmonibus, de quibus plurimos & insignes triumphos reportavit, & ad bravium felicissimæ æternitatis vocatus, lætus denique ærumnis sæculi hujus valedixit, post annum Christi sexcentesimo. *Rer. Gall. script. Monim. Vienn. Trithem. Baron. t. 2. SS. Ord. &c.*

Ex Monacho Eremita.

Rigor vitæ.

Clar. Ann. 600.

S. Sola Abb.

Apostolicus vir.

Fit solitarius

& humili structura, exædificata sibi cellula, additoque in honorem unicæ suæ atque universi Ordinis Tutelaræ Deiparæ Orationario, in mundo deinceps quasi extra mundum vixit, & Angelicam planè vitam instituit. Claruit insignibus & in vita, & post mortem miraculis: cæcum natum signo Crucis illuminavit; claudum quendam divina virtute erexit; surdum & mutum oratione curavit. Rarius illud, cum atello insidens in lupum ferocissimū incidit; quippe asinus eo conspecto exhorrescens, concito cursu cum effugere moliretur, sola desiliens, retentum asinum jussit in lupum intruere, qui velut ratione præditi imperata intellexisset, conversus illico, facto in lupum impetu, cum ipso mirum in modum congressus, calcibus dentibusque pugnando victor evasit, lupumque interemit, confluentibus ad duellum mirabile è vicino pastoribus, magnoque periculo eorum gregibus lupi hujus interemptione liberatis, quos DEI famulus, vanæ gloriæ metu, ne ante obitum suum rem evulgarent sedulo obtestatus est. Aucta est non multo post Cella ejus multa prædiorum accessione, quæ, undecunque adventantes regionum illarum incolæ pro remedio animarum suarum viro sanctissimo obrulere, quæque ille omnia Beatissimi Magistri sui Bonifacii, Fuldenſi Monasterio subjecit, ipse autem paupertatis studio se totū mæcipavit. Deceffit vir sanctissimus, & ut vetustissimus ejus vitæ scriptor habet, *Apostolis in omni actione sua penè consimilis*, Caroli Magni Augusti temporibus; cujus sacrum corpus, ut è tumulo levaretur, & vir dignissimus Sanctorum albo adscriberetur Altinus V. Eistettensium Episcopus, apud Gregorium IV. Pontificem Maximum obtinuit; quod repertū viventi simillimū, prorsus incorruptū, cælesti insuper odoris fragrantia astantium omnium nares afflavit, & animos ad reddendas Domino gratiarum

Deipara cultor.

Miracula.

Asinus de de lupo triumpbat.

Vana gloria natus.

Paupertatis studium.

Insigne eligium.

tiarum actiones mirificè concitavit. *Ex vita per Ermenoldum, Rader. Grefser. Car. Stengl. Menard. Annal. nost. Germ. & Aquila, &c.*

S. Hebertus Episc.

In Galliis, civitate Redonenſi S. Heberti Episcopi & Confessoris. Hic Monachum in celebri Cœnobio Claromontensi professus tantis virtutibus enituit, ut ejusdem præfectura sublimaretur: ex Abbate autem trigessimus tertius in ordine Redonenſium Episcopus creatus, eam Ecclesiam annis quatuordecim strenuè gubernavit, quem, quantus in vita fuerit, illustribus à morte miraculis, Deus demonstravit, ad cujus in medio Cathedralis Chori tumulum, multis sanitarum beneficia prodigiosè impertiit, & magnam à tanto Pontifice famam eidem Ecclesiæ concilians, successorum & Cleri totius frequentiam, positi in conspectu omnium tam illustri viri tam prodigiota memoria, mirificè concitavit. Decessit vir sanctus 4. Id. Decemb. An. C. 1198. *Ex mon. Eccles. Rhedon. Catal. Episc. Redon. Claud. Rob. Ioann. Chenu, t. 2. SS. Ord. &c.*

Miraculorum gloria.

Ob. 1198.

B. Turquillus

Marciniani Beati Turquilli Monachi & Confessoris. Turquillus Congregationi justorum celeberrimi illius toto terrarum orbe Cluniacensis Cœnobii adscriptus, Monachum sub Beato Petro Mauritio, cognomento Venerabili agens, admirabili vitæ puritate, & digna sanctissimi exempli fecunditate, Marcianensium Virginum Cœnobio (quod Sanctus Hugo Abbas construxerat, Prioremque deinceps à Cluniaco eisdem destinari voluerat) præfici meruit. Præfuit mira cum sollicitudine & vigilantia, & de sacris illis Virginibus multo nomine plurimum meruit. De vita ejus atque obitu, sic paucis ipse Petrus sanctissimus ejus Abbas, & virtutum perspicacissimus atque æquissimus æstimator: Turquillus, inquit, in omni virtutum sinceritate & veritate probatus, ab adolescentia usque ad ultimam senectutem jugum Monastici Ordinis mansuetissimè portans, ipsa miti & humili corporis & vultus specie quiddam cæleste prætendens, curam sororum Marciniansium à me sibi injunctam agebat. Quam cum per aliquantum temporis religiosissimè administrasset, carnis ingruente incommodo, ad solvendum commune mortis debitum appropinquare cœpit. Cumque illum in cinere & ciliicio positum Fratres undique circumstant, repente ab eis spiritu raptus, obm-

Confessarius Virginum.

Elogium S. Petri Ven.

Spiritu raptus.

tuit. Quæ de causa Frater quidam ex iis, qui astabant, Vnfredus nomine, honestæ vir conversationis, a usu familiaritatis, quâ præ cæteris ei semper adhæserat, ad eum se inclinavit, & si aliquid spiritualium rerum, vidisset, inquisivit; ad quem ille his verbis: *Vidi, ait, Dominum, & dulce consortium ejus.* Hoc cum non vulgaribus, sed ita, ut expressi, verbis latinis dixisset, parvo interveniente temporis spatio defunctus est. *Petr. Ven. l. 1. de Mir. capt. 21. Hugo Menard. Chron. Clun. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Dominum intuetur moriens.

In Monasterio Affligemiensi natalis S. Fulgentij primi ejusdem Abbatis. Fulgentius Brabantinus patria, Monachum in celeberrimo Sancti Agerici Cœnobio Viriduni professus est. Ibi cum Domino duodecim ferè annis strenuè militasset, excommunicato ejusdem Urbis Episcopo, quod Imperatoris sacrilegi partes tueretur, cum Monachi Sancti Agerici communicare nollent, variè tentati atque afflicti, improbitate denique furiosi Antistitis Cœnobio exacti sunt; quos inter Fulgentius in patriam concedens, audita novi Affligemiensis Cœnobii fundatione, eo frequenter ventitans, Fratrum illic degentium solida spiritus paupertate, & in corporalibus laboribus humilitate delectatus, iisdem sese adjungere constituit, & reapse præstitit. Sexto ædificationis prædicti Cœnobii anno, cum de pastore sibi deligendo inter sese conterrent, præmissa oratione, unanimi omnes consensu Fulgentium præfecere. Mirum quanta contentione, vir animi demissione maximus, obnixus sit; cum tamen deprecando, reclamando, obnitendo, plorando, ejulando, nihil minus efficeret, quam ut ab una tam concordi omnium voluntate, quemquam vel leviter revocaret, qui denique zelo Dei accensi, in has voces erupere: *Deus, inquit, qui te nobis servis suis licet indignis, provida dispensatione destinavit, & omnium nostrum voluntates consilio & electione concordés effecit: ipse te nobis proculdubio præesse & prodesse disposuit. Sed quid plura? Si plus restiteris, compulsum vim patieris. Nam velis nolis, nobis Pater efficieris.* Proin, onus denique licet invitatus, cum metu & reverentia in humeros suscepit; tantisque omnium votis & expectationi utilissimè respondit. Porro incolatus sui tempore plus quam ducentos triginta tam Monachos, quam Sanctimonialia diversis locis CHRISTI servitio

S. Fulgentius Abb.

Cœnobio pelitur ab Episcopo.

Venit in patriam.

Mira humilitas.

Resolutio elegantium.

vitio mancipavit, quibus ipse ferventissimo & illustrissimo vitæ exemplo, rectam perfectionis semitam ostendit. Sanct. Anselmi & Hugonis obitum cælesti visione prævidit & prænuñciavit, cum splendidissimos duos thalamos apparari spectasset in cælo, quorum alterum Cantuariensis Archiepiscopi, alterum Cluniacensis Abbatis esse voce cælesti edoctus intellexerat. *Ex Arnol. de Raiffe Agiologio Brabantie, Franc. Ab. Ass. t. 2. SS. &c.*

B. Ioannes de Mervinia Martyr

Londini in Anglia, passio B. Ioannis de Mervinia, Monachi & Martyris. Ioannes, aliàs Robertus de Mervinia, Monachum in celeberrimo Vallisolerano cœnobio professus, zelo propagandæ in Anglia fidei accensus, sanctissimæ nostræ, quarti voti de fundendo, si Numini visum, certe offerendo Numine sanguine & vita, Congregationi nomen dedit, & Duacum missus, in sui Ordinis Collegio aliquandiu vivens, instructissimus inde ad pugnam, in aream Christi pugilum sanguine rutilantem, atque etiamnum calentem atque fumantem hilaris descendit, nimirum in Angliam profectus, strenuam Romanæ Ecclesiæ operam navavit, cujus unius fidem & traditiones ad salutem necessarias esse, ferventissimè prædicavit, & constantissimè asseruit. Tanta autem contentione & zelo in convertendis Hæreticis laboravit, ut inter omnes Religiosos, qui in Insula tunc Apostolico illi institerant muneri, quoad laborem & fructum prædicationis penè Princeps judicari possit. Quinquies proin captus, iterumque DEI providentia liberatus, semper ad institutam prædicationem, admirando fortitudinis, zeli, & constantiæ exemplo, imperterritus redijt. Sexta autem vice, inter Missarum, Festo Conceptionis DEI paræ, solemniam, ut erat sacris indutus vestibus & aris assistens captus, & in iudicium productus, admirabili magnanimitate coram Iudicibus causam Fidei reddidit, & in carcerem subterraneum detrusus, quarto Iduum Decembris, morti adjudicatus, & ad locum supplicij ductus, coram universo populo & Sacerdotibus, & Monachum S. P. N. BENEDECTI professus, suspensus est, ac postea ex sectis intestinis in quatuor partes dissectus, cum alijs quatuor Catholicis, inter sedecim latrones, quorum unum in ipso supplicij loco per breve colloquium convertisse dicitur, illustrem suum agonem contumavit. Cujus sacrum corpus Londino Duacum

Zelus eius.

Stupendū Constantia exemplum.

Morti adjudicatur.

Felicissime moritur. 1610.

Flandriæ Gallicanæ oppidum translatum, ibi pie & religiosè aservatur. Qui & alij plures Angliæ Martyres, etsi nondum sint canonizati, tantum tamen idem Gregor. XIII. Febr. rec. Pont. Max. constat detulisse, ut declaraverit illorum Reliquias, in consecrandis altaribus adhiberi posse loco Reliquiarum Sanctorum Canonizatorum, cujus declarationis mæto fit ab Episcopo Tarrasone in Hist. Mar. Angl. Ang. de Raiffe, Leander à S. Martino, Ant. de Iepes, &c.

Reliquia eius quanti faciendâ.

In Polonia passio S. Sborni Abbatis & Monachorum Cœnobij Clarae provincie Congregationis nostræ Cisterciensis, qui unanimiter eadem fide, & æquali constantia pro confessione Christianæ Religionis, crudeliter trucidati, palmam Martyrij, promeruerunt. *Menolog. Cist. Chrysof. Henriq. Syllab. Sanct. Polon. Franc. de Brivar. t. 2. SS. Ord. &c.*

Pl. SS. Mart.

Carraceti in Hispania B. Florentij ejusdem loci Abbatis, magnæ prudentiæ & pietatis viri, qui, ut Regulam S. P. N. BENEDICTI quam voto se servaturum promiserat, perfectius teneret, se & Monasterium suum amplissimæ & Sanctissimæ Cisterciensium nostrorum Reformationi subiecit, & egregijs sanctitatis titulis decoratus, ex hac vita feliciter emigravit, cujus magno cum honore in huc usque diem, memoria ibidem colitur. *Barn. de Montalbo, Henr. Manrique, Edmundus à Cruce, t. 2. SS. Ord. &c.*

B. Florentius Abbas alius.


Celebris eius memoria.

Aquiriæ in Brabatia B. Iolentæ, cognomento Pœnitentis, quæ & ipsa efflorescente Divina illa Ordinis nostri reformatione Cisterciensi, laxiorem Cœnobij sui Monasteriensi ad Sabim, disciplinam cum strictiore SS. Regulæ observatione commutandam diffidens, ad illam se contulit, & prioris vitæ inertiam detestata, severissimam & purissimam vitam instituit; horaque obitus sui Divina revelatione, prævidens & prædicans, pijsimè in Domino obdormijt. Post obitum vero S. Lutgardi apparet, se æterna in cælo gloria donatam gratulabunda indicavit. *Arnold. de Raiffe 9. Octobr. Thomas Cantiprat. Chrysof. Henriq. t. 2. SS. Ord. &c.*

B. Iolenta pœnitens.

Apparet.

In Monasterio Sithivensi, Sancti Bertini, Beati Theodorici Abbatis, insignium meritorum copia conspicui.



Bbbb

III. IDVS

XI. Decembris.

B.

Festum S. P. N. in utero

Prodigiosissima res.

B. Ida Virgo.

Puella sacculum deservit.

Mira tharitas.

Visio mira.

Festum sive Commemoratio Exultationis & catus in utero dulcissimi & Admirabilis Patris & Patriarchæ nostri BENEDICTI, quo nimirum recolitur, insignne illud gratiæ miraculum, qua præventus in utero Sanctissimus Pater noster, insigni sanè prodigio, & singulari futuræ sanctitatis signo, non aliter, atque magnus ille Christi prodromus Ioannes Baptista Exultavit in utero, Sic jubilate iste & psallere, maternis etiamnum clautus visceribus, clare auditus est. De quo nos sapius, & tomo præcipuè de Vita & gestis ejusdem Sanctissimi P. N. Vid. Gerardus Belgalib. i Opusc. hac die, S. Marcus dicit. S. P. N. Iepes, tom. i. Sacra Sanct. & à nobis cit.

In Brabantia, Monasterio de Rameya Beatæ Idæ de Nivella lectissimæ Christi sponse, admirandis DEI & DEI paræ favoribus celeberrimæ. Ida mediocribus parentibus in oppido Nivellensi edita, ante annos matura, infantili ætate nihil infantile gessit, & mundum fastidiit. Novè annos nata, ne quis impedimento sibi esset, se furtim subducens, ex adibus sacculum per fenestras erupit, & lacris quibusdam Virginibus se jungens, admirabilem ea ætate se omnibus exhibuit, charitatis studio ita fervens, ut cum pauperimæ omnes esset, si qua re Virginum quæpiam indigeret, puella ostiatim emendicaret, & indigenti seu ægrotanti porrigeret. Cucullum in Monasterio Kercken à amplexa, multo deinceps illustrior eluxit, adeo splendoribus Sanctorum illustrata, ut occulta etiam cordium cognosceret, & morbis animi prodigiose mederetur. Tèratis, & peccantibus tãtopere condoluit, ut aliquando compatiendo lecto decumbere cogeretur, & præ cordis angustia læguinem vomeret, aliquando periculum sacerdotis alicujus in spiritu agnitum, sese flex mensium spatio flagelladã DEO offerens, quartana tot mensiũ febre excocta mirè redimeret. Fuit admirandis gratiis à Numine donata, de quibus ipsa aliquando cuidè ex familiarioribus, sedulo exorata: *Contigit*, inquit, *me quadam vice per aliquot dies infirmari in infirmatorio tam infirmabile desiderio Divinitatis. Cum autem hoc modo incalesceret cor meum intra me, & in precordiis meis exardesceret ignis, non consumens,*

sed illuminans & inflammans: ecce subito astitit mihi vir quidã venerabilis aspectu, clamide candidissima circumamictus: de cujus ore manabat liquor quidã aspectu delectabilis, qui candidus tanquam manna esse videbatur. Cumque idem vir gratiosa quadam familiaritate me intueretur, dixit mihi: Tu desiderasti vehementer, ò charissima mea, cognoscere & sapere inexperta licet, ineffabile meæ Divinitatis notitiam; & ego libentissimè, ut ardentissimè animæ tuæ desiderium adimpleatur, super omnia sapidissimum Divinitatis meæ sacrum cordi tuo ad cumulum instillabo. Quo dicto sumpsit liquorcm de ore suo emanantem, & stillavit in os meum, statimque tanta dulcedine & cognitione Divina illustrata est interius anima mea, quod à die illa & deinceps (quantum mihi scire concessit est.) B. Trinitatis agnitione consequuta sum. Eadem nihilominus hora, tanta lucis copia de inexhausto superni luminis fonte procedens coram me, interius mirabiliter replens, in tantum lucidam interius exteriusq; effecit, ut deinceps ubicunq; essem in tenebrosa noctis caligine, absq; alieni luminis mutuatione, corporeis oculis viderem, mihiq; in libro legere, vel aliud quid agere perspicuum erat, præsertim cum manus meæ & facies mea, tanquam solis radii resurgentes, mihi ad videndum, tanquã luminare magnum deservirent. Quin etiam ex occasione hujus luminosæ gratiæ, contigit mihi, ut longo post tempore, status plurimorũ, cælitus mihi daretur perspicere. &c. Meruit etiam lectissima hæc Christi sponsa, Virginum Virginis, Augustissimæ cælitum Imperatricis, singularem plane amorem, cujus admirabile illud benevolentia argumentum rarissimum extitit, cum speciosum illum præ filiis hominũ, benedictum fructũ ventris sui, ad Idã tuam multo splendore conspicua invisens, eidè benè diu amplexandum tradidit, cũ his verbis: Accipe eũ, inquit, & collocas in gremio tuo, desideratis amplexibus & osculis diè festũ age cũ eo. Accepit Ida, & infatiabili stringès desiderio, oculari non desit, affidente DEI para, & cũ gratulatione ludũ illum spectante, donec exsatiatam, an exhaustam amoribus, recepto filio, denuo disprens relinqueret; grandi suavitatis cælestis abundantia duos integros menses in ejus anima perseverante. Ostensũ perfectionis notã non paucis, quanti DEUS Idã hanc suam faceret. Cuidam in priinis graviter tentato, & opem suppliciter exorantis cui pu-

Stupenda gratia!

Rarissimũ miraculũ.

DEI paræ favor

Puerum IESVM benè diu amplexatur.

Amorem suum erga Idã DEUM multis ostendit.

Insignis favor.

Mira visio

Idam cor suum DEUS appellat.

Mirus Dei amor.

Dubitans de eius sanctitate.

Visio mira.

Excellentia Ida.

Longe iam aliter de Ida sentit sacerdos.

erili decore & facie apparens Dominus: *Nunc, inquit, fili, non liberabo te, quoniã prius oportet me sancta quadam familiaritate amoris, diem festum agere, cum amica mea Ida de Nivella Moniati in Rameya. Quo dicto, venerabilis Ida repente puero assistens apparuit, ex cujus oculis & amicabili vultu grandes lachrymarum defluentes rivulos Christus pelvi aurea excipiens, inde pulcherrimã illam suam faciem abluebat, adstantibus Angelis, & candidissimũ linteũ ministrantibus, quo se se extegeret. Quæ ex visione, viro DEI omnis tentatio fugata & velut deterfa est. Sanctæ cuidã & illuminatissimæ Virgini, cui Dominus multa de Ida sua revelaverat, ipsum p gratijs dilectæ suæ concessis laudanti, & gratias agenti: *Quid me laudas, ait Dominus, in his quæ dilectæ meæ, imo cor di meo facio? nunquid laudabitur homo, cum diligit cor suum aut animã, quam sic amat à natura, ut non possit non amare? Nunquid non Ida cor meum, & anima mea? Cumq; pergeret illa orare: Quæso Domine, pro tua pietate custodi hunc amorẽ in æternum à te dilectæ tuæ dignanter exhibitum, & ab ea tibi ardenter redditũ. Tũc Dominus ad eam: Cur tãtis, inquit, me pulsas precibus, ut custodiam cor meum? Nunquid homo, & cor eius, ab invicem possunt separari? Quæ cum audisset illa, victa magnitudine suavitatis Divinæ, coacta est oratione suã interrumpere. Dubitans de sanctitate Idæ Religiosus quidam sacerdos, monitus ab Abbatissa ad ipsam invisere, tertio cum ipsa ad fenestram Cœnobij alloquutus, cũ ambiguitas nihilominus illa de corde ejus non removeretur, & sacris aliquãdo operatus, pro removenda illa Dominum exoraret, vidit infra Missæ Canonem mirabili modo Venerabilis Idæ faciẽ, audivitq; vocem Domini dicentem sibi: *Ecce fili, quemadmodum ostendo tibi faciem Idæ exteriorẽ, sic ostendam tibi statim ejus interiorẽ, ut cognoscas Idam dilectam meam esse quasi fontem de terra iugiter emanantem, ad quem quicumq; venerit, ut exhauriat, haurit abundanter, & sine difficultate, talis est dilectæ meæ Ida, ad quam quicumq; venerim, cuiuscunque gravati angustia doloris & tribulationis, haurient ab ipsa, & impetrabunt levamem omnimoda consolationis, nec tamen in ea minuitur, sed augetur usq; ad cumulum gratiæ devotionis. Statim autem revelatione Divina cognovit, quanta compassione Ida omnes omnium calamitates in se traheret, & omnes necessitates aliorum qui ad se confluebant, cõgruis consolationib; relevaret. Obstupuit visione tanta vir DEI, & Missæ officiũ de-***

notissimè absolvens, multis postea diebus copiosam in se DEI gratiam persensit. Cũque renueret consolari anima ejus, nisi in proximo videret eam, cujus ei facies in altari ostensa erat, reversus ad eam invenit ægrotantem. Cumq; oculos defixisset in eam, visum est ei se videre ipsam in anima res, & corpore glorificatam, statimq; solo procumbens factus est in excessu mentis. Raptur pari quamprimum excessu Ida, mutuoq; in cælo se contuentes, mirabili modo colloquuti sunt. Redditus autè sibi Sacerdos, & mox valedicto discedens, cum rogaretur, eccur cum Ida colloquutus nõ esset, colloquutum prolixè se esse passus est, sed eo ipso modo, quo Sancti in cælo colloquerentur. Quod iplum à somno illo mirabili evigilans Ida respondit. Fuit in tanta gratiarum sublimitate stupèda animi demissione humillima, adeo, ut siquid de virtutibus ejus & gratia aliis innotesceret, ipsa præ nimia verecundia, tantopere intra se erubesceret, ut, si fieri posset, sub terra occultari desideraret, cũq; de omnibus altè sentiret, & omnes Sanctos esse reputaret, se solam universis inferiorem & deteriorè corde & ore profitebatur. Obsequia similiter & potentia ad miraculum effulsi, charitate a. in DEUM & proximũ tota ignea fuit. Mirificè affecta ad sacram corporis Dominici refectioem, particulam aliquando sacrã, diu agræ mulierculæ ore agitatam, cum præ debilitate illa deglutire non posset, & rejiceret, ipsa ut sumere liceret exorato Sacerdote, nihil abhorrens lumpsit, & mirabili desiderio ac gustu deglutivit. Fuere potentissimæ ejus, tam pro vivis, quam defunctis preces, quibus plurimos infero præripuit, & flammis purgatricibus liberavit. Supremũ cum decumberet, nullis morbi molestiis satiatã, ampliores sibi immitti rogavit, & impetravit. Quinta ante obitum die, rapta ante thronum majestatis, locum gloriæ sibi ab origine mundi præparatum intueri meruit, miro interim splendore dum in extasi esset facie ejus relucente. Rogata, an si DEUM rogaret de hora exitus certificari, speraret ab eo edoceri? Nihil aliud respondit, quam, *se non diffidere de omni re, que in DEI potestate sit constituta. Addiditq; aliquamdiu tantam in omnipotentia Dei se habuisse fiduciam, ut si sponte, vel ab aliquo, in aquam profundissimã mergeretur, vel si contingeret vehementè de nubib; imbrẽ ruere, in medio imbris, imbrẽ se minimè sentire crederet, & in aquis vehementibus sine vitæ suæ periculo versari. Decessit deniq; post mirabiles &*

Stupenda

Mira colloquutio.

Eius humilitas.

caelestes visiones A. C. 1231. ætatis suæ 32. professionis 16. miraculorum gloria etiã a morte illustrata; quam viventem etiam num splendidissimos radios ex se emittente, instar solis lucidissimi intueri meruerunt. Chrysof. Henriq. 5. prud. Virg. Menolog. ejusdem, Ioan. Molan Aub. Miræus Ægidius de Daurmis, Bernard, Brito, Arnoldus Wion, Robertus Rufca, Añal. nost. Benedictin, tom. 2. SS. Ordinis, Cultores DEIParæ &c.

S. Ceolulphus Rex.

In Anglia S. Ceoluphi Regis & Confessoris. Ceolulphus XVII. Northumbriæ in Anglia Rex, is ipse, cui magnus ille & Venerabilis Ecclesiæ Doctor Sanctissimus Beda noster, suam inscripsit Historiam, cum octenio, sive ut aliis placet, decennio, Regnum suum religiosissimè gubernasset, imperando fessus, Christi liberriam servitutem sollicitè exambit, & stupentibus universis, scepro ac corona abjectis, purpuram exutus cucullum induit, vitæque Monasticæ in Cænobio Lindisfarnensi se emâcipans, humilitate magis, quam olim, Regni potentia & splendore enituit, quæ ipsa sublimissimū Monasticæ perfectionis verticè conscendit. Vir, præter sumam prudentiam & pietatè, Divinarum & humanarū rerum cognitione excultus, & adeo absolutus, ut libros illos, de quibus supra, non tam legendos, quam approbandos & corrigendos eidem Beda transmitteret. Obiit felicissim⁹ Regiæ potestatis triumphator A. C. 764. sepultusq; est in ejusdem Cænobii Basilica, juxta tumulum S. Cuthberti nostri sanctissimi & celeberrimi Archiepiscopi; miraculis deinceps, quæ ad sepulchrū ejus fiebant, innumeris, quantum gratiæ & gloriæ, pro relicto terreno Regno consequutus sit, clarè pronunciantibus. Rogér. Horved. Guil. Malmes. Epitomes Bedæ Continuator, Nicol. Harpsfeld. Edouard. Mayheuv. t. SS. Ord. &c.

Humilitas Regum.

Eruditio.

Obiit 764.

Miracula.

S. Vulferius Mon.

Antifiodori depositio B. Vulferii Monachi & Confessoris. Vulferi⁹ Reomanensis, Tornodorensis cænobij monach⁹, gratissima morū amabilitate, & amabili conversationis dulcedine, omnium amorem sibi devinxit, ut delictum omnium haberetur. Alia autem inter piè & præclare gesta, præcipuo pietatis studio, orationi intentus, dum post nocturnas aliquando laudes, preces protraheret, à S. Martyribus, qui contra Saracenos occubuerant, de hora mortis edoceri, & ad beatitudinis confortium invitari meruit. Nec multo post, cū artis medicæ peritissimus esset, ad Monasteriū S. Germani Antifiodorensis ire ius-

Medicina peritus.

sus, ut quibusdã agrotis, si quid posset opis afferret; ibi diè obit⁹ sui prædixit, & triduo post illucescente aurora, acri dolore correptus est. Accessit proin ad Vnicã Tutelarem suã, Cælitum Augustam, sacrisque ad aram ejus operatus, iis rite expletis, ad DEIParæ domum infirmorum se contulit, ubi splendida cum ipsi Virgo, Virginū scilicet Regina apparuisset, ipsumque perbenignè solata esset, felicissimè in Domino obdormiit A. C. 1003. Radulphus Glaber, Hugo Menard. t. 2. SS. Ord. &c.

DEIParæ charum.

Ob. 1003.

In Monasterio S. Vincentii in Samnio S. Tasonis Abbatis. Taso Beneventanus patria, genere nobilis, virtute generosus, fama illustrissimus, contemptu sæculi hujus in primis effulsit, eo maximè, & rara felicitate felix, quod pari proposito & sanctitate, ut carne germanos fratres SS. Paldonem & Tatonem haberet; quibuscum

Relinquit sæculum.

conjurata voluntate, parentibus, amicis, patriæ vale-dicens, in Marforum primum fines, dehinc in Samniū concedens, prope Vulturini fluminis fontem cõsedit, cõditoque in honorem S. Vincentii Cænobio, plurimis paulo post eò confluentib⁹, Paldoni ad Abbatialis muneris dignitatè evecto, hujus item à morte successori Tatonis, fratribus, ut patribus humillimè obediit, donec hoc quoque mortuo, rarissimo sanè exemplo, tertius ipse frater, fratribus, pari honore succederet, parique charitate, pietate, Zelo, se universis discipulis probaret. Excruciavit incredibili rigore sacrum corpusculum, cum totas hebdomades jejunaſse memoretur, nunquam lecto recumberet, lorica, subtus cucullum, ferrea, carnem cõpingeret, nunquam denique caput lotus, capillos seu barbam tonsus majoris pœnitentiæ & humilitatis ergo, velut ad carceres damnat⁹ perpetuo incederet. Denique multis laboribus confectus obdormiit in Domino 3. Id. Decemb. A. C. 739. Ex Chron. & monim. illius Cænobii, Philip. Ferrar. tom. 2. SS. Ord. &c.

Tres fratres sibi succedentes in Abbatia.

Rigor vita.

Obiit 739.

In Germania B. David mon. Hemmenrodensis. Hic natione Florentinus, cucullum apud Clarenvallè indutus, inde ob nimiam corporis debilitatem ante professionem ejectus, à Mellifluo D. nostro Bernardo, cui Davidis sanctitas Divinitus revelata est, iterum recept⁹ & ad fundadum postea sanctissimū illud in Germania Cænobium Hemmenrodense destinatus, æternū suis virtutibus loco eidè decus addidit, & perfectionis sublimitate conspicuus, miraculorum etiam dum viveret gloria à Numine

Ejectus Cænobio ob imbecillitatem de-novo recipitur.

Obsessos liberat. Numine illustrari meruit. Multis siquidem, miserimè à demone obsessis, oratione & Crucis signo prodigiosam opem attulit, & importunum hospitem facili negotio proſcripsit & proſtigavit; multis loquelam, cæcis visum, surdis auditam restituit. Sæpissimè in extasim raptus, Divina Myſteria contemplantur. Rarum illud; cum solem, clarissimè fulgentem, instar aquilæ, apertis oculis intueri solitus esset, & acie minimè obtusa Creatorem in creatura contemplari. Claruit insuper Prophetiæ dono, quo multa Abbati, & Monachis Hemmenrodensibus aperte prædixit. Denique, cum prius horam obitus

Solem ut aquila intueatur.

fui Divina revelatione prædixisset, & cæteris indicasset, plenus meritis, relicta mira exemplorum fragrantia, postquam annis sex supra quadraginta solitudinem illam incoluisset, hac ipsâ die sancto fine decessit Anno Ch. 1179. effulsit innumeris etiam post obitum miraculis, multisque in gloria, magnâ circumfusum luce spectabilem se præbuit, eorumque studia, & vitæ cælestis desiderium mirificè exstimulavit. Innumera Ioan. de Assignii, Aubert. Miræus, Cesar. Heisterbac. Chrysof. Henriqu. Ang. Manrique, Petrus Cratopol. Robert. Rufca, Arnold. Duac. Monim. Hemmenrod. tom. n. ostr. 2. Sanctior. Ord. &c.

Ob. 1179.

Innumera miracula.

PRID. IDVS DECEMBR.

XII. Decembris.

C.

S. Vicelinus Episc. A Ldenburgi, S. Vicelini Episcopi & Cõfessoris. Vicelinus, Sigebergensis celeberrimi illius Cænobij Monachus, inter perfectissimos e⁹ loci viros, insigni vitæ sanctimoniâ explevit: ob quã Cænobio extractus, & Aidenburgens Cathedralis Ecclesiæ Pontifex renunciatus, urbè & Dioccesim illã egregijs meritis insigniter demeruit. Nec contentus finibus suis, zelo ppagandæ fidei ferventissimo accensus, contèptis diuturnis & maximis laborib⁹, itinerū difficultatib⁹, sumptib⁹, penuria, siti, algore, & fame, quin & varijs vitæ periculis, ad Sclavos & vandalos Ecclesiæ gremio aggregandos se totū cõvertit; & Idolis, atq; Idolorum templis funditus everſis, multis sudoribus, barbaros illorū animos, ad prioris vitæ detestationè, & veritatis agnitionè traduxit. Nec minori felicitate, in Holfatia prædicavit, & spectatissimam illam provinciam Christo lucratus, post longos atque immentos penè labores, fructu uberrimo dives, corpore consumatus, felicissimum animum Creatori suo reddidit. Sclavorum, VVandalorū, & Holfatarum Apostolus merito appellat⁹, & Patronus deinceps Ecclesiæ suæ, cui vivens præfuerat, à morte salutatus. Claruit vir sanctissimus An. C. 1141. Ex Helmolde, Crantzio, Craiepolio, Arnoldo Duac. Annal. nost. Bened. Aquila Bened. &c.

S. Vicelinus Episc.

De Episcop. meritis bene.

Sclavorum & VVandalorum Apost.

Idem Holfatia.

Patronus sua Ecclesiæ.

Ob. 1141.

S. V. Valericus Abb.

bulam concinnavit, & ut Alpha betum sibi quibiam in eã consignaret, enixissimis precibus puer contendit, atq; impetravit. Quod, assidua veratione, atque meditatione, cum ovium, quas pascere justus erat cura, non solum perfecte addidit, sed & Psalterium integrum, cū admiratione omnium, ex orone memoriæ comendavit. Antifiodorensi primū, patre invito, in Luxoviensi dein Monachicam sectatus vitam, tantis profecit virtutibus, ut rara miraculorum gloria, paulo post elucesceret; aliqua inter, rarissimo prodigio, defunctum, quem miseratus in patibulo pendentem inde solverat, effusus in preces ad vitã revocaret. Vimacense Cænobium ipse condidit, ibiq; multos Christo filios genuit, & sanctè educavit. Spiritu Prophetico imprimis claruit; culpas absentium Fratrum, in spiritu intueri meruit; varj generis morbos, solo Crucis signo, sive etiam sola salivã, sive spūto suo curavit; multa mira, & magna prodigia effecit. Sed & Apostolico inflammatus zelo, idololatriæ reliquias, & stultas atq; impias superstitiones, admirabili constantia, impietati obnixus sustulit, aliaque inter, celebri admodum superstitionis, & frequenti accolarum concursū, spectatissimo loco, truncum quendã, prophanis & cælestis imaginibus insignem funditus eruit, & mox ingenti cum fragore mirè dissipatum, indignante graviter Infero, minutatim confregit. Concitatos autem à pessimis genijs accolas, & strictis ensibus accurrentes, minimè expavescens, ab immanitate non solum ad miram mansuetudinè illico deduxit, sed & ad Vnius Ver-

Pueri docilitas.

Fit Mon.

Condit Vimacense Monast.

Miracula.

Apostolicū meritum & zelus.

Gentiles convertit.

ri numinis cultum gentiles convertit, & Ecclesie aggregavit. Rigore penè incredibili vitam egit, perpetuumque odium ac bellum carni & voluntati propriae indixit. Humilitate & benignitate tantis fuit, ut humanum modum excedere videretur. Tanta item in pauperes charitate & liberalitate ferebatur, ut vestimenta propria, ut erat indutus, sibi detrahens, omnes insuper Cœnobii facultates in eisdem erogaret. Quiritantibus super hoc Fratribus: *Istuc, inquit, filii, scētemini; idque pro comperto habeatis: quicumque prompto animo petentibus tribuit, quidquid à Domino petierit, citius id illum impetraturum.* Tantæ autem lenitatis fuit, ut aviculæ indomitæ, absque ulla formidine ad ipsum convolarent non solum, sed & contrectari se, quoties libitum ei esset, libentissime permetterent, imo certatim sese ingerentes, gratiam quasi ejus emendicarent, & cibum de manu ejus sumerent. Fuit vultu sereno admodum, atque hilari, sermone composito, corpore gracili, statura procera, oblongis digitis, oculis venustis; & quamvis pallidus & macilentus (utpote totas frequenter hebdomades omni cibo abstinens, vinoque perpetuum sibi interdicēs, nisi in hospitum gratiam subinde gustaret) mira tamen & rosei coloris elegantia, nec non fulgore cœlesti radiabat, tunc inprimis, quando Prophetico spiritu futura prædicebat, sive etiam miracula patrabat. Paulo ante mortem, sepulturæ locum sibi ipse designavit, & grandium meritorum copia locuples ad præmia æternitatis concessit, sub. A. Chri. 660. etiam à morte illusterrimis miraculis servi sui sanctitatem DEO comprobante. *Ex vita per æqualem, t. 2. S.S. Ord. Annal. nost. Bened. Trithem. Arn. Duac. Iepes, &c.*

Virtutes eius.

Digna observatione monitio

Aviculariū erga ipsum amor.

Depingitur vir Sanct.

Spiritus prophet.

Obiit. 660

S. Gregorii.

Prodigiosa Idea

co Gregorius optimè usus, longè spectatiorem ideam, alteram scilicet ipsiusmet Sanctissimi Patris sui imaginem sese exhibuit, & æternum admirabili sua sanctitate, non Cœnobio solum illi, sed Vrbi spectatissimæ, & universæ provinciæ addidit, ut de ipso haud immerito, tota Terracinenis posteritas gloriatur, tantique Tutelaris sui Patrociniò confidat plurimum, æternumque sibi gratuletur. Monim. Terracin. t. 2. S.S. Ord. &c.

Terracina gloria.

In Germania, natalis Sanctæ Agathæ Monialis Weinbrunnensis, lectissimæ, Magnæ illius Abbatissæ Liobæ discipulæ, quæ, meritis illis Germaniæ nostræ Apostolis, Bonifacio & fociis, in Conversionem gentium strenuè incumbentibus, ferventissimis non solum orationibus, efficacissimè cooperata est, sed & ferventissimo sanctissimæ vitæ exemplo, speculū Orbi facta, post multa virtutum opera, in gaudium Domini exultans introivit. Annal. nost. German. Aquila Bened. t. 2. S. Sanct. Ord. Andr. Bamberg. &c.

S. Agatha Monialis.

In Monasterio Villariensi Beati Francisci Monachi. Franco, nobili Archepiscopi Equitum genere ortus, domi militariq; clarus, cum Cruci, bello Sacro, nomen dedisset, utroque filio comitatus in Syriam abiit, & re fortiter contra Sultthanum gesta, cum uterque filius generose Sanguinem pro Fide Catholica afferenda propagandaque profudisset, ipse plurimis perfunctus periculis, sæpe ab hostibus circumdatus, sæpe graviter laucius, fame, siti, æstu, frigore varie afflictus, invicto semper animo perstitit, & quod Christi amore ea omnia perferret, inter lucra, & gaudia accensuit, donec revertus in patriam, arma cucullo, sæculi gloriam Christi paupertate permutaret. Excelluit insigni observantiæ Monasticæ Zelo, & post vitæ reliquum sanctissimè exactum, lethali morbo correptus, & morti vicinus, plenus gaudio fiduciaque vitæ æternæ consequendæ, Cygni in morem, qui extremo vitæ periculo propinquus, cantu suavissimo propinquæ mortis tædium doloresq; procul repellit, miles verè generosus, inter exultationis cantica (*Canticum, ait vitæ scriptor, quoddam, Fratribus inauditum cepit dulciter intonare*) exultans & laudans, inter canendum obiit. *Heribert. Ros. VVeydus, Arnold. de Raiffé, Ioan. Bapt. Gramayé, Aub. Miræus, t. 2. S.S. Ord. Aquila Bened. &c.*

B. Franco Eques.

Gloria bellica.

Fit Monachus.

Canens moritur.

In Hiberniâ, natalis Beati Bernardi Treiur, Monachi B. MARIÆ de Samaria,

B. Bernardus Martyr.

ria, qui ab Hæreticis captus, cum Catholicam Religionem palam confiteretur, eamque constanter defenderet, capite plexus, Martyrium gloriosissimè consumavit, Anno. Chri. 1606. *Analect. Hibern. Menolog. Chrysof., Henrig. Annal. nost. & tom. 2. S.S. &c.*

SS. & B.B. Vallumbrosani.

Eodem die insignis Commemoratio omnium Sanctorum atque Beatorum Sanctissimæ Congregationis nostræ Vallumbrosanæ, quorum incredibilem sane numerum fuisse, facile est colligere, cum ex perpetuato, à ferventissimis ejusdem

mirabilis Reformationis initiis, aliquot sæculorum decursu, Regularis disciplinæ, & Constitutionum rigore, tum ex tanto Præsidentium tam Generalium, quam particularium, sanctitatis fama celebriū numero, ut qui unius huius Sacræ familiæ nostræ splendorem, merita, & fervorè consideret, non possit non totus obstupescere, & magnalia DEI ac misericordiam, in tanta sanctorum multitudine laudare, & deprædicare. *Ex Annal. nost. Benedict. t. 2. S.S. Ord. & Monim. Vallumbrosani. Duac. &c.*

Ingens sanctorum copia.

IDIBUS DECEMBR.

XIII. Decembris,

D.

S. Iodocus Rex.

IN pago Pontino Sancti Iudoci Confessoris. Mirandum contempti Regii fastigii, sceptri & purpuræ exemplum, Iodocus de se se universo exhibuit, Iudicæle nimirum sive Iuthacle fratre Rege, Regno Britannæ Armoricæ se abdicare parante, ut Cœnobium ingrederetur, & Iodoco Regnum offerente; cum hic octo ad deliberandum diebus postulatis, pia fraude fratrem præveniens, clam ipse, ne quid impedimenti objiceretur, ad Sancti Maini Cœnobium (quo se jam ante Rex pater incluserat) confugit; ita secum reputans: si regnandi conditio ejusmodi esset, ut eam relinquere patri ac fratri expediret, ne sibi quidem expedire ut eam acciperet. Monachum proin eodem in Cœnobio professus, insigni vitæ sanctitate multo plus nominis, quam Reges universi majestate & potentia, consequutus: *in carne, teste Florentio Abbate, præter carnem vivens, eam quidem puritate vixit, ut Angelus esse, non homo videretur.* Peregrinandi postea desiderio, an etiâ Fidei propagandæ incensus, adjunctis undecim propositi ejusdem loci, Pontinum deveniens, à Duce loci illius Haymone perbenignè exceptus, & detentus est; qui cæteris undecim cum benedictione abire permittis, cum in Iodoco specialem Numinis gratiam suspiceret coleretque, ipsū Sacerdotii munere initiari fecit, & septè annis Sacellum suum curare jussit. Quo tempore exacto, cum sacræ Contemplationis otium inhiantius exambiret, inde se subtrahens, in nemore quodam (haud longè hodie à Monasterio ipsius Domp Martinensi) in finibus Artelæ, ad Alteyam fluvium se condidit, ibique octo ferè annis commoratus est. Claruit rara mira-

Insignis & pia ambitio

Fit Mon.

Peregrinatur.

Detinetur.

Secedit in solitudinem

culorum gloria, tanta sua innocentia ipse etiam feris bestiis innotescens & dilectus, adeo, ut diversi generis volucres, quin & pisces, ejus consuetudine delectarentur, de manibus ejus escas acciperent, nulloque terrore abigi possent. Excelluit & mira in pauperes charitate, ita ut de crastino, deque seipso, nihil sollicitus, omnia quæ haberet in illos effunderet. Die quadam, unicum, quem habebat, panem in quatuor partes divisum Christo Domino, in specie pauperis, quater variis formis apparenti, distribuit; discipulo ejus obmurmurante; cum ecce vidit quatuor naviculas, in alveo fluminis victualibus onustas; quo factum est, ut abundè sancti viri liberalitas sit compensata. Verum longè lateque miraculorum ejus & sanctitatis percrebescente fama, plurimis undique ad eum pro ope confluentibus, eaque prodigiosissime recepta, nomen ejus deprædicantibus, honoris, ut pridem, intolerans, Rimiacum, atque inde eadem ex causa, alio, atque alio transmigrans, nihil in vita magis, quam celebrari exhorruit; donec vocante Domino, vita sanctissimè transacta, ad triumphos æternos evolarer. Decessit mortis genere longè felicissimo, prodigiola nimirum è cælo voce, his verbis, dum Sacris ad aram operaretur, evocatus: *Quia paterni Regni pro me refutasti culmina, præparavi tibi coronam inter Angelorum agmina, eroque loci huius in quo resolveris Defensor & Custos.* Præter auditam hanc cælitus vocem, multa in populi frequentia, visa etiam in aëre manus, quæ Iodocum in oculis omnium consignans, benedictione eundem Divina confirmavit. Obiit vir Sanctissimus Idibus Decembris A. C. 653. cujus factum corpus, sexaginta

Volucres, pisces ei familiares.

In pauperes liberalitas.

Christus forma medici quater apparet.

Honoris fuga.

Mors eius gloriosa.

Vox celo delabitur.

Obiit 653.

ginta post annis, ita saluum repertum est, atque incorruptum, ac si Spiritus vitæ in eo foret. Recensendis ejus à morte miraculis imparem se fatetur Florentius; rariora illa pauca, quæ ex innumeris numerat; quibus plures ille mortuus vitæ reddidit, eosque inter partim suspendio, partim aqua suffocatos, aut alio quovis mortis genere extinctos: *quorum quidem*, ait idem Vitæ ejus celebris & æqualis scriptor, Ioannes nomine, per biduum aquis merfus, adhuc penes nos est Monachus, ut, facile, quales collegas mortuorum, resuscitatoris discipulos fuisse oporteat, cautos sanè & eximios arbitremur. *Ex vita per Florent. cit. 2. Sanct. Ord. Momin. Porrip. Martin. Monasterij item S. Iodoci supra mare, Annal. Bened. &c.*

S. Authbertus Episcopus. Cameraci in Gallia, Sancti Authberti Episcopi & Confessoris. Authbertus ex Monacho Luxoviensi, Cameracensium Pontifex & Atrebatensium, honorem illum summa cum dignitate gessit, & de Belgio universo immortaliter meruit. Fuit tantis ornatus virtutibus, ut deposito Regalis excellentiæ fastu, cum Dagobertus

Dagobertus Rex magni ipsam facit ille potentissimus Galliarum Rex, nò tantum familiarissimè diligeret, sed & suspi-

ceret mirum in modum atque revereretur, ab eoque hospitio recipi, ejusque alloquio frui, summi beneficii loco duceret. Educavit, bono Ecclesiæ universæ, sanctissimos discipulos plures, quos inter Beatissimi Landelinus, & Vincentius Nadelgarius maximo cum fructu Belgicarum in primis provinciarum, præcipuè effulsere. Fuit insigni animi puritate præditus, ut corporeis etiam oculis Angelos clare intueretur. Transtulit Sancti Vedasti corpus, in locum cœlitus designatum, atque ibidem longè celeberrimum illud atque potentissimum Vedastinensium Cœnobium extruxit, quod postea Sanctorum & Doctorum Belgij Seminarium extitit exhaustum, in hodiernum usque diem multo nomine famosissimum. Mortuus est Authbertus Anno Ch. 690. cum plurimis annis Basilicæ utriusque Atrebatum scilicet & Cameracensium, sanctissimè præstitisset, ob insignia merita, inter præcipuos Belgij Tutelares cooptatus. *Chron. Camer. Georg. Colvener. Aubertus Miræus, Ferreol. Loctius, Claud. Rob. & plurimi rerum Belg. script. Annal. nos. &c.*

Ob. 690. In territorio Argentoratensi Sanctæ Othiliæ Virginis. Othilia Adelrico si-

ve Attico Duce patrenata, Regio Francorum Regum orta genere, æternum pa-

trix decus addidit. Insigni pomparum sæculi tacta fastidio, cucullum amplexa, in eo miram vitæ indepta est sanctitatem. Altitonensis, quod pater ejus condiderat, Cœnobij Abbatis effecta, mirum quantos una mulier cœlo manipulos intulerit, cum paulo post trecentas triginta sacras DEO Virgines, exempli sui diligentissimas æmulas & discipulas numeraret. Vacavit continuis ferè jejunijs lectissima Princeps, vigilijs præterea atque orationibus perpetuo addicta. Misericordiæ opera, ut propria habuit, ejusmodi exercitijs visa mirum in modum semper delectari. Dono lachrymarum adeo effusè à DEO cumulata est, ut planè exundaret, utque commendando supra omnia miracula exemplo, lapidem cui orans incumberebat, assiduo illarum fluente excavaret. Præter innumera autem, quib⁹ post mortem præcipuè à Numine illustrata est, prodigijs, patrem suum Atticum, assiduis precibus & lachrymis, è Purgatorij ultricibus flammis liberavit. *Ex vita lib. sing. excusa & apud nos Manuscript. Cratepolio, Chronico Allatie, Annal. nos. 1. 2. Sanct. Ord. &c.*

In Cœnobio Laurisheimensi depositio Beati Tassilonis, ultimi Bojorum Regis, qui à Carolo Magno Galliarum Rege, aliquot prælijs victus, captus, ex oculat⁹que, in Monasterio Sancti Nazarij Laurisheimensi cucullum induit, & votis se se Monachicis adstringens, humillimam Converterorum Fratrum vitam studiose amplexus est. Comedens proin in sudore vultus sui panem suum, paupertatè CHRISTI humilitatemque adeo feliciter imitari studuit, ut eximiam vitæ consequutus perfectionem, innumeris post mortem claris miraculis, Sanctorum al-

bo, ut nonnulli contendunt, adscribi meruerit. Eum de nocte, Angelorum ministerio deduci, & lacra altaria venerari, ignarus quis esset (adeo sui dissimilis erat) idem Carolus Magnus Imperator conspexit, cum suo more ante nocturnas monachorum preces in templo excubaret; compertoque Tassilonem Regem esse, quem ipse tot antea prælijs expertus, victum denique exauctoraverat, oculisque orbaverat, vehementer attonitus, viro sanctissimo supplex fact⁹, humillimis precibus veniam rogavit & facile à feliciorè Monacho quâ Rege impetrans, ejus precū suffragia enixius imploravit, & meruit. *Ex vita 1. 2. SS. Michaelis Eisengr. Matthæo Radero, Arnoldo Duac. Annal. nos. German. & Bened. Aquila Imper. Bened. &c.*

Con-

330. Sacrum Virg. Abb.

Lachrymarum donum mirabile.

B. Tassilo Rex conversus.

Humilitas ejus.

Felix cæcum Angelos duces habet.

Supplex sit ipsi Carolus Imp.

Con-

Conditus est Laurisheimij, ubi sequens legitur Epitaphium.

Conditur hac fovea, quem pie Christe bea,

Thessilo Dux primùm, post Rex Monachus sed ad imum.

Idibus in ternis decesserat iste Decembris.

Ex quo crediderim 11. Decembris decessisse, nisi fortè hæc dies sit translationis si-ve Elevationis alicujus.

B. Nicolai Mon. In Sicilia Beati Nicolai Monachi Netti Sacræ Congregationis nostræ Cisterciensis fulgidissimi syderis, miraculorum gratia, & sanctitatis opinione celeberrimi. *Franciscus de Brivar. cit. in Menolog. Chrysol. Henricus t. 2. Sanct. Ordin. Monim. Sic. &c.*

S. Tibba V. In Anglia, Monasterio Chineburgensi Sanctæ Tibbæ Virginis. Tibba, alijs Cibba, Regij generis atque splendoris cõtempta præcipuè effulsit, sanctasq; cognatas suas Chineburgam & Chineswidam Pendæ Merciorum Regis filias, in eodem Religionis proposito strenue sequuta, parem quoque in cucullo indepta est vitæ sanctitatem. Cujus sacræ olim corporis Reliquiæ, cum Beatis illis fororibus asservata fuerunt in Cœnobio Medeshamstadenfi, quod postero tempore Petroburgum est appellatum; celebrisque admodum memoria ibidem quotannis est habita. *Ingulphus Abbas Croyland. Edward. Mayheuvv, Nicol. Harpsfeld. tomo 2. Sanctorum, &c.*

Regii generis.

Eodem die Beatæ Menciæ Priorissæ Monasterij S.P.N. BENEDICTI à Castro, quæ ab ipsis Conversionis primordijs, uberrimos in omnifantitate fecit progressus, miroque pietatis ardore succensa, reliquas forores virtutum exemplo, & Regularis disciplinæ acuratiore ad normam Cisterciensium nostrorum observantia antecessit. Silentium summopere coluit, orationi indefesso studio se dedit, & corpus suum continuis jejunijs, cilicijs & disciplinis rigidè castigavit. Horam obitus sui, Divina revelatione cognovit, quâ Ecclesiæ Sacramentis munita avida expectavit, & inter cœlestium Spirituū occursum, qui ejus migrationi visibiliter interfuerunt, animam reddidit Creatori. Super cujus tumulū per multos dies miræ claritatis splendores apparuerunt, mul-

B. Mencia Priorissa.

Studia eius

Moriens

Angeli visibiliter adfuit.

Moriens

Angeli visibiliter adfuit.

Moriens

Angeli visibiliter adfuit.

Moriens

Angeli visibiliter adfuit.

tisque alijs signis gloria ejus universis innotuit. *Menolog. cit. Henric. Bernar. de Brito, tom. 2. SS. Ord. &c.*

Romæ depositio Venerabilis viri Dionysij à Sancto Bernardo, Fratris conversi

sanctissimæ Congregationis nostræ Fulien-

sis in Monasterio Sanctæ Potentianæ, de quo ita Carolus à Sancta MARIA in

Catal. Fulienfium Sanctitate illustrium: Frater Dionysius à Sancto Bernardo, ex

Helvetia oriundus, Donatorum nostrorum, qui videlicet simplicem obedientiæ

promissionem emittunt in Congregatione, simplici & prompta obedientia dile-

ctus DEO & hominibus, silentij & mortificationum omnium amator ferventissimus, aliquot annos Congregationem æ-

dificavit exemplo. Quadam autem die cum in oratione coram DEO Spiritu totis

viribus effunderet, audivit vocem de cœlo dicentem sibi: Dionysij Frater, dispone

conscientiæ tuæ, morieris enim brevi, dimissa tibi sunt peccata. Retulit ipse, quod

audierat, inter Cõfessiones superiori suo, qui se hæc parvipendere simulavit, sed octo post diebus ægrotavit, & Sacramentis

maxima devotione, & insolita ædificatione sumptis, intra paucos dies è vita migravit, in Monasterio Sanctæ Pudentianæ de Vrbe. *Ita Carolus cit. t. item Sanct. Ord. &c.*

Eodem die solemnis memoria B. Lucie de Stifonte Camaldulensis lectiss. Virginis, Fudatricis Monasterij, S. Christinæ silentij in primis studio, magnisq; virtutib⁹

eximiar, quæ cum & animi & corporis admiranda polleret pulchritudine, à juvene quodam Nobili observata & adamata, cū hîc perspecta Virginis sanctitate, nihil tentare præsumeret, desperas in peregrina se loca contulit, ubi captus à Turcis, & Christum negare seu mori iussus, recordatus Lucie, cum hæc interea diem jã suum obiisset, ei se commendavit. Mox in somnum abreptus, prope Monasteriū Lucie consistere sibi visus, revera constitit, & sonum campanarum audiens ab apparente Lucia monetur ad tumulum suū compedes ponere & gratias redemptionis agere, quod & magna præstitit animi lætitia, Divinam gratiam in tanta liberatrice admiratus. *Ex Vita & Mom. Camald. &c.*

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

B. Lucia Virgo.

XIV. Decembris.

E.

S. Agnellus Abb. **NEAPOLIN** Hispania, Sancti Agnellus Abbatis, gratia miraculorum illustris, qui obsessam urbem sæpè vitus est crucis vexillo ab hostibus liberare. Agnellus Neapoli pijs & honestis parentibus nat^o, iisdem cæteroquin sterilibus, Augustissimæ Cælitum Imperatricis dono, digna, tanta donatrice soboles, concessus est, qui ut ætate, sic moribus ac virtutibus crescens, octuennis scholas frequentare, & literis operam dare cœpit: quibus apprimè eruditus, annum ætatis agens quintūdecimum Monasticam amplexus vitam, extructo in specu quadam sacello ibi DEO in orationibus, jejunijs, pijsque meditationibus famulatus est, donec mortuis parētibus, ex facultatibus ad se devolutis Xenodochium haud procul extruxit, in quo ægrotos excipiens, ut erat charitatis affectu ferventissimus, necessaria illis liberaliter ministravit, & ipse suis manibus eisdem humillimè inservijt. Accidit autem, ut quidam gallinam ex ijs quibus infirmi in Xenodochio Agnelli, vescebantur, raperet; qui objurgatus à Sancto viro, dicente: *si, qui esurientes non pascunt ex suo, damnantur, quanta eos pœna manet, qui ab esurientibus cibos auferunt?* illum pugno percutere præsumpsit. Sed ulciscente mox scelus Numine, officio ejusdem, qua Divum percusserat, manus destitutus, cæcus etiam quamprimum effectus est, donec crimen suum passus, rogata suppliciter venia, Agnelli oratione pristinam recuperavit sanitatem. Cum autem fama sanctitatis ejus longius diffusa plurimi ad ipsum in dies confluerent, nominis sui celebritatem fugiens in altissimos Samnii montes secessit: ubi cum in specu aliquandiu omnibus ignotus demoratus esset, solis herbis sylvestribus, radicibus, & frigida vitam tolerans, cœlesti demum monitu ad Xenodochii sui curam redire coactus est, cui dum septem annos sanctissimè præfuisset, assiduis prædicationibus, ac privatis exhortationibus intentus, in extructo à Gaudio Episcopo Africano prope Urbem Cœnobio (in quo ipse Gaudio, Quodvult-Deus, & alij Episcopi ex Africa ejeti vitam duxerant Monasticam,) licet invitatus Abbas præficatur, cum paulo ante cæco lumen restituisset, ac toto corpore contractum Di-

yinitus sanasset. Cumque aliquot annos sub Beatissimi P. N. BENEDICTI Regula (quam Monachos exactè servare docuerat) præfuisset, annum ætatis agens sexagesimum primum, postquam Festo die Divæ Lucie Virginis & Martyris sacris ad aram operatus esset, cæcumque manibus ad oculos ejus admotis prodigiosè illuminasset, 19. Calend. Januar. anno salutis 596. Magno Gregorio nostro Cathedram Divi Petri insidente, Mauritio Augusto imperante, mortale exutus corpus, felicem induit immortalitatem. Cujus corpus, miram cœlestis suavitatis diffundens fragrantiam Beatus Fortunatus Neapolitanus Episcopus, finitimis accitis Pontificibus, summo cum honore in æde Beatissimæ Matris Virginis, quæ postea ab ipso Sancti Agnelli cognominata est, sepelivit, innumeris deinceps ad tumulum ejus miraculis, testatissimam ejus sanctitatem orbi universo commendantibus, cujus meritis, evidentissimo in oculis omnium prodigio, urbs longè celeberrima, sæpius prodigiosè contra hostes defensa ac mirè liberata, haud immerito Agnellum suum ut verè PATRIÆ PATREM AC SERVATO-PATRIÆ PATREM, tot titulis spectatum, tot meritis, etiam tanto post probatū TUTELAREM, cultu præcipuo veneratur. *Ex Vita, lib. de Vrbe sapient. Neapol. Paulo Reg. Phil. Ferrar. Annal. nost. t. 2. Sanct. Ord. & variis Rerum Neapol. scriptoribus &c.*

In Monasterio Sithiu Divi Bertini, depositio Sancti Folquini Episcopi & Confessoris. Folquinus, sive, ut alii atque alij legunt, Folquin^o, Fulconius, & Folconinus, illustrissimis natus parentibus, Hieronymum patrem Francum origine, matrem Ercheusim habuit, è Regio Gotthorum Regum sanguine prognatam. Periturorum autem salutari horrore mundū fastidians, Monachum in Divi Bertini Sithivensi Cœnobio professus, humilitate, patientia, charitate, obedientia, omnique virtutem genere mirificè excelluit, ut earumdem fragrantia proditus, invitatus licet, in candelabro, ex quo multis luceat, exponeretur. Ad Cathedram proin Morinorum Bononiensem in Picardia ad Oceanum Britannicum extractus, & Pontifex consecratus, à sacra quiete ad

S. Agnellus Abb.

Deipara dono nascitur.

Fit Mon.

Xenodochium struit.

Furtem gallina increpat.

Vltio in insurium.

Fugit honores.

Fit Abbas.

Felicissima eius mors.

Ob. 596.

Funebres exequia.

Patria Patrum.

Vrbem sapient. liberat prodigiosè.

S. Folquini Episcopus.

Regiū genu.

Fit Mon.

Apostolicus labor. onus Angelorum humeris formidandum se vocari agnoscens, nulla unquam ignavia resolutus, Apostolico labore annos quadraginta, discurrendo, prædicando, oportune, importune, obsecrando, arguendo, strenuè deludavit, nec, longævolicet gravatus senio, per se ipsum, non per alios, oppida, vicos, castella circuire, verbique Divini prædicationi & propagationi insistere unquam desit, seu desinere acquievit, donec tanto onere absolvendus, & sine fine coronandus, à Domino ad Requiem vocaretur. Prophetico autem spiritu prævidens miserandam illam Danorum irruptionem, & sui Cœnobii Bertinensis vastationem, corpora Sanctorum Audomari & Bertini sub terra recondidit, quibus ipse associatus Anno Christi 855. uti sepultura in terris, sic gloria in cælis, eximie deinceps ad hæc utque tempora, miraculis est illustratus, quæ inter celebrius illud in Martyrologio perveteri Belgico memoratur: *Cujus vita, inquit, & sanctitatis meritum commendat abyssus vehemens aquarum, una nocte fiante Austro congelata ad ejus corporis transitum.* Celebris item ejus est in Ghinnea memoria, & miraculis similiter commendata, coliturque religiose, alia inter, stola ejusdem, parturientibus inprimis, utpote efficacissimum remedium, plurimum expetita. Ejus Epitaphium nonnulli rerum Belgicarum scriptores describere, cujus sine

Epitaphium. *Clarus Apostolicum gaudet adire Chorum.*

ruditer æquè ac breviter amplissima illius & Apostolica per provincias illas merita perstringuntur ac connotantur. Vitam ejus prolixus descripsit Folquinus Junior Abbas Laubiensis. *Ex Chron. Iperii, Iac. Meyer, Ioan. Molano, Arn. Duac. &c.*

B. Ioannes Conversus. In Regno Castellæ, Cœnobio quod Sacra Moenia vocant, Natalis Beati Ioannis Conversi, qui solitariam eligens vitam Sacro Cisterciensium nostrorum rigori se addixit, & longo ac glorioso agone decertans, propriarum passionum dominator, & mundi victor evasit. Aqua, & pane arido toto vitæ suæ cursu victitavit; jejunijs, vigilijs, ac durissimis & frequentissimis flagellis corpus spiritui subiecit. Claruit multis cum in vita, tum post mortem miraculis, unde & magno populi concursu sacre ejus Reliquiæ celebrantur, quem vulgo non aliter quam: *San Juan pan y agua* appellitant. *Ang. Manriq. Menolog. Cist. Chrysof. Henriq. &c.*

Spiritus prophet.

Obiit 855.

Insigne miraculum.

Epitaphium.

B. Ioannes Conversus.

Rigor vita.

In Germania passio sexaginta quatuor Monachorum Cisterciensium. De quibus hac die sine tamen anni & loci, atque causæ significatione Menologium citatum, *Calend. Gallicum Cist. Manrique &c.*

Leodii ad Sanctum Ægidium transiit Beata Odilia reclusa. Hæc Marito vidua, viduitatem suam egregiè solata & Domino consecrans, cucullum in Cœnobio Divi Ægidii Leodi amplexa, ac deit inclusa, angustiis cellulæ in latitudinem spiritus mirè excrefcens, vario mortificationum genere carnem suam Domino quotidie immolavit; & felici demum fine consummata, è carcere corporis, ad lucidissima illa atque amplissima Regis æterni palatia emigravit. *Monimen. Leodiensia. Ioan. Molan. tom. 2. Sacra Sanct. Ord. &c.*

In territorio item Leodiensi depositio piæ memoriæ Gerardi Monachi Alvensis: qui postquam abnegato sæculo cucullum indutus, ad perfectionem Monasticam totis viribus conniteretur & anharet, gravissimè cœpit tentari à damone, ita ut voces Monachorum in Choro canentium vix posset absque maxima molestia audire, eo molestiore sibi cantu, quo & sanctior esset & cacodæmoni magis adversaretur: à qua tamen tentatione per visionem divinitus liberatus, & in Ordine perseverans, admiranda deinceps sanctitatis exempla dedit, & meritis ac virtutibus plenus in Domino obdormiit. In gratiam Novitiorum, variè subinde tentatorum, tentationem ex Beato Casario subijcimus: In hac, inquit, domo (Alnensi Monasterio) ante non multos annos, miles quidam nobilis Gerardus nomine, de Castro Tuino oriundus conversus est. Cumque Novitius in Choro Novitiorum staret, & clamores Monachorum in Choro superiori super caput suum cantantium frequenter exciperet, tentari cœpit. Amplius autè caput ejus turbabatur, quoties *Alleluia* cantabatur, quia in illo maxime voces exaltari solent: & factus ex hoc pusillanimis, accessit ad Priorem, & ait: Domine Prior, caput meum doleo, nec diutius tantum clamorem super caput meum tolerare potero. Cui Prior verba quædam consolationis impendit, sed parum illi profuit. Noctè quadam, cum maxime de hoc Novitius tentaretur, vidit se in somnis à quibusdam militibus, aliquando inimicis suis undique vallatum, nec aliquod refugium superesse subsidium. Cumque putaret se cele-

64. Martii.

B. Odilia reclusa.

Ven. Gerardus Mon.

Tentatio.

Narratio.

Mira diaboli insidia.

Visio nocturna.

rius

rius esse capiendum, vel interficiendum, clamavit ad Dominum dicens; Domine, libera me in hac hora. Et circumspiciens, mox vidit exercitum candidatorum de longè venientem, sibi que in auxiliũ properantem. Signifer autem qui præcedebat, pro signo militari, ALLELUIA finaliter clamavit, crebro id repetens: quæ vociferatione hostes territi, & dispersi fugam inierunt, Novitium solum relinquentes. Qui expergefactus non solum gavisus est se fuisse liberatum ab iis, qui eum circumdederant in nocturna visione, sed quod magis eum angebat, prædicta vide-

licet tentatione. Mane accedens ad Priorem, dixit ei satis hilariter: Rogo vos Domine Prior, ut adhuc altius & fortius cantatis ALLELUIA, super caput meum, non me amodo turbabit clamor Divinæ laudis, & recitavit ei visionem per ordinem. Ista nobis retulit Sanctæ recordationis VValterus de Birbacht, qui eum dem Gerardum vidit & agnovit. *Huc usque Beatus Casarius libr. 4. Illustr. Mirac. capit. 54.*

In Monasterio Casinenfi, Beati Adam Monachi, egregia vitæ perfectione eminentis.

XVIII. CALIANVARII.

XV. Decembris.

F.

OCTAVA Conceptionis Beatissimæ semper Virginis DEI Genitricis MARIÆ, quam sanctissima nostra Congregatio Cœlestina, universi Ordinis decreto solemniter instituit, & perpetuis temporibus celebrandam suscepit, persuadente & efficiente id maximè Beatæ memoriæ Nicolao de Prato, Illustrissimo superioris ætatis viro, BENEDICTÆ MATRIS VIRGINIS cultore præcipuo. Quod cum impetrasset, dicitur, hortum Cœnobij præ lætitia ingressus, rosa pulcherrima, (sive, ut alij habent, serpo, sive corona è rosis confecta) coram DEIPARÆ imagine, reverentiæ ergo collocata: Mater, Mater, inquit ad eam, si tibi gratum fuit, quod noster Ordo de octava TUÆ IMMACULATÆ CONCEPTIONIS me agente statuit; rosa hæc, quam tibi offero, vertente anno recurrente, hoc ipso die, viriditatem suam, pulchritudinemque conservet; quod & contigit, plurimique id prodigiũ viderunt, rosæque formositatem & colorem mirati sunt, eo ipso die, quo ante annum, ante supradictam imaginem collocata fuerat. *Anton. Solaris lib. de Vener. & invoc. Sanctorum, Hugo Menard. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

In territorio Aurelianensi, Sancti Maximini Confessoris. Fuit hic discipulus & nepos Sancti Euspicii primi Abbatis Miciacensis, cui & in regimine successit, & pari sanctitatis fama Cœnobium idem illustrans, nultos eximia sanctitate discipulos, miraculorum gloria illustrissimos educavit, ut celebre illud Sanctorum Collegium, admirationi maximæ, & ornameto æterno, universo Galliarum Regno existeret. Habuit germanum

fratrem Maximinus Sanctum Vitonum Viridunensem Episcopum, claruitque superstite in Galliis magno illo Admirabilis Patris nostri discipulo Mauro, & sanctissimi Instituti leges, summa & miraculum Regum, tum omnium provinciarum gratulatione, longè lateque promulgante. *Ex Monim. Miciac. Carolo Saussio, Hugone Menardo, Arnoldo Duac. tom. 2. Sanctorum Ord. &c.*

In Italia Sancti Raynaldi Nucerini Episcopi, viri meritis & sanctitate celebrissimi. Raynaldus ex Vichi, Comitum Alemani, qui territorium inter Nuceriam & Forum Flamminij ab Imperatore obtinuerat, stirpe progenitus, ab incunte ætate humanis & sacris litteris edoctus, fastidii huius divitiis & pompis contemptis, sese in eremum Monasterij Fontis Avelanæ contulit, ubi vigilijs, orationibus pijsque meditationibus, & incredibili penitentiæ rigore aliquamdiu exercitus, ad eam denique spiritalis vitæ perfectionem devenit, ut Vgone Episcopo Nucerino ad meliorem vitam translato; invitus licet, multumque obnixus Cœnobio educeretur, & Pontifex ejusdem Urbis consecraretur. Maxima fuit in pauperes, pupillos & viduas benignitate; quibus omnia necessaria ad victum ministrabat. In ijs puerum alebat, quem sibi & Clericis secum accumbentibus elemosynam quotidie petere jusserat, quo sic magis pauperum recordaretur. Magna in se vitæ austeritate, etiam Episcopali jam honore sublimis, noctes etiam integras infomes, in orationibus & meditationibus transigens, utebatur: somnum autem, eo correptus, modicum super nuda

Rigor vita. da capiens humo, parcissimo contentus victu, longum in terris Martyriũ agebat. Nunquam ridere, sive tristari visus est, adeo verè mortuus mundo, nihil humani sentire videbatur. Vixit ea tempestate, qua Sanctus Franciscus Ordinem Minorum Assisij instituit. Tandem senio confectus, cum in Episcopatu tres tantum annos vixisset, de eodem autem nihilominus plurimum meruisset, plenus meritorum in pace requievit sub A. C. 1225. Cuius sacrum corpus in templo Cathedrali Nuceriæ sepultum est. Multa edidit miracula. Nam vivens leprosum sibi obviã factum osculatus, solo eo contactu prodigiosissime restituit sanitati. In cella autem sæpe à Clericis, colloquia eum Divis familiariter miscere auditus est. Ab equitibus quibusdam, quod eo conspecto, turbati eorum equi seffores dejecissent, impiè percussus, cum illico mirè fixi, immobiles confisterent, exoratus, omnis injuriæ immemor, fufis ad DEUM precibus, ab eundem obtinuit facultatem. Cum Archidiaconus pauperem, contra quam jufferat, vestire differret, propriam exutam illi donavit, quare veste tandem ab Archidiacono empta parva indutus, cum inter celebrandum brachia in Sacræ Eucharistiæ elevatione nuda apparuissent, ab Angelo auro & argento cõvestiri visa sunt. Excelluit admirabili contra dæmones virtute, quos illico ex obsessorum corporib⁹ emigrare coëgit. Quem ob insignia merita atque miracula Nucerienses singularem sibi Patronum & Advocatum adoptantes, præcipuo cultu religiosissime venerantur. *Ex monim. & Proprio ej⁹ Ecclesiæ, & vita ejusdem. Phil. Ferrar. t. 2. SS. Ord. Annal. nost. &c.*

Nunquam rideret neq; tristatur. *Ob. 1225.*

Miraculorum. *Ob. 1294.*

Insigne liberalitatis exemplum. *Ob. 1170.*

Patronus Nuceriæ. *Ob. 1170.*

B. Ado. *Ob. 1170.*

Genere illustriss. *Ob. 1170.*

690. Clar. *Ob. 1170.*

In Monasterio Clara-vallis, depositio Beati Bonaventuræ Monachi Cisterciensis & Eucensis Episcopi, qui ob Fidei, & Ecclesiastica libertatis defensionem viriliter multos labores sustinens, exultandem Claram-vallem se contulit, & cucullo exilium solatus, Contemplationis studio & humilitatis eminentissimus, sancto ibidem sine requievit, & summo cum honore sepeliri meruit An. C. 1294. *Ex lib. sepulch. Clara-vall. Fasciculo SS. Cist. Chryf. Henric. &c.*

In Monasterio Sanctæ Trinitatis Casertanæ, depositio Beati Marini Abbatis, qui fuit septimus Sanctissimi illius Cœnobij Abbas, electus post Sanctum Falconem Anno CHRISTI 1147. præfuitque sanctissime annos 24. mortuus Anno 1170. cujus res gestas injuria temporum deperisse valde est lamentandum. *Ex Mon. Carvens. Ioan. Abb. Arnoldo Duaceno, tomo 2. Sanct. Ord. &c.*

In Germania Beati Philippi Abbatis Ottiburgensis, insignium meritorum viri. Philippus de Ottebarch, parentibus cum generis nobilitate tum sanctitatis opinione præstantibus apud Coloniam natus est. Archiepiscopalis Ecclesiæ factus Canonicus, juvenili ætate, dum scholas etiamnum frequentaret, eum honorem fastidijt, & cucullum omnibus ejus vitæ commodis prætulit. E scholis proin, ignorante magistro excedens, Scholaris pauperis vestes indutus, cui pretiosas suas invicem dederat Bonam vallem adijt, & suscipi rogavit. Verum ab ignorantibus, quis esset, & lacera è veste, pauperem & vagi ingenij Scholasticum judicantibus, rejectus, sancta moræ impatientia, & repulsæ redimendæ causa, aliqualiter se prodens, in hæc tandem prorupit: *Si non susceperitis me, forte vos pœnitebit: & cum facere volueritis esse non poterit.* Receptus proin, ita se omnibus probavit, ut non multo post, eidem Cœnobij regimen crederetur. Cui aliquandiu cum sanctissime præfuisset, ad Monasterij Ottiburgensis curam vocatus, sicut erat virtutum cultura clarissimus & pietatis zelo ferventissimus, commissum sibi gregem optime informavit, & ad culmen perfectionis deduxit. Expletò autem hujus cursus agone multis meritis dives ad CHRISTUM quem semper amaverat, feliciter advolavit. *Cæsar. Heisterbac. Philippus Seguin. Chrystom. Henriquez. tom. 2. Sanct. &c.*

In Monasterio Sanctæ Mariæ Magdalena

*B. Margari-
ta Prin-
ceps.*

lenæ civitatis Albenfis, depositio Beatae Margaritæ Principis Mont-ferratenfis, vitæ sanctimonia plurimum conspicua. Hæc Ludovici Sabaudi Achaia Principis filia Theodorum Paleologū Montis-ferrati Marchionem maritum habuit, quo mortuo, Regum Regis CHRISTI ancillatum præ omnibus mundi honoribus ambiens, eidem totam se consecrare in cucullo gestit, atque id assequuta mirum dictu, quam se illa verè beatam circumspexit, lacrumque vitæ rigorem delicijs omnibus proposuit, illud non multo post in Cœnobio consequuta, ut magnos DEI favores merita, sanctitatis longe Augustiore, præ omnibus Regum titulis, longè lateque celebris habeatur, & religiosè etiam in postera sæcula colatur & celebratur. Claruit Anno CHRISTI 1464. *Pingonius in Sabaud. arb. Hugo Menard. Arnold. Annal. nostr. Bened. tomo 2. SS. Ord.*

Clav. 1464

*B. Candi-
dus.*

*Nobilis ge-
neris.*

Studia eius

*Peregrina-
tio.*

*Mira de
Deo confi-
dentia.*

Fit Mon.

In Hybernia Beati Patris Candidi Monachi Nucalensis, viri verè Apostolici, supremi nostræ ætate syderis, miraculorum gloria longè illustrissimi. Candidus, cognomento Furlongius, Hybernus natione, VVerfordia oriundus, stemmate nobilis, sed virtute multo nobilior extitit, cui insignem etiam eruditionem adjunxit. Primum in Anglia legibus Regni municipalibus studuit, donec cupiditate, Religioni Catholicæ liberius vacandi, insula excessit & in Galliam venit. Ex Gallia in Italiam abiit, & per aliquot provincias peregrinatus est; quod toto in itinere, Comitum nullum habuit, quod nunquam sibi melius comitatus videretur, quam cum solus esset, eo quod temper ad DEUM omnes cogitationes libere dirigeret. Per avia incedebat Divinorum meditatione absorptus, & ad bivij, trivijque occursum flexis genibus DEUM compellans: *Vias, inquiebat, tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Clausisque oculis viam aggressus, eandem ijs postea apertis, nihil dubitans de itineris rectitudine, prosequutus est. Quo quidem modo, DEO duce, nunquam recta à via deflectens Romam devenit. Inde, salutatis Apostolorum luminibus Lauretum contendit, imploratoque DEI paræ favore in Hispanias profectus, non multo post, in felicissimo nostrâ ætate Sanctorum Cœnobio Nucalensi cucullum amplexus, tanta perfectione novam vitam aggressus, ut omnibus sane admirationi esset. Hinc

ad Meyrense Collegium se contulit, ut Philosophiæ operam daret: quo statim ex tempore cacodæmon declarare non destitit, quantum sibi ab Candido metueret, cum nihil non molitus, ut Sanctum ejus propositum subverteret, spectabili forma sæpius eidem se se objiciens, constantiam ejus terribili visione labefactare laboraret, cujus conatus omnes DEI famulus invicto animo disiecit ac superavit. Theologiæ absoluto cursu, cum socio in Hyberniam missus, tanta gratia tanto Zelo supra reliquos omnes effulsit, ut tanquam sol reliqua astra, quam longissime superaret. Ibi Apostolica fide, vita, & labore patriæ consulens, Angelus verius quam homo universis videbatur, diem perpetuo prædicationis ferventissimæ discursu, noctes in somnes in oratione transigens, ut vix corpori tres horas somni indulgeret. Preces Horarias non nisi genuflexus recitabat, cibi modici erat, præter tantos quotidie labores, quotidiana item crudelitate, acerrimo flagellorum usu tantopere in sese desavens, ut esset omnibus exemplo atque admirationi. Verus Hæreticorum malleus, miraculosa constantia, & felicitate omnes eorum errores convicit obrivitque, cui cum multis modis insidias pararent, & necem machinarentur, singulari Numinis providentia solatio Ecclesiæ suæ servatus, prodigiosè sæpius de manibus illorum creptus, ita ut cum præsentissimum haberent, mirè excæcati capere nequirent, ab iisdem præstigiator, Anti-Christi præcursor, & Anti-Christus ipse appellatus est. Eum illustravit DEVS admirandâ prorsus miraculorum gloria, cum sola benedictione multos morbos curaret, signo Crucis & manus contactu hiantia vulnera coire faceret; lequente quacunquè incederet innumera populi turba, quos inter cæci, claudi, surdi, muti, & diversissimis morbis oppressi, quos sanos ipse demum remittebat; adeo percrebescente tanta miraculorum ejus fama, ut in disita se regna exporrigeret, & ex Anglia & Scotia plurimi, qui de salute suâ jam desperaverant, ad eum confluerent; quin & ipse Jacobus Angliæ Rex eum accerferet, & coram cerneret, quod auribus antea perceperat. Cum autem scientia præditus esset infusa, qua herbarum vires & proprietates, quantum vis secretas, & ab hominum cognitione remotas callebat, inusitata quadam ad morbos quasi curandos remedia adhibuit, ut eo modo vim miraculorū homines celaret, quod

*Damoni
invisus.*

*In Hyberniâ
mittitur.*

Rigor vita.

*Hæreticorū
malleus.*

*Miracula
mira.*

*Concurfus
hominum.*

*Humilitas
eius.*

*Stupenda
res!*

*Mirificus
mortuorū
suscitator.*

*In finitos
cōvertit.*

*Miracula à
morte.*

quod propter humilitatem morte pejus populi applausum & SANCTI nomen fugeret. Cæterum nullius rei cuiquam auctor esse, & suadere solitus est, priusquam ad aram esset sacris operatus, ex in omnibus omnia factus, *vel mille quidem hominibus* (teste socio ejus R. P. Thoma Madan.) una sæpè die consilia dabat & ope aderat. Fatetur ipse datis ad Abbatem suum Nucalensem litteris vir sanctissimus, quantas per se virtutes Dominus dignetur operari, his inter alia verbis: *Dedit mihi Dominus exiguus, virtutem faciendi signa in populo barbaro, qualia nec magnis Apostolis leguntur facta, ita ut in nomine DOMINI nostri IESU CHRISTI resuscitare à mortuis valeam* (NB.) *corpora in pulveres ab annis multis resoluta. Nullus tamen credat me obista, sive ob his similia, parifaciendum Apostolis (ò dignam Monacho perfecto confessionem!) aut aliquibus perfectis viris, cum exiguus sim, & peccator, & contemptibilis, &c.* Ita magnus hic Apostolus, infinitorum hominum conversione (quorum quidam quatuor millia ab Hæresi conversorum numeravit) longè meritissimus. Qui tantum cursu vitæ hujus consummato, cum diem obitus sui prædixisset, incredibili fidelium cum lactu, ex hac corporis mortalitate ad felicissimam assumptus immortalitatem, æternum cum Apostolis & Angelis triumphat, cujus sacri corporis exuvias, etiam

deinceps DEVS insigni miraculorum gloria honoravit, variisque revelationibus gloriam servi sui multis ostendit. Cum autem sepulchrum ejus, incertum *Incorruptio* qua ex causa post menses ab obitu aliquot esset referatum, repertus est Candidus prorsus incorruptus, & tantum ab omni corruptiõe alienus, ut admirabili cælestis odoris fragrantia omniū nares & animos mirè reficeret ac recrearet. Decessit autem A. C. 1616. cum non multo ante, evocatus in Angliam Regis cognatam morbo gravi oppressam prodigiosè liberasset, cujus etiam in hodiernam ulque diem exemplum relictum terris, & virtus ab alto se effundens, in Conversione Hæreticorum mirabiliter operatur. Phœnix reviviscens scriptorum Hispan. *Posthuma merita.* Fasciculus SS. Chrysof. Henric. Franciscus de Bivar Collega Candidi, familiaris noster, t. 2. SS. Ord. & Annal. nostr. &c.

Obiit 1616

*Posthuma
merita.*

In Monasterio Zuvifaltēsi Ven. mem. Adelheidis Comitissæ de Nuspilingē quæ à morte mariti sui Alevvici Comitis de Sultz, quocum Alberipacense in Virtēbergia Cœnobium condiderat, seipsam Christo devovens, vitæ reliquū totū Divino cultui expendit, & vilis in oculis suis facta, ut etiam aliis appareret, vile cucullum induit, & è Domina, Domini ancilla, ad pedes denique ejus dē felici obitu obdormiit.

Ex mon. Zuvifalt.

XVII. CALEND. IANUARI.

XXXVI. Decembris.

*S. Gregori-
us IIX. PP.*

*Honores e-
jus*

Fit Papa.

Romæ depositio Beati Gregorii IIX. Pontificis Maximi, sanctitate & eruditione præstantissimi. Gregorius, olim Albertus Beneventanus patria, Sertorii à Mora filius, Monachicis disciplinis, eruditionisque ac sanctitatis eximia laude celebris, ab Hadriano IV. Cœnobio extractus, insignem statim operam Ecclesiæ navavit, & sacro Purpuratorum Patrum collegio accensus, multo majorem ad purpuram gloriam contulit, quam ab ea ornatus sit. Proin variis auctus honoribus ex Presbytero Cardinale Titul. Sancti Laurentii in Lucina, Cancellarius Sanctæ Romanæ Sedis ab Alexandro III. designatus, denique DEO benè invante, Urbano III. extincto, insigni omnium gratulatione Pontifex Maximus salutatus, brevi licet Pontificatu, non nisi scilicet duorum mensium, magnanimita-

tem tamen suam, pietatem ac Zelum non uno argumento, universæ posteritati commendavit, æternumque sibi nomen & amorem comparavit; quem proin celeberrimi scriptores maximis laudibus celebrare; eoque acriorem, diligentiorumque creari Pontificem non potuisse, asserere nil dubitare. Hierosolymā sub Antecessore à Salatino occupatā ut recuperaret, attritaque Christianorū vires restauraret, ferventissimas illico litteras ad omnes Europæ Reges ac Principes scripsit; effervescentia passim arte Cacodæmonis procerū Christian. odia, componere summa industria laboravit; cumque Pisanos inter & Ligures inveterata intercedere non ignoraret, populos autē illos ad bellū Orientale haud minimum momenti asserere posse intelligeret, ipse, exacta licet & exhausta laboribus ætate, id itineris per se ipsum

Zelus eius.

*Pacis Con-
siliator.*

Genuenses
& Pisanos
componit.

ipsum suscipere haud indignum Pontificia maiestate duxit, & ut dissidium illud, Reipublicæ Christianæ summo bono, tā necessario tempore prorsum extingueret summa contentione laboravit, felicissimè impetravit, exulceratosque longa acerbitate ac contentione populorum animos, tantis benevolentiae studiis, & humanitatis argumentis evicit, ut amicitiae arctioris fœderibus redintegratis, nihil nõ tanti Pontificis gratia faciendum decernentes, amicissimis consiliis & communicatione coirent, & junctis animis atque armis parandæ, ducendæ & instruendæ classis curam lubentes susciperent. Cum autem & apud alios Fideles nominis sui auctoritate, & fama virtutis similiter effecisset, ut viribus conjunctis, obediendi studium quam promptissimè comprobarèt; ne quid humanapotius, quam Divina ope quidquam gestum aut propositum opinaretur, datis denuo litteris ad omnes Europæ Episcopos & Principes, quinquennale jejunium, rarissimo & pulcherrimo propitiandi Numinis exemplo universis indixit, ita, ut toto eo tempore cuncti fideles, saltem per omnes sextas ferias jejunium, ut quadragesimali solet fieri observantia, strictè observarent, feria autem quarta & Sabbatho à carnibus abstinerèt; ipse vero sumus Pontifex & S. R. E. Cardinales, ut rigoris omnis atque virtutis probandorum antesignani, secunda in superferia similiter cum suis familiis ab omni esu carniū sibi interdicerent. Pacem deinde, & armorum ad septennium depositionem tota Europa indixit, summo omnium Christianorū applausu, orbem quasi terrarum universum restauraturus, nisi tantam spem universi, altero statim Pontificatus mense, immatura tanti Pontificis mors præcidisset: Anno siquidem Dominicæ Nativitatis 1187. XII. Cal. Ianuarii Pisis, quo se Ferraria relicta, expeditionem in infideles pro recuperanda urbe Sancta Ierusalem paraturus, ipse contulerat, diem clausit extremum, & ut Ciaconus ait, *Clarissima lux orbis extincta est*, inter sanctissima vota ac pios conatus, repentino morbo oppressus, cum mensem unū, & dies insuper 27. sanctissime præfuisset, Sepultus ibidem in Ecclesia Cathedrali, cujus dignum æternitate Symbolum celebratur: *Dirige me Domine in veritate Tuas* in purpura eminentissimi honoris annis duobus supra triginta Ecclesiæ probatissimus. Eum Guilelmus Neubrigensis: *Sapientia & vita sinceritate conspicuum*, Bernar-

Auctoritas
ejus apud
Europæ
Principes.

Jejunium
extra ordi-
narium.

Pacis com-
positio.

Ob. 1187.

Symbolum
ejus.

du Pont. gest. scriptor, & Gerardus Fratres Dominicanus, *litteratum & facundū fuisse tradunt, sed sanctitate vite, animique integritate præclariorem. Alph. Ciakon. Platina, Panvinus, Baronius, Annal. nost. & div. rer. Pont. Script. &c.*

In Germania S. Adelheidis Imperatricis. Adelheidis Rudolphi Burgundiæ & Italiæ Regis filia, primis nuptiis Lothario Italiæ Regi Hugonis Regis filio copulata; eo defuncto, Otthoni Magno Romanorum Imperatori & Germaniæ Regi nupta, in summo gloriæ fastigio, humilitatis sanctæ tenacissima extitit, & pauperes Christi, inter thesauros & charissima quæque, præcipuos æstimavit, amplissimas divitias, in eorum necessitates, & Ecclesiarum ac Cænobiorum structionem atque ornamenta expēdens. De Ordine nostro longe meritissima, plura & amplissima condidit atque dotavit Monasteria, cumque felicissima summo rerum fastigio, & cōjuge lectissimo eodemque invictissimo Romani Imperii moderatore esset, titulo religioso longè gloriosior, *Servorum DEI Ancillam* se ipsam, ut revera erat, appellabat non indigniore cognomine ab aliis *Pauperum Mater*, appellata. Otthone autē marito, viam carnis universæ ingresso, rarissimo summi honoris, amplissimarumque opum ac deliciarum fastidio, conditum à se Sehltente ad Rhenum ingressa Cænobium, Sanctissimæ se Regulæ nostræ legibus devovit, & egregia illic vitæ sanctitate proficiens, mira humilitate, perpetuo orationis & sacri rigoris studio se exercens, speculum virtutum universo huic facta, ad coronam denique æternam vocata est, & insigni miraculorum gloria à Numine illustrata & devotioni fidelium commendata. *Lupold. Bebenburg. Compl. Alberti Argēt. Cratopol. Chron. Argent. & Alsat. Reufner. Script. Sax. Annal. nost. Germ. Aquila Bened. Constant. Bened. t. 2. Annal. Bened. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Fuldensi, S. Sturmionis Abb. Sturmio, ingenuus, ac nobilis genere adolecens, à Magno Bonifacio nostro Germanorū Apostolo, S. Wigberto erudiendus traditus, litteris & sanctitate egregie institutus, cuculli amore ita succensus est, ut à Monachis divelli nequiverit, quorum instituta magno fervore professus, adeo virtutum omnium profectu excelluit, ut ob easdem & eximias multas animi ac corporis dotes, Bonifacio charissimus, condendo non solum Fuldensi Cænobio præficeretur, sed & primus

S. Adel-
heid. Imp.

De Ordine
merita.

Insignes ti-
tuli.

Fit Moni-
alis.

Miracula.

S. Sturmio
Abb.

Eius studia

Fit Abbas.

primus postea ejusdem Abbas designaretur. Eo honore dignissimum se ostendit, augendoque Fratrum numero tantopere institit, ut quadringentos non multo post Monachos, exceptis Tyronibus, & Conventis fratribus, congregaret; quibus satis non habuit ad sanctiorem vitam exempli faciem præferre, nisi dignissimo instituto, de amplissima provincia, imo Imperio Germanico meritissimus, juventutem Teutonicam, Fuldense ad Monasterium, velut celeberrimum tunc Septentrionis universi litterarum emporium, convocaret, pertraheretque. Quo sane unico merito, quantum sibi Germaniam, quantum posteritatem omnem devinxerit Sturmio, cujus nimirum opera potissimum barbaries proscripita sit, tantumque accesserit gloriæ Germanis, nemo satis descripserit; quam qui Historiæ omnis ignarus, nesciat, quanti è Fuldensibus Scholis Doctores prodierint, omni posteritati sæculorum planè admirandi. Nec eo contentus magnus & sanctissimus Abbas, ipse etiam prædicationis munere suscepto, cum impia Deorum inanum simulachra & sacra stulte colerentur, longè lateque discurrens, perpetuè ac gravissimis defudans laboribus gentiles ad Christi fidem plenis sacro fervore verbis, quin & sanctissimo in primis vitæ exemplo provocabat. Profecitque tantum indefesso conatu apud efferos cateroquin populos, ut idola suis ipsi manibus comminuerent, consecratos dæmonibus lucos, religiosissime paulo ante cultos ipsi excinderent, & vero DEO passim templa erigerent; illud consequutus, ut *tanquam alter Bonifacius, Thuringorum, Saxonum, & Vvederovia in primis meritissimus Apostolus haberetur*. Claruit eximia miraculorum virtute, ut & eruditionis rarioris celebri laude, in Cacodæmonum in primis ab obsessis corporibus seu locis profligatione felicissimus, & præclare gestorum gloria plane immortalis; laboribusque & ætate fractus, ad Fuldense suum Cænobium re- vectus, ibidem inter ardentissimas suorum preces & congeminata amantium suspiria, felicem animum Creatori transmisit, Anno Christi 780. *Ex Vita eiusdem per VVicelium. Antiq. Fulden. Brovveri, Annal. & libr. in Adelheide citati. &c.*

B. Judicæ-
2. Rex.

In Britannia Armorica Beati Judicælis II. Regis & Monachi. Judicæli patre primo Judicæle viro sanctissimo natus, pari felicitate matrem, fratres, forores-

que habuit, ut Regio genere, sic sanctitate eminentissimos. Cum autem primus ex omnibus esset, qui primogeniti, jura, spè Regni & delicias omnes Christi amore relicurus, seque totum servitio Regum Regis emancupaturus, jam jamque rem ipsam aggredi statueret, patris optimi, & mox fratris Iudoci pari proposito impeditus, cæteris ob ætatem minus aptis, cum longa & memorabili contentione pie cum illis dimicasset, pietate patris victus, ab Iudoco autem celeritate adimpleti propositi præventus, ut nemo magis invitus diadema imposuit, Sic vix quinquam sanctius Regnum administravit, donec proximum Iudoco fratrem, capefendo digne sceptro, & ipsum similiter reluctantem, informaret, precibus persuaderet atque denique evinceret, Regni proin curis expeditus, ad Sancti Maini Monasterium & ipse convolans, humilimis quibusque exercitiis exfatiari non potuit, adeo abjectus esse in Domo DEI, quam populis imperare prælegit, tantis paulo post progressibus ad perfectionis apicem enixus, ut omnibus haud immerito admirationi haberetur. Denique post multos vitæ hujus labores, & exactos summo in rigore probationis suæ annos, cælo probatissimus, ad coronam æternitatis evocatus, complerantibus Fratribus sancto fine decessit; magnumque sui desiderium cum Regno universo, tum Cænobii sui Monachis reliquit. *Ex Annal. nost. Bened. t. 2. SS. universis Gall. rer. script. Hieron. Plato. &c.*

Eodem die natalis Sancti Helinwardi Mindensis Episcopi, magnæ sanctitatis viri. Fuit hic Monasterii cujusdam in Saxonia Ordinis nostri Monachus, ob insignia autem vitæ merita ad Cathedram Mindentem evectus, cui cum sexennium sanctissime præfuisset, & Ecclesiam Cathedralē ab Antecessoribus constructam absolvisset & consecrasset, non multo post requievit in Domino Anno Christi 958. mirum post se sanctitatis odorem relinquens, in æternam nimirum præcæ fidei & pietatis delertorum detestationem. *Alb. Crantzius, Arnold. Hugo, Annal. nost. Germanic. Aquila &c.*

In Gallia Beati Adam Episcopi & Confessoris. Adam Chalifii Abbas octavus, natione Gallus, vir eruditus morumque honestate insignis atque conspicuus, sub Divo Guilhelmo Bituricensi Archiepiscopo, & Chalifii quondam Abbate

Mira con-
tentio.

Fit Moni-
chus.

Humilitas
ejus.

Moritur.

S. Helin-
wardus E-
piscopus.

Obiit 958.

B. Adam
Episc.

Abbate septimo, militiae Monasticae animum addixit. Deinde Sylvanectensis Ecclesiae (post Guarinum quinquagesimum primum illius Cathedrae Antistitem) pastor electus, predicando, docendo, & scribendo, reliquum vitae aevum laudabiliter transegit. Claruit An. Christi 1240. Ex Philippo Sequino, Menolog. Henric. &c.

B. Humbertus.

In Monasterio Alta-cumbae depositio Beati Humberti Comitis Sabaudiae & Mauriana. Humbertus Amadei primi huius nominis, Sabaudiae & secundi Mauriana Comitis Illustrissimi filius, Mechtildem primum conjugem habuit, Theodorici cognomento Elfati Flandriae Comitis filiam, qua satis funesta, saeculo valedicens in Canobio a se in alpiibus condito, sanctissimi Patris nostri legibus, sub Reformatione Cisterciensium nostrorum se subiciens, cum magna animi demissione, sese sacro in Tyrocinio exerceret, nec multo post, solemnibus professionis Monasticae votis aeternum se DEO devovere, gestiret ac proponeret, ex placida solitudinis quiete ad Principatus summam periclitantis curas, in vitus atque renitens extractus, alteris nuptiis Annam Ducis Salignae filiam sibi

Coniux I.

Fit Monachus.

Extrahitur Canobio.

copulavit, verum hac quoque sine liberis mortua, cum condito Alta-cumbae ad lacum Lemantum Canobio se condere decrevisset, summis omnium precibus exoratus, tertiam ducens conjugem Petronillam Burgundiae Comitis filiam, ex ea tandem filium Principatus haereditatem Thomam suscepit, a quo tota Sabaudiae Ducum posteritas est derivata. Voti proin factus compos, de consensu uxoris Regno se exuens, in Alta-cumbae Canobium sese recipiens, splendorem vitae summum, humillima paupertate, delicias, magno cum rigore permutavit, assiduisque jejuniis & orationibus strenue Domino deserviens, sacrae passionis eius strenuus imitator, cum acerbis perpetuo ulceribus, flagellis crudeliter se lanando scateret, admirabili profectu enituit, tandemque die & hora obitus sui distincte ac discrete praedictis, placido somno pacis resolutus requievit, cuius merita eximio miraculorum fulgore Numen comprobavit. Decessit autem Anno Christi 1201. Arbor. Duc. Sabaud. Bernardus Brito; Ang. Manriq. Chrysothom. Henric. Reusnerus. Henniges, Annal. nost. &c.

Coniux 2.
Coniux 3.
Pater omnium Ducum Sabaudiae.

Fit Monachus.

Rigor vitae

Miracula.

Ob. 1201.

XVI. CAL. IANVARII.

XVII. Decembris.

A.

S. Begga vidua.

Andainae apud Septem Ecclesias, Beatae Beggae viduae, sororis Sanctae Gertrudis. Begga longè illustrissimo genere prodiit; Pipini siquidem primi Brabantiae Ducis, Principis potentissimi & spectatissimi filia Ansegiso primum Duci, Sancti Arnulphi Austrasiae Ducis filio, Sancti Imperii ad Scaldim Marchioni nupta, ex eo Pipinum avo cognominem suscepit, & propagato genere, nepotem Carolum Martellum, pronepotem Pipinum, primum Galliarum ejus familiae Regem, abnepotem denique Magnum illum Carolum, Imperatorem Augustum habuit, apud cuius posteros deinceps, tamdiu Romani Imperii, & Galliarum nec non Germaniae potestas mansit. Praedixit felicitatem tantam Ansegiso filio Sanctus Arnulphus noster, cum saeculo renunciaturus cucullum exambiret, & amplissimas opes in pauperes largissima profusione dispergere pararet, approbante

Illustrissimum genus

Augustissima posteritas.

Coniugium

& laudante Ansegiso filio, cum frater eius plurimum obniteretur. Suavit proin ut sponsam lectissimam Beggam duceret, ad quam mortuo fratre ejus Grimaldo, devolvenda tot ditionum iura praenunciabat. Fuit sanctissimum ac felicissimum utriusque conjugium, Begga in primis maritum Numinis amore mirifice accendente, juvante precibus & exhortationibus, quin & vitae exemplo admirabili Magna Gertrude nostra, ut Principum lectissimorum & speculum & exemplar, uterque, universae Principum posteritati, haud immerito proponantur. Iustitiae, quae Regnum sola exaltat, cura praecipua fuit, tum magna virorum Religiosorum veneratio, & effusissima utriusque in aedes sacras & dilectos Christi pauperes liberalitas; qua tantum abest, ut rei domesticae, & gratiae filiorum successioni, quidquam detraheretur, ut inde maxime omnis illorum potentia provenisse depræ-

Coniugium Principum laudes.

Liberalitas Principum.

Mors Ansegis.

Vltio Numinis in parricidam

Begga fit Monialis.

Abbatissa.

Roma profiscitur.

Reliquias affert in Belgium.

Ob. 698.

S. Vinina V.

deprehendatur. Meruit pietate sua in pauperes Ansegisus Martyrii lauream, cum obvium casu, an potius singulari Numinis voluntate Gunduinum sive Godinum, orphanum & pauperem puerulum suo more miseratus, è sacro fonte suscepit, & ut filium habuit, ab ipso postea, ad summos militiae honores promotus, & jam imperium absolutum meditante, perfide ac crudeliter in venatione trucidatus. Tulit patientissime mariti Sanctissimi mortem Vidua lectissima, & ulciscente Numine, canis rabidi morfu, acto in furorem Gunduino, & miserissime mortuo, consulens filio, & provinciae Begga, sororis Gertrudis propositum imitata, condito celeberrimo Virginum Cœnobio Andennensi, illi sese includens, purpuram cucullo permutavit, in quo etiam multo illustrior, quam in illa apparuit. Quippe admirabili in omni virtutum studio contentione, adeo sanctioris vitae exemplo, humilitate, patientia, charitate universas antecelluit, ut quae Cœnobio praeficeretur, dignior illa, nulla Virginum haberetur. Praefuit insigni cum creditarum sibi ovium fructu, quod nemo indignum se duceret, cuius illam tantam Principem tam vivum rei bene gerendae exemplar cõtueretur. Romam perfecta, ut Sancta Apostolorum limina veneraretur, & gratiam aliquam à summo CHRISTI in terris Vicario, Cœnobio suo impetraret, plurimas & praestantissimas retulit Sanctorum Reliquias, eoque pretiosissimo thesauro Belgium universum mirè beavit ac locupletavit. Adduxit innumeras pene CHRISTO animas, non eas solum, quas suo exemplo, ad caducarum rerum contemptum permovit, verum quas diffusissima rarissima sanctitatis fama, è somno peccati exsuscitans, novo fervore accendit, & ad prioris vitae detestationem potentissime concitavit, merita à morte praecipuis Belgii universi Tutelaribus adnumerari, & vetustissimis Martyrologiis, Romano in primis, toto terrarum orbe celebrari. Decessit magna Princeps CHRISTI Anno 698. decimo tertio autem Monasticae professionis necdum expleto. Ex Bucherio, Bertolio, Rayffio, Airo, Buzelino, Locrio, Annal. nost. &c.

Offi, Virginitatis intaminatissimae studio & flore, mirè enituit, Richardumque juvenem pari nobilitate, amorem suum & nuptias sollicitè exambientem, longè alii amoribus, Divinis nimirum tantopere accendit, ut nihil porro carnis seu mundi adamaret, verum CHRISTI imitatus paupertatem, Virginum sponso firmiter adhærens, relictis omnibus quae mundi erant, vitam eremiticam amplecteretur. Ipsa autem, Bigardiense, ope Godefridi, Barbatii Flandriae Comitis, struens Cœnobium, Regulam S. P. N. BENEDICTI, Anno salutis 1133. professa, admiranda vitae perfectione paulo post celebris evasit, ornansque se floribus humilitatis, obedientiae, atque abstinentiae, plurimis vitae exemplo ad se pertractis Virginibus, lectissimae cohortis antesignana esse meruit, perpetuis dein miraculis illustrata. Decessit Anno CHRISTI 1170. ætatis suae 67. Ioann. Molanus Arnold. Duacen. Menard. tom. 2. Sanctior. Ordin. &c.

Procurator convertit.

Fit Monialis.

Ob. 1170.

S. Gulielm. Dux & Mart.

Dux & Monachus

Vult fieri Monachus

Ludovici Gall. Reg. scelus.

Innocens trucidatur.

Ob. 944.

Strophio clavicula argentea cistella illius, qua in penitioribus suis carissimis, vestem Monasticam asservabat, quem & sub Ducalibus ornamentis induere consueverat. Delatum est sacrum ejus funus Rothomagum, ubi digno cum honore in Cathedrali B.M.V. aede sepultum est, cui dignissimus laudum ejus Encomiastes Sanctus Mauritius noster, ejusdem sedis Archiepiscopus Epitaphium composuit & posuit:

Quos defendebat Guillelmus nemo premebat,

Epitaphium eius. Auxilio caruit, laedere quem voluit.

Regibus ac Ducibus metuenda fuit manus ejus;

Belliger Henricus Caesar eum timuit.

Rexit Normannos viginti quinque per annos,

Militis atque Ducis promptus in officijs.

Cœnobium pulchrè reparavit Gemmaticense,

Et decrevit ibi ferre jugum Monachi.

Fervidus invicti coluit normam BENEDICTI

Cui petijt subdi, plenus amore DEI. &c.

Ex Chron. Gen. Ora. Ant. Iepesii, Thoma VVallingh. Abb. Crantzio, Iacobo Meyero, Arnaldo, Menardo, t. 2. S.S. Ord. &c.

S. Laurentii Monachus. In Monasterio Sublacensi natalis Sancti Laurentij Monachi & Confessoris.

Laurentius natione Apulus, cum rebus humanis valedicens, totum se Divino servitio mancipasset, admirabili sanctitate apud sublacum vetustissimum S. P. N. Cœnobium enituit.

Fit eremita

Diuturna autem Cœnobij exercitatione instructissimus ad singularem eremi pugnam, magni Legillatoris nostri exemplo, in specum se abdedit, & admirabili vitæ rigore reliquum ætatis transigens, & vivens & mortuus, miraculorum gloria illustrissimus effulsit: quæ Innocentium Quartum Pontificem Maximum permovere, ut inquisitione diligentissima in vitam ejus habita, Sanctorum albo adscriptus sit, & magna fidelium veneratione honoratus. Ex Monim. Sublac. Arnaldo Duacens. Philippo Ferrar. tomo secundo Sanctorum Ord. &c.

Miracula. B. Lambertus. In territorio Cameracensi Beati Lambertus Monachi Vallcellensis, viri sanctissimi. Fuisse Lambertum præter alia vit-

tutum studia, orationi addictissimum, nomen ipsum prodit, quo ipsum veteres, haud levi pietatis argumento, PATER NOSTER, cognominavere. Ejus sanctitatem DEVS illustribus miraculis comprobavit, cujus alia inter, istud præcipue in Vallcellensibus monumentis celebratur: Cum Monachi ejusdem conventus, (ita Veteres Manuscripti habent) molendinum quoddam cõstruxissent, quo stramina & paleæ velut in farinam contritæ vertebantur, iisque fursuribus admixtis, taginabantur sues, & in proxima Camera-censi civitate vendebantur; eorum vero caro, cū spongiosa & minus solida deprehensa esset, scandalum in populo exortu est. Cujus audita fama Lambertus, oculis in cœlum sublatis: Nunquam, inquit, amplius Domine DEUS hujus molendini mola vertatur. Quo dicto, corruit illico tota machina, omnisque scandali materies ablata est. Quam etiam Historiâ Cantipratanus, & Arnoldus de Raiffe commemorant.

Miracula.

Mirabilis verborum

B. Henricus

In Veteri Monte, Beati Henrici Monachi. Hic laxioris primum vitæ ac fluxioris Canonicus Sancti Cuniberti Coloniae, cum sæculi vanitatibus nimium deditus esset, mirâ Numinis gratiâ & favore DEIPARÆ, velut alter Paulus conversus, jugum deinceps Domini libens subiit, & ad finem usque vitæ, hilaris portavit. Cum enim die quadam, verba Cesarii tunc, solum aquitaret, nubecula lucida viam ipsam, cornuente transvolavit, & utrumque clarissimum de ipsa nube audiret dicentem. FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN COELO ET IN TERRA. Eratque vox eadem tantæ dulcedinis, ut quoties ejus postea recordaretur, lacrymis infunderetur. Cumque vocem hanc calitus demissam minus attenderet, ut potius non intelligeret, nocte quadam per visum se stare vidit in Capella domus suæ ante altare, coram imagine Beatæ DEI Genetricis MARIÆ. Quam cum verbis Angelicis more solito salutaret; respondit illi: Vt quid me salutas? Homo perditus es: & nisi vitam tuam emendaveris, citius peribis. EGO ENIM ET SANCTVS BENEDICTVS intercessimus pro te: Qui cum secundam hanc monitionem, dulcedine vitæ secularis abstractus, negligeret, circa tempus sex hebdomadarum, tam gravi infirmitate correptus est, ut inungeretur, nec ulla esset spes vitæ eius. Tunc demum ad cor reversus, & quid audierit, quid viderit recordatus, Fratribus quibusdam Bergensibus Ordinis Cisterciensis ad se vocatis, se reddidit, qui

Mira vocatio.

Vox caelestis

Visio.

B.M.V. & S.P.N. patricium.

Convertitur.

in proximo Pascha Monachus factus est. &c. In Germania depositio pii viri Rudolphi Heisterbacensis Conversi, qui munditiam cordis, & Ordinis puritatem amplectens, plenus meritis, in pace quievit. Heisterb. Ang. Manrique, Barn. Montalbus, Menolog. Cistert. Chrysof. Henriq. Casarius Chrysof. Henriq. &c. B. Rudolphus conversus.

XV. CALEND. IANUARI.

XIIX. Decembris.

B.

Festum Annunciationis B. M. Virg. Festum Solemnissimum Annunciationis Beatissimæ Matris Virginis, olim à Monachis Benedictinis, hac primum die institutum & celebratum; postmodum autem ad diem viceesimum quintum Martii translatum, & ab Ecclesia univèrsa, summa fidelium gratulatione, approbatum atque receptum. Ex Annal. nostr. Benedict. & Monimen. ac. Manu. Scriptis ibidem cit. &c.

Transferitur. Festum O. In Hispania, Festum Expectationis, sive O, à Sancto Ildephonso nostro, Tolitano Archiepiscopo, pro eximio suo in Augustissimam cæli Imperatricem affectu institutum. Annal. nostri, & Hispan. Balingh. tom. 2. S.S. Ord. &c.

Triumphus S. Ildephonsi. Celebratur hæc ipsa die in Hispaniis Triumphus Sancti Ildephonsi: ob Hostes Intemeratæ Matris Virginitatis, ab eodem celeberrimo Doctore nostro felicissimè profligatos, & ad ultimas terras amandatos, pro quâ quidem tam insigni Victoria, ipsa Angustissima DEI Mater, Ildephonso apprensus, prolato manu, quod pro honore ejus tuendo scripserat, volumine, solemnes eidem gratias retulit, & admirabili consolatione clientem suum recreavit. Sed & Sanctissima Leocadia Virgo & Martyr, in Cathedrali Basilica Toletana tumulata, è sepulchro suo, universis, qui frequentissimi tunc in Ecclesia confluerant, intuentibus & cum stupore audientibus, consurgens, eidem sanctissimo Pontifici his verbis gratulata est: Per te, inquit O Ildephonse, vivit Domina mea, eoque colaudato, in sepulchro se denuo collocavit. Vt tanto Tutelari tuo, plurimis nominibus de Hispanis, & Ecclesia univèrsa meritissimo, ob hunc tamen tam singularem DEIPARÆ & cæli applausum, haud immerito anniversaria solemnè memoria, posteritas univèrsa gratuletur. Roderic. Tolet. Julian. in Append. Lucas Tudenfis, Cixila, Ellad. Marc. Max. Vassæus, Mariana, Vinc. Bellon. Constand. Caser. Balingh. &c.

DEIPARA APPARET. Item S. Leocadia V. & M. Insignis applausus.

In Germania, Cænobii Heydenheimensi depositio Sancti VVunibaldi Abbatis & Confessoris. VVunibaldus, Sancti Richardi Angliæ Regis filius, Sancti Villibaldi primi Eistettensium Episcopi, & VValpurgis Virginis Abbatissæ, germanus frater, relicta patria, septuennis eorumdem peregrinationis socius fuit, quibuscum terribilem contatissimi maris tempestatem, oratione confopivit. Ab obitu Patris Richardi, Romanam contendens, salutatis religiosissimè Apostolorum liminibus, ad celeberrimum Ordinis nostri Archisterium, Sacrum Casini montem se contulit, sacroque illic Fratrum insertus Collegio Regulam S. P. N. BENEDICTI (raritate scriptorum, memoriter plerumque magis retentam, quam scripto circumlatam) cum aliis piis libellis, aello postea suo in Germaniam advexit. A Sancto Bonifacio, Magno Germanorum Apostolo, cognato suo, Romæ inventus, presbyter ordinatus, & ad Conversionem gentium in Thuringiam missus, Apostoli nobilissimæ illius provinciæ gloriosissimum nomen, sed magnis & perpetuis laboribus invictissimus meruit. Triennium insuper totum, sub Vtilone Duce, verbum DEI per Bavariam disseminavit, æternoque similiter merito Noricos obstrinxit. Contemplationis postea studio, quærens requiem, frequentiam hominum fugiens, loco solitatio, Heydenheimense Cænobium condidit, eoque se concludens, senio fessus, meritis dives, in propaganda Monachicæ vitæ perfectione laboravit. Cumque fidelium donatione opes Cænobii multum crescerent, exemplo ad omnem posteritatem in primis commendando, in egentia passim Cænobia, liberalissimè sese ostendit, sed & Elvacensi & Sancti Solæ Cænobiis multa donavit; pauperum insuper totas cohortes fovit, & holpitū frequentiam, exemplo liberalitatis & humanitatis ferventissimo, invitavit, recreavit, & aluit.

S. VVunibaldus Ab.

Regii generis.

Tempestatem confepit.

Casinum venit.

Apostolus Thuringia.

Item Boica

Heydenheim condidit.

Insigne liberalitatis exemplum.

Rheni ora aluit. Abſtinentiæ tamen ſtudio diſci-
ſuſpecta, & pulis ſerio commendavit, cumque pro-
quare San- pe Rhenum ſedem figere, & Cænobium
cto. conſtruere rogaretur; eam maximè ob
cauſam nullo modo ſe velle, reſpondit,
quod delicias, ciboſque lautiores, ac vini ma-

Ratio mira ximè præſtantiam atque copiam, quæ omni-
at valde di- a prope Rhenum abundarent, ſubterfugeret,
gna. Monachiſque ſummo ſtudio vel ipſam
quidem ad ejuſmodi commoditates, &
bona corporis perſuaderet. Mortuus 15.

Miracula. Calendas Ianuarii, admirandis deinde
prodigiis ad hæc uſque tempora eſſuſit,
e cujuſ ſacro corpore miranda illico cæ-
leſtis odoris fragrantia prorupit, & cam-
panæ, pulſante nemine, prodigioſè im-
pulſæ, conſonare; nec non luminaria di-
vinitus accenſa exarſere. Eum VVilli-
baldus germanus ejuſ Pontifex ſanctiſſi-
mus ſuo in Oratorio digno cum honore
condidit, & vitam ejuſ toror beatiffima
VValburgis fideliffima & compertiſſima
narratione litteris conſignavit. Obiit

Obiit 760 autem Anno Chriſti 760. fuitque deinceps
præcipuus Eifтеттſis Eccleſiæ Pa-
tronus adoptatus. E cujuſ perpetuis mi-
raculis, inter alia, præcipue memoratur;
vel ſolo quidem baculi ejuſ contactu, va-
ria morborum genera prodigioſiffimè
proſtigata. Sed & illud celebre: quo ope-

Miracula. VVunibaldi invocata, reus ad furcam
damnatus, & jam ad ſupplicii locum e-
ductus, ruptis divinitus vinculis, mi-
re ſolutus & liberatus eſt, & innumeri
penè tanto decurſu ſæculorū variis mor-
bis & calamitatibus, conſcia miraculo-
rum tantorum Germania univerſa, ad
hanc uſque præcipitantis ſæculi perio-
dum, freudentibus ſuper re tam manife-
ſtanoftri ævi hæreticis, potentiſſimè ere-
pti, & incolumitati deſperatiſſimæ reſti-
tuti. *Ex vita per Philipp. Epifcopi Eifтеттſis, Iacob. Gretſer, Iepeſio, Annal. no-
ſtr. German. & Benediët. Manu Script. di-
verſis &c.*

Hæretico- Apud Sublacum felix Beat. Laurentii
rum conſu- Converſi & Eremitæ, vitæ admirabili
ſio. rigore & ſanctitate celeberrimi. Hic Fa-
nelli, Apuliæ oppido natus, cum eſſet
vir rectus & ſimplex, & præter omnem
intentionem caſuale homicidium perpe-
traſſet, mire pœnitens, ad Sanct. Iacobum
peregrinatus eſt. Reverſus in Italiam Su-
blacum ſe contulit Anno Chriſti 1209. &
in Monafterio Sanct. Angeli, à S. P. N.
condito, ſuſceptus; ibi aliquamdiu vi-
tam rigidam vixit. Inde majoris pœni-

B. Laurentii. tentiæ ſtudio Monafterium. Sanct. Scola-
ſticæ petiit, & ex licentia Romani Abba-
tis antrum Mortæbottis ſupra ſpecum
S. P. N. ingreſſus, in eo velut ſepulchro
ſe condidit, adeo arcto ut in eo vix jacere
extenſus poſſet. Ibi oratione, vigiliis, jeju-
niis ſe macerans, nunquam egreſſus eſt,
niſi, perurgente fame, ad herbas & radi-
ces colligendas. Repertus à paſtoribus
ab eis quandoque fruſtum panis accipiat,
quo modico & ſola frigida contentus e-
rat. Induebatur ſuper nudum retiaculo
nodolo funibus contexto, cui gravem lo-
ricam ſuper induebat, & hanc lacera tuni-
ca operiebat, circulos duos ferreos in
quo vis brachio, quatuor alios in cruribus,
totidem in tibiis geſtabat; alio ventrem,
lumbos catena ferrea circumdabat. Capiti
aptabat coronam ferream, craſſam
multumque moleſtam, in qua binæ lami-
næ in crucis formam compositæ, altera à
ſincipite ad frontem, altera ab aure ad au-
rem exporrectæ, huic appenſæ duæ aliæ,
ſingulæ quinque clavis, ab intra præacutis
armatæ, ad mandibulas exporrectæ, ſic
ut vix ſecure caput flecteret, de nocte
autem quacunquē ſe verteret, expergiſ-
ceretur, nec aliter dormire poſſet quam
ſtando & ad rupem acclinando. Ex tot
juncturis caput plenam ulceribus, & ex-
creſcentibus inde vermiculis ſeu pedicu-
lis. Nec ſatis voluntario huic Martyri,
niſi tormenta tormentis adderet, dum
circulo illi capitis ferreo unicum adderet,
ex quo lorica dependeret, cujuſ pon-
dere caro per ſubintrantes cilicii nodos
graviter lacerabatur. Ad collum etiam
circulum ferream applicabat, ſupra quæ
caro ſcapularum ita excreverat, ut ex
putrefacta hinc inde ſanies deſlueret.
Circuli ſi rumperentur, illico curavit
reſci, ita totos octodecim annos ſeſe
excrucians, donec ad ægrum inviſens
Hugo Cardinalis Oſtienſis, rigorem
temperare juberet. Obediit filius obe-
dientiæ, modico dein, ſubinde, vino u-
ſus, oleribusque & legumine, & hoc tri-
bus annis, donec exhaustis viribus, nec
ſurgere, nec jacens ſe vertere poſſet, ſed
neque qui ipſi inſervierat Frater Amatus,
ob nimium ferri pondus ipſum movere
prævaleret. Perſuaſus proin ferrum de-
poſuit, & coactus aliquoties; modicum
carnis uſum admittit. Silentii ſtudioſiſ-
ſimus, tribus in hebdomade diebus tota-
que Quadrageſima neminem vel verbu-
lo alloquutus fuit. Feſto Paraſceveos ſin-
gulis annis ferrū candens fronti impreſſit.
Nullam

Rigor Vita

Martyr voluntarius.

Obedientia.

Nullam

Res mira. Nullum unquam mulierem ad colloqui-
um admittit, in advenientes cæteros maxi-
mè pauperes beneficus, quos miſſa ſibi re-
fectiuncula recreabat Anno Chriſti 1221.
Monachus ſui anno 12. cum Feſto San-
Marci Archipreſbyter ad ipſum cum per-
ſonis 30. aſcenderet, tribus exiguis pani-
bus cum parva piſticia ex ſemine canabis
mirè exſatiavit, ſed & ſupervenientibus
paſtoribus abunde dedit, parvo vini va-
ſculo ita omnibus ſatisfaciens, ut non ſo-
lum nunquam deficere vinum, ſed ſcatur-
rire videretur; quibus præcepit nihil por-
ro cibi eadē die admittere, eo quod cibo
Dominico reſecti eſſent. Stephanus
Franquinus, cum aliquando ipſi in vaſis
ſigulinis farinam, uvam paſſam, & in utre
oleum mitteret, equus clitellarius in præ-
rupta per 25. paſſus decidit, illæſus ta-
men, cum neque frangeretur quidpiam,
nec funderetur. DEI paræ chariſſimus
fuit, quæ ipſi pluries apparuit, & ab ip-
ſo ſibi condi Eccleſiam voluit, eo ipſo
loco, ubi olim S. P. N. condidiſſet, quam
Longobardi diruiſſent, quæ ad ipſum
aliquando: *Hæc habitabo, ait, & mihi faci-
am fieri Oratorium, propter tuam erga me
devotionem.* Cum ergo in eum ſinem
calcariam ſtruxiſſet, & imbrium nimietate
quadam nocte calx deſlueret, Thomæ
cuidam de Morra uſque tertio DEI para
apparuit, & currere ad conſervandam
calcem juſſit, & quod uſque tertium non
obediſſet, nuid pedem peragere & F. Lau-
rentij juſſis per omnia parere. Ita per ſen-
tes & tribulos, quin & nives ad genu uſq;
contendit, & locum velut meridiana ſo-
lis luce ſplendentem reperit, calcemque
tantis lapidibus obvolutis cinxit, quos
tres poſtea operarij movere non poterāt.
Occuſurus autem ad Laurentium, præ-
cognitus & ex nomine Thomas appella-
tus eſt, cum nunquam antea innotuiſſet.
Idem Thomas ab eodem lapidem acce-
pit, quem primum in fundamento pone-
ret, cum circumſpiceret, lapis manu ex-
cidit, mirabiliter illic collocatus ſeiſo
eſt, ubi poni congruebat & jubebatur, ad-
mirantibus operarijs & mox fundamen-
tum ſupra ſtruentibus. Pro diſcipulis
dein ædes ampliavit ſecumque Regulam
S. P. N. profiteri voluit. Otij juratus
hoſtis fuit, literaſque à Priore S. Scola-
ſticæ doctus Pſalterium diligenter legit,
& orationes ſibi ipſe compoſuit. Claruit
Prophetiæ ſpiritu, poſtque triginta &
ſupra pœnitentiæ annos ad ſuprema de-
venit, à cujuſ agonizantis pectore F. A-

Miraculum

Deipara charus.

Multa miracula.

Propheta.

Propheta.

matus ſuavem ſonum exaudiſt velut con-
ſonantium parvulorum tympanorum.
Obijt ſanctiſſimè Anno Chriſti 1243. 16. **Obiit 1243**
Auguſti in eadem crypta ſepultus, ubi à fi-
delibus colitur, ab Innocentio IV. inter
Beatos relatus, cujuſ memoria hac die ce-
lebrior colitur. *Ex Monim. Sublac. Cherubi-
no Myrtio, Mauro Marchefio &c.*

In Anglia Beati Guillelmi Archi-
Epiſcopi Eboracenſis. Guillelmus cogno-
mento Ludhamus ex Decano Metro-
politane Eboracenſis Eccleſiæ, ad ejuſdem
Pontificatum aſſumptus, dignum eo ho-
nore vitæ integritate ſe reddidit, & inſi-
gni maximè constantia & magnanimitate
adverſum obſtinatos eſſuſit, cum-
que Eccleſiam ſibi creditam, per quin-
quennium ſtrenuè gubernaviſſet, ultrò di-
gnitatem depoſuit, & CHRISTIPAUPE-
tatem & humilitatem in cucullo ample-
xus, in ſecuriſſimo Pontificum aſylo, Pon-
tiniaceni Cænobio, ſacræ Cifterciendiſ-
ſe abſcat.

Pontificatu um noſtrorum Congregationi ſe ſubdi-
dit, bienniumque ſuperſtes, in omni ſan-
ctitate vitam feliciffimè concluſit, cujuſ
merita Dominus à morte evidentibus
miraculorum ſignis demonſtravit. Cla-
ruit tempore Urbani Quarti Pontificis
Maxim. 1264. cujuſ juſtione ad eam di-
gnitatem poſt obitum Sevalli Archi-
Epiſcopi evectus eſt. *Nicolaus Harpſfeld. Bar-
nabas de Montalbo, Henriquez. tom. 2. Sanct.
Ord. &c.*

Clar. 1264 Atrebari in Belgio, Beati Petri ejuſ-
dem civitatis Epiſcopi. Hic ex Mona-
cho & Abbate ampliffimæ Congregatio-
nis noſtræ Cifterciendiſis, ad eum hono-
rem, cum haud minore virtute, quam do-
ctrina nobilis eſſet, evectus, à metropo-
lite ſuo Guillelmo ſub Anno CHRISTI
1184. conſecratus eſt, cumque Atreba-
tenſibus viginti ſerè annis ſtrenuè invigi-
laſſet, ſenecta appetente, vitæ reliquum
ſoli DEO conſecraturus, honorem de-
nuo à ſeſe rejecit, & ad cuculli ſacras de-
licias & quietem reverſus, eodem anno
paulo poſt inter Fratres ſuos, cum ma-
gna opinione ſanctitatis, Spiritum SS. Sa-
cramentis munitum ſuo tradidit Crea-
tori. Anno Chriſti 1203. *Myraus, Buzelinus, Ob. 1203;
Meyer, &c.*

B. Petrus Epiſcopus. Ei Petrus Bleſenſis ſcriptor celebris
Tractatum de Transfiguratione Domini
dedicavit. *Claud. Rob. &c.*

Pontifica- In Glandarienſi Monafterio, natalis
rum reſi- Sanctoſum Confeſſorum Chriſti, Vndonis,
gnat. Digni & Vrdagilli, qui ſub mundanæ di-
gnitatis habitu cōſpicui, Chriſti milites, in
ejuſ

S. Vndo &

Vinctum absoluit. lum supplicem, mirè absolvit, ut suis inde pedibus incolumis domum revertetur, alium utroque lumine orbatum, videntem remisit; militem quendam morti adjudicatum, cum vinculis in carcere constrictus, se Berardo commendasset, illis prodigiosè ruptis libertati reddidit. Plurimisque aliis incolumitatum beneficiis multos affecit, cujus proinde Festum hac die solemniter ab Aprutinis celebratur. *Ex vita ejusdem Venetiis excusa, t. 2. SS. Ord. Monim. Ecc. Interamens. Philip. Ferrar. &c. Ferd. V. bello, &c.*

B. Adngofus Conversus. In Germania depositio Beati Mengosi Conversi Hemmenrodensis, maximæ humilitatis, & admirandæ simplicitatis viri: qui cum in culina complures annos magno humilitatis exemplo transegisset, obdormivit in Domino. A superveniente autem Beato Gisilberto Abbate ad vitam denuo revocatus, miranda quæ in cælo viderat, Fratribus indicavit, aliaque inter, humilis Deiparæ cultor, sedem sibi auream positam, ad pedes ejusdem gloriosissimæ Imperatricis nostræ, affirmavit, cum certa promissione, eam sibi dum reverteretur certo reservandam. Proin, qui compellente obedientia mortuus revixerat, præcipiente Abbate suaviter in pace quievit & ad charissimos illos & pretiosissimos Dominæ suæ pedes reversus, paratum sibi gloriæ thronum, nunquam eo exturbandus, æternum felix occupavit. *Cæsarius Heisterbac. Angelus Manrique, Chrysof. Henr. t. 2. SS. &c.*

Reviviscit.

Deiparæ cultor.

Demonstratur.

DECIMO-TERTIO CAL. DECEMB.

XX. Decemb.

S. Gregorius VI. PP. Romæ Beati Gregorii eo nomine VI. Pontificis Maximi, viri miræ humilitatis & patientiæ. Gregorius, olim Gratianus, ex lectissimæ perfectionis Monacho S. R. E. Archipresbyter Cardinalis Sancti Ioannis ante Portam Latinam, raro, & immortalis beneficio Ecclesiam sibi universam antequam Pontifex renunciaretur, obligavit. Cum enim immensitate quadam tempestatis ac procellarum navicula Petri, Henrici Imperatoris celerè gravissimè jactaretur, tantoque in periculo, tres omnino Pontifices, fædissimo schismate de summa rerum & clave ac clavibus inter se contenderent; iisdemque exemplo ad eam diem atque deinceps planè inaudito, simul semelque in Vrbe sedem figerent & Cathedras, ut vo-

Schisma longe gravissimum.

In Claravalle Beati Ioannis Monachi, viri morum integritate, & sanctæ conversationis fervore cõspicui; qui divini amoris fervore succensus, tam vehementer dum psalleret, meditationis suæ ignibus exardescerebat, ut non semel insigni & inprimis spectando prodigio foras erumperet, adeo ut lucidissimas è fragili corpore flammam emittere videretur. Illud dum quadam vice observaret Beatus Wilhelmus ejusdem loci Monachus, Sigerus Priori indicare nõ distulit, & quando maxime splendorem mirum è capite ejus sursum evolantem intuitus esset prodidit. Evocavit Ioannem Sigerus, & quid sub Cantico *Benedictus, &c.* tractasset, facile ab obedientiæ filio extorsit; cui Ioannes: *Credite mihi Domine*, respondit, ego cogitavi; *Si esses in cælis, vox tua nunquam raucesceret, & semper Deum laudares cum Angelis.* Et quid, ait Prior, ad Versiculum: *Tu puer propheta, &c.* Ita, inquit, *accensum est cor meum in illa hora, ad memoriam Beati Ioannis Baptistæ, quem valde diligo, ut vix me capere possem præ gaudio.* Ex quo facile innotescat, quod uno tubinde versiculo exilitas nostra, suo conatu, apud Dominum misericordiæ mereatur. Denique Ioannes, cum in palæstra Religionis, *omnium virtutum specimen* se præbuisset, bravium supernæ remunerationis, post finem gloriosum obtinuit, *t. 2. SS. Ord. & Auct. cit.*

B. Ioannes Mon.

E corpore ejus flamma erumpunt.

Vnde flamma illa.

Fructus devotionis.

cant, tenerent, Benedictus scilicet IX. Sylvester III. & Ioannes, (quorum ille Vaticanum, alter S. Mariam Majorè, tertius Lateranum occupaverunt.) Gratianus noster, vita & eruditione spectatissimus Cardinalis, sanctissimæ Matris Ecclesie calamitatem piissimè miseratus, commendato Numini conatu, pervicacissimi cateroquin ingenij homines, verbis amicissimis aggressus, miro verborum pondere & gratia, sed & promissis quæ ad rem singulorum videbantur, omnes singulosq; efficacissimè persuasit, adduxitq; ut de jure, quod quisq; pretendebat, decederet, & novi eligendi Pontificis, copiâ Romanis Clero ac populo facerent. Incredibile dictu, quanta inde exorta omnium gratulatio, quantum fidelium totis Vrbe & Orbe applausus;

Tres Pontifices Roma resident.

Immortale Gratiani nostri meritum.

Titulus gloriosissimus.

Fit Pont. Max.

Impietas Cæsaris.

Merita Gregorii.

Pacem Italiae reddit.

Pontificatu abdicat.

Cluniacum secedit.

Insigne prodigium.

applausus; cum *Liberator Ecclesie DE I* voce publicâ Gratianus salutatus, neque dignior statim visus est, cui sumus orbis Principatus committeretur. Ipsi proin Kalendis Maij Christi anno 1044. Pontifex Maximus, inter faustos applausus salutatus, & Gregorius VI. appellatus est. Tulit indignissimè electionem se non rogato factam Henricus Augustus, & quidquid, ac quantum posset, evertendo Gregorio machinatus, suo more, tantum Ecclesie gaudium, livore ac temeritate sacrilega temerare nõ destitit, donec quod vellet effectum intueretur. Gregorius autem brevi Pontificatu multum meritus, strenuum quamprimum operam Ecclesie navavit, & mira felicitate, ut dexterritate, Apostolicæ sedis dignitatem, negligentia priorum Pontificum labefactam, sua auctoritate, & animi magnitudine brevi restituit: Nam & ditionem Ecclesie brevi recuperavit, & latrones per Italiã ac circa Urbem crudeliter grassantes, prius execrationibus & interdictis admonitos, armis postea aggressus è medio sustulit, & pacem ac securitatem diu exulem Italiae reddidit. Cum autem Henricus Cæsar novo furore Ecclesie incumberet, electionemque Gregorii omnibus modis impugnaret, advertens vir sanctissimus, ea occasione durum denuo Schisma conflandum, imitatus ipse Gregorius Gregorium Nazianzenum, qui ob pacem Ecclesie conciliandam Episcopatu Constantinopolitano sponte se abdicavit; & ipse eodem animo, eademque virtute, longè tamen majore imperio, sede Pontificia Romana cessit, & ad Cluniacense sanctissimum Cenobium secedens, vitæ reliquum in cucullo sanctissimè transiegit, & relicto immortalis meritum longè maximorum nomine, humilitatis, patientiæ, & modestiæ exemplo universæ posteritati, admirandus, non multo post sancto sine quievit. Quem Leo Marficanus, auctor gravissimus & synchronus Romæ denique reversum, ibidem asseverat decessisse, moriturumque, ut corpus suum in Vaticana basilica conderetur præcepisse, addito purgandæ innocentie hoc monito: Cadaver in vestibulo, clausis basilicæ januis deponeretur, quo facto prodigiosa vi januas patuisse, atque inde non sine Divini iudicii manifestatione, corpus in templum illatum, exequiasque magnificè celebratas; cum antea scelere Imperatoris, tanquam perversor sedis Aposto-

licæ, sed & vir sanguinum, ob purgatam latronibus Italiam pessimè atq; iniquissimè traduceretur. *Leo Marfic. Onuphrius Panuinus, Ciaconius, Platina, Const. Cajetan. Baronius Hermannus Contractus, Ottho Frising. Gilbertus, Annal. nostr. Bened. 10. 2. SS. Ord. &c.*

In Hispania depositio Sancti Domini Abbatis, cognomento Exiliensis. Hic illustri in Cantabria vico Cannensi natus, ex opulione Monachus, Regulæ se S. P. N. BENEDICTI in vetustissimo Sancti Æmilianii Cænobio addixit & devovit, atque ob admirandam vitæ sanctitatem omnibus charus, summoque in pretio habitus; ejusdem postea Abbas creari meruit. Cū vero Monachorum & Ecclesie jura contra Gasiam Vasconum Regem constantissimè tueretur, ab ipso in exilium missus, per insigni rarissimæ patientiæ exemplo, & consummatissimæ Virtutis decore celeberrimus è corporis carcere, ad libertatem domus Dei migravit. Cujus anima triplici corona redimita ad cælos evolare, ab innocentibus pueris clare visus est. Honoratus à Numine fuit admirandis atque innumeris omnino prodigiis, quæ inter à captivorum maxime, ut redemptione dū viveret, sic à morte inprimis mirâ solutione & liberatione, non aliter atque magnus ille Leonardus noster, tota Hispania præcipue celebratur; à quo celeberrimo deinceps Cænobio nomen impositum, perpetua deinceps appellatione Sancti Domini de Silos appellato, in quo sanctissimus ille Prædicatorum Ordinis Institutor Dominicus non solum litteris primus & pietate institutus, sed & cum nomine & Patrocinio Domini nostri sanctitatem imitatus, facem postea eam mundo prætulit, ut velut magni luminaris in cælo luce, ejus vitæ sanctimonia universus terræ ambitus illustraretur. *Ex Chron. Hisp. Ant. de Yepes, Annal. nostr. Bened. &c.*

S. Domini de Silos.

Constantia ejus.

Gloria à morte.

Innumera miracula.

Captivorum liberatio.

S. Dominicus Ord. predic.

unde tantus

S. Hogenus Episc.

Comendatio ejus.

Rigida disciplina observatio.

Ecce fidelem exc. hitor?

Obiit 915.

Transfertur mirabiliter sacrum corpus.

Respirata.

S. Ilduarda S. Rudesvindi Episcopi nostri.

Obiit 935.

B. Christianus Archiep.

effet disciplinae Ecclesiasticae custos, & Monachorum maximè in sacri rigoris proposito ad amissum & sollicitè observando ac conservando exhortator, cujus perinfigne illud memoratur, cum apud Hamburg consisteret, nocte in tempesta, Ramfolam usque, longo itineris spatio, excurrisset, ut eo in Cænobio vigiliis interesset matutinis, & quid Fratres agerent, exploraret. Vt ea propter merito ipsi applaudens exclamet Bremensis Historiae religiosissimus scriptor: *Fidelis dispensator & prudens, qui & ipse vigilans pernoctavit, suamque familiam dormire prohibens, venienti sponso letus occurrit dicens: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus &c.* Mortuus est felicissimè magnus Pontifex, monachicae professionis juxta retinentissimus, & nec ad horam immemor An. Ch. 915. Episcopatus sui septimo; cujus sanctissimum corpus, Joannis Virginis Archiepiscopi exemplo, creditur rara Numinis gratia, & mira summæ sanctitatis comprobatione mirabiliter translatum, cum post annos ab obitu ejus centum viginti, præter cruces pallii, & cervical Archiepiscopi, stupentibus prorsum universis, nihil omnino hominis, carnis sive ossis, in sancto illo tumulo reperiretur. *Ex M. Adamo Canon. Brem. Anonymo item Hist. Eccl. Brem. scriptore, Annalib. nostr. Germ. & Benedict. Aquila Bened. t. 2. SS. Ord.*

In Hispania Sanctæ Ilduardæ matris devotissimæ Sancti Rudesvindi Episcopi Dumienfis. Hæc nobilissimo nata genere, pari nobilitate marito copulata Guntherio de Matendez d' Arias &c. ex eo filium dignissimum S. Rudesvindum, Dumiensem postea Episcopum suscepit. Mortuo autem Guntherio, conditum à se virginum, prope Sancti Salvatoris de Cella nova Monasterium ingressa, pullamque Ordinis vestem induta, eam multis virtutibus, ut gemmis excoluit, & sancto demum sine decedens inter Sanctas Hispaniæ mulieres accenseri, & longè lateque eo nomine celebrari meruit, An. Ch. 935. *Ant. de Iepes, Menardus, to. 2. Sanct. Ordin.*

In Gallia Beati Christiani Monachi in Eleemosyna Diocesis Carnotensis Cænobio (vulgo *l' Aumosne*, qui ob eximia vitæ merita Abbas Tonereti creatus, perspecta integerrima morum integritate, & singulari perfectione, decrepita licet ætate ad Archiepiscopalem Tholosanæ Ecclesiæ Cathedram sublatus, eam, licet modico superstes tempore, mirabili vitæ exemplo mirificè exornavit, & non multo post ad æternitatis felicissimæ merce-

dem evocatus, mortalibus valedixit, sub A. C. 1049. *Aub. Mirans, Claud. Rob. Menolog. Cister. Chrysoptom. Henriq. &c.*

Venetis in Monasterio S. Michaëlis de Murano depositio B. Petri de Sardinia, Monachi & Confessoris. Is juvenis etiam stimulis carnis acriter molestatus, illis ut liberaretur in terram sanctam difficilem suscepit peregrinationem. In Monasterio postea, carni verè mortuus, admirationi omnibus ob sanctitatem fuit. Humilitate in primis excelluit, & devotione, ita ut totas noctes insomnes post altare majus latens exigeret. Visi tunc ignei supra tectum splendores, unde cū territi nautæ, nocte quadam incendium esse credentes occurrerent, postquam iisdem obvius ad portas Petrus venit, flammæ videri desistere. In Missa & inter psallendum, imo quoties de rebus divinis colloqueretur, ita oculos ita manus, inter dulces lachrymas ad cælum erigebat, ut nemo absque lachrymis intueretur. Claruit insigni miraculorum gratia, quæ inter rarius illud, cum Petrus infirmus lecto decumberet, & ab invidente Medico peteret, ut sibi de vino suo modicum mitteret; misit quamprimum dum illud nunquam defecit agrotanti, sed & dolium medici, ex quo haustum est, vino quasi Indies auctum in cella fuit, quamdiu in vivis superstes mansit. Quidam vix natum sibi filium & jam desperatum, dum voveret in gratiam B. Petri, Petrum appellandum, si quidem convalesceret, sanam illico meruit, & Petrum cognominavit. Vixit in ordine annos quadraginta & plenus meritorum año Christi 1453, in patriam cælestem letus comigravit, quæ ipsa die Novitius ejusdem Cænobii, periculose decumbens, cū in lectulo Petri deponi rogaret & impetraret, mox convalescit, vixq; elato Petri funere ad tumulum ejusdem sanus properavit. *Ex Vita per Maurum Lapium. August. Florent. &c.*

Is Lusitania Beatæ Mariæ Conversæ, admirandæ pietatis Virginis, quæ in Cænobio Eboracensi, humilitate, charitate & patientia, celeberrima floruit. Dumq; ultimum ageret spiritum cælestes visiones contemplata est, atq; inter pietatis verba, hilari vultu, & mira cordis lætitia animam efflavit. Cum a. annorum aliquot curriculo evoluto tumulus ejus aperiretur, sacra ejus ossa reperta sunt, ex quibus admirabilis quædam cælestis odoris fragrantia prorupit, & clarū ejus sanctitati testimoniū perhibuit, quæ quidem suavitas in ipsius Reliquiis, magno miraculo, in hodiernā usque

Obiit 1049.

B. Petrus de Sardinia, mon.

Vir igneus.

Miracula claret.

Mortuus 1453.

B. Maria Conversa.

Cælestis fragrantia.

S. Velfridi. Abb.

S. Gregorii Episcopi.

S. Pardulphi Abb.

Casus pueri.

Propensio in pauperes

Miracula

Fit Abb.

que diem perseverat. Fuit genere & cognomento Bernardez, cujus vitam, pretiosam mortem & signa post ejus transitum. *Bernardus de Brito uberius descripsit, tom. 1. Annal. lib. 5. &c.*

In Germania natalis Beati Welfridi primi Abbatis Duellij. Welfridus, sive Walfridus, perillustri natus genere, Comes de Calw & Nagolts, longè illustrior vita & sanctitate enituit. Is Monasterium montis Duellij, vulgo Hohenwiel, primus ejusdem Abbas sanctissimis suis meritis dedicavit quasi, sacraavit & celebre reddidit, & miraculorum gratia fulgens, alia inter, lagenulam, cui benedix-

TRajecti in Hollandia Sancti Gregorii Episcopi & Confessoris, doctrina & sanctitate clari. De hoc agimus fusius 25. Augusti ex aliorum opinione die Depositionis ejusdem, cum hic potius Translationis videatur.

Lemovicis Sancti Pardulphi Abbatis, sanctitatis & miraculorum gratia illustrissimi. Pardulphus nobili genere, Lemovicensis territorii vico Sere digno natus est. Puerulus etiamnum cum focis in agro ludens, cum illi ignem arbori cuidam ut exurerent admovissent, exustisque radicibus diffugerent, solus ipse crucis signo se obarmans, intrepidus substitit; cum arbore ruente ramus capiti illius graviter illisus, haud leve vulnus puero inflixit, ex quo multis annis oculorum orbatus lumine, sedens in tenebris, mira nihilominus Numinis gratia, puerili in ætate, intellectu illuminato fuit. Divino namque cultui se totum impendit; quin & propensissima in egentes affectione, quidquid victus ac vestitus à parentibus acciperet, foras egressus, pauperibus distribuit, cui proin Deus miraculorum gratiam juveni etiamnum impertivit; adeo ut languores varios, oleo & aqua benedictis, quin & manuum impositione seu tactu prodigiose curaret & pelleret. Monasticam postea vitam professus; non multo post; novi in urbe Lemovicensi Cænobii, loco qui Warractus dicitur, Abbas constitutus, admirando potius, quam imitando vitæ rigore corpus edomuit, & vivum sanctitatis exemplar se omnibus exhibuit. E cella sua nunquam egressus, semel tantum in hebdomade cibum sumpsit. Si ob morborum vehementiam bal-

rat, inexhausta atque perpetua olei abundantia plenam Fratribus reliquit, quam constat multo sæculorum decursu, gratia illa, ad usque hæreticorum nostræ ætatis tempestatem, nunquam destitutam. Gloriatu est, ante hanc Suevicæ inundationis cladem, Hæreticus Wittenbergii Ducis minister, eandem inexhaustam etiamnum Duellii asservari; nos fidem penes auctorem suspectissimæ eo ipso fidei, quia Hæreticus est, relinquamus. Claruit vir sanctus sub An. C. 880. *Clar. 880: Ext. 2. Const. nost. Bened. t. 2. SS. Ord. & German. nost. Annal. &c.*

Lagenula olei inexhausta.

Clar. 880:

Rigor vitæ

S. Michaël episcopi apparuit.

Visio: baculum ad ejus populum regendum.

Miracula:

Hostes mirè fugati.

Miraculæ

Alia similitudine prodigiosissime extendit, cujus, & su-

pererat supra mensuram, Monachi in Ecclesia suspendissent, multis deinceps febre laborantibus, aqua inde propinata efficax pharmacum fuit, & medelam attulit. Obiit vir DEI octogenarius, cum ex febre septem dies decubisset. Quae eadem hora Theodenus discipulus ejus, applaudentium Angelorum cantica audire meruit, ad cujus sacrum, dum efferretur funus, Berticus quidam fæda & miseranda rabie metuendus, mirè convalluit. Claruit Pardulphus temporibus Caroli Magni, & Hunaldi Aquitaniae Ducis. *Ex Vita, tomo. 2. SS. Ordin. Hugone Menard. monim. Lemovic. &c.*

Moritur.

Rabies tur-

ratur.

B. Alexand.

IV.

Laudes ejus

Fit Cardin.

Merita in-

signia.

Papa cred-

tur.

Vigilantia

& constantia

Pater pau-

perum.

fit. Ut autem, vigilantissimus erat, pernitiosissimam de statu gratiae Heresim, ipso in ortu suo insigni & aeterno cum merito felicissimè profligavit, & Haresiarchæ ipsius librum, asserentis: *Statum gratiae, non Haresim à lege Evangelii, sed à lege Spiritus procedere, gravissimam doctrinam novi Testamenti neminem ad perfectionem deducere &c.* præterite & intuenti curia Romana ipse similiter exussit, & auctorem, libro illi, *nomen Evangelii aeterni, in quo tota salvandorum perfectio contineretur, cum omni discipulorum, etiam nostri ævi turba, Nova legis Sacramenta evacuantium, auctoritate Pontificia exsufflavit atque protrivit.* De re item litteraria

Vniversita-

tem condit.

Ordinem

sancti Au-

gustini de-

meretur.

Eius singu-

lare pacis

studium.

Obiit 1261.

meritissimus, viris doctis mirificè favit, aliaque inter præclarissimè gesta Vniversale studium in Regno Navarrae in oppido Tudelensi Diceceseos Tyrasonensis constituit, quin & ipse, ubi ab externis negotiis vacuus fuit, aliquid temper quod ingenium saperet edidit, neque minus ab sanctitate quam eruditione, magnum & æternum sibi nomen comparavit, & profligatissimis temporibus, summum Pontificio nomini decus peperit. De Ordine Eremitarum Sancti Augustini præclare meruit, quorum institutum denuo confirmavit, & eidem alias quasdam Eremitarum Congregationes conjunxit, & apparitione S. Augustini edoctus, sacrae ejus familiae viros, quo nimirum verbo vitæ & exemplo multis prodesse, relictis solitudinibus, urbes incolere præcepit. Demum sedatis, quantum licuit Italiae turbis, & Guelphorum ac Gibellinorum factionibus compositis, bellum Asiaticum magnis animo impensisque paravit, prohibitusque nova Venetorum ac Genuensium dissensione, cum tantopere sanctissimus Pontifex Christianorum pacem cordi haberet, & profligatos infideles vellet, ad illos conciliandos ipse Viterbium contulit, cumque apud exulceratos animos parum proficeret, maestissimus patetædio animi affectus, mœrore decessit, A. Ch. 1261. cum annos 6. menses 5. dies 5. sanctissimè profuisset, sepultus ibidem in Cathedrali Ecclesia S. Laurentij. Vixit Guilhelmo, Richardo, & Alphonso Cæsariibus, vir meritis laudibus ad omnem posteritatem comendandus. *Ex Annal. Eccl. & rei Pont. script. Ciacomio, Panvino, Platina, &c. Annal. nostr. & tom. 2. Sacro-Sanct. &c.*

In Germania, Monasterio Arnsburgensi Beati Thomæ Monachi, Deiparæ cultu & favore spectatissimi. Fuit Thomas

B. Thomas

Mon.

Deipara

cultor sin-

gularis.

Mirum de-

siderium.

Deipara fa-

vor.

Miraculis

claret.

mas mira vitæ innocentia præditus, & sanctitatis titulo præstantissimus, ab eximio autem erga Deiparam affectu & studio præcipuè laudatus. Is cum æger aliquando lecto decumberet, omnem ægritudinem, amore & consideratione dilectissimæ Tutelaræ suæ solatus, tanto tandem ejusdem desiderio, & singularis ab eadem expectandæ gratiæ pruritu quodam exarsit, ut lectulo ægrè se continens, ab illo denique sese abriperet, & in hortum Dormitorio, ut vocamus, contiguum egressus, illicque confidens, oculis cordis & corporis defixissimis cælum contueretur. Nec frustra: adfuit paulo post mira cælis gratia, & favor à magna matre plane mirandus, & inauditus; cum prænunciæ Imperatricis suæ, Divæ Agnes & Catharina, cælesti altera post alteram cantico Thomam recrearent, quas paulo post sublequuta Virginum Virgo, inter Angelicorum spirituum agmina & obsequia, inæstimabili splendore circumfula clienti suo apparuit, propiusque accedens & blandè compellans, dignantissimis ipsum alloquuta verbis: *O Frater charissime, inquit, si placuerit, qualitercunque recompensabo, devotissimum famulatum tuum divici melodia.* Occinuit confestim prodigiosissimum canticum, nec sustinuit vehementiam amoris & jubili Thomas, factusque in extasi in faciem corruit; ita à Fratribus inventus post Matutinam Synaxim, cum mirarentur omnes, præter morem Sancti viri, Officio divino defuisse, deportatusque in cellam & in lecto repositus, ubi primum sospitati est redditus, rem omnem jussione Abbatis ex ordine recitavit. Efferbuit multo majore deinceps in Dominam suam amore, & cursu demum vitæ feliciter consumato, revelationibus & signis admirandus, ad Iubili æter-

ni festa comigravit. *Cæsar. Heisterbac. Philipp. Seguinus, Barn. de Montalb. &c.*

Parisiis Beati Guilhelmi Monachi & B. Guillelm.

Confessoris. Guillelmus, cognomento Bardus, Regulam S. P. N. BENEDICTI sub instituto sanctissimo Cælestinorum, in Cænobio ejusdem familiae Parisiensi professus, dignissimo conatu ad perfectionis apicem enixus, Contemplationis maxime uti usu delectatus, sic fructu præstantissimo recreatus est. Ejus, alia inter, insignis illa gratia deprædicatur, qua Christum spectabili oculisque corporis conspicua forma, ea insuper, quam in mundo habuit, proceritate, & quidem cruce suffixum, intueri meruit. *Ex monumentis Cænobii Parisiensis, Hugone Menardo, t. 2. SS. &c.*

Contempla-

tio.

Christum

intuetur.

In Monasterio Grandis-Sylvæ Beati Ioannis Conversi, insolitæ pietatis, & Angelicæ Conversationis viri, qui multis virtutibus clarus effulsit, & singulari inprimis Admirabilis Matris dilectione se cælo comendavit. Mirabile illud, quod Seguinus, & plures alii de Ioanæ referunt. Fertur, inquit, de eo, quod cum esset Latini sermonis omnino ignarus, tantum hæc duo vocabula Ave Maria memoriæ mandasse, & ea singulis diei horulis atque momenti, ad quoslibet gressus, sive cum Divinis interesset laudibus, sive cum aliquid quidpiam ageret, sive à manuum labore quiesceret, recitando perorasse. Unde eodem anno, quo fatali morbo consumptus est, ex ejus ore (corpore jam tumulato) liliam litteris aureis Ave Maria, sparsim decoratum prodiit, &c. Ita Seguinus, quod ipsum miraculum longè apud plurimos Historicos celeberrimè, maximam Ioanæ conciliat sanctitatis opinionem. *Ang. Manriq. Robert. Rusca, Montalbo, Henric. t. 2. SS. &c.*

B. Ioannes

Conversus.

Deipara

cultor.

Insigne mi-

raculum.

VNDECIMO CAL. IANVAR.

XXII. Decemb.

F.

S. Vitalian.

Episc.

IN Calabria Beati Vitaliani Episcopi & Confessoris. Vitalianus Capuæ natus, timorem DEI ab infantia edoctus, cum sanctitate morum celebris haberetur, Gaudioso mortuo subrogatus, Capuanæ Ecclesiæ Pontifex consecratus est. Fuit summa in pauperes propensione & liberalitate, humilitatis, & purissimæ castitatis studio, sed & omni virtutum decore excultissimus; tantisque nominibus latè celebratus, cujus exemplum sanctita-

tis plurimis maximo erat ad virtutem incitamento. Cujus profectibus invidens invidentiæ auctor, quosdam ambitionis vitio lividos inflammavit, ut quibus poterant modis, cum Episcopatu turbatum vellet, & siquam innocenti calumniam affingerent meditentur. Injectis proin clam, per noctis silentium & tenebras, in ejus conclave mulieris cujuspiam vestimentis, facile effecere, ut eas vir Dei indueret, cū suo more minus in-

Invidia da-

monis.

Scelus Cle-

ricorum.

Dddd 4

spiceret,

spiceret, & ut aptas corpori indutus, nulla sceleris suspicione, ad Matutinas properaret. Cum scelerati illi, voti compotes effecti, digito monstrarent, & sanctissimum Pontificem ludibrio omnium expositum, sædissimè notarent, & impiè traducerent: *Ecce, inquit, qui aliis humilitatem & castitatem prædicat, non contentus tum mulieribus versari, comedere, & noctu concumbere, etiam illarum gestare vestimenta, in publico, in Dei Ecclesia non veretur, cum nihil aliud scelestis quam hoc solum ingereret: Et si peccator sum, hoc tamen ab aliis potius, quam à filiis & Ecclesie heredibus pati debueram.* Ab impiis proin captus, & inaudita planè ad eam diem temeritate, causa minimè cognita, culco infusus in mare præcipitatus est. Verum divinitus ad portum Romanum incolumis appulsus est. Quo tempore, tanta siccitas terræq; sterilitas in Capuanorum finibus esse cæpit, ut nulla ibi seges, herbeve gigneretur. Agnovère flagelli causam cives reliqui, & detestati parridarum scelus, conquistum diligentissimè ac denique inventum, obnixius rogavère, ut in patriam reversus, tantæ calumniæ & sceleris auctoribus veniam impertiretur, quo annuente & reverso, copiosa illico pluvia cælo descendit, & arentia prata mirè recreavit. Verum ille Pontificio semel liber onere, ut resumeret persuaderi non potuit, sacrum Monachorum otium & negotium, in monte qui Virgili dicebatur amplexus, ubi condita in honorem unicæ Tutelarissuæ Deiparæ basilica, multis ad eum confluentibus, vitæ sanctissimæ exemplo mirè præfulsit, & Contemplationis fervore ad iminentem se transitum præparans, non multo post ibidem sancto sine decessit, & magna miraculorum gloria honorari meruit, Dæmoniis, cæcis, aliisq; infirmis ad tumulum ejus prodigosè restitutis; donec sub A.C. 914. Saracenorum incursione locus ille everteretur. Corpus autem ejus postea inventum, à Callisto II. Catanzarum in Calabriam translatum traditur anno salutis 1121. *Ex monim. & Breviario Capuano, Paulo Regio, to. 2. SS. Ord.* Claruit magnus Pontifex A.C. 700.

Calumnia gravissima.

Patientia viri Dei.

Culeo infusitur.

Liberatur.

Flagellantur Capuani.

Pontificatū recusat.

Miracula.

Transferitur.

S. Iutta V.

pto sæculo ad Christi servitum toto desiderio convolvit. De qua fertur, quod sic pedibus, sæpe calcaverit undas fluvij Nahæ, juxta montem Sancti Disibodi præterfluentis. Nam si quando imbribus auctus fluvius intumisset, ipsa super aquas ambulans ad Officia Divina sine impedimento, Angelorum suffragiis adjuncta pervenire consuevit. Qualis autem fuerit hæc Virgo Beata, quam humilis, quam charitativa, quam continua in orationibus, nec præsentis operis est dicere, nec meæ facultatis. Nunquam à Divino servitio tepuit; nunquam cessavit; sed erat in oratione continua, in sermone provida, in cogitatione munda, in operatione præcipua. Post multa autem exercitia pietatis, Domino Iesu vocante eam ad nuptias æternæ felicitatis, devicta morte transivit, XI. Cal. Ian. A. Ch. 1136. *Ita Obiit 1136. Trithemius Chron. Hirsaug. & libro 3. de Vir. Illust. Ord.*

Aqua illa sa calcat.

Virtutes ejus

In Hispania natalis Sancti Amaswindi Abbatis. Fuit hic Antistes Cænobii cujusdam Sylvæ de Malaga, in quo præter alia virtutum insignia, singularem quandam morum & mansuetudinis gratiam veteres scriptores celebrârunt. Fuit mirus insuper deliciarum omnium, & quæcunque corpori comoda & placencia contemptor & calcator; ferventissimæ autem atque integerrimæ charitatis magister & zelator; qui post sedulam suæ curæ administrationem in pace quievit, An. Ch. 982. *Ambrosius Morales, Sandovallius, Antonius de Iepes, &c. t. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

S. Amaswindus Abb.

Obiit 982.

In Gallia Beati Roberti Episcopi Sylvanæcensis. Robertus de Hoffaya, nobili in Gallia genere natus, nobilitatem sæculi, cucullo subdidit, & in Monasterio Chalisiensi Monachum professus, tantis virtutibus emicuit, ut post obitum Adami quinquagesimi secundi Sylvanæcensium Episcopi, ejusdem Ecclesiæ Pontifex designaretur. Exercuit Episcopale munus, magno subditorum cum profectu, moribus juxta ac scientia instructissimus, sanctissimæ conversationis exemplo, & maximæ cum primis humilitatis studio omnibus venerandus. Claruit An. Ch. 1276. & magno sui relicto in terris desiderio, cælesti patriæ, post multa illustria vitæ merita immigravit. *Philippus Sequinus. Claud. Robert. Ioan. Chenu, Menolog. Cisterc. Chryf. Henric. t. 2. Sanct. Ord.*

B. Robertus Episc.

Claruit An. 1276.

In Saxonia Beati Adami Monachi B. M. V. de Luká, qui in ipsa infantia, cum necdum

B. Adam Mon.

necdum verba pronuntiare perfectè valeret, Salutationem Angelicam didicit, & eam balbutiendo, incredibili tamen affectu, sæpissimè repetiit. Cumque in eo pia affectio erga Deiparam indies augetur, ab eadem Regina Angelorum visitari, & familiarissimo perfrui colloquio meruit. Nocte quadam ante templum obferatū Angelorum Reginam salutanti, insigni prodigio, fores illico divinitus patuere. Quid autem in templo, postquam ingressus fuit, viderit, ipse narrans: *tanta erat, inquit, in Ecclesia claritas, ut fulgori meridiano assimilaretur: quæ cū stupidus intrassem, vidi ante majus altare septem matronas pulcherrimas residentes; unam in medio, quæ cæteris clarior erat; quæ me vocans, cum propius accessissem, post alia verba ait: Nosti quæ sim? Cui cum dicerem: Non, Domina; respondit: Ego sum Mater Christi & Domina hujus Oratorii: quia meæ memoriæ solitus es habere, ego tibi curam adhibeo &c. & subjecit: Ad me accede Adam, quod & feci. Flecente me coram ea genua, manum super caput meum pono proscibit tua, non dolebis caput, &c. Sed & aliorum cæli civium præsentia non semel recreatus Adam, postquam numeros omnes Monasticæ perfectionis explevisset, cum iisdem denique per omnem æternitatem jungi meruit. *Barnab. de Montalbo, Chrysofom. Henric. Casarius E. e. s. t. b. c. tom. 2. SS. &c.**

Fores templi prodigosè patent.

Deipara apparet.

Capitis dolorem ab Adam proscibit.

S. Hildelita Abb.

Sacra Virginitum ossa.

Magni fit Hildelita.

& metro doctissimè scriptum dedicaret. Claruit Ann. Ch. 680. *Ex rer. Angl. script. Beda, Guill. Malmesbur. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Tulpeti in Germania Beati Engilberti B. Engilberti Conversi. Hic cæcus quidem à natiuitate, sed multis atque admirandis gratiis supernaturalibus illustris, rigidum sanctissimæ Cisterciensis nostræ Reformationis institutum amplexus, in eo celeri ad perfectionem progressu, tantopere in sublime enixus est, ut maximis etiã Principibus admirationi & venerationi esset. Ipse vero, favores hominum parvipendens, in humilitate & simplicitate cordis sui coram Deo ambulans, perpetuum suo corpori bellum indixit, & viliter ut duriter illud ad mortem usq; habuit. Simpliciter siquidem contentus capuzio, & tunica lanæa, nudipes tam estate quam hyemæ perpetuo incedebat, & puero se ducente, limina Sanctorum sæpè admodum remota frequentabat. Carnium usu perpetuo sibi interdicens, modico straminis pro lectisternio decumbebatur. Apparuit manifesto in Engilberto propheticum illud; *quia cum humilibus sermocinatio ejus, cū vir, cætera simplicissimus, propheticis spiritu mirum in modum illustraretur, miræ cognoscere, & futura distinctè ac diserte prænunciaret.* Ea inter Mechtildi Anglicæ Henrici Leonis Saxonie Electoris conjugii, Otthonè filium ad Imperii Romani sceptræ evchendum prædixit. Idem Otthonem postea ipsum penè desperatū mirè solatus, de Numinis voluntate & eventuris edocuit; Idem magnam illam Imperii tempestatem, Otthonè eodem & Philippo inter se dimicantibus, longè ante indicavit, & multa alia divino docente spiritu, mortalibus revelavit, & sibi consulere admonuit. Habuit visiones multas & præclaras, quas prolixius Beatus Casarius describit, & post multa sanctitatis opera infirmitate oppressus, ad lumen felicissimæ æternitatis oculatissimus emigravit, cujus gloria Beata Alcelinæ revelata est. Claruit Ann. Ch. 1190. *Philippus Sequinus, Menologium Cist. Chrysof. Henric. tom. 2. Ordin. & Annal. German. nost.*

B. Engilberti Cæcus.

Fit Conversus Cisterc.

Rigor vitæ.

Propheticis spiritus illustris.

Otthoni IV. Imperium prædicit.

Imperii calamitates prædicit.

Clar. 1190.

Translatio S. Isidori.

In territorio Londinensi, Sanctæ Hildelitæ Virginis & Abbatissæ Berckingenensis. Hildelita secunda Sanctiss. Berckingenensis prope Ludoniam Cænobii Abbatissa, consecratum primis annis miranda Sanctorum frequentia, loci ejusdem fundamentum seu initium, dignissimis incrementis auxit, & magnam sublimis ac verè cælestis ædificii molem superimposuit. Ossa autem illic quiescentium sub regimine Beate Edilburgæ primæ Abbatissæ ibidem mortuorum, ob angustiam cæmeterii, in ipsam Deiparæ basilicam transfuit, quæ prius, quantorum hominum essent, miris prodigiis, cælesti luminis splendore, admiranda suavissimi odoris fragrantia aliisque miraculis à Numine illustrata sunt. *Præfuit ad ultimam usque senectutem, ait Beda, strenuissime, & in observantia discipline Regularis, & in earum, quæ ad communes usus pertinent, rerum providentia.* Eam magnæ fecit magnus ille & sanctissimus noster Schireburnensis Episcopus Sanctus Aldelmus, tanti quidem, ut ipse celebre illud Opus suum de Virginitate prola-

Eodem die, translatio Sancti & Magni Isidori nostri, Hispanensium Archiepiscopi, lectissimi Ecclesiæ Doctoris, & Hispaniarum Patroni celeberrimi, ex urbe Hispanensi ad Legionensem, cujus ipse pro eximiis meritis summo universi populi applausu, Divus Tutelarissollemniter

niter est adoptatus. *Ex div. rer. Hispan. script. Mauroi. Arn. t. 2. SS. &c.*

B. Angelus Martyr.

In Italia apud Massacium, B. Angeli cognomento Massacii, Monachi B. M. V. de Serra prope Massacium, qui cum Barlotanæ Sectæ extirpandæ, quasi au-

thor sua prædicatione fuisset, ob id à secleratis occisus, multis miraculis à DEO comendatus est, sepultus in Ecclesia à se cognominata. *August. Florent. Occubuit gloriosè anno Christi 1458.*

Occub. 1458

DECIMO CAL. IANVARII.

XXIII. Decembr.

G.

S. Theogerus Episc.

Monachus Hirsaugiens.

Tremor ad SS. Mysteria.

Fit Abb.

Verus pater

Memorable pietatis exemplum.

Fructus pietatis.

Rigor vite.

Eum temperat.

IN Monasterio Cluniacensi, S. Theogeri Metensis Episcopi, mira vitæ sanctitate conspicui. Theogerus Bavarus, in sanctissimo Hirsaugiensi Wirttenbergiæ Cænobio Monachum professus, obedientiæ simplicis virtute præ cæteris illuxit, & magnus evasit. Sapientiæ insuper, & eruditionis nomine celebratus, Abbati suo præcipuè charus, negotiis quibusque gravibus adhibitis, Reichenbacensi postea Cænobio præfectus est. Sacerdotio initiatus, sacris operaturus, tanti consideratione muneris & mysterii ita contremuit, ut penè sensibus destitueretur; adeo indignū tanta se functione arbitratur, ad quam ineptissimi quis sine horrore inhiant, atque pro summa sua in Divinis oscitantia abutuntur. Abbas ad Divi Georgij Herciniæ Cænobium postulatus, ab Hirsaugiensibus suis ægrè dimissus est, quod tanti viri præsentia fraudari intolerabile videretur. Præcipuo ejus honoris insigni, paterna nimirum in omnes pietate, ad miraculum excelluit, eaque omnium animos lucratus, quæ nemo alius apud suos facile effecit. Culpam pro more dicentibus, tantum abest, ut superbius insultaret, quin potius penè compassus est, adeo ut in fletus amoris indices erumpēs, ea pietate sua longè vehementius reos compungeret, quam quisquam verborū acrimonia posset; lachrymis patris, focias filiorum lachrymas jam sponte currentes, facile provocantibus. Delicta Fratrum secretissima habuit, soli comendans Numini à quo remediū enixius dilectissimis suis filiis flagitabat. Vultu constanter hilari fuit, quo cælestis lætitiæ argumenta omnibus præferbat, cum tamen sibi vacans, lachrymis die ac nocte difflueret, & exhausto jejuniis ac vigiliis corpore, multo rigore sese conficeret, donec equo quandoque lapsus, & herniæ deinceps molestia graviter vexatus, severitatem illam non nihil temperaret, sibi que indulgentior, sed modicè esset. Vigiliis nocturnas prævenire ex more suo solitus, di-

ligentissimè suos exhortatus est, sedulo rogans monensque serio, de somno aliquantillum saltem detrahere ne negligerent, seu obliviscerentur. Orationis studio addictissimus fuit, quo adeo exarsit, ut sensibus planè abstractus videretur, cum in malè clausi seu muniti Sacelli pavimento prostratus aliquando, tanta nivium densitate coopertus est, ut nihil hominis latere quisquam suspicatus, quidam Fratrum eo pertransiens, virum Dei pedibus calcaret, isque deprehensus demum, sese inde proriperet. Dæmonibus invisus & metuendus fuit, quos sola quandoque manus impositione ex energumenis profligavit; alio quodam similiter oblesso, priusquam ostium domus vir DEI contingeret, pessimo hospite protinus liberato. Vlciſci postea conatus interus, illusus semper rediit; tunc maximè, quando concitata agresti in Theogerus multitudine, eaque à Bertholdo Duce, ob intentatam Cænobio vim graviter punita & flagellata, majoribus odiis rudes animos inflamavit, adeo ut armati denuo & irarū pleni in Monasterium irrumperent, ad solum Sancti Abbatis contuitum, mirè mutati, faciles, supplices, liberales, & Xenia pro facultate quisque sua promittentes, atque mittentes, multis suaque sequi ipsos famulo Dei se orsum emancupantibus, & tradentibus. Fama ob virtutem longè lateque celebratus, viris Principibus, ipsi etiā Regi, tumoque Orbis Pontifici Urbano II. comendatus & carus admodum fuit. Restituit Cænobia multa, multa condidit, in quorum unico, centum circiter sacras Deo Virgines congregavit. Cumque è proceribus etiam Germaniæ, multi ad ipsum convolarent, & cucillum exambirent, adeo verbis & exemplo eos concitavit, ut perfectionis studio accensissimi, quidam miraculorum etiam gratia, & prophetico spiritu claresceret. Ipse tamen præ omnibus eo gratiæ dono refulsit, ita ut sola quandoque jussione morbos profligaret. Imensam aquarum vim è nubibus propen-

Somnolentiâ ut excretur.

Exemplum mirabile fervoris in oratione.

Dæmones profligat.

Rusticorum furor.

Mira illorū mutatio.

Fama celebris.

Discipuli ejus miracula clarent.

pendentem ac jamjam præcipitem, mirè suspendit, donec absoluto labore, domum se Fratres sub tecta recepissent; sic & alia supra hominis vireset naturæ cursum prodigiosè egit, & facile impetravit. Rarius illud, & præter omnem intentionem miraculum: cum ad Günziū amnem delatus, nimia tunc inundatione turgentissimum, iter cum Fratribus sisteret; quippe tunc senioris è Fratribus, joco quodam dictum: *Signate Pater fluvium, ut transcamus*, serio accipiens, signato mox fluvio, cum omnibus suis transit, adè repente decrecentibus & desidentibus aquis, ut vix unquam ferventissima ætate, tam modicæ visæ sint. In pauperes liberalissimo, panes aliquando prodigiosè aucti sunt; alias, quinque solidi in trecentos quinquaginta pauperes ab eo expensi, suffecere; denariis etiam aliquot mirè superantibus. Metensium Pontifex renunciatus, mirum quanta animi demissione ac contentione reclamavit, donec à Patribus Concilii cogeretur, Anathematis etiam fulmine, nisi quamprimū pareret, electionique acquiesceret à Cardinale Prænestino intentato. Consecratus adstantibus Archiepiscopis Magdeburgensi & Salisburgensi, *toto illo Consecrationis tempore, sine cessatione lachrymas fudit, ut cunctis se intuentibus, & admirationi maxima, & venerationi fuerit.* Quiete tamen nunquam Pontificatu suo potitus est, verum indignè à Schismaticis habitus, & iniquissimè exagitatus, admirandæ patientiæ speculum, mirè effulsit, rarissimo illo tranquillissimi animi exemplo æternum commendandus, cū captus ab hostibus, equo descendere jussus, & discussis vestibus, rursus conscendere, Canonicum tunc forte Officium persolvens, nihil loquutus, eo minimè interrupto, vultuque immutato, velut nihil passus cæptis institit. Obiit plenus dierum & meritorum, multis pro Ecclesiastica libertate exantlatis laboribus, periculisque triumphatis, in Monasterio Cluniacensi, quo metu hostium secesserat, Ann. Christi 1120. Ibidem tumulatus. *Ex vita penes nos MS. tom. 2. Constant. nob. Bened. Annal. Germ. Vrsperg. &c.* Brixia in Germania, depositio Sancti Hartmanni Confessoris ejusdem loci Episcopi, qui ex Monacho & Abbate Sancti Petri Salisburgensis ad eam dignitatem assumptus, illustrissimo sanctissimæ vitæ exemplo gregi sibi credito, viam veritatis ostendit; cujus meri-

Fluvius mirè decessit ejus jussu.

Miraculum rarum.

Fit Episcopo invitus.

Plorans consecratur.

Exemplum rare patientia.

Obiit 1120.

S. Hartmannus Episc.

ta Deus insigni signorum demonstratione fidelibus patefecit. *Ex Monim. Brixienf. Metrop. Salisb. Hundii, Arnoldo Duac. Annal. nostr. Germ. &c.*

In Monasterio Fructuariensi, Beatæ B. Agnes Agnetis Imperatricis, Viduæ, monialis. *Imp. Ang. Agnes Guilielmi Aquitaniæ potentissimi Ducis filia, Henrici III. Imperatoris conjux Augustissima, cū post ejus mortem, Henrici filii pueri, ac simul Imperii tutelam, sapienter ac strenuè administrasset, Principum nonnullorum invidia, ab ea submota, Christi anno 1069. in Italiam se contulit, ac primum Fructuariæ, agri Taurinatium Monasterio, Imperiali veste in Monasticâ mutata, sacrum velamen pro diademate amplexa est, ubi, insigni perfectionis studio, in sublime evecta, cū omnium esse minima allaboraret, quæ fuerat suprema, haud immerito exemplo & admirationi omnibus fuit, plurimosque ad perfectionis studium, vel sola quidem tantæ virtutis fama, concitavit. Postea Romam profecta, in Ecclesia Sanctæ Petronillæ, vitæ reliquum sanctè transigens, pro perituro Regno æternum meruit, & sanctitatis longè Augustissimo titulo cumulata, meritorum onusta manipulis ad Regnum immortalitatis beatissimæ assumi meruit Ann. Ch. 1077. complorante diu post, at necquidquam orbe universo, Henricum puerum, tam sanctæ Matris curæ præreptum, tantum deinceps Ecclesiæ Matris contemptorem & hostem juratissimum evasisse. Meruit haud leviter Agnes jam Monialis de Ecclesia, à Gregorio VII. ad filium legata, quem cū auctoritate sua tum verbis efficacissimis permovit, ut antea vitæ penitens, promissa emendatione, ab Anathemate absolveretur. Verum postea relapsum, inaudito ad eam diem exemplo, mater ipsa sanctissimè execrata, nullo permoveri potuit, quin Gregorio contra filium constantissimè adhereret. Eam maximi fecit Sanctissimus ille Cardinalis noster Petrus Damiani, ipsi à confessionibus factus, cum ipsa à quinto ætatis anno, cum lugubri gemitu & amaris suspiriis, ad suppremam usque ætatem eidem delicta sua ordine retexuisset, quam mirè commendans Damianus ipse, mira narrat, de ejusdem pietate ac devotione cum vitæ austeritate conjuncta. *Quæ quidem, inquit, Baronijs, de virtute in virtutem calle Christiana vitæ perfectionis incedens, in dies sanctior DEO, sponso cælesti pulchrior reddita &c. sine**

Fit Monialis.

Romam secedit.

Insigne Viduæ de Ecclesia meritum.

Constantia mulieris mira.

Penitentia Sanctæ Impo

Rigor vita.

non dispari tanto principio, quievit in Domino: quam Lambertus celebris scriptor, in jejuniis & vigiliis humanarum virium naturam excessisse, asseverat. Albert. Stadens. Carolus Sigonius Crantzius, Baronius, Lambert. Schafnaburg. Annales nostri German. & Benedictini, Aquila Imp. Bened. &c.

S. Ventila Mon.

In Hispania depositio Sancti Ventilæ Monachi & Eremitæ, qui Monachicæ vitæ exercitiis instructissimus vitam solitariam apud Ecclesiam Beatissimæ Matris Virginis de Pugin, non longe ab Orensi civitate sumo cum rigore duxit, & jugem victimam cælo se imolans ad præmiarequiei & vitæ æternæ, corpore excelsit, A. Ch. 890. æra, ut Hispani numerant 928. Ambros. Morales, Hist. Hispan. lib. 15. Arnold. Duac. Menard. &c.

Obiit 928. ar.

B. Ioannes Cirita.

In Lusitania Beati Ioannis Ciritæ, qui Anachoreticam vitam vivens, in partibus Gallæcia spectatissimus enituit. Huic aliquando dæmon mulieris speciosissima forma apparens, ardore libidinis, ignitisque luxuriæ sagittis virum Dei mirabiliter oppressit: quam tentationem ut superaret, manum propriam longè illustriore exemplo, quam Mutius ille Romanus, exulsit, & sic dæmonem confusum fugavit. Multa futura prædixit, multosque suo exemplo à sæculi vanitatibus convertit, & sanctis postea institutionibus informavit. Cum Sanctus Ioannes Baptista Mellifluo Doctore nostro Bernardo apparens, ad construendum Cænobium Monachos in Hispaniam destinare mandaret; eos, Divina revelatione præmonitus, B. Ioannes Cirita in itinere obvios suscepit, & post aliquod tempus ipse etiam eorumdem Sanctissimum instituto sese subdidit. Abbas in Tarouca constitutus, Regula monachorum exemplo magis quam verbo factus, Ordinem Sanctissimum per totam Lusitaniam dilatavit. Panem & aquam solum tolerandæ vitæ admisit, idque sola-

Illustrissimū exemplum fortitudinis

Revelatio Divina.

Propagat Ordinem.

tii non nisi altera in hebdomadæ vice, corpori indulgit. Insigni merito Ecclesiam, & Hispanias maximè contra barbaros de- Institutor meritus, Avisionibus militibus Regulam Ord. Equit. dedit, & utilissimi Ordinis Institutor de Avi. leberimus esse meruit. Divino illustratus spiritu futura prædixit, & internas aliorum cogitationes mirè cognoscere meruit. Cumque variis miraculis clarus omnibus venerabilis esset, infirmitate gravatus ad ultima devenit: & jam morti proximus, Hymnum Te Deum Laudamus, suavissimè occinquit: quo expleto, placido vultu obdormivit in Domino, post cuius mortem varia miracula sancti viri puritatem comprobârunt. Cui sequens Epitaphium est positum.

Ioannes Abbas Cirita
Rexit Monasteria
Sancti Ioannis, Sancti Christophori,
Salcedæ, Sancti Petri,
Clarum meritum, clarum Miraculis,
Claret in cælis.

Obiit Decimo Calendas Ianuarij.
Era MCCII.

Anno nimirum Christi 1164.

Obiit 1164.

Menolog. Cist. Chryf. Henr. Angel. Manriq. Bern. de Brito, t. 2. SS. Ord. &c.

In Germania, Beati Godefridi, decrepita ætate Monachi Heisterbacensis, viri eruditissimi. De quo nos fusius alias.

Eodem die, translatio Sancti Lambertus Episcopi, ab Ecclesia B. M. V. ad Cryptam. De qua Molanus in suis ad Vsuarium additionibus.

In Germania Venerabilis Hildegardæ Ludovici Germaniæ Regis filia, Abbatis- da Reg. tissæ Sanctorum Felicis & Regulæ in Monasterio Tigurino, quæ pietatis & humilitatis egregiæ exemplo velut fundamento locum sanctè fundavit, & mirè exornavit. Ex tomo 2. Constantia nostra Benedict. 10. 2. SS. Ord. Annal. German. Aquila Benedict. &c.

NONO CAL. IANVARIJ.

XXIV. Decembr.

A.

S. Tharsilla Virgo.

Romæ, Natalis Sanctæ Tharsillæ Virginis, amicæ Sancti Gregorii Papæ, de qua ipse testatur, quod in hora exitus sui, Iesum ad se venientem viderit. Tharsilla, illustrissimo nata genere, sorores suas Æmiliam & Gordianam, Virginum sponso, Virgines adducens, cum iisdem Monachicam S. P. N. BENEDICTI, cognati Beatissimi Institutum, in ædibus propriis amplexa, multis Romanæ Urbis Virgini-

bus idem faciendi exemplo fuit; tanto quidem fervore cucullum & velum, nobilissimis quibusque, ex ambientibus, ut non multo post Gregorius, sola in Urbe, quas ipse solum aleret, ter mille numeraret. Fuit sacri rigoris observantissima, charitatis, pietatisque zelo ferventissima; tanta omnino, quam haud immerito totarum Sanctarum Virginum cohortes suspicerent colerentque, Gordianam sororem rigore

Ingens numerus Monialium Romana.

Ad calum invitatur.

Moritur.

Callum in genibus & cubitis Virginis.

Sororem invitatur.

S. Irmina Virgo.

Dagoberti Reg filia.

Insigne Virg. responsum.

Fit Monialis

Abbatissa.

rigore longo fessam, an intempescentem, mirum quanto studio excitare conata sit, quanto promovere, enixissimis cum primis precibus cælum pulsans, & forori animum atque vires efflagitans, quibus intentam Sanctus Felix II. cognatus Sanctæ memoriæ Pontif. Maxim. ad gloriam invitavit, & vilis per noctem, ac splendidam monstrans domum, his verbis compellavit: Tharsilla, veni mecum, ut te in hac domo excipiam. Quæ statim febris correpta, cum multi ad eam morti proximam ex amicis & propinquis inviserent, Virginum sponsum occurrentem intuita, ut locum tanto hospiti cederent imperavit, & quis esset ille edicens, nimia dilectionis & consolationis abundantia, ægrè corporis ergastulo animum continens, in occursum sponsum sui felicissima dissolutione effudit, admiranda quamprimum odoris cælestis fragrantia locum implente. Cujus sacrum corpus cum de more ablueretur, duritiem camelorum in genibus & cubitis, ex assidua orandi consuetudine, repertum est contraxisse. Apparuit paulo post gloriosa Æmilianæ sorori, & ad Epiphaniarum festa secum celebranda invitavit, quæ sola Natalem Domini diem celebrasset. S. Greg. l. 4. Dial. & in lib. Homiliar. Petr. Equilin. Philipp. Ferrar. &c.

Treveris Sanctæ Irminæ Virginis, filia Dagoberti Regis. Hanc Dagobertus, potentissimus ille Galliarum Monarcha, tantæ tamen filia generatione multo felicior, illustrissimo cuidam Gallia Principi, jam desponsaverat. Quam sponso ante nuptias imatura morte prærepto, fletum intuitus pater, nec leviter motus, cum blandius solaretur, & multo illustriorem polliceretur sponsum; longè aliter affecta Irmina: Ego, inquit, genitor amande, nedum ditiores potentioresque priore, sponsum elegi, sed etiam omnibus dominantem, potentissimum Regem Christum, æterni Patris Filium, cui me devovi, cuius servitio me mancipabo. Nec potuit Rex Religiosissimus, quindulcissimæ filia propositum probaret, juvaret denique, & illustre eidem Cænobium moliretur. Illud honori Virginum Virginis unicæ Tutelaræ suæ, sacrum Irmina voluit, & Horreum appellavit, illicque plurimas, & genere & virtute Illustrissimas Regum Regi famulas congregans, ingentes meritorum horreis celestibus manipulos intulit. Ipsa autem speculum & spectaculum omnibus facta egregiæ sanctitatis, ferventissimo Dei amore succensissima, mira & stupenda in laudis

Divinæ augmentum ex cogitavit. Delicatissimum corpusculum duriter tractavit, & multis jejuniis exhaustit ac maceravit. Orationis studio tantopere dedita, ut totas in ea noctes transigeret. Eam Sanctus Willibrordus noster, magnus Frisiorum Apostolus amantissimè coluit. Decessit ex hac mortali vita ad immortalem Ann. Ch. 710. cum Regularis observantiæ rigorem, non tam verbo, quam exemplo suis strenuè commendasset. Cuius sacrum corpus, post multos annos de sepulchro levatum, integrum repertum est, atque ab omni corruptionis labe immunissimum. Ioann. Tritheim. Annal. nost. German. & Aquila Bened. Arnold. Chron. Trever. t. 2. SS. &c.

Obiit 710.

Incorruptio mira.

S. Anno Episc.

Fit Monach. & Abb.

Episcop. ordinatur.

Alter Fundator.

Huius gratia dotatur Cathedra.

Obiit 974.

Wormatiæ Sancti Annonis Episcopi & Confessoris. Anno perillustri natus genere, famulatu Christi multo spectatior, in celebri Bergensi prope Magdeburgum Cænobio Monachum induit, & tantopere se omnibus probavit ut ejusdem non multo post Cænobii Abbas eligeretur. Inde ob maximam virtutis famam ad præstantissimam tunc temporis Wormatiensis Ecclesiæ expetitus Cathedralam, eam & successores Pontifices æternis meritis plurimè demeruit; quod præter diligentissime curatum creditum sibi gregem, eam Ecclesiam auctoritate & potentia plurimè provexerit; ut haud immerito alter ejusdem Fundator possit & debeat celebrari. Cum enim eximia sanctitatis splendore univerforum oculos perstringeret; à digissimo virtutis æstimatore Otthone Magno Cæsare, maximi factus & præcipuè dilectus, maximas Ecclesiæ suæ gratias & Privilegia amplissima impetravit; cuius tanti Pontificis amore & reverentia idem Imperator, regia liberalitate in eam Cathedralam usum, eamdem magnificentissimè dotavit & locupletavit. Præfuit meritissimus Pontifex annis 24. ad præmia pastoris evocatus Ann. Christi 974. succedente dignissimo Virtutum ejus æmulo Beato Hildeboldo germano fratre ejus, Otthonis II. Imp. magno Cancellario. Ex Annal. nost. German. Aquila Benedict. libro de Episcopat. German. Chron. VVormat. Democh. Bruscbio, VVeruh. Zimbrensi, t. 2. SS. Ord. &c.

In Hispania Festivitas Descensionis S. Mariæ Virgin. à S. Ildephonso nostro Toletanæ Urbis Archiepiscopo, pro singularissimo tuo in Beatissimam & Admirabilem Matrem amore instituta, cum Eccc altera

Donum nivea Vestis.

altera vice cælo descendens Angelorum Regina, ipsum singulari benevolentia significatione, cælesti, & nivei candoris veste donasset. Ex Arnaldo, Vasco, Carthage-na, Luc. Marin. Roderico, Sancio, &c.

B. Hildebrand. Converterus.

In Monasterio Hermenrodensi Beati Hildebrandi Converteri, qui in summa humilitate, & suiipius contemptu perseverans; propter multas & eximias virtutes, ac spiritualium charismatum dona, quibus eum Altissimus decoravit, gratissimus & charissimus omnibus extitit. Cumque compleisset numerum dierum suorum, & Ecclesie Sacramentis munito jam hora resolutionis instaret; visa est Candidatorum turba copiosa, qui beati viri felicem spiritum e corpore egressum, sub forma speciosissimi pueri accipientes, cum gaudio magno, & canticis exultationis in cælum iterum evolarunt. Menolog. Chryf. Henriq. t. 2. SS. Ord. Casar. Heisterbac. &c.

B. Petrus Mon.

In Gallia, Monasterio Savigniacensi Beati Petri ejusdem loci Monachi, viri Angelici, De eo, sic breviter Seguinus: Petrus Savigniaci Monachus, vir religione & sanctimonia conspicuus, multis virtutibus refulgens, feliciter ad beatorum gloriam ascendit. Is cum in terrena Savigniaci solitudine, vitam Cænobiticam, ne dicam Angelicam ageret, apud Deum opt. Max. cujus fuerit meriti, Dominus seruo Aymoni ostendere voluit. De eo siquidem fertur, quod cum die quadam Sanctus Aymo ad præfati Petri electi Dei sepulchrum orationi insisteret, repente in extasim raptus, vidit in superioribus hujus aeris partibus innumeram Sanctorum multitudinem insigni gloria & honore nimio præfulgentem, ipsumque Petrum in cætu eorum ingenti tripudio exultantem. Cumque vir Dei in eorum contemplatione aciem mentis diligentius figeret, omnis illa Beatorum cælestis multitudo benignissimè facies suas ad eum convertit, eiq; reverendè admodum inclinavit. Ita Seguinus. Claruit Petrus An. Ch. 1172.

Apparet in gloria.

B. Anastasia Virgo.

Rameyæ in Brabantia, Beatæ Anastasiæ Virginis lectissimæ, admirabilis patientiæ, & maximarum virtutum speculi & exemplaris; cujus merita & gloria, Sanctissimæ illi & charissimæ sponsæ suæ Idæ de Nivella illustri visione demonstravit. Apparuit siquidem Idæ suæ Anastasiæ post mortem admirabili gloria & splendore circumfusa, & insolenti amictu, chlamyde scilicet purpurea, mirè exul-

Purpura amictu apparet.

ta, cujus causam cum Ida rogaret: Quia, inquit, diebus multis, valido corporis languore afflicta, flagellum, quo Pater meus cælestis me castigare dignatus est patienter tuli, ut non Martyribus morerer, sed viverem, & enarrarem in me accensa.

opera Domini; idcirco noveris me cum Sanctis Martyribus, perfectam gloriam sortitam in Regno calorum. Per quatuor autem splendidissimos lapides, qui in corona, qua caput meum ornatum est, mirabiliter fulgent, principales quatuor Virtutes, prudentiam scilicet, temperantiam, fortitudinem atque justitiam, noveris figurari. Quibus dictis, comitante eam Sanctarum Virginum copiosa multitudo, ad cælestes sedes conscendit. Ex Vita B. Idæ, Joanne Gillemanno, t. 2. SS. Ordin. Menolog. Cist. &c.

Romæ, Institutio Sanctissimæ Congregationis Virginum nostrarum, Turris Speculorum. Fuit hujus primaria Institutrix, nobilissima illa & genere, & admiranda vitæ sanctitate Francisca de Pontianis, vulgo Romana appellata, quæ hac ipsa die, in pervigilio nimirum nati Servatoris nostri, cum in cubiculum suum ex more secedens, rerum Divinarum contemplationi vacaret, abstracta per extasim, destituta sensibus corporis, visa sibi à Principe Apostolorum Petro in purissimo Misericordiæ Dei fonte quodam dulciter mergi & abluï.

Institutio Congreg. Turris Spec.

Extasis S. Francisca Rom.

Cumque ipsa, factis operatus esset, sacra etiam ipsam Synaxi refecit. Interfuere actioni huic, præcipui sanctissimæ faminae Tutelares, Beatissimi, Pater noster verè Admirabilis BENEDICTUS, Paulus Apostolus, & Maria Magdalena, in quorum confesso, de Legibus, quas deinceps teneri oporteret, actum, eademque dictatæ, & Francisca à Principe Apostolorum solemni ritu consecrata, nec non Deiparenti Virgini, Admirabili Matri, cujus sub tutela impostorum esset, adducta & præsentata. Approbavit easdem verè cælestes leges, paulo post Eugenius IV. Pont. Max. & incredibili fructu sanctissima illa Congregatio nostra aucta fuit & propagata An. C. 1436. Visusque deinceps frequentè Sanctissimus Patriarcha noster eidem felicissimæ Institutrici, curam se ejus, & novi Instituti diligentissimam habere demonstravit, Franciscam suam, in gubernandis suis, amantissime instruxit, de multis edocuit, & quos maximè ac quando & quomodo defectus, corrigeret, sedulo monuit. De Francisca fusius egimus die Martij. Andrea Valladerico, Spec. Sap. Matron. Vita perpetuo in-

Res miranda

Deipara commendatur.

Congregatio Turris Spec. 1436.

S. P. N. Benedictus Ex Franciscam ejusdem fuit.

ejusdem varie excusa, &c. t. 2. SS. Ord. & Annal. nost.

B. Thunber. Episc.

In Anglia Beati Thunheri Episcopi Lichfeldensis, insigni vitæ sanctitate conspicui, qui cum cathedræ suæ magna intulisset merita, Pontificali perfectione ornamentum æternum addidit, & post multa præclare gesta mortalem cum immortali vita hilariter commutavit, cujus memoria apud fideles in benedictione perseverat. Ex diversis rer. Angl. scriptoribus.

V. Euphemia Virgo.

Insignis commemoratio illustrissimæ Heroisæ Ven. Euphemie Virginis sanctimonialis, quæ cum teneris annis vivisset castitatem, cum nobili esset orta ge-

nera, & pulchritudinis eximie, nobili cuidam Comiti, præter voluntatem à parente desponsata, Sacellum ingressa, implorata Deiparæ ope, nasum sibi & labra præcidit, ob id à patre irato rustico cuidam in servitutem tradita, magnis laboribus & plagis totum septennium varie vexata est. Tum vero nocte Dominicæ Nativitatis laudatura Dominum, stabulum, ingressa, à Deipara inter cælitum frequentiam familiariter compellata, magno prodigio nares & labra recepit. Quod ubi pater rescivit, in loco stabuli Virginum claustrum condidit, in quo Euphemia Deo serviens, brevi post ad Dominum migravit. Ex Annal. & Hist. Monast.

Deipara ipse adest.

OCTAVO CAL. IANVAR.

XXV. Decemb.

B.

S. Matthæus S. R. E. Card.

IN Monasterio Cluniacensi depositio S. Matthæi, S. R. E. Cardinalis Episcopi Albanensis, meritis gravissimis, & rara vitæ sanctitate verè eminentissimi. Matthæus in provincia Rhemeni nobili loco natus, Canonicus primum ejusdem Archiepiscopalis Ecclesie, calcatis postea sæculi illecebris Sancti Martini à Campis Monachus, edita Cluniaci votorum professione, ad suum Sancti Martini Parisios reversus est. Regulæ ad amulsum servandæ perquam studiosus, miram paulo post eo ex conatu, adeptus est vitæ perfectionem. Eidem Cænobio suo postea præesse jussus, adeo diligens pater suorum in Christo filiorum extitit, ut ab iis abesse intolerandum videretur. Potissima cura fuit ut exemplo omnibus esset, nullumq; omnino ex omni Fratrum numero negligeret. Cæterum & pius in omnes, sic durior, incorrigibilem quemdam ut corrigeret, raro severioris punitionis exemplo, subterranea parata fossa, vivum sepeliri jussit, in quo sepulchro, qui mortuus erat revixit, & sanctè deinceps vitam instituit. Cluniacum deinde à Sancto Petro, cognomento Venerabili ejus loci Abbate evocatus, & curam claustrum habere jussus, restituta, mira ejus sagacitate, disciplina, ad suum Sancti Martini regimen remissus est. Romam in causâ Cluniacensis Archisterii destinatus, ab Honorio II. Pontifice maximo ob perfectissimam vitæ sanctitatem detentus, & præcipuè dilectus, multum, sed frustra obnixus, S. R. E. Cardinalis Episcopus Albanensis creatus est. Quo in honore nihil de sancta

Ex Canonico Monach.

Præficitur Cænobio S. Martini à Campis.

Exemplum severitatis dignissima

Romam mittitur.

Cardinalis creatur.

sua & solita animi demissione, nihil de suscepto vitæ rigore remisit. Carnem jejuniis, nocturnis excubiis, & reticulato insuper nodosoq; cilicio multum excruciat, & spiritui subjecit. Divinarum rerum contemplatione nihil dulcius habuit. A templo divelli vix potuit, ut sæpius quereretur Pontifex Maximus, tardius ipsum ad Curiam occurrere. Labanti penè in gravi illo Petri Leonis schismate Sanctæ Matri Ecclesie, operam suam egregiè impendit, & æternum meruit. Nunquam in difficili illo & pleno periculorum tempore Innocentio Papæ defuit, eumque in Galliam euntem comitatus est. Gallias, Hispanias, Angliam, Germaniâ Christo opitulante mira dexteritate, immortali merito cum Sede Apostolica conjunxit, & conciliavit, diversis & tum momenti Legationibus functus, diversis Conciliis summa cum auctoritate vice Pontificis Maxim. utilissimè præfedit, & ut illuminatissimus e cælo erat, multa mala ab Orbe Christiano avertit, multa admodum salutaria induxit. Pisas cum Innocentio reversus, eum nunquam destituit, ope & concilio mirè profuit, in laboribus perpetuis bono publico defudavit, & tantis universi in negotiis, sui nunquam inemor, miraculum hominis Angeli extitit. Multos Liguriæ populos ab Ecclesia averfos revocavit. Mediolanenses similiter exertantes reduxit, deque pluri- Quos inter labores, Idibus Julij Dissenteria morbo correptus, nec minimum quidem de Ecclesie negotiis, de Divini

Rigor vitæ.

Meretur immortaliter de Ecclesia.

Legationes

Miraculum hominis

Multas provincias de-

Officii penso, deque distractione Regulæ prætermisit, donec nimietate laborum, morbique crescente malo Calendis Decembr. lecto decumbere cogeretur. Obiit autem ipsis Natalitiis Domini feriis, uti dilertè prædixerat; cum Christum Dominum, Matremque Virginem gloriosissimam, paulo ante mortem, sibi in occursum gratulabundos adventantes conspexisset, aliisque jucundissimis ejusmodi spectaculis recreatus fuisset, A. C. 1135. sepultusque est in Basilica S. Frigidiani Pisis, occurrente eò, Innocentio Papa, cum Cardinalium cœtu, & universa Vrbe Pisana, aliis manus, aliis pedes viri Sanctissimi certatim osculantibus, quem & Numen iptum singulari miraculorum gloria à morte honorabat. *Ex Petro Venerabili, Hugone Menardo, Ciaconio, Bibliotheca Cluniaci. Ioanne Bapt. Ferdomenfi, Guilielmo Tyrio, Ant. de Tepes, t. 2. SS. Ord. &c.*

In eodem Cluniacensi Archisterio, natalis Sancti Petri, Mauritii, vulgo *Venerabilis*, admirabili sanctitate in vita & post mortem celeberrimi. Petrus Illustrissimo natus genere patrem potentissimum Arvernensium Comitum, pari nobilitate matrem habuit, quorum ille, & majorum omnium gloriam admirabili vitæ sanctitate longè superavit. Monachum Cluniaci professus, in omni liberalium artium cognitione absolutissimus evasit; cujus postea Archisterii Abbas electus, tanta apud omnes sanctitatis opinione æstimatus, ut cum *Sancti* titulo, in terris etiamnum superstes, velut Magnus ille & Sanctissimus Beda noster, coli posset, pari rarissimæ notæ titulo, non aliter quam *Venerabilis*, etiam vulgo celebraretur. Fuit Petro animus maximus, & pro domo Domini inexplicabilis fervoris zelus, quo succensissimus, nullo modo timuit Infero universo se opponere, proque Ecclesia Dei murum se objicere, & insurgentes undecunque gravissimas Hæretes verbo ac scriptis debellare; si ullo alio nomine, eo longè felicissimus, meritissimus, & spectatissimus: Petrobusianorum Hæresi nequissima & perniciosissima, instar stipulæ protrita, Petri de Bruis Hæresiarchæ sceleratissimi execrandis erroribus, scitissimè explosis, & solidissimè convictis atque confutatis. Nec minore felicitate, doctissimum at perverissimum Abailardum Hæresiarcham item aggressus, rarissimo omnino in hoc hominum genere exemplo, ex ferocissimo lupo mansuetissimum Christi agniculum effe-

cit. Cum enim ille ingenii subtilissimi confusus viribus, magnum illum & mellifluum Doctorem nostrum Bernardum, in oculis universi, in Rhemenfi nimirum Concilio, ad Disputationem solemnissimam provocare non dubitasset, ex itinere Cluniacum divertentem Petrus Venerabilis prior aggressus, Divini Spiritus gratia adeo potenter evicit atque compescuit, ut non solum errores ipse suos agnosceret, abjuraret, & è suis libris abraderet, sed ex Hæresiarcha superbissimo, humilius factus Monachus, vitæ reliquum, stupentibus universis, sanctissimè sub eodem Petro, Cluniaci exigeret. Fuit ea Petri auctoritas, Monachorumque ipsius ab eruditione & vitæ singulari sanctitate apud omnes opinio, ut Cluniacum ex toto terrarum orbe, causæ definiendæ deferrentur, & optimi quique, maximi, & doctissimi, iudicio illorum stare cuperent; ut Romani Imperii, imo orbis curia & cura iisdem incumbere viderentur. Fuit & in pace concilianda, & Regnis amplissimis juvandis longè felicissimus vir Sanctus, gravissima imprimis dissensione inter Pontificem Romanum & Ludovicum Galliarum Regem sopita; sed & Rogerio Sicilia Rege inducto, ut pacem cū Conrado Cæsare componeret, & arma potius in Orientem converteret, gravissimam sane cladem, immortalis cum merito, ab amplissimis provinciis & Regnis suo interventu avertens. Fuit amica aliquandiu Petro cum Mellifluo Bernardo nostro contentio, quod novum moliri Ordinem Bernardus videretur. Purgavit se fide optima cum suis Bernardus, & exactiorem ad amussim Regulæ observantiam & Reformationem suam, quam ipsam Cluniacensium esse, sanctè affirmavit, & clarissimè ostendit; à quo, Venerabili piæ mentis adversario, tantopere satisfactum, ut longè chariorem deinceps Bernardum haberet, & sanctissimam illam, strictioremque Ordinis Reformationem, plurimum commendaret, & ex eadem plurima etiam suis persuaderet, ac Constitutionibus Cluniacensibus dexterrimè commisceret. Mortuus est vir sanctissimus, An. C. 1157. ea ipsa hora, rarissima & paucis concessa gratia, cælo natus, qua Christus in carne primum vitus terris, ex utero Virginis prædiit, tanta quidem post mortem, exanimati corpusculi dignitate & pulchritudine, ut quasi in quadam future gloriæ transformatione, splendidissimè appareret; discipulis aquam, qua lavabatur,

Abailardum Hæresiarcham mirè convertit.

Monachum facit.

Cluniaci gloria.

Pacis Conciliator.

Lis cum S. Bernardo.

Facile composita.

Obiit 1157-

Splendor ejus.

Deipara morienti occurrat.

Miracula post mortem

S. Venerabilis Petrus Clun. abb.

Illustrissimus.

Titulus longè splendidissimus.

Murus pro Domo Dei.

Hæreses obterit.

Rarum converti Hæresiarcha exemplum.

tur, inhiantissimè & religiosissime lambentibus, conditus prope altare Sanctorum Philippi & Iacobi, verè *Inviçissimè Romanæ Ecclesiæ propugnaculum, æternus Hæreticorum, Henricianorum imprimis & Petrobusianorum Triumphator; exerrantium Principum Reductor; Pacis Conciliator, &c.* appellandus; hoc alia inter ad tumulum Elogio honoratus:

Dum Petrus moritur, pius Abbas, Ius sepelitur.

Pax cadit, Ordo jacet, flere morique placet.

Ille salus patriæ, Mundi Decus, Arca Sophiæ, &c.

Ex Raduipho, Tepesto, Baronio, Biblioth. Cluniaci. Annal. nost. Bened. t. 2. Sanct. Ord. & diversissimis rer. Gall. script.

B. Fulco Episc.

In Gallia Beati Fulconis Episcopi Tolosani, maximorum meritorum viri, qui ex Abbate Grandis-silvæ, ad Pontificiam dignitatem evocatus, mirabili constantia Hæreticorum conatibus se opposuit, super cujus caput, nò semel columba splendidissima apparuit, multisque signis admirandis illustris, post exilium, variosque labores patienter pro Christo sublato, sancto fine quievit, An. Ch. 1231. De quo nos fusius alibi.

B. Adalendis Illustrissima Principis.

Marcianis transitus Beatæ Virginis, illustri Principis, filiæ Sanctæ Rictrudis Ducissæ, quæ pompis sæculi generosissimæ calcatis, magnorum Principum rejectis conjugiiis Sponso virginum juvenili ætate in cucullo se consecrans, ad æternos ejus amplexus non multo post emigravit, ante matrem defuncta, Ann. Christi 680. *Ex Vita Sanctæ Rictrudis, t. 2. SS. Ord. Ioanne Molano & plurimis rer. Belg. script. &c.*

S. Flothilda V.

In territorio Rhemenfi Beatæ Flothildæ Virginis. Hanc quanti faceret, quamque adamaret illustri visione Augustissima Cælitum Imperatrix Admirabilis Mater manifestò ostendens, cum ipsa loco quodam principi Apostolorum sacro deserviret, visa spectabili forma Deipara, à Sancto Petro contendere, ut sibi Flothildem dono daret. Dedit, & mira animi exultatione puella optima, in amantissimæ Tutelaris suæ singulare quoddam jus admittit. Fuitque similiter edocta, quod sacro velamine amicienda esset, quod ipsa non multo post in Monasterio Avennacensi impetravit, & admirabili sanctitate cucillum exornavit. Claruit Ann. Christi 940. prophetico spiritu il-

lustrissima, quo multa futura prædixit, & mira multa intueri & cognoscere meruit. *Ex append. Flodoardi, Menardo, to. 2. Sacro-Sanct. &c.*

In Belgio Beatæ Lucie Priorissæ Spi-nosi-loci; quæ velut rosa è spinis prodiit, & inter vitæ hujus calamitates, tranquilla animi pace gaudens, miraculis & virtutibus veneranda effulsit, *Nicol. de Guyse, Hist. Montis Hannon. Ioan. de Assigni, &c.*

Eodem die, insignis Commemoratio Melliflui Doctoris nostri Bernardi, cum ipsi hac nocte singulari privilegio per revelationem aliquando, Nativitatis Christi Mysterium ostensum fuit. *Apparuit ei, inquit vitæ auctor Guilielmus Abbas, velut denuò procedens sponsus è thalamo suo. Apparuit ei, quasi iterum ante oculos suos natus, ex utero Matris Virginis Verbum Infans, det. speciosus forma præ filiis hominum, & pueri sancti in se rapiens minimè jam pueriles affectus. Persuasum autem est animo ejus, & nunc usque fatetur; quod eam credat horam fuisse Dominice Nativitatis, &c.* Atque inde videtur suis, mellifluum illum stylum, quo postea Theodidacta opera scripsit & edidit, hausisse. *Ex Guilh. S. Theodor. Abbate cit. Menol. Cist. &c.*

Apud Cameram B. M. V. Commemoratio Beati Bonifacii Episcopi Laufanensis Monachi & Confessoris. Hic Cultor Beatissimæ & Admirabilis Matris planè singularis, cum Festo Sanctissimi Natalis Domini æger admodum lecto decumberet, querereturque unica Tutelari suæ, tantis solemnibus interesse non posse: Adfuit illico Consolatrix afflictorum, clarissimo clienti suo, & Iesum puerulum, patinis involutum, in ægri lectulo deposuit. Puerulus autem manum è pauculis educens, elevavit pannum de facie sua, ipse quasi ostendere satagens, dilecto Bonifacio tuo pulchritudinem suam. Tum ille: *Si nihil esset aliud in paradyso, nisi facies illa benedicta, dignum esset pati omnes tribulationes, ut possemus videre faciem tam gloriosam.* Sicque puer disparuit; neque deinceps Bonifacius ejus recordari sine lachrymis potuit. Obiit vir sanctissimus Ann. Ch. 1260. De quo uberius egimus 19. Febr.

Item Commemoratio B. Grimoldi Monachi & Custodis Canobii Elvacensis in Suevia, qui hoc ipso solemnissimo Nati Servatoris festo, dum in preces ferventissimas incumberet, Deiparam magno in splendore intueri meruit, altari insidentem, atque speciosum illum præ filiis hominum,

B. Lucia virgo.

Christum natum viscens.

Insignis inde gratia.

Commemoratio B. Bonifacii Laufanensis Episcopi.

Deipara mirus favor.

Facies putri Iesu.

minum, infantili specie in sinu felicissimo foventem, audiitque magno animi sentu canentes Angelos: *Quem vidistis pastores? &c.* quod ipse condiscens multa re-

petione canticum, eo deinceps sapius usus est. *Ex monim. Elvac. communicante Illustrissimo Principe Ioan. Iacobo, &c. & vita B. Hariolphi, &c.*

SEPTIMO CAL. IANVARII.

XXVI. Decembr.

S. Bonifacius V. PP.

Commen-
datio ejus.De Anglia
meretur.

Obiit 622.

B. Obertus
Conversus.

Roma Sancti Bonifacii eo nomine V. Pontificis Maximi sanctitate & meritis conspicui. Bonifacius V. natione Campanus, professione Monachus, patria Neapolitanus, patre Ioanne Fumino; in omni vita magnus extitit, ob magnam Virtutis opinionem, maximum in orbe honorem consequutus. De quo ita vitæ auctor: Hic Papa fuit mitissimus, singularis humanitatis & clementiæ, magna in homines benignitate & gratia utens, nulum genus officii, quod bonum pastorem deceret, prætermisit. Immunitatem Ecclesiis concessit: ita ut ad eas confugientes, viinde extrahere nequirent: utq; Presbyteris tantum & Diaconis liceret, Reliquias Martyrum, & aliorum Sanctorum contingere & contrectare. Mandavit insuper, ut quovis in loco Sacrilegi anathematizarentur, utque testamentum iussu Principis ubique valeret, &c. Meruit insigniter de recens ad fidem vocato Anglorum Regno, cuius curam præcipuam habuit, & verè Apostolico zelo plurimùm sollicitus, de afferendis Sanctæ Matri Ecclesiæ, provinciis, quæ fidem necdum susceperant, dignissimas cogitationes serio suscipiens, eo in genere plurimum laboravit, datis ad Eduinum Regem & Edilburgam Reginam litteris, eos paternè curavit, excitavit, & ut ab idolis eorumque cultu subditos sibi populos arcerent admonuit. Extant apud Bedam litteræ, quibus Magnum Gregorium nostrum initio earumdem imitatus: *Servum servorum Dei se appellat*, ea deinceps inscriptione per successores Pontifices, velut sacrosancta recepta, & ad hæc usque tempora constanter usurpata. Decessit 8. Calend. Novemb. A. Ch. 622. cuius tamen hac die ordinatio, certè festiva memoria celebratur. Sepultus est in Vaticano. *Ex div. rer. Pont. script. &c.*

In Germania, Monasterio Hemmenrodensi Beati Oberti Conversi, admirandæ Charitatis & patientiæ viri. Hic ab adolescentia jugum Domini suave in prædicto Cænobio portans, humilitatis & promptissimæ obedientiæ præcipuis Monachorum virtutibus mirificè enituit. In-

firmorum postea curam habere iussus, ita habuit, ut nemo charius quidpiam haberet, nemo diligentius quidquam exequeretur; cum in infirmis suis Christum puro mentis oculo considerans, in singulis ipsum adamans, inexplicabili desiderij fervore in omnibus ipsi obsequi, totum se tam pretioso infirmo, tam dignanter sibi credito, impendere & superimpendere gestiret & laboraret, de virtute in virtutem proficiens, admirabilis planè charitate & patientia evasit, ipsosque triginta annos longè molestissimo labore, hilaris animo perfunctus, infirmitates tam corporum quam morum patientissimè non solum toleravit, sed in injuriis etiam & querelis infirmorum insuperabili charitate perpetuo triumphans, tanto tocantorum decursu nunquam succubuit; quin magis ferventiore dilectione quotidie exardescens, studio obsequendi jugiter profecit, & memorabili spectaculo cum homines, tum Sanctos Angelos, & Deum ipsum recreavit. Trigesimo autem anno tanti laboris felicissimè expleto; amantissimi Numinis probatione gravissimo morbo tentatus, perpetuis viginti annorum doloribus excoctus, hoc etiam in genere prodigiosæ patientiæ miraculum extitit, interque tam diuturnæ flagellationis verbera, flagellantem Deum agnoscens, laudans & glorificans; promptum & hilarem etiam ad graviora se obtulit, & in jugi gratiarum actione constantissimè perseveravit. Appetente autem remunerationis hora, nocte Beati Stephani, quæ proxima est Natali Domini, cum ad extrema deveniret, raptus in extasim, Angelorum turmis interfuit, & cælestem Harmoniam audiens, de præparato tantæ patientiæ præmio longe amplissimo, & verè singulari, edoctus, ipsum ad se reversus his verbis Fratribus significavit: *Deputatus sum, inquit, Beato Proto. martyri Stephanano, gloria ipsius consors & collega futurus. Quid igitur moror? Hinc cupio statim discedere. Dixit, discessit, & placido vultu in Domino obdormiens; ad illud tantæ gloriæ participium, in omnem æternitatem longè beatissimus evolavit.* *Monim.*

Infirmarius
creatur.Admirabilis
vir.Spectaculum
calo jucundis-
simum.Alia ejus
probatio.

Extasis.

Gloria pro-
tomartyris
ei permitti-
tur.

Hem-

Hemmenrod. Gasarius Heisterbac. Ang. Manrique, t. 2. Sanctior. Ord. & Annales nost. &c.

S. Adalhard. In Monasterio Spanheimensi depositio Sancti Adalhardi Monachi, qui Regularis disciplinæ observantiam magno animo aggressus, Monachicæ perfectionis sublimitate multum profecit, & ad septuagesimum usque octavum ætatis annum, viriliter decertans, triumphato mundo, carne & diabolo, ad triumphos æternos evocatus est Ann. Ch. 924. in cuius felici transitu, illustris Angelorum Musica exaudita est à Beatæ memoriæ. *Meginfredo Mon. Chro. Spanhei. Chron. Hirsang. Ioan. Tritb. Menard. Arnold. t. 2. SS. &c.*

S. Mathild. Reg. In Monasterio Wintoniensi Sanctæ Mathildis Reginæ, miraculorum gloria illustris. Mathildis sive Mathilda Malcolmi III. Scotorum Regis filia, ab ipsa infantia sua, Deo in Wintoniensi Virginû Cænobio consecrata, à Sancta Christiana matertera sua ejus loci Abbatissa, exemplo & verbo felicissimè informata, in omni virtutum genere progressus strenuos fecit, & ab omnibus pro singulari Numinis gratia suspici meruit. Eam cum Henricus I. Angliæ Rex conjugem sibi vehementius exambiret, quod è re Regni utriusque & Scotici & Anglici connubium illud esse videretur, Cænobio præter omnem voluntatem extracta, adeo rei indignitate turbata est atque concitata, ut, postquam gravissima oratione & exprobratione in cognatos ejus rei auctores invecata esset, quod immortalis jam sponso copulatam, temerario ausu abducere, & terreno Regi conjungere non vererentur, ipsis etiam, quos editura deinceps tali commixtione esset, liberis, eam ob causam malè precaretur. Quam sanè imprecationem plurimum potuisse postea innotuit, cum altero, à morte Mathildis anno, simul semelque filii ejus omnes, deplorando in primis Regno utriusque interitu, eodem simul miserando naufragio interissent. Ceterum Mathildis ad Regnum amplissimum evecta, summo in dignitatis gradu ita se habuit, ut juratæ olim vendi rationis, nunquam oblivisceretur, omnibusque Regina dignis virtutibus excoleret. Flagravit raro præcipuæ pietatis studio, & Christi pauperes, amicos inter præcipuos numerans, eorum pedes, uti Christi Domini Magdalena, summe adamabat ac venerabatur. *Domum enim habebat, ait vitæ ejus scriptor, Londini, leprosis plenam, quorum Regina in medio stans, deposito Regali pallio, linteos, seu trisq; mani-*

Obiit 924.

S. Mathild.
Reg.

Fit Monialis

Abripitur à
Cænobio.Imprecatur
suis liberis.Vis imprec-
ationis.Leprosos cu-
ras.

*bus præcingens, aqua pelvi imposita pedes lavabat, extergebat linteis, & utriusq; manibus constrictos, devotissimè osculabatur. Cuius rei, cum aliquando à Davide fratre, Scotia Re-
ge, argueretur iram Regis minitante si tale memorabile. Respondum
quid de ipsa resciret; ipsa subridens tale fertur
intulisse responsum: Pedes Regis æterni (quos
ipsa in leprosis agnoscebat) labris Regis morituri fore præferendos. Ita vitæ scriptor.
Decessit sanctissima Regina è Regno perituro ad æternum A. C. 1118. apud West-
monasterium sepulto corpore, quod illustribus frequentibusq; miraculis DEVS
adornavit. De cuius laudibus sequens legitur Tetrastichon:*

Prospera non lætam fecere, nec aspera
tristem;
Aspera risus ei, prospera terror erant.
Non decor effecit fragilem, non sce-
pra superbam,
Sola potens humilis, sola pudica de-
cens.

*Ex Chorograph. Britann. Polyd. Virgilio,
Matthæo Paris.*

In Germania S. Thiagrini Episc. Halberstattenfis. Thiagrinus sive Nagrius, & Diegring, S. Hildegriini primi Halberstattenfis Episcopi germanus frater, Monachus & Abbas S. Viti Corbeie Saxonû, cum fratri per omnia similis pari similiter sanctitatis laude floreret, illo mortuo, secundus ejus loci Episcopus effectus, conceptæ de se expectationi non tantum satisfecit, sed & longè superavit; dignissimum sane fundamentum, cui cû fratre, tantæ basilicæ moles securissimè niteretur. Decessit A. C. 841. cum Ecclesiæ sibi creditæ annis 14. sanctissimè præfuisset. *Aquila nostr. Bened. V. Vernherus Comes Zimbr. Gaspar. Bruschius, Demochares, Annal. Germ. &c.*

In Brabantia natalis Beati Danielis Monachi Villariensis & ejusdem Cænobij Cellerarii, qui splendore generis excellens, cum ad Equestrem Torneamentorum ludum profecturus, vocationem suam agnoscens, & vocanti obtemperas, mutato proposito, Deo se militaturum spondit, & valedicens cognatis, Villarium profectus cucullum induit, mirantibus omnibus & dicentibus: *Hæc mutatio dextera excelssi.* Jeuniis, orationibus, lachrymis, laboribus, vigiliis deditissimus fuit, omniumq; virtutum genere clarus, & sanctitatis opinione celebris, ex hoc mundo discelsit. *Chron. Villar.*

In Sicilia juxta Parthenonem, Monasterium
Eccc 4 nate-

Responsum

Obiit 1118.

S. Thiagrini
Episc.

Obiit 841.

B. Daniel.

Ex equite
Monachus.

B. Stephan. Monasterio Scalæ depositio Beati Stephani Monachi & Confessoris, de quo *Octavian. Cajet. in Idea operis SS. Sicilia.*

V. Francisc. Levorotus. In Monasterio Beatissimæ & Admirabilis Matris Monterratensis, depositio Venerabilis viri P. F. Francisci Levoroti Sacerdotis Monachi, qui mirabili Numinis vocatione cælesti & prodigiola voce ad sanctum illud Hispaniæ Archisterium vocatus, Vocationi tam dignæ, dignitate vitæ mirificè respondit, & alias inter virtutes summo pœnitentiæ jugis rigore & mira compunctiōe ac lachrymarum dono excelluit. Semel solummodo in die, & ad serum quidem cibum modicum sumpsit. Cumque totum diem excipiendis peregrinantium confessionibus impendisset, media nihilominus nocte ad Nocturnas conturgens preces, iis in Choro finitis usque mane in oratione corâ Crucifixi imagine perstitit. Effulsit rarissimi

Mira vocatio Rigor vitæ.

miraculum superioris sæculi miraculum & pœnitentium asyllum plurimis in Ordine annis, & ipsa denique Nativitatis Christi nocte cælis inferri meruit, ætatis anno, circiter, octuagesimo, & ibidem hac ipsa die tumulatur. *Ant. de Iepes, Annales nost. Bened. t. 2. SS. &c.*

Eodem die natalis Sancti Argentarii Monachi & Confessoris. Argentarius, è magni Galliarum restitutoris Mauri nostri primitiis Aureliæ effulsit, & habitum, ut ait Divus Gregorius, quem prætendebat specie, moribus explevit. Eum, quantum esset, insigni prodigio Deus prodidit, quando precibus ejus exoratus, mortuum viduæ maritum, redivivum restituit; Argentario de nulla re magis laborante, quam, ut miraculum tegetetur, cumque non impetraret in fugam sese conjiciente, neque deinceps eo loci apparente. *Lib. 3. Dialog. Andreas Bamberg. t. 2. SS. Ord. &c.*

ob potentiâ, splendorem, & eximia Principum ac Romani Pontificis Privilegia, æmulatorum atque invidentium scelere Sancti Galli Cænobium frequentius appetitur; & conjurati non semel Episcoporum nonnulli, de humilianda nimia, ut aiebant, unius Abbatis auctoritate, plurimum laborarent; Visitatione, ut vocant solemniter id facile se consequuturos arbitrati, ab examinata Monachorum in Regularibus institutis observantia, in rerum etiâ temporalium deinceps administrationem inquirere, Ordinarioque jus aliquod arrogare decrevere. Convenere eam ob rem, quo felicius succederet negotium, Episcopi non pauci, tunc diffitis etiam è provinciis evocati, ut terror proin haud levis Monachos occuparet; neque restaret evadendi ab his insidiis modus, quam ut ad Deum confugerent, suamque eidem causam confidentissimè exponerent & crederent. Eos inter Geraldus noster commendato Numini negotio, cum jam senio gravis, ut meritis esset, cumque jam liberè Episcopi per sacra loca discurrent, & nulla sacri silentii lege, impunè confabulando, de instituendo examine inter se conferrent, vir sanctissimus è cellula sua egressus, loco publico, ut in oculis Episcoporum esset de industria confedit, seniline gravitate inquietem illorum notaturus, an, quod mox factum, effecturus incertum, Sanctiss. Regulæ libello in manu accepto, subtile

SEXTO CAL. DECEMB.

XXVII. Decemb.

SS. Theodorus & Theophanes. Constantinopoli, Sanctorum Confessorum Theodori & Theophanis fratrum, qui à pueritia in Monasterio S. Sabæ nutriti, cum postea pro sanctarum imaginum cultu adversus Leonem Armenum strenuè decertarent, ejus jussu verberibus affecti, exilio relegantur: sed eo mortuo, rursus Theophilo Imperatori, qui eadem impietate detinebatur, constanter resistentes, verberibus iterum cæsi in exilium pulsati sunt; ubi Theodorus in carcere expiravit: Theophanes vero, pace demum Ecclesiæ reddita, factus Nicænus Episcopus quievit in Domino. Ita hac die *Martyrol. Rom. & Benedictinum, Surius, t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Gerardus mdn. In Helvetia, Monasterio Sancti Galli, Sancti Geraldus Monachi & Confessoris. Geraldus sive Gerardus, inter splendidissima illustrissimi Cænobii sidera, eruditione & sanctitate mirè exsplenduit. Præfuit plurimis annis Scholis Sangallensibus, è quibus ingens Germaniæ universæ commodum profluxit, & maxima doctissimorum virorum multitudo prodiit, quorum plurimi postea ad summos honores expetiti, strenuam cum Imperio, tum Ecclesiæ Romanæ operam navaverunt. Accidit hac ipsa discipulorum occasione Beato Geraldo nostro res memoratu dignissima, qua grave, facili negotio, Cænobii periculum felicissimè avertit. Cum enim

Privilegia. Episcoporum molitio. Monachi ad Deum confugiant.

B. Geraldus factum scitum.

Episcopi Monachorum discipuli.

Acuatissimè perstringit Episcopos vir sanctus.

Solvitur Conversus Episcoporum

Cultor S. Ioannis Apostoli.

Mortem pradicat.

Ingens gratia.

S. Ioannes adest morienti.

subtile quid meditari videbatur, cum tandem Metensis Episcopus, ejus quondam discipulus, quamvis id maximè nolisset, indignum se ratus, si Magistrum, velut hominem ignotum, in memor beneficiorum, tam turpiter transeundo negligeret, nec pro officio saluaret, peramicè salutatum, ecquid tam excocti ingenii, & omnificius senex in librum tam sedulo incumberet, nec senio parceret, officiosè sciscitatus est. In Regulam se suam incumbere, respondit. Atqui cum memoriter, inquit Episcopus, teneas, & nullus te apex ejus fugiat, optimè Magister, quid est quod à te ipso deinceps, & libro exigas? Cum appositè Sanctus senex: Ita nimirum à supervenientibus Episcopis coactum se, ait, qui omnium Regulæ præceptorum penitus ignari, docere tamen Magistros suos venerint, idque ipsum in libello suo se indagare, siquid forte sit, quod se ac suos tanto tempore fugerit; hodie primò nova commentatione, ab Episcopis, sibi ac Fratribus suis, explicandum. Erubuit plurimum responso hoc Pontifex, & adlocios reversus totam rem prodidit, nec ferens porro confusionem suam è Cænobio quamprimum se proripuit, reliquis etiam ejus ex abitu, & Geraldus pronuntiato, consternatis, & re infecta, singulari utique boni Numinis voluntate, discedentibus. Fuit Ioannis Apostoli & Evangelistæ longè amantissimus Geraldus, cujus nimirum festa die natus, Monachus factus, presbyter ordinatus, & demique post exactum sanctissimè vitæ cursum mortuus est, cum ipsa festi ejus solemnitate (ut erat eloquentia & gratia pro concione singulari) factis solemniter, ad frequentissimum populum verbis, nullum hominis ægri signum præ se ferens, mortis suæ præcius, sub finem sermonis sui omnibus vale diceret, neque deinceps in diem usque Domini, mutuo se conspectu fruituros affirmaret. Res mira! Valentissimus ut videbatur senex domum reversus ipsa hora in Valetudinarium se contulit, & in cinere ac cilicio seipsum componens, evocari quamprimum Fratres jussit, similiter ut populo valedixit; & mox occurrentem è cælo Tutelarem suum Ioannem Deiparæ solatium concipicatus, plenus gaudii hilari vultu ac voce excipiens: *Bene veneris, bene veneris* inquit *ò Domine*, cum dicto felicem animum Tutelari adjunxit, & jucundissima morte mortuus, vitam beatissimam &

immortalem inchoavit, magno apud omnes relicto sui desiderio, cujus vita omnium exemplar esse videbatur. *Ex t. 2. Constant. nost. Ben. Monim. Sangall. to. 2. Sanct. Ord. &c.*

Legione in Hispania, depositio Sancti Aluiti Episcopi & Confessoris magnæ sanctitatis viri. Fuit hic Regalis Cænobii Sahaguntini in Hispania Monachus, ob insignia vitæ merita ejusdem postea Abbas dignissimus, Pontifex demum Legionensis Ecclesiæ consecratus, quâ longè splendidissimo sanctitatis titulo atque exemplo mirificè illustravit. Meruit autem multo nomine de urbe & provincia Legionensi, cum illam translato illuc celeberrimi illius Doctoris nostri, Sanctissimi Hispanorum Tutelaris Isidori, Hispanensium quondam Archipræsule, beavisset, & præsentissimo tanti Divi Patrocinio, supra quam explicari potest, contra omnes hostium intultus, insuperabilem effecisset. Post multa autem utiliter & gloriosè gesta, sancto demum fine quievit: sub A. C. 1063. *Ant. de Iepes, & varior. Hispan. script. Aubert. Miræus, t. 2. SS. Ord.*

In Alemannia, Monasterio Weingartensi, depositio Beati Waliehonis ejusdem loci Abbatis. Walicho sive Walchio, in Sanctissimo illo Wirttenbergiæ Archisterio, Divi Aurelii Hirsaugiensi Monachum professus, inter rarissima ejusdem decora splendidissimum ipse sydus effulsit. Magnum Wilhelmum, celebrem illum toto orbe Sanctum, absolutissimum perfectionis magistrum nactus, ita mores illi suos virtutemque probavit, ut dignissimum omnino esse censeret, quem Reformandi per Germaniam Ordinis Collegam adscisceret, & celebrata jam latè longeque ob sanctitatem Hirsaugiensium fama, exemplar quoque disciplinæ petentibus sibi Vinearum Monachis, Walichonem suum destinaret, aptissimum nimirum animis lucrandis, quique procerum inter, & Guelphonum maximè, longè potentissimorum Principum, illic agentium contubernium, & sibi ipse semper constaret, & alios retineret, virtutis denique amore omnes accenderet. Præstitit insigni cum laude ac merito, à maximis Principibus præcipuè adamatus, tantique factus, ut ejus gratiâ certatim exambirent, Guelpho imprimis, ex Atestinis posterioris familiæ primus, amplissimarum provinciarum hæres, qui Walichonem maximè subspexit, adeoque liberalem se in Cænobiū exhibuit,

S. Aluitus Episc.

Insigne meritum.

Obiit 1063.

B. V. Valicho Abb.

Discipulus S. V. Wilhelmi

Collega V. V. Wilhelmi in Reformatione Germaniæ.

Magni fiti.

hibuit, ut alter ejus post Pipinum Caroli Magni patrem Fundator habeatur. Consultuere pari benevolentia Walichoni ejusque Cænobio summi Orbis & Urbis Pontifices, inque specialem Apostolicæ Sedis protectionem accepere. Sed ante & super omnia singulari & inexplicabili Numinis gratia Walichoni concessum, ut sub ejus regimine, idem felicissimum Cænobium inæstimabili prorsus, Sacrosancti Dominici Sanguinis, thesauro bearetur, qui à Longino quondam Centurione haste cuspide, è Crucifixi Amoris Iesu pectore & corde elicitus, ab eodem milite, præstantissimo postea Martyre, religiosissime & cautissime asservatus, manu propria inscriptus, prodigiosissime proditus & inventus, Historiæ veritate, testium sanctitate, Pontificum Romanorum auctoritate, miraculorum perpetuitate, in hanc usque diem probatissimus, summa fidelium gratulatione in eodem Cænobio religiosissime asservatur. Obiit Walicho vir præstantissimus, A. C. 1106. Sepultus in sacello vetustissimo S. Leonardi Abbatis rotundo, elogio, quo vix digniore juxta & brevior possit, à Veteribus exornatus: *Magno V. Wilhelmo per omnia, vultu, gestu, vita, virtute simillimum extitisse, ut ex septem Cænobii post ætatem ipsius, incendiis, vix amplius quidpiam de ipso desiderare posse videamur, quamvis plurima desideremus, & exusta deploramus. Ex monim. VVeingart. & nostro Chronico & Annalibus ejusdem Cænobii, libro de Abbatibus, Constantia Benedict. Tritheimio, mon. Hirs.*

In Anglia Beati Godefridi Confessoris. Godefridus Cameracum patriam habuit. Litteris & pietate instructissimus in Angliam venit. Incertum ubinam Monachum professus, magnus sane eruditione & sanctitate supra multos emere visus est. Wintoniensis postea Cænobii Prior constitutus, illud præclare restituit ac reformavit. Hospitum curam pro singulari & proprio nostris Instituto, præcipuam habuit. Xenodochium quoque condidit, ad quod omnes terra ac mari undique confluerent. Divinum Officium, agresti quadam vetustate obsoletum, insigni cum industria ac venustate restituit; multa; ingenii præclarissimi tam soluta quam ligata, reliquit monumenta. Illud in homine eruditissimo ut mirum, sic præcipue observatum: humilitate & patientia absolutissimis effulisse. Excoctus sub finem multis annis morbo acuto, eo tandem absumptus, ad gaudia æterni-

tatis evolavit, tempore Guilelmi Malmesburienfis. *Ejusdem Hist. Pont. Angl. & reliquis rer. Britann. script. &c.*

In Germania, Monasterio Portæ Cæli, vulgo Tennenbach, Beati Hugonis, Deiparæ cultoris præcipui, sanctissimis moribus, & Scripturarum Divinarum scientia excultissimi. Ejus virtutes quam brevissimè his verbis Seguinus describit: Erat Orationibus assidue intentus, fide constans, spe gaudens, charitate fervens, prudens contra insidias, fortis contra molestias, temperatus contra delicias, justus contra proximorum miseras relevandas. Humilitate insignis, castitate purus, locutione verus, & devotione fervidus. Hic in omnibus Magistri nostri Divi BENEDICTI Regulam sequutus, multis & indefessis laboribus decoctus, vita beata, à Christo bonorum remuneratore magnificentissimo inmarcescibilis gloriæ corona donatur in cælis. *Ita Seguinus; Ang. Manriq. Annal. nosl. German. & Bened. Aquila, & t. 2. SS. &c.*

Dianci in India Orientali passio insignis Christi Athletæ Ioannis de Christo, & sex aliorum, qui intrepidè pro fide Christiana decertantes, dum vivificæ Crucis signum extollere, & Mahometis vexillum dejicere conantur, à Turcis barbara lævitia interempti, palmam Martyrii obtinuerunt. Quorum sacra cadavera in mare dejecta, adverso mari, reciproco licet æstu obnitente, Angelico ministerio, re-cta per medios fluctus ad arcem Christianorum adnatârunt, & magno plausu excepta sunt. *Anton. Vasconcell. Chryf. Henriq. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Belgio, in Loco S. Bernardi prope Antuerpiam obdormitio Venerabilis viri Gozuini, ejusdem loci Abbatis meritissimi, qui multas tribulationes innocenter à nocentibus passus, Abbatiali honore à se abdicato, vitæ reliquum in sancto otio exegit, & relictis magnæ patientiæ & humilitatis exemplis, A. C. 1353. in Domino requievit. *Ex Fascic. Sanct. Chryf. Henriq. &c.*

Eodem die insignis Comemoratio le-ctissimæ Christi sponsæ Beatissimæ Gertrudis Baronissæ de Hackuborn Monialis Elpedianæ, quæ à præstantissimo Tutelari suo Ioanne Evangelista, ut alias sepe familiariter visitata, sic hac celebri ejus festi- tate mirificè recreata est. Cum n. ille cælesti & splendidissimo vestitu ad eam inviseret, & amantissime colloquutus esset; *Veni, tandem inquit, mecum tu Electa Domini mei, & repauserimus simul supra dulcissimum pectus*

Inæstimabilis Monasterii Vinearum thesaurus.

Probatissimo.

S. V. Walicho obiit 1106.

Encomium sublime.

B. Godefrid. Prior.

Hospitalitas ejus.

Eruditio.

B. Hugo.

Elogium ejus

SS. 7. Mart.

V. Gozuinus Abb.

Obiit 1352.

Commemoratio S. Gertrudis.

S. Ioannes Evang. apparet.

pectus Domini, in quo latent totius beatitudinis thesauri. Stupenda res! Assumptam statim in spiritu, Servatori stitit, & recumbere ad dextram lateris iussam, ipse sinistram pectoris incubuit, ipsa vero adhibito ad gloriosum vulnus capite, ipsos etiam Divini cordis, quibus sine intermissione movebatur, pulsus audire meruit, & inexplicabilis amoris absorpta dulcedine, ebullientem inde Divini amoris impetum, mirabili modo pensavit. *Ex lib. 4. Instit. Divinæ Piet. Tomo 2. SS. Ord. &c.*

Admirabilis.

QVINTO CAL. DECEMB.

XXVIII. Decemb.

SS. Eutich. & Florentij

S. P. N. natalium solum.

Vrsus servit Florentio.

Invidia discipulorum S. Eutychii.

Serpentum copiam mire profugiat.

Comemoratio B. Alcelinæ Monialis Burlencuriensis, quæ juvenula etiamum & læcularis ab apparente S. Ioanne Evangel. Sacerdoti cuidam religiosissimo in eodem amore commendata est, quo sibi Christus in Cruce moriens Matrem commendasset. Eadem de Virginitate aliquando sollicita, ab eodem amantissimo Tutelari suo Ioanne audit: *Constans esto filia & certa: quia inter Christi Virgines, & locum habebis, & primum. De qua prolixius die 18. Maij.*

aliquas ad Deum fudit, serenissimo cæteroquin aëre tonitruum ingens inauditum est, quo serpentes illico omnes interempti sunt. Eo autem, sollicito, quomodo inde eos tolleret & locum perpurgaret, *Volucres ministræ,* primum ministra avium copia, quæ serpentes sublatis, & alio translatis locum diligentissime emundârunt. Eutychius, quamvis dum viveret nullis, à morte tamen illustribus miraculis à Deo honoratus est, è quibus rarum & perinsigne illud, quod ad Longobardorum usque tempora perduravit: cum quoties pluvia deficiente æstu nimio terra exureretur, & cives tunicam illius in sublime elatam circumferrent, imbres quamprimum cælo deducti tanti se funderent, quanti, agris & campis reparandis & impinguandis bene sufficeret. Claruerunt sub A. C. 80. circ.

In Britannia Minori, depositio Sancti Convoionis Abbatis, sanctitate & miraculorum gratia illustris. Convoion, nobili & Senatorio genere, gente Camliciana, vulgo de Combac, patrem Cononem habuit. In Vrbe Venetensi, inter Armo-ricas spectata, nobiliter educatus, mundi illecebras fugiens, adscitis undecim sociis, ad solitudinem Rothonensem confugit, ibiq; Neomenij Armo-ricæ Proregis ope, Cænobium Rhedonense construxit; quod piorum postea liberalitate auctum, splendidissimum evasit. Cum a. sine Regula ibidem viverent, Geofredus S. Mauri prope Ligerim Monachus, divinitus ad eos excurrrens, cum iisdem biennium comoratus, eos secundum S. P. N. BENEDICTI Regulam vivere docuit, & bene instructos dimittens ad suum Cænobium rediit. Cum a. sublimioris meriti Convoion appareret & mire excelleret, Abbas creatus est; suisque exemplo vitæ luci-

E.

Volucres ministræ.

Perpetuum miraculum.

S. Convoion Abbas.

Construit Cænobium Rhedonense

Fit Abbas.

Rigor vita.

lucidissimam prætulit facem, lacri inprimis rigoris exemplar omnibus factus, cū à puerili etiam ætate ejusmodi exercitio atueviffet, & jejuniis, vigiliis, orationibus perpetuo se dediffet, atq; in sublime provexiffet. Humilitati tamen præcipuè studuit; cumque miraculorum gloria celeberrimus haberetur, ea, quo magis lateret ipse, cum suis omnibus comūnia voluit, & ut honorem ac famam evitaret, quotiescunque ægri ad se confluerent, comūnem omnibus Cænobii sui Fratribus orationem indixit, plurimisque prodigiosè sanitatē restituit impetravit. Eum, ut loco illo expelleret, omnia ausus & conatus Cacodæmon, nihil effecit, multis, quos incitaverat ut damnum aliquod aut injuriam Cænobio seu viro DEI inferrent, temeritatis pœnas illico luentibus, & terribili mortis genere extinctis. Simoniacam Hæresim in Aremorica nimium invalescentem, ut opprimeret, Romam profectus, perbenignè à summo Pontifice exceptus & auditus, Neomenio Proregi, sui Cænobii Conditori corpus Sancti Marcellini dono attulit, & reversus, strenuè adversum Simonicos laborans, Apostolico zelo, verbo, exemplo & miraculis iisdem felicissimè obnixus, de Regno illo æternum meruit. Denique ætate & meritis gravis, in Monasterio Sancti Maxentii, quo, ut Nortmannorum Aremoricam vastantium furor, & pestilentis luis contagionem declinaret, concesserat, sancto fine decessit; cum mirum egregia sua sanctitate universo Regno decus conciliaffet. Claruit sub Ludovico & Carolo Calvo Imperatoribus. *Ex Vita per Hug. Menard. t. 2. SS. Ord. &c.*

Simonicos profugas.

Moritur.

B. Athela Abb.

Regis Dagoberti filia.

Clay 700.

In Germania depositio Beatæ Athelæ, Dagoberti Francorum Monarchæ, Regis potentissimi filia, primæ Abbatis Palatioli, admirabili vitæ puritate illustrissimæ, quæ tenerrimum corpusculum jugi rigore Domino maectans, humilitatis, mansuetudinis, charitatis viva imago fuit, verè autem mundo mortua, elevatione jugi mentis in Deum, extra hunc mundum vixit, & natalium splendorem oblita, solius Vocationis suæ memor, & ad ea, quæ supra se erant intentissima, ad supremum paulo post apicem perfectionis ascendit, donec pro terreno Regno æternum merita, æterni Regis consortio & amplexu frueretur. Claruit A.C. 700. *Ex variis rerum Gall. & German. script. t. 2. SS. Ord. Annal. nost. &c.*

Ierolymis depositio Beatæ Margare-

thæ Virginis. Margaretha Angla, Hulnonem patrem, Matrem Sybillā habuit, nō quidem in patria terra, sed Hierosolymis nata, cū mater eo peregrinationis ergo contendiffet, unde & Virgini deinceps Hierosolymitanæ nomen mansit. Fuit connatū, deinceps peregrinandi desiderium, accedente irremisso in Divinis fervore, & Passionis Dominicæ mira veneratio, quæ teneram Virginem impulit, ut nō semel, non bis, sed ter quaterq; in Palesthinam longo & difficili itinere profecta, veneranda loca pedes adierit, lachrymis rigaverit, & religiosis obtutibus perlustraverit. Haud dubium, quin totis præcordiis, tanquam altera Magdalena, diligeret Dominum, quæ sacratissimum ejus monumentum, humumque DEI pedibus consecratam, tanta aviditate venerabatur. Tandem a Virginitatem suam Altissimo inter Cistercienses nostras moniales devovens, sicut sanctis operibus, sic etiam evidentibus, & admittendis sanctitatis signis radiavit, & magno sui relicto desiderio, diem clausit extremū. Cujus egregias virtutes Beatus Thomas Frigidi Montis Monachus, ejusdem Virginis trater germanus, lepidè, doctè ac venustissimè carmine descripsit, teste venerandæ & nunquam satis celebrandæ memoriæ P. F. Francisco de Vivar Monacho ad Sacramcœnia, olim Nucalensi, plurimorum sanctorum Collega & institutore.

Quater Hierosolymam pergit.

Fit Monialis

Miracula.

B. Violantia.

Virtutes ejus

Mors verè beata.

Celestis Musica.

In Lusitania, Beat. Violantiæ à Cruce, regularibus disciplinis probè instituta, ab admiranda simplicitate atq; Innocentia præcipuè comendatur. Corde humilis, spiritu pauper, operibus charitatis fervida, celestium rerum contemplatione sublimis, supra comūnem Conversarum sortem, mira Numinis gratia longè provehabatur. Ad Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum raro & singulari prorsus affectu ferebatur, in cujus deniq; præsentia, felicissimo sanè mortis genere, dum orationi insisteret, & ipsum humillimè salutasset, inclinato capite emisit spiritum. Adtuere in transitu ejus glorioso, celestium spirituum amica Virgini agmina, quorum jucundissimi concentus, & diversorum Instrumentorum Musica mirabilis audita est, ut facile esset ominari, ad quantam gloriam ac felicitatem beatissima hæc Conversa deduceretur. *Bernard. de Brito, Chryf. Henr. t. 2. Sanct. Ord. &c.*

Fabriani solemnis translatio Sancti Romualdi Abbatis, sanctissimæ Camaldulensium nostrorum Observantiæ strictissimæ In-

Translatio S. Romualdi.

mae Institutoris; cujus sacrum corpus, quinto post obitum anno repertum incorruptissimum, Fabrianum translatum summo cum honore in sui Ordinis Ecclesia est conditū. *Ex monim. Camald. &c.*

V. Leo.

Casini Venerabilis viri Leonis cognomento Amalphici, ejusdem Archisterii lectissimi Monachi, qui cum post longos

in agone Monastico labores ad extrema venisset, & jam jamque moriturus siti cruciatus aquam peteret, minister autem diutius moraretur ac deinde afferret, noluit: *Nolo, inquit, hanc aquam, quia S. Odilo Abbas Cluniacensis mihi aquam attulit, cumque his dictis loqui & vivere desuit. Ex Petro Diacono.*

Ipsi S. Odilo adest.

Nec Casarē reveretur.

Legatus ad hostem Regē proficiscitur.

Rex Gallia ex hoste ipsi supplex.

Insigne exemplum.

Grande Deipara donum.

QVARTO CAL. IANVAR.

XXIX. Decemb.

F.

S. Thomas Archiep & Martyr.

Puer Deipara familia-ris.

Fit Regni Cancellarius

Fit Archiep.

Cucullum amplectitur.

Mira constantia.

Romam contendit.

Cantuariæ in Anglia natalis S. Thomæ Episcopi & Martyris, qui ob defensionem justitiæ & Ecclesiasticæ imunitatis, impiorum hominum factione, in basilica sua gladio percussus, migravit ad Christum. Thomas cognomento Bequet, Gilberto patre, matre Mathilde in primis nobilibus, sed & opibus ac pietate nemini secundis Londini natus est, qua ipsa die, ignis in domo ejus paterna succensus, memorabili valdè incendio, magnam Londini partem absumpsit. Puerulum etiam nū, sui amantissimum clientulum, summa Calitū Imperatrix Virgo Deipara, raris favoribus dignata, ad ipsum aliquando invisens, atq; antissimè colloquuta, insigni munusculo recreavit, pixide nimirum pereleganti, in qua purpurei coloris casula claudabatur; ea nempe & Sacerdotium ipsius, & illustre Martyrium præsignante. Ob raras corporis animiq; dotes à Rege Angliæ præcipuè æstimatus, principe eo in Regno post Regiū honore, Cancellarii Magni munere ornatus est. Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo mortuo sumis omnium votis successor ex ambitus, summa etiam Regis voluntate, consentire coactus est, frustra diu obnixus, inq; faciem Regis protestatus: *fore se adversarium ejus propter Ecclesiasticam libertatem.* Sed quod Antecessores omnes Monachos fuisse, & qui Cathedram occupassent nec fuissent Monachi, malè à Deo multatos legeret, & expenderet, faciendum sibi ante omnia existimavit, ne Episcopus prius quam Monachus esset, Monasticisq; institutus Regulis, & cucullum amplexus, eo armatus, prælia illico Domini & Ecclesiæ, admirabili constantia, & merito maximo, contra sui amantissimum Regem pugnare cepit. Quod vero sæcularis Principis auctoritas, dum eligeretur intercessisset, impatiens ferre, Romam quamprimum ad Alexandrum tertium Pont. Max. contendens, sponte Pontificatum in manus ejus resignavit; ab eodem autem summo cum honore exceptus, investitus, & Archi-

episcopus esse jussus, summa fidelium gratulatione in patriam reversus est. Exin, quanta magnanimitate potentissimo se Regi opposuerit, nemo unquam dignè explicaverit. In exilium actus, proscriptis etiam cognatis & fautoribus ejus universis, ut vel tuorum, si non sua, calamitatibus moveretur, nihil omnino de generosissima sua constantia remisit. Sed neq; Casarem reveritus, Legatos Angliæ Regis ad illum & Conciliabulum Herbipolense missos, cū inhærere Guidoni Schismatico Imperatoris palmati promississent, auctoritate Pontificia diris devovit; inq; ipso exilio, nullius omnino Principis gratiam exambivit, seu vultum respexit. Legatus postea, licet exul constitutus, admirando imperterriti animi exemplo, illud muneris in Angliam profectus, ipse hostem Regē exequitur, tantumq; timoris sceleratissimo Regi injicit, ut ridenda sanè impudentia Princeps, paulo ante omnem Romani Pontificis auctoritatem ridens, & majestatem proterens, jam denique, iusto Dei judicio, ipse contra Thomam ad Romanum Pontificem appellaret. Postea, cum Galliarum Rex mediatorem se, ut vocant, Thomam inter & Regem interponere laboraret, Episcopus autem nec hilum quidem de jure Dei & Ecclesiæ cessurum esse palam ediceret, adeo excaudit Gallus, ut sustentationem quamprimum exuli subtraheret, Thoma nihilominus, hujus etiam Regis iram generosissimo animo perferente; donec facti poenitens Princeps Christianissimus, tacti Pontificis magnanimitate stupefactus, cū rursus ad se evocaret, & coram omnibus ad pedes ejus cum lachrymis se projiciens, veniam ab eo, & peccati absolutionem postularet, quod consilium dedisset, ut honorem Dei ad nutum hominis posthaberet ac remitteret. Nec defuit, etiam exulanti clienti suo, afflictorum consolatrix misericordia Mater, sed dilectissimū piè solata, egregio munere honoravit, quo Regnum deinceps amplissimum perpetuo

Ffff

tuo

tuo bearet: oblatum nimirum caelesti & pretiosissimo oleo, quo veriimposterum Angliæ Reges ungerentur. Mirum & illud insolentis planè obsequii genus, quo Monachis manu opere, ipsa Cælitum Imperatrix juvare non dedignata est, cū clanculum, cilicium, quod ad nudam carnem gestabat, retarcenti adfuit, & ut comodi9 consuendo pergeret, benefica manu, illa teneret, & laborem ejus promoveret. Fuit & illud singularis amoris haud leve argumentū, quando septem ipsi9 gaudia quotidianis precibus recolentē, de aliis septē, quibus in cælo frueretur instruxit, & ut ea etiam quotidie recoleret, voluit. Revocatus deniq; Summi Pontificis opera ipsoque Rege agente ab exilio vir Sanctus, summa totius Regni gratulatione exceptus est. Qui dum boni Pastoris officium exequitur, calumniantiū scelere appetit9, offenso denuo Rege, & querente, se cum uno Sacerdote in suo Regno pacem habere non posse, non multo post, innocentiam suam indigna morte luit: Ex memorata siquidem Regis voce, satellites sperantes, gratum facturos se Regi, si Thomā è medio tollerent, clam convenientes, Cantuariam, Episcopum in templo Vespertinis Horis operam dantem, crudelissimè contrucidant; cujus sacro cerebro, respersum est totius templi pavementū. Quem postea multis illustrem miraculis, idem Alexander II. in Sanctorum numerum retulit, cui quidam Thronū in cælo Apostolorum sedibus contiguum vidit preparari. Meritus etiam post mortem Thomas, non de clientibus solum suis, sed & de ipso Rege parricida, quem ob necem sibi illatam, pessimè mulctatum à Numine, sed pœnitentem ac supplicem, adeo non respuit, ut etiam insigni ac prodigiosa viçtoria beaverit, juratissimo ipsius hoste Scotorum Rege intercepto, cisque ac transmarinis regionibus in potestatem mita felicitate redactis. Occubuit magnus revera Martyr & Pontifex, A. C. 1170. *Ex VVilhelmo Cantuar. Joanne Saresbur. Eduard. Anglo, Joanne Zozonio, Baronio, Rob. Rufca, Annal. nost. & Deipara Dilectis Bened. &c.*

In Suecia S. Vnni Archiepiscopi Bremenensis Monachi Corbeie Saxonum; Danorum, Suecorum, Normānorum, Gronlandorum, Vinlandorum, Farrę, Inlandorum, Schrevewindorum & omnium Septentrionalium populorū magni Apostoli. Ita hac die Andreas Bambergetis, qui eundē in Suecia Martyrio coronatū affirmat. Nos ex aliorū opinione 21. Oct. In pago Oximensis, S. Ebrulphi Abba-

tis & Confess. Ebrulphus nobili genere, ex urbe Bajocassina oriundus; in aula Regia primum uxorem duxit. Sed audito illo Evangelico: *qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* facultatibus in pauperes erogatis, & uxore sacro velamine Numini item consecrata, & ipse se devovens, cucullū amplexus, Oximensis postea Cænobii Abbas, & quindecim Cænobiorum Institutor esse meruit. *Fuit patientie singularis, comitatis incredibilis, creber in oratione, hilaris in exhortatione, nescius prosperitate attolli, impotens adversitate frangi.* Omnes ad se venientes, nobiles ignobiles, peregrinos & pauperes, jucundo vultu, velut S. P. N. præcipit, & cum gratiarum actione suscipit, & raro sine collato in super munusculo dimisit. Fuit erga SS. Eucharistię Mysterium devotissimus, pro Fratribus a defunctis sum opere sollicitus, pro quibus die ac nocte non cessabat Dominum deprecari. Obiit octogenarius 4. Cal. Ianuarij tempore Childeberti Regis, cū sine cibo dies septem supra quadraginta vixisset, sola refectione Corporis & Sanguinis Dominici contentus. Effulsit raro omnino, & vivus & mortuus miraculorum gratia, quib9 & ægros plurimos sanitati restituit, & mortuos vitæ reddidit. De quo nos fufius alias, die 26. mensis Julij. *Ex variis rer. Angl. script. & Annal. nost. &c.*

In Gallæcia Beati Vitalis, discipuli S. Bernardi Abbatis ejusq; puritatis & sanctitatis strenui æmulatoris, qui è Claravalle in Gallæciam missus, Meyrensē solitudinem diu incoluit, & Cænobitas, quibus ipse Abbas præfuit, sanctissimis disciplinis informavit, & tandem meritis plenus, Deo & hominibus charus, ex hac vita discessit. *Menolog. Cist. Chrysof. Henr. &c.*

Bremæ translatio S. Høgeri Episcopi & Confessoris, viri Apostolici, cujus hac die cū post annos ab obitu centum viginti facer tumulus aperiretur, & nihil omnino corporis, præter cruces pallii & cervical Archiepiscopi illic inveniretur; creditum est, pro maximis tanti Pontificis meritis, in ipso, velut magno Evangelista Joanne, resurrectionem illam carnis jam completam, corpusq; ipsius gloriosum, cū animo mirabiliter translatum, beatissimæ illius æternitatis felicitate perfrui. Contigit mirabilis hæc Crucicularum Archiepiscopaliū, & pulvinaris inventio & elevatio, A. C. 1035. *Ex Hist. Eccl. Brem. Adami Canon. Brem. & Anonymi &c.*

Toleti S. Euphemii Archiepiscopi & Confessoris. Euphemius Magni Monachorum Patriarchæ discipulus, ab ipso cum

15. Cænobia instituit.

Insignis ejus Hospitalitas.

Mortuos suscitavit.

B. Vitalis Abb.

S. Høgerus Archiep.

Stupenda res!

A. C. 1035.

S. Euphem.

cum plurimis aliis in Hispanias missus, insignem illic navavit operam tam in promovendo Monastico Ordine, quam impiis Hæresum dogmatibus eliminandis, verè *malleus* illic latissime dominantium *Arrianorum*. Fuit gratissimus Athanagildo Regi, qui in gratiam ejus celeberrimum illud Monasterium Agaliense in planitie suburbii Toletani condidit, & S. Juliani apud Arvernos passi honori sacrum voluit, primumque eidem Abbatem Sanct. Euphemium præfecit. Passus est multas omnino persecutiones à Leo-

vigildo Athanagildi filio, qui ipsum aliquandiu in exilium ejecit. Extractus Cænobio ad eminentissimam Toletanam Cathedram, Sanct. Exuperium Sancti Patris similiter discipulum in Abbatia successorem meruit, qui & mortuo, in Archiepiscopatu successit. Promovit immortaliter merito plurimum in Hispaniis fidem Catholicam, & Ingundem Sigeberti Regis ex Brunichilde filiam, S. Hermenegildo nupturam, è Galliis adduxit, quod tanti referre sciret, ne Hæresi infecta tanto Principi jungeretur.

TERTIO CAL. IANVAR.

XXX. Decemb.

S. Anastasius Episc. IN Vngaria S. Anastasij Episc. Colecens. & Confess. Anastasij, Astriç9 antea vocatus, natione Italus, ex Monach9 & Abbate S. Alexii Romę, Vngarorū Apostol9, cū aliquot locis Monachis, propagandæ fidei zelo inductus, ad Sanctū Stephanum Vngarorum Regem profectus est. Exceptus ab amantissimo Monachorum Rege sumo cum honore, & amicè habitus, strenuam eidem in conversione Regni operam navavit, plurimosque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio adjunxit. Abbas primum in Monasterio Sancti BENEDICTI, ad radicem montis Ferrei per eundem Regem condito creatus, non multo post ob insignem vitæ sanctitatem & doctrinæ præstantiam inde extractus, primus Colecensium Archiepiscopus renunciatus, honorem amplissimum exemplo sanctissimo, laboribus & sudoribus assiduis, & meritis gravissimis consecravit; talis omnino pastor, qui nihil honoris seu utilitatis sibi quærens seu arrogans, omnem felicitatem suam, sola Dei gloria, & proximorum bono metiebatur; splendorem omnem fugiebat, pauperum se patrem, orphanorum nutritorem, mœrentium solatium, datum in salutem gentium, diligenter secum reputabat, & revera munera hæc Pontificis, absolutissimè à se exigebat atque explebat. Romam denique ad sumum Pontificem in Regni Vngarici negotiis gravissimis legat9, eam provinciam, pro maximo suo in Vngaros amore, libenter suscepit, & strenuè gessit, omnibusque ritè peractis, coronam auream Poloniæ cæteroquin Duci jam destinatam, cum cruce, Regi Stephano, nomine Numinis ipsius monitu ac jussu, impetrans ac deferens, Regnum universum, antea Ducis solum titulo administratum, felicissimo nuncio, ac dono, beavit, & ut

Crucē deinceps pro insigni in scuto circumferrent effecit, quam in hodiernam usq; diem præferre intuemur. Beato Sebastiano postea nostro Strigonienfium Archiepiscopo, ad majus patientiæ exercitiū, permittente Numine, morbi violentia oculorum usu destituito, succedere in labores coactus Anastasius, utrumque Archiepiscopatum mirabili sollicitudine aliquandiu sanctissimè administrans, curato demum Sebastiano ad sedem suam reversus est, nec multo post, miraculorū gloria illustris, in Domino requievit. Clauit sub A. C. 1001. *Ex diversis rerum Vngaricarum script. Annal. nost. t. 2. SS. Ord. &c.*

Bononiæ in Gallia, depositio Beati Petri primi Abbatis Monasterii Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Cantuariæ, à S. Augustino nostro Anglorum Apostolo constructi. Is quantæ fuerit sanctitatis, vel ex eo satis liquet, quod à magnis illis Apostolis nostris magni factus, dignissimus habitus sit, qui celebri illi Cænobio, fundamenti, atq; angularis quasi lapidis loco, poneretur. Idem Legatus postea cū in Gallias navigaret, singulari Numinis permissione, suborta in mari tempestate merfus est, ejectusque in littus à marinis fluctibus, cum, ut incognitus, humili loco ab accolis sepeliretur, mira caelestis luminis claritate, locum sepulchri singulis noctibus illustrante proditus, insigni fidelium gratulatione, Bononiam magno cum honore translatus, ibidem est conditus. *Venerab. Beda, & reliqui rer. Britan. scriptores, Hugo Menard. t. 2. SS. Ord.*

In Insula Croylandiæ, Cænobio Divi Guthlaci, Sanctæ Alfredæ Reginæ sanctimonialis. Alfreda Offæ Merciorum potentissimi Regis, Regū plurimorū, Cantia, Vifi-Saxonum, Northumbriæ & Australium Saxonum domitoris filia, Ethel-

G.

Labores ejus.

Clar. 1001.

S. Petr. Abb.

Naufragio perit.

Celestis splendor.

S. Alfredæ Regina.

Fit monialis berto Orientalium Anglorum Regi desponsata, cum eundem a parentibus nefarie interceptum & Regno atque vita spoliatum intellexisset, summo opere eorum perfidiam execrata, meliori se statim & immortalis Sponso Christo, quem nemo auferre illi poterat religioso voto dedicavit, & in Cœnobio Divi Guthlaci cucullum induta, Divino spiritu, matri suæ, tam indignæ cædis præcipue auctori, tristitia & dira (quorum fidem rei exitus confirmavit) prænuñciavit. Siquidem Egfredus Offæ filius, Alfredæ frater, optimus cæteroquin Rex, cujus tamen Regno stabiliendo cædes illa patrata est, minimè triennium, mater autem nec tribus quidem mensibus post tantum scelus superstes fuit, tantis ante mortem doloribus excruciat, ut propriam sibi linguam qua nefas suaserat dentibus præscinderet. Alfreda autem viduitatem suam in Cœnobio solata, imo speciosum illum formæ præ filiis hominum, sponsum sortita, servitute Christi, quam Regno splendidior, post multa sanctitatis opera, ad Regnum sine fine mansurum ab Angelis deduci meruit. Claruit A. C. 793. *Steph. Lufign. Polyd. Virg. Nicolaus Harpsfeld. Annales nostræ, &c.*

B. Radulphus Abbas. Eodem die natalis Sancti Radulphi primi Abbatis Vallcellensis. Radulphus de Merstona in Anglia natus, honestos & divites parentes habuit. In Apuliam aliquando profectus, ex itinere Claram-vallem divertit; mira loci sanctitate captus, & repente mutatus, cucullum exambit, meruit, tantisque profectibus quamprimum enituit, ut tertio post professionem mense, raro sanè exemplo dignissimus à Mellifluo Doctore nostro sit habitus, qui recens condito, Vallcellensi Cœnobio Abbas præficeretur. *Fuit sanè, inquit veteres MSS. ejusdem loci, vir per omnia laudabilis, & talis, qualem Legifer Sanctus Benedictus Nursita requirit esse Abbatē, &c.* Cæterum, ut in omnes hospites & pauperes inprimis liberalis, sic in negando ea, quæ contra Ecclesiasticam libertatem & immunitatem vel levissimè quidem pugnare videbantur, resolutus admodum, & piè tenax, adeo ut Simoni Castellano Cameracensi cum Imperatore Conrado aliisque Principibus, cruce signato, symbolas roganti & à diversis Ecclesiis ad alendas copias impetranti, tres solummodo panes pro benedictione conferret, imo & Hugoni prædicti Simonis Cœnobii Vallcellensis Fundatori, bellum contra Cameracenses gerenti, nihil nisi

Abolutus Abbas.

Valde resolutus.

Militibus parvus.

stramen ad pastum equorū roganti, simpliciter denegaret, cum diceret: *Timeo ne peccati ejus particeps efficiar.* Alter sui sæculi Ioseph, aliquot annis ante sterilitatē terræ prævidens, suis & pauperum usibus plurimum frumenti, mirantibus plurimis, cautè comparavit, & condidit, appetente a fame ingenti pauperum & hospitem ad se concursu facto, *subditis victum & vestitū sufficienter præbens, hospitibus humanitatem, pauperibus panem cum pulmento, pregnantibus & nutrientibus omnia ad cibum & potum necessaria affectuosissimè erogavit.* Evenit tunc stupenda admodum res: cū nimirum vir sanctus ex horreo penè vacuo, supra quinque hominum millia quotidie aleret, & in ipsius liberalitate comprobanda, antiquū illud suum in Evangelio commendatum miraculum, renovaret. Laboravit plurimū, ut ipsum à sancta illa prodigalitate deterreret, ipse Cœnobii optimus Fundator, de Monachis sollicitus, ne & ipse alimonia sua fraudarentur, rogans ut partem saltem dimitteret pauperum, ne suos exspoliaret; nec aliud responsi retulit à sancto Abbate: *Abstine, inquit hilari vultu, ut hoc faciamus. sed quamdiū frumentum adfuerit, dabimus cunctis advenientibus; deficienti vero tritico, oves & boves, ceteraque animalia mactabimus, & in commune vescemur.* Quæ sanè, inquit vitæ scriptor, nō protulit, quasi volens dare Fratribus carnes ad vescendam, sed piè & cautè occultans admirandam in Deum confidentiā, sciens Deum non derelinquere sperantes in se, atque de eodem frumento omnes, tam Monachos quam pauperes fore sustentandos. Nam Deo largiente, & illo suis precibus id obtinente, Monachi omnes, hospites & pauperes, intactis animalibus, necessaria habuerunt, quousque novæ fruges supervenerent. Ita prædictus Auctor, qui confirmando miraculo addit: omnem tunc temporis possessionē Cœnobii vix ad decem carucas terræ (tantum videtur quantum carruca vehitur) ascendisse, cū præter quinque millia pauperū quotidianorum, centum & septem Monachos, Conversos a. centum triginta suo in Cœnobio numeraret. Excelluit & mira apud omnes auctoritate, ita ut mira perciti reverentia ipsum venerarentur, quos inter Nicolaus Cameracensiu Archiepiscopus, comotū aliquando eum advertens, tanquam Angeli è cælo missi atque in se comoti vultum suscipiens & expavescens, in hæc illico erumpens exclamaret: *Misericordiam, misericordiam, plus enim Vos timeo, quam DOMINUM Imperatorem.* Claruit

Alter sui sæculi Ioseph.

Ingens miraculum.

Dignum tanto Abbate responsum.

Numerus Monachorū

vir

Clar. 1167. vir verè magnus An. Ch. 1167. *Chronicon Vallcellense, Henric. Arnold. de Raiffe, t. 2. SS. Ord. &c.*

S. Marnoch. In Hibernia depositio Sancti Marnochi Monachi, admirandæ sanctitatis viri, miraculorum gloria longè illustrissimi, cujus celeberrima ante tempora Henrici VIII. Regis Apostatæ tempora extitit, sacrum autem corpus abominationi illi desolationis providentia optimi Numinis subtractum, in Cœnobio Sancti. MARIE Dublinensi asservatur, cujus mirabilem, ut ajunt, vitam, necdum comparare potuimus. *Chrysof. Henric. &c.*

Ven. Baldewinus. In Anglia Venerabilis Baldewini Abbatis Monasterii S. Eadmundi, natione Galli, eximia Religionis viri, qui An. Ch. 1097. insigni nominis fama claruit. *Rogerius de Horveden. Menard. &c.*

B. Richard. In Frisia Beati Richardi Monachi miraculorum magnitudine & rara vitæ sanctitate spectatissimi. Richardus, cognomento Sacrista, (quod id muneris diu exercuisset in Monasterio de Aldvert prope Gruningam in Frisia) ex Anglia, unde oriundus fuit, in illud delatus Cœnobiu, dulci obedientiæ jugo collum submisit, & mirè profecit. Inter orandum varia cælestium Mysteriorum arcana penetravit, mirabiles vidit visiones, & frequenter spi-

Raptus ejus.

Impeditur à proposito Religionis.

Laudatur à Sancto Eulogio.

ritu raptus, omni sensuum corporis usu destitutus jacebat. SS. Regulæ observantissimus fuit, adeo quidem, ut minima ejus præcepta, summo cum rigore ad amissim observaret. Diris flagellis, jejuniis assiduis aliisque voluntarii supplicii modis in se crudelior, cæterum aliis facilis; vir verè Apostolicus, signis & prodigiis, cælesti plenus spiritu, prophetiæ dono illustris, miraculum suæ ætatis habebatur. Qui tandem cursu hujus vitæ laudabiliter completo, de periculoso hoc exilio ad cælestem domum Patris æterni conigravit. *Ioann. Molan. Bernard. de Brito, Manriq. Henric. Phan. revivisc. &c.*

In Germania Beati Patris Alberti, primi Abbatis Monasterii Portensis, viri Monasticarum traditionum observationum observatoris acerrimi, & gregis sibi commissi vigilantissimi custodis, qui nec laboribus nec difficultatibus fractus, non solum verbo & exemplo sanctam illam Congregationem promovit, sed & Pontificia auctoritate comuniri curavit, cum quindecies omnino Romam usque in Cœnobii sui causa excurreret, & nihil non promovendi comodi comunis causa faciendum sibi existimaret & susciperet. *Clar. A. G. Claruit A. C. 1140. Chron. Cicizense Pauli Langii, Menolog. Henric. t. 2. SS. Ord. &c.*

Vir verè Apostolicus.

B. Albertus Abb.

Clar. A. G.

1140.

PRIDIE CAL. IANVARII.

XXXI. Decembr.

S. Columba V. & Mart. Cordubæ S. Columbæ Virg. & Mart. Columba nobili apud Cordubens. loco nata, nobilitatis decus supremū Christi servitium reputavit. Habuit, ut carne, sic animo & proposito germanos, S. Martinū Tabanensem Abbatē, & Elisabethā ejusdem Cœnobii, separato tamen, more veterū, claustris, lectissimū Virginū collegii Abbatisfam, quibus, cum relictis mundi illecebris jungi expeteret, à nobilissimis proccis expetita, & amplissima promissorum mole exambita, à matre inprimis impedita, ea paulo post mortua, velut soluta carcere, quamprimum ad Cœnobium convolvavit, sacrumque Ordinem nostrum professa; *in conversatione laudabilis, inquit Sanctus Eulogius noster, in humilitate sublimis, in castitate perfecta, in charitate firma, in exorando attentā, ad obediendum aptā, ad miserandum clemens, ad indulgendum facilis, ad prædicandum diserta, ad instruendum prompta, cunctorum in se provocans affectū, omnibus norma speculumque sanctitatis, sub fratris & sororis regimine effulsit.* Eam inferus

invisam exosamque habuit, & cū Virgine pugnare aggressus, turpissimè semper ab eadem victus & elusus est. Fuit insigni in morbis & calamitatibus patientia prædita, à vaniloquio alienissima, deditissima compunctioni & fletibus, à simplicitate maximè quasi infantili commendata, ita ut neminè unquam judicasse, nedum offendisse videretur. Cæterum, adeo cunctis reverenda enituit, ut solo intuitu oculorū, omnes fororum negligentias corrigeret, & summo ad bona incitamento esset. Impetrata licentia sese colligendi, separatæ aliquamdiu cellæ inclusa, Contemplationis studio totam se dedit, & jugibus ac penè inmensis fletibus defluxit. Ad sorores a. post ejusmodi Collectioris animi solitaria exercitia, regredi iussa, comunia Congregationi universæ studia in potissimis habuit, & dexterrime omnibus singulisque se conformavit, cumque aliquandiu exemplo suo universis præluxisset, clam referatis Cœnobii repagulis, divinis ad id audendum concitata revelationibus, in-

Innocentia mira.

Exercitia ut vocamus sacra.

Revelationes

Mira constantia. certa viarum per Urbis plateas aberrans, Iudicis palatium imperterrita adiit, Christumque suum liberrimè confessa, fraudesque impii Mahometis detestata, nullis blanditiis seu minis seduci potuit, capitique damnata, hilaris ac gratulabunda sententiam excepit, & Virgineum colulum securi subiecit. Cum sacrum corpus in flumen projectum, sexto post Martyrium die illasum integrumque, Divinitus, à Monachis est repertum, & in Sanctæ Eulaliæ Basilica digno cum honore reconditum. Passa est Ann. Ch. 853, die 17. Septembris; sed quod acta ejus aliquamdiu intercidissent, evenit, ut Decembris die ultima, qua & Sanctæ Columbæ Senonensis Martyrium recolitur, hujus quoque festivitas solemniter celebraretur. *S. Eulog. Memor. Sanct. Ambros. Morales, div. rer. Hisp. script. t. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

S. Leopardus In Germania depositio Sancti Leopardi Sanctissimi Patris nostri BENEDICTI discipuli, qui recepta jam passim per Occidentem Orientemque ejusdem celeberrimi Legislatoris nostri, sacra Lege, primus eandem in Germaniam intulit, & egregia vitæ sanctitate Alfatia illuxit; conditoque Cænobio atque oratorio, quod exin à successore Mauro, Maurimonsasterium (vulgo Maursmünster) appellatum est, vitæ merito & exemplo, æternum sibi Germanias obligans, ibidem sancto fine decessit, sub Ann. Christi 580. *Ex Annal. nost. German. & Bened. Chron. Alfat. Miræo, VVione, Coccio, tomo 2. Sanct. Ord. & divers. MSS. &c.*

S. Petrus Abb. Apud Sublacum, castro Monticello, passio Beati Petri Abbatis Sublacensis & Martyris. Hic utilis admodum Domus Dei Antistes, cum rem domesticam, multa cum pietate ac felicitate diu administrasset, à Monticelli Dynastis, Monachorum fortunæ invidentibus variè vexatus, multisque injuriis appetitus, tandem, cū Castrum quoddam Cænobii iisdem oportunum, tradere nollet, per summum nefas interceptus, & in vincula ac carceres inōcens conjectus est. Coluit insigni reverentia ac devotione vir sanctus, magnum illum Myræ in Lycia Pontificem Nicolaum, cujus anniversaria Natalis memoria, ab eodem conspicua forma apparente, visitari meruit, ruptisque prodigiosè vinculis liberatus est. Verum ab impiis denuo comprehensus, & duplicato vinculorum nexu ac ponderè ligatus, panem

arctum tribulationis & aquam angustiarum comedens atque bibens, cum de jure Ecclesiæ suæ nec hilum remitteret, tandem crudeli tyrannorum illorum imperio, excæcatus, nec multo post in carcere mortuus, ad gloriosos Martyrum triumphos, ex hac lachrymarum valle & abyſso emerſit, cujus merita admirandis postea prodigiis Numen comprobavit. *Cæsar. Baron. Monim. Sublac. tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

Ratisponæ in Bavaria, venerabilis Guntheri Episcopi & Confessoris, magnæ simplicitatis & inōcentiæ viri. De Gunthero sive Gunthario breviter ita Diethmarus scriptor: Ottho Imperator, audita Ratisponensis Præfulis morte, eò perrexit; & ut Episcopatum non alii daret, nisi ei, qui primus sibi occurreret, in somnis admonitus est. Crastina autem die primitus illucescente, Cæsar ad Monasterium Christi Martyris Emmeramni, Monachis hoc nescientibus cum paucis venit, & paulatim ostium pulsans à quodam Gunthero Ecclesiæ pervigili Custode, & per omnia Venerabili Patre, intromissus est. Quem intuens ad adorandum primo supplex processit; denique talibus verbis aggreditur: Quid mihi Frater, pro adipiscendo Episcopatus honore dares? Senior adhæc subridens; *calceos, inquit, meos.* Hunc autem cum ceteris confratribus ad electionem Antistitis ad Sanctum Petrum venientem, Cæsar, explicato cunctis somnio, cæteroque rei eventu, cum consilio Cleri totiusque populi Sacerdotem constituit. Is vero accepta benedictione se debet tantum sex menses, ægritudineque compressus valida, ad modicum convalescit, sumptoque in manus cinere, locum quo de sæculo migrare voluit signo sanctæ Crucis ipse consurgendo signavit; solotenusque positus illud Beati Job carmen, beatus & ipse cecinit: *Auditu auris audivi te Domine, nunc autem oculus meus videt te: idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.* Et continuo, confessione cum lachrymis peracta, emisit spiritum, A. C. 938. Ita Diethmarus. Et nos in Aquila nost. Annal. Germ. & Germania Christiana, ubi exemplo Claudii Roberti, ut ille Galliarum, sic nos Germaniæ Episcoporum syllabos recensemus. *Rader. Hundius, Canisius, tom. 2. Sacro-Sanct. Ord. &c.*

In Gallia Beati Thomæ Monachi Montis-Frigidi. Hic, Anglus natione, à juvenilibus annis, Thomæ Cantuariensis postea Episcopo & Martyri, indissolubili charitatis vinculo, jugiter adhæsit; adeo, ut eum postea tantis tribulationum procellis jactatum nunquam dederet, & in exilium usque prolequeretur. *Vir fuit, in litteris humanioribus non leviter doctus, Divinarum rerum meditationi addictus, verbis circumspectus, moribus timoratus.* Sororem habuit Beatam Margaretham, vulgo Hierosolymitanā, de qua hoc ipso mense paulo superius egimus, cujus ipse vitam accuratè descripsit. Fertur autem, variis claruisse miraculis, & ad tantam perfectionem pervenisse, ut cælestium arcanorum particeps efficeretur. *Ex Phœnice revivisc. Chrysoft. Henric. t. 2. SS. Ord. Menolog. Cist. &c.*

In Germania Beati Remigii Conversi Heimenrodensis. Is cæcus quidem corpore, sed cælesti lumine interius divinitus illustratus fuit: dedit enim ei Dominus cælestes visiones videre, cum Sanctorum aliquando gloriam, frequenter pœnas malorum, assidue autem ipsum dæmonem flammivomos ignium globos eructantem conspiceret. Cujus puritati invidentes mali genij, sæpe ipsum spectabili forma, varias induti larvas, velut Magnum Antonium multis modis vexabant, & sensibilibiter ac graviter affligebant, de quibus tamen ille, admirabili constantia, mirè

semper triumphans, adeo omnem illorum furorē & vim illatam, contemnebat, ut solo vel pugno, vel baculo eos in turpem fugam ageret & felicissimè profigaret. Choros Angelorum, suavissimè plallentium frequenter audiit, multisque gratiis supernaturalibus mirabiliter claruit. Qui tamen magnitudine cælestium revelationum aliquando supra se elatus, iisque castigante ipsum Numine aliquamdiu sua culpa defraudatus, tandem iterum humiliatus & pœnitens, gratias denuo, quas amiserat, experiri promeruit, & post præsentis vitæ exilium, & tenebras diuturnas, ad cælestem patriam evocatus, in veri luminis æternitatem, æternum deinceps intueri promeruit. *Cæsarius Heisterbac. Philipp. Seguin. t. 2. SS. Ord. &c.*

In Monasterio Cortenbergensi prope Bruxellam Beatæ Columbæ inclusæ, ejusdem Cænobii Fundatricis, quæ assidue jejuniis vigiliisque carnem Domino mactans, perpetuis deinceps à morte miraculis à Numine illustrata est. Cujus sacrum corpus post sumum altare ejusdem sui Cænobii conditum, & magno in honore habitum, furor Sathanicus Calvinistarum superioris sæculi anno 1572. multo cum fidelium mœrore, sustulit. *Arnold. de Raiffe, Gazæus, t. 2. SS. &c.*


In Bavaria depositio Beati Alberti Monachi Altahensis.

Encomium ejus. à juvenilibus annis, Thomæ Cantuariensis postea Episcopo & Martyri, indissolubili charitatis vinculo, jugiter adhæsit; adeo, ut eum postea tantis tribulationum procellis jactatum nunquam dederet, & in exilium usque prolequeretur. *Vir fuit, in litteris humanioribus non leviter doctus, Divinarum rerum meditationi addictus, verbis circumspectus, moribus timoratus.* Sororem habuit Beatam Margaretham, vulgo Hierosolymitanā, de qua hoc ipso mense paulo superius egimus, cujus ipse vitam accuratè descripsit. Fertur autem, variis claruisse miraculis, & ad tantam perfectionem pervenisse, ut cælestium arcanorum particeps efficeretur. *Ex Phœnice revivisc. Chrysoft. Henric. t. 2. SS. Ord. Menolog. Cist. &c.*

B Remigius Conversus cæcus. In Germania Beati Remigii Conversi Heimenrodensis. Is cæcus quidem corpore, sed cælesti lumine interius divinitus illustratus fuit: dedit enim ei Dominus cælestes visiones videre, cum Sanctorum aliquando gloriam, frequenter pœnas malorum, assidue autem ipsum dæmonem flammivomos ignium globos eructantem conspiceret. Cujus puritati invidentes mali genij, sæpe ipsum spectabili forma, varias induti larvas, velut Magnum Antonium multis modis vexabant, & sensibilibiter ac graviter affligebant, de quibus tamen ille, admirabili constantia, mirè

Damones eum ut vexant.

FINIS Menologii Benedictini.



Ffff 4

INDEX



INDEX MENO- LOGII,

ALPHABETICVS.

| | | | |
|---|---------------|--------------------------------|----------------------|
| A bel Archiepiscopus, Abbo Abbas Floriac. | 5. Aug. | Adjutus Abb. Carnut. | 27. Ian. |
| Abraham Abb. Pragensis. | 13. Novemb. | Adjutus abb. Aurelian. | 19. Decemb. |
| Abundus Mon. Villar. | 15. Iunii | Ado Mon. Luxov. | 15. Dec. |
| Acca Episcop. Domnoc. | 19. Martii | Adraldus abb. Brema. | 23. Sept. |
| Achardus Mon. Cl. vall. | 28. Apr. | Adolphus Episc. Osnaburg. | 11. Feb. |
| Acharius Episc. Catalaun. | 15. Sept. | Adulphus Archiep. Cantuar. | 6. Maij |
| Aetius Episc. Pistoriensis. | 27. Novemb. | Adulphus Episc. Traiect. | 17. Iunii |
| Adalbero Episc. Augustanus. | 22. Maij | Adunativa Vidua Mon. | 25. Ianuar. |
| Adalbert. Mon. Bretenaugie. | 12. Iunii | AEduis Episcopus. | 28. Febr. |
| Adalbertus Archiep. Pragensis. | 6. Ian. | AEgelnothus Archiep. Cant. | 30. Oct. |
| Adalbertus Abb. Ratispon. | 23. Apr. | AEgidius Mon. de Rodelo. | 30. Ian. |
| Adalbertus Archiep. Rugorum. | 23. Iunii | AEgidius abb. Mont. Regal. | 24. Mart. |
| Adalbert. Mon. Altaich. | 2. Aug. | AEgidius abb. Narbon. | 1. Sept. |
| Adalagus Episc. Brem. | 26. Nov. | AEgidius abb. de Castanedo. | 1. Sept. |
| Adalricus Mon. Besuensis. | | AEgidius Conuersus Villar. | 28. Iul. |
| Adalricus mon. | 10. Ian. | AEgil abb. Fuldensis. | 28. Nov. |
| Adalsendis Monialis Marcian. | 29. Sept. | AElredus abb. Rievall. | 12. Ian. |
| Adalwinus Abb. Blandin. | 25. Dec. | AElsteda Mon. Glaston. | 11. Nov. |
| Adam Eborac. Abb. | 15. Iunii | AEmiliana V. Mon. Rom. | 5. Ian. |
| Adam Abbas de Trappa. | 25. Feb. | AEmilianus abb. Latiniaci. | 11. Ian. |
| Adamus Abb. in Piceno. | 17. Maij | AEmilianus abb. Cogalliensis. | 12. Nov. |
| Adam Abb. Lanckheim. | 16. Maij | AEtherius Episc. Oximensis. | 27. Oct. |
| Adam Morinorum Episc. | 31. Iunii | Agatha Mon. Vvinbrunn. | 12. Dec. |
| Adam Episc. Catanesiens. | 18. Aug. | Agatho Pont. Max. | 10. Ian. & 21. Febr. |
| Adam Episc. Silvanect. | 22. Iunii | Agericus abb. S. Martini. | 11. Apr. |
| Adam mon. in Luka. | 16. Dec. | Agibodus Mon. Bobiens. | 18. Aug. |
| Adam mon. Casin. | 22. Dec. | Agilbodus Mon. ibidem. | 28. Oct. |
| Adamannus Abb. Britannus. | 14. Dec. | Agilolphus Archiep. Colon. | 9. Iulij |
| Adamannus Mon. Coludensis. | 8. Apr. | Agiltrannus Mon. Gorzien. | 8. Sept. |
| Adegrinus Mon. Cluniac. | 2. Dec. | Agidus abb. Resbac. | 23. Ian. & 30. Aug. |
| Adelheidis Abb. Villecc. | 7. Dec. | Agiltrudis Mon. Gandav. | 27. Iunii |
| Adelheidis Imp. Mon. | 5. Febr. | Agnellus abb. Neapol. | 14. Dec. |
| Adelhardus Abb. Corbeie. | 16. Dec. | Agnes Mon. Salsin. | 21. Ian. |
| Adelbertus Mon. Spanheim. | 2. Ianuar. | Agnes abb. Itala. | 19. Febr. |
| Adelindis Abb. Buchov. | 26. Dec. | Agnes mon. Soror S. Hildegund. | 21. Febr. |
| Adelarius Episc. Erford. | 25. Iunii | Agnes Mon. Belloprat. | 28. Mart. |
| Adelinus Mon. Crispin. | 28. Aug. | Agnes Mon. in Rameya. | 15. Iunii |
| Adelinus Episc. Sagiensis. | 20. Apr. | Agnes Imperatrix mon. | 14. Dec. |
| Adelgarius Archiep. Brem. | 27. Iunii | Agofridus Mon. Madriac. | 21. Iun. |
| Adelelmus Abb. Burgis. | 21. Aug. | Agricolus Episc. Arvenion. | 21. Iun. |
| Adelelmus Episc. Schireburn. | 9. & 15. Maij | Aichardus Gemmet. | 15. Sept. |
| Adelmus Mon. Anglus. | 30. Ian. | Aibertus mon. Crispin. | 2. Maij. 7. Apr. |
| Adelmus Abb. Aquiscincti. | 25. Maij | Aidanus Episcop. Lindisfarn. | 31. Aug. |
| Adelmarius Mon. Casin. | 14. Iunii | Aidus Rex monachus. | 4. Ian. |
| Adeodatus Episc. Niuernensis. | 5. Sept. | Ailricus Mon. Anglus. | 4. Nov. |
| Adilhelmus Abb. Engelberg. | 24. Mart. | Aimo mon. Savigniac. | 30. Apr. |
| Adolphus Abb. Habensis. | 19. Iunii | Alachrinus Episc. | 5. Ian. |
| Adolphus Abb. Montis Romar. | 25. Febr. | Alanus Conuersus Cist. | 30. Ian. |
| Adilia Abb. Montis S. Martini. | 29. Aug. | Alanus mon. de Arouca. | 21. Oct. |
| Adrianus elect. Archiep. Cantuar. | 11. Sept. | Albanus Roë Mart. | 31. Ian. |
| | 30. Iunii | Albericus abb. Cist. | 26. Ian. |
| | 9. Ian. | Albericus Episc. Traiect. | 21. Aug. |
| | | | Albericus |

INDEX.

| | | | |
|----------------------------------|--------------------|--|-----------|
| Albericus Mon. Casin. | 17. Oct. | Algisus mon. | 2. Iunii |
| Alanus Episc. Altsiodor. | 14. Oct. | Algotus Episc. Curiensis. | 17. Ian. |
| Albericus mon. Gladbac. | 23. Dec. | Alinardus Archiep. Lugdun. | 29. Iul. |
| Albericus Abb. Savigniac. | 11. Iulij | Alfricus Episc. Hildesheim. | 29. Iun. |
| Albericus Paduanus. | 2. Aug. | Almirus Monachus. | 11. Sept. |
| Albero Abb. Dunensis. | 9. Nov. | Altmannus Episc. Patav. | 8. Aug. |
| Alardus mon. in Luka. | 2. Ian. | Almaricus Episc. Silvanect. | 1. Mart. |
| Albertinus mon. Camald. | 31. Aug. | Almocus mon. Socius S. Maini. | 24. Maij |
| Albertus mon. montis Alceti. | 7. Ian. | Alro Scotia Reg. fil. Abb. I. VVeingart. | 9. Feb. |
| Albertus abb. Eborac. | 27. Mart. | Alphanus Episc. Salern. | 5. Maij |
| Albertus mon. Vallumbr. | 26. Maij | Alpais monialis. | 17. Sept. |
| Albertus Episc. Rigenfis. | 1. Iun. | Alpertus Abb. Dertthon. | 4. Sept. |
| Albertus abb. in Tegernsee. | 23. Iun. | Alphonsus Conuersus de Oya. | 8. Sept. |
| Albertus mon. Medelocensis. | 25. Iunii | Alphonsus I. Rex Lusit. | 22. Nov. |
| Albertus abb. Ripensis. 2. | 2. Sept. | Alquirinus mon. Cl. vall. | 10. Nov. |
| Albertus abb. Bergomensis. | 5. Sept. | Alvitus Episc. Legionensis. | 27. Dec. |
| Albertus abb. B. M. V. de Oliva. | 30. Nov. | Alsvoldus Episc. Schireburn. | 25. Mart. |
| Albertus mon. Casin. | 3. Dec. | Altheus Episc. | 23. Sep. |
| Albertus abb. Portensis. | 26. Dec. | Amadeus Episc. Lausan. | 7. Ian. |
| Albertus mon. Altabenf. | 30. Dec. | Amadeus mon. Bonavallis. | 7. Oct. |
| Albinus Episc. Andegarv. | 31. Dec. | Amabilis Abb. Arvern. | 19. Oct. |
| Albwinus Episc. Frislar. | 1. Mart. | Amandus Episc. Argent. & c. | 6. Febr. |
| Alcmundus Episc. Hagulstad. | 26. Oct. | Amandus Abb. Elnov. | 6. Maij |
| Alcunus Magnus abb. Ferrar. | 7. Sept. | Amandus Abb. Lirin. | 18. Oct. |
| Aldebertus abb. de Tarouca. | 19. Maij | Amasvindus Abb. de Malega. | 22. Dec. |
| Aldetrudis mon. Malbod. | 15. Mart. | Amatus Abb. Habensis. | 13. Maij |
| Aldegundis Mon. Malbodii. | 25. Febr. | Amatus Episc. Nusci. | 31. Aug. |
| Aldus mon. | 30. Ian. | Amatus Archiep. Senon. | 13. Sept. |
| Alexander filius Reg. mon. | 10. Ian. | Amatus abb. Mont. Romarici. | 13. Sept. |
| Aldegundis mon. Truncinii. | 15. Ian. | Amarinus sive Marinus abb. | 25. Ian. |
| Aldobrandesca Mon. Humiliata. | 20. Iun. | Ambrosius abb. Agaun. | 2. Nov. |
| Aldradus abb. Norvalicia. | 26. Apr. | Amelberga mon. Malbod. | 10. Iulij |
| Aldricus Archiep. Senon. | 13. Mart. | Amicus mon. Casin. | 2. Nov. |
| Alefridus Episc. Hildesheim. | 6. Iun. & 10. Oct. | Amnichadus mon. Fuld. | 30. Ian. |
| Alelmus abb. Aquiscincti. | 9. Dec. | Amolvinnus Abb. Laub. | 7. Febr. |
| Alemannus mon. Casin. | 9. Oct. | Amor Abb. Amerbacensis. | 17. Aug. |
| Alexander abb. Marismortui. | 5. Febr. | Amelberga mon. Belisij. | 10. Iulij |
| Alexander abb. de Scalis. | 5. Febr. | Anastasia abb. Horrei. | 9. Sept. |
| Alexander Conuersus Fufniaci. | 16. Febr. | Anastasia mon. Rameya. | 24. Dec. |
| Alexander abb. Cist. | 4. Maij | Anastasius abb. | 5. Ian. |
| Alexander III. Pont. Max. | 29. Iunii | Anastasius & socii in Soracte. | 11. Ian. |
| Alexander IV. Pont. Max. | 27. Aug. | Anastasius S. Solutoris mon. | 20. Ian. |
| Alexius mon. Anthemiensis. | 21. Dec. | Anastasius & socii Mart. Cordub. | 14. Iunii |
| Aldulphus Archiep. Eborac. | 22. Maij | Anastasius Archiep. Strigon. | 12. Nov. |
| Alferius Abb. Cavensis. | 6. Maij | Anastasius Archiep. Colecensis. | 30. Dec. |
| Alfreda Mon. S. Guthlaci. | 12. Apr. | Anastasius Mon. Perfa Mart. | 22. Ian. |
| Alfridus Episc. Hildesheim. | 30. Dec. | Andalgisilus Mon. Theoleg. | 25. Sept. |
| Alsvoldus Episc. Schireburn. | 15. Maij | Andragisina Mon. Bellovac. | 27. Mart. |
| Aleydis abb. VVestphal. | 29. Iunii | Andreas abb. Casalis S. Benedicti. | 5. Ian. |
| Aleydis Paenitens mon. | 15. Mart. | Andreas Abb. Elnon. | 5. Febr. |
| Aleydis mon. noster S. Bern. | 5. Febr. | Andreas mon. Rivisicci. | 2. Mart. |
| Aleydis abb. Vallis Ducis. | 13. Febr. | Andreas Mon. Vallumbr. | 10. Mart. |
| Aleydis mon. Camer. & B. M. V. | 4. Apr. | Andreas mon. Cl. vall. | 5. Apr. |
| Algerus mon. Cluniac. | 5. Maij | Andreas Mon. Bonavall. | 20. Iulij |
| Algina abb. Schaffesbur. | 11. Iunii | Andreas Cretens. Mon. Mart. | 17. Oct. |
| | 20. Maij | Andreas Abb. Carolilocensis. | 10. Nov. |
| | 1. Ian. | Andreas mon. Bone-vallis. | 16. Nov. |
| | | | And- |

I N D E X.

Andovera Mon. Cenoman.
 Angadrisma Abbatissa.
 Angelus Mon. Vallumbr.
 Angelus Casinensis mon.
 Angelus abb. Panhormitan.
 Angelus Mon. Hemmenrod.
 Angilberga abb.
 Angilbertus abb. Cenul.
 Anguilberta abb. Iotrens.
 Anianus Conversus Eberbac.
 Anonymus Mon. Ambertinus.
 Anonymus abb. Saul. Mart.
 Anna abb. in Paindt.
 Anna abb. Agriclavium.
 Anna Mon. Abulens.
 Anna Michaëlia mon. S. Adriani
 Anno Archiep. Colen.
 Anno Episc. VVormat.
 Ansbaldus abb. Prumiens.
 Ansbertus Archiep. Rotomag.
 Ansbertus Mon. Vticensis.
 Ansharius Archiep. I. Bremenfis.
 Anselmus Dux, abb. Nonantul.
 Anselmus Episc. Lucensis.
 Anselmus Archiep. Cantuar.
 Anselmus abb. Lirin.
 Anselmus Mon. Hemmenrod.
 Ansuinus Mon. Besvens. Mart.
 Anselphus mon. Cl. vall.
 Ansverus abb. & soc. Mart.
 Antonia mon. S. P. N. à Castris.
 Antonius abb. Casin.
 Antonius Conversus.
 Antonius Mervulus & Ioann. Mon.
 Antonius Mon. Cryptarum.
 Arbogastus Episc. Argentorat.
 Archandus abb. S. Ferreoli.
 Archibaldus Abb. Anglus.
 Ardo monach. Aniane.
 Aredius abb. Lemovic.
 Argentarius Monachus.
 Argimirus Mon. Mart.
 Ariolphus I. Abb. Elvvang.
 Arnaldus abb. S. Iustina.
 Arnaldus Archiep. Narbon.
 Arnaldus abb. Cist.
 Arnaldus Conversus Stromberg.
 Arnoldus abb. Bonevall.
 Arnoldus Conv. Villar.
 Arnoldus Mon. Villar.
 Arnoldus Conv. Cl. vall.
 Arnoldus mon. Hemmenrod.
 Arnoldus mon. Hemmenrod.
 Arnulphus abb. Villar.
 Arnulphus abb. Novalic.
 Arnulphus Mon. Villar.
 Arnulphus Episc. Metensis.
 Arnulphus Episc. Suesion.

17. Aug. Arnulphus abb. S. Nicasij.
 14. Oct. Arnulphus Episc. Vapincens.
 23. Maij Arnulphus disc. S. Chilian.
 9. Julij Asaphus Episc. Hibern.
 27. Nov. Asclina Mon. Burlencuria.
 22. Dec. Asclina Virgo mon.
 12. Ian. Asser mon. Bertin.
 18. Feb. Asverus abb. & soc. Mart.
 12. Aug. Attala abb. Luxovii.
 18. Nov. Attala abb. Tauromenii.
 29. Ian. Attelbertus Abbas.
 10. Mart. Atea Monialis.
 6. Mart. Athanasia Vid. Abb.
 8. Apr. Athela Mon. Regie.
 26. Sept. Attilanus Episc. Zamorensis.
 21. Nov. Attrabentanus & soc. Mart.
 4. Dec. Apollinaris abb. Casin.
 24. Dec. Apollinarius Mon. Cist.
 12. Julij Andoënus Archiep. Rotomag.
 9. Febr. Audomarus Episc. Tarvan.
 15. Febr. Aufridus Episc. Vltraject.
 3. Febr. Augustinus Archiep. Cantuar.
 3. Mart. Aurea Mon. Cutceclgrensis.
 18. Mart. Aurea abb. Parisiensis.
 21. Apr. Aurelia mon. Ratispon.
 18. Nov. Aurelian. Archiep. Lugdun.
 2. Dec. Auremundus abb. Mariaci.
 21. Maij Ausonius Mon. Camald.
 7. Aug. Austreberta abb.
 15. Aug. Austregisilus Archiep. Bitur.
 24. Nov. Austrudes abb. Laudun.
 14. Ian. Autbertus Episc. Camerac. & Atreb.
 7. Martii Ava abb. Donon.
 17. Ian. Avia Regina Monialis.
 17. Ian. Aya vid. mon. Castriloc.
 21. Julij Aygulphus abb. Lirin. & soc. Mart.
 24. Oct. Aymardus abb. Cluniacensis.
 27. Mart. Ayrmannus mon. & Mart. Besvens.
 7. Mart. Aymo Mon. Savigniac.
 25. & 26. Aug. Azo Decanus Casinensis.
 26. Dec. Azo alius mon. Casinensis.

Nomina Venerabilium.

13. Aug. Acharius Episc. Catalaun.
 10. Febr. Adalbero Episc. VVormatia.
 30. Julij Adalbertus Archiep. Rugorum.
 24. Sept. Agnes reclusa ad S. Galli.
 26. Febr. Aligernus abb. Casin.
 6. Febr. Alphanus Episc. Salernit.
 9. Apr. Alvisus abb. Aquiscincti.
 22. Jun. Ambrosius Mon. Ferrariens.
 16. Jul. Andreas abb. Casal. S. P. N.
 17. Julij Anna Bosman. Conversa.
 25. Aug. Anna Ducissa Veneta.
 2. Aprill. Angelus Mon. Ferrar.
 29. Jun. & 21. Sept. Angilberga abb. Brixienf.
 30. Jun. Anonymus abb. in Bavar.
 18. Julij Ansegisus Archiep. Senonensis.
 15. Aug. Antonia

31. Aug.
 19. Sept.
 8. Oct.
 1. Maij
 18. Maij
 23. Aug.
 29. Oct.
 15. Julij
 10. Mart.
 3. Apr.
 17. Mart.
 23. Maij
 14. Aug.
 21. Jul.
 5. Oct.
 27. Ian.
 27. Nov.
 31. Oct.
 24. Aug.
 9. Sept.
 3. Maij
 26. Maij
 19. Julij
 4. Oct.
 15. Oct.
 16. Jun.
 27. Sept.
 1. Febr.
 10. Febr.
 20. Maij
 17. Oct.
 13. Dec.
 29. Apr.
 9. Ian.
 18. Apr.
 3. Sept.
 29. Ian.
 30. Apr.
 9. Apr.
 30. Oct.
 27. Maij
 6. Aug.
 2. Aug.
 6. Febr.
 1. Dec.
 31. Jul.
 6. Sept.
 30. April.
 5. Ian.
 26. Julij
 21. Nov.
 11. April.
 12. Ian.
 11. Oct.
 21. Nov.
 Antonia

I N D E X.

Antonia Princ. de Orleans.
 Arduinus Italia Rex.
 Arnoldus Abb. VVeingart.
 Athanasius Mon. Nucal.
 Aureus Dux Venetorum mon.
 B.
 Babolenus abb. Malmundar.
 Babolenus Abb.
 Badaucharius mon. Bobij.
 Badilo abb. Luthose.
 Badulphus Mon. Bob.
 Bainus Episc. Morin.
 Balda abb. Iotrens.
 Baldegundis Mon.
 Baldevinus abb. S. Eadmundi.
 Baldricus abb. in Falcone.
 Balduinus mon. Blandin.
 Balduinus abb. Reat.
 Balduinus mon. Dunensis.
 Balduinus mon. Gandav.
 Balduinus S. E. E. Card.
 Balduinus Archiep. Cantuar.
 Balduinus de Bocla.
 Balsamus mon.
 Balsamus abb. Cava.
 Balsenius mon. Lemovic.
 Baltharius abb.
 Baltharius mon. Eremita.
 Baltho abb. VVessenbrunn.
 Bamba Rex Monach.
 Bardo Archiep. Mogunt.
 Barontius & Desiderius mm.
 Bartholomæus abb. Turon.
 Bartholomæus abb. Populeti.
 Bartholomæus Conv. Vallumb.
 Bartholomæus mon. Dunelmens.
 Bartholomæus Episc. Lauduni.
 Bartholomæus mon. Cist.
 Bartholomæus abb. Crypta F.
 Bartholomæus frater S. Bern.
 Barsanorius abb. Ebroic.
 Barunthius mon. Font-avellan.
 Basilissa abb. Horrei.
 Basinus Archiep. Trever.
 Basolus abb. Virizian.
 Bathild. Regina mon. Cala.
 Barvo Inclusus Gandav.
 Beatrix Vid. Mon.
 Beatrix Mon. Spinosi-loci.
 Beatrix mon. in Nazareth.
 Beatrix March. abb. Gemmula.
 Beatrix Regina mon. Gemmula.
 Beatrix Mon. in Brabant.
 Beatrix mon. de Oliva.
 Beatrix mon. Toletan. Inst. Ord. Cœcept.
 Beatrix Priorissa in Nazareth.

22. Aug. Beatus mon. de Valcanada.
 2. Mart. Beda Mon. Genua.
 18. Oct. Beda Venerab. Doct. Eccl.
 16. Aug. Bega mon. Cumberlandia.
 20. Dec. Begga Vid. mon. Andania.
 Benedictus II. Papa.
 Benedictus I. Papa.
 Benedictus Mon. Plocens.
 Benedictus Biscopius abb. Angl.
 Benedictus Mon. Vallumbr.
 Benedictus Mon. Cluniaci.
 Benedictus abb. Aniane.
 Benedictus Episc. Sardinia.
 Benedictus S. P. N.
 Benedictus Mon. Alvastr.
 Benedictus mon. Campan.
 Benedictus Mon. in Camp.
 Benedictus XII. Papa.
 Benedictus Mon. Rotomag.
 Benedictus mon. Piclav.
 Benedict. Breunoviensis & soc. Mart.
 Benedictus & Ioannes mon.
 Benedicta mon. ad S. Petri Romæ.
 Benedicta mon. Glascon.
 Benedicta monialis.
 Benedicta abb. S. VVestrensis.
 Benedicta Conversa.
 Beniamin & soc. Mart.
 Benicafa abb. Cavenfis.
 Benedictus mon. Morerola.
 Benigna mon. Vratislav. Mart.
 Benignus abb. Vallumb.
 Benno Episc. Misnensis.
 Berectus abb.
 Benno mon. Hamburg.
 Beunous Monachus Anglus.
 Beraldus m. Besvens. Mart.
 Bercharius abb. Altovillar.
 Berardus Episc. Aprutinus.
 Berchtoldus abb. Garstensis.
 Berectus mon.
 Beresifus abb. Andain.
 Berengaria mon. Holgens.
 Berengarius mon. Septiman.
 Beretbus abb. Beverlaci.
 Berlendis mon.
 Berlerius & soc. mm.
 Bernarda abb. de Olmedo.
 Bernardus abb. Cist.
 Bernardus mon. Cist.
 Bernardus Confessarius Salsin.
 Bernardus Lebalensis Episc.
 Bernardus de Escovar abb.
 Bernardus Episc. Nannet.
 Bernardus I. Archiep. Toletanus.
 Bernardus abb. Tyron.
 Bernardus mon. Villar.
 Bernardus Penitens mon. Bertin.
 Bernardus

I N D E X.

| | | | |
|--|-----------|---|----------------------|
| <i>Bernardus abb. de Tarouca</i> | 28. Apr. | <i>Bonifacius Prior Villar.</i> | 5. Jan. |
| <i>Bernardus S.R.E. Card.</i> | 1. Maij | <i>Bonifacius Archiep. Rusie.</i> | 29. Iunii |
| <i>Bernardus mon. Eremita.</i> | 16. Maij | <i>Bonifacius Papa IV.</i> | 18. Sept. |
| <i>Bernardus abb. Messane.</i> | 15. Iunii | <i>Bonifacius mon. Cist.</i> | 21. Sept. |
| <i>Bernardus mon. Cl.vall.</i> | 13. Aug. | <i>Bonitus Episc. Arvern.</i> | 15. Jan. |
| <i>Bernardus Doctor Mellifluis.</i> | 20. Aug. | <i>Bonizo Episc. Mart.</i> | 3. Iunii |
| <i>Bernardus mon. Vallis Ecclef.</i> | 20. Aug. | <i>Bononius abb. Locedens.</i> | 30. Aug. |
| <i>Bernardus Maria & Gratia Mart.</i> | 21. Aug. | <i>Bonus abb. Casa Dei.</i> | 3. Mart. |
| <i>Bernardus Tolomens Instit. Olivet.</i> | 22. Aug. | <i>Bofo mon. Cl.vall.</i> | 28. Jan. |
| <i>Bernardus mon.</i> | 14. Oct. | <i>Bofo Episc. Eboracens.</i> | 10. Mart. |
| <i>Bernardus Episc. Viquensis.</i> | 16. Oct. | <i>Borvinus abb. Eborac.</i> | 3. Jan. |
| <i>Bernardus Episcop. Mauriac.</i> | 26. Oct. | <i>Botulphus abbas.</i> | 17. Iunii |
| <i>Bernardus mon. Cluniac.</i> | 2. Nov. | <i>Birinus Episc. Dorcest.</i> | 3. Dec. |
| <i>Bernardus mon. Cl.vall.</i> | 30. Nov. | <i>Biristanus Episc. VVint.</i> | 24. Febr. |
| <i>Bernardus de Vbertis S.R.E. Card.</i> | 4. Dec. | <i>Boisilus mon. Mailrosens.</i> | 9. Sept. |
| <i>Bernarius mon. Lirin.</i> | 2. Jan. | <i>Brandanus abbas.</i> | 16. Maij |
| <i>Berno I. Abb. Cluniac.</i> | 13. Jan. | <i>Brequinus Archiep. Cantuar.</i> | 26. Aug. |
| <i>Bernwardus Episc. Hildesheim.</i> | 20. Nov. | <i>Brigida m.</i> | 1. Feb. |
| <i>Bertha abb. Caurigl.</i> | 24. Mart. | <i>Britwaldus Episc. VVilton.</i> | 17. Jan. |
| <i>Bertha abb. Blanciac.</i> | 4. Iulij | <i>Briolaya mon. Eborac.</i> | 28. Oct. |
| <i>Bertha I. Abb. Marchet.</i> | 18. Iulij | <i>Bruno Mon. S. Ant. a Campis.</i> | 27. Jan. |
| <i>Bertharius abb. Casin. & soc. Mart.</i> | 22. Oct. | <i>Bruno abb. Hirsaug.</i> | 23. Mart. |
| <i>Bertilia mon. Mareolensis.</i> | 3. Jan. | <i>Bruno Monachus.</i> | 30. Mart. |
| <i>Bertilla I. Abb. Calenf.</i> | 27. Iun. | <i>Bruno Archiep. Colon.</i> | 24. Apr. |
| <i>Bertholdus Episc. & Mart.</i> | 21. Oct. | <i>Bruno abb. Schyrensis.</i> | 16. Sept. |
| <i>Bertholdus abb. Garst.</i> | 27. Iulij | <i>Bruno Episc. Signiensis.</i> | 18. Iulij |
| <i>Bertholdus Convers. Parm.</i> | 21. Oct. | <i>Bruno Episc. Rurhen. Apostolus.</i> | 15. Oct. |
| <i>Bertholdus abb. Engelberg.</i> | 3. Nov. | <i>Bundolinus Episc. Alexand.</i> | 10. Oct. |
| <i>Bertrada reclusa.</i> | 11. Febr. | <i>Burcardus I. Episc. Herbip.</i> | 25. Febr. & 14. Oct. |
| <i>Berthwaldus Archiep. Cantuar.</i> | 9. Jan. | <i>Burcardus II. Abb. S. Galli.</i> | 4. Mart. |
| <i>Berthuinus Episc. Malonie.</i> | 11. Nov. | <i>Burcardus abb. de Balerna.</i> | 19. Apr. |
| <i>Bertellinus mon. Stadford.</i> | 9. Sept. | <i>Burcardus VVormat. Episc.</i> | 21. Aug. |
| <i>Bertilla abb. Cal.</i> | 4. Nov. | <i>Burcardus Archiep. Bituric.</i> | 3. Sept. |
| <i>Bertinus abb. Sithiv.</i> | 5. Sept. | <i>Burgundofora Abbat.</i> | 3. Apr. |
| <i>Bertinus Iunior mon. ib.</i> | 2. Maij | <i>Bucillus primus Patriarcha America.</i> | |
| <i>Bertramus mon. de Carixto.</i> | 4. Iulij | | |
| <i>Bertrandus abb. Firmit.</i> | 10. Apr. | Nomina Venerabilium. | |
| <i>Bertrandus abb. Grandissil.</i> | 20. Nov. | <i>Balduinus Rex Ierosolym.</i> | 21. Aug. |
| <i>Bertulphus abb. Bland.</i> | 5. Febr. | <i>Baruntius mon. de Arwellana.</i> | 30. Jan. |
| <i>Bertulphus abb. Bobii.</i> | 19. Aug. | <i>Bernard de Montgaillard.</i> | 4. Iunii |
| <i>Bettellinus mon. Croyland.</i> | 24. Jan. | <i>Bernard. S.R.E. Cardin.</i> | 20. Iulij |
| <i>Bilhildis abb. Mogunt.</i> | 27. Nov. | <i>Bernard. Abb. Bonavall.</i> | 12. Oct. |
| <i>Birstanus Episc. VVinton.</i> | 24. Febr. | <i>Bernard. Catalan.</i> | 2. Nov. |
| <i>Blanca abb. Argensol.</i> | 14. Jan. | <i>Bernardus Abb. Aureavallis.</i> | 8. Dec. |
| <i>Blaitmaicus abb. & socii Mart.</i> | 19. Jan. | <i>Bernardus Mon. de Samaria.</i> | 12. Dec. |
| <i>Blandanus Abbas.</i> | 11. Jan. | <i>Bertholdus abb. VVeingartensis.</i> | 18. Sept. |
| <i>Blasius abb. Hortensis.</i> | 25. Mart. | <i>Berthareclusa.</i> | 28. Iulij |
| <i>Blithmundus abb. VVimacens.</i> | 3. Jan. | <i>Bertrada reclusa.</i> | 11. Febr. |
| <i>Bobolenus abb. Foffat.</i> | 21. Jan. | <i>Bruno senior Com. & mon. Quersurd.</i> | 19. Oct. |
| <i>Bodinus Episc. Trecent.</i> | 21. Apr. | <i>Burcardus Abb. VVeingart.</i> | 4. Febr. |
| <i>Bodo Episc. Tull.</i> | 11. Sept. | <i>Burcardus I. Abb. S. Galli.</i> | 14. Oct. |
| <i>Boemundus abb. de Tarouca.</i> | 11. Sept. | | |
| <i>Bona & Doda mon. Rhem.</i> | 24. Apr. | C. | |
| <i>Bonaventura Episc. Lucens.</i> | 15. Dec. | <i>CAEclia Abb. Suvestrensis.</i> | 16. Nov. |
| <i>Bonifacius Convers. Cl.vall.</i> | 2. Febr. | <i>Casarius Prior Villar.</i> | 23. Febr. |
| <i>Bonifacius Episc. Lausan.</i> | 19. Febr. | <i>Casarius Prior Heisterb.</i> | 25. Sept. |
| <i>Bonifacius IV. Papa.</i> | 25. Maij | <i>Cadeoldus Episc. Viennensis.</i> | 14. Jan. |
| <i>Bonifacius Apostolus Germ.</i> | 5. Iunii | | Chagno- |

I N D E X.

| | | | |
|--|---------------------|--|-----------|
| <i>Chagnoaldus Episc. Lauduni.</i> | 23. Aug. | <i>Chroniacus mon. Scotus.</i> | 2. Sept. |
| <i>Caidocus mon. Centul.</i> | 7. Dec. | <i>Chunegundus Imp. mon. Confug.</i> | 3. Mart. |
| <i>Caducanus Episc. Bengoriensis.</i> | 18. Iunii | <i>Chunildis abb. Thuring.</i> | 8. Dec. |
| <i>Callistus Papa II.</i> | 1. Febr. & 19. Dec. | <i>Chunialdus mon.</i> | 24. Sept. |
| <i>Calupanus Mon. Meietensis.</i> | 3. Martij | <i>Chilianus Episc. Herbip. & soc. Mart.</i> | 8. Iulij |
| <i>Campagnus Mon. de Porclia.</i> | 8. Oct. | <i>Childechindis mon. Cenoman.</i> | 30. Mart. |
| <i>Cellacus Abb.</i> | 14. Febr. | <i>Cilthacus Abbas.</i> | 23. Iun. |
| <i>Candidus Mon. Hybern.</i> | 28. Oct. | <i>Casinandus mon. Lusit.</i> | 4. Jan. |
| <i>Candidus mon. Fontanell.</i> | 20. Nov. | <i>Cissa mon.</i> | 31. Oct. |
| <i>Canicus abb. Scot.</i> | 11. Oct. | <i>Cincuinus mon. Lindisfarn.</i> | 18. Iun. |
| <i>Canocus abb. Hybernus.</i> | 24. Jan. | <i>Clara Cæcilia abb. Remirmont.</i> | 28. Jan. |
| <i>Bernardi Doct. Moll.</i> | 17. Jan. | <i>Clara abb. Belloprat.</i> | 14. Oct. |
| <i>Vdalrici Episc. August.</i> | 31. Jan. | <i>Clarus abb. Vienn.</i> | 1. Jan. |
| <i>Francisca Romana.</i> | 29. Maij | <i>Clarus abb. Selgenstad.</i> | 1. Jan. |
| <i>Bennonus Episc. Mifnens.</i> | 31. Maij | <i>Clarus mon. Nortmann.</i> | 18. Iul. |
| <i>Procopii abb. Boem.</i> | 2. Iunii | <i>Claudius Archiep. Bisunt.</i> | 6. Iun. |
| <i>Abbatum & Mon. S. Iustina.</i> | 2. Aug. | <i>Clemens abb. Syracus.</i> | 5. Mart. |
| <i>Silvani Mon. Cl.vall.</i> | 9. Sept. | <i>Clemens mon. Cl.vall.</i> | 22. Apr. |
| <i>Rodofindi Episcopi Compostell.</i> | 9. Oct. | <i>Clementia mon. Spanheim.</i> | 21. Mart. |
| <i>Petri Caestini Papæ.</i> | 4. Maij | <i>Clodoaldus mon. Novigent.</i> | 7. Sept. |
| <i>Petri Episc. Anagnini.</i> | 4. Iunii | <i>Clodovicus abb. Paris.</i> | 10. Mart. |
| <i>Gilberti Gilbertinorum Instit.</i> | 13. Oct. | <i>Clodulphus Episc. Metens.</i> | 8. Iun. |
| <i>Caradocus Mon. Isamens.</i> | 31. Jan. | <i>Clodesvida abb. Metens.</i> | 20. Iul. |
| <i>Carilephus abbas.</i> | 1. Iulij | <i>Clotfendis abb.</i> | 30. Iun. |
| <i>Carolomannus Rex mon. Casin.</i> | 17. Aug. | <i>Cænredus Rex Mon.</i> | 3. Jan. |
| <i>Carolus abb. Villar.</i> | 30. Jan. | <i>Colga abb.</i> | 20. Febr. |
| <i>Catharina mon. German.</i> | 25. Jan. | <i>Colomannus mon. Mart.</i> | 13. Oct. |
| <i>Catharina mon. in monte Reg.</i> | 20. Febr. | <i>Colmannus Episcopus.</i> | 22. Jan. |
| <i>Catharina abb. de Olmedo.</i> | 18. Mart. | <i>Colmannus abb.</i> | 3. Febr. |
| <i>Catharina mon. Parci Dominarum.</i> | 4. Maij | <i>Colomannus & soc. Mart.</i> | 17. Mart. |
| <i>Catharina mon. Castrens.</i> | 15. Nov. | <i>Columba V. & Mart.</i> | 17. Sept. |
| <i>Casimirus abb. Oliv. & Soc. Mart.</i> | 17. Sept. | <i>Columba Mon. Taban.</i> | 31. Dec. |
| <i>Casimirus Rex Polon. mon. Clun.</i> | 28. Nov. | <i>Columba inclusa Cortenberg.</i> | 31. Dec. |
| <i>Ceadda Episc. Lindisfarn.</i> | 2. Mart. | <i>Columba abbas Hybern.</i> | 9. Iunii |
| <i>Ceddi Episc. Londin.</i> | 2. Jan. | <i>Columbanus inclusus.</i> | 1. Febr. |
| <i>Cedmonus Mon. Streneshalc.</i> | 10. Febr. | <i>Columbanus abb. Magnus.</i> | 21. Nov. |
| <i>Ceolfriidus abb. Angl.</i> | 25. Sept. | <i>Columbanus Iunior.</i> | 22. Nov. |
| <i>Ceolulphus Rex Monach.</i> | 15. Jan. | <i>Columbinus disc. S. Deicola.</i> | 13. Sept. |
| <i>Ceolulphus Rex Northumb.</i> | 11. Dec. & 10. Aug. | <i>Columbinus abbas.</i> | 13. Sept. |
| <i>Chagnoaldus Episc. Laudun.</i> | 6. Sept. & 23. Aug. | <i>Columbinus mon. Sublac.</i> | 6. Nov. |
| <i>Chelidonia abb. Sublac.</i> | 13. Dec. | <i>Columbus abb.</i> | 9. Iun. |
| <i>Ceremicus abb. Sarlensis.</i> | 7. Maij | <i>Columbus mon. Lirin.</i> | 13. Aug. |
| <i>Chillenus Episc. Atrebat.</i> | 13. Nov. | <i>Mauronti abb.</i> | 6. Jan. |
| <i>Chineburga Reg. Abb. Dormud.</i> | 26. Aug. | <i>Episcoporum & abb. Cist.</i> | 11. Jan. |
| <i>Christiana mon. in Nazareth.</i> | 10. Mart. | <i>Beneficiorum S. Gertrudi collat.</i> | 2. Febr. |
| <i>Christianus mon. Hemmenrod.</i> | 4. Febr. | <i>Ejusdem S. Gert.</i> | 25. Mart. |
| <i>Christianus Episc. Hibern.</i> | 18. Mart. | <i>Ejusdem.</i> | 8. Sept. |
| <i>Christianus mon. de Eleemosyna.</i> | 27. Iul. | <i>S.P.N. Triumphi de Carne.</i> | 19. Febr. |
| <i>Christianus mon. Heisterb.</i> | 7. Dec. | <i>S.P.N. Meritorum de S.R.E.</i> | 29. Iun. |
| <i>Christianus Episc. Dunensis.</i> | 3. Nov. | <i>S.P.N. fuga.</i> | 23. Iul. |
| <i>Christianus Episc. Lubavia.</i> | 4. Dec. | <i>Psalterii a S.P.N. Instit.</i> | 18. Iun. |
| <i>Christiana Episc. Tolof.</i> | 20. Dec. | <i>Miraculorum B.M.V.</i> | 29. Maij |
| <i>Christiana mon. S.VValp.</i> | 15. Apr. | <i>Imaginis B.M.V. Afflig.</i> | 18. Oct. |
| <i>Christiana mon. Brabant.</i> | 24. Iulij | <i>Leandri Episc. Hispal.</i> | 13. Mart. |
| <i>Christiana abb. VVinton.</i> | 11. Aug. | <i>Innumerab. SS. Cluniac.</i> | 15. Apr. |
| <i>Christinus mon. Breunovia.</i> | 12. Nov. | <i>SS. Cisterc. omnium.</i> | 20. Maij |
| <i>Christophorus m. Cordub.</i> | 20. Aug. | <i>Disibodi Episc. & soc.</i> | 8. Iunii |
| <i>Christophorus Eques Mart.</i> | 12. Nov. | <i>Idubergæ Virg.</i> | 20. Iun. |

Commemoratio Iohannis sancti

Gggg

I N D E X.

| | | | |
|--|--------------------|------------------------------------|----------------------|
| Mexitorum S. Isidori. | 24. Julii | Corona V. Monialis. | 24. Apr. |
| Favoris Deip. gratia S. Gertr. | 14. Aug. | Coronatio Greg. IX. PP. | 20. Mart. |
| SS. Sacramenti apud Tut. | 25. Aug. | Coronatio Steph. IV. PP. | 7. Aug. |
| SS. Sacramenti in Herckenrode. | 25. Julii | Creatio Paschalis I. Papae. | 28. Ian. |
| Lamberti Episc. Tungr. | 13. Oct. | Cosmas Episc. Majum. | 14. Oct. |
| Abb. & Mon. Villar. | 28. Mart. | Crode Episc. | 10. Martii |
| Favoris Deip. gratia Gertr. | 24. Aug. | Crotildis Regina Gall. mon. | 2. Junii |
| Ildephonsi Archiep. Tolet. | 18. Oct. | Cronanus Abb. | 10. Feb. |
| B. M. V. a Benedictinis filiis ornata. | 18. Oct. | Cunanus abb. Margan. | 15. Ian. |
| Bonifacii Archiep. Mogunt. | 30. Nov. | Cuno mon. Hemmenrod. | 29. Junii. 24. Julii |
| Eligii Norviom. Episc. ob pestem &c. | 1. Dec. | Cuthbertus Episc. Lindisfarn. | 20. Mart. |
| Nicolai de Pratis. | 8. Dec. | Cuthburgis mon. VVinbrunn. | 31. Aug. |
| Bonifacii Episc. Lausan. | 25. Dec. | Cuanna abb. | 4. Febr. |
| Amandi Episcopi Tungr. | 27. Oct. | Cymbertus abb. Reodford. | 20. Febr. |
| Bernardi Doct. Mellif. | 25. Dec. | Cyprianus abb. R. Petragor. | 9. Dec. |
| Vltani Abbatis. | 5. Maij | Cyra Abbatissa. | 5. Ian. |
| Iubili S. P. N. in utero. | 11. Dec. | Cyrillus Episc. | 9. Mart. |
| Omnium fidelium animarum. | 2. Nov. | Cythardus abb. Flor. Campi. | 5. Ian. |
| Triumphorum variorum, vid. tit. Triumph. | | Cumineanus Episc. | 12. Ian. |
| Comarci Regis mon. Hib. | 6. Dec. | Cumineus abb. | 24. Febr. |
| Comini abb. Scot. | 17. Oct. | | |
| Conceptio B. M. V. | 8. Dec. | Venerabiles. | |
| Octava Conceptionis per nostros. | 15. Dec. | Cassiodorus Magnus VC. mon. Vicar. | 25. Sept. |
| Consecratio Basilicae Mont. Virg. | 30. Maij | Candidus mon. Nucal. 2. Maij. | 15. Dec. |
| Consecratio Sergii PP. | 17. Sept. | Carolus mon. Fulienf. | 14. Mart. |
| Consecratio Sacelli Einsidl. | 14. Sept. | Chrysof. mon. Ful. | 17. Oct. |
| Consecratio Steph. IV. PP. | 7. Aug. | Chuno Comes abb. VVeing. | 14. Aug. |
| Condedi mon. Fontanell. | 21. Aug. | Clemens mon. Vall. Parad. | 2. Sept. |
| Conganus abb. Scot. | 26. Oct. | Clemen. VI. Papa. | 6. Dec. |
| Congellus abb. Benchor. | 23. Nov. | Constantinus II. Rex Scot. | 7. Junii |
| Cononis abb. Lirin. | 29. Maij | Cotestiu reclusa ad S. Galli. | 7. Ian. |
| Conradus mon. Cl. vall. | 17. Mart. | | |
| Conradus mon. Patav. | 17. Mart. | | |
| Conradus mon. Engelberg. | 2. Maij | D Agaus Episc. | 19. Febr. |
| Conradus mon. in Egena. | 1. Junii | Daniel abb. Camberon. | 20. Ian. |
| Conradus Archiep. Salisb. | 3. Aug. | Daniel ab Schönaug. | 27. Jun. |
| Conradus Conversus Heisterb. | 15. Aug. | Daniel mon. Claustr. | 11. Aug. |
| Conradus Cardin. Portuens. | 30. Sept. | Daniel mon. Villar. | 26. Dec. |
| Conradus mon. Heist. | 25. Nov. | Daniel abb. Venetus. | 21. Jul. |
| Conradus Episc. Constant. | 26. Nov. | David abb. S. Andrea. | 16. Junii |
| Consortia mon. Cluniac. | 13. Mart. 22. Jun. | David mon. Hemmenrod. | 11. Dec. |
| Constabilis abb. Carva. | 17. Febr. | David Episc. | 1. Martii |
| Constantinus Rex mon. | 7. Junii | Decumanus Anglus mon. | 29. Dec. |
| Constantinus mon. Cl. vall. | 21. Junii | Ecclesia S. Dionysij Paris. | 24. Febr. |
| Constantinus abb. Aurea vall. | 8. Dec. | Augiensis. | 24. Apr. |
| Connanus Episc. | 13. Ian. | S. M. V. ad Martyres. | 12. Maij |
| Connanus abbas. | 14. Dec. | Montis Virg. | 22. Maij |
| Conon Episcopus. | 6. Martij | Firmitatis. | 20. Maij |
| Constantinus Episc. Brix. | 12. Febr. | Fiscanensis. | 15. Junii |
| Constantius Conversus Cl. vall. | 16. Mart. | Gemmeticensis. | 1. Julii |
| Constantius & soc. Mart. | 28. Junii | Familia Cist. | 15. Aug. |
| Constantius Mon. Gabronic. | 1. Dec. | Blandiniensis. | 31. Aug. |
| Convallanus abb. Iona. | 8. Dec. | Glanofoliensis. | 3. Sept. |
| Conversio Hispaniarum. | 15. Apr. | SS. Trinit. Can. | 5. Sept. |
| Convoio abb. Rhedon. | | Montis Serrati. | 8. Sept. |
| Corbinianus I. Frising. Episc. | 8. Sept. | Einsidlenf. | 14. Sept. |
| Cornelius Prior Zircz. &c. | 14. Mart. | Casinenf. | 1. Oct. |
| Cornelius Rorichius abb. | 14. Sept. | Archimonaft. Rhem. | 2. Oct. |
| | | Claravall. | 13. Oct. |
| | | | Dunen- |

Dedicaciones Ecclesiarum

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------------|--------------------|--------------------------------|--------------------|
| Dunenensis. | 13. Oct. | Eadburgis Mon. Ailesbur. | 18. Julii |
| Rotomagensis. | 16. Oct. | Eadgitha mon. Polesberiensis. | 15. Jul. |
| Cluniacensis. | 25. Oct. | Eadhornus mon. S. Gilde Mart. | 11. Febr. |
| Congg. Calest. | 10. Oct. | Ealredus abb. Rievall. | 11. Ian. |
| Deicola abb. Lutrensis. | 18. Ian. | Eansvida abbat. Folck. | 31. Aug. |
| Deocari abb. Hafenriet. | 7. Junii | Easturvinus abb. VVirensis. | 7. Mart. |
| Deodati abb. Blesens. | 24. Apr. | Eatrudis mon. Plumbariola. | 2. Julii |
| Desiderii abb. Vien. | 11. Febr. | Ebba abb. Collingh. | 24. & 29. Aug. |
| Desiderii Conversi Cl. vall. | 24. Febr. | Ebbo Arch. Senonens. | 27. Aug. 26. Aug. |
| Desiderii Conversi Alcobac. | 12. Jul. | Eberhardus monach. | 7. Apr. |
| Desiderius abb. Bitur. | 19. Oct. | Eberhard. Archiep. Salisb. | 22. Jun. & 1. Jul. |
| Desponsatio S. Roberti Deip. | 22. Ian. | Eberhardus abb. S. Trudperti. | 12. Aug. |
| Desponsatio S. Edmundi mira. | 22. Ian. | Eberhardus abb. | 13. Aug. |
| Detta abbat. VVinbrunn. | 22. Febr. | Eberhardus abb. Einsidl. | 22. Aug. |
| Deusdedit abb. Casin. | 9. Oct. | Eberhardus Episc. Aprutin. | 19. Dec. |
| Deusdedit Archiep. Cantuar. | 15. Julii | Ebertrannus abb. S. Quintini. | 29. Junii |
| Didacus Episc. Vxom. | 6. Febr. | Eberulphus abb. Bellovac. | 25. Julii |
| Didacus mon. | 2. Julii | Ebrulphus abb. Oximens. | 26. Jul. 29. Dec. |
| Dimanus Episc. | 6. Ian. | Echardus abb. Vraug. | 30. Mart. |
| Diemo Prior Hirsau. | 11. Febr. | Eckbertus abb. Schönaug. | 28. Mart. |
| Diethlandus abb. Einsidl. | 28. Maij | Edelhunus mon. Rathmelfig. | 17. Aug. |
| Diethmarus Archiep. Prag. | 2. Ian. | Edilbertus Rex Voto nosfer. | 24. Febr. |
| Dignus & soc. Mart. Glandar. | 18. Dec. | Edilburgis abb. Brig. | 7. Julii |
| Dionysius Exiguus script. | 4. Oct. | Edilburga Mon. Bercking. | 9. Julii |
| Doda abbat. | 24. Apr. | Edilburgis abb. ib. | 11. Oct. |
| Dodo abb. VVaslar. | 28. Oct. 28. Sept. | Ediltrudis Mon. Eling. | 23. Junii |
| Dominicus abb. Sorens. | 22. Ian. | Edilwaldus mon. Iuripum. | 6. Ian. |
| Dominicus mon. Calciat. | 12. Maij | Edilwaldus Episc. Lindisfarn. | 13. Aug. |
| Dominicus abb. Alcobazia. | 18. Jun. | Editha Mon. VVinton. | 16. Sept. |
| Dominicus Martinez. abb. | 4. Aug. | Edmundus Archiep. Cantuar. | 16. Nov. |
| Dominic. Loricat. m. Font. Arvell. | 14. Oct. | Edmundus Mon. Pontiniac. | 12. Mart. |
| Dominicus abb. S. AEmiliani. | 20. Dec. | Edmundus mon. Cl. vall. | 17. Nov. |
| Domitianus mon. | 22. Jun. | Eduardus Rex. | 5. Ian. |
| Domitianus abb. Membrana. | 1. Julii | Edvoldus mon. Cernel. | 28. Nov. |
| Domitius & Dimarus mon. | 4. Julii | Effleda Mon. Virgo. | 26. Julii |
| Domunci abb. Barrag. | 12. Febr. | Egbertus mon. | 24. Apr. |
| Donatus mon. Mont. Virg. | 17. Aug. | Egbertus Rex Angl. & mon. | 20. Aug. |
| Donatus mon. Aurelian. | 19. Aug. | Egbertus mon. Villar. | 28. Oct. |
| Donatus disc. S. P. N. | 28. Jun. | Egbertus Archiep. | 8. Nov. |
| Droctoveus abbas. | 10. Mart. | Egilsfredus abb. in Africa. | 9. Ian. |
| Drogo mon. Floriac. | 2. Apr. | Egilricus abb. Dunelm. | 27. Jun. |
| Dulcardus abb. Ambiliac. | 25. Oct. | Egino abb. Augustanus. | 15. Julii |
| Dunstanus Archiep. Cantuar. | 19. Maij | Egwardus Episc. Sclsevicensis. | 28. Aug. |
| Dunstanus abb. Scot. | 4. Julii | Egvvinus Episc. VVigorn. | 11. Ian. |
| Duo Mon. Mart. in Valer. | 14. Mart. | Eifo abb. Claricampi. | 24. Mart. |
| Ducenti mon. Mart. Hisp. | 6. Aug. | Ela abb. in Lakok. | 1. Febr. |
| Ducenti mon. Mart. Scot. | 31. Aug. | Elena mon. Cellenf. | 28. Maij |
| Dunchadus abb. | 16. Ian. | Eleutherius abb. Spolet. | 18. Apr. |
| Dysibodus Episc. Hibern. | 8. Julii | Eleutherius abb. Rom. | 6. Sept. |
| | | Elflada mon. Ramsey. | 29. Oct. |
| | | Venerabiles. | |
| David mon. Sylvest. | 10. Dec. | Elienses moniales plurime. | 14. Nov. |
| Didacus mon. Vall. Parad. | 4. Maij | Elias abb. Colon. | 12. Apr. |
| Diemut reclusa ad S. Galli. | 17. Mart. | Elias & soc. Mart. Cord. | 17. Apr. |
| Diethmarus abb. VVeingart. | 14. Oct. | Elias abb. Dunens. | 8. Oct. |
| Dionysius cogn. Exiguus. | 4. Oct. | Eligius Episc. Norviom. | 1. Dec. |
| Dionysius abb. Cl. vall. | 25. Oct. | Elisabeth. mon. Vall. rosarum. | 3. Ian. |
| | | Elisabeth mon. Colon. | 24. Apr. |
| | | Elisabeth. abb. Schönaug. | 18. Jun. |
| | | Elisabeth. mon. Aguiriens. | 1. Jul. & 5. Nov. |
| | | | Eli- |

I N D E X.

| | | |
|--|---|--------------------|
| Elisabeth abb. Boldronensis. | 4. Julii Ethelredus abb. VVerden. | 13. Nov. |
| Elisabeth abb. Hoven. | 27. Aug. 15. Oct. Eibeldrita mon. reclusa. | 4. Aug. |
| Elisabeth de Spalbeck. | 19. Oct. Ethelwoldus Episc. VVinton. | 1. Aug. |
| Elisabeth mon. de Arouca. | 20. Oct. Etho abb. Donipetrensis. | 10. Julii |
| Elisabeth abb. Burnevic. | 14. Nov. Ethicius mon. Vallumbr. | 9. Feb. |
| Elisabeth mon. Namurc. | 19. Nov. Etwaldus mon. Ripens. | 31. Julii |
| Elisabeth mon. Nivigell. | 19. Nov. Euckardus cum soc. Mart. | 20. Feb. |
| Elisabeth. mon. in Hovenen. | 5. Dec. Eucharius abb. Lirin. & soc. Mart. | 16. Nov. |
| Eloquius abb. Latiniac. | 3. Dec. Eudo abb. Cameliac. | 20. Nov. |
| Elstanus Archiep. Cantuar. Mart. | 7. Apr. Eudocia mon. Rom. | 6. Jan. |
| Elphegus Archiep. Cantuar. | 19. Apr. Eufremundus abb. Fontaneti. | 11. Jun. |
| Elphegus Episc. VVinton. | 1. Sept. Eugendus abb. Iurenfis. | 1. Jan. |
| Elsegina V. monialis. | 30. Julii Eugendus abb. Condati. | 1. Jan. |
| Embertus mon. Cl. vall. | 19. Apr. Eugenius III. Pont. Max. | 8. Julii |
| Emergardis monialis. | 9. Junii Eugenius II. Archiep. Tolet. | 13. Nov. |
| Emercus abb. Gerundensis. | 27. Jan. Eugenius abb. Asseroensis mart. | 14. Nov. |
| Emmanuel Episc. Cremona. | 27. Feb. Eugenius mon. Cist. | 21. Nov. |
| Emmeramus Episc. Ratispon. | 22. Sept. Eulalia mon. Cist. | 11. Maij |
| Emila & Hieremias Mart. Cord. | 15. Sept. Eulogius Mart. Cordub. | 11. Martii |
| Emmo abb. Habensis. | 27. Aug. Euringus & soc. Mart. | 27. Jan. |
| Enanus abb. Scot. | 12. Dec. Euphemia mon. in Hofenes. | 3. Sept. |
| Enecus abb. de Onna. | 1. Junii Euphrasia mon. Papiens. | 14. Feb. |
| Engelbertus abb. Admont. | 10. Apr. Euphrosyna mon. Argensoliens. | 7. Maij |
| Engelbertus Conuersus Tulpeti. | 22. Dec. Everhardus abb. Salemit. | 14. Apr. |
| Enimia Virgo mon. | 6. Oct. Everhardus mon. Villar. | 5. Julii |
| Ennus & Egrius Mart. Angli. | 28. Aug. Everhardus mon. Cl. vall. | 15. Nov. |
| Eobanus Episc. Traiect. Mart. | 1. Oct. Everhardus Conuersus Hemmenrod. | 18. Apr. |
| Eparchius abbas Sedaciensis. | 1. Julii Euremundus abbas. | 10. Junii |
| Epiphania mon. Papie. | 6. Oct. Eusebia abb. Hammatic. | 16. Mart. |
| Eppo abbas. | 7. Feb. Eusebius Scotus mon. S. Galli. | 13. Jan. |
| Eppo abb. Salisburgi. | 11. & 12. Feb. Eusebius mon. de Murano. | 10. Feb. |
| Equitius abb. Valerie. | 7. Feb. & 11. Aug. Eustachius mon. Trium fontium. | 13. Mart. |
| Eracongotha abb. Brig. | 7. Julii Eustachius mon. Cist. | 29. Mart. |
| Erardus Episc. Ratispon. | 8. Jan. Eustachius abb. Hemmenrod. | 15. Maij |
| Erchonbodo Episc. Morinorum. | 12. Apr. Euchadius mon. | 25. Jun. |
| Erchonwaldus Episc. London. | 30. Apr. Eustachius de Bodeloc. | 22. Junii |
| Ercumtrudis mon. Angl. | 4. Aug. Eustachius abb. de Flay. | 12. Oct. 17. Dec. |
| Erckantrudis mon. Brigenf. | 14. Maij Eustadiola abb. Medij. | 10. Maij |
| Erembertus Episc. Tolosan. | 30. Apr. Eustasius abb. Luxov. | 29. Mart. 12. Oct. |
| Eremburgis abb. | 21. Jan. Eustochium V. Patav. | 13. Feb. |
| Erentrudis abb. | 30. Jan. Eustadius abb. | 3. Jan. |
| Erduinus abb. Beccensis. | 26. Aug. Eustolia & Sopatra. | 1. Nov. |
| Ermenburgis abb. Angl. | 2. Aug. Eutichius & Florentinus. | 28. Dec. |
| Ermelinda mon. Eling. | 13. Feb. Euticus abb. | 18. Sept. |
| Ermelindis mon. Meldricens. | 29. Oct. Eutromius abb. | 19. Oct. |
| Ermenoldus abb. Mart. | 6. & 5. Jan. Eutropius Episc. Valent. | 8. Junii |
| Ermentrudis mon. montis Cornel. | 7. Apr. Eva reclusa. | 25. Junii |
| Ermentrudis abb. Deykirch. | 29. Aug. Ethwaldus m. Ripensis. | 31. Julii |
| Ernanus abb. | 1. Jan. Ethwaldi Fratres MM. | 3. Oct. |
| Ernest. abb. Zwif. Mart. 7. Nov. al. 27. mart. | | |
| Erminus Episc. Laubiens. | | |
| Ero abbas Armentarie. | | |
| Erveus abb. Vrsicampensis. | | |
| Erucus abb. Vrsicamp. | | |
| Eskillus Archiep. Lundens. | | |
| Ethbinus abb. Tauracens. | | |
| Ethelfreda mon. VVitbienst. | | |
| Ethelredus Rex mon. Bardon. | | |
| | Elevationes. | |
| | Edmundi Archiep. Cantuar. | 22. Feb. |
| | Gudwadi Archiep. | 22. Feb. |
| | Fursei abb. Peron. | 4. Mart. |
| | Ruperti abb. Tuit. | 5. Mart. |
| | VVinoci abb. | 23. Mart. |
| | Vrsinari Episcopi. | 26. Mart. |
| | Ionati abb. | 8. Apr. |
| | Othmari | |

I N D E X.

| | | |
|------------------------------|---------------------------------------|---------------------|
| Othmari abb. | 15. Apr. Felicitas mon. | 24. Mart. |
| Oswaldi Episc. | 15. Apr. Felicitas mon. | 26. Mart. |
| Floriberti abb. | 19. Apr. Felix Episc. | 24. Jan. |
| Agricola Episc. | 24. Apr. Felix m. | 23. Mart. |
| Ludgeri Episc. | 24. Apr. Felix Martyr. | 5. Jun. |
| Bertini abb. | 2. Maij Felix abb. | 17. Mart. |
| Guilelmi abb. Bitur. | 7. Maij Felix mon. | 6. Nov. |
| Hugonis abb. | 13. Maij Ferdinandus Princ. Mart. | 17. Jul. & 17. Aug. |
| Tilberti & Soc. | 13. Maij Festum Coronæ Spineæ. | 11. Aug. |
| Lanfranci Archiep. Cant. | 14. Maij Festum Descensionis. | 24. Jan. |
| Romarici & soc. | 17. Maij Festum Gratia S. P. N. | 20. Apr. |
| Berlendis & soc. | 2. Maij Festum Fuga S. P. N. | 23. Julii |
| Aygulphi & soc. | 18. Maij Festum Paternitatis. | 26. Aug. |
| Ebrulphi abb. | 20. Maij Festum Psalterii. | 18. Junii |
| Suiberti Episc. | 10. Junii Festum Promissionis. | 4. Junii |
| Chunegundis & soc. | 16. Jun. Festum Metucndum. | 11. Julii |
| Christiana Virg. | 17. Junii Festum miraculorum S. P. N. | 31. Maij |
| Majoli abbat. | 21. Jun. Festum B. M. V. de Pietate. | 16. Apr. |
| Nongentorum Mart. | 12. Aug. Festum Mantica. | 15. Junii |
| Hedvigis Duc. | 16. Aug. Fiacrus abb. | 30. Aug. |
| Hunfridi Episc. | 16. Aug. Fidolus abb. | 16. Maij |
| Mederici abb. | 29. Aug. Filanus abb. | 9. Jan. |
| Bernwardi Episc. | 16. Aug. S. Fina V. | 12. Mart. |
| Antonii & Constantini Casin. | 3. Sept. Fingerus abb. | 5. Feb. |
| Humberti Episc. | 6. Sept. Finanus Episc. | 9. Jan. & 7. Junii |
| Amandi Episc. Gand. | 20. Sept. Finanus abb. | 23. Feb. & 4. Dec. |
| Landelini Abb. | 21. Sept. Fintanus abb. | 3. Jan. |
| Guiberti mon. Gembl. | 23. Sept. Fintenus abb. | 17. Feb. |
| Audomari Episc. | 21. Oct. Firminus abb. | 11. Martii |
| Amelberg & Virg. | 27. Oct. Flobargisus Episc. | 11. Sept. |
| Eusebia & Gertrudis abb. | 27. Oct. Florbertus abb. | 1. Nov. |
| Sibylla mon. Aquir. | 9. Oct. Florberti Elevatio. | 19. Apr. |
| | Florentina abb. | 20. Junii |
| | Florentius mon. | 28. Dec. |
| | Florentius Episc. | 7. Nov. |
| | Florentius abb. | 16. Dec. |
| | V. Florentius Turca. | 7. Julii |
| | Floribertus abb. | 4. Oct. |
| | Floribertus Episc. | 29. Apr. |
| | Floriacenses Sancti. | 4. Aug. |
| | Fiorus mon. | 26. Sept. |
| | Flothilda V. | 25. Dec. |
| | Foillanus Episc. | 30. & 31. Oct. |
| | Foillanus mon. | 3. Junii |
| | Foillani translatio. | 16. Jan. & 3. Sept. |
| | Folipertus abb. | 23. Junii |
| | Folquinus Episc. | 14. Dec. |
| | Folquini translat. | 13. Nov. |
| | Forannanus Archiep. | 30. Apr. |
| | Fortunatus mon. | 29. Jan. |
| | Frambaldus abb. | 23. Aug. |
| | Francia monialis. | 25. Apr. |
| | Franchea mon. | 1. Jan. |
| | Francisca Romana. | 9. Mart. |
| | Francisca Rom. Canonizatio. | 29. Maij |
| | Franciscus abb. | 8. Sept. |
| | Franciscus Cardin. | 4. Junii |
| | V. Franciscus Fuliens. | 2. Mart. |
| | | Franco |

Venerabiles.

Eckardus Abbas.
 Ekehardus Patat.
 Ekehardus alius.
 Elisab. mon. Abul.
 Ericus Rex mon.

F.

Falco Abbas Carvensis.
 Famianus mon.
 Fandila Martyr.
 Fantinus abbas.
 Fantinus abb.
 Faro Episc.
 Faroaldus Dux mon.
 Fastradus abb.
 Fastradus abb.
 Faustina Virgo.
 Faustus mon.
 Faustus abb.
 Faustus mon.
 Fechinus abb.
 Felicissimus mon.
 Felicissimus mon.

18. Jan. &

I N D E X.

Franco Converterfus.
Franco mon.
Franco mon.
Franco abb.
Francus abb.
Fredegandus mon.
V. Fredenandus Rex mon.
Fredesvinda mon.
Fremundus Martyr.
Fremundus mon.
Frescendis Virgo.
Friardus reclusus.
Fridericus abb.
Fridericus Episc. Mart.
Fridericus Episc.
Fridolinus abb.
Fritpertus Episc.
Frodinus abb.
Frodobertus abb.
Frodobertus abb.
Fronto abbas.
Frovvinus abb.
Frovvinus abb.
Fruftuarienfes SS.
Fruftuofi Epifcopi.
Frudulphi mon.
Fulbertus Episc. Carnot.
Fulbertus Novitius.
Fulcedes V.
Fulcardus Converterf.
Fulcardus abb.
Fulco abb.
Fulco Archiep. Mart.
Fulco Episc.
Fuldenses SS.
Fulgentius abb.
Fulgentius Episc.
Furfens abb.
Furfei abb. transl. 4. Mart.

G.

Gabriel novitius.
 Gabriel mon.
 Gabrielis Archang. Commemoratio.
 Galla Vidua.
 Gallus Episc.
 Gallus abb.
 Garibaldus Episc.
 Galgannus Eremita.
 Galterius Converterfus.
 Galterus abb.
 Galterius abb.
 Galtherus Episc. Mart.
 Galdricus m.
 Garimundus Episc.
 Garinus Episcopus.

10. Sept. Garzias abb.
 20. Aug. Garzias mon.
 12. Dec. Gaudentius Episc.
 13. Sept. Gaufridus Episc.
 5. Junii Gaufridus abb.
 17. Julii Gaufridus Episc.
 27. Dec. Gaufridus mon.
 19. Oct. Gaufridus Monach.
 11. Maij Gauzelinus mon.
 28. Mart. Gebizo m.
 30. Jun. Gebhardus Episc.
 1. Aug. Gebhardus Episcopus.
 19. Feb. Gelasius abb.
 18. Julii Gelduinus abb.
 4. Sept. Gemmeticenses SS.
 6. Martii Genta abbat.
 19. Dec. Genta abb.
 17. Aug. Genesius Archiep.
 1. Jan. Genesius Archiep.
 8. Jan. Gennadius Episc.
 14. April. Gelasius Papa.
 17. Feb. Gelasius abb.
 27. Mart. Georgius & soc. Mart.
 29. Julii Georgius Mart.
 16. Apr. Georgius Monach.
 29. Aug. Georgius abb.
 10. Apr. Geraldus.
 5. Julii Geraldus abb.
 16. Aug. Geraldus Conv.
 28. Sept. Geraldus mon.
 9. Nov. Geraldus mon.
 31. Maij Gerardus abb.
 17. Junii Gerardus abb.
 25. Dec. Gerardus mon.
 23. Sept. Gerardus mon.
 10. Dec. Gerardus mon.
 8. Oct. Gerardi Episc. transl.
 16. Jan. Gerardus abb.
 25. Feb. Gerardus abb.
 Gerardus abb.
 Gerardus Archiep.
 Gerardus Cardinalis.
 21. Julii Gerardus Episc.
 17. Aug. Gerardus abb.
 7. Maij Gerardus abb.
 6. Apr. & 5. Oct. Gerardus Converterfus.
 1. Julii Gerardus mon.
 16. Oct. Gerardus Episc. Mart.
 8. Jan. Gerardus abb.
 3. Dec. Gerardus abb.
 8. Maij Gerardus mon.
 6. Oct. Gerardus abb.
 2. Jan. Gerardus abb.
 15. Oct. Gerardus mon.
 16. Feb. & 17. Feb. Gerardus abb.
 17. Nov. Gerardus Sacrista.
 6. Jan. Gerardus abb.

5. Nov.
 26. Julii
 29. Maij
 14. Oct.
 5. Junii
 1. Feb.
 6. Nov.
 21. Jan.
 23. Oct.
 21. Oct.
 27. Aug.
 21. Nov.
 4. Julii
 12. Sept.
 22. Martij
 20. Jul.
 13. Jun.
 1. Nov.
 25. Maij
 29. Jan.
 1. Martii
 27. Jul.
 24. Aug.
 20. Oct.
 10. Dec.
 15. Apr.
 13. Mart.
 3. Oct.
 12. Oct.
 13. Oct.
 14. Maij
 5. Apr.
 5. Mart.
 13. Junii
 2. Apr.
 23. Feb.
 23. Apr.
 6. Sept.
 9. Oct.
 5. Dec.
 5. Dec.
 29. Maij
 3. Oct.
 26. Apr.
 13. Dec.
 20. Sept.
 24. Sept.
 7. Dec.
 13. Oct.
 27. Dec.
 3. Oct.
 26. Apr.
 9. Maij
 24. Julii
 27. Aug.
 13. Oct.
 Gerar-

I N D E X.

Gerardus abb.
 Gerardus Prior.
 Gerardus abb. Mart.
 Gerardus mon.
 Gerbertus abb.
 Gerbrandus abb.
 Gerburgis abb.
 Gerekinus Converterfus.
 Geremarus abb.
 Geremarus abb.
 Gereon mon.
 Gerlo abb.
 Germanus mon.
 Germanus Episc. 28. Maij. transl.
 Gersen abb.
 Gertrud abb. transl.
 Gertrud Reclusa.
 Gertrud mon.
 Gertrud abb.
 Gertrud abb.
 Gertrud mon.
 Gertrud abb.
 Gertrud Magna.
 Gertrud mon.
 Gertrud abb. transl.
 Gertrud Comm.
 Cervadius Episc.
 Gerungus Episc.
 Gerwinus abb.
 Gerwardus Mart.
 Gibertus abb.
 Gibertus abb. Mart.
 Gibitrudis mon.
 Gilbertus abb.
 Gilbertus abb.
 Gilbertus Instit. Ord.
 Gilbertus abb.
 Gilda abb.
 Gilda Virgo.
 Gilbertus mon.
 Gingurianus Converterf.
 Giomaria.
 Girardus.
 Gisila Reclusa.
 Gisila abb.
 Gisilarius mon.
 Gisilbertus abb.
 Gisilbertus abb.
 Gisilbertus abb. Mart.
 Gisla Virgo.
 Gislemarus mon.
 Gislenuus Episc.
 Gislenu Episc. transl.
 Glanofolienses Sancti.
 Glodesindis abb.
 Goar mon.
 Gobertus mon.
 Gobertus mon.

4. Nov. Godefredus Episc.
 6. Dec. Godefridus a Perona.
 7. Dec. Godefridus Hirsang.
 7. Dec. Godefridus abb.
 8. Feb. Godefridus Episc.
 13. Oct. Godefridus mon.
 24. Julii Godefridus mon.
 25. Julii Godefridus abb.
 24. Sept. Godefridus mon.
 21. Sept. Godefridus alias, item.
 1. Aug. Godefridus mon.
 3 Mart. Godefridus abb.
 21. Feb. Godefridus Episc.
 28. Maij. transl. 25. Jul. Godefridus Episc.
 27. 25. Nov. Godefridus Prior.
 10. Feb. Godefridus mon.
 15. Feb. Godefridus Prior.
 17. Mart. Goderannus Episc.
 17. Mart. Godfridus Episc.
 31. Aug. Godfridus mon.
 15. Sept. Godescalcus mon.
 12. Nov. V. Godiferus a S. Mauro.
 17. Nov. Godo abb.
 27. Nov. Godoberta mon.
 2. Dec. Godoberta transl.
 6. Dec. Godricus mon.
 30. Jan. Godvvinus mon.
 22. Dec. Godvvinus mon.
 17. Apr. Godvvinus mon.
 25. Maij Gordanius mon.
 14. Feb. Gordianus mon.
 7. Apr. Goshbertus Converterfus.
 23. Jan. Gosvvinus mon.
 4. Feb. Gothardus Episc.
 25. Maij Gozelinus abb.
 13. Oct. Gozvvinus abb.
 17. Oct. Gozvvinus abb.
 29. Jan. Gratia Mart.
 12. Febr. Gratianus abb.
 27. Sept. Gregoria monialis.
 27. Sept. Gregorius mon. Clun.
 3. Aprilis Gregorius IV.
 22. Sept. Gregorius V.
 6. Feb. Gregorius I.
 7. Maij Gregorius Prior.
 24. Sept. Greg. IX. Coronatio.
 17. Maij Gregorius IX.
 29. Julii Gregorius VII.
 1. Oct. Gregorius abb.
 9. Apr. Gregorius IX.
 31. Maij Gregorius Episc.
 9. Oct. Gregorii M. ordinatio.
 29. Oct. 6. Nov. Gregorius abb.
 27. Junii Gregorius abb. Einsid.
 25. Julii Gregorius Turon.
 6. Julii Gregorius abb.
 26. Jan. Gregorius III.
 20. Aug. Gregorius mon.

5. Apr.
 15. Jan.
 6. Feb.
 25. Junii
 22. Julii
 31. Julii
 22. Aug.
 5. Sept.
 2. Oct.
 2. Oct.
 3. Oct.
 8. Nov.
 9. Nov.
 5. Dec.
 6. Dec.
 23. Dec.
 27. Dec.
 11. Aug.
 8. Nov.
 31. Mart.
 7. Mart.
 3. Jan.
 28. Maij
 11. Apr.
 27. Apr.
 21. Maij
 15. Apr.
 24. Maij
 10. Feb.
 16. Oct.
 18. Mart.
 23. Nov.
 9. Oct.
 4. Maij
 16. Sept.
 31. Maij
 27. Dec.
 23. Aug.
 3. Julii
 29. Oct.
 9. Jan.
 26. Jan.
 18. Feb.
 12. Mart.
 12. Mart.
 20. Mart.
 22. Mart.
 25. Maij
 3. Aug.
 22. & 23. Aug.
 25. Aug.
 3. Sept.
 4. Nov.
 8. Nov.
 17. Nov.
 22. Nov.
 28. Nov.
 12. Dec.
 Gre-

Gregorius VIII.
 Gregorius VI.
 Gregorius Traiect. Episc.
 Gregorius mon.
 Gregorius Cardin.
 Grifoidus mon.
 Grimbaldus abb.
 Grimoldus abbas.
 Guaiferius mon.
 Guala Episc.
 Gualterus abb.
 Guarinus Archiep.
 Guarterus abb.
 Guda Conuersa.
 Gudila V.
 Gudila V.
 Gudile transl.
 Gudualus Archiep.
 Guduali transl.
 Guduali elevatio.
 Guduali transl.
 Guericus Abb. Igniac.
 Guericus abb.
 Guericus abb.
 Guericus mon.
 Guibertus Gemblac.
 Guibertus mon.
 Guicardus Archiep.
 Guichardus mon.
 Guido abbas.
 Guido abb.
 Guido abb.
 Guido Cardin.
 Guidonis transl.
 Guido mon.
 Guido Cardin.
 Guido mon.
 Guido Episc.
 Guido abb.
 Guinailus mon.
 Guinailus abb.
 Guinebardus abb.
 Guinzio mon.
 Guisbertus Prior.
 Guilelmus abb. Fiscan.
 Guilelmus Archiep. Bitur.
 Guilelmus abb. S. Theod.
 V. Guilelmus à S. Alexio.
 Guilelmus Dux.
 Guilelmus Olivet.
 Guilelmus Mart.
 Guilelmus abb.
 Guilelmus mon.
 Guilelmus abb.
 Guilelmus abb.
 Guilb. Archiep. elevatio.
 Guilelmus abb.
 Guilelmus mon.

INDEX.

16. Dec. Guilelmus mon.
 20. Dec. Guilelmus Gelon.
 21. Dec. Guilelmus abb.
 28. Dec. Guilelmus Conuersus.
 9. Maij Guilelmus abb.
 17. Ian. Guilelmus Mont. Virg.
 8. Iulii Guilelmus Episc.
 30. Maij Guilelmus abb.
 7. Dec. Guilelmus abb.
 3. Sept. V. Guilelmus Fuliens.
 30. Maij Guilelmus abb.
 16. Apr. Guilelmus abb.
 2. Maij Guilelmus mon.
 28. Iun. Guilelmus Episc.
 8. Ian. Guilelmus Card.
 14. Sept. Guilelmus abb.
 6. Iulii Guilelmus abb.
 6. Iunii Guilelmus abb.
 22. Feb. Guilelmus abb.
 20. Maij Guilelmus Longaspada.
 3. Dec. Guilelmus mon.
 9. Iulii Guilelmus m. Clun.
 19. Nov. Guinzio mon. Casin.
 5. Oct. Gummarus abb.
 5. Iul. Gummarus Rex.
 23. Maij Gumbertus Archiep. Senon.
 23. Sept. Gumbertus mon.
 28. Iulii Gundisaluus abb.
 18. Oct. Gundisaluus abb.
 23. Sept. Gunfridus abb.
 23. Ian. Gunstanus mon.
 31. Mart. Guntbertus Mart.
 20. Apr. Guntelinus mon.
 28. Apr. Guntherus mon.
 11. Maij Guntherus mon.
 20. Maij Guntherus Episc.
 12. Iun. Gunthildis Comit.
 10. Aug. Gunthlacus mon.
 4. Oct. Gunzelinus abb.
 22. Oct.

H.

H Abentius.
 Hacca Episc.
 Hadelinus.
 Hadeloga.
 Hadulphus.
 Haketus abb.
 Hadelmus mon.
 Harlindis.
 Harlindis elevatio.
 Hartkerus m.
 Hamularius Archiep.
 Harruchus Episc.
 Hartmannus Episc.
 Hatebrandus abb.
 Hattia abb.
 Hawydis V.

24. Maij
 28. Maij
 29. Maij
 31. Maij
 5. Iunii
 25. Iunii
 6. Iulii
 2. Aug.
 5. Aug.
 9. Sept.
 30. Sept.
 20. Oct.
 19. Nov.
 23. Nov.
 25. Nov.
 27. Nov.
 28. Nov.
 29. Nov.
 30. Nov.
 17. Dec.
 21. Dec.
 10. Sept.
 17. Iulii
 16. Mart.
 9. Iulii
 21. Feb.
 11. Mart.
 6. Iunii
 10. Oct.
 28. Nov.
 26. Nov.
 29. Apr.
 13. Sept.
 30. Aug.
 9. Oct.
 31. Dec.
 21. Febr.
 11. Apr.
 4. Apr.
 8. Iunii
 30. Nov.
 3. Febr.
 2. Febr. 27. Sept.
 19. Maij
 4. Nov.
 3. Febr.
 12. Oct.
 22. Maij
 21. Dec.
 10. Maij
 15. Iulii
 23. Dec.
 7. Ian. & 30. Iulii
 1. Febr.
 7. Oct.
 Haymo

INDEX.

Haymo Episc.
 Hedwvig Duc. el.
 Hedwvig Duc.
 Hedda Episc.
 Heina mon.
 Helena mon.
 Helinandus mon.
 Helinandus abb.
 Helia abbatissa.
 Heilska inclusa.
 Helinwardus mon.
 Helladius Archiep.
 Helsingus abbas.
 Helsingus abb.
 Hemelina m.
 Henricus Conuersus.
 Henricus m.
 Henricus Prior.
 Henricus II. Imp.
 Henricus Prior.
 Henricus abb.
 Henricus Archiep.
 Henricus mon.
 Henricus abb.
 Henricus mon.
 Henricus Conuersus.
 Henricus Cardin.
 Henricus Archiep.
 Henricus Conuersus.
 Henricus Conuersus.
 Henricus m.
 Henricus Episc.
 Henricus abb.
 Henricus mon.
 Henricus Celest.
 Henricus abb.
 Henricus Episc.
 Henricus Prior.
 Henricus mon.
 Henricus abb.
 Henricus mon.
 Henricus Episc.
 Henricus reclus.
 Henricus Conuers.
 Henricus mon.
 Henricus Episc. Bitur.
 Henricus abbas.
 Herculanus Episc.
 Herculanus transl.
 Herbertus Episc.
 Herebertus mon.
 Heresvida.
 Heribaldus abb.
 Herlindis transl.
 Hermannus Conuersus.
 Hermannus mon.
 Hermannus abb.

28. Mart. Hermannus Contractus.
 1. Sept. elev. 16. Aug. Hermannus Conuers.
 15. Oct. Hermannus Conuersus.
 7. Iulii Hermannus Marchio.
 12. Mart. Hermannus abb. Mart.
 28. Maij Hermannus mon.
 3. Febr. Hermannus abb.
 11. Aug. Hermanfredus.
 20. Iun. Hermanfredus Episc.
 15. Ian. Hermelandus Abb.
 16. Dec. Hermenegildus mon.
 18. Febr. Hermingarda Rex.
 23. Aug. Hermolai abb.
 22. Maij Hertuicus Prior.
 27. Oct. Hervans abb.
 22. Ian. Hervans abb.
 6. Apr. V. Hervans.
 10. Oct. Hervans abbas.
 14. Iul. Hibernus Archiep.
 4. Nov. Hieremias Mart.
 19. Iulii Hieremias Mart.
 26. Maij Hieronymus Pragensis.
 13. Ian. Hieronymus mon.
 11. Nov. Higbaldus abbas.
 2. Apr. Hilerius mon.
 19. Ian. Hilarius Conuersus.
 14. Iulii Hilarius mon.
 15. Nov. Hildebaldus abbas.
 4. Nov. Hildelita abbat.
 22. Oct. Hildelid. abb.
 26. Sept. Hildegund. V.
 11. Oct. Hildegund. V.
 12. Nov. Hilda V. abb.
 17. Dec. Hildegard. abb.
 6. Mart. Hildegarda Reg.
 11. Febr. Hildegard reclusa.
 11. Mart. Hildebertus Archiep.
 4. Mart. Hildebertus abb.
 9. Mart. Hildevertus Episc.
 21. Mart. Hildebrandus Conuersus.
 22. Febr. Hildemannus Episc.
 6. Maij Hildemannus abb.
 5. Apr. Hildemarcha Abb.
 13. Iulii Hildulphus Archiep.
 21. Apr. Hildulphi transl.
 11. Sept. Hiltrudis Virg.
 31. Dec. Hiltrud. V.
 7. Nov. Hiltrud. mon.
 1. Mart. Hittho mon.
 28. Febr. Hogenus, Archiep.
 20. Mart. Homodeus mon.
 1. Dec. Honoratus abb.
 25. Apr. Honoratus Conuers.
 22. Mart. Honorius Archiep.
 4. Mart. Hormisda Papa.
 6. Iulii Hospitius mon.
 31. Maij Hoftradus abb.

24. Sept. 19. Iulii
 3. Apr.
 7. Apr.
 25. Apr.
 28. Aug.
 13. Oct.
 29. Sept.
 25. Sept.
 24. Oct.
 25. Mart.
 1. Nov.
 13. Maij
 25. Mart.
 19. Iunii
 3. Oct.
 9. Aug.
 30. Oct.
 17. Iunii
 30. Oct.
 8. Iulii an Iun.
 15. Sept.
 14. Maij
 20. Nov.
 21. Iulii
 13. Maij
 14. Iunii
 13. Apr.
 24. Ian.
 22. Dec.
 12. Nov.
 20. April.
 5. Aug.
 17. Nov.
 17. Sept.
 23. Dec.
 26. Ian.
 24. Maij
 4. Apr.
 26. Maij
 24. Dec.
 3. Maij
 8. Dec.
 25. Oct.
 11. Iulii
 4. Apr.
 17. Sept.
 27. Sept.
 17. Nov.
 24. Nov.
 29. Dec. 20. Dec.
 22. Sept.
 16. Ian.
 24. Apr.
 30. Sept.
 6. Aug.
 21. Maij
 3. Ian.
 Hubertus

I N D E X.

Hubertus Episc.
 Hubertus abb.
 Huenfes Sancti.
 Hugo abb. Mart.
 Hugo Cardin.
 Hugo mon.
 Hugo Episc.
 Hugo abbas.
 Hugo Archiep.
 Hugo mon.
 Hugo mon.
 Hugo mon.
 Hugo Episc. Altisiod.
 Hugo mon.
 Hugo Episc.
 Hugo Episc.
 Hugo abb.
 Hugonis abb. elev.
 Hugo abb.
 Hugo Magnus abb. Clun.
 Humbertus Cardin.
 Humbertus abb.
 Humbertus abb.
 Humbertus Episc.
 Humbertus Prior.
 Humbertus mon.
 Humbertus Princeps.
 Humberti elevatio.
 Humbertus Episc.
 Humbelina mon.
 Humilitas abbat.
 Hunegund. V.
 Hunegund. V.
 Hunfridus Episc.
 Hunfridi elev.
 Hybernia SS.
 Hymana abb.
 Hymmericus Episc.
 Hymmericus Episc.

I.

Iacobus in Valle Lamberti.
 Iacobus mon.
 Iacobus mon.
 Iacobus abbas.
 V. Iacobus Fulienfis.
 Iacobus Episc. Tullensfis.
 Iacobus mon.
 Iacobus mon.
 Iacobus Conversus.
 Iacobus mon.
 Iacobus Callipetus.
 Iaquelma Abbatisa.
 Iarento Episc.
 Ida Bingenfis mon.
 Ida Ducissa.
 Ida de Levis.

22. Apr. Ida de Lovanio.
 31. Maij Ida Regia Virgo.
 23. Iulii Idamon.
 14. Nov. Ida Nirvellensfis.
 1. Dec. Idesbaldus abb.
 26. Iunii Idesbaldi transl.
 1. Apr. Iduberga Vidua.
 12. Apr. Iduberga Virgo.
 9. Apr. Iduberge Commem.
 27. Dec. Ieron. mon.
 18. Sept. Iezelinus mon.
 29. Mart. Iglatus mon.
 21. Ian. Ignatius mon.
 1. Mart. Ildebrandus Conversus.
 18. Maij Ildephonsi Episc.
 10. Aug. Ildephonsi Comm.
 9. Aug. Ilduarda Vidua.
 1. Apr. Imma reclusa.
 13. Maij Immina mon.
 20. Mart. Inadocus mon.
 29. Apr. Ina Rex mon.
 5. Aug. Ingelmundus abb.
 7. Sept. Ingenocus abb.
 7. Sept. Innocentius II.
 7. Oct. Innocent. IV.
 7. Oct. Institutio Ord. Cist.
 11. Dec. Instit. Corp. Christi.
 16. Dec. Ioachim abb. 19. Maij. 29. Maij. 24. Iulii
 6. Sept. Ioachim Martyr.
 25. Mart. Ioanna Balmensis.
 21. Aug. Ven. Ioanna.
 22. Maij Ioanna translatio.
 25. Aug. Ioanna abb.
 7. Nov. Ioanna Comitissa.
 8. Mart. Ioanna Conversa.
 16. Aug. Ioanna mon.
 20. Sept. Ioanna abb.
 29. Ian. Ioannes Prior Cornel.
 17. Iunii Ven. Ioan. Ful.
 19. Oct. Ioannes mon.
 Ioan. Conversus.
 Ioannes monach.
 6. Ian. Ioan. Angelus abb.
 13. April. Ioannes Conversus.
 15. Apr. Ioan. Conversus.
 18. April. Ioan. Bap. Ful.
 21. Maij Ioannes Episc.
 23. Iunii Ioannes Episc. Salisburg.
 30. Maij Ioan. abb. Casemarij.
 1. Iulii Ioannes abbas.
 23. Iulii Ioan. Gradenicus.
 5. Aug. Ioan. abb. Lucensis.
 18. Aug. Ioan. Episc. Mechelb.
 23. Iulii Ioan. abb. Casa Dei.
 10. Feb. Ioan. abb. Gorzia.
 19. Mart. Ioan. mon. Vallembert.
 4. Sept. Ioan. abb.
 29. Oct. Ioan. Abb. Mart.

13. Apr.
 15. Ian.
 29. Nov.
 11. Dec.
 18. Apr.
 9. Mart. 3. Maij
 8. Maij
 21. Maij
 20. Iunii
 17. Aug.
 6. Aug.
 23. Iulii
 2. Feb.
 11. Apr.
 23. Ian.
 18. Octob.
 20. Dec.
 25. Apr.
 25. Nov.
 15. Nov.
 6. Feb.
 21. Iunii
 15. Apr.
 24. Sept.
 7. Dec.
 20. Mart.
 25. Maij
 19. Maij. 29. Maij. 24. Iulii
 12. Maij
 16. Ian.
 5. Apr.
 1. Maij
 27. Sept.
 2. Oct.
 4. Dec.
 5. Dec.
 8. Dec.
 1. Ian.
 10. Ian.
 17. Ian.
 25. Ian.
 28. Ian.
 31. Ian.
 8. Feb.
 20. Feb.
 15. Feb.
 15. Feb.
 16. Feb.
 16. Feb.
 18. Feb.
 20. Feb.
 22. Febr.
 23. Feb.
 25. Feb.
 27. Feb.
 27. Feb.
 7. Mart.
 10. Mart.
 Ioan.

I N D E X.

Ioann. abb. Confess.
 Ioan. abb.
 Ioan. mon.
 Ioan. mon.
 Ioan. abb.
 Ioan. abb.
 Ioan. abb.
 Ioan. abb.
 Ioan. mon.
 Ioan. Archiep.
 Ioan. Conversus.
 Ioan. Episc.
 Ioannes Barreterius.
 Ioannes Episc.
 Ioan. Damascen.
 Ioan. Episc.
 Ioan. Archiep.
 Ioan. abb. transl.
 Ioan. mon.
 Ioannes abbas.
 Ioan. Convers.
 Ioan. Prior.
 Ioan. abb.
 Ioan. mon.
 Ioan. mon.
 Ioan. abb.
 Ioannes mon.
 Ioannes abb.
 Ioan. Rainutius.
 Ioannes mon.
 Ioannes abb.
 Ioan. Theresus.
 Ioan. Baptista abb.
 Ven. Ioan. Fulienf.
 Ioan. Archiep. Martyr.
 Ioan. mon.
 Ioan. abbas.
 Ioan. Gualbert.
 Ioan. abb.
 Ioan. abb.
 Ioan. mon.
 V. Ioan. abb.
 Ioan. mon.
 Ioan. mon.
 V. Ioan. ab Hagen.
 Ioan. Simplex.
 Ioan. abb.
 V. Ioan. Fulienfis.
 Ioan. Bassand.
 Ioan. Conversus.
 Ioannes Prior.
 Ioan. Episcopus.
 Ioan. Archiep.
 Ioan. mon.
 Ioan. abb.
 Ioan. abb.
 Ioan. IX. PP.
 Ioan. Meda.

10. Mart. Ioannes.
 14. Martii --- Episc.
 15. Mart. --- mon.
 18. Mart. --- Iacob. Fulienf.
 19. Mart. --- abb.
 25. Mart. --- Mart.
 31. Martii --- Scotus.
 14. April. --- mon.
 20. April. V. --- VI. PP.
 25. Apr. --- mon.
 26. April. --- Episc. Mart.
 28. Apr. --- Scotus.
 3. Maij --- Prior.
 5. Maij --- mon.
 6. Maij --- Prior. Mart.
 7. Maij --- Prior.
 8. Maij --- Gersen. abb.
 10. Maij --- Becus abb. Mart.
 12. Maij --- Damasceni Cond.
 12. Maij --- Gradenicus.
 21. Maij --- mon.
 22. Maij --- mon.
 24. Maij --- Conversus.
 24. Maij --- Cyrita.
 27. Maij --- monach.
 2. Iunii Indractus abb.
 9. Iunii Innocentius. IV. PP
 9. Iunii Iodocus Palmerius.
 10. Iunii Iodocus Rex. abb.
 19. Iunii Ionatus abb.
 20. Iunii Ionati Elevat.
 24. Iun. Iolenta mon.
 24. Iunii Iordanus abb.
 1. Iulii Iordanus mon.
 2. Iulii Iosbertus mon.
 11. Iulii Iosio mon.
 12. Iulii V. Ioseph. Fulienf.
 12. Iulii Iovinus abb.
 16. Iulii Irenes Virgo.
 17. Iulii Irmgard. V.
 18. Iulii Irmgard. Vidua.
 20. Iulii Irmengarda abbat.
 31. Iulii Irmina abb.
 9. Aug. Irminkarda mon.
 11. Aug. Isaac. abb.
 18. Aug. Isaac. mon.
 23. Aug. Isabella Virgo mon.
 25. Aug. Isanus abb.
 26. Aug. Isanus abb.
 28. Aug. Isarnus abb.
 4. Sept. Isembar dus mon.
 4. Sept. Isingerus Episc.
 6. Sept. Isaurus Episc.
 7. Sept. Isidorus magnus.
 20. Sept. Isidori translatio.
 22. Sept. Isidori Commem.
 23. Sept. Isidori Episcopi disc. S. Greg.
 26. Sept. Iso monachus.

29. Sept.
 5. Oct.
 7. Oct.
 9. Oct.
 14. Oct.
 26. Oct.
 27. Oct.
 28. Oct.
 29. Oct.
 5. Nov.
 10. Nov.
 10. Nov.
 12. Nov.
 17. Nov.
 20. Nov.
 25. Nov.
 27. Nov.
 1. Dec.
 4. Dec.
 5. Dec.
 14. Dec.
 19. Dec.
 21. Dec.
 23. Dec.
 28. Dec.
 5. Feb.
 7. Dec.
 8. Feb.
 13. Dec.
 1. Aug.
 8. Apr.
 10. Dec.
 7. Aug.
 10. Oct.
 29. & 30. Nov.
 30. Nov.
 6. Iunii
 1. Iunii
 20. Oct.
 4. Sept.
 3. Oct.
 16. Iul.
 24. Dec.
 21. Aug.
 11. Apr.
 3. Iunii
 31. Aug.
 3. Oct.
 17. Oct.
 24. Sept.
 20. Febr.
 19. Iulii
 26. Ian.
 4. Apr.
 22. Sept.
 24. Iulii
 15. Ian.
 6. Apr.
 Itha-

I N D E X.

Abbas Episc.
Indrael Rex. mon.
Indrael II. Rex. mon.
Indrael transl.
Iulia abb.
Iuliana mon.
Iuliana abb.
Iuliana abb.
Iuliana V.
Iulianus Archiep.
Iulianus mon.
Iulianus mon.
Iuliana abbat.
Iulianus abb.
Iustus mon.
Iustinianus Mart.
Iustinianus Bergomas.
Iustus mon.
Iustus Archiep.
Iueta vidua.
Iutta monialis.
Iutta monialis.
Institutio Camald. Ord.

K.

K *Entigerna monialis.*
Kentigernus Episc.
Kneburga Reg. Abb.
Knesvrida Reg. Virgo.
Knestrida abb.
Kilianus Episc.
Kotelindis mon.
Kunegundis & soc.

L.

L *Actatio S. Bernardi.*
Latius Abb.
Latius mon.
Ladislaus Conuersus.
Lalibala Rex mon.
Lambertus Episc.
Lambertus Episc.
Lambertus abb.
Lambertus mon.
Lambertus abb.
Lambertus Episc. Mart.
Lambertus abb.
Lamberti transl.
Lamberti transl.
Lamberti translatio.
Lamberti translatio.
Lambertus mon.
Lambertus mon.
Landelinus abb.
Landelini Elev.
Landeberta mon.

10. Ian. Landrada abb.
 6. Mart. Landrada abb.
 16. Dec. Landricus Episc.
 25. Iulii Lanfrancus Episc.
 16. Sept. Lanfr. Elevatio.
 5. Apr. Lanfrancus Episc. Papia.
 22. Iulii Lanipertus Episc.
 1. Sept. Lanzo mon.
 11. Oct. Launomarius abb.
 8. Mart. Launomarius abb.
 11. Mart. Laurentius Archiep.
 17. Iunii Laurentius Archiep. Spol.
 11. Oct. Laurentius Conuersus.
 13. Aug. Laurentius Episc.
 6. Oct. Laurentius Sublacens.
 31. Mart. Laurentius abb.
 10. Aug. Laurentius abb.
 24. Mart. Laurentius mon.
 9. Maij Lautenus abb.
 13. Ian. Leander Episc.
 31. Oct. Leandri transl.
 22. Dec. Lebuinus.
 2. Iulii Lebuini transl.
 Lendeberta V.
 Leo II. PP.
 Leo III.
 Leo V.
 7. Ian. Leo IX.
 13. Ian. Leo IX.
 5. Mart. Leo Abb.
 5. Mart. Leo Abb.
 31. Maij Leo IV.
 8. Iulii Leo Abb.
 15. Sept. Leo mon.
 16. Iunii Leo Abb.
 Leo Abb.
 Leo mon.
 Leobardus abb.
 13. Maij Leopardus abb.
 16. Mart. Leobardus abb.
 5. Nov. Leobinus Episc.
 31. Oct. Leodebaldus abb.
 23. Mart. Leodegarius Episc. Mart.
 23. Dec. Leodegarii transl.
 26. Maij Leofrona & soc.
 22. Iunii Leonardus Abb.
 17. Sept. Leonardus abb.
 12. Iulii Leonardus abb.
 17. Sept. Leomanus abb.
 22. Aug. Leonora mon.
 27. Aug. Lethadius Archiep.
 28. Apr. Leovigildus Mart.
 24. Maij Letaldus mon.
 13. Oct. Leutfridus abb.
 30. Maij Liberata V.
 17. Dec. Liberata transl.
 15. Iunii Libertinus mon.
 21. Sept. Libertinus abb.
 27. Aug. Libertinus abb.

8. Iulii
 19. Mart.
 17. Apr.
 3. Iulii
 14. Maij
 23. Iun.
 14. Apr.
 1. Apr.
 19. Ian.
 21. Sept.
 2. Feb.
 3. Febr.
 10. Aug.
 14. Nov.
 18. Dec.
 17. Maij
 9. Dec.
 18. Sept.
 2. Nov.
 27. Febr.
 13. Mart.
 12. Nov.
 25. Iunii & Iulii
 2. Ian.
 28. Iunii
 12. Iunii
 15. Apr.
 19. Apr.
 6. Feb.
 25. Maij
 17. Iulii
 12. Iulii
 16. Iulii
 19. Aug.
 20. Nov.
 28. Dec.
 25. Feb.
 31. Dec.
 18. Ian.
 15. Sept.
 18. Mart.
 2. Oct.
 11. Apr.
 30. Iulii
 18. Aug.
 6. Nov.
 16. Nov.
 16. Nov.
 23. Feb.
 23. Oct.
 20. Aug.
 14. Nov.
 21. Iunii
 18. Ian.
 21. Mart.
 13. Ian.
 31. Oct.
 14. Iulii
 Licinius

Licinus Episc.
Licini translatio.
Lietphardus Archiep.
Ligdanus abb.
Ligerius mon.
Limbana mon.
Lindanus mon.
Lioba abbat.
Liphardus abb.
Liphardus Conuersus.
Lirinenses SS.
Levinus Archiep. Mart.
Lohemellus abb.
Lotharius I. Imp.
Lotharius abbas.
Luanus abb.
Lubentius abb.
Lubentius Episc.
Lucas abbas.
Lucas abb. Nicosiæ.
Lucas Cardin.
Lucia mon.
Lucia Priorissa.
Lucia abbat.
Lucidus Episc.
Lucius mon.
Ludgerus Episc.
Ludgeri Elev.
Ludo Conuersus.
Ludolphus abb. Corbei.
Ludovicus Bloisus.
Ludovicus mon.
Ludovicus Crassus Rex.
Ludovicus Estrada.
Luitfridus abb.
V. Luitolphus mon.
Lullus abbas.
Lullus Archiep.
Lupentius abb. Mart.
Lupicinus abb.
Lupicinus reclusus.
Lutgardis abbat.
Lutgardis mon.
Lutgarda abb.
Lutrudis V.
Lutwinus Archiep.
Luxovienses SS. & BB.

M.

M *Acarii Abb.*
Macarii Conuersi.
Macarii mon.
Machutes Episc.
Maciovius Episc.
Maetastedis abb.
Madelgisilus mon.
Madrugna abb.

I N D E X.

13. Feb. Masalda Regina.
 21. Iunii Masalda Rex.
 4. Feb. Maglorius Episc.
 2. Iulii Magnericus Archiep.
 15. Sept. Magnus abb.
 16. Aug. Magnobodus Episc.
 18. Sept. Mainardus mon.
 28. Sept. Mainardus Episc.
 3. Iunii Maiolus abb.
 3. Iunii Mainus abb.
 24. Ian. Mairus Mart.
 12. Nov. Malachias Mart.
 11. Ian. Malachias Episc.
 29. Sept. & 1. Oct. Malachias Archiep.
 18. Oct. Malcalenus abb.
 5. Dec. Malcalinus abb.
 5. Oct. Malbugidus Episc.
 4. Ian. Malchus mon.
 1. Mart. Malchus Episc.
 2. Mart. Malchus Episc.
 14. Sept. Maldeberta abb.
 26. Sept. Mamertus abb.
 25. Dec. Mamilianus abb.
 29. Dec. Mangoldus abb.
 20. Ian. Manso abb.
 5. Dec. Mansuetus mon.
 26. Mart. Marcellinus mon.
 24. Apr. Marcellus mon.
 7. Aug. Marcolphus abb.
 21. Feb. Marcousius mon.
 7. Ian. Marculphus abb.
 31. Mart. Ven. Marcus Mart.
 1. Aug. Ven. Marcus Mart.
 2. Iunii Marcus de Villalba.
 30. April. Marcus Maximus Episc.
 18. Augusti Margarita mon.
 27. Sept. Ven. Margarita.
 16. Oct. Margarita mon.
 22. Oct. Margarita abb.
 21. Mart. Margarita Vidua.
 24. Iunii Margarita mon.
 16. Iunii Ven. Margarita.
 25. Oct. Ven. Margarita de Arbois.
 27. Dec. Margarita abb.
 22. Sept. Margarita Mart.
 29. Sept. Ven. Margar. Ducissa.
 19. Sept. Margarita Priorissa.
 Ven. Margarita Vid.
 Margarita Ducissa.
 Margarita mon.
 24. Ian. Maria mon.
 20. Iunii Maria mon.
 21. Dec. V. Maria de Christo.
 15. Nov. Maria Peregrina.
 15. Nov. Maria mon.
 13. Mart. Maria de Oegnies.
 30. Maij Maria Conuersa.
 5. Sept. Maria mon.

Hbbh

2. Maij
 7. Aug.
 24. Oct.
 25. Iulii
 6. Sept.
 16. Oct.
 3. April.
 14. Aug.
 11. Maij
 15. Iunii
 6. Iunii
 19. Maij
 28. Aug.
 2. & 3. Nov.
 2. Ian.
 21. Ian.
 22. Feb.
 28. Iunii
 10. Aug.
 6. Oct.
 7. Sept.
 11. Mart.
 28. Oct.
 18. Mart.
 8. Mart.
 24. Oct.
 14. Iulii
 30. Sept.
 25. Apr.
 16. Feb.
 3. Maij
 27. Feb.
 18. Maij
 1. Dec.
 7. Oct.
 16. Feb.
 15. Maij
 18. Maij
 4. Iunii
 19. Iulii
 20. Iulii
 1. Aug.
 16. Aug.
 26. Aug.
 2. Sept.
 26. Oct.
 29. Oct.
 21. Nov.
 15. Dec.
 28. Dec.
 31. Ian.
 9. Mart.
 23. Mart.
 3. Iunii
 10. Iunii
 23. Iun.
 2. Iulii
 13. Iulii
 Maria

I N D E X.

Maria de Statillon.
 Toletana. V.
 & Gratia.
 Vidua mon.
 Vela.
 Abbat.
 mon.
 V. Martyr.
 mon.
 Conversa.
 Marianus Inclusus.
 Marianus mon.
 Marianus Abb.
 Marinus Abb. Lirin.
 Marinus Episc.
 Marinus abb.
 Marius Abb.
 Margochus mon.
 Martha V. mon.
 Martinus Conversus.
 Abb.
 Abbas in Barac.
 Episc.
 V. Abb.
 Prior.
 mon.
 Episc. Segunt.
 Cardin.
 mon.
 Abb.
 Novitius.
 V. mon.
 Abb.
 Martius Abb.
 Martius mon.
 Martius mon. Erem.
 Mathild. Imp.
 Martyres plurimi Gall.
 900. S. Vincentii.
 42. Ephesi.
 plurimi Angl.
 Vitavienses.
 Cellenses.
 pl. Gall.
 Calatrava.
 60. Cisterc.
 2.
 pl. Fisanenses.
 plures Gall.
 plurimi India.
 plurimi.
 pl. Hispan.
 pl. Hisp.
 pl. Bohemi.
 pl. Poloni.
 Sedelizenses.
 plurimi.
 33.

31. Iulii Martyres. 50.
 15. Aug. pl. Siculi.
 20. Aug. 60.
 12. Sept. 40. Magiensis.
 24. Sept. 900. Gemmet.
 4. Oct. 200. Scoti.
 12. Oct. pl. Bertin.
 24. Nov. Ofch.
 19. Dec. pl. Prussia.
 20. Dec. plurimi.
 27. Iulii 126. Majoris Monasterii.
 19. Aug. 900. Benchor.
 18. Nov. Disertin.
 24. Jan. innumeri.
 1. Dec. 15.
 15. Dec. 60. Floriac.
 27. Jan. Martyrii mon.
 30. Dec. Mascelinus mon.
 5. Jul. Matthild. V.
 27. Jan. Matthild. mon.
 19. Mart. Matthaus mon.
 11. Nov. Matthaus mon.
 20. Mart. Matthaus Cardin.
 6. Apr. Maurelius mon.
 13. Aug. Maurus abbas.
 18. Aug. Maurus Episc.
 16. Sept. Maurus abb. Bobacensis.
 21. Sept. Maurus abb.
 7. Oct. Mauri transl.
 24. Oct. Maurilius mon.
 16. Nov. Maurilius Archiep.
 23. Nov. Maurinus abb. Mart.
 7. Dec. Maurini Invent.
 13. Apr. Mauritius mon.
 24. Oct. Mauritius abb.
 30. Dec. Maurontus abb.
 14. Mart. Maurontus abb.
 5. Jan. Maximus abb. Mart.
 5. Jan. Maxentius abb.
 12. Jan. Maximianus Episc.
 12. Jan. Maximinus abbas.
 26. Jan. Maximinus abb.
 9. Feb. Mechtild. V. mon.
 12. Feb. V.
 18. Feb. mon.
 9. Mart. mon.
 14. Mart. V.
 16. Apr. Mechtundis V.
 6. Maij Mechtundis V.
 9. Maij Medardus abb.
 14. Maij Mederici translatio.
 24. Maij Medericus abb.
 27. Maij Mefridus Prior.
 28. Maij Meginbodus abb.
 2. Iuv. Meginradi Mart. transl.
 7. Iunii Meginradus abb.
 14. Iunii Meimerus Prior.
 3. Iulii Meingofus abb.

9. Iulii
 1. Aug.
 4. Aug.
 14. Aug.
 23. Aug.
 31. Aug.
 5. Sept.
 23. Sept.
 27. Sept.
 2. Nov.
 8. Nov.
 9. Nov.
 3. Aug.
 26. Nov.
 28. Nov.
 6. Dec.
 23. Jan.
 20. Iulii
 6. Iulii
 26. Dec.
 2. Iulii
 28. Sept.
 25. Dec.
 21. Maij
 15. Jan.
 20. Jan.
 27. Jan.
 12. Iunii
 13. Nov.
 26. Feb.
 13. Sept. 9. Aug.
 10. Iunii
 13. Oct.
 24. Iunii
 22. Sept.
 6. Jan.
 5. Jan.
 2. Jan.
 26. Iunii
 9. Iunii
 28. Iun.
 15. Dec.
 25. Feb.
 26. Feb.
 15. Aug.
 18. Nov.
 2. Dec.
 16. Iunii
 3. Iulii
 8. Iunii
 22. Jan.
 29. Aug.
 27. Oct.
 16. Mart.
 27. Feb.
 26. Sept.
 29. Aug.
 22. Apr.
 Meinradus

I N D E X.

Meinradus Mart.
 Meinulphus mon.
 Meldanus abb.
 Melior Conversus.
 Mellitus Episc.
 Mencia abb.
 Mencia Priorissa.
 Meneleus abb.
 Mensefridus Prior.
 Mengofus Conversus.
 Meroveus mon.
 Mervina abb.
 Merulus mon.
 Messanenses SS.
 Methudius Episc.
 Mervannus abb.
 Michael Mart.
 Florent.
 mon.
 mon.
 mon.
 mon.
 & 36. Mart.
 Milburga V.
 Mildrada V.
 Milgitha V.
 Milo monachus.
 abb.
 Maelisanus mon.
 Molacus abb.
 S. Mochua abb.
 Mimborinus abb.
 Modanus & Medanus.
 Moderannus Episc.
 Modesta abb.
 Modesta V.
 Moduenna abb.
 Mommolus abb.
 Monachi 40. Confess.
 Monachi 116.
 Monegund. mon.
 Monon Mart.
 Monferrat. Dedicatio.
 Montana V.
 Montis Romarici SS.
 Montis Virg. solemn.
 Montis Virg. Sanct.
 Morandus abb.
 Morandus mon.
 Muricherodachus m.
 Mummolenus Episc.

N.

Natalis abb.
 Nazarius abb.
 Neemias mon.
 Neottus mon.

21. Jan. Neptadius mon.
 5. Oct. Nicander abb. & soc.
 7. Feb. Nicardus abb.
 26. Mart. Nicetius Episc.
 24. Apr. Nicetius Episc.
 14. Iunii Nicolaus mon.
 13. Dec. Nicolaus Gemblac.
 22. Iulii Nicolaus Genuens.
 14. Iulii Nicolaus Episc.
 19. Dec. Nicolaus mon.
 22. Oct. Nicolaus abb.
 27. Apr. Nicolaus abb.
 17. Jan. Nicolaus abb.
 5. Sept. Nicolaus Episc.
 9. Mart. Nicolaus Convers.
 21. Iunii Nicolaus mon.
 8. Jan. Nicolaus abb.
 21. Jan. Nicolaus à Prato
 24. Mart. Nicolaus mon.
 17. Aug. Nidgarius Episc.
 20. Aug. Nilus abb.
 6. Sept. Nivardus abb.
 1. Oct. Nivardus Archiep.
 23. Febr. Nona Virgo.
 13. Iulij Nonantulani SS.
 26. Feb. Nonnosus abb.
 15. Sept. Novalicenses SS.
 16. Sept. Noitburgis V.
 16. Jan. Nonantula mon.
 20. Jan. Nonnosus abb.
 1. Jan. Notkerus Episc.
 4. Oct. Notkerus Balbulus.
 24. Oct. Notkerus Labeo.
 16. Maij Notkerus m.
 6. Oct. Nuadatus Episc.
 4. Nov.
 5. Iulii
 5. Aug. Bertus Convers.
 10. Iulii Obizo mon.
 17. Aug. Octava Purificationis.
 2. Iulii Oda Virgo.
 18. Oct. Oda Virgo.
 8. Sept. Odanus Archiep.
 1. Oct. Oderisus Card.
 22. Mart. Odovaldus abb.
 22. Maij Odilia Reclusa.
 14. Sept. Odilo abb.
 19. Febr. Odilo abb.
 8. Jan. Odilonis elev.
 30. Sept. Odo Archiep.
 16. Oct. Odo mon.
 Odo mon.
 Odo monachus.
 Odo Episc. Camerac.
 28. Jan. Odo Cardin.
 12. Jan. Odo monachus.
 1. Oct. Odo abbas.
 22. Iulii. 31. Iulii Odo Subprior.

Hbbb 2

24. Aug.
 19. Sept.
 16. Aug.
 1. Oct.
 5. Dec.
 9. Feb.
 12. Feb.
 23. Feb.
 8. Mart.
 1. Apr.
 29. Maij
 13. Iunii
 21. Sept.
 24. Sept.
 9. Nov.
 24. Nov.
 6. Dec.
 6. & 8. Dec.
 13. Dec.
 15. Apr.
 26. Sept.
 7. Feb.
 1. Sept.
 9. Sept.
 11. Iunii
 21. Sept.
 12. Feb.
 31. Oct.
 24. Sept.
 18. Nov.
 2. Apr.
 8. Apr.
 28. Iunii
 14. Oct.
 19. Febr.
 26. Dec.
 4. Oct.
 9. Feb.
 9. Jul.
 23. Oct.
 26. Sept.
 2. Dec.
 29. Dec.
 14. Dec.
 1. Jan.
 31. Dec.
 21. Iunii
 7. Febr.
 17. Febr.
 23. Mart.
 2. Iunii
 20. Iunii
 9. Sept.
 6. Oct.
 18. Nov.
 18. Nov.
 Odoarius

I N D E X.

Odoarius abb.
 Odulphus mon.
 Offa Rex.
 Offa Rex mon.
 Oglerus abbas.
 Oildes Virgo.
 Okarius mon.
 Olans mon.
 Oibertus abb.
 Olibrius mon.
 Oltvarius mon.
 Onerenkerkeses mon.
 Onuphrius abb.
 Oportuna V.
 Opto Convers.
 Ordonius Episc.
 Ortrudis V.
 Osbertus mon.
 Ofita V. Mart.
 Oforius mon.
 Ostianus mon.
 Ofwaldus Episc.
 Ofwaldi Elev.
 Otgerus monachus.
 Othunarus abb.
 Translatio.
 Otthilia abb.
 Ottho mon.
 Ottho Episc. Bamb.
 Ottho Episc.
 Ottho Episc. Bamb.
 Owinus mon.
 Ozilia Virgo.
 Ozilia Reclusa.

P.

Paganus mon.
 Patolo abb.
 Palladius Episc.
 Palumbus mon.
 V. Pandulphus Cardin.
 Pardulphus abb.
 Pardulphus abb.
 Parisius mon.
 Paschasius abb.
 Patrocinium B. M. V.
 Patrocinium S. P. N.
 Patroclus abb.
 Paschalius I. PP.
 Paschalis II. PP.
 Paschal. II. PP. Comm.
 Paschalis I. Creatio.
 Pascasius abb.
 Paterius Episc. Brix.
 Paterius Inclusus.
 Paterius Episc.
 Patricius Mart.
 Patricius abb.

9. Nov. Patto Episc.
 12. Jun. Paula Florent.
 29. Julii Paulina reclusa.
 25. Oct. Paulus Conversus.
 10. Sept. Paulus Episc. Viridun.
 30. Apr. Paulus Episc. Leon.
 5. Aug. Paulus Diaconus.
 1. Aug. Paulus abb.
 13. Julii Paulus Iustinianus.
 13. Maij Paulus Mart.
 10. Ian. Paulus mon.
 30. Aug. Paulus mon.
 9. Jun. Paulus Mart.
 22. Apr. Paulinus Archiep.
 12. Julii Paulini mon. inventio.
 23. Feb. Pavonius Convers.
 22. Junii Peregrinus mon.
 1. Junii Perfectus mon.
 7. Oct. Perpetua V.
 31. Aug. Perthareclusa.
 30. Aug. Pega V.
 28. Feb. Pelagii mon.
 15. Apr. & 15. Oct. Pelagii II. PP.
 10. Sept. Petri Abb. Hisp.
 16. Nov. Petrus Igneus.
 15. Apr. 24. Sept. 25. Oct. Petrus m. de Caduino.
 13. Dec. Petrus Vrseolus.
 18. Jun. Petrus Confluentinus.
 2. Jul. Petrus Conversus.
 7. Sept. Petrus Prior.
 30. Sept. Petri de Murone transl.
 3. Mart. Petrus Tolosanus.
 3. Ian. Petrus Damiani.
 11. Nov. Petrus abb. Cave.
 Petrus abb. Mart.
 Petrus mon. Bonavallis.
 10. Feb. Petrus Cardin.
 11. Oct. Petrus monoculus abb.
 9. & 10. Apr. Petrus Mart.
 4. Junii Petrus abb. Sineronensis.
 5. Febr. Petrus abb. Cave.
 21. Dec. V. Petrus Fulienfis.
 3. Nov. Petrus mon.
 11. Junii Petrus abb. Cist.
 26. Apr. Petrus mon.
 24. Ian. Petrus Card.
 28. Ian. Petrus mon.
 19. Nov. Petrus Mart.
 14. Maij Petri Caest. canoniz.
 18. Ian. Petrus Prior.
 14. Aug. Petrus Archiep.
 28. Ian. Petrus mon.
 2. Ian. Petrus Convers.
 21. Febr. Petrus mon.
 10. Apr. Petrus Monach. Abb.
 16. Apr. Petrus Caest.
 19. Maij Petrus Cantor.
 24. Aug. Petrus Convers.

30. Mart.
 5. & 6. Ian.
 14. Mart.
 8. Febr.
 8. Febr.
 12. & 13. Martii
 17. Maij
 31. Maij
 28. Junii
 20. Julii
 25. Aug.
 21. Sept.
 7. Nov.
 10. Oct.
 5. Nov.
 14. Jun.
 3. Junii
 18. Apr.
 12. Sept.
 7. Nov.
 Ian. 8.
 5. Dec.
 8. Febr.
 1. Ian.
 8. Ian.
 9. Ian.
 11. Ian.
 11. Ian.
 31. Ian.
 3. Febr.
 15. Febr.
 21. Febr.
 22. Febr.
 4. Mart.
 5. Mart.
 7. Mart.
 12. Mart.
 14. Mart.
 14. Mart.
 14. Mart.
 14. Mart.
 24. Mart.
 26. Mart.
 27. Mart.
 12. Apr.
 15. Apr.
 26. Apr.
 30. Apr.
 5. Maij
 6. Maij
 8. Maij
 9. Maij
 10. Maij
 14. Maij
 18. Maij
 19. Maij
 19. Maij
 28. Maij
 Petrus

I N D E X.

Petrus monach.
 Petrus monachus alius, idem.
 Petrus de Bono.
 Petri Anagnini Comm.
 Petrus Mart. Hisp.
 Petrus abb. Anglus.
 Petrus Simplex.
 Petrus abb. Casin.
 Petri mon. transl.
 Petrus abb. Perusinus.
 Petrus Inclusus.
 Petrus abb. Morerola.
 Petrus mon.
 Petrus Episc.
 Petrus Anagninus Episc.
 Petrus Pot.
 Petrus Prior.
 Petrus Episc.
 Petri Tarent. transl.
 Petrus Episc. Compostill.
 Petrus mon.
 Petrus abb. Morimund.
 Petrus mon.
 Petrus mon.
 Petrus mon.
 Petrus Prior.
 Petrus Episc.
 Petrus mon.
 Petrus mon.
 Petrus Venerab.
 Petrus abb. Cantuar.
 Petrus abb. Mart.
 Petronax abb.
 Petronilla V.
 Phara abb.
 Pharaildis V.
 Philibertus abb.
 Philibertus mon.
 Philippa V.
 Philippus abb.
 Priminius Episc.
 V. Placidus a S. Mauro.
 Placidi transl.
 Placidus Mart.
 Placidus Conversus.
 Placidi Invent.
 Placidus abb. Mart.
 V. Placidus abb.
 Plechelmus Episc.
 Plurima SS. Virgines.
 Plurimi SS. Bobiens.
 Plurimi SS. Cisterc.
 Plurimi SS. Benchor.
 Pollena V.
 Pomposa V.
 Pontius Abbas.
 Pontius Episc.
 Poppo abb.

1. Jun. Porcarius abb.
 1. Jun. Portianus abb.
 4. Jun. Praxed Imp.
 4. Jun. Probus mon.
 8. Jun. Procopius abb.
 8. Jun. Procopii Canoniz.
 10. Jun. Procopii transl.
 24. Jun. Projectus Episc. Mart.
 24. Jun. Psalmodius mon.
 10. Julii Pusinna V.
 14. Jul.
 1. Aug.
 1. Aug.
 2. Aug.
 3. Aug.
 20. Aug.
 28. Aug.
 5. Sept.
 6. Sept.
 10. Sept.
 13. Sept.
 14. Sept.
 23. Sept.
 29. Oct.
 30. Oct.
 2. Nov.
 18. Dec.
 20. Dec.
 24. Dec.
 25. Dec.
 30. Dec.
 31. Dec.
 6. Maij
 9. Julii
 7. Dec.
 4. Ian.
 20. Aug.
 25. Dec.
 25. Jul.
 15. Dec.
 3. Nov.
 15. Ian.
 16. Maij
 11. Julii
 2. Aug.
 4. Aug.
 5. Oct.
 8. Nov.
 15. Julii
 15. Mart.
 16. Ian.
 11. Ian.
 14. Ian.
 8. Oct.
 19. Sept.
 26. Mart.
 6. Mart.
 25. Ian.
 12. Aug.
 24. Nov.
 6. Aug.
 25. Jun.
 1. Apr.
 2. Junii
 4. Julii
 25. Ian.
 13. Jun.
 23. Apr.
 20. Ian.
 15. Febr.
 22. Febr.
 18. Maij
 9. Sept.
 6. Oct.
 25. Oct.
 25. Ian.
 23. Nov.
 26. Febr.
 29. Nov.
 13. Aug.
 15. Sept.
 5. Mart.
 30. Apr.
 30. Maij
 25. Jun.
 31. Dec.
 11. Junii
 2. Dec.
 8. Oct.
 30. Mart.
 27. Apr.
 16. Maij
 28. Jun.
 16. Julii
 17. Junii
 28. Oct.
 7. Febr.
 11. Junii
 30. Oct.
 20. Ian.
 11. Mart.
 17. Junii
 5. Julii
 27. Aug.
 17. Jun.
 20. Sept.
 25. Oct.
 2. Junii
 11. Dec.
 1. Febr.
 5. Mart.
 Ray-

I N D E X.

Raymundus abb.
 Raymundus abb.
 Raynardus abb.
 Redemptionis Capt. Inst.
 Redempta V.
 Regenhardus Mart.
 Regina Vidua.
 Reginbaldus Episc.
 Reginbaldus abb.
 Reinaldus Palat. Mart.
 Reinardus abb.
 Reinerus mon.
 Relindis V.
 Relindis Transl.
 Remacli Transl.
 Remaclus Episc.
 Rembertus Conuersus.
 Rembertus Archiep.
 Remigius Episc.
 Remigius Conuers.
 Reolus Archiep.
 Rhabanus Archiep.
 Richa mon.
 Richarda Imp.
 Richardus abb. Vallcell.
 Richardus abb.
 Richardus abb.
 Richardus abb.
 Richardus Conuersus.
 Richardus abb.
 Richardus mon.
 Richardus abb.
 Richardus abb. Mart.
 Richardus mon.
 Richarius abb.
 Richarius abb.
 Richerius abb.
 Richildis Inclusa.
 Rictrudis elevatio.
 Rictrudis V.
 Rictrudis abb.
 Richmirus abb.
 Richmundis V.
 Richvvinus mon.
 Rigobertus Archiep.
 Rigoberti transl.
 Rixfridus Episc.
 Roberti abb. Comm.
 Robertus Prior Cist.
 Robertus abb.
 Robertus abb.
 Robertus abb.
 Robertus abb. Cist.
 Robertus abb. Dunens.
 Robertus abb.
 Robertus abb.
 Robertus Conuersus.
 Robertus Conuersus.

15. Mart. Robertus Salentinus.
 2. Iulii Robertus abb.
 16. Dec. Robertus abb.
 10. Aug. Robertus Episc.
 7. Mart. Rodericus mon.
 25. Maij Rodesindi Canonizatio.
 1. Iulii Rodesindus Episc.
 21. Aug. Rodingus Episc.
 24. Oct. Rodolphus Conuersus.
 7. Ian. Rodulphus mon.
 9. Mart. Rogellus mon.
 11. Apr. Rogerius abb.
 6. Ian. Rogerius abb.
 22. Mart. Rogerius Prior.
 25. Aug. Rogerus abb.
 3. Sept. Rolandus mon.
 27. Ian. Rolandus mon.
 4. Feb. Romanus abb. Iurenf.
 18. Maij. 13. Ian. Romanus abb.
 31. Dec. Romarici elevatio.
 3. Dec. Romaricus abb.
 4. Feb. Romualdi translatio.
 2. Iulii Romualdus abb.
 18. Sept. Romualdus mon.
 28. Ian. Romualdi elevatio.
 15. Maij Romualdi transl.
 18. Maij Romula V.
 14. Iunii Romula & Redempta.
 5. Sept. Rotulphus mon.
 10. Oct. Ruandus Episc.
 1. Nov. Ruandus Episc.
 18. Nov. Rudolphus Episcopus.
 22. Nov. Rudolphus Episc.
 30. Dec. Rudolphus Martyr.
 26. Apr. Rudolphus abb.
 2. Oct. Rudolphus mon.
 11. Dec. Rudolphus Episc.
 23. Aug. Rudolphus Generalis.
 7. Feb. Rudolphus abb.
 9. Apr. Rudolphus Conuers.
 12. Maij Rucella Virgo.
 14. Feb. Ruffinus abb.
 23. Oct. Ramoldus Archiep. Mart.
 15. Oct. Rumoldus Episc.
 4. Ian. Rupertus Tuitiensis abb.
 14. Iun. Ruperti Tuit. elevatio.
 5. Oct. Rupertus Episc. Salisb.
 22. Ian. Ruperti transl.
 27. Febr. Rupertus abb. Limburg.
 21. Mart. Rusticus abb.
 24. Apr. Rusticula abb.
 25. Apr. **S**
 29. Apr. **S**abinianus Mart.
 29. Apr. **S**abinianus abb.
 31. Maij **S**acerdos Episcopus.
 7. Iun. **S**agalus abb.
 7. Iulii **S**alaberga abb.
 10. Iulii **S**alaberga abb.

18. Iulii
 29. Nov.
 2. Dec.
 22. Dec.
 11. Oct.
 9. Oct.
 1. Mart.
 17. Sept.
 27. Maij
 21. Apr.
 16. Sept.
 4. Ian.
 23. Apr.
 8. Aug.
 30. Mart.
 16. Ian.
 26. Maij
 28. Febr.
 22. Maij
 17. Maij
 8. Dec.
 7. Feb.
 19. Iun.
 23. Oct.
 22. Nov.
 28. Dec.
 24. Iunii
 23. Iulii
 18. Apr.
 23. Mart.
 22. Oct.
 1. Iun.
 26. Iun.
 26. Iunii
 27. Iun.
 9. Iulii
 23. Sept.
 12. Oct.
 12. Nov.
 17. Dec.
 16. Aug.
 30. Nov.
 24. Iunii
 1. Iulii
 3. Mart.
 5. Mart.
 27. Mart.
 24. Sept.
 5. Nov.
 6. Nov.
 16. Aug.
 8. Iun.
 20. Nov.
 5. Maij
 4. Iulii
 22. Sept.
 Salis-

Salisburgenfes SS.
 Salomon Episc. Constant.
 Salomon Penitens.
 Salomon Rex.
 Salvius Episc.
 Salvius mon.
 Salvius Episc.
 Samson Episc.
 Samson abbas.
 Sancia mon.
 Sancius & soc. Mart.
 Sancta Virgo.
 Sancti Cluniac.
 SS. monasterii B. Iustinae.
 Sander adus abb.
 Sapientia Priorissa.
 Sapientia mon.
 Sarvigniacenses SS.
 Sauliensis abb. Mart.
 Sbigneus abb. Mart.
 Scholastica abb.
 Scutinus abb.
 Sebaldu mon.
 Sebbus Rex.
 Segefridus Conuers.
 Senoch abb.
 Senorina abb.
 Sequanus abb.
 Seraphina abb.
 Sergius Amalphi.
 Sergius IV. Papa.
 Sergius I. PP.
 Sergius Episc.
 Sergii PP. consecratio.
 Serlo abb.
 Seruvidens Mart.
 Setrida.
 Severa abbat.
 Severinus abb.
 Severinus mon.
 Severus abb.
 Sexburga Regina.
 Sexulphus Episc.
 Siacrus Episc.
 Sibotus Episc.
 Sibylla V.
 Sicharia V.
 Sifardus Mart.
 Siffredus abb.
 Siffredus Episc.
 Siffredus Episc.
 Sifridus mon.
 Sigebertus Rex Mart.
 V. Sigena Vid.
 Sigerus mon.
 Sigefridus Episc.
 Sigfridus abb.
 Sigirannus Episc.

I N D E X.

23. Ian. Sigirannus abb.
 6. Ian. Sigredus abb.
 9. Ian. Silvanus monach.
 5. Nov. Sillanus abb.
 11. Ian. Silvanus abb.
 18. Maij Silvani elev.
 10. Sept. Silvester mon.
 28. Iul. ----- mon.
 21. Aug. V. ----- II. Papa.
 13. Mart. ----- Conuersus.
 6. Aug. ----- Camald.
 16. Aug. ----- Instit. Ord.
 15. Apr. Silvinius Episc.
 11. Maij Simeon mon.
 24. Aug. ----- mon.
 31. Mart. ----- Achaicus.
 1. Maij ----- mon.
 1. Maij ----- Camaldul.
 10. Mart. ----- abb.
 10. Dec. Similianus Episc.
 10. Feb. Simon abb.
 2. Ian. ----- m. opilio.
 19. Aug. ----- abb.
 29. Aug. Simperti transl.
 22. Dec. Simpertus Episc.
 24. Oct. Simplicius mon.
 22. & 23. Apr. Simplicii Invent.
 19. Sept. Sindulphus mon.
 27. Maij Sindulphus mon.
 4. Ian. Sira Virgo.
 18. Aug. Sirudis abb.
 8. Sept. Sisebuti abb.
 11. Nov. Sisenandi Mart.
 17. Dec. Sifintrudis mon.
 10. Sept. Siviardi abb.
 13. Ian. Sola abb.
 10. Ian. ----- abb.
 20. Iulii Sophia abb.
 11. Febr. Speciosus mon.
 27. Nov. Spes abb.
 25. Aug. Spinela V.
 6. Iunii Spinolus abb.
 28. Ian. Stanislaus Episc. Mart.
 23. Maij ----- abb. & soc.
 26. Aug. Stephanus mon. Casm.
 9. Oct. ----- IV. PP.
 2. Feb. ----- Cardin.
 9. Iunii ----- Grandin.
 12. Sept. ----- Reatinus.
 27. Nov. ----- Archiep.
 28. Nov. ----- abb.
 16. Feb. ----- abb.
 7. Aug. ----- abb.
 24. Feb. Ven. ----- VII. PP.
 5. Iunii ----- abb.
 3. Aug. ----- IX. PP.
 22. Aug. ----- abb.
 4. Dec. ----- abb. Mart.

4. Dec.
 10. Apr.
 18. Feb.
 28. Feb.
 16. Apr.
 9. Sept.
 15. Apr.
 17. Apr.
 11. Maij
 9. Iun.
 3. Iulii
 26. Nov.
 17. Feb.
 1. Iunii
 26. Iulii
 9. Aug.
 14. Aug.
 19. Sept.
 16. Nov.
 15. Iunii
 4. Febr.
 24. Febr.
 4. Sept.
 28. Apr.
 12. Oct.
 1. Mart.
 29. Mart.
 20. Oct.
 10. Dec.
 23. Dec.
 3. Dec.
 15. Mart.
 16. Iulii
 29. Dec.
 1. Martii
 3. Dec.
 10. Dec.
 19. Sept.
 15. Mart.
 28. Mart.
 1. Nov.
 7. Aug.
 7. Maij
 17. Iulii
 19. Ian.
 31. Ian.
 12. Feb.
 13. Feb.
 13. Feb.
 2. Mart.
 10. Mart.
 13. Mart.
 24. Mart.
 24. Mart.
 28. Mart.
 29. Mart.
 5. Apr.
 11. Apr.
 Stepha-

Stephanus abb.
 Stephanus III. PP.
 Stephanus abb.
 Stephanus Archiep.
 Stephanus Rex Vngar.
 Stephanus Cardin.
 Stephanus V. PP.
 Stephanus Prior.
 Steph. IV. consecratio.
 Stephanus Conuers.
 Stephanus Conuers.
 Stephanus abb.
 Stephanus mon.
 Stephanus Episc.
 Stephanus VII.
 Stephanus Rex mon.
 Stephanus mon.
 Stubilio mon.
 Sturmio abb.
 Suatacopius Rex.
 Suerus abb.
 Sugerius abb.
 Sulpertus Episc.
 Sulpertus Episc.
 Sulpertus Episc.
 Sulpitius pius Archiep.
 Sulpitii Transl.
 Sulpitii Episcopi Bajone.
 Sunderoldus Archiep. Mart.
 Suranus abb.
 Suranus abb.
 Svithunus Episc.
 Svithuni Translatio.
 Syria Virginis.

T.

Tadwinus Archiep.
 Tanco Episc.
 Tarasia Rex.
 Tarasia Reg.
 Tarfilla mon.
 Taso abb.
 Tassilo Rex.
 Tarwinus Archiep.
 Tebredia abbat.
 Teclanus mon.
 Tetricus Episc. Mart.
 Tetta abb.
 Tetta abb.
 Teudarius abb.
 Teudechildis abb.
 Teutonium abb.
 Tezelinus mon.
 Tezelinus mon.
 Theobaldus abb. Cist.
 Theobaldus Villar m.
 Theobaldus abb. Eberb.

I N D E X.

17. Apr. Theobaldus Archiep.
 26. Apr. Theobaldus mon.
 27. Apr. Theobaldus mon.
 28. Apr. Theobaldus mon.
 10. Jun. Theobaldus abb.
 12. Jun. Theobaldi Transl.
 Theobaldus mon.
 2. Aug. Thecla abbat.
 7. Aug. Theodardus Conuersus.
 14. Sept. Theodardus abb.
 17. Sept. Theodardus Episc.
 18. Sept. Theodardus mon.
 17. Oct. Theodardus mon.
 30. Oct. Theodardus Episc. Leod.
 8. Dec. Theodemarius mon.
 14. Dec. Theodemarius mon.
 26. Dec. Theodemirus abb.
 30. Maij Theodemirus mon.
 16. Apr. Theodoricus Episc.
 16. Dec. Theodoricus mon.
 11. Mart. Theodoricus mon.
 5. Oct. Theodoricus mon.
 13. Ian. Theodoricus abb.
 10. Iunii Theodoricus abb.
 4. Sept. Theodoricus mon.
 1. Mart. Theodoricus mon.
 17. Ian. Theodoricus abb.
 15. Ian. Theodoricus abb.
 27. Ian. Theodoricus abb.
 26. Iuni Theodorus abb.
 24. Ian. Theodorus Archiep.
 17. Maij Theodorus mon.
 2. Iulii Theodorus abb.
 15. Iul. Theodorus Mart.
 Theodulphus abb.
 Theodulphus mon.
 Theodulphus mon.
 4. Aug. Theodulphus Episc.
 16. Feb. Theophanes Mart.
 25. Apr. Theophilus Mart.
 17. Iunii Theofaurus Cardinalis.
 24. Dec. Theofaurus abb.
 11. Dec. Theuzus abb.
 13. Dec. Theofredus abb.
 30. Iulii Theofredus abb. Mart.
 11. Dec. Theogerus Episc.
 16. Mart. Theogerus Episc. Metensis.
 27. Sept. Theoritgida V.
 27. Oct. Theresia abbat.
 29. Oct. Theresia Regina.
 10. Oct. Theresia transl.
 13. Sept. V. Theresia abb.
 23. Maij Thesia Regina.
 3. Nov. Thetmarus mon.
 2. Ian. Thiemo Archiep.
 16. Ian. Thiento abb. Mart.
 24. Ian. Thomas mon. Cantuar.

27. Apr.
 1. Iunii
 30. Iuni.
 1. Iulii
 8. Iunii
 15. Iulii
 22. Dec.
 15. Oct.
 14. Ian.
 23. Mart.
 1. Maij
 1. Sept.
 3. Sept.
 10. Sept.
 14. Ian.
 6. Dec.
 19. Nov.
 25. Iulii
 27. Ian.
 26. Feb.
 1. Apr.
 12. Apr.
 19. Apr.
 1. Iul.
 18. Iulii
 30. Iulii
 1. Aug.
 24. Aug.
 25. Sept.
 6. Mart.
 19. Sept.
 23. Oct.
 2. Nov.
 27. Dec.
 28. Feb.
 1. Maij
 2. Maij
 24. Iunii
 27. Dec.
 2. Oct.
 4. Sept.
 12. Sept.
 7. Aug.
 21. Iunii
 18. Nov.
 22. Apr.
 23. Dec.
 22. Ian.
 10. Maij
 15. Iulii
 12. Aug.
 30. Oct.
 12. Iunii
 17. Maij
 28. Sept.
 3. Apr.
 4. Martij
 Thomas

I N D E X.

Thomas mon.
 Thomas Martyr.
 Thomas Prior.
 Thoma Cant. transl.
 V. Thomas Mart.
 V. Thomas Lambardus.
 Thomas Mart.
 Thoma Cant. secundo.
 Thomas abb. Farfensis.
 Thomas mon.
 Thomas Cant. Archiep.
 Thomas mon.
 Thurianus Archiep.
 Tiagrinus mon.
 Tibba mon.
 Tilbertus abb.
 Tilberti Elevatio.
 Tillo abb.
 Tilmannus Mart.
 Tolobaus Episc.
 Torado mon.
 Torellus mon.
 Torphimus Episc.
 Totnanus Martyr.
 Toussanus mon.
 Tranquilla V.
 Trebellius Rex mon.
 Treverenses SS.
 SS. Trinitatis Cavæ.
 Tritelmus abb.
 Triumphus S.P.N.
 Triumphus B.V. Camber.
 Triumphus S.P.N.
 Triumphus S. Vismari.
 Triumphus S. Isidori.
 Triumphus S. Adalberti.
 Triumphus S. Venceslai.
 Triumphus S. Adalberti.
 Triumphus S. Isidori.
 Triumphus S.P.N.
 Triumphus S. Isidori.
 Triumphus S. Michael.
 Triumphus S. AEmiliani.
 Triumphus S. Isidori.
 Triumphus S. Ildephonsi.
 Truda abb.
 Trudonis transl.
 Trumwinus Episc.
 Trumwinus Episc.
 Tudecha Abbat.
 Tudoualus Episc.
 Tumberus Episc.
 Turibius Episc. Palent.
 Turquillus mon.
 Tutelo mon.
 Tuto Episc.

20. Mart.
 13. Maij
 3. Iulii
 7. Iulii
 8. Iulii
 4. Aug.
 6. Aug.
 19. Aug.
 10. Sept.
 21. Dec.
 29. Dec.
 31. Dec.
 13. Iulii
 26. Dec.
 13. Dec.
 23. Feb.
 13. Maij
 7. Ian.
 7. Apr.
 22. Mart.
 1. Aug.
 16. Mart.
 8. Ian.
 17. Mart.
 25. Nov.
 4. Mart.
 13. Mart.
 17. Feb.
 16. Iulii
 15. Nov.
 19. Feb.
 29. Mart.
 30. Mart.
 2. Apr.
 7. Iun.
 8. Iun.
 13. Iunii
 15. Iun.
 29. Iun.
 27. Iulii
 8. Aug.
 19. Aug.
 29. Sept.
 18. Oct.
 25. Nov.
 18. Dec.
 23. Nov.
 11. Aug.
 9. Feb.
 9. Maij
 24. Aug.
 24. Iun.
 24. Dec.
 16. Apr.
 10. Dec.
 27. Apr.
 4. Maij

Valentinus Papa.
 Valentinus mon.
 Valentinus abb.
 Valentinus abb.
 Valeria V.
 Valerius abb.
 Valerius Episc.
 Vallisoleiani SS.
 Vanningus mon.
 Vbaldesca mon.
 Vda Inclusa.
 Vdalgartba m.
 Vdaltrici Episc. Canoniz.
 Vdaltricus abb.
 Vdaltricus Episc. Aug.
 Vdaltricus Cluniac.
 Vdardus Episc.
 Vdervolta mon.
 Venantius mon.
 Venantius abb.
 8. Ian.
 Venerius abb.
 Venerius abb.
 25. Nov.
 Venerius Camald.
 Venerii transl.
 Ventila mon.
 Veranus Episc.
 Verdiana Reclusa.
 Veremundus abb.
 V. Veremundus Rex.
 Verona mon.
 Vicelinus Episc.
 Victorpus Episc.
 Victor mon.
 Victor III. PP.
 Victor mon.
 Victorius abb.
 Victorinus abb.
 Vigor Episc.
 Villarienses SS.
 Vilicarius Archiep.
 Vincentius Episc.
 Vincentius abb. Mart.
 Vincentius mon.
 Vincentius mon.
 Vincentius abb. Mart.
 Vincentii mon. transl.
 Vintmarus mon.
 Violantia abb.
 Violantia abb.
 Violantia Conuersa.
 V. Vipertus.
 Virgilius Episc. Arelat.
 Virgilius Episc.
 Virgilius Episc. Salisburg.
 Virilus abb.

22. Ian.
 7. Aug.
 6. Oct.
 4. Nov.
 8. Oct.
 16. Ian.
 24. Iulii
 20. Apr.
 8. Ian.
 28. Maij
 8. Sept.
 18. Aug.
 31. Ian.
 19. Feb.
 4. Iulii
 10. Iul.
 4. Nov.
 12. Aug.
 10. Oct.
 13. Oct.
 14. Oct.
 11. Sept.
 13. Sept.
 13. Sept.
 3. Nov.
 23. Dec.
 13. Iulii
 1. Feb.
 8. Mart.
 14. Iun.
 29. Aug.
 12. Dec.
 8. Apr.
 26. Feb.
 16. Sept.
 19. Sept.
 7. Ian.
 12. Ian.
 1. Nov.
 17. Ian. 28. Mart.
 14. Apr.
 2. Feb.
 11. Mart.
 24. Maij
 14. Iulii
 11. Sept.
 20. Sept.
 9. Dec.
 28. Feb.
 9. Sept.
 28. Dec.
 22. Maij
 5. Mart.
 7. Oct.
 27. Nov.
 1. Oct.
 Vitalis

I N D E X.

Vitalis abb. solemn.
 Vitalis Episc.
 Vitalis abb.
 Vitacvienses Mart.
 Vitingus abb. Mart.
 Vivianus abb.
 Vivina Vidua.
 Viboldus Conuers.
 Vricus abb. Villar.
 Vricus mon.
 Vricus mon.
 Vrho mon.
 Vitanus abb.
 Vitanus mon.
 Vndo mon.
 Vnni Archiep.
 Vocardus Mart.
 Volckerus Mart.
 Volmarus abb.
 Volquinus mon.
 Vrbanus abb.
 Vrbanus II. PP.
 Vrbanus IV. PP.
 Vrbanus V. Papa.
 Vrbicius abb.
 Vrdagislus mon.
 Vrius mon.
 Vrraca mon.
 Vrraca Abbatissa.
 Vrraca abb.
 Vrsicinus mon.
 Vrsio mon.
 Vrsuari Episc. elev.
 Vrsuari & soc. transl.
 Vrsuari Episc.
 Vrsuari & soc. transl.
 Vrsus abbas.
 Vrsus Dux.
 Vricenses SS. & BB.
 Vrho abb.
 Vrho abb.
 Vulchinus abb.
 Vulferius mon.
 Vulmarus abb.
 Vulmari transl.
 Vulphild abb.
 Vulsinus Episc.
 Vultanus abb.

W.

W Albertus Episc.
 VValbertus Episc.
 VValdegundes abb.
 VValdericus abb.
 VValdericus abb.
 VValdericus mon.
 VValdetrudis abb.

7. Ian. VValdetrudis abb.
 20. Oct. VValdetrudis transl.
 29. Dec. VValdrada abb.
 26. Ian. VValdredus abb.
 14. Nov. VValafridus abb.
 20. Maij VValfridus abb.
 17. Dec. VValenus abb.
 26. Ian. VValeranus abb.
 1. Ian. VValericus abb.
 20. Feb. VValerici transl.
 1. Oct. VValicho abb.
 26. Iulij VValpurg mon.
 1. Maij. 5. Maij VValpurg abb.
 8. Aug. VValpurg transl.
 18. Dec. VValpurg elevatio.
 14. Sept. VValterus de Birbaet.
 25. Maij VValterus mon.
 7. Mart. VValterus Conuers.
 21. Iulij VValterius mon.
 18. Iulij VValterus abb.
 8. Apr. VValterus mon.
 29. Iulij VValterius mon.
 2. Oct. VValterus abb.
 19. Dec. VValterus abb.
 30. Maij VValterus abb.
 18. Dec. VValterus Prior.
 17. Mart. VValtho abb.
 9. Ian. VValtpertus mon.
 7. Iunii VValtranus mon.
 9. Aug. VValdelinus Conuers.
 21. Feb. VValdregisilus.
 29. Sept. VValdregis. transl.
 26. Mart. VValningus mon.
 4. Apr. VValasnulphus Episc.
 18. Apr. VValvingartenses SS.
 2. Iulij VValdelburgis m.
 28. Iulij VValdelinus abb.
 24. Nov. VValenceslaus Dux.
 10. Aug. VValenefrida V. Mart.
 7. Sept. VValverburga abb.
 3. Oct. VValverdinus abb.
 18. Sept. VValverenfridus mon.
 11. Dec. VValvernerus mon.
 20. Iulij VValvernerus mon.
 17. Iun. VValverricus Prior.
 9. Dec. VValverricus Prior.
 8. Ian. VValverricus mon.
 22. Iul. VValvborada Mart.
 VValvbrandis V.
 ----- V.
 VValvbertus Conuers.
 26. Apr. VValvclpertus mon.
 2. Maij VValvcltrudis abb.
 10. Feb. VValvigandus mon.
 5. Iulij VValvigbertus Mart.
 7. Oct. VValvigbertus abb.
 15. Nov. VValvisetrud abb.
 3. Feb. VValvisfrida abb.

9. Apr.
 12. Aug.
 5. Maij
 22. Iulij
 17. Apr.
 20. Dec.
 9. Aug.
 12. Sept.
 12. Dec.
 1. April.
 27. Dec.
 25. Feb.
 27. Apr. 1. Maij
 4. Aug.
 21. Sept.
 22. Ian.
 26. Mart.
 29. Mart.
 7. Apr.
 17. Maij
 6. Iunii
 15. Iunii
 28. Aug.
 26. Sept.
 13. Nov.
 26. Nov.
 27. Dec.
 7. Oct.
 18. Sept.
 5. Iulij
 22. Iulij
 31. Mart. 3. Sept.
 9. Ian.
 1. Oct.
 13. Iunii
 17. Ian.
 20. Oct.
 28. Sept.
 3. Nov.
 3. Febr.
 27. Oct.
 14. Aug.
 16. Iulij
 19. Apr.
 12. Maij
 5. Dec.
 14. Dec.
 2. Maij
 16. Iunii
 3. Iulij
 18. Dec.
 13. Apr.
 13. Iunii
 22. Oct.
 12. Aug.
 13. Aug.
 23. Nov.
 13. Sept.
 VValvisfridus

I N D E X.

VValfridus Archiep.
 VValfridus Archiep.
 VValgilfus abb.
 VValgilfus m.
 VValgottus m.
 VValhelmus Episc.
 VValhelm Abbas.
 VValhelm Hirsang.
 VValhelmus mon.
 VVallehadus Episc.
 VValleicus abb.
 VValleicus Episcopus.
 VVallibaldus Episc.
 VVallibaldi & soc. transl.
 VVallehadus Episc.
 VVallibrordus Episc.
 VVallibrordus Episc.
 VVallibrordi transl.
 VValmo Archiep.
 VValmocus abb.
 VValmolus Abb.
 VValnebaldu Mart.
 VValnebaudus Abb.
 VValnocus Abb.
 VValnocus Abb.
 VValnoci elev.
 VValnolatus Abb.

23. Mart. 1. Aug. 30. Dec.

FINIS Indicis.



SAGRA.

9. Maij VValnivalocus Abb.
 12. Oct. VValvinto Abb.
 20. Feb. VValviro Episc.
 7. Nov. VValvistremundus Mart.
 24. Nov. VValviteburgis V.
 2. Ian. VValvivina V.
 25. Iun. VValvolbodo Episc.
 5. Iulij VValvolfgangus Episc.
 26. Aug. VValvolframus.
 13. Iulij VValvolfoldus Abb.
 2. Mart. VValvolfus Abb.
 4. Maij VValvolfus mon.
 7. Iulij VValvolphelmus Abb.
 1. Maij VValvolstanus Episc.
 8. Nov. VValvolfranus Archiep.
 7. Nov. VValvunibaldus Abb.
 22. Nov. VValvunibaldi transl.
 19. Oct. VValvulfridus mon.
 21. Oct. VValvundi Archiep.
 25. Nov.
 21. Maij
 25. Maij
 6. Apr.
 18. Sept.
 6. Nov.
 3. Mart.
 3. Mart.
 3. Mart.
 10. Mart.
 8. Maij
 8. Iunii
 8. Iulij
 25. Sept.
 21. Oct.
 31. Oct.
 11. Mart.
 1. Nov.
 4. Sept.
 21. Oct.
 22. Apr.
 19. Ian.
 20. Mart.
 18. Dec.
 24. Sept.
 13. Febr.
 29. Dec.
 18. Ian.
 15. Mart.
 1. Maij
 30. Mart.

Z.

Z Acharias mon.
 Zacharias Papa.
 Zoerardus mon.
 Zosymus Episcopus.

INDEX PER BREVIS

Rerum aliquot memorabilium, in Menologio Benedictino comprehensarum.

| | |
|---|---|
| <p><i>Abstinencia mira S. Ida.</i> <i>Ambrosius alter S. Erminoldus.</i> <i>item S. Isidorus NB.</i> <i>Angelo Custodi devota S. Kentigerna.</i> <i>S. Ida.</i> <i>S. Abundantia.</i> <i>Angeli familiares S. Petro Marginet.</i> <i>S. Guthlaco.</i> <i>B. Aymoni.</i> <i>S. Zoerardo.</i> <i>S. Marculpho.</i> <i>S. Columba.</i> <i>S. Maria de Oegnies.</i> <i>S. Maxentio.</i> <i>S. Gerekino.</i> <i>S. Sampsoni.</i> <i>B. Simoni.</i> <i>S. Rodingo.</i> <i>B. Lutgardi.</i> <i>Angeli servant B. L. Libala Regi.</i> <i>S. Bamba Regi.</i> <i>alternant horas cum S. Gudvvaldo.</i> <i>communicant B. Mechtildem,</i> <i>ministrant S. Osvaldo.</i> <i>regunt S. Rainaldum.</i> <i>musici ad mensam S. Victoris.</i> <i>inumbant S. Hadelinum.</i> <i>familiares B. Bonifacio.</i> <i>alteri Bonifacio.</i> <i>S. Finneno.</i> <i>S. Ceadda.</i> <i>S. Eulogio.</i></p> | <p>15. Jan. Anglorum S. Gregorius Magnus. 12. Marti 6. Jan. Bulgarorum S. Trebellius Rex Monachus. 13. Marti 4. Apr. Illitici, Moravia, Sclavonia, Bulgaria, Croatia & Bohe- mia SS. Grillus & Mechtudius. 19. Marti 7. Jan. Hispania S. Martinus Dumenfis. 19. Marti 19. Jan. Saxon, Frisia, Fofeteslandia S. Ludgerus. 26. Marti 26. Mart. Noricorum & Bavaria S. Rupertus. 27. Marti 11. Apr. VVarasorum S. Eustachius Abb. 29. Marti 30. Apr. Fania, Theoracum & Menapum S. Vrsmarus. 18. Apr. 1. Maij Bohemia, Vngaria, Polonia, Tituania, & Russia S. Adal- bertus. 23. Apr. 3. Maij Anglorum S. Mellitus. 24. Apr. 9. Iunij Scotia & Germania S. Egbertus. 24. Apr. 23. Iunii Pontivensum & Pitromarinorum Apostolus S. Richa- rius Abbas. 26. Apr. 26. Iunii Septentrionis S. Adalagus. 29. Apr. 25. Iulii Lituania Ven. Hieronymus. 14. Maij 28. Iulii Suecorum, Danorum, Gothorum, & Frisonum S. Adel- garius. 15. Maij 4. Sept. Fortunatarum Insularum S. Brandanus. 16. Maij 18. Sept. Anglorum S. Augustinus Archiepisc. 26. Maij 25. Oct. Polonia & Vngaria S. Gaudenus. 29. Maij 23. Mart. Dania S. Gislemarus. 31. Maij 15. Jan. Germania totius S. Bonifacius. 5. Iunii 6. Iunii Frisia S. Odulphus. 12. Iunii 6. Iulii Sclavorum S. Benno Episc. 16. Iunii 28. Febr. Russia S. Bonifacius. 19. Iun. 9. Febr. Kenemaria S. Ingelmundus. 24. Iun. 26. Febr. Mechlunensium S. Rumoldus. 25. Iun. 3. Febr. Hollandia & Kenemaria S. Adalbertus. 2. Iulii 2. Febr. Pomerania S. Ottho. 6. Iulii 19. Febr. Treverorum S. Goar. 7. Iulii 23. Febr. Germania S. Vilibaldus. 11. Iulii 12. Mart. Rhatia S. Sigisbertus. 18. Iulii 11. Mart. VValacra insula S. Fridericus. 21. Iulii 3. Jan. Alfaria S. Arbogastus. 22. Iulii 1. Jan. Caletensium S. VVandregisilus. 12. Aug. 4. Jan. Frisonum S. VVigbertus. 14. Aug. 5. Jan. Batavorum VVesterford, Elstensium & Neomagensium S. VVerenfridus. 14. Aug. 7. Jan. Livonia S. Maynardus. 14. Aug. 11. Jan. Frisonum S. Hieron. 17. Aug. 16. Jan. Aegypti & Babilonis S. Bononius. 30. Aug. 23. Jan. Nortumbria S. Aidanus. 31. Aug. 25. Jan. Tarvanensium S. Audomarus. 9. Sept. 30. Jan. Taxandria S. Lambertus. 17. Sept. 2. Febr. Anglia S. Honorius. 30. Sept. 3. Febr. Gracia Vrbanius IV. 2. Oct. 4. Febr. Saxonia SS. Evvaldi. 3. Oct. 6. Febr. Hispania S. Fulgentius. 8. Oct. 6. Febr. Anglia S. Paulinus. 10. Oct. 6. Febr. Orientalis Saxonia S. VVilfridus. 12. Oct. 9. Febr. Austria S. Colmannus. 13. Oct. 23. Febr. Lituania & Prussia S. Bruno. 15. Oct. Frisia, Brunsvici, Batua, Teisterbandia, Boruetuariorum & Coloniensum Sanctus Suitpertus Episco- pus. 21. Oct. 1. Martij VVandalorum S. Bruno. 16. Oct. 1. Maij Treverorum S. VVolfus. 18. Oct. 2. Mart. Livonia S. Bertholdus. 21. Oct. 7. Mart. Hispania S. Bernardus VViquensis. 21. Oct. 23. Oct. Turin</p> |
|---|---|

Apostoli diversarum gentium & Regnorum.

Picardia S. Blimundus.
Scotorum & Pictorum S. Ernanus.
Sclavorum S. Eubentius.
Orientalium Saxonum S. Cetti.
Flandria S. Tillo.
Livonia S. Petrus de Confluentia.
Orientalium Anglorum S. Furseus.
Livonia B. Bernardus Episc.
Pictorum S. Euchadius.
Moravia S. Gervadius.
Anglorum S. Laurentius.
*Gotthia, Suecia, Dania & totius Septentrionis S. Ansga-
 rius.*
Earundem provinciarum S. Rembertus.
Vasconia S. Amandus.
*Turonum, Eburonum & Brabantorum idem S. Aman-
 dus.*
Lycationum & Ambronum S. Alto.
Mechelburgensium S. Ioannes.
*Frisia, Brunsvici, Batua, Teisterbandia, Boruetuariorum
 & Coloniensum Sanctus Suitpertus Episco-
 pus.*
VVestphalia & Hollandia idem.
Suecorum B. Stephanus Archiep.
Gandavensium S. Ioannes Abb.

I N D E X.

Turingia S. Albuinus.
 Austria Vngar. & Bohem. S. Wolfgangus.
 Bajocensium S. Vigor.
 Gandensium S. Florbertus.
 Holland. Frisia, Zelandia S. VVilibrord.
 Saxon. & Frisia S. VVillehadus.
 VVandalorum S. Ioannes.
 Brabantia & Flandria S. Livinus.
 Sicambria, Iuliaci, Clivia S. Lebuinus.
 Hasbania S. Trudo.
 Polonia Apostolus B. Casimirus.
 Frisia S. Radbodus.
 Saxonia & Frisia S. Acca.
 Flandria, Frisia, Suecia S. Eligius.
 Occidentale Saxonum S. Birinus.
 Lubaviensis S. Christianus.
 Maritima Gallia S. Caidocus.
 Septentrionis S. VVitmarus.
 Sclavorum, VVandal. & Holfatarum S. Vicelin.
 Anglia ultimus Apostolus Ven. Candidus.
 VVederovia Turing. & Saxon. S. Sturmio.
 Turingia S. VVunibaldus.
 Frisia & S. Gregorius Traiect.
 Vngarorum S. Anastas.
 Alfatia S. Leopardus.

Aqua in Vinum versa.

S. Odiloni Abbati.
 S. Rogerio Abbati.
 S. Aldegundi Virgini.
 S. Verasiana Virgini.
 B. VVictori fons integer vino fluit.
 Sancto AEdo Episc.
 B. Thoma Camaldulensi.
 B. Petro monacho.
 S. Aldobrandesca.
 S. Vbaldesca.
 S. Richardo.
 S. Bertholdo Garstenf.
 S. Geraldo scopolus pro aqua dat vinum.
 S. Ratbodo.
 B. Alberto.
 S. Homobono.

Aqua calcabilem se prabet.

S. Mauro S. P. N. discipulo.
 S. Dagao Episcopo.
 S. Adelmo Abbati.
 B. Hilario.
 S. Odiloni Abbati.
 S. Fanchea.
 S. Scutino.
 S. Lamberto.
 S. Bennoni Episcopo.
 S. Desiderio.
 S. Sebaldo.
 S. Bernardo Hispano.
 S. Birino.
 B. Iutta.

ANATHEMA EFFICAX S. LUBENTII 4. Jan.

Bello potentissimi Tutelares.

S. P. N. Benedictus.
 S. Adelhardus Abbas.
 S. Maurontus Abbas.
 S. Filanus ad cuius preces casa 50000.
 S. Victorianus.

26. Oct. S. Ida Abbatissa.
 31. Oct. S. Bamba Rex Monachus.
 1. Nov. S. Emerius Abbas.
 1. Nov. S. Adelelmus.
 7. Nov. B. Raymundus Abbas.
 8. Nov. S. Rembertus.
 10. Nov. S. Angilbertus.
 12. Nov. S. Finnenus mirificus bello.
 12. Nov. S. AEdus.
 23. Nov. S. Suvitpertus Episc.
 28. Nov. S. Trebellius Rex monachus.
 29. Nov. S. Adelbertus.
 29. Nov. S. Anselmus Lucensis.
 1. Dec. S. Isidorus Episc.
 3. Dec. S. VVrsmarus.
 4. Dec. S. Erminus.
 7. Dec. B. Petrus Teutonicus.
 9. Dec. S. Marculphus.
 12. Dec. S. Maurontus Abbas.
 15. Dec. S. Adalbertus Archiep.
 16. Dec. S. Arnaldus.
 19. Dec. S. VVichbertus.
 21. Dec. S. Aidanus.
 30. Dec. S. Agricola Episcop.
 31. Dec. S. VVenceslaus.
 S. Lucas Abbas.
 S. Berecharius.
 S. Bernardus Cardinalis.
 S. Agnellus Abbas.

Campanarum mira compulsatio in vita seu morte.

1. Jan. S. Ioanna Balneensis.
 4. Jan. S. Abundantia.
 30. Ian. S. Pega.
 1. Feb. S. Benedicti monachi.
 26. Febr. S. Verdiana.
 28. Febr. S. Malcoldia.
 25. Martij S. Torelli.
 12. Apr. S. Melioris Conversi.
 26. Apr. S. Guidonis Abbatis.
 28. Maij S. Guilhelmi Gellonensis.
 14. Iunij S. Gundislavi Abbatis NB.
 27. Iulij S. Placidi Disertinensis.
 13. Oct. S. Franci seu Franconis.
 20. Nov. S. Eginonis.
 13. Nov. S. Raineldis.
 15. Jan. S. Abundantia.
 19. Febr. S. Ebrulphi.
 25. Maij B. Angeli.
 4. Iun. S. Aurea Abbatissa.
 1. Jan. S. Attilani Episcopi.
 2. Jan. S. Bernardi monachi.
 26. Maij S. Remacli Episc.
 16. Iunij S. Baldrici.
 12. Iulij S. Donati Episc.
 19. Aug. B. Bertholdi Conversi.
 20. Aug. S. Bernardi Episcopi VViquons. NB.
 3. Dec. S. Fina.
 22. Dec. S. VVunibaldi Abbatis.

Canonum Collectores.

S. Martinus Dumienfis.
 S. Burcardus Episc. VVormat.

15. Jan.
 15. Jan.
 27. Jan.
 31. Jan.
 1. Febr.
 4. Febr.
 18. Febr.
 23. Febr.
 28. Febr.
 1. Mart.
 13. Mart.
 15. Mart.
 18. Mart.
 4. Apr.
 18. Apr.
 25. Apr.
 26. Apr.
 3. Maij
 5. Maij
 23. Apr.
 30. Iulij
 13. Aug.
 31. Aug.
 2. Sept.
 28. Sept.
 13. Oct.
 16. Oct.
 9. Dec.
 14. Dec.

6. Jan.
 19. Jan.
 8. Jan.
 20. Jan.
 1. Febr.
 15. Mart.
 16. Mart.
 26. Mart.
 31. Mart.
 28. Maij
 6. Iunij
 11. Iulij
 5. Iun.
 15. Iulij
 16. Iulij
 16. Iulij
 26. Iulij
 19. Aug.
 4. Oct.
 5. Oct.
 14. Oct.
 3. Sept.
 16. Oct.
 22. Oct.
 23. Oct.
 1. Nov.
 18. Dec.

19. Mart.
 8. Mart.
 Corona

I N D E X.

Corona Domini per B. Michaelem.
 Corvus pascit Ven. Antonium Camald.
 Carnibus vesci ab Angelo iubetur S. Dunchad.
 Canonici Ordinis Institutores varij.
 S. Rigobert.
 S. Augustinus Archiep. Cant.
 S. Dunstanus Archiep. Cant.
 Conceptionis immaculatae B. M. V. primus assertor S. Anselmus.
 Conceptionis Beat. M. V. Ordo per B. Beatrix de Sylva.
 Cera indeficiens S. Godoberta.
 Corona Spinea S. Ida NB.
 Culina felicitas B. Gude.
 Ciborum mira suavitas B. Andrea.

Cæci Sancti.

S. Ademar Abb.
 B. Violantia Abbatissa.
 S. Spes abb.
 S. Aufridus Episc.
 S. Luitgarda.
 S. Ramuoldus abb.
 S. Raynerius.
 B. Salome Reclusa.
 B. Valtricus Cluniacensis.
 S. Bernardus Tolomans.
 S. Audomarus.
 S. Salaberga.
 S. Ottilia Abbatissa.
 S. Aymar Abb.
 S. Pandulphus abb.
 B. Henricus Episc.
 B. Tassilo Dux Conversus.
 S. Pardulphus.
 S. Engilbertus.
 S. Sebastianus Archiep.
 B. Remigius Conversus.

Cultores Deiparæ ex innumeris pauci.

S. Odilo abb.
 S. Amadens Episc.
 B. Vitalis.
 S. Kentigerna.
 S. Egvvinus Episc.
 S. Salvius Episc.
 S. Inetta Reclusa.
 SS. Maurus & Bonitus.
 B. VValtherus NB.
 S. Ildephonsus Archiep.
 B. Petrus Suis.
 Ven. Pandulphus.
 S. Stephanus abb.
 B. Siffrius.
 B. Marcoussius.
 S. Bonifacius Laufanensis.
 B. Henbardus.
 S. Petrus Damiani.
 B. Desiderius Conversus.
 Ven. Antonius Conversus.
 Ven. Nicolaus Fagan.
 S. Francisca Romana.
 S. P. N. Benedictus.

21. Ian. S. Gregorius IX. Pont. Max.
 16. Ian. S. Alfouoldus Episc.
 16. Ian. S. Rupertus Episc.
 4. Ian. S. VValerius abb.
 B. Theodorus.
 S. Lanzo monachus.
 S. Bernardus Archiep. Tolet.
 B. Iuliana NB.
 V. Martinus a Vargas.
 Ven. Engelbertus abb.
 B. Petrus Monach.
 28. Iunii S. Sergius Casinas.
 26. Febr. Petrus frater Regis Lusit.
 B. Ioannes Conversus.
 S. Brandanus.
 Ven. Beda.
 B. Iacobus.
 B. Sigerus.
 B. Ferdinandus Infans Lusit.
 B. Ioan. Palsanensis.
 S. Ortho Episcopus.
 B. VVeberus.
 S. Robertus Calestinus.
 B. Christianus.
 B. VVrbannus II. Pont. Max.
 S. VVallenus.
 S. Arnulphus Skesfion.
 B. Maria Monialis.
 B. Margarita abb.
 B. Guericus.
 B. Eberhardus abb.
 B. Beatrix.
 S. Gregorius IX.
 S. Elsinus.
 B. VVilhelmus.
 B. Alexander. III.
 Ven. Clemens.
 B. Christianus.
 S. Thomas abb.

1. Ian. B. Petrus Morerola.
 7. Ian. B. Guntelinus.
 7. Ian. S. Aichardus abb.
 7. Ian. Ven. Albericus Cardin.
 11. Ian. S. Ida.
 11. Ian. S. Rainerus.
 13. Ian. S. Tezelinus.
 15. Ian. S. Gerardus abb.
 22. Ian. B. Henricus Conversus.
 23. Ian. B. Gosbertus.
 3. Febr. B. Antonia.
 5. Febr. S. Sylvester.
 14. Febr. S. Gregorius Papa III.
 16. Febr. S. Ratbodus Episc.
 16. Febr. SS. Iofcio & Iolbertus.
 19. Febr. S. Eligius Episc.
 20. Febr. B. Anselmus monachus.
 22. Febr. B. Ida monialis.
 24. Febr. B. VVulferius.
 7. Mart. S. Laurentius monachus.
 8. Mart. B. Thomas.
 9. Mart. S. Ioannes NB.
 21. Mart. B. Thomas.

22. Mart.
 25. Mart.
 27. Mart.
 27. Mart.
 1. Apr.
 1. Apr.
 1. Apr.
 2. Apr.
 5. Apr.
 6. Apr.
 10. Apr.
 10. Apr.
 12. Apr.
 8. Maij
 9. Maij
 13. Maij
 16. Maij
 27. Maij
 30. Maij
 5. Iunii
 17. Iun.
 20. Iun.
 1. Iulij
 16. Iulij
 19. Iulij
 27. Iulij
 29. Iulij
 9. Aug.
 15. Aug.
 15. Aug.
 16. Aug.
 19. Aug.
 22. Aug.
 29. Iulij
 23. Aug.
 23. Aug.
 26. Aug.
 27. Aug.
 2. Sept.
 7. Sept.
 10. Sept.
 13. Sept.
 15. Sept.
 17. Oct.
 29. Oct.
 30. Oct.
 3. Nov.
 4. Nov.
 23. Nov.
 24. Nov.
 26. Nov.
 28. Nov.
 30. Nov.
 1. Dec.
 2. Dec.
 11. Dec.
 11. Dec.
 18. Dec.
 21. Dec.
 21. Dec.
 29. Dec.

Deipara miris favoribus honorati.

S. Hoftradius Abb.
 B. Paula ab ore pueri Iesu lac gustat.
 Ven. Marianus.
 S. Adrianus abb.
 S. Idephonsus Archiep.
 S. Inetta.
 S. Bonitus Arvern. Ep.
 B. Ioan. Iardin.
 S. Emerius abb.
 B. Rembertus.
 B. Ignatius monachus.
 B. Christianus.
 B. Paulus Conuersus.
 B. Sylvanus.
 Ven. Hieronymus.
 Andreas mon. osculo donatus.
 Maria monialis ferto coronatur.
 S. Francisca Romana.
 S. Petrus Monoculus.
 S. Abundus NB.
 B. Eustachius NB.
 B. Rainaldus.
 B. Arnulphus abb.
 S. Galla vidua monialis.
 S. Albertus mon. Crispin.
 B. Hermannus NB.
 B. Guilelmus Princeps.
 S. Fulbertus Episc.
 B. Balduinus.
 B. Ida de Louanio.
 B. Christina.
 B. Henricus Hemmenrod.
 S. Oportuna Abbat.
 S. Adalbertus Archiep.
 S. Robertus abb.
 S. Gothardus Episcop.
 B. Catharina Iudaea.
 S. Ioannes Damascenus.
 S. Eulalia NB.
 S. Bernardus abb.
 Ven. Margarita.
 S. Dunstanus Archiep.
 S. Godricus.
 S. Ioannes Parmensis.
 S. Gregorius VII. Papa.
 S. Maria de Oegnies.
 B. Arnulphus.
 B. Bertramus.
 B. Mechtild Edelstett.
 B. Robertus Conuersus.
 S. Abundantia.
 S. Gerekinus.
 S. Arnaldus.
 S. Ethelwoldus Episc.
 B. Gereon. NB.
 B. Iacobus.
 S. Bernardus abb.
 B. Petrus Poit.
 B. Arnoldus.
 B. Paulus monachus.
 B. Maria Vela.
 S. Gerardus Episc.
 B. Ioanna Abbatissa.

I N D E X.

B. Laurentius Dunensis.
 B. Ioannes de Monte mirabili.
 3. Ian. B. Conradus Cardinalis.
 5. Ian. B. Godefridus.
 6. Ian. B. Ioanna.
 9. Ian. S. Ida monialis.
 23. Ian. B. Rainerus.
 13. Ian. B. Tezelinus.
 15. Ian. B. Gosbertus.
 25. Ian. S. Silvester.
 27. Ian. S. Radbodus Episc.
 27. Ian. B. Ida monialis.
 2. Feb. S. Laurentius.
 4. Feb. B. Thomas.
 8. Feb. A. Adam monachus.
 19. Feb. S. Thomas Cantuar.
 19. Feb.
 2. Mart.
 9. Mart. S. Paschasius Ratpertus.
 9. Mart. S. Alachrinus.
 14. Mart. S. Bertualdus Archiep.
 19. Mart. S. Agatho Papa.
 27. Martii S. Sulpitius.
 30. Mart. S. Dominicus Soranus.
 2. Apr. SS. Agilus & Luxovienses.
 6. Apr. S. Cadocus.
 7. Apr. S. Gregorius IV. Papa.
 7. Apr. S. Alanus NB.
 9. Apr. S. Rhabanus Archiep.
 10. Apr. S. Odo Sacramentarios debellat.
 13. Apr. S. Benedictus.
 13. Apr. S. Gregorius II. Pont. Max.
 15. April. S. Petrus Damiani.
 21. Apr. S. Almaricus.
 22. Apr. S. Petrus Martyr.
 23. Apr. Ven. Nicolaus Fagan.
 29. Apr. S. Gregorius Magnus.
 4. Maij B. Gregorius Papa IX.
 4. Maij S. Egbertus.
 6. Maij S. Victorpus Episc.
 11. Maij S. Fulbertus Carnotensis.
 13. Maij S. Leo IX. Papa.
 15. Maij S. Anselmus Cantuar.
 19. Maij B. Alexander II. Papa.
 21. Maij S. Petrus Tarentasiensis.
 22. Maij S. Alcuinus abb.
 25. Maij S. Gregorius Papa VII.
 23. Iunij B. Urbanus II. Pont. Max.
 30. Iun. S. Andoenus Episc.
 4. Iulij S. Gregorius Turon.
 6. Iulij S. Fulgentius.
 10. Iulij
 16. Iulij
 25. Iulij S. Fintanus 160. annorum.
 30. Iulij S. Agilus 100. annor.
 1. Aug. S. Ioannes Rhemensis 120. annor.
 1. Aug. Ven. Anna Toschel 130. annor.
 18. Aug. B. Alanus 116. annor.
 20. Aug. S. Romualdus 125. annor.
 20. Aug. S. Fintanus alius a superiore 135. ann.
 25. Aug. S. David Episc. 147. annor.
 25. Aug. S. Lucas abb. 100. annor.
 24. Sept. S. Virgilius Arelat. 127. annor.
 24. Sept. S. Alferius abb. 120. annor.
 27. Sept. B. Gisila Regina 100. & supra.
 28. Sept.
 29. Sept.
 30. Sept. 2. Oct.
 2. Oct.
 19. Oct.
 30. Oct.
 3. Nov.
 23. Nov.
 26. Nov.
 28. Nov.
 11. Dec.
 18. Dec.
 21. Dec.
 22. Dec.
 29. Dec.
 2. Ian.
 5. Ian.
 9. Ian.
 10. Ian.
 17. Ian.
 22. Ian.
 23. Ian.
 24. Ian.
 26. Ian.
 30. Ian.
 4. Feb.
 7. Feb.
 12. Feb.
 13. Feb.
 22. Feb.
 1. Mart.
 5. Mart.
 8. Mart.
 12. Mart.
 22. Mart.
 28. Mart.
 8. Apr.
 10. Apr.
 19. Apr.
 21. Apr.
 22. Apr.
 8. Maij
 19. Maij
 25. Maij
 29. Iulij
 24. Aug.
 17. Nov.
 8. Oct.
 3. Ian.
 23. Ian.
 28. Ian.
 28. Ian.
 30. Ian.
 7. Feb.
 21. Feb.
 1. Mart.
 2. Mart.
 5. Mart.
 12. Apr.
 7. Mart.
 S. Clodul-

Hæresum debellatores.

Macrobij grandævi.

S. Clodulphus Episc. 100. annor.
 S. Parisius 116. annorum.
 S. Sampson Episc. 120. annor.
 S. Agilus abb. 100. annor.
 S. Ero abb. 240. annor.
 S. Magnus abb. 100. & supra.
 S. Rodinus Episc. 117. annor.
 S. Ioannes 120. annor.
 S. Grimketulus & Agamundus 100. ann.
 S. Maubutus 133. annor.
 B. Conradus 100. annor.
 Morborum Medici mirifici.
 Ictericæ seu Auriginis S. Mochua.
 Febris S. Tillo. 7. Ian. & S. Leobardus.
 Hernia & ruptura B. Ioannes Casin.
 Dentium B. Michael Camald.
 Febrium S. Dominicus Soranus.
 Item S. Agilus.
 Item S. Macarius.
 Item S. Eleutherius abb.
 Item S. Amandus.
 Item S. Bonifacius Lausan.
 Item S. Ioannes Lucensis.
 Item S. Vinebaudus.
 Item S. Paternus.
 Item S. Richardus abb.
 Item S. Alelmus.
 Item S. Rodinus.
 Item S. Hugo Aurelian.
 Item S. Gerardus.
 Item S. Dewedit.
 Tertiana & quartana S. Venantius.
 Quartana S. Amabilis.
 Amentia C. Nicolaus Genuens.
 Leprosus S. Romanus.
 Capitis S. AEdus. NB.
 Squinantia S. Suipterus.
 Amentia S. Ceadda.
 Cædaci morbi S. Reinhardus.
 Dentium S. Tericus.
 Lymphatici morbi S. Porcius.
 Ruptura & hernia. B. Thomas Camald.
 Dentium singularis Patronus S. Vrsmar.
 Amentia S. Gerardus.
 Lunatici morbi B. Gervinus.
 Viscerum & torminum S. Elphegus.
 Oculorum S. Francha abbat.
 Phlebotomia S. Ioannes.
 Lethargi S. Adelmus.
 Epilepsia S. Lambertus Venciensis.
 Hernia & ruptura S. Syria.
 Leprosus S. Aleydes.
 Dentium S. Ingelmundus.
 Item S. Ediltruda.
 Colli & morborum S. Ediltruda.
 Hernia S. Maria de Oegnies.
 Epilepsia S. Erentruda.
 Inguinalis S. Gallus Episc.
 Amentia S. Vilhelmus.
 Quartana S. Robertus.
 Capitis B. Iuliana abb.
 Polypi S. Fiacrius.
 Oculorum S. Leodegarius.
 Morbi Regii S. Gerardus.

I N D E X.

8. Iunij Luis Gallica S. Vtho Abbas.
 11. Iunij Parturitionis B. Godefridus.
 28. Iulij Toxici S. Amabilis.
 30. Aug. Calculi S. P. N. Benedictus.
 30. Aug. Pestis S. Rainaldus.
 6. Sept. Item B. Ioanna Balneensis.
 18. Sept. Item S. Molacus.
 22. Sept. S. Raynaldus Episc.
 25. Sept. S. Osvaldus Episcopus.
 15. Nov. S. Cuthbertus.
 25. Nov. S. P. N. Benedictus.
 S. Godoberta.
 S. Gudvualus.
 S. Columba.
 S. Deodatus.
 S. Hildulphus NB.
 S. Hunegundes.
 S. Agricola Episcop.
 S. Remaclus Episc.
 S. Aichardus.
 S. Benedictus Vallumbr.
 S. Nicerius Episcopus.
 S. Malachias.
 S. Eligius Episc. NB.
 Mors felix.
 1. Ian. S. Odilonis abb.
 14. Iunij S. Clari abbatis.
 5. Sept. S. Adelhardi.
 18. Sept. S. Maximi abb. Mart. NB.
 19. Sept. S. Vulsi.
 3. Oct. S. Osvaldi VVigorniensis.
 9. Oct. S. Vinuoloci.
 13. Oct. S. Matoldia.
 19. Oct. S. Rupertus Episcopi.
 23. Febr. S. Aldobrandesca NB.
 28. Febr. S. Maria de Oegnies.
 28. Febr. S. Roberti conuersi.
 1. Mart. S. VVandregisili.
 2. Mart. S. Hugonis Episc.
 16. Mart. B. Maria monialis.
 26. Mart. B. Meyneri.
 26. Mart. S. Amati.
 25. Mart. Ven. Clementis.
 18. Apr. S. Corbinsani Episc.
 5. Apr. B. Benedicti NB.
 17. Apr. S. Bavonis.
 Mors Hilatis.
 19. April. Ven. Placidi a S. Mauro.
 25. Apr. B. Godefridi Prioris.
 6. Maij B. Petri Suis.
 25. Maij B. Pauli Conuersi.
 26. Maij B. Casarii monachi.
 8. Iun. B. Constantii.
 11. Iunij B. Bertholdi.
 21. Iun. S. Bertholdi.
 C. Theodardi.
 23. Iun. B. Alphonfi Conuersi.
 23. Iun. Ven. Romualdi.
 30. Iunij B. Raineri.
 1. Iulij S. Lati Monachi.
 5. Iulij Ven. Placidi.
 19. Iulij S. Franconis.
 22. Iulij B. Ioannis Cyritæ.
 30. Aug. Naufragorum Patroni.
 S. Clarus abb.
 S. Edilvualdus abb.
 3. Oct. Iiii 3

3. Oct.
 3. Oct.
 19. Oct.
 21. Mart.
 7. Ian.
 16. Ian.
 20. Ian.
 9. Feb.
 28. Febr.
 20. Mart.
 21. Mart.
 11. Apr.
 6. Iunij
 9. Iunij
 19. Iunij
 11. Iulij
 25. Aug.
 2. Sept.
 3. Sept.
 15. Sept.
 24. Sept.
 6. Oct.
 9. Nov.
 1. Dec.
 1. Ian.
 1. Ian.
 2. Ian.
 2. Ian.
 8. Ian.
 28. Febr.
 3. Martij
 15. Martij
 27. Mart.
 16. Mart.
 23. Iunij
 10. Iulij
 22. Iulij
 10. Aug.
 15. Aug.
 29. Aug.
 31. Aug.
 2. Sept.
 8. Sept.
 30. Sept.
 1. Oct.
 15. Ian.
 16. Ian.
 3. Feb.
 8. Feb.
 23. Feb.
 16. Martij
 1. Sept.
 8. Sept.
 30. Oct.
 5. Nov.
 8. Nov.
 12. Dec.
 23. Dec.
 1. Ian.
 6. Ian.
 S. VVol-

thiu. 430.2.7. quam. 432.1.19. Acciti. 433.2.39. istud. 2.58. animi. 435.1.1. quæ
 39. studiis juvenutem. 436.1.6. vocor. 1.22. de pomis. 437.1.9. injuriis. 2.10. tota. 2.33. reformationi. 2.
 2.3. rigorosissimam. 440.1.8. filius. 441.1.37. ut maledicens. 1.30. siti. 442.1.45. tota. 2.27. Gandavo. 439.
 4. ne hominum. 2.58. oblatum. 444.2.17. cibi. 445.1.13. eo quo. 1.28. cicatrix. 1.48. ut. 51. ab eodem. 443. 2.
 57. nimia. 446.2.47. Remaclus. 447.1.2. multæ. 1.52. quem. 2.41. ut quam. 448.1.51. mi. do. 2.14. Abbat. 2.
 449.1.18. spe temper. 2.43. Radulphi. 450.1.3. festivitas. 1.38. Nuscum. 2.25. Flandriæ. 4.3. terebat. 2.57.
 Fuldenfis. 452.1.48. Episcopis. 454.1.3. Panhormum. 1.44. minimum. 1.50. hospitum. 1.3. oratoribus. 456.
 1.6. fedi. 1.31. velut æs. 457.1.6. nostræ familiæ. 2.17. desiderio &. 459.2.10. L. 575. 2.13. Molin. si. 461.1.14.
 sordibus manus. 2.17. si ipse. 2.24. artus. 2.58. meruerit. 463.2.32. miraculis claruit. 465.1.21. rator. 468.
 2.43. donaverit. 2.43. inconsulto. 2.45. universi regimen. 469.1.29. monumenta. 472.2.1. affectent.
 473.2.96. anteriori. 475.1.43. imperavit. 2.15. Pontifici. 478.1.29. Sedridam. 479.1.29. sui. 1.29. N. olao &.
 480.1.58. maximis. 481.2.46. ipsam. 482.1.35. gloriosissimæ. 483.2.24. gloria. 484.1.35. Mulsivū. 2.53. man-
 cipium. 485.2.45. ut proxima. 486.2.53. cognominatum. 487.2.39. existens. 488.1.8. imperata. 495.47. a
 cultu. 496.1.32. permovit. 498.1.6. S. Afueri. 499.2.57. perpetuo. 501.2.16. quo. 503.1.2. vicinam. 505.2.5.
 adaptavit. 1.34. Institutum. 2.37. Martyrium. 506.2.18. Altshausen. 2.39. ita gessit. 507.1.16. coacto. 508.1.2.
 jussu eorum. 2.6. Toparchæ. 2.10. virtutum exemplis. 2.34. celerrimè. 509.2.21. flagellorū usu. 2.24. recum-
 bendi. 510.1.2. prima. 511.1.28. vilitatem. 1.55. Lincolnia. 2.37. relatus. 512.1.11. beneficæ. 1.18. Institutum.
 1.30. accenso. 1.37. Nucalentes. 2.16. seque. 513.1.42. ut cum. 2.34. Item Sancti. 515.1.3. meriti. 516.1.8. gemas.
 1.11. gratulatur. 1.44. ad diversas. 517.2.22. confociata. 518.2.26. ut jejunio. 519.1.13. honorata. 1.42.
 Lemëvicensi. 2.19. meritorū. 520.2.54. Lebuini. 521.1.40. celebrabatur. 522.1.4. observantissimus. 2.21. al-
 taris. 524.1.14. futura beatitate. 527.1.7. institutus. 1.7. felicissimis. 2.35. istos. 528.1.8. inter. 1.14. ac Pon-
 tificiarum. 529.1.24. quod partes. 532.1.15. gessisset. 533.2.13. præfuisset. 536.1.12. alisq;. 537.2.30. ex ipso. 538.
 2.11. Gandavi. 539.2.23. colligerent. 540.2.37. sanctissimæ. 541.2.31. & adversæ. 545.1.2. tamen. 546.1.14. con-
 ciscens. 1.31. colorem mutatio. 548.1.57. utilitate. 549.2.41. dignissimum. 2.46. de Razzolo. 550.1.49. in Pa-
 lestina. 551.2.33. in Domino requievit. 553.2.33. Hydropicos. 555.2.47. Sanctæ. 556. Divæ. 557.1.44. malè fæ-
 tentis. 560.1.55. in conjugium. 561.1.22. vilitate. 2.46. meruerit. 562.1.40. Anachoreticam. 564.1.50. Anglo-
 rum. 2.44. De tanto. 2.72. qui illud. 566.1.28. noluit. 1.46. Fratri. 567.2.49. Monachi. 2.50. accenti. 570.1.20.
 splendore. 2.13. discipulæ. 571.6. virtutes. 2.35. perturbatoris. 2.41. ejuraverat. 572.1.5. ad pascua. 572.1.6. ad
 caulas. 573.1.36. Ripam. 574.1.15. Monastices. 575.1.8. Morinensis. 1.30. Balsamo. 576.1.3. fracto. 1.10. qui nū.
 2.52. eumq;. 577.2.42. benedictionibus. 578.2.5. parti. 2.33. filij. 580.1.47. sanctiq;. 581.2.35. defixit. 583.1.
 10. maximè. 589.2.50. virum. 591.2.40. oblatos atq; obtrufos. 594.2.19. Gandeltingen. 602.1.4. nostrorum.
 605.1.31. festinus. 606.1.56. Cantuariensis. 610.1.2. elegit. 1.24. Nonnosii. 1.37. quem. 611.1.9. vira plurimum
 sibi. 613.1.6. discipulæ. 2.16. densissimas. 2.52. ut magno. 615.1.56. Attrebates. 2.3. magno. 2.11. & mox. 616.1.
 38. Sithiu. 2.1. Werdenfis. 2.25. Eugubinus. 617.1.11. postliminio. 1.48. gemitus. 618.2.47. Magnoldus. 619.
 1.23. præditæ. 1.6. stupente. 2.32. iisdem. 2.38. cui. 620.2.22. Manuscripto. 621.19. mire. 2.29. H. noniæ. 622.2.47.
 uti gratia. 623.1.36. aliaq;. 624.1.4. sepulchro includeret. 1.17. in illa. 2.28. seu violare. 625.2.15. dormienti.
 626.1.19. Merbeccæ. 1.31. ut comuni. 628.2.11. & compitis. 2.13. aliquam arborem. 632.1.6. deofcularentur.
 1.9. magnis. 1.26. perfectioris. 634.2.3. prælegisset. 635.2.44. ejusq;. 638.1.17. Beatorū. 639.1.14. à se. 642.1.
 35. Hydropicū. 2.40. adhiberi. 643.2.15. Continuare. 644.1.29. quem. 645.1.26. servendū. 647.1.47. quod.
 1.51. à Pipino. 649.2.37. In Claravalle. 652.1.3. insigni ut. 2.51. prædestinatum. 656.2.33. Monachipresbyteri.
 657.1.47. numos. 658.1.18. Author primarius. 659.1.36. affecto. 2.32. plurimum. 660.2.36. cum. 2.15. judicavit.
 661.2.26. Joannes IX. 662.1.3. licet cultu. 663.1.44. volebat. 663.2.9. Clericis. 665.1.1.2. magnum illū. 668.
 1.23. meruerit. 670.1.20. In Ducatu. 2.34. cælo. 672.2.50. Angelum. 673.2.3. munitus. 676.1.46. liberis. 683.
 2.13. Proceres. 684.2.18. Reformatoris. 685.1.23. nactus. 2.52. quam cum. 2.54. cantu. 687.1.49. struētum.
 2.11. orbem. 688.2.42. compendū. 2.24. matito. 689.2.22. exenterati. 2.44. paulo post discipulos. 693.
 1.11. Reliquiæ. 695.1.30. Reccaredi. 697.1.5. eū profitentibus. 1.37. Dagoberto Regi. 2.50. strenuè. 698.1.
 56. legemq; colere. 699.1.30. Pavone. 2.40. elevatū. 700.1.33. & primus. 701.1.4. splendida. 702.2.26. mo-
 nitu. 703.1.44. commonuisset. 704.2.55. clarissima. 705.1.34. delatus. 1.48. lucro. 1.52. idololatriæ. 706.2.5.
 Fundato. 2.38. flammæq;. 707.1.24. absconderat. 709.2.34. Sampringhamensis. 710.2.56. ad. 711.2.31. ut. 712.
 1.11. portam. 714.1.5. ut virginum. 2.24. tenorem. 715.1.30. scaturivit. 1.35. Cænobij invasores. 716.2.28. au-
 spicatissima. 718.1.43. Phœnice. 720.1.24. à Rege secundus. 1.40. & famem. 722.1.50. horrore. 723.2.15. do-
 lorosæ. 724.1.44. per Ozezerum. 726.2.11. reconfignavit. 2.20. ablato. 728.2.42. obtorto. 729.1.20. mergi.
 730.2.40. recepit. 732.2.40. recepit. 732.2.38. decreverit. 734.2.50. facultate. 740.2.36. specialius. 743.2.30.
 spiritui. 744.2.4. supplere. 747.2.15. impetraverant. 2.18. Ramuoldo. 754.1.15. propagato. 1.16. Monachif-
 mo. 757.1.1. vultus. 1.5. iidemq;. 757.1.54. Cænobitis. 761.1.4. manuū. 765.1.2. sibi ipsi. 766.2.6. Araviscano. 2.8. vico. 769.
 1.11. sine. 771.1.28. exaggetas. 772.2.15. eo item. 773.1.32. Emiliani. 2.27. colere. 777.2.14. Rex compertum. 768.1.1. mediocri.
 2.41. sui gratia. 783.1.32. reformationis. 2.54. erga hanc. 785.2.58. tanti fulgoris. 687.1.42. passim. 1.42. consuetudinibus. 1.
 55. intemeratæ. 793.2.11. iustos. 2.6. fratres. 794.2.15. signa. 2.32. convolvit. 2.48. vix. 796.1.31. qua. 2.24. affecti. 797.1.27.
 plurimum. 799.2.19. advocavit & designavit. 800.1.54. Monachis. 801.1.10. commendans. 1.38. ut. 1.41. prædixerit. 1.50. morū.
 2.57. donatus. 802.1.5. XII. 805.1.39. vetustiora. 806.1.44. miraculorum gratia. 808.2.5. insolentis. 811.2.40. Trajectum. 817.
 1.39. eximiam. 2.34. qui. 822.2.12. Milibecensis. 829.2.13. Pont. Max. 835.1.46. præcipuus. 1.48. reformationis Fundator. 837.
 1.47. quorum curā. 841.2.4. iisdem. 2.5. felicis record. 843.2.27. patientia. 845.2.9. ad. 846.2.6. decus addidit. 849.1.22. con-
 temtu. 854.1.19. celebreretur. 2.46. domum. 855.1.27. tandem. 859.2.45. Gemmeticensi. 2.58. lomborum. 860.1.3. quam. 861.2.
 17. concitatissimi. 862.1.47. felix transitus. 2.10. accepit. 2.30. puncturis. 864.1.1.6. Maurus. 1.32. festum. 866.6. quid. 867.2.
 25. visa est. 2.53. solū illam. 869.2.47. mox oculi. 870.1.2. suspenderunt. 878.1.51. gloriam Deus. 1.54. Anastasia. 2.31. ipse.
 884.2.55. senilive. 885.2.19. corpore beavisset. 886.1.32. videatur. 888.2.34. quæ regularibus. 889.2.50. eum. 890.1.4. quo san-
 ctissimum præfulem digno monachis manuum opere occupatum. 892.2.32. valescendum. 893.1.8. memoria extitit.

Prior numerus folium: secundus columnam; tertius lineam; prior omiffus idem folium: integra verba
 sepius litteram vel immutandam vel apponendam indicant; quod ut Benevolus Lector haud gravatè faret auferre
 humanitati commisso.